





BIBLIOTHECA HISPANA NOVA

TOMUS PRIMUS.

BIBLIOTHECA
HISPANA NOVA

SIVE

HISPANORUM SCRIPTORUM
QUI AB ANNO MD. AD MDCLXXXIV. FLORUERE

NOTITIA.

AUCTORE

D. NICOLAO ANTONIO HISPALENSI I. C.

Ordinis S. Iacobi equite, patriæ Eccleſiæ canonico, Regiorum negotiorum
in Urbe & Romana curia procuratore generali, conſiliario Regio.

NUNC PRIMUM PRODIT
RECOGNITA EMENDATA AUCTA
AB IPSO AUCTORE.



TOMUS PRIMUS.

MATRITI

APUD JOACHIMUM DE IBARRA TYPOGRAPHUM REGIUM

MDCCLXXXIII.





Ferd. Selma delin. et sculp.

Utraque TE VETUS et NOVA BIBLIOTHECA parente
Gaudet, & Hesperium promovet Orbe decus;
REGIA iure igitur bene BIBLIOTHECA merentis
Os habitumque Orbi sistit in aere tuum.

DE HAC SECUNDA EDITIONE

MONITUM AD LECTOREM.

Quemadmodum egregius ille vir D. Nicolaus Antonius Bibliotheca sua Veteri scriptores Hispaniæ recensuit, qui ab Octaviani Augusti tempore ad sæculi XV. finem floruere; ita hac Nova illos recensitos voluit, qui ab ineunte sæculo XVI. ad sui usque obitum, nempe ad an. 1684. aliquid literis consignarunt. Quamquam vero temporum rationi valde consentaneum & videbatur & erat ut Vetus prius juris publici fieret quam Nova; ordine tamen præpostero id effectum est ob eas quæ sub finem Præfationis hujus Bibliothecæ causas animadvertuntur.

Cum Romæ degeret auctor quo se anno 1659. jussu Philippi IV. Regis receperat ut Hispaniæ negotia procuraret, ibi Bibliothecam Novam edidit typis Nicolai Tinassii anno 1672. duobus voluminibus in folio. Eam magno cum plausu exceperunt viri quique eruditi, æquique rerum æstimatores. Et sane auctor Ephemeridum literatorum quæ anno eodem, ejusdemque Tinassii formis Italice prodibant (29. Nov. pag. 169.) cum de opere hoc novo sermonem prolixiorem instituisset, non modo auctorem summis extulit laudibus, sed Novam etiam Bibliothecam magnopere commendavit. Longe aliter Ephemeridum Gallicarum (Journal des Sçavans) auctores, qui mense Jul. an. 1676. tam perfunctorie hanc Bibliothecam pervulgavere, ut recensionem ab eis factam, parcam ac illiberalem appellare sit ausus Petrus Baile, cum Veterem laudibus cumularet.

Sed cum bene multa literatorum Hispanorum monumenta auctor adquireret, quibus suam Bibliothecam, dum adhuc esset sub prelo corrigeret & locupletaret; ne ea diutius desiderarentur, in finem conjecit non Appendices tantum & Appendicum Appendiculas, sed Additiones etiam & Correctiones. Ea enim hujusmodi operum conditio est, ut multis quæ latebant, detectis, in dies augeantur & corrigantur. Quod maxime post redditum auctoris in Hispaniam, anno scilicet 1679. comprobatum est. Tantam enim rei literariæ copiam sibi comparavit, ut justum volumen expleverit tum additionum, tum etiam correctionum, quibus Novam Bibliothecam, quam cogitabat recudere, faceret utiliorem.

Fecisset profecto nisi diem suum obiisset magno literatorum damno, & jactura literarum. Die siquidem 13 Aprilis ineunte, anno 1684. fato functus est: nimirum die 12 ut supputari vulgo solet, prima post mediam noctem hora, quæ anno illo feriæ quintæ

ca-

caput initiumque fuit. Quod quidem fatum D. Didacum Josephum Dormerum, Archidiaconum Suprarbiensem, Aragoniæ Cosmographum, Cæsaraugustæ agentem, literis Matriti datis monitum voluit Petrus Valerus Diaz, vir sane eruditus, doctusque jurisconsultus, Aragonum Consiliarius, & Nicolao Antonio maxima necessitudine conjunctus, qui funeri interfuit. Placet harum literarum fragmentum ex autographo exscriptum latineque redditum heic subjicere. Amisimus (*ait Valerus* 1) *D. D. Nicolaum Antonium octavo morbi die: nam feria 4. prima post mediam noctem hora, ineunte nono vitam cum morte commutavit, tantum amicis omnibus relinquens mœrorem quantum potes existimare. Eum sepelivimus apud Clericos Minores.* (*in æde Spiritui Sancto sacra*) *Heredes instituit duos* (*ex sorore*) *nepotes, quorum alter Ecclesiæ Salmantinæ Canonicus est, alter Romæ dat operam literis: Deprecare ei sempiternam beatitatem. Jube & vale. Madriti 15. Apr. an. 1684. = Tibi deditissimus* D. Petrus Valerus.

Prior horum nepotum quos heredes testamento reliquit, Canonicus Salmantinus, Adrianus Conique appellabatur. Hic Romæ itidem studia literarum exercuerat in Collegio Clementino Congregationis Somasci, ubi anno 1681. theses theologicas propugnavit, typisque edidit Cardinali Julio Rospigliosio Clementis IX. Pontificis nepoti nuncupatas.

Tametsi autem D. Nicolaus ære alieno obiit oppressus, ut ii solent qui plus literarum quam divitiarum amore capiuntur; divitem tamen delectamque reliquit bibliothecam triginta circiter mille librorum copia instructam, ut Cardinalis de Aguirre in Monitis *ad* Bibliothecam Veterem *auctor est.* (2) *Quos inter extabant auctoris opera manu propria exarata; nunc vero asservantur in Regia Bibliotheca Matritensi, quam supellectili vere pulcra Canonicus donavit.*

Horum manuscriptorum caput est ingens illud volumen cujus mentio superius est facta, quo tum additiones, tum correctiones continentur, quibus Novam Bibliothecam *corrigeret & amplificaret. Hinc tantum huic editioni accessit incrementi, ut si auctores denuo adjectos quis voluerit per numeros recensere, inveniet mille prope & octingentos; si vero correctiones & minusculas additiones, frustra conabitur dinumerare. Reliquit insuper alias bene multas, quas oris exempli, quo utebatur suæ Bibliothecæ apposuerat.*

Hæc

(1) Perdimos al Señor D. Nicolas Antonio en ocho dias de enfermedad; pues Miercoles á la una de la noche entrado el noveno, rindió el alma á Dios, dexándonos á todos con el dolor que Vm. puede considerar. Enterrámosle en los Clérigos Menores. Dexó por herederos á sus sobrinos: uno que es Canónigo de Salamanca, y otro que estudia en Roma. Vm. le encomiende á Dios, y á mí me mande lo que fuere de su servicio. Nuestro Señor guarde á Vm. muchos años como deseo. Madrid 15. de Abril de 1684. B. L. M. de Vm. su mayor servidor D. Pedro Valero = Señor Arcediano Dormer.

(2) Hæc *Monita* Cardin. de Aguirre attribuit vir eruditissimus D. Greg. Majans in *Vita* D. Nic. Ant.

Hæc omnia ut suis quæque locis insererentur, prius exscripta, post cum autographis collata diligentissime fuere. Ratio item habita est, idque præcipue, Appendicum, Addendorum *quoque &* Corrigendorum *ad calcem posterioris voluminis appositorum, ut omnes auctoris sive exaratæ sive typis cusæ lucubrationes hanc* Novam Bibliothecam *locupletaturæ, ordine singulæ suo digestæ unam Bibliothecam, unumque corpus repræsentarent. Quæ omnia tanta cum religione gesta fuerunt, ut ne scriptores quidem quos auctor sui immemor iteraverat, fuerint recisi: nec anonymi aliquot quos suis alias nominibus notos fecerat, prætermissi: nec lacunæ quædam quas auctoris manus reliquerat, tametsi citra laborem potuissent impleri, sunt impletæ: nec errores aliqui correcti, qui facile fuissent emendati.* Id enim in prole postuma necessarium apprime *existimavit D. Emmanuel Marti cum* Bibliothecæ Veteris *curaret editionem*, ne *scilicet* illatam ei a manu obstetrice fraudem suspicarentur, aut dolo malo depexam fucatamque. *Cum vero auctor obiisset quin summam imposuisset manum additionibus manuscriptis, non semel contigit nonnullos scriptores quos in Bibliotheca ediderat, iterum in adversariis sæpeque aliter exarasse. Quod, uti animadversum est, illi sunt in hanc editionem allecti, qui vocati in examen, visi sunt ampliores vel correctiores.*

Sed quantumvis hujus Bibliothecæ recudendæ, nec nisi auctoris penu corrigendæ amplificandæque demandata cura susceptaque sit; fieri tamen non potuit quin duo dumtaxat vocabula consulto delerentur. Cum enim Bibliographus noster Isaaci Abarbinelis opera in censum referret, Prophetas quos Hebræi Priores *appellant,* Majores *intellexit; quos autem* Posteriores *vocant, hos credidit esse* Minores. *Quod cum non ita sit, ut probe norunt qui Bibliorum Hebraicorum & Latinorum nomina œconomiamque percalluere; verba illa* Majores & Minores *in hac nova editione missa facta sunt.*

Quod sicui forte per otium periclitari libuerit quantum ei accesserit incrementi, emendationis, utilitatis, nihil opus est nisi ut eam conferat cum priori. Perfacile quidem fuisset quidquid accessit, notulis & stellulis, quas asteriscos *vocant, significare, nisi editionis nitori esset quoque merito consulendum. Sed præterquamquod integer hujus Bibliothecæ contextus ita auctoris nostri labor studiumque est, ut ne verbum quidem pene sit immutatum; quid opus erat* asteriscis, *qui forent innumeri chartas conspurcare? Nempe* Bibliotheca Nova *quæ nunc denuo aucta correctaque prodit, tota Nicolai Antonii opus purum putumque est.*

Quam Spartam ut adornaret ditaretque, tametsi auctor improbum laborem, magnamque adhibuit diligentiam; multa tamen desiderantur in ea tum Scriptorum recensiones, tum recensito-

 to-

torum opera, quæ hominem alioqui librorum helluonem, reique literariæ peritissimum præteriere. Quod qui mirabitur erit omnino nemo. Neque enim tunc temporis Jacobus Echard Bibliothecam PP. Prædicatorum, neque Cosmas de Villiers a Sancto Stephano Carmelitarum, neque Didacus Barbosa Lusitanam, neque Joannes a Sancto Antonio Franciscanam, neque Rodriguez & Ximenus Valentinas; neque alii alias Bibliothecas, librorumque catalogos ediderant, quibus suam, si contigisset lustrare, amplificasset. Accedit insuper quod neque aderat Bibliotheca publica, ut nunc adest, Regia Matritensis, tanta librorum copia locupletata. Quibus auxiliis illa qua laborat Bibliotheca Nova, *penuria, a nonnullis Regiæ Bibliothecæ sociis magnam partem suppleta est. Quod quidem supplementum si tandem aliquando prodierit, fortasse non videbitur pœnitendum. Nunc vero ob quasdam quas libuit perpendere rationes, unius Nicolai opus sartum tectum repræsentatur.*

Enim vero post multas perpessas superatasque molestias ut suam Bibliothecam Nicolaus noster perduceret ad umbilicum, ecce alia: nempe tot indicum implicatissimorum compositio, qui tanto sunt lectoribus adjumento, ut totius Bibliothecæ promptuaria censeantur. Quod & cognovit Adrianus Bailletius & merito laudavit. Nemo enim est quin noverit, ut lectoribus utilitatis & levaminis, ita quantæ sit scriptoribus sollicitudinis atque laboris indices operum conformare. Quo pertinet illud ab Nicolao nostro lepide usurpatum: Indicem libri ab auctore, librum ipsum a quovis alio conficiendum.

Sunt ergo Bibliothecæ Novæ *indices præcipui omnino septem, qui integris centum & viginti hujus editionis chartis continentur. Quibus recognoscendis neque parum temporis neque molestiæ fuit devorandum, ut siqui essent auctores, quod suspicandum erat, in prioris editionis indicibus prætermissi, denuo annotarentur & referrentur in censum. Quam suspicionem exitus comprobavit. Nam supra trecentos & triginta detecti sunt, qui cum essent in Bibliotheca renuntiati, missi facti fuerant in indicibus. Insuper eorum omnium sive Scriptorum, sive operum quæ D. Nicolaus tum in adversariis, tum in marginibus exempli quod sibi erat usui,* Bibliothecæ Novæ, *exaraverat, indices contexti sunt non nominum modo & cognominum, sed patriarum etiam, dignitatum, ordinum atque materiarum. Quæ cum ita sint omnia, palam est hanc novam editionem multum esse priori anteferendam.*

Quod autem in præsentia Bibliotheca Hispana Nova *inscribatur, quæ ab auctore ipso* Bibliotheca *tantum* Hispana *fuerat appellata, hoc Cardinalis de Aguirre consilio & monitu factum est. Ut enim priorem totius operis partem* Bibliothecam Hispanam

Ve-

Veterem *Cardinalis appellavit*, *ita*, *eo monente*, *siquando pars altera foret recudenda*, Bibliothecæ Hispanæ Novæ titulo posset & deberet insigniri. *Accedit etiam quod tenuit consuetudo*, *quæ quotidie magis invalescit*, *ut hoc ea nomine vulgo dignoscatur.*

Et quoniam librorum nitor & pulcritudo non tam in typis & chartis, *quam in accurata emendatione posita est; a mendis quibus scatebat* Bibliotheca Nova *edita coram oculatissimo auctore*, *ne recoquerentur expurgata prius est diligentissime. Nec tamen est quod sibi maximopere blandiantur qui hanc impressionem curarunt*, *quasi nullum mendum irrepserit. Irrepserunt sane nonnulla tam facili cuique inter legendum negotio corrigenda*, *ut ne indicare quidem ea opus esse pene videatur. Indicantur tamen aliqua*, *eaque præcipua*, *postrema posterioris voluminis charta aversa.* Menda ne irreperent optandum potius quam sperandum in opere præsertim longo, *pulcre ait vir Cl. Ill. D.D. Franciscus Perezius Bajerius Regiæ Bibliothecæ Matritensis Præfectus in præfatione ad præstantissimum* De Numis Hebræo-Samaritanis librum. *Quid ergo sperandum in opere duorum voluminum justo majorum*, *quibus mille & quingentæ paginæ supputantur? Quid non timendum cum tot hinc inde petitæ notulæ atque lituræ scriptione haud facili*, *& lectionem & emendationem redderent difficillimas?*

Orthographiam quod attinet, *morem aliquantulum gerere auctori oportere visum est. Cum erat in vivis*, *nondum satis convenerat inter philologos & criticos quibusnam vocabula quædam literis conscribenda: nempe* litera *an* littera: prælum *an* prelum: cæterum *an* ceterum: sumptus *an* sumtus: ejus *an* eius: *& hujusmodi alia*, *de quibus satis inter grammaticos rixarum*, *atque bellorum. Qua super re cachinnos ingeminavit facetus ille derisor & emunctæ naris criticus Trajanus Bocalini*, *qui in* Relatione *LIII. pag.* 240. *edit. Venet. an. 1624.* Litem (*inquit*) inter grammaticos maximam ortam fuisse de vocabulo *consumptus*, inserendane illi *p* litera foret, an in ejus scriptione omittenda. Quam ubi rescivit Apollo litem, vehementer offensus est, cum intelligeret a Paulo Manutio rixæ auctore, lapide quodam ex inscriptionum Romanarum ruderibus petito, in quo *consumptus* legeretur, Dionysii Lambini nasum insigni vulnere læsum fuisse. *Quo joco satis apparet illos tantum esse irridendos*, *qui cum toti sint in tricis grammaticalibus*, *rebusque nihili*, *in summa rerum ignoratione versantur.*

Sed ut tandem huic præfatiunculæ finis imponatur, *monendus lector est*, *ne aliis*, *siquæ sunt hujus editionis vitia*, *tribuantur*; *eam curasse D. Thomam Antonium Sanchez Regiæ Bibliothecæ custodem*, *& D. Joannem Antonium Pellizer subcusto-*

to-

todem, quibus hæc cura a viro Cl. D. Joanne de Santander ejusdem Bibliothecæ Præfecto, de eaque optime merito olim fuerat demandata. Hi ambo jam pridem operam dederant augendæ & corrigendæ Bibliothecæ *huic* Novæ, *ut nova cura & accessione locupletaretur eorum, quæ ab homine uno, quantumvis erudito, reique literariæ deditissimo fuerant prætermissa. In quam rem studium quoque suum, operamque præcipuam contulit D. Raphael Casalbonus, itidem Regiæ Bibliothecæ custos, vir Theologus, Græce & Latine bene gnarus, qui diem suum obivit 15. Maji, an. 1787.*



CAROLO·III
HISPANIAR·ET·INDIAR·REGI
PIO·FEL·AVG·P·P·
REGIA·BIBLIOTHECA·PALATINO·MATRITENSIS
VOTA·SAECVLARIA·

..............habeat Secum ſervetque ſepulcro.

R. Ximeno inv. Virg. IV. Æn. 29. F. Selma inc.

CAROLO II. HISPANIARUM REGI
CATHOLICO AC POTENTISSIMO.

QUod Magni parentis tui (Carole Rex, virtutis nomen) auspiciis conceptum opus æternitatem, saltem illam, quæ in rebus esse perituris potest, adæquaturum, si sacro ejus nomini consecraretur, olim haud temere speraveram, id tutela ista una cum Hispanæ totius ditionis publica re, ante paucos expoliatum annos ac deturbatum fuisse dolerem quam possem vehementer, si non tu ex præcelsi Genitoris manibus accepta lampade solis æmula in spem & amorem humani generis, nedum in Hispani aut Christiani totius orbis, & in sacrosancta cum artibus honestis omnibus icta ab eo fœdera, prosperrimo Catholicæ ecclesiæ fato successisses. Amisimus quidem, cum nos, qui eramus ei sorte nascendi obnoxii, carissimum, indulgentissimum, providentissimum patriæ patrem, vastæ imperii sui molis totos diffusam per artus vere mentem, tum exteræ aliæ gentes, quibus ea sors non contigit, ideam regendi populos perfectissimam, propugnaculum Fides orthodoxa & religio sancta, domicilium virtutes Regiæ omnes, obsidem pacis animam publica tranquillitas, verbo, Philippum orbis. Cum nempe adhuc luderet quasi in fasciis & in auroræ matris gremio lux diem reparatura, Magnique cognomentum, quod in patre senuerat, quasi reddita juventute revicturum, aut potius in maximi jam gestiens commutari ac reviviscere; seu verius genius ille, qui magnorum lateri adhæret, magnosque devenire facit, illico & per anticipatam divinæ providentiæ curam habitatum monarchæ Infantis Regios lares una cum corporis custodibus & Prætoriana omni militia demigrasset. Latet adhuc, puerilia inter nondum sui juris vitæ rudimenta, Regia illa virtus, qua tot nationes beare subditas, tantam expectationem tui feliciter adimplere, tot animis orbitate languoreque torpentibus mens & vita esse facile potes. Nisi quod in omnibus, etiam ludicris, gestibus & propria nunc indolis facie quidquid hauritur oculis, quidquid animo advertitur, spem fovet, mirifice confirmat, securamque esse jubet nostram, fore, ut prosperrimum tuis auspiciis ductuque sortiamur imperium, hoc est, christianos mores legibus optimis paceque sancitos, æquata cum christianis Principibus cunctis fœdera, imperium securum, senatum fidelem, populum probum, orbem Hispanum quietum, &, si offeratur, justum bellum, triumphantes aquilas, victores exercitus, indeque denuo tranquillam & innocuam rempublicam, quo motus, arma, infesta signa, cunctæque hostibus nocendi artes sub bono Principe collimare debent. Iam jam emicabit in sui vindices actus provectior ætas, personæ, loci & muneris conscia; & quidquid propter injuriam temporum vel domi incuriose, vel foris violenter scæveque patratum deprehenderit fuisse (quas imbecillior Principis ætas frequenter incurrit calamitates) emendabit, restituetque in pristinum juris & æqui statum, componetque ad exemplar veterum Regum justissimæ ac felicissimæ dominationis. Tunc redibunt atque ingerent sese nostro seculo aurea illa nostræ gentis secula, quando sub Alphonsis, Ranimiris, Froilanis, Ordoniis, Sanciis, ac Ferdinandis ante sesquiseculum ac retro diu bella Domini fortiter gessimus, nosque & fines Hispaniæ omnes in libertatem christianæ legis vindicavimus. Restituent se nobis & e propinquo illa, in quibus illuxere orbi fortitudo & magnanimitas atavi tui Caroli Cæsaris, prudentia Philippi proavi justitiaque, Philippi avi pietas & religio, atque ultimi tandem Philippi genitoris eximiæ dotes beneficentiæ atque clementiæ, ac æqualis ille adversisque prosperisque rebus par animus, sub quo spectaculum illud Deo (Senecæ judicio) dignum fuisse in terris exhibitum credere possumus, hominem, & hominem Regem (quod robustius & rarius quoddam exemplum est) cum fortuna compositum. Nisi quod magnæ hujus virtutis habitum, quæ improsperis colluctatur, ad manum habere te magis quam rebus ipsis impendere obtinebit a Rege Regum Deo Opt. Max. ea ipsa, quam auguramur, felicitas seculi. Laborat nunc (video) sub magno rerum, nec minima ex parte adversarum, pondere Imperium hoc tuum, non quidem, ut solet fere alias, vel jure vel injuria ampliatum, sed quod secundantibus ac obsequentibus virtuti atque justitiæ fatis (Christianis inquam fatis) longe lateque per omnes orbis terrarum plagas disposuit olim atque distendit, titulos. Insultat undique orbitatis ac pueritiæ tuæ patientiam cœca & impotens dominandi & habendi cupiditas, ac omnia diu tentat, ut, qua dabitur ei porta, præcipitem quamdam velut furentis flammæ, aut pelagi æstuantis vim avorum tuorum hereditati per diruta prius justitiæ & honestatis sacra templa inferat, ruinamque ruinis aggeret. Sed quos hujus quidem voti successus prosperos hucusque sortita est, brevi emendabit, spero, refundetque in se revertens, cum adversis admonita, tum quoque ad nutum ac præscriptum providentiæ divinæ, quæ vera est & christiana Nemesis inique gestorum vindex, intus fines suos adacta, jussaque imperandi modestiam in futurum, quamvis indocilis hoc ferre jugum, sibi præscribere, potioraque decus & pudorem ac pretiosiora regno habere. Ac erit id, quod & antea innueram, ut, cum ad propria Regii officii munia vegetus jam & par negotiis e tutelari gynæceo & puerilium curarum illectamentis surgas, labefactatas etiam domi reipublicæ rationes, quæ sub minorenni Rege & in hoc rerum Europæ statu (quantumvis prudentissimæ ac lectissimæ heroinæ Matris tuæ, atque integerrimorum ejus consiliariorum studio & fide interim innitamur) constare sibi ægre aut vix possunt, componere ac restituere pergas, earumdemque cum corporis tum mentis virium, quibus adoleveris, compotem eam ac participem facere. Hæc etenim reipublicæ fuit semper, in gentibus saltem, quæ regnantur, conditio, ut constare nequeat ratio ejus, nisi uni reddatur. Solem, quamvis lucidissimi, ignes duntaxat imitantur. Hæc natura rei est (ait Seneca) semper citra veritatem est similitudo. Verus sol sui orbis Princeps est, vere vinculum (ut sapientis ejusdem verbis proferam) per quod cohæret, ille spiritus vitalis, quem tot millia trahunt, nihil ipse per se futurus, nisi onus & præda, si mens ista Imperii subtrahatur. Certe non diu subtrahetur, sed præproperis ac felicissimis incrementis augesces utique non magis dierum & ætatis, quam subsidiorum omnium, quæ ad Imperium opportune assumendum, strenue atque optime administrandum plane sunt necessaria: seculumque hoc nostrum vere ferreum, veluti Alexandro altero Philippi filio, sine tamen commixtione vitiorum Magno, quanto citius domino rerum ac rectore fruetur, tanto diutius illustrabitur, ac possessionem suam clarissimorum quorumcumque heroum possessoribus seculis jactanter opponet. Paucis ea, quæ a te speramus, & quibus res quæcumque indiget publica, iisque plenis animo & voto verbis, præsagimus; reddita nempe ac vendicata nostræ genti veterem quodammodo languentem consilii ac fortitudinis famam, belli necessitatibus strenuos milites, invictos duces, non immature aut propter avorum fumosas imagines promotos, sed ex militibus diu expertis creatos, paci & senatui suos justitiæ heroas & sacerdotes, quibus intemerata virtus & insitus sit abstinentiæ amor, reipublicæ caritatem, quæ fere tota refrixit, civibus, promta nec difficilia recte factis præmia, splendorem ac decus literis & quibuscumque bonis artibus, solamen ac levamentum populis sub onere vectigalium tenui cum fructu ærarii rationum deficientibus, rei pecuniariæ (unde præcipua fere semper mali labes) modum, atque exactores & administratores fidos obnoxiosque peculatus legibus, inexorabiles publicæ deprædationi (cui si non obstinato, saltem impotenter indultum aliquo forsan tempore fuit) secures & laqueos, vitiis ac sceleribus ceteris humanæ pacis hostibus dignas pœnas, &, ut compendium faciam hucusque dictorum, Regem suum regno, Regi regnum suum una cum his aut pro his bonis omnibus restituta. Tot enim absunt cum Principe bona, tot redeunt. Dum vero unaquæque hujus tui pars Imperii fusis ad Deum precibus ac nuncupatis votis supernum

tua

tua manu & interventu sibi jam præsto futurum præsentit auxilium, diemque illam, qua primum ad hujus magnæ navis clavum sedebis, producta sui solenni pompa videre gestit, nos interim, ne nihil agere videamur, doctrinæ ac literarum partes sumimus, ac Regi suo Hispaniam olim & nunc sapientem, doctam, Minervæ alumnam, bonis studiis, artibusque florentem in ejusdem diei expectationem & quasi præventoriam pompam coram sistere audemus. Manes illi, manes virorum sapientum, patriæ adhuc memores, patriæ amantes, conspirantibus in unum pro salute tua & initiatione tua mortalium omnium votis & supplicationibus quasi se ingerunt, partæque olim sibi famæ & existimationis gloriam gloriæ istius diei conferre quodammodo, salutare novum Regem, eique fausta omnia apprecari, & a summo impetrare Regum Rege videntur mihi esse promtissimi ac paratissimi. Neque enim immortales civium animas nulla nostri cura sollicitat, imo eorum, qui beati jam sunt, tutelæ nitimur, patrocinio ad honeste atque utiliter res gerendas communimur. Dispersa nimirum hæc portio fuerat hactenus Hispanæ tuæ gentis, aut parum curiose collecta & observata. Nec nobis integram hujus facti aut solidam gloriam affectamus, contenti pedem eo intulisse, quo nulli adhuc pervenire aut niti labor improbus & patriæ amor impetravere. At vellem utique & maxime vellem nuda nomina, nec hauriendas oculis, sed mente tantum, olim hominum umbras sic posse verbis meis induere, ornareque, ut Maximo Rege dignum & a me exoptatum spectaculum redderent. Nec tamen ad spolia respecturum te magis quam ad animorum excellentem virtutem, qui se tibi (Carole Rex) egregiis factis ac vera laude, non utique verbis commendant nostris, credimus. Plane sub eorum meritis & existimatione, dum ad te obsequio isto & munere colendum admittor, latere ac delitescere in votis esset, nisi non ultimam aut spernendam laudem arrogare huic operi, quod laudes tot maximorum hominum, ceterorumque haud Hispaniæ pœnitendorum, continet, posse me absque arrogantia & invidia existimarem. Quam ergo Hispanorum hujus ac præteriti seculi Scriptorum Bibliothecam collegi sedula, instruxi ornavique non indiligenti opera, hanc tibi Regum Maximo literarum ac literatorum Mecænati ac fautori egregio jam futuro, solenni hac nuncupatione & invocatione sacri nominis tui nunc dedico, & prius Regii, deinde sub Regiis tuis auspiciis publici juris facio, Majestatis tuæ ac Serenissimæ Genitricis & tutricis tuæ Reginæ nostræ sanctissimæ & gloriosissimæ pedibus provolutus, quam tecum superesse nobis diutissime & constantissime quis erit tam sensus inops, qui non juxta cum iis desideret, ac Deum precetur, quæ maxime desideranda sunt, & a largitate beneficentiæ illius summæ ac interminabilis confidentissime expectanda.

Maiestati tuæ

Deditissimus Servus *D. Nicolaus Antonius.*

DE HISPANORUM DOCTRINA

BIBLIOTHECARUM UTILITATE

ET PROPOSITO HUJUS OPERIS

AD LECTOREM

PRÆFATIO.

CLARISSIMA toto orbe terrarum, ac per omnem ejus ætatem, regionum Europæarum princeps, mundique ab oceano surgentis caput HISPANIA peperisset utique sibi magnum satis decus atque ornamentum famæ non intermoriturae unquam, sed a præstantissimis quoque aliarum gentium populis invidendæ, si solum Reges optimos ac fortissimos duces, belli fulmina milites, atque omnium virtutum politicarum exempla posterorum memoriæ atque imitationi consignasset. Quinam etenim inter mortales omnia possumus? Divisit rerum supremus conditor dotes ac dona sua eo providentiæ ordine, ut unaquæque provincia aut natio præ aliis excelleret peculiari aliqua prerogativa, qua quidem id compensare posset in quo ab eis superabatur. Adeo ut principem quendam in ceteris locum non ea quidem obtinuisse dicenda sit, cui nihil prorsus, sed cui minus earum rerum defuerit, quæ aut commendatione ipsius naturæ, aut communi hominum existimatione censentur, suisque possessoribus ad recte beateque vivendum quasi manus & instrumenta sunt. Neque adhuc tamen (ut humana omnia fluxa & inconstantiæ ac vicissitudini sunt damnata) quæ semel alicui genti benigno summi bonorum largitoris influxu contigere, adeo ei coalescunt, & propria innataque reputari debent, ut non abscedere aliquando, locumque inde vertere, ac nec vestigia sui in eo solo, cui altissimis infixa radicibus videbantur, impressa relinquere valeant. *Ita fato placet* (ait Seneca (1)) *nullius rei eodem semper loco stare fortunam.* Hæc itaque mortali, seque ipsam per partes impellenti & exterminanti naturæ haud injuria imputare nos nulli non liquere poterit, qui vel simplici quadam injectione mentis ad historiarum speculum orbem terrarum in ejus partibus, populorumque orbis tempora in eorum eventibus (quantum ab illo, quod olim fuerant, mutata!) voluerit contemplari. Deplorabilia etenim hujus transformationis, atque eximiæ cujusque laudis ex alia in aliam gentem emigrationis documenta & exempla nullum non suppeditat ævum jam hodie exactum, nullum non ex his, quæ in posterum exigentur, suppeditabit. Sive id non tam naturæ, quam numini ejus auctori magis certe adjudicamus, scelera nostra clade & ruina expianti, ut agnovit & Alexander ethnicus Rex apud Curtium (2): *Vices accipiunt melius acturi*, Christiano ferme ore proclamans. De imperio nunc non dicam, quod frequenter magis hoc sidere afflari solet, neque de temporum ea vicissitudine, quæ in res grassatur. Scio enim quantum ingeniosa illa Sibyllini carminis Tertulliano (3) & Lactantio (4) lecti paranomasia paucis verbis universitatem rerum inconstantiæ suæ admoneat:

Ἔσται καὶ Σάμος ἄμμος ἐσεῖται Δῆλος ἄδηλος
Καὶ Ῥώμη ῥύμη.
Erit & Samos arena, & Delus ignota,
Et Roma vicus.

II. Religionem nunc, probitatem, fortitudinem, prudentiam, civilitatem, atque alias virtutes, quæ animo retinentur, longe dicessisse ab iis regionibus, quæ magnum sibi exinde nomen præconiumque olim paraverant, ut alibi radices agerent, aliquando & ipsas revellendas, tot fere nationes sunt expertæ, quot vitalem spiritum ex hoc reciprocante vices turbinum ac serenitatis aere traxerunt. Operæ quidem magnum esset pretium ad cujusque huc divertentis instructionem eas omnes dinumerare, quæ e fastigio in præceps deturbatæ sunt, aut ex infimo in summum locum præcipuæ laudis exaltatæ, si non una sufficeret Græcia ante oculos posita: illa, inquam, Græcia, qua nihil sapientius, nihil fortius, nihil politiæ omnis, pulcritudinisque aut nitoris plenius sol unquam vidit, aut mens humana concipere & excogitare potuit. Quid ea nunc indoctius, quid imbecillius, quid bonorum omnium indigentius, & commiseratione dignius universitas rerum continet? Asiam taceo & Ægyptum, olim doctissimas, piissimas, hodie sui immemores, & ruinas tantum. Hispaniæ vero sic benevolus fuit semper naturæ, sic beneficus gratiarum & gratuitorum omnium donorum auctor, ut quid aliis invideret gentibus, aut peregre admiraretur, vix se circumspiciens alicubi deprehenderet. Fortitudinem, belli aviditatem, virium robur, impatientiam vitæ, cum esset mori honestum, inediæ & laboris, æstus & frigoris patientiam, libertatis amorem innatum Romani & Græci scriptores passim Hispanis tribuunt. *Audacem, ferocissimam, jugique impatientem* Tibullus & Florus: item *bellatricem, viris armisque nobilem, seminarium hostilis* (nempe Carthaginensis) *exercitus* ibidem Florus: *pugnacissimam barbarorum* Thucydides: *animique prodigam* Silius: *impacatam* Virgilius: *in hostes crudelem, erga advenas humanam & hospitalem* Diodorus Siculus appellant gentem. Inhæserunt hæ virtutes nostris animis sic profunde, ut licet variaverit suas fortuna temporum vices, Romanis nulli diutius restiterint, aut Romanos sæpiùs vicerint, sub Gothis non alii frequentius triumphaverint, iidem atrocissimam ab incursione Maurorum calamitatem & (ut ita cum jurisconsultis loquar) vim divinam constantissime ac fortissime sustulerint, exarmaverint, tandemque dispulerint; cumque iis debellatis datum aliquando est cum Europæis aliis populis ad prælium componi, ab omnibus iis præcipuam quandam, nec antiqua inferiorem, bellicæ virtutis laudem, quantumvis æmulis, aut ire sub juga nostra jussis, reportaverint. Lucii Marinæi Siculi de tempore suo loquentis verba subjungere non gravabor. *Tempore nostro* (ait) *Reges, externosque duces, omnesque principes videmus, qui bella gerenda parant, diligentissime quærere Hispanorum exercitus, quod de illorum nec fide, nec fortitudine, nec constantia dubitent.* Ita olim fa-

(1) *In Consolat. ad Helviam matrem cap.* 8. (2) Lib. 2. cap. 5. (3) De Pallio cap. 2. (4) Lib. 9. cap. 15.

factum, cum Romana gens maxima floreret disciplinæ militaris laude: Hispanis enim militibus supplevisse eam legionum numeros ex Hadriano Spartiani observat Isaacus Casaubonus. Præterea justitiam eam sic semper excoluerunt majores nostri, &, quæ pars magna justitiæ est, erga Principes fidelitatem, quæ vel nunc, adversante nullo ex nationum descriptoribus atque censoribus, virtutes alias gentis splendidius multo lucere facit, & si quæ vitia sunt (non enim nobis adulamur) haberi foris domique indulgentius, labentique naturæ mortalium non egre condonari. Justitiam Hispanorum & fortitudinem præ aliis dotibus, hoc est, virtutem belli, & sapientiam pacis, commendare opportunum idcirco atque æquum duximus, quia aliis & aliis e communione populorum intermissis innoxie aut profligatis virtutibus, absque duobus istis nulla constare potest reipublicæ ratio, nullum vel minimum imperium coalescere ac perennare.

III. Magnam rem, inquam, præstitisset Hispania, etiamsi eorum tantum fructuum læta proventu, quos produxisset ei Martis campus, Jovisque fovisset gremium, de cetero bonis artibus & literarum studiis vale dicto, Minervam & Apollinem, tanquam aliarum gentium deos, haud aliquo esset obsequio cultuque dignata. Sed cum Genius gentis ad maxima quæque adaptasset eorum indolem; sic statim ab eo tempore, quo barbara & (ut Justinus loquitur) propiora feris quam hominibus ingenia convictu Romanæ gentis exuere, civilem omnem, & eloquentiæ atque sapientiæ doctrinam ut indipiscerentur, ingenio & industria ducibus sic strenue ac feliciter contenderunt, ut brevi etiam Romanæ urbi cunctarum disciplinarum præceptores inferre, victorisque ac dominatoris populi non milite, non auro tantum copias ærariumque; sed gymnasia ipsa, theatra, forum, atque senatum lectissimis undique Musarum Mercuriique sacerdotibus in dies magis ac magis locupletare possent. Quam vere & non adulatorie Pacatus, tametsi in *Panegyrico ad Theodosium Augustum*, natalis provinciæ laudibus aliis hanc etiam annumeravit, unde sapiens, disertaque, doctaque audiret Hispania! *Terris omnibus* (ille ait) *terra felicior, cui excolendæ, atque adeo ditandæ impensius quam cæteris gentibus, supremus ille rerum fabricator indulsit.* Cui quidem uni (iterum ait) *quidquid ubique laudatur, assurgat. Hæc durissimos milites, hæc experientissimos duces, ac facundissimos oratores, hæc clarissimos vates parit: hæc judicum mater, hæc principum est.* Robur hæc verba, corporum & animorum præsentiam in bellatoribus, imperatorias artes in belli ducibus, eloquentiam atque justitiam in reipublicæ administratoribus, poeticæ facultatis excellentiam in vatibus, tandemque augustissimam in producendis optimis principibus felicitatem gentis significare posita sunt; de qua ultima, ne id habere insuper videar, repetere libet, quamvis nulli non visa, Claudiani carmina in *laude Serenæ Reginæ uxoris Stiliconis*:

Quid dignum memorare tuis, Hispania, terris
Vox humana valet? primo levat æquore solem
India, tu fessos exacta luce jugales
Proluis, inque tuo respirant sidera fluctu.
Dives equis, frugum facilis, pretiosa metallis,
Principibus fœcunda piis.

Et paulo post:

Namque aliæ gentes, quas fœdere Roma recepit,
Aut armis domuit, varios aptantur in usus
Imperii: Phariæ segetes, & Punica messis
Castrorum devota cibo: dat Gallia robur
Militis: Illyricis sudant equitatibus alæ:
Sola novum Latiis vectigal Iberia rebus
Contulit Augustos. Fruges, æraria, miles
Undique conveniunt, totoque ex orbe leguntur:
Hæc generat qui cuncta regant.

Quæ quidem urbi & imperio fructuosissima, propterea que isto & aliis veterum testimoniis celebratissima Hispanæ (indolis dicam an fortunæ?) ubertas in nihilo defecta debilitatave Imperatorum eminentissimorum editione, quorum in Romanis annalibus maxima laus est, in Gothorum utique nostris Regibus ex barbare fortibus ad summam æquitatem & humanitatem formatis, indeque in Legionis, Castellæ, Aragoniæ, Portugalliæ, Navarræ Regibus, majorem partem excellentissimis, atque omni præconio majoribus, tot sæculis continuavit, immo felicitare nos & universum fama sui complere orbem terrarum pergit.

IV. Sed ut ad literarum amorem paulisper intermissum revertar, Turdetanis meis ante alios Hispaniæ populos hanc laudem consignabat antiquitas. An de aliqua gente barbarorum (ut Græci non Græcos omnes appellare solebant) dictum usquam auditumve dignius quidquam eo quod ex Strabone subjungimus? *Hi inter Hispaniæ populos* (ait (1) ex Græco Latine loquens) *sapientia putantur excellere, & literarum studiis utuntur, & memorandæ vetustatis volumina habent; poemata, leges quoque versibus conscriptas e sex annorum millibus, ut aiunt. Cæteri etiam Hispani usum habent literarum &c.* Asclepiadis item Mirliani, Græci (ut videtur) in iisdem Turdetanis ludimagistri, facta in eodem libro Strabonis mentio Græcas literas in pretio & in studio apud nos fuisse prodit manifestissime: uti & epitheton eruditionis genti nostræ sub Iberorum appellatione ab Horatio Flacco attributum eo versu ex *Ode ad Mæcenatem* ultima lib. 2. *Carminum*:

——— *Me peritus*
Discet Iber, Rhodanique potor:

qui tam aperti sensus est, ut mirari subeat interpretum de causa peritiæ Iberis adjudicatæ hallucinationes, poetæ sententiam gentisque honorem, nescio an satis candide, alio avertentium. Huc etiam referendum est, inventos in his partibus viros, qui Titi Livii Romanorum historicorum principis fama commoti, ejus videndi causa itinere in Italiam usque arrepto, non sibi & genti suæ minorem egregiæ indolis ac doctrinæ gloriam comparavere, quam Liviana gloria est, hoc præcipuo inter alios existimationis tam longe lateque dispersæ testimonio & confessione (quantumvis non ullo eius divinorum monumentorum posteri fruerentur) clarissima nunquam non futura.

V. Si tamen ad meliora sæcula & commutata cum Romanis morum civilium, optimarum disciplinarum, atque elegantissimæ linguæ bona jam accedamus, oratores, poetas, philosophos Romæ contulimus facundissimis, ingeniosissimis, sapientissimis eorum non inferiores; ut ostenderetur vinci armis fere semper fuisse fortunæ donum, ingenio autem nullas injici manus, aut immitti jugum posse. Vix enim pacata fuit, & (ut ille ait) sera catena vincta ab Augusto Hispania, cum florere in urbe rerum domina, dicendique facultate cœperunt præesse victoribus magna illa literarum nomina Julius Hyginus, bibliothecæ ejusdem Augusti præfectus, Portius Latro declamatorum princeps, Moderatus Columella naturæ disertus illustrator, Sextilius Hena ingeniosus poeta, Quintilianus senex, junioris pater; & pro pluribus aliis Annæa domus, magnorum ingeniorum parens, qui M. Senecam, qui Lucium ejus filium, qui Lucanum, Lucii ex sorore nepotem (de quibus pauca dicere neque lubet, neque æquum est) Romanæ magnitudini verè æquales, declamatorem, phi-

(1) Lib. 3. Geograph.

philosophum, poetam, vitæ, luci, atque famæ dedit, uti & Jun. Gallionem, quem Seneca ipse Rhetor Portio Latroni in utriusque eorum studio comparat. Quid nunc Quintilianum referam ex altero illo genitum, oratorum inclytum præceptorem, censoremque, nisi quod in ea tempora inciderit, quæ nullum, aut non magnum in republica gerenda, ut olim, locum iis concessere? Martialem, &, si placet, Silium quoque, Bilbili & Italica oriundos, quorum alteri severiores, alteri mansuetiores Musæ sic indulgenter arrisere, ut quem Punici belli egregio descriptori, aut morum urbanorum facetissimo atque argutissimo reprehensori conferre, opponereque valeat aut velit, vix habeat unum aut alterum illa eorum ætas? Pomponium Melam, pressum & elegantem geographiæ, si quis alius, auctorem? Hadrianus item Augustus, Trajani successor & consobrinus, noster est; qua enim fronte audebit aliquis credulitatem suam non addicere Cassio Dioni, Eutropio, Eusebio, Agellio, Aurelio Victori, Ælio Spartiano, Cassiodoro, Latino Pacato, aliis affirmatissime id scribentibus? Is autem cum ejusdem Dionis verbis *naturâ* esset *amans literarum utriusque linguæ*, & Spartiani testimonio *poematum & literarum omnium studiosissimus, arithmeticæ, geometriæ, picturæ peritissimus, oratione & versu promptissimus, & in omnibus artibus peritissimus*, dione ipso referente in Joannis Xiphilini *Epitome*, multa, tam pedestri oratione, quam carmine conscripta reliquit. Ex quibus metrici laudantur *Alexandreidos* libri apud Stephanum (1): pede liberi, opus *de Vita sua* Phlegonti liberto suppositum; *Catacriani* libri obscurissimi (de quo nomine argutantur plura viri eruditi) *Orationes*, quarum *pro Italicensibus* civibus suis unam Agellius laudat (2); *Sermonum* tandem libri, ut videtur, grammatici, quorum grammaticus Sosipater meminit. Nec sine idoneo testimonio Prisciani etiam Grammatici, Trajano ipsi, a quo Hadrianus habuit imperium, *Dacicorum*, seu Dacicæ eius expeditionis libros adjudicamus, quem & versibus pangendis delectatum, Plinius in *Epistolis* (3) non obscure significat.

VI. Christiana vero Fide imbuta Urbe & imperio, Sanctus Damasus Papa, Hosius Cordubæ Episcopus, sic eruditionem sustentavere Hispanam, ut sua quoque, nec mediocris laus Paulo Orosio cesserit, Dextro atque Idacio historicis, Prudentio, Juvenco, Avieno, Matroniano, Dracontio poetis, Gregorio Bætico, Paciano, Apringio, Juliano Pomerio, Justo Urgellitano, & eius fratribus, Catholicæ veritatis vindicibus. Gothorum gentem & imperium non diu post illustravere fulgentissima illa cæli nostri sidera, Leander & Isidorus Hispalensis, Fulgentius Carthaginis ecclesiarum antistites, fratres, quorum opus tam verbo quam scriptis procusum Gothica fuit & Hispana gens e cimmeriis Arianismi tenebris ad dias veræ Fidei oras reducta, sibique restaurata. Ildephonsum, Eugenium, alios Toletanæ sedis Episcopos æqualis cum superioribus magnitudinis astra satis splendore suo conspicua sunt, quin facula nostræ laudis indigeant. Neque enim fastos nunc Scriptorum describimus, sed tantum perpetuam apud Hispanos literarum celebritatem atque existimationem fuisse rei causa confirmamus.

VII. At nec ea quidem tota in præceps cum imperio ivit, quando Arabum Dynastis colla huic tam acerbæ pœnæ ob insolentiam criminum impendi vere digna Deo visa subdidimus, captivorumque corporum animi calamitatis suæ conscii nihil minus quam a literarum fontibus, qui ubique exaruerant, solatium sibi aut rebus suis compendium aliquod providere cogitabant. Plane enim conservatæ sunt sub cineribus illis, in quos gloria gentis e fastigio suo deturbata, & barbarorum flammis extincta consederat, scintillæ quædam sacri sapientiæ ignis atque doctrinæ, unde inflammatos legimus, & ad fovendum, quasi Vestæ focum Romanæ olim virgines, literarum amorem erectos Beatum cum Eterio, Isidorum Pacensem, Eulogium martyrem, Alvarum Cordubensem, Bonitum, Prudentium Trecensem Episcopum, & alios, quorum eo major laus ac de civibus suis meritum fuit, quod nullis Christianarum scholarum, nullis, aut valde paucis, exemplorum a viris excellentibus venientium subsidiis adjuti, & ad colenda studia invitati, vere uti flores in arido & horrenti spinarum campo germinare visi sunt.

VIII. Uberior tamen proventus ille exstitit literarum & ingeniorum culturæ, qui in Arabum & Hebræorum Hispaniæ civium, ac proinde nequaquam ei pœnitendorum, cecidit gremium. Credibile enim vix est qua mentis contentione ac virtutis amore hoc genus hominum in bonas disciplinas, præcipueque sacrarum literarum explicationem, philosophicam ac medicam, & omnes liberales artes incubuerint; quorum doctissimis (si demas tamen superstitiosas & aniles eorumdem in religionis negotio fabulas) etiam Christianæ Academiæ ditatæ sunt, fruunturque monumentis. Fere enim quidquid in sacris libris elucubratum est eo tempore ex Hebraicis fontibus, quidquid in Medicinæ & Philosophiæ arcanis eruendis mens humana insumpsit laboris & vigiliarum, e finibus Hispaniæ, & ex scholis utriusque hujus gentis prodiisse, illorum nemo inficiabitur, qui earum bibliothecas sedulo excusserit, nosque aliquando, quum fidem integri hujus & absoluti operis liberare dabitur, ostendemus. Plane Hebraicæ Synagogæ, tam apud Mauros quàm apud Christianos frequentes, & inter Hebræos ipsos ceterarum potiores & nobiliores existimatæ, celeberrimos illos protulere divinorum librorum veteris Testamenti enarratores, quorum testimoniis innituntur sæpe noviores & Christiani interpretes ad eruendos sanctæ linguæ sensus, enodandam Bibliorum phrasin, illustrandas Hebraicæ gentis antiquitates, nec semel etiam ad Christianam ex eorum fumo lucem proferendam & adversus ipsos confirmandam. Mosen intelligo Maimonidem Cordubæ natum, qui ex sententia hujus ætatis eruditorum, primus desiit inter Hebræos ineptire: *qui paucos quosdam atque exiguos errores magnis ubique virtutibus & lectissimarum rerum præceptionibus compensat*: Abrahamum Aben Ezra Toletanum *Philosophum* (Ariæ-Montani verbis) *ac Medicum eruditissimum, sacrorumque librorum sua lingua commentatorem illustrem*: Davidem & Mosen fratres Kimkios, quorum ille auctor est celebratissimi & utilissimi *Michlol* operis, sive *Thesauri linguæ sanctæ*, unde Pagninus majori ex parte suum conflavit, homo doctissimus, ac minime superstitiosus, quique Christianorum lectioni aptissimus existimatur; alter vero in Grammaticis non contemnendam, nec Davidis fratre indignam auctoritatem apud eruditos sortitus est: Mosen Gerundensem quamplurium operum clarum scriptorem: Jonam Cordubensem Grammaticum perfectissimum: Judam Levitam, libri *Cozri* auctorem: Jacobum Badreschi, alterum inter Hebræos Ciceronem: Ascherum item Levi, ac Judam Barcinonenses: Jonam Gerundensem: Meir Toletanum: Samuelem & Judam Aben Tibbon, Abrahamumque Aben Sahal, Hispalenses: & alios quamplures, quorum in *Bibliothecis* suis *Rabbinicis* Buxtorfius & Plantavitius, in *Orientali* Joannes Henricus Hottingerus, & ante eos ex eadem gente David Gans & Zacutus Salmanticensis, hic in *Jucbasin* libro, ille autem in *Chronologia* sua *Judaica*, meminerunt. Nec ullo tempore usque ad id, quo è finibus nostris abire jussa fuit ea gens, defuere homines eruditissimi, qui ex Hispano aere suxerunt, quod ingenio industriaque non vulgari ab studiis nomen sibi fecerint, quantumvis felicissimam mero fidei meridie nascendi sortem & exaggeratam doctrinæ laudem procuratæ cæcitatis obstinatione magna ex parte corruperint. Unus enim ex his est, qui solum vertere, quam in se revertere, ac superstitioni renunciare maluerunt, Isaacus Abrabanelius, si a natura eum expendas, ingeniosissimus; si a studiis doctissimus; si ab industria totus labor; idem tamen Christiani nominis, si quis alius, infensissimus hostis, ac perversissimus veri calumniator. Quotidieque ex Hispanis Hebræis derivati, quamvis alibi gentium, ubi degere permittuntur nati, haud immemores suæ originis, imo ipsam in scriptis jactantes, monumenta sui vel theologica vel philosophica vel medica sermone etiam Hispaniæ vernaculo communicare amant posteris, momenque suum (quod miserum infelicibus solatium est) oblivioni eripere.

(1) In Ἀ'ςραια & in Σάνεια. (2) Lib. 16. cap. 13. (3) Lib. 5. ep. 3.

IX. Nec minus quam ex Hebraico surrexit læta ex Machometano agro seges virorum philosophiæ totius ac mathesis cognitione, atque edita in vulgus doctrina præstantium; quorum latent quamplures adhuc in Arabicis tenebris, atque interituris facile chartis lucubrationes. Quo deveniens non possum non lacrimabile illud ante aliquot menses factum Laurentinæ regiæ bibliothecæ manu exaratæ incendium deflere cum iis omnibus, qui auro contra habent caros hoc genus thesauros; quo igne absumpta nobis peregre degentibus referuntur major librorum Arabicorum pars, atque item Græcorum, quos ex omnibus antiquæ ac novæ Machometanorum ditionis angulis exquisita Philippi Magni Regis Hispaniarum II. Bibliothecæ, ac totius ædificii cum orbis terrarum & omnium ætatum maximis comparandi auctoris, diligentia corraserat, eoque loci æternæ memoriæ dicaverat. Sed ut non sine aliqua mentione eorum, qui in Hispano solo Arabicas literas illustravere, hinc discedat calamus, Aben-Roe, sive Muhamedo Abulgail Cordubensi, Aristotelis perpetuo interprete, viroque undique doctissimo nullum potiorem Arabismus quaqua versum patet quem Græcis opponat philosophis, nominare unquam poterit. Aben Zoar Hispalensem, sive ex territorio huius urbis, medicum præstantissimum Aben-Roes ipse discipulus summe laudavit. Aben Zoar eius filius, quem Rasim vocant, Aben sive Ibnu (*filium* Arabice significat) Thophail Hispalensis, præceptor Mosis Majemonidis, & Aben-Rois, Abu Bahar Ibnu Chalson Granatensis poeta, Ibnu Saigh è civitate Mariæ (Portum Sanctæ Mariæ intelligo) Ibnu El Beitar Malacitanus, Aben Madi, Aben Agatin, medici fere omnes & philosophi inter suos clarissimi, laudantur in *Prosopographia* Joannis Leonis Africani, & alibi: ut prætermittamus Aben Sinam (quem Avicenam vulgus vocat) falso a quibusdam Hispaniæ adscriptum, immo Rasim medicorum operum celeberrimorum auctorem, qui peregre, hoc est in Persia natus, incolatu dumtaxat noster est. Vere enim Mauris partem illam Hispaniam meridionalem tenentibus, quam Romanorum Bætica olim continebat, his literis adhibita fuit eximia quædam industria, præcipuusque honor habitus, adeo ut Abu Nazari cujusdam *De studiis populi Andalusiæ*, hoc est Hispaniæ Arabicæ, magnum, & inventu rarum opus, Arabicis ceteris commentariis annumeretur. Quarum utriusque sectarum auctoribus commendandis aliquanto diligentiorem operam adhibere debuimus, ne ex vulgaribus Hispaniæ ac scriptorum eius encomiastis, quibus Latini tantum, non alii fere, noti sunt, profecisse videremur; prætereaque ut eius partis, quæ ad perficiendam hanc Bibliothecam necessario nunc desideranda est (ut paulo post dicemus) quasi aliud agentes nonnullum præberemus specimen.

X. At eo ipso tempore, quo infidelium populus philosophica omni florebat doctrina, sterilescere visus est, fateor, Christianæ Hispaniæ campus, & inter armorum fragores ac belligerandi necessitatem, qua cuncti detinebantur & ab omni fere alio munere avocabantur æquales tot sæculis majores nostri, Musarum harmonia & cultus mentis ingrata & importuna esse. Quis enim otio quietique, unde artes vigent, locus in castris & bello addicta gente? Nullæ tunc aliæ quam armorum scholæ: non is qui arte loqui atque ingenio penetrare naturæ abdita; sed qui in prælio fortius hostem petere, civem servare nosset, aliqua dignus laude habitus. Præ militari sordebant ceteræ omnes artes. Sic Roma fuit, quum rudis adhuc & bellicosa erat. Nam & Suetonio attestante in libello *De claris Rhetoribus*, senatus-consulto non uno cautum fuit, Rhetores & Philosophi ne in urbe essent. Idcirco qui excoluissent sapientiæ studiis animum in ferrea illa hominum messe, quamdiu pro libertate belligeratum fuit, rarissimi apud nos aliquam sui memoriam ad posteros propagârunt. Profligato autem ab infidelibus metu, cumque jam non pro aris & focis tuendis, sed pro importunis, sæpeque recurrentibus hostibus vi subigendis ac debellandis arma tractarentur, venire ad partes & contubernio excipi cœperunt amor literarum & cultus, eloquentiæ studium, sacrorum librorum & humanarum disciplinarum cupiditas, præcipue a tertio decimo salvi facti orbis sæculo, quo Ferdinandus huius nominis III. Rex sanctissimus, atque jam hodie ex beneficio Clementis X. Pontificis nunc Maximi Christiano erga cælites obsequio & ritu invocari permissus, Mauritanæ fæcis reliquias ad extremos Bæticæ provinciæ angulos Africæ propinquiores expulit; Jacobus item Aragonius hujus nominis I. non solum Valentino sibi cedere regno, sed & Balearibus coegit insulis. Floruere isto sæculo Rodericus præsul Toletanus, Lucas Tudensis, Dominicus Prædicatorum auctor, Raymundus Penna-fortius, Raymundus alter Martini, Bernardus Compostellanus, Antonius Paduanus, Joannes Papa XX. Alphonsus Rex, *Sapiens*, Petrus Comes Portugalliæ, nec diu post Joannes Ægidius Zamorensis, Arnaldus Villa-novanus, Raymundus Lullus, Alphonsus Hispalensis præsul, Franciscus Ximen, Alvarus Pelagius, Joannes Segoviensis, Paulus & Alphonsus Burgenses Episcopi, Joannes a Turrecremata, Alphonsus de Madrigal Abulensis antistes, Joannes Episcopus Gerundensis, & alii satis magno numero, tam Latinorum, quam vernaculorum operum scriptores.

XI. Attamen quandam adhuc rudem & nondum absolutam doctrinæ formam hæc omnia præseferebant sæcula, quousque sub Ferdinando & Elisabetha Catholicis Regibus, solida (si Portugalliam demas) ditioni eorum subjecta Hispania, mercatum peregre ivimus quidquid disciplinarum, quidquid amœnitatis intra Italiæ & Galliæ gymnasia longe ab Hispaniæ finibus exsulabat; indeque jam apparere cœpit non artibus ingenia, sed artium exercitationem præstantissimis Hispanorum ingeniis ad hoc tempus defuisse. Mirum etenim quam brevi tempore quamque feliciter admissa semel aliena hæc merces ditare cœperit omnes hominum ordines, omnes scholarum cœtus, Salmantinæ ante aliquot sæcula, Complutensis a magno illo Toletano antistite & Purpurato Patre Francisco Ximenio nuper fundatæ, aliarumque. Et ut eximium quoddam sui specimen, quo ad literarum aspirare se obtinendum principatum non obscure testaretur, gens nostra faceret; ecce tibi ex ista ultimo loco nominata Academia cura & industria doctissimorum hominum procurata, non alicujus veteris, quamvis maximi, sive ecclesiastici sive profani scriptoris exstantia opera, sed integrum illud Bibliorum sacrosanctum systema quatuor repetitum linguis, Hebraica, Chaldaica, Græca & Latina, quo opere nil vidit illa ætas magis elaboratum, nil magis utile aut necessarium. Cujus quidem editionis forma, cum Francisci Cardinalis Ximenii, cujus sumptibus & auspiciis facta est, magna commendatione, etiam post emissas ex Antuerpiensi, Parisina, Londinensi urbibus alias, & quidem locupletiores editiones, absolutissimæ, ceterarumque principis & quasi matricis elogia jure optimo audit.

XII. Eodem ipso tempore in Academia Salmantina jacta illa sunt robustioris Theologiæ semina, quæ plusquam alias aut alibi gentium opimis fructibus non diu postea editis, & in perpetuum, si Deo placet, edendis, ingeniosissimam omnium gentem speculationique maxime deditam fœcundavere. Ingentis enim famæ vir Franciscus de Victoria, non tam lucubrationibus editis, quamvis & hæc aliqua non magnæ molis, at magni pretii sint; sed doctrinæ theologicæ perfectissimæ in hanc Academiam & Hispaniam invectione, doctissimorumque theologorum educatione, quamdiu fuerit huic sacræ scientiæ honos inter mortales, vehementer laudabitur. A quibus ea in sublimem adeo locum evecta est, ut prorsus quæ alia præsumat natio hujus professionis lauream nobis eripere, his jure illa & merito contribuenda sit, quibus Jovi fulmen aut clavam Herculi de manu auferre tentantibus insaniam opprobravit antiquitas. Sed bonum factum: quod nulli adhuc in mentem venit, unde nos vindicandi ac stabiliendi Theologis nostris præcipuum locum cura sollicitet. Canus equidem, Sotus, Bannezius, San-Thomasius, Arauxius, Godojus, Prædicatorum; Molina, Suarezius, Vasquius, Valenzia, Ruizius, Granadus, Lugus, Jesuitarum; Castrius, Vega, Medina, Franciscanorum; Aragonius, Ponce-Leonius, Eremitarum; Cornejus, Carmeli sodalis; ne alios aliorum ordinum nunc recenseam, non tam virorum, quam propria sunt nomina scientiarum apicis sacræ Teologiæ.

XIII. Jam si ad morum instructores, virtutumque enucleatores, quæ ad pœnitentiæ sacramentum pertinent, fru-

fructuosissimam eiusdem Theologiæ partem, quæque, ut Senecæ (1) verbis utar, *errores nostros discutit, & lumen admovet, quo discernantur ambigua vitæ*, oculos convertamus; omnes fere hujusmodi commentariorum paginas complent Hispani, Martinus Navarrus, Sancius, Sotus iterum, Joannes Medina, Toletus & Lugo Cardinales, Corduba, Rodericus, Ledesma, Dicastillus, Azorius, Castro-Palaus, Trullenchius, Fagundez, Caramuelius, Escobarius, Mendozius, Vibaldus, Martinez-Pradus, Leander, & alii innumeri.

XIV. At Bibliorum nostri interpretes, unaque concionatorum Evangelicorum ad formandas sacri hujus muneris actiones duces exterorum nullis palmam concedunt. Quinam enim in Genesim post Pererium, in Judith post Cerdam, in Jobum post Pinedam, in Cantica post Sotomajorem, in Proverbia post Salazarium, in Ezechielem post Pradum & Villalpandum, in Prophetas minores post Riberam, in Evangelia post Maldonatum, in quamplures simul libros post Ariam Montanum, Gasparem Sancium, Forerium, Oleastrum, Salmeronem, Maluendam, Cyprianum, elucubrantes, horum vestigia non relegunt, eruditionem non admirantur, sapientiæ non assurgunt? De sacris actionibus cum Italis nobis controversia est. Hi artificio prævalent, rhetoricantur, verbis gestuque, ac tota corporis conformatione & motu veterum oratorum imitatores videri volunt: nostrorum strictior, nec affectata est eloquentia, non coagmentata domi oratione, aut verbis utuntur artificiose respondentibus; sed naturali & quasi extemporali facundia (2) quidquid judicii, quidquid acuminis, quidquid eruditionis eliciendum est, rebus ipsis & argumentis persuadendis, confirmandis ex sacræ paginæ ac Doctorum testimoniis ingeniose ac prudenter impendunt. Eaque solerter inveniendi, excogitandi acute, atque apte in rem præsentem cogitatis utendi nota sic vulgo placuere, ut etiam vernaculi sermonis conciones communiter apud Italos in ulnis gerantur, & propriæ horum linguæ interpretatione donentur. Nec paucos vidimus ex probatissimis, qui sic formam hanc nostram suam fecerunt, ut Italico sermone loquentes more concionarentur prorsus Hispano.

XV. In dogmaticis seu polemicis scriptoribus aliis forte nationibus herbam porrigimus. Extra enim positi controversiarum campum, nullisque domi hostibus, quibuscum disputando munus suum exercere debeant, compositi, cum larvis batuere aut ferire umbras velle sibi videntur, qui controversiarum, uti vocant, studia sectantur. Et tamen qui ad eas regiones delati sunt, ubi cominus elenchticum hoc negotium geritur, aut cum Tridentum ad sancienda vera & configenda falsa dogmata undique terrarum Catholicus convenit populus, satis ostenderunt Hispani Theologi non sibi arma nec usum armorum deesse ad componendum cum hoste gradum atque eum debellandum, etiam in Academicæ Theologiæ, vel ut ita dicam umbratilis, hoplotheca; nec in alium orbem se esse delatos crediderunt; sed quæ graviter in scholasticis velitationibus, eadem fortiter robusteque in veris argumentorum dimicationibus præstitere. Maldonatum, Turrianum, Valentiam, Petrum Sotum, Castrium, Viruesium, Vegam, Perezium Ajalam, Paivam Andradium, Orantium, Suarezium, nullus, cui Ecclesiæ decora hujusmodi comperta sunt, conferre optimo exterorum cuique dedignabitur.

XVI. Asceticis verò & spiritualibus librorum monumentis quantum Hispana virtus, religio, pietas, nec minus ingenium atque eruditionis studium valeat (3), unus Granatensis Ludovicus documento esse poterit, in quo videtur mihi Deus eam sapientiæ atque eloquentiæ formam, qua salutis negotium tractandum est, arduum illud æque ac necessarium, familiareque imbecillitati humanæ reddendum, ostendere nobis & commendare voluisse. De quo viro & aliis qui hunc agrum coluere, ac præstantiorem (ut Philone (4) utar) medicinam vulgata ista, quæ medetur solis corporibus, sunt professi, doctissimisque ac piissimis & prudentissimis admonitionibus præluxere viam sapientiæ ingressuris ingressisque, tacere præstat, quam pauca loqui. Vere certatim ex Hispano in vernaculas fere omnes piæ Europæ linguas translatum est quidquid eximius nuper memoratus ascetici operis princeps Ludovicus Granatensis, Alphonsus Madridius, Joannes Avila, Bæticæ dictus Apostolus, atque ejus alumnus Didacus Perez de Valdivia, Franciscus Arias, Ludovicus Pontanus, Alphonsus Roderici, Hieronymus Gratianus, Joannes Eusebius Nierembergius, Joannes Palafoxius, duoque illa ante alios terrestris cæli sidera, ut in empyrium nos operibus & scriptis manuducerent, orbi manifestata, Petrus de Alcantara, Theresiaque a Jesu, non minus sanctitatis, quam divinæ doctrinæ radiis fulgentissima, literis mandantes in aurea opera conjecerunt.

XVII. Præterea ethnicis in Ecclesiæ gremium conducendis & reclinandis, quotquot per orientalem occidentalemque orbis plagas ea caritate, qua major alia esse nequit, expeditionibus Apostolicis sacrorum Deo nostrorum hominum Redemptori eorum lucrifecimus, majorem aliis nationibus, in quas non sic abundanter benignitatem istam amplificandi regnum Dei providentia ejus effundere dignata est, curam & industriam impendimus. In quo mihi eadem providentia Dei videtur negatam Hispanis copiam contra standi hæreticos, quos a nostris finibus dudum expulimus, ac vigili oculo semper arcemus, omnino compensare voluisse adaperta latiori hac via in publicum proficiendi, & fructuose magis in eos populos, qui aures audiendi habent, nec eas surdarum aspidum more obturant, verba vitæ fundendi. Quo quidem beneficio præclariusne aliquod in historiarum acta sua referre habent, quæ confidentius de se existimant, magnificosque titulos præcipuæ inter Christianos notæ sibi arrogant, nationes aliæ? Hæc vera prorsus nota est electi ac dilecti præ aliis a Deo populi, quod in novum orbem Fidei vexilla intulimus, & longe lateque fixa habemus, veteremque nondum adhuc satis cognitum, Sinas, & utramque Indiam, & Africæ plagas verum adorare Deum fecimus. Oblatrent quamvis caninæ hostium linguæ Hispano-Indicam hanc expeditionem, & Casæ nostri ostentatis libellis hujus elevare contendant meritum. Paucorum & iniquorum hominum auro inhiantium crudelitati tot religiosissimos opponimus duces, tot viros Apostolicos, qui sacro-profanum apud eas gentes auspice Deo imperium statuerunt, & quotidie magis ac magis sub iisdem legibus & disciplina dilatare satagunt. His caritatis fructibus falsa caritas ornare se atque induere spernit, aut potius nescit.

XVIII. Decursis sacris, gradu ad non sacra facto, quandoquidem philosophiæ, vere *procreatricis illius, & quasi parentis omnium laudatarum artium* (quomodo eam Cicero Tullius appellat (5)) studium ingenio totum constat contemplationeque, ingeniique excellentiæ & excogitandi pervicaciæ dotes Hispanorum animis naturæ sic ordinata ratio benigne contulit, quid commendare opus erit pretio nullo expressioris operæ philosophos nostros, qui hujus scientiæ penetralia & Aristotelis ejusdem coryphæi recessus omnes e meris tenebris, immisso disputationis lumine, si qui usquam alii, clarescere fecerunt, eminentissimumque multiplicis genus disciplinæ commen-

(1) In præfat. Naturalium quæstionum. (2) Cardin. Sforza Pallavicinus in Arte perfectionis Christianæ lib. 1. cap. 4. *Maravigliosa è l' eloquenza de' Predicatori Spagnuoli, non mica imparata, ma innata qual noi la proviamo in molti, que per natura hanno una tal grazia, e insieme gagliardia di loquela, una tal acconcia pieghevolezza di voce soave e nervosa, un tal gesto leggiadro, temperato, e confacentesi alle parole, che senza haverne obligatione al Maestro e allo studio fanno vedere cio che raccontano, fanno credere cio che affermano, incantano gli uditori; e tal hora questa magia della lor lingua è si potente, che se arrivano à farsi ascoltare, violentano à farsi amare. Or la nazione Spagnuola naturalmente ingegnosa, vivace e gentile, abbonda di tali huomini.* Hæc ille. (3) Guido Card. Bentivoglius in vulg. quadam ad Tobiam Matthæi Anglum epistola. *Sono valenti huomini veramente gli Spagnuoli nelle composizioni spirituali: e non so come la lingua ancora porta con se maggior peso con la sua gravità per imprimere le cose.* (4) In libello: *Quod omnis probus liber.* (5) Lib. 1. de Oratore.

mentariis famæ gentis & argumenti dignitati ex æquo respondentibus, illustravere. Nec tamen absque eorum aliqua mentione, qui primarum partium (absit verbo invidia) honestissimo in isto sunt ordine, hinc dimittam lectorem nostrum discere avidum qualia Hispanorum nomina, Italorum, Gallorum, Germanorum potioribus collata deturbare alios, non ipsa deturbari gradu possint, Joannem Ludovicum Vivem, Petrum Joannem Nunnesium, Sebastianum Foxium Morzillum, Joannem Genesium Sepulvedam, totius eruditionis Quatuor-viros, Petrum Ciruelum, Dominicum Sotum, Franciscum Suarium, Gabrielem Vasquium, Petrum Fonsecam, Benedictum Pererium, Gasparem Cardillum Villalpandum, Michaelem de Palatiis, Franciscum Vallesium, ut noviorum, nunc forsan superstitum, verecundiæ parcam, ipsa eorum scripta satis superque harum literarum gnaris commendant. Jam vero philosophiæ partem illam, quæ valetudinis tuendæ ac restaurandæ munus continet, in medicorum nostrorum libris eo cultu ac dignitate haberi, quæ saluberrimam decet artem, vel iis facile persuadebimus, qui appellationes tantum hujus disciplinæ professorum notas habuerint, aut vel unius Francisci Vallesii nuper laudati medicinæ veteris principibus ævo dumtaxat inferioris; quo homine doctiorem alium, prudentiorem, eruditiorem, ingeniosiorem, excoluit nunquam in gymnasio suo medicorum altrix olim Alexandria, vel recentiores sortitæ sunt scholæ. Quem spisso sequuntur agmine, quos vere amavit ars hygiatica, Mercatus, Santa-cruzius, Lacuna, Vegæ duo, Christophorus Thomasque Roderici, Garcia Carrerus, Antonius Ludovicus, Lemosius, Zacutus & Amatus, Mena, Stephanus Rodericus Castrensis, Petrus Michael de Heredia, plures alii, quos, Academiæ Salmantina, Complutensis, Valentina, Conimbricensis naturæ mystas & alexicacos educavere.

XIX. A philosophia Mathematicas artes non separabimus, quæ aliquam cum ea societatem, auctore Lactantio (1) habent. Hæ quidem in omni vitæ genere, quo respublica vel juvatur vel ornatur, necessariæ sunt. Idcirco in unaquaque harum disciplinarum adeo instruxit plures Hispania, ut nulli dubitemus cum exterorum potissimis in comparationem descendere. Arithmeticæ enim peritissimos habemus Hieronymum Muñozium, Joannem Perezium Moyam, Joannem Martinum Siliceum: in Geometria Didacum Perezium Mesam, Jacobum Falconem, Andream Garsiam de Cespedes, Petrum Nonnium: in Musica pro multis Franciscum Salinam, cæcum, præter alios minorum gentium: in Astronomia & ei subjectis Geographia & Nautica Antonium Naxaram, Petrum Ciruelum, Petrum Nonnium jam laudatum, Petrum Medinam, Bartholomæum Antistium, Rodericum Zamoranum, & plures alios. Bellicæ artis, tormentariæ, equestrisque præcepta nobis egregie tradiderunt alii magno numero, quos tibi, ne prolixitatis arguamur, index liber in fine hujus Bibliothecæ positus suppeditabit.

XX. Philosophiam consequitur, aut potius ea continetur juris utriusque prudentia; siquidem diserte Ulpianus alicubi (2) se verum philosophum appellat, legesque & earum doctrina ethices proprie aut politices praxis existimatur. In qua quidem excellentissimis magnarum Academiarum Galliæ & Italiæ antecessoribus, experientissimis totius Europæ dicasteriorum senatoribus & advocatis, ex quo datum Hispanis est togæ studia sectari & excolere, pares habemus juris scientiæ magistros & scriptores, adeo ut in quacumque hujus studii forma, quos præ nostris alios habuisse vellemus, rarissimi, aut fortasse sit nullus. Ut enim ante quatuor sæcula reflorescentem in Italiæ gymnasiis, indeque trans Alpes & Pyrenæos derivatam sacri & profani juris peritiam commemorem, Azonis (quæ vulgaris fama est) discipulis, iisque, ut apparet, præstantissimis, debemus magnas illas divinarum atque humanarum omnium rerum tabulas auspiciis Ferdinandi III. Sancti conceptas, Alphonsi X. Sapientis absolutas, quod Jus Alphonsinum, seu Septempartitum a numero librorum seu partium vulgo nuncupamus. Atque his quidem non tantum comprehensum fuit quidquid Romanæ urbis ditioni profanæ Imperatores prius, deindeque sacræ Pontifices juris & legum indixere, concordatis etiam aut decisis glossographorum illius temporis dissensionibus; sed & Hispani propria omnia moris & imperii, quæ per municipales urbium dispersa leges, aut memoria tantum & observatione judiciorum retenta, in unum colligi & coalescere Juris corpus regia auctoritate sancitum regni majestas exposcebat. Planeque hocce Jus nostrum, cujus æquali nulla alia orbis terrarum gens vernacule utitur, iis valet, vigetque linguæ nostratis viribus, eo conceptum est decore simul ac dignitate verborum, ut quin auctoribus formatum fuerit natu Hispanis, quantumlibet alio sub cælo doctis, persuaderi haud facile possim. At sicuti Decretorum Gratiano, sic Decretalium ordinationem Raymundo Catalano Prædicatorum ordinis Ecclesia universalis acceptam ferre debet. Quod viri sanctitate ac doctrina celebratissimi de hac parte canonici Juris meritum aurem mihi nunc vellit, ne prætermittam, priusquam ad alia, in memoriam adducere, quod si decretis utimur sanis & emendatis, si Juris civilis legibus integritati suæ restitutis, Antonii Augustini Cæsaraugustani factum id maxime fuit industria studioque, ut videamur plane absque suspicione invidiæ aliqua totius Juris quodammodo vel auctores vel restauratores existimari posse. Sed jam ut nostri propositi tempus persequamur, duobus ab hinc sæculis eos peperit sacerdotio & imperio Juris mystas Hispanum solum, educavere gymnasia, Patrum ordines per omnia ejus regna doctrinæ ad fastigium evexere, quos sequens ætas in lucubrationibus suis adhuc superstites, veluti jurisprudentiæ quædam numina contemplatur & colit. Quorum apicem si Didacum Covarrubiam Leyvam appellem, theoricis, practicis literis, bonarum artium studiis, facultateque dictionis æque instructum, sibique semper æqualem, nullique operis sui secundum; non ideo minus summa quoque excipiendos & commendandos exquisitæ doctrinæ laude contenderim Juris lumina Martinum Azpilcuetam Navarrum, Ludovicum Molinam, Gregorium Lopezium, Ferdinandum Vasquium, Franciscum Sarmientum, Emmanuelem Costam, Hispaniæ Papinianum, Rodericum Suarezium, Antonium Goveanum (cui inter omnes Justinianæi Juris interpretes palmam deferebat Jacobus Cujacius) Petrum Barbosam, Franciscum Caldam Pereiram, Joannem Guterium, Antonium Padillam Menesium, proximioresque nostræ ætati Joannem Castillum, Joannem Solorzanum, Augustinum Barbosam, Joannem Baptistam Larream, Joannem Baptistam Valenzuelam, Franciscum Salgadum, Franciscum Amayam, Jacobum Cancerium, Joannem Petrum Fontanellam, præter alios innumeros. Quibus si specialem quandam Hieronymi a Bobadilla *Praxis* nostræ vulgaris *Prætorum* auctoris mentionem adjungam, ob insignem ejus in omni genere disciplinæ ac vernaculi sermonis, quo res doceri contentas ornatissime persequutus fuit, præstantiam, jurisconsultorum nostrorum fumosas imagines cessabo jam orationis meæ virga contingere.

XXI. At humaniorum disciplinarum amœnitates, & philologiæ ac linguarum notitiam non ita largiter nostris hominibus concedet forte aliquis (3). Nec refractarios nos habebit, si numerus, non conditio eorum spectetur, qui hujusmodi professione censeri dignoscique voluerunt. Fervidi enim & pespicacis ingenii vis, alta quæque petens, ad speculativas plerumque artes, aperiendumque mentis acie novas in penetralia totius philosophiæ, tam sacræ quam naturalis vias, ab studiis iis quæ pertinaci lectione & observatione foventur, diligentiaque magis & industria, quam subtilitate & inventione constant, avocare & abstrahere solet mortalium acutissimos. Hos quidem eorum gloria non multum pungit atque sollicitat, qui ad ista sola studia, veteris nempe ævi contemplationem, Græcorum & Latinorum rhetoricæ, poëticæ, aut historicæ artis monumentorum admirationem toti pallent & consenescunt, spernentes quicquid ingeniose magis quam diserte conceptum feriat aceto lotas, ut loquuntur, legentium aures, quibusque nullus alius comendatione dignus videatur liber, nisi is qui turget undique ac distenditur dictis & factis veterum ethnicorum in textu ipso & per-

(1) Lib. 3. c. 24. (2) Lib. 1. §. 1. De just. & jur. (3) Joannes Barclajus *Satyrici* par. 4. sive *Icone animorum*, cap. 7. Thomas Lansius in *Consult. de Principatu Europæ*, *oratione contra Hispaniam*: Georgius Merula *Cosmographiæ* par. 2. lib. 2. cap. 8. Golnitzius in *Compendio geographico* pag. 100. Georgius Hornius in *Orbe politico* pag. 29. par. 4. Gramondus *Histor. Galliæ* lib. 1. pag. 21.

per oram agglomeratis, aut ornamento verborum dictionisque lenocinio, quantumvis deficiatur re, speciem pulcri & accurati & quasi torno ducti præsefert. Nihilominus tamen in omnibus hujus studii partibus eminentissimos aliquos professores exterorum paucis comparandos dederunt literatorum choro erudita hæc duo, quæ percurrimus in præsentiarum, sæcula. Quo magis ostenderetur idonea & paria cuicumque disciplinæ ingenia præ aliis excellentiores quasque habuisse, laudemque nonnisi e summis & laudatissimis, sive temere sive consulto, procurasse. Quod esto sine offensione eorum a me dictum, quos ingenuarum omnium artium, vereque humanarum exquisita cognitio, professioque utilissima, & vivos existimatione præcipua decoravit, & morti impensos clarissima adhuc facit vivere fama, disertissimisque ac jucundissimis lucubrationibus sibi ipsis superesse. Nihil enim a me alienum magis esse noverunt omnes, quibuscum aliqua mihi consuetudo est, quam nobilissimis eloquentiæ, poeseos, philologiæque, ac ornatissimis studiis non eam adjudicare laudem, quam docti omnes ac judicio pollentes consueverunt. Inter tamen ea, per quæ ad altiora alia dirigi via debet, & altiora ipsa, quo via connititur, hoc est, inter ancillas & reginas artes, interesse quidquam potioris atque luculentioris meriti prærogativa inclytum, nec ii diffitebuntur, quorum summa est in amœnitatum & elegantiarum hoc regno, cui plurimum ego defero quidem, potentia & dignitas.

XXII. Ut enim a cognitione incipiamus linguarum, Sanctæ, ceterarumque orientalium, ac deinde Græcæ, totius eruditionis thesauri, tandemque Latinæ, qua explicare animi sensus in quacumque actione literarum universæ mos est Europæ, Hebraicarum rerum & idiomatis callentissimus fuit, si quis sub sole alius, Benedictus Arias Montanus, Bibliorum Antuerpiensis editionis vere Atlas, quæ sapientissimis idem lucubrationibus, fontibus impendens ipsis, explanavit. Alphonsum Complutensem medicum, Paulum Coronelum, Alphonsum Zamoram ex Hebræis Christianos magnus ille ac summis quibusque natus vir expediendis rebus Franciscus Ximenius Toletanus antistes procurandæ huic priori Complutensi eorundem sacrorum librorum editioni cum aliis Græce doctissimis præfecit. His proximus Thomas Maluenda Dominicanus novam post plures alias translationem ad Ezechielem usque perduxit, eamque brevibus, sed utilissimis commentaris illustriorem fecit. De Hieronymo Oleastro & Francisco Forerio, Dominicanis & ipsis, Ludovicoque a S. Francisco Minorum sodali, Hebraïce doctissimis, Lusitania gloriatur. Bartholomæus Valverdius Gandia sic in Hebraicis profecit, ut præter *Cantica* a se explicata ex fontibus ipsis huius linguæ, translationem quoque Latinam fecerit *Commentarii Rabbi Davidis Kimkii* in quinquaginta priores *Psalmos*, cujus nuper & post absolutam Bibliothecam exemplum vidimus MS. Romæ in Trans-pontinæ Virginis Deiparæ Carmelitarum monasterio, cum aliis ejusdem auctoris. Hic & Joannes Mariana non minus Castellam, quam superiores Portugalliam, nobilitant. Reliquæ provinciæ non unum aut alterum ex provincialibus suis utilem huic studio dedisse operam, idque in Bibliorum librorum explanationibus ostendisse, non temere affirmant. Bernardum Alderetum quin suo appellemus nomine, cum de orientalium linguarum eruditione fit mentio, summum hujus viri atque excellentissimis operibus manifestatum orbi de his literis meritum omnino vetat. Isaacum Abrabanelium natione Hebræum, in Hispania natum, & ab Hispania cum gentilibus suis omnibus ejectum, eruditissimum, si errores demas sectæ suæ, hominem, Josephum Karo, & qui non dudum e vivis Amsterodami excessit, Menassem Ben Israel, Hispanæ originis, & hujus linguæ monumentis sat notum, in albo eorum jure ponimus, qui præstantes his duobus sæculis in Hebraica fuere sanctorum librorum eruditione.

XXIII. Græcam vero in paucis familiarem habuere linguam fratres duo Vergaræ Joannes & Franciscus, quorum primus ejusdem nuper laudati Ximenii jussu nova interpretatione Aristotelis *Physicorum* octo, *De anima* tres, ac *De metaphysica* quatuordecim, qui etiam nunc manuscripti asservantur, libros, atque etiam eos quos vocant *Sapientiales*, e Græca septuaginta seniorum versione Latinos fecit, qui Bibliorum in Complutensem editionem sunt missi: alter autem Franciscus de cunctis grammaticæ Græcæ partibus docte scripsit: Arius Barbosa, Ferdinandus Pincianus, Joannes Genesius Sepulveda, Andreas Lacuna, Petrus Joannes Nunnesius, Franciscus Turrianus, Didacus Gratianus, Gundisalvus Perezius, Achilles Statius, Antonius Covarrubias, Mendozæ duo, Didacus Hurtadus & Franciscus de Bobadilla Cardinalis, Gundisalvus Poncius-Leonius, Laurentius Balbus, Franciscus Sancius, Petrus de Valentia, Petrus Fonseca, Joannes Mariana, Vincentius Marinerius, & alii non infrequentes aut sine magna laude in hac arena sunt versati, atque eorum quidam Græce doctissimis aliarum gentium compositi Athenas Hispanas Athenis ipsis Atticis, nedum aliis, haud invidere palam facere potuerunt.

XXIV. At jam inter Latinæ facundiæ principes, sive grammaticæ enucleatores, summum quemque locum nonne obtinuere Antonius Nebrissensis, Joannes Ludovicus Vives, Hieronymus Osorius, Emmanuel Alvari, Genesius Sepulveda, & Franciscus Sancius, nuper laudati, Joannes Christophorus Calvetus, Petrus Joannes Perpinianus, Andreas Resendius, Joannes Ludovicus & Melchior Cerdæ, Alvarus Gomezius, Hieronymus Zurita, Hieronymus Blancas, Sebastianus Foxius Morzillus, Alphonsus Garsias Matamorus, Didacus Tevius, Bernardinus Gomezius Miedes, Franciscus Mendoza, Joannes Mariana, Andreas Pintus Ramirezius, Franciscus Macedus, & quamplurimi, qui Latinis ad sacros libros, seu ad alias quascumque doctrinæ partes, commentariis manifestissima eloquentiæ suæ argumenta posteris reliquerunt? Limatum & acre in dijudicandis & perpurgandis ab errorum fermento prisci ævi auctoribus (cui studio primas doctus quisque in harum literarum concedit merito) judicium desideras? Inclyta duo criticorum cælo lumina ministravit Hispania Ferdinandum Nonnium Pincianum, & Petrum Ciaconium Toletanum, quibus tertius accedit & alia omni doctrina clarissimus Antonius Augustinus, Achilles item Statius, & Hieronymus Zurita, quibus utique magnum Senecam, Plinium, Pomponium Melam, Pompejum Festum, Joannem Cassianum, Arnobium, Isidori *Origines*, Antonini *Itinerarium*, Gratiani *Decretorum* collectionem, Juris Cæsarei libros, bona ex parte meliores & saniores debemus. Nec præterire nunc possumus, etiamsi cum superioribus in hac laude conferre alios passim nolimus, Ludovicum Vivem, Joannem Ludovicum Cerdam, Martinum Antonium del Rio, Michaelem Thomasium, Joannem Grialem, Sancium Brocensem, Thomam Tamajum, Laurentium Ramirezium, Josephum Gonzalez de Salas, qui exponendis Latinorum veteribus libris commendabilem adhibuere operam, ac nomine Hispano vere dignam. Illustratores antiquitatum habemus eosdem, quos toties jure ac merito appellamus, Petrum Ciaconium, Antonium Augustinum, Andreamque Resendium, quibus adjungi possunt Joannes Baptista Suarezius, Bernardus Alderetus, Martinus de Roa, Rodericus Carus, Franciscus Fernandez de Corduba, Joannes Ludovicus Cerda, Gaspar Barrerius, Ludovicus Nonnius, ut mittam nunc alios, qui peregrinis rebus insuper habitis, nostræ gentis & regnorum origines curiose & cum judicio persequuti sunt, de quorum in re historica laude paulo inferius aliqua dicere animus est. Poëtarum Latinorum exquiris in albo Hispanos? Jure quidem. Vehementia quippe & poetica nostrorum ingenia sunt, & cælestis illius quo carmina funduntur, influxûs capacissima. Unde suum nomen haud pauci eo intulerunt. Sufficit nunc memoria Arium Barbosam, Benedictum Ariam Montanum, Andream Resendium, Joannem Petreium, Joannem Ramirum, Alvarum utrumque Gomezium, Civita-regalensem & Castrium, Ludovicum Crucium, Emmanuelem Pimentam, Ambrosium Moralem, Jacobum Falconem, Joannem Verzosam, Joannem Christophorum Calvetum Stellam, Ludovicum Tribaldum, Jacobum Salvatorem Solanium, Joannem Vilchium, præter alios innumeros Apollinea ista arte claros.

Res

XXV. Res eo devenit ut eloquentia nostratis linguæ Castellanæ (ut Lusitanam nunc omittamus) tam pede libera, quam ligata numeris heroas suos in hoc theatrum producat. Et hi sunt quidem nobilitati ejus ac pulcritudini omnino pares. Regnant in sermone prosaico apud nos Ludovicus Granatensis, cui nullum alium anteponimus, Didacus Hurtadus Mendozius, Ludovicus Legionensis, Ferdinandus a Castello, Ferdinandus Perez de Oliva, Florianus Docampus, Hieronymus Zurita, Ambrosius Morales, Josephus Seguntinus, Antonius Fuenmajor, Bartholomæus Leonardus de Argensola, Joannes Mariana, Michael de Cervantes, Antonius Perezius, Petrus Mexia, Stephanus Salazarius, Franciscus Quevedus, Martinus de Roa, Lupus Felix a Vega, Didacus de Saavedra Faxardus, Josephus Pellizerius, & plures alii perfecta, ut Vellejus loquitur Paterculus, prosæ eloquentiæ decora, disertissimarumque lucubrationum, tam intra verarum historiarum & proficuæ cujusque doctrinæ limites, quam in fabulosis adinventionibus & ingeniosis quibuscumque argumentis auctores. Quorum aliqui Ciceroniana & Liviana copia, & vere lactea ubertate fluunt, alii pressa nervosaque eloquentia quasi in pompa gradiuntur, alii masculam & severiorem, alii tersam ac dilutiorem amant dictionem, sermone alii rotundo & numeroso, alii interrupto & crebris sententiis fracto, bene & ornate dicendi artem adepti esse videri volunt. Et cum diversæ sint in quavis lingua eloquentiæ facies, æqueque pulcræ fere omnes, pluribus eorum hanc laudem, quam persequuti sunt, vere contigisse disertissimorum nostræ nationis hominum constans existimatio est. At Lusitani, quorum linguæ etiam inter Europæ vulgares, ut Castellanæ vere germanæ sorori, aut potius veteri Castellæ idiomati, pretium & honorem suum non invidemus, tot habent elegantiarum suæ hujus linguæ admiratores & sectatores, ut Livios suos & Tacitos, Cicerones, Sallustiosque monstrare digito peregrinis, domique extollere laudibus ad cælum valeant.

XXVI. Poetica superest facultas vulgarium poetarum extero cuique proprietatis ejus & elegantiarum non satis gnaro a nobis commendanda. Ea singularis est, & si adjunxissent vulgo nostri artem eruditionemque (ut exteri consueverunt) locupletissimæ inventionum naturæ, industriamque non in pangendo adhibuissent ac dedolando tantum carmine, sed in eo ad veterum imitationem tam Græci quam Latini sermonis vatum conformando, doctrinaque multiplici, ut doctum non minus sit quam elegans, imbuendo, possideremus plane ante alias omnes gentes Musarum principatum. Sed dum ingenio ut plurimum contenti, liberum frænare spiritum arte dedignantur, constareque sibi absolutam poeseos laudem absque sudore, qui necessario impendendus est polymathiæ studiis, falso existimant, culmen illud, quod unus ex his aut alter legitimis instructus præsidiis attigit, Parnassi tenere bicipitis vix potuere. Inde fit, ut nec in dramaticis compositionibus ad imitandum naturam, artemve ab Aristotele præscriptam sequendum ulla se obstrictos lege censeant; imo quod infrequentes, aut si qui usquam, successu fere improspero, ad poema epicum rite formandum sese accingant. Qui enim artem callent, & disciplinarum ornamento excoluere animum, ad alia quævis, quam ad Ixionis hanc rotam, & quamplurium annorum pensum, si cum aliis conferas, infructuosum, hærere amant; qui vero amant, necessariis sæpe subsidiis ad rem prospere gerendam destituuntur. Quod genio imputamus gentis, apud quam non maximus honor iis habetur, qui poeticæ tantum gloriæ cupiditate reliquis omnibus proficiendi in publicum artibus vale dixerunt. Poetarum Hispanorum vulgus sugillare his & ineruditionis notare animus fuit, ut nunc eos meritis afficerem laudibus poetas, qui non e vulgari fæce, sed e sublimi quoquo præcipuæ famæ & existimationis apice cum fastigatissimis etiam Italorum & eruditissimis metricæ artis principibus de palma non obscure contendunt. Ut enim veteres Provincialis linguæ seu Valentinæ poetas nunc omittam, in quibus Ausias Marcus tot celebribus ætatis suæ versificatoribus lumina dicitur obstruxisse, Joannes de Mena Cordubensis Dantem Alligherium Petrarchamque sic feliciter fuit argumento eruditioneque imitatus, ut nisi ruditate suorum temporum velut quodam fuisset retardatus compede, resurgentem jam e busto ipso Cordubam admiraretur ab eo tempore cultissima & carminis studiosissima Italia. Cum vero sermoni accessserunt nostro ineunte sæculo superiore major antiquis cultus viresque, & initiatus is fuit solido, quo nunc viget, robori, Joannes Boscanus Barcinonensis, & Garsias Lasus Toletanus eam sibi ad absolutam hujus operis laudem muniere viam, ut ne vel carminis ullo genere aliis inferiores essent, hendecasyllabum primi ad nos perduxerint ceterorum potissimum, eoque uterque, ac præcipue Lasus, perillustre nomen inter sui sæculi vates sit promeritus, ac vel hodie in manibus omnium sit. Sed ne singulos inde stilo persequar, unum aut alterum, quin reliquis injurius esse videar, veluti nomina (fere numina dixi) poeticæ ac divinæ artis quædam laudabo, quibus præ aliis omnibus (absit verbo invidia) carere nollemus. Lupus a Vega Carpio portentosa illa copia & facilitate versus ingenio & urbanitate plenos effundendi quid natura possit, cum totam illam suam divinæ auræ particulam incubantem sibi patitur, adeo ostendit solus, ut tota quanta est antiquitas, nedum proximiora retro sæcula, quem Lupo comparet, se non habere necessario fateri debeant. Huic debetur prorsus comœdia Hispana, in qua compensatis nonnullis levioribus vitiis cum majoribus & pluribus virtutibus absque controversia regnamus. Quamvis enim alii magno numero vestigia ejus sequuti, ingeniosiores & pluribus partibus meliores ediderint compositiones, ut fere superstruere inventis facile est, attamen nec his in mentem venit, ut derogare unquam se crediderint posse istius carminum dramaticorum principis famæ, nec inter tot ullus, nisi me judicium fallit, accesserit ad familiaris & vere comicæ dictionis germanam illam speciem & formam, quam ante alia Lupus observasse videtur & curæ habuisse. Alia prorsus via grassatum ad famam, ardua scilicet pendentique, Ludovicum Gongoram fuisse, sublimitas illa & majestas carminis ostendit, totius eruditionis imbuti floribus, distincti luminibus, exemplar operis sui nostro sæculo monstratum posteris, admirandum potius quam imitandum, quemque si genius accinxisset ad epicum fabricandum poema, hodie nec Helladi Homerum, nec Romæ Virgilium, nec Italiæ Torquatum invideremus. Eruditione omnino parem huic Bartholomæum Leonardum Argensolam, nec inferiorem laude credimus, Hispaniæ nostræ Horatium, puritatis & castitatis stili observantissimum, elegantiarum ac totius urbanitatis vere penu; cui non alium in his conferre laudibus facile possis, quam Lupercium fratrem: adeo similes inter se sunt, ut gemellam vere Musarum & Apollinis prolem in iis agnoscas, nec videaris tibi, cum ad alterum accesseris, ab altero discessisse. Ingenio & affectibus, si quis alius, plenus est Villæmedianæ Comes, quem in poetis Hispanis præcipuo loco habet, ut audio, Serenissima Suecorum Regina fæminei sexus ornamentum decusque maximum, literarum & linguarum cognitione inclyta, quæ Romæ a multis annis majestatem & humanitatem eo fœdere copulavit, ut nec regio culmini mores humanissimi, nec moribus majestas deroget; & hanc ceteramque ex aliis virtutibus laudem constantissima veræ & Catholicæ Fidei, quam semel amplexata est, professio cumulatissimam præstent. Gregorium Ferdinandi a Velasco, Ludovicum Legionensem, Didacum Mendozam, Ferdinandum Herreram, Didacum Silvam Salinarum Comitem, Franciscum Borgiam Schillacii Principem, Antonium Mendozam, Josephum Valdiviesum, Franciscum Quevedum, Hortensium Felicem Paravicinum, Bernardum Valbuenam, Anastasium Pantaleonem, Joannem de Xauregui, Franciscum Lopezium Zarate, Ludovicum Ulloam adhuc superstitem, ut credimus, præter recentiores alios,

Carmina qui scribunt Musis & Apolline multo,

atque eos etiam qui theatralium actionum via prosperrime ad famam grassati sunt, velut triarios & principes musicæ hujus & innocuæ aciei non temere aut inconsulto collocamus. Quibuscum & Lusitani, certi quidem nec Castellanis nec quibusvis aliarum gentium cedere vatibus, Camoesium illum in primis, dignum gente sua & Asiaticis gentis suæ expeditionibus poetam, Franciscum Saa de Miranda, metricum Platonem, Franciscum Rodericum Lupum, Didacum Bernardum, Hieronymum Corterealem, Gabrielem Pererium Castrium, aliosque,

non

non quidem auxilia, sed vere Hispaniæ cives, Bibliothecæque nostræ decora conjungunt. Habuimus præcipuos ex eorum numero paucos e multis, quibus, ut Juvenale (1) utar,

non est publica vena,
Qui nihil expositum solent deducere, nec qui
Communi feriunt carmen triviale moneta.

eosque jam extra invidiæ jactum positos indicaturi, quorum maxime appareat compositionibus *naturam* sortitos fuisse nos (quod in poetis exposcebat Dio Chrysostomus (2) vere *numine afflatam*, sive *ingenium* ac *diviniorem mentem* atque *os magna sonans*,, ut in *Epistolis* loquitur Plinius (3).

XXVII. Nollem hic ad hujus apologiæ metam properans cum viris doctissimis controversiæ subire aleam, qui id genus librorum, quod nos *de Cavallerias*, Itali *Romanzi* appellant, vereque nostri sunt origine (ut prætereamus nunc Heliodori *Theagenem*, Achillis Statii *Clitophontem*, Longi Sophistæ *Daphnidem*, & antiquos e Græcia alios amatoriorum operum hujusmodi auctores) adeo improbant, ut inter damnanda & expianda igni scripta fere constituant. Hos item Melchior Canus, vir doctissimus, *ineruditas* fabulas vocat, (4) *nihilque omnino conferentes non solum ad recte beateque vivendum, sed ne ad recte quidem de rebus humanis sentiendum.* Lipsii, Possevini, Nigroni conformia huic testimonia Besoldus congerit in tractatu *De educatione & studiis literarum* (5). Adjicimus his Joan. Ludovici Vivas fine *Lib. II. de Corruptis disciplinis*, Francisci a Ribera, Petri a Navarra quos laudat et in re sequitur Theophylus Raynaudus *de Bonis et malis libris disserens* (6) Nec nobis quidem eos probare animus est, qui inhonestos amores aut aniles ac nullius frugis aut ingenii continent fabulas. Scio enim quam eliminari digna sint a Christianorum, præcipue adolescentum, consuetudine illectamenta quæque vitiorum terendique otio temporis. Sed quid si periculo isto vacua horum lectio fuerit, & e contrario non ludatur in aliquo ex his libris opera? Nonne inter utiles fabulas, ut fere apologi solent & symbola & fictitiæ quæque, sed doctæ historiæ, collocari poterunt? Annon prosopopœjæ istæ sunt, in quibus, uti in Xenophontis Cyro, Homeri Achille Ulisseque, Virgilii Æneа, Reges, heroes, fortes, prudentes, pii, magnanimi, fere toti ex ingenio auctoris, quasi ex pictoris tabella, non quia tales olim essent, finguntur & colorantur; ita similiter in his nostris describuntur principes æquitatis & justitiæ vindices, tyrannidis & impotentiæ debellatores, fortissimorumque patratores operum? Aut carmine talia fingere laude dignum, prosa autem vituperio erit? Plane fortia & gigantea hæc animi & virium facinora, quæ suis fictitiis tribuunt heroibus, hujusmodi fabulatores, legentium corda sic vehementer incendere laudis cupiditate, quæ fortiter gestis debetur, solent, ut viris militiæ impendendis vice cotis esse possint (& cur non sint?) ad muniendum pectus fortitudine, expellendumque omnem vulneris & mortis metum. Nam & fama est Ferdinando Avalo Piscariæ Marchioni eos animos in adolescentiæ otio umbratilem hujus generis librorum lectionem fecisse, quibus postea in acie & campo fortissima & vere heroica responderunt facta. Pompejus quoque Magnus appellatus, si Ptolemæo Ephestioni credimus, (7) quotiescumque in aliquam iret expeditionem bellicam, recitari faciebat sibi ex Homeri primo Iliadis libro res Agamemnonis fortiter gestas, quem ante alios æmulabatur; at quem ex poetæ ingenio in talem evasisse virum non ignorabat. Equidem militares ejus ætatis, qua primum apud nos cœpit hæc forma concipi & placere, animos Maurorum reliquiis compositos haud dubie ad gloriam virtutemque his stimulis incitari oportuit. Vera enim an ficta sint quæ æmularis & imitari desideras, nihil interest, dummodo vel falsa veros ignes virtuti subjiciant, & tua te iis excitata imaginatio utiliter ludificetur. Jam quod ad alias partes historiæ attinet, si honeste amores, & cum decoro tractentur, potiusque moderandis quam affundendis huic & aliis animi passionibus præscribuntur potiora legibus exempla, promiscuaque & necessaria utriusque sexus conversatio, atque alia vitæ civilis momenta juxta honestatis ac modestiæ regulas describuntur, nihil video cur inutiles & perniciosi, imo cur non utiles & appetendi hoc genus libri existimari debeant. In thesi hæc dicimus, non in hypothesi. Hos enim neque ita notos habemus, ut quod de Amadisii priorum quatuor librorum auctore, aut forte aliis nonnulli censent, calculo nostro laudare atque approbare possimus. Et ne aliter existimetur de hujusmodi inventionibus, quam de fictitiis ceteris atque idealibus libris, unde ad honeste atque utiliter in unoquoque statu & vitæ conditione res gerendas possumus nobis documenta, atque ea quidem magis exemplis quam præceptis insinuata, procudere. In quo ordine Antonii Guevaræ *Horologium Principum*, sive fabulosam Antonini Philosophi vitam constituere possumus, sententiis pulcerrimis atque omnium virtutum præcipuis regulis ornatissimam. Nec aliter sentit vir gravissimus et doctissimus Michael de Medina in *Parænesi* sua Lib. II. cap. III.

XXVIII. Multus jam sum in prima hujus Præfationis parte, cum satis fuisset forsan ac opportunius ad ea, quæ de Hispanorum eruditione olim disseruit Alphonsus Garsias Matamorus, vir eloquentia & judicio clarus, nihil adjungere, aut saltem apologeticam ejus narrationem elegantissimam exhibere hic nostrarum nugarum loco. Sed plane is indicta reliquit multa, & sæculo integro nos posteriores sumus, quod quidem feracissimum literatorum hominum æque ut superius fuit; præstatque nobis quodammodo propriis uti, quam admovere aliena, ne comparatione meliorum, fucatæ veluti lanæ ad purpuræ conspectum, nostra evanescant atque emoriantur.

DE BIBLIOTHECARUM UTILITATE, AC DE HUJUS PROPOSITO ET RATIONE.

I. QUIDQUID autem de literarum omni genere coævo Hispaniæ hucusque diximus, in eo consilii nostri hanc Bibliothecam stilo construendi tota fere ratio aut saltem ejus pars continetur maxima. Nam uti solent locupletes aurifices, sive ad ostendendas divitias, sive ad alliciendos copia & varietate vænalium emtores, aurea & argentea omnia, quæ habent, vasa densis alta lateque ordinibus pro tabernæ foribus collocare, e contrario autem, qui tenues sunt, ne ipsi prodant se, vix audent unum aut alterum signi gratia exponere; ita prorsus iis usuvenit, qui divitias inopiamve in literarum hoc negocio vel jactare vel excusare habent. Singula quæque ab his, plura simul & coacervatim roganda ab illis & expectanda sunt. Plane hoc ultimum in proposito ac voto eorum est, qui scriptorum, illustriumve quorumcumque virorum nomina in album a se relata proponunt publico; ut scilicet, quæ per partes hactenus laudabantur, in unum collecta numero etiam & splendore mutuo magis clarescant. Sidera enim seorsum considerata singula se ipsis collectim cum cetero astrorum conspectis agmine jucunda minus & pulcra apparent. Floribus sigillatim ostensis ea propemodum gratia deest, qua in hortorum areolis augentur, mutuo se conspicientes, aliique veluti æmulantes alios. Nec aliter quam in surgente integra aut dejecta messe conspicitur agri ubertas. Mira enim inter se proportione & mutuo amore composuit rerum summus artifex universi hujus, qui mente simul & oculis comprehenditur, partes, uti membra cujusque pulcri corporis, ut si separata considerentur, pulcra quidem, sed nondum perfecta sint quousque alia ex aliis, seu ex respectu ad universitatem, solidam atque absolutam numeris omnibus commendationem sortiantur. Atque adeo respicientium sese magni aut parvi cujusque corporis membrorum harmonia constat, ut nec quæ nobiliora sunt de-

(1) Satyra 7. (2) Initio or. 53. (3) Lib. 9. ad Severum. (4) Lib. 11. De locis theol. c. 6. §. Lex vero secunda. (5) Cap. 6. §. 6. (6) Apud Photium Cod. 190. (7) Part. 1. Erot. 7. n. 109.

dedignentur ignobilioribus cohærere, imo singulis amor ceterorum sit insitus, & quasi videatur unicuique parti non aliam posse digniorem a se in hoc naturæ theatro personam geri, quam quod pars sit & aliorum indigens, ut ex eorum nexu atque complexione totum emicet.

II. Sed nec in speciem ac decus tantum hæc apparari urbium, regnorum aut nationum sive ordinum clarissima in unoquoque genere ornamenta hujusmodi quisquam dixerit, cùm non inferiore alio utilitatis commodo & in publicum beneficio impensus in his colligendis & exponendis censeatur labor, exactique labore dies compensentur. Plurimum namque interest, quisnam, qualiterque de quovis argumento scripserit, non ignorare; imo ad manum habere eos, qui vel assequi studio, vel consignare literis quidquam cupiunt. Alias enim andabatarum more cassis & cæcis ictibus decertare cum libris, ac prætiosissimam temporis jacturam facere habebit opus, qui hoc duce ad rem suam gerendam in studiorum campo destituetur. Nec enim annotare omnia sive comprehendere memoria possumus, quibus indigemus. Quædam ex necessitate examinanda sunt, in quibusdam compendium viæ quærendum. At utroque auxilii genere & necessarii & utilis carendum est ei, qui nescit quorum opera sive ad ex tempore addiscendum, sive ad serio & accurate comprehendendum sermone id, quo impendet animus, uti debeat. Præterea hac fultis ope contingere nequit, quod sæpe alias fit, ut operi se accingant quasi intractato & novo, in quo jam alius industriam fuerit suam expertus. Memini me, dum adolescens domi post Salmantina utriusque juris studia pro faciendo eorum fructu me continerem, cogitasse de nominibus propriis Pandectarum tam Jurisconsultorum, quorum fragmentis hi cònstant, quam ceterorum utriusque sexus hominum in his laudatorum, in ordines suos redigendis, ut præsto esse possent inde proficere desiderantibus, nec prius audivisse de absoluto hoc ab Antonio Augustino jam olim opere, quam fere tertiam Digestorum partem inscius rei atque inanis operæ securus percurrissem. Alios ne eadem frustretur ignorantia, Bibliothecis accepto ferendum est.

III. Et quid si magna eruditionis pars consistat in scriptorum cognitione, ac eorum quæ reliquere, sui monumentorum notitia & judicio? Prorsus ita est. Pondus & fidem rebus ipsis pariunt auctores conciliantque, nec parum interest utrum a probis, aut aliqua dignitate conspicuis viris, ab æqualibusne an secus, quo item consilio, quo rerum statu quæque scribatur res. Adeo magnum positum est ad doctrinam ipsam in docentis conditione atque auctoritate momentum. Uti enim ad eruendum causæ in foro agitatæ verum non tam in testimonia ipsa, quam in testium fidem non lubricam, non vacillantem, & si quæ alia insimulare illos, dictave eorum convellere possunt, a Judice inspicitur, ita prorsus in scribendi negocio, non quid traditum literis sit magis, quam a quibus & quo animo aut quo tempore sit literis traditum, prudentes rerum humanarum æstimatores, ne facile decipiantur, advertere animo consueverunt. Ab rerum incertitudine obscuritateque id malum nobis dudum inhæsit, ut non a dictis, sed a dicentibus toti fere pendeamus, ut etiam numerus auctorum præ rationibus & argumentis persæpe fiat. At non quomodocumque numerus; posthabentur enim plures minorum gentium, majorum paucis, hoc est fide dignioribus ii, quibus non temere denegatur, aut non omnino habetur fides. Quare in dignoscendis atque examinandis his, quæ adeo scire nos oportet, impensa studia præcipuam quandam non vulgaris utilitatis laudem commerentur.

IV. Et quidem hæc magno cum scholasticæ rei compendio & fructu navata olim opera, cum videlicet librorum & literarum totam supellectilem exarati dumtaxat manu servabant codices, non minus hodie fructui & compendio est hoc tempore, quo typothetarum luce perfusæ omnes seu veterum seu noviorum cogitationes innumeris atque optimis omnium disciplinarum & artium monumentis studia clarescere fecerunt. Quare ista cura Scriptores collectim laudandi, ac de scriptis eorum posteros monendi, nullo non orbis sæculo apud omnes gentes optimum quemque sollicitavit, exercuitque. Hos cum aliis in genere alio illustribus M. Terentius Varro eruditionis Romanæ parens, adjectis etiam imaginibus in literas retulit, uti & Cornelius Nepos; quales viri! quorum alter poetas quidem peculiari opere, alios in *Hebdomadis*, quarum Symmachus (1) Ausoniusque (2) meminere; alter historicos saltem in libro a se de his scripto, ad quem se in *Dionis* refert *vita*, celebraverunt. Instituit quoque huic argumento Julius Hyginus conscripto *De vita & rebus gestis virorum illustrium* opere, quod Agellius (3) & plures laudant; nisi steterit is intra decora reipublicæ tantum, nec extenderit se ad eruditionis fama claros, quod vix credo. Santram quoque cum superioribus laudat Sanctus Hieronymus (4), & Suetonium Tranquillum *De viris illustribus*, *De grammaticis*, ac *De rhetoribus* Scriptorem, uti ex Græcis Hermippum Smyrnæum, & Satyrum & Aristoxenum Peripateticos, Antigonumque Carystium. Item Damascius Syrus, Porphyrius, Diogenes Laertius philosophos, Eunapius sophistas laudaverunt. De quibus dixisset jure Plinius (5) quod Captionis factum laudans usurpavit: *Redditus est L. Syllano debitus honos, cujus memoriæ Capito prospexit, pariter & suæ: neque enim magis decorum & insigne est statuam in foro populi Romani habere, quam ponere.*

V. Quidnam vero de Christiana non meruit re S. Hieronymus commentario illo *De Scriptoribus ecclesiasticis* exarato, ad quem ab omnibus, tanquam ad Sibillæ folium, ut in proverbio est, olim hodieque provocatur? Cui sub quartum sæculum deficienti subsidiariam atque utilissimam succenturiavere operam alio & alio tempore Gennadius Massiliensis, Isidorus Hispalensis, Ildephonsus Toletanus, antistites, Honorius Augustoduni presbyter, Sigibertus Gemblacensis monachus, Joannes Trithemius, Guilielmus Eisengreinius, Robertus Cardinalis Bellarminus, Xystus Senensis, Antonius Possevinus, Aubertus Miræus, Philippus Labbeus, Andreas Saussajus, aliique. At qui promiscue viros ex universa aut ex aliqua disciplina illustres doctrinæ fama, & scripta eorum accurate, distincteque in literas retulerunt, elogiisve eorundem imagines ornaverunt, quantus his a bonis omnibus atque eruditis cujuscumque gentis plausus impartitur? Idcirco ad Conradi Gesneri Tigurini lucubrationes, qui primus *Universalem bibliothecam* librorum omnium antiqui & novioris ævi conficiendam in se suscepit, quamvis de auctoribus jejune satis egerit, recurrentibus frequenter universis literarum amantibus opitulandi curam habuerunt Conradus Lycosthenes, Josias Simlerus, Robertus Constantinus, Antonius Verderius, & Joannes Jacobus Frisius, sive compendiis, sive supplementis Gesneriani operis in publicum datis. Quanta vero elogiorum varietate & amœnitate pinacothecæ virorum scriptis clarorum ornandæ industriam suam contulere cum latine Paulus Jovius, Raphael Maffeus Volaterranus, Jacobus Philippus Thomasinus, Joannes Imperialis, Julius Cæsar Capacius, Joannes Victorius de Rubeis sub Jani Nicii Erithræi Græco nomine, Marcus Zuerius Boxhornius & Nicolaus Reusnerus, Italiceque Hieronymus Ghilinus & Laurentius Crassus? Quibus adjungi debet Joannes Andreas Quenstedius, qui duplici volumine *De patriis*, ac *De obitus loco virorum doctrina illustrium* egit. At qui non minus condendis omnium Scriptorum elogiis, quam scriptis eorum cum cura & judicio colligendis enumerandisque animi & corporis vires mancipare voluerit, inventus est (nec mirum) usque ad hoc tempus nemo. Ferreis plane visceribus Nestoreos eum vivere oportuit annos, qui onus hoc laboris atque in rempublicam literariam officii refertissimum non frustra sibi suscipiendum putasset. Majoris operæ quam ut unus aut alter negotium absolvat, *Bibliotheca universalis* est iis, quæ diximus, instrumentis fabrefacta. Qualem nempe in votis esse Theophili Spizelii eruditione viri præstantis ex eo apparet *Specimine novæ bibliothecæ universalis* quod una cum *Sacris bibliothecarum illustrium arcanis retectis* Aug. Vindelicorum anno 1668. typis mandavit. Id tamen Specimen cognomina vel agnomina tantum comprehendit a syllaba A, B. incipientia. Neque enim, ut Concor-

(1) Libro 1. epist. 2. (2) In Mosfella. (3) Lib. 1. cap. 14. (4) In præfat. de Script. Ecclesiast. (5) Lib. 1. epist. 17.

cordantias bibliorum Latinorum quingenti ex familia Prædicatorum sodales, Hugonis Cardinalis ductu & auspiciis, confecisse dicuntur, numerus in opere hoc nostro perficiendo & grammaticale ingenium suffecerit. Pluribus, iisque eruditis, nulloque non doctrinæ genere imbutis, curam hanc imponendam fuisse, si rem serio vellemus geri, minime dubium est. Sed quando aut cuinam eligendi atque adigendi tot simul viros doctos, ut beneficio isto demereantur posteritatem, copia erit?

VI. Quare partibus exantlatum fuisse hunc laborem, siquidem universum exigi desiderandum potius quam sperandum est, viris reipublicæ literariæ amantibus gratias habemus plurimas. Per quos nempe factum fuisse omnes vident & experiuntur, ut quidnam singulorum fuerit doctrina clarorum in literas meriti, quibusnam debeamus, quod de re quaque doceri ac docere possumus, non ignoremus. Nempe sacrorum Scriptorum ac theologicæ totius disciplinæ auctorum cognitionem latere in tenebris haud ii permisere, quibus curæ hujus meritum paulo ante consignavimus. In Juris arte quorumnam libris ea constet, quorumnam lucubrationibus illustretur, scire cupis? Præsto sunt Marcus Mantua, Joannes Nevizanus, Ludovicus Gomezius, Joannes Fichardus, Joannes Baptista Zilletus, Bernardus Rutilius, Guido Pancirolus, Joannes Bertrandus, Valentinus Forsterus, Wolfgangus Freimonius, Joannes Lorichius Hadamarius carmine, atque omnium ultimus Nicolaus Henelius prosa & carmine. De Philosophorum veterum sectis & scriptis sollicitus es? Israel Spachius, Paulus Bolduanus, iisque multo eruditiores Gerardus Joannes Vossius & Georgius Hornius præsto sunt, quique *Scriptores historiæ philosophicæ* accurate collegit atque illustravit Joannes Jonsius Holsatus. Medicæ rei curiosi, quorum commentariis proficere, corporaque, vel sana tueri, vel ægra sanare possint, noscere amant? Habent, quos olim colligendi ejus artis professores exercuit cura, Gasparem Peucerum, Petrum Castellanum, Israelem Spachium, Remaclum Fuschium, Symphorianum Campegium, Wolfgangum Justum, Othonem Brunsfeldium, postremumque variis recoctum editionibus Joannem Antonium Vanderlinden, qui tamen *De scriptis* non de Scriptoribus *Bibliothecam* suam formavit. Astronomis aut cosmographis vacas? Collegit harum disciplinarum magistros Joannes Baptista Ricciolus in sua *Cosmographia restaurata*. Historia delectaris, atque aves scire unde res unquam atque usquam gestas fidelius noscas? Præstitit hoc eruditorum gemma Gerardus Joannes Vossius altero & altero *De historicis Græcis* atque *Latinis* opere, quæ inter ἐγχειρίδια (1) esse, nunquamque e manibus eorum, qui huic studio incumbunt, effluere debent. Ex quo quidquid habent Martinus Zeillerus & alii hauserunt. Paulus quoque Bolduanus & Stephanus Prætorius historicorum confecerunt Catalogos. De poetis tam Græcis quam Latinis quidquid noscere opus est, Lilius Gregorius Giraldus vir doctissimus, Petrus Crinitus, Joannes Petrus Lotichius docuere; quibus si adjunxeris ejusdem Gerardi Joannis Vossii libros postumos *De veterum poetarum temporibus* ulteriorem aliam & extremam alterius manum vix desiderabis. Chimica etiam scripta omnia collegit Petrus Borellius medicus Gallus. Botanicaque Joan. Ant. Bumaldus Bononiensis, seu vero nomine Ovidius Montalvanus.

VII. His, ut singularum professionum eruditos collectim darent, industria placuit. Alii eos, qui in quoquo ordine aut conditione vitæ floruerunt, Scriptores laudavere. *Summis Pontificibus* hoc officium exhibuit Ludovicus Jacobus a Sancto Carolo Carmelita, cui maximæ a viris doctis omnibus habendæ laudes sunt, non tantum propter hanc *Pontificiam bibliothecam* dudum editam, sed & propter complures alias, quas effectas & tantum non prelo paratas habere dicitur, *Cardinalium* scilicet, *Regum*, *fœminarum*, *Burgundicam*, *historiographorum Franciæ*, *typographorum scriptis clarorum*, *antiquarum editionum usque ad annum M. D. editionum* omnium *bibliorum* aliasque. *Cardinalium* quoque Scriptorum nomenclatores dederunt Franciscus Maria Turrigius, & Henricus Ludovicus Castaneus Rupipozeus Gallus. Jam si religiosos ordines percurrere animi causa velimus, habent *Benedictini* Joannem Trithemium & Arnoldum Uvionem; *Cistercienses* Chrysostomum Henriquez & Carolum Vischium; *Fulienses*que separatim Carolum à Sancta Maria; *Canonici Regulares* Sancti Augustini Gabrielem Pennotum, Joannem Mauburnum, alios; *Lateranenses S. Salvatoris* Celsum de Rosinis. *Carthusiani* Petrum Dorlandum, Theodorum Petreum; *Dominicani* Leandrum Albertum, Alphonsum Fernandez, Ambrosium Gozzeum, Antonium Senensem, Joannem Michaelem Pium, Seraphinum Razzium, novamque adornat hujus amplissimi ordinis Bibliothecam Michael abbas Justinianus amicus noster, aliis hujusmodi jam notus libris. *Franciscanos* itidem Henricus Willotus, Ludovicus Rebolledus & Lucas Waddingus (cui *Supplementum* adjungere habet Franciscus Haroldus *Annalium* idem *Franciscanorum* Waddingi continuator, atque eorum *Compendii* auctor, noster etiam in urbe amicus); *Augustinianos* Thomas Gratianus, Josephus Pamphilus, Thomas de Herrera, Philippus Elsius, Cornelius Curtius; *Carmelitas* Joannes Trithemius, Petrus Lucius, Emmanuel Romanus, Augustinus Bischarretus adhuc MS. Marcus Antonius Alegrius Casanatensis, Ludovicusque Jacobus à S. Carolo, quem nuper laudavimus, quique adhuc absolutiorem aliis omnibus futuram premit, in Bibliothecas retulerunt. *Jesuitæ*, ut sunt in rebus suis curiosi & industrii, post antiquam Petri Ribadeneiræ, recentiorem promoverunt Philippi Alegambe operam, qua quid in hoc genere magis aptum & absolutum esse possit, merito dubitabis.

VIII. Ultimam alii formam sequuti sunt Scriptores laudandi ex sua quique gente aut provincia aut natali loco, quæ nobis placuit ex Hispanis nostris. Nec prius dicam de hujus operis consilio & adjumentis, quam indicatis levi manu aliarum gentium & populorum similibus commentariis; quo magis appareat in re necessaria & Hispaniæ civibus valde honorifica haud operam nos lusisse. *Germaniæ Scriptores* collegerunt in unum Joannes Trithemius, cui superstruxit Jacobus Wimphelingus, Melchior item Adamus. Sed utinam gens amplissimæ tum ditionis tum per omnes ætates orbis famæ, quæ a duobus sæculis eruditione ante alias audit, bonarumque omnium disciplinarum studiis inclyta, vere antiquis Fidei orthodoxæ ac veris persuasionibus inventiones non prætulisset alterius sæculi pseudo-apostolorum! Haberet Christianus populus quos colligeret, admirareturque in gente ista tam eloquentiæ quam omnimodæ doctrinæ flores, quin spinas vellendi, aut, ne his pungatur, præcavendi necessitate, uti passim inter pios fit, constringeretur. Habent similiter & *Angli* virorum literis illustrium suæ nationis laudatores Joannem Balæum, quamvis sublestæ fidei hominem, Joannem Lelandum juniorem, Joannem Pitseum; *Scoti* Thomam Demsterum, cui tamen multæ alias lectionis viro Jacobus Usserius (2) Hiberniæ appellatus Primas, historiæ rerumque antiquarum peritissimus, librorum, qui nusquam scripti sunt, ex ejus otioso depromtorum cerebro recensionem imputare non dubitavit, quocum in re Philippus Labbeus consentit in *Bibliotheca bibliothecarum*. *Hibernis* monstraverunt sua literarum decora Fridericus Hibernus & Jacobus Waræus; *Polonis* Simon Starovolscius, *Danisque* Albertus & Thomas Bartholini fratres. *Belgæ* in adornanda sibi hac Sparta nulla alia Europæ natione inferiorem consequuti sunt laudem. Justis enim & absolutis hujus argumenti operibus Belgas universos gaudere fecerunt Aubertus Miræus, Franciscus Svvertius, Valerius Andreas Taxander, & Guilielmus Gazetus Gallice; *Flandros* autem separatim Antonius Sanderus, Dionysius Harduinus; *Hannonios* Philippus Brasseur; *Hollandos*, *Zelandos*, *Ultrajectinos* Pancratius Castricomius; *Frisios* tandem Ubbo Emmius & fortasse Martinus Hamcomius, qui de hujus provinciæ viris illustribus commentarium edidit. *Gallis* autem nondum, ut credo, ad hoc tempus contigit doctissimæ gentis scriptorum historicus ejus absolutionis, quam imus quæsitum. Antonius enim Verderius, qui uno fere sæculo præcessit, Andreas Quercetanus historicorum, Franciscus Grudæus Crucimanius & Philibertus Marescallus scriptorum vernaculæ linguæ nomenclatores, Scævola, seu Gaucherius Sanmarthanus virorum superioris sæculi doctrina illustrium encomiastes, citra universita-

(1) Manualia. (2) *De Britannic. Eccl. primordiis* cap. 13. pag. 463.

tem generalis Bibliothecæ propriam constiterunt. Vixisset hujusmodi natus laboribus exhauriendis Labbeus; haberemus absolutissimam ejus gentis ad miraculum doctæ e *Chiliadibus historico-chrono-geographicis*, quas parabat, notitiam. Exstant nihilominus particulares singularium urbium *Bibliothecæ*, qualis est illa *Cabilonensium* Ludovici Jacobi a S. Carolo, & *poetarum provincialium* Joannis Nostradami, aliorumque. Quid vero Italia scientiarum ac totius eruditionis fons & quasi mater? Plane ea nondum ausa est suas omnes colligere in unum & explicare simul merces, quamvis non ulla alia posset laute magis atque magnifice. Vernacula enim dumtaxat scripta non alia, Italorum, ante annos centum & viginti Antonius Franciscus Donius in *Bibliotheca* sua, Joannes vero Matthæus in *Peplo Italiæ* brevibus spatiis ultimorum trium sæculorum viros illustres ante centum fere annos exposuit publico. Neque in lucem adhuc emissas vidimus Angelici Aprosii Vintimiliensis Eremitarum sodalis *Athenas Italicas*, cujus operis ab anno MDCXLVII. uti jam tunc ab eo parati, in *Parnasso Euganeo* suo Jacobus Philippus Thomasinus, & nuper Raphael Sopranius & Michael Justinianus in *Bibliothecis* suis *Ligurum Scriptorum* meminere. Desiderium interim plenæ operæ hi leniunt, qui occupatis nonnullis ejusdem partibus singularum quarumdam urbium aut provinciarum decora doctrinæ ista seorsim complexi sunt. Ut enim ab Alpibus & Italiæ principio ordiamur, *Pedemontanorum* & cum his *Sabaudorum* & *Nizzæorum* Franciscus Augustinus ab Ecclesia Saluziarum Episcopus & nuper Andreas Rossotus a Monte-regali Cisterciensium sodalis. *Ligurum* Raphael Sopranus & Michael Justinianus. *Mediolanensium* ut aiunt, Franciscus Bernardinus Ferrarius & Salvator Vitalis & Philippus Picinellus. *Venetorum* Jacobus Albericus & Augustinus Superbus. *Patavinorum* Bernardinus Scardeonius. *Veronensium* Onuphrius Panvinus ac Torellus Sarayna. *Bergomatum* Donatus Calvus. *Ferrariensium* Augustinus Superbus & Antonius Libanorus. *Cremensium* Josephus Brescianus & Laurentius Legatus adhuc inediti. *Bononiensium* Bartholomæus Galeotus & Joannes Antonius Bumaldus. *Florentinorum* Michael Pocciantius. *Umbrorum* Ludovicus Jacobillus, & in his *Perusinorum* Cæsar Alexius. *Panhormitanorumque* in Sicilia Franciscus Baronius catalogos, sive separatim & ex proposito, sive in patriis historiis, ne hac parte sic nobili & magnifica deficerentur, confecere.

IX. Sed ut convertamus jam stilum in Bibliothecæ hujus argumentum, hispanos scriptores seu viros doctrina claros celebravit primus, quod sciam, Lucius Marinæus Siculus, deinde Alphonsus Garsias Matamorus Hispalensis, prior in *De laudibus Hispaniæ* libris, posterior in *De academiis, & doctis Hispaniæ viris, sive pro asserenda Hispanorum eruditione narratione apologetica*: neuter tamen ad bibliothecæ formam scriptores omnes, sed paucissimos e tam fertili eorum messe, absque ulla expressiore librorum ab iis editorum mentione, in commentarium retulit. Vidit hunc defectum Andreas Scotus Antuerpiensis vir præstantis altero sæculo eruditionis, dum apud nos peregrinaretur, doluitque nostram vicem, &, ne ultra ignoraremus quos literarum omnium professores & magistros procreaverit omni tempore Hispania, & ob lucubrationes in publicum editas posteritati famæque tradiderit, subducto proprio, assumtoque Andreæ Peregrini nomine foras emisit *Bibliothecam* primus *Hispaniæ* tomis, dicis causa, tribus Franco-furti apud Claudium Marnium & heredes Joannis Aubrii anno MDCVIII. Præcesserat quidem anno uno hanc Scoti prolem Valerii Andreæ Taxandri *Catalogus clarorum Hispaniæ Scriptorum* ex Moguntino Balthasaris Lippii typographejo emissus. Qui, ut suspicor, idem ipse est Valerius Andreas Desselius *Belgicæ bibliothecæ* auctor, quantumvis nec in *Catalogi* editione usus sit Desselii ea nota; nec in *Bibliothecæ* fine, ubi operum a se confectorum habet mentionem, hujus *Catalogi* alia inter opera sua meminerit. Convenit quippe ultra nomen ipsum patria; *Desselius* enim pagus, á quo is appellari voluit, Brabantiæ provinciæ est, quæ apud veteres *Texandria* sive *Taxandria*, de quo a geographis monemur, appellabatur. Deinde auctor *Bibliothecæ* fatetur se Antuerpiæ triennium totum Andreæ Schoto jam Jesuitæ a manibus ac studiis fuisse: at ipsum de Taxandro *Catalogi* confectore ex literis ejusdem Andreæ Scoti ad Joannem Marianam anno MDCIX. directis constat, cujus verba transcripsimus. *Misi & duplex exemplar per bibliopolas catalogi clarorum Hispaniæ Scriptorum qui Latine disciplinas omnes illustrarunt, quem hic* (Antuerpiæ) *familiaris noster, me adjuvante, Valerius Andreas continuavit, rogatque majorem in modum, ut istic aliquot socii, qui bibliothecis nostris præsunt, dignentur augere iis, quæ nondum absentes vidimus, idque seorsim in charta &c.* Ejus ergo *Bibliothecæ*, quam adhuc eo tempore premebat, atque alia quavis forma, quam alphabetica, digesserat, indicem sive compendiariam notitiam publicare cum decrevisset Scotus sub amanuensis sui Valerii Andreæ nomine in publicum exire fecit, forte ut Hispanos provocaret (quod Marianæ innuit) ad augendum Catalogum, seque de prætermissis monendum, priusquam Bibliothecam elabi e manibus permisisset.

X. At utrumque, sive idem diversis sub formis, ejusdem fere auctoris opus tam ab universalis Bibliothecæ distat proposito, ut magis nequeat. Valerii quippe Andreæ *Catalogo* nuda tantum nomina, eaque sæpius incorrecta eorum comprehenduntur, qui Latine apud nos scripserunt, annotatis etiam libris qualiter potuit ab extero homine ac peregre constituto. *Bibliotheca* etiam eo modo concepta est, ut quamvis ab tali, hoc est, ab eruditissimo summæque industriæ viro, emanans, elegantique stilo ducta, vix possit aut sui præstare usum proficere cupientibus, aut literarios nobilissimæ gentis pro ejus dignitate perfectos & absolutos dare aliis fastos. Ex tribus enim tomis seu divisionibus primus ad nos non pertinet, qui de *Hispaniæ religione*, *Academiis*, *Bibliothecis*, *Episcopis*, *Conciliis*, *Regibus* tractat. Scriptores quippe tantum Bibliotheca persequitur. Secundo *nomenclator* seu *elogia* continentur Scriptorum veterum, recentiorumque juxta professionum decem clases, scilicet primam *antiquorum* sive sacrorum sive profanorum, reliquas recentiorum, nempe secundam *Dominicanorum* sodalium, tertiam *Franciscanorum*, quartam *Carmelitarum*, quintam *Augustinianorum*, sextam *Jesuitarum*, septimam *Jurisconsultorum*, octavam *Medicorum*, nonam *Poetarum* & *Fœminarum* eruditarum, decimam & ultimam *Historicorum*. De ceteris religiosis ordinibus altum silentium, qui summos etiam doctrina viros Hispaniæ pepererunt. At nec ex assumtis omnes laudantur, sed potiores tantum, facta quidem de libris aliqua mentione, sed ea nec integra nec annotatione loci, temporisque editionis, quod sic isto in genere necessarium est, distincta. Sequitur hujus secundi tomi *appendix*, quæ *judicium de legitimis Hispaniæ historicis* continet, hoc est de Berosi & similium editis ab Annio Viterbiensi operibus Joannis Goropii Becani ex libro *Antuerpiensium originum* quarto fragmentum, Gasparisque Barrerii de his *censuram*, ex Lusitano idiomate in Latinum ab eodem Scoto translatam. Quæ hic inserta, cum ad Hispanæ Bibliothecæ argumentum vix pertineant, ideo auctor voluit quasi appendicem ad historicorum clasem, quod veritus fuerit ne alias commoditate seorsum ea edendi deficeretur. Annectitur tertius tomus continens & ipse *elogia theologorum*, *jurisconsultorum*, *medicorum* ac *philologorum* quinque distincta classibus secundum totidem Hispanæ gentis divisiones, Bæticæ, Lusitanæ, Castellanæ, Celtiberæ, tandemque Valentinæ; longiora quidem prioribus elogiis, & in quibus aliqua sic præ ceteris vel majoris famæ virorum turgent, ut expressisse illa non tam judicium æquum quam obnoxium videatur. Post hæc *Itinerarium* sequitur *Didaci Lopezii Stunicæ ab oppido Complutensi usque ad urbem Romam*, quod præsentis operis extranea prorsus appendix est, quantumvis disertum ac bonæ frugis plenum. Hæc idea est Scotanæ *Bibliothecæ*, quam nihilominus ea non tantum laude nos dignamur, quæ primo debetur rei auctori, sed illa insuper, quod eleganter admodum, erudite ac certe de his præsertim, quibus ætas sua florebat, viris monere ac demereri posteritatem voluit.

XI. Sed præterquam quod Scriptorum pars major ad exprimendos animi sensus vulgari lingua usi sunt, quos insuper tam Valerius Andreas, quam Schotus videntur fere habuisse, atque ex Latinis quamplures, sive auctores, sive auctorum libros, uterque prætermiserit, quos damnari oblivione parum æquum fuit, recens & inta-

tacta adhuc materia hujus, quod agimus, sæculi, eaque illustrissimorum hominum, nec decessoribus inferiorum invitabat plane secundam & impensiorem alicujus operam, quæ & intractatum hucusque tempus persequeretur, & jam tractati supplendis opportune defectibus præsto esset. Quæ quidem ab eo assumi partes debuere qui non patriæ tantum amore, sed & otio studioque esset abundantissimus. Et tamen nescio quo fato, extra meam utriusque juris professionem, in qua edito ante decennium *De Exsilio & Exsulum conditione ac juribus* opere non frustra collocasse dies videri poteram, alio evocatum cura hæc sollicitare cœpit, qua defunctorum alium, qui pro dignitate rei atque difficultate posset, cui ego vicem cedere meam deberem, nullus sperabam. Ea me cogitatione distentum excepit annus ille Hispali meæ sævus ante alios immitisque sæculi hujus quadragesimus nonus, pestilenti lue majorisque hujus urbis incolarum partis excidio infamis vereque nefastus. Abscedendum inde fuit opportune, aut manendum loco aperto, & cui provideri & caveri a contagione posset. Electus est hortus quidam suburbanus extra portam Carmonæ, eo quod in eam urbem ducit, appellatam, quem & Benedictinorum sodalium sacram ædem intercurrit aquæductus lateritii operis, quo urbi magna ex vicino agro corrivata vis aquæ infunditur. In hoc secessu tribus fere mensibus, quousque cæli teter desæviit morbus, declinavimus una violentem pestilentiam D. Joannes Suarezius Mendozius & ego, cujus hominis ne nunc in laudes eam prolixius, verecundia impedit amicitiæ nostræ, nec minus singularis ipsius modestia. Gerit ab illo ad hoc usque tempus in domo Indicæ negotiationis Hispalensi senatoriam, jam nunc primi inter alios loci, dignitatem integerrime gnaviterque. Quod tibi in transcursu dictum, quisquis hæc legis, cupio, ut ab honore isto saltem virum discas, tametsi non ignarus magistratum gerere, ac merito gerere, haud diversas tantum, sed & disparatas res justo sæpius esse. Hoc in loco benignissimi atque indulgentissimi largitate numinis datum nobis cum illibata valetudine, tum præcipue mihi, inter tam sæva etiam, animi & studiorum ea quiete frui, ut aliquot horis expiandæ conscientiæ ac propulsandæ ab ea timoris causæ Christiano ritu quotidie datis, ceteras jaciendis *Bibliothecæ* hujus fundamentis, tenuibus quidem illis tunc, ac superstruendæ moli imparibus existimatis, contentius tamen quam pro hoc judicio, impenderim. Ad manus fuit Benedictinorum, quos paulo ante dixi, seu potius Benedicti de la Serna hujus domus abbatis, bibliotheca bonis plena libris, cujus quidem data mihi liberaliter copia fuit eo jucundior habiliorque, quod absque reverentia domini per eos dies alibi agentis veluti re domi propria uterer. Scilicet hoc solo ac fundamento niti cœpit (quod meminisse gratum est) fabrica ista, quam corrogata inde ab aliis atque aliis bibliothecis, bibliothecarum descriptionibus & omnis generis libris improbo labore subsidia in hanc, quam vides, molem duplicati voluminis elevavere.

XII. Quænam vero ea fuerint subsidia discere aves? Mihi æque ac tibi expedit ut morem curiose interroganti geram. Excussæ sunt plures & amplissimæ bibliothecæ, uti jam diximus, lecti quoque ii omnes libri hac nuncupati appellatione, quive sub quavis alia rem nostram agerent. Gesnerus, Possevinus, Bolduanus, Draudus, Valerius Andreas & αὐτοψία (1) ipsa suppeditaverunt suas nostrorum auctorum editiones: Scotus & Miræus, Nicius Erithræus, Ghilinus, alii ea, quæ confecerunt, eorumdem elogia. A nostris, quorum testimonio, utpote domestico, magis deferendum fuit, auxilia rara & imbecillia. Adeo studium hoc viros literis spectatos, eorumque monumenta fideli ac data opera commendandi, nostrorum historicorum, sive provinciis, sive urbibus, sive religiosis ordinibus illustrandis addictorum, mentem non pupugit, quasi ea non aliqua & quidem præcipua esset historiæ pars, rerumque commemoratarum insigne decus ac veluti lumen, aliundeve quam ex viris insignibus, clarisque scriptoribus ornamentum egregius aut celebratis urbibus, regnisque, aut enarratis ordinum Ecclesiasticorum cœtibus accedere posset. Omnium enim fere Hispaniæ totius urbium, nedum provinciarum, regnorumve historias habemus vernaculas; nec in iis quidquam accuratioris operæ ad *Bibliothecæ* nostræ argumentum conferentis invenire potuimus; excepta una Segoviensis urbis, in qua Didacus Colmenarius auctor, vir utique singularis industriæ, particularem virorum literis illustrium ejusdem urbis librum ceteris adjunxit, exquisita diligentia usus, ne patriam optimæ notæ historiam, hac parte insuper, ut alias fieri solet, habita, veluti claudicantem reliquisset. Nec item aliis nostrorum hominum lucubrationibus ad hunc scopum directis, quæque per partes promovere ac suffulcire universalem gentis Bibliothecam possent, quamvis diligenter conquisitis, utendi copia mihi contigit. Doctissimi inquam viri Thomæ Tamaji *Elogia illustrium in Carpetania Scriptorum*, quorum aliqua vidimus in libris laudatorum auctorum excusa, Michaelis Joannis Vimbodini *Bibliothecam Valentinam*, sive de illius regni Scriptoribus, Joannis Francisci Andreæ Uztarrozii *Aragonensem*, quam post impensam rei a Didaco Murillo (2) & Vincentio Blasco Lanuza (3) quadantenus operam apparasse eum, cum in vivis esset, tum aliunde, tum ex ejus literis novimus. Certe habuissemus inde nos integram hujus partis, quam nobilissimum facit in hoc theatro regnum, exactamque notitiam; ut liberalis erat largusque Uztarrozius laudatus opes, multo licet atque assiduo labore quæsitas, cum amicis & quibuscumque aliis istarum rerum cupidis communicandi. Ita mecum agere cœperat quæsitus per epistolam non unam aut alteram iis super, de quibus aliunde quam ab ejusdem regni Chronographo diligentissimo patriæque studiosissimo certior fieri non poteram. Sed interrupit ejus mors regno isti & historiæ Aragonensi non parum intempestiva commercium literarium nostrum, interciditque telam non facile ab alio retexendam. Cujus quidem hominis neque *Chronographorum regni Aragoniæ* ab Hieronymo Zurita usque ad Josephum Pellizerium *Vitas* typis jam, cum vita functus fuit, subjiciendas consulere mihi datum, aut manu exaratas, aut, si copia facta esset, formis editas, quod nescio quo accuratorum operum fato hactenus retardatum fuit. De Lusitanis diu est quod votum D. Francisci Emmanuelis viri docti atque in paucis diserti de suorum civium formanda Bibliotheca, cujus ipse meminit in quadam epistola (4) præcipuos quosque in unaquaque disciplina scriptores summatim referens, implere satagunt Joannes Suarius Brittus & Joannes Francus Barretus, sive divisa sive collata opera; quorum propositi, adhibitæque in adornando eo diligentiæ mentionem Georgio Cardoso *Agiologii Lusitani* (5) pio, industrioque auctori, qui & ipse ante paucos annos excessit e vivis, debemus. Quibus quidem ille ait cessisse sponte se hanc curam, quam olim conceperat. Sed neque ab imperfecto adhuc opere aut nondum publici juris facto rem strenue gerere Lusitanam discere potui, quam & superius bellum a communicatione omni, unde lumen aliquod separatæ ac veluti peregrinæ nationis laudibus infunderetur, non solum hominum, sed & librorum arcte longeque seclusam habuit. Unde forsan commissos in referendis nobilissimæ doctrina gentis rebus errores, aut omissa quæque notatu digna, condonabunt ipsi, uti speramus, nobis hac excusatione utentibus sic legitima justaque, interim dum civium suorum posterioribus, ac luculentioribus haud fruuntur operis.

XIII. Librorum quidem Hispana lingua scriptorum bibliothecam collegisse dicitur Matriti amplissimam Joannes de Saldierna; quam, uti credimus, ante oculos habuit, descripsitque is, quem antea & nunc iterum jure laudamus, Thomas Tamajus in libro sic inscripto: *Junta de libros la mayor que España ha visto en su lengua hasta el año de* 1622. Hujus exemplum nunquam publicati operis videtur Eminentissimo S. Rom. Eccl. Cardinali Francisco Barberino, dum extraordinaria Urbani VIII. Pontif. Max. patrui sui legatione apud Philippum Regem nostrum IV. eo fere tempore fungeretur, obtulisse auctor; quod nobis, annuente humanissimo

(1) Propria visio. (2) In historia de N. Señora del Pilar. (3) In historia Aragon. par. 1. lib. 5. cap. 37. & seqq. & par. 2. lib. 5. cap. 44. & seqq. (4) Centur. 4. carta 1. de las Obras familiares. (5) Tom. 3. die 4. Maii lit. I.

mo ac eruditissimo mihique multis nominibus eximio cultu semper habendo purpurati ordinis apice, Carolus Moronus, bibliothecæ ejus amplissimæ ac selectissimæ præfectus, ad Sancti Laurentii in Damaso canonicus, excutiendum atque exprimendum liberaliter concessit.

XIV. His autem vix paribus suffulta tibicinibus *Bibliotheca* nostra minime potuit ea omnia præstare, quæ quidem assequuti omnino essemus, si votis tantum agi res valeret studioque, quamvis impensissimo. Sed quæ necessariis & a propriis atque domesticis suppeditatis undique auxiliis explananda fuit ad culmen absolutionis & perfectionis via, his eam destitutam, confragosam disruptamque mansisse, nec semel lubricam aut fallacem, haud merito aliquis nos accusabit. Cum præterea de propriis cujusque enarratoris rebus, quantumvis temere aut falso dictis, credendum ei fuerit, dum non aliorum, qui redarguerent ac nos monerent, potiti essemus; uti de cavendo in Carmelitanis rebus a *Carmelitici decoris Paradisi* auctore moniti sumus ab amico nostro F. Ludovico Perez de Castro Axofrinensi ad Deiparæ Transpontinæ collegium Romanum theologiæ professore primario atque studiorum præfecto, qui mira quadam diligentia & in ordinem hunc suum caritate corrogata ex fontibus ipsis scriptorum ejus notitia effecit unus, ne cum auctore illo in accusationem suorum ipsius sodalium impingeremus. E religiosorum aliorum ordinum historiis atque scriptorum catalogis generalibus nostros excepimus, usi & amicorum in his ipsis ad normam *Bibliothecæ* hujus commendandis & qui excidissent, aut ab eorum confectione vixissent adjungendis, opera. Hanc interim vix necessarium fuit a Cisterciensibus, Franciscanis, Jesuitis petere, quorum scriptores jam eo cultu fuere literatorum orbi exhibiti, quo ceterarum caruisse hactenus sacrarum familiarum ornamenta dolendum magis, quam nobis opprobrio dandum est; quibus ignorare multa domi earum occulta, nec reserata adhuc, fuit necesse; nec tamen sine ulla cautione, excepto Alegambii opere, decurrendum vel in his fuit. Et in Franciscanis aliqua, quæ Wadingo exciderunt, sive ei non visa, suppeditavit Franciscus Haroldus Hibernus in collegio Romano Sancti Isidori Agricolæ sacræ scientiæ olim professor, nunc Wadingi *Annalium* continuator & *Compendii* scriptor diligens, disertusque, ad cujus *Franciscanos Scriptores* plura habet, quando is liber recoquetur, adjungere. Jesuitis, qui post *Bibliothecam* eorum absolutissimam prelo datam literarum monumentis alibi & apud nos floruissent, in aliquam appendicem conjiciendis referebatur vulgo additus Joannes Nadasi, qui *Annum rerum memorabilium* ejusdem *Societatis*, ex qua est, ante paucos annos in publicum edidit. Cecidimus tamen ea spe; mutuareque eorum notitiam e publico Præfecti generalis dignissimi Reverendis. P. Joannis Pauli Olivæ mihi multis nominibus venerandi tabulario, quo asservantur facultates scriptoribus datæ ad typis mandanda literarum sua monumenta, opus nobis fuit, quam inde probus atque industrius vir Joannes Marinus Assistentiæ Hispaniarum generali a secretis liberaliter communicavit. In ceteris religiosis universitatibus majori connitendum fuit industria: nam Augustinianos sic jejune laudavit etiam ultimus ac Hispaniæ domesticus ordinis illustrator Thomas de Herrera, cetera vir diligens, in *Alphabeto* suo *Augustiniano*, ut nisi aliunde & e libris ipsis majorem eorum expiscaremur cognitionem, vix meritis doctissimæ ac fœcundissimæ magnorum filiorum parentis familiæ laudibus paria facere possemus. Quod cum ad Dominicanorum deventum esset res, fuit magis pertimescendum. Antonius enim Senensis & Alphonsus Ferdinandi ante plures annos, nec sat pro hujus ætatis accuratione, scripsere suos catalogos. Carmelitarum autem negotio præsto fuit, uti jam diximus, Ludovicus Perez de Castro, eique collata quoad Excalceatos opera Josephus a S. Maria Congregationis Reformatorum Hispaniæ chronographus, ut antiquiores nunc prætercam. Inde, ut Benedictini pro dignitate amplissimi ordinis in hac pompa exhiberentur, nulli eorum historiæ acceptum ferre potuimus; siquidem Franciscum Ibañez viros illustres eius compendio laudavisse tantum audivimus. Quædam tamen ex ipsis eorundem domibus repræsentaverunt cum D. Antonius Lupian Zapata, qui inter ipsos degebat, eruendis ex eorum tabulariis aliquot monasteriorum historiis dudum intentus, olim nostro nomine de Scriptoribus interrogatus, tum etiam Reverendus admodum P. F. Alphonsus de Mier Congregationis Hispanæ procurator, cum hæc scribimus, in Urbe generalis. Mercenariorum quoque viros hac laude memorandos collegit singulari libro Petrus a S. Cæcilio Granatensis ex reformatione hujus familiæ, quem adhuc ineditum quondam Granatæ vidimus. Cuinam rei, quæris, hactenus dicta? Nempe humanum est desiderare nos te scire, lector, quantum hac nostra opera promotum in re sit, aliorumque operis superinductum, atque itidem humanum una & *plenum ingenui pudoris*, teste Plinio in principio ipso libri (1) *fateri, per quos profeceris.*

XV. Jam ut speciem hujus nostri historici operis adumbremus, *Bibliotheca integra* omnium *Hispanorum qui unquam usquamve monumenta sui prodiderunt literis* mentem nos diu gravidam gerimus, nec tamen unico partu exonerandam. Ab initio rerum & antiquissimo nostræ gentis tempore capiendum forte initium fuit, atque inde usque ad præsens sæculorum fere septemdecim scriptores ducendi stilo. Nec nobis ordo iste improbari, qui secundum naturam est, aut consilio aut facto debuit. Quominus tamen eo procederemus, hæc causa fuit. Bibliothecam oportere in duas distingui partes duximus, quarum posterior eos, qui ante duo hæc, præteritum & quod excurrit, sæcula vixere, librorum auctores contineret, prior vero superioris ad literarum usque inter nos ac disciplinæ initia ætatis scriptoribus adjudicaretur. Nec sine ratione. Cum enim inserendorum in hos publicos Musarum fastos nomina alphabeti ordinem sequi debere, ut aliquem sequerentur, commune ab optimis bibliothecarum formatoribus veniens dictaret exemplum, subiit illico hæc nos cogitatio, incongrue id factum iri atque absurde in solida totius *Bibliothecæ* materia, hoc est, in tot sæculorum promiscue laudandis auctoribus, antiquissimis, medii temporis, recentioribus, ac tandem nunc superstitibus. Cuinam etenim stomachus non moveretur advertenti huc oculos, si laudatum post Licianum illum Bilbilitanum a Martiale dictum, quia initium dat nomini L. litera, in vivis degentem ante paucos annos Lucam Montoyam legeret, tunc post eum e veteri rursus Roma Lucanum, inde Luciam de Jesu nostri temporis sanctimonialem, atque hinc Lucium Moderatum Columellam, aut Lucium Dextrum? Non adeo quidem est (aut ego nihil certi assequor) e præscripta sibi secundum seriem literarum norma excusandus hic ordo, ut saltus hosce, atque e recentissimis ad antiqua illa tempora ineptas crebrasque transitiones aut, si mavis, volatus admittat. Porro hujus vitandæ absurditatis consilio, quantumvis aliis deficeretur causis ea, cui innitimur, separatio, utique nos obsequuti essemus: sed & succurrit alia non levis aut contemnenda. Nimirum de antiquis scriptoribus plura oportuit extra elogiorum formam discuti, patrias eorum, vitæ obscura investigari, notha scripta ab his abdicari, legitimorum vindicias decerni; quibus omnibus alia commentationis & prolixior utique ratio debebatur, atque illa est, quam in laudandis sive nostræ sive parentum aut avorum memoriæ auctoribus, quorum res ac doctrinæ merita vix ullis dubitationis impediuntur salebris, sed omnia fere indubitata sunt, historiceque, non critice tractanda, plane sequi oportuit. Alius ergo quam alphabetarius, recentioribus utique celebrandis maxime aptus, ordo doctissimorum judicio idoneus magis mihi visus dicendis & illustrandis veterum scriptorum rebus ac monumentis fuit; ætatis nempe, qua vixerunt & floruerunt, per sæcula digestæ. Ita Gerardus Joannes Vossius methodo non minus quam singulari eruditione præstans, ita alii fecerunt. Processus, profectusque sive defectio aut corruptio literarum atque doctrinæ decurrentibus passim & ordinate a prioribus illis ad hæc tempora maxima cum jucunditate repræsentantur & liquent. Præterea non jucundum tantum sed utile etiam est in unoquoque ævo quinam quibuscum convixerint sub oculis habere, ideamque singularum formare ætatum.

Qua-

(1) In præfat. Hist. naturalis.

XVI. Quare uti commodissima & æquissima nobis, ex quo ita sedit animo, hæc sese commendavit divisio operis, ut altera pars ab origine ipsa rerum, hoc est, hominum apud nos doctrinæ fama illustrium, per sæculorum scalares gradus ad totum decimum quintum, hoc est, Christiani orbis millesimum quingentesimum descenderet: altera decimi sexti & quod nunc agimus, decimi septimi scriptores, qui longe plures uno sesquisæculo sunt iis, qui tot præcedentibus vixere æquales, in unum colligeret: prior temporum ductum, posterior autem nominum prima elementa sequeretur.

XVII. Cum vero huic Parti, utpote majori & cum extensiore studio expediendæ curam nostram præcipue intendissemus observantes interim & loculis suis reponentes quæque ad partem spectarent alteram; crevit & ad finem perducta est hæc scilicet rei natura posterior, semota illa & post se relicta, quæ præcedere omnino debuit. Quid tum ergo? Expectandum fuit, atque interim, ne (ut in proverbio Græco est) ὕστερον πρότερον fieret, is, qui jam invocabat Lucinæ opem, retardandus partus, fratrique vix concepto reservandus princeps nascendi locus? Poterat quidem id; sed cum conscii simus *mutui debiti quod* (verbis Tertuliani (1)) *inter se est nativitati cum mortalitate*, vivamusque morituri, atque ex incertissima pendeamus hora, cavendum non temere fuit, ne humanum quid contingens irritum & inanem laborem nostrum, quem non inutilem speramus futurum, dum præstolamur aliud tempus, reddere posset. Nec enim totius operis paulo post absolvendi copia nunc est districtis negotiorum sollicitudine, quæ quidem ægre satis viæ id, quo progressum hucusque fuit, tot pergere annis permisit.

XVIII. Damus ergo publico usui *Bibliothecam* eorum *Scriptorum*, qui post annum millesimum quingentesimum commendavere cogitationes suas literis. Male aut bene, inutiliter, aut cum fructu, non distinguimus, quia nec distinguit argumenti ratio. Ideo & nominibus alias damnatis, eorum puta, qui vel superstitionis Judaicæ, vel ab ortodoxa Fide apostasiæ rei vixerunt & mortui sunt, mentionem non invidemus; lustrum quippe agimus, non censuram.* Addidit inscriptio *locupletioris & certioris his, quæ præcesserunt*, notam huic Parti. Speramus enim comparatione tantum ad hucusque facta quidquam nos visum iri fecisse, non præsumptione adversus id, quod fieri ab aliis majore otio in rem intendentibus posset, & aliquando forsan fiet. Quamquam non ignoremus cum Seneca (2) *Tantam esse hominum importunitatem, ut quamvis multum acceperint, injuriæ loco sit, plus recipere potuisse.* Immensum quippe negotium est quodammodo, ne dicam impossibile, tam vasti terræ tractus tot provinciis, quandoque & linguis, distincti ac separati, res colligere, notare libros, suam librorum auctoribus nec prorsus jejunam consignare laudem. Promptior quidem res, si intra cujusdam urbis, aut etiam provinciæ, sive ordinis alicujus fines stilum contineas. Civium enim aut provincialium illustratori facile ab omnibus, quorum interest rem strenue geri, suppetias itur. Religiosi autem cœtus, qui sapiunt, non nisi collectis undique publica jussione subsidiis instructam rerum suarum hominumve historiam publici fieri juris permittunt. Nobis utendum fuit paratis & obviis, nec alia fere quam propria industria quandoque ab iis ad magis vera & comperta provocandum. Quare, sicubi e recta via exorbitavimus aliorum ducatum sequuti, aut aliquos scriptores, eorumve libros prætermisimus, aut duplicavimus, quemquam ex errorum fontibus, quos Joannes Jonsius (3) *De Scriptoribus* agens *Historiæ Philosophicæ* annotat, incurrentes, nec integre argumento satisfecimus, difficultatem & immensitatem operis excusare nos haud ægre ab iis impetratum iri speramus, qui quantum laboris & operæ etiam non perfectis impendi soleat, quantumque operæ pretium sit iis quoque in publicum editis novos aliorum, eoque magis plenos spei conatus irritare, sive prudentia docti, sive experientia noverint. Certe non alia est hominibus, quam prærupta & proclivis lapsibus, ut attingant finem sibi præscriptum, via. Humanum ergo est mortalium cuicumque erroribus decipi; humanius tamen deceptis naturæ imbecillitatem non imputare. Monemus tamen ut voto suo in quærendo scriptore aliquo aut scriptoris opere a *Bibliotheca* fraudatus adeat is omnes Appendices. Inveniet forsan, unde sibi a nobis factum satis gratificetur.

XIX. Cumulavimus enim exantlatum in confectione *Bibliothecæ* laborem novo labore; nam in pluribus *Appendicibus* sive omissa addidimus, sive deprehensa non vera retractavimus: fœminis item doctis suum *Gymnæceum* construximus; *Extero-Hispana Bibliotheca* plures non Hispanos, qui aliquo modo ad nos pertinent, comprehendimus; ac tandem ne *Indicum* ornamento & compendio careret opus, tot quidem formavimus, veluti replicantes operam, qua jam perfuncti videbamur, quot utiles tibi futuros & ad meliorem & faciliorem eius usum conducere posse existimavimus; de quibus in præfatiuncula iisdem *Indicibus* affixa redditam tibi rationem, Lector, invenies. Tu interim nostris utere, &, si Hispanus es, grato animo quidquid bene dictum, accurateque fuerit, amplexare, & Gregorii Magni verbis *remunerationis linteo sudores nostros terge*; si quid autem oscitanter aut minus recte, de eo admone, ut in *Bibliothecæ* renovata, si tanti est, aliquando editione, tua opera uti ad publicum beneficium valeamus.

D. JOANNIS CARAMUEL

Campaniensium & Satrianensium Episcopi, designati Hydruntini Archiepiscopi, de hac Hispana Bibliotheca

JUDICIUM.

MAGNUS ille & vere ante diem Magnus Carolus Josephus, Ferdinandi III. Imperatoris filius, Ferdinandi IV. Romanorum Regis & Leopoldi I. Imperatoris frater, ob cœlestes prærogativas adquisitas divinitus, excultas & ornatas humanitus, omni gloria & honore dignissimus, mihi est cum admiratione recensendus quod inter alia generosa charismata, quæ sera celebrabit posteritas, ausus fuerit suæ eruditæ ambitioni proponere, ut VNVM quæreret, IN QVO OMNIA feliciter consequeretur. Ideo ingeniosus adolescens, avita domus Cæsareæ stemmata hoc lemmate heroico illustravit, OMNIA IN VNO (4).

Sed ubi & quale est illud VNVM, IN QVO indipisci OMNIA poterat? Frustra alii alibi flavissas eruditas aperirent, nam etsi in singulis multa, nunquam OMNIA IN VNA reperient. Laudatur ab ingenio Aristoteles, a dicendi efficacia Demosthenes, ab amplitudine doctrinæ Homerus, ab elegantia Cicero, a pompa Virgilius, a dulcedine Ovidius &c. Verum enim vero homo, IN quo VNO hæc OMNIA lumina aut etiam numina

(1) De Carne Christi c. 6. (2) Lib. 3. de Ira cap. 31. (3) Lib. 1. c. 2. (4) *Multis & dignis Elogiis celebratur Serenissimus Carolus in P. Gasparis Schoti Organo Mathematico a pag. 11. & in singulis edisseritur Lemma OMNIA IN UNO.*

* Quæ sequuntur, post variatam aliquantulum operis inscriptionem, interjectosque suis quosque locis *Appendicum* articulos, de priori editione ex parte intelligantur.

na reperirentur, erit cogitatus, non factus: optatus, non genitus, imo nec speratus: quoniam natura rerum parens, ne iniqua videretur, divisit dona, ut nemo hominum careret aliquo, nemo omnia simul consequeretur. Esset enim noverca, si OMNIA collocasset IN VNO. Desiste igitur, Adolescens Auguste, nam supra humanæ conditionis leges votum est invenire OMNIA IN VNO.

Sed non (1). Perge audacter; spera; &, si cum Propheta Rege loqui liceat, superspera. Quod enim natura non potuit, ingenium & diligentia præstitit: nam hodie sumus e manu D. Nicolai Antonii OMNIA IN VNO sortiti. Ecce prodit HISPANA BIBLIOTHECA, liber unus, at IN VNO isto OMNIA, quæ aut mente concipere, aut voluntate optare poterunt universi. Thesaurus est, IN quo VNO clauduntur OMNIA illustrium Ingeniorum NOMINA, de quorum applausu vane gloriatur fama, ex æternis illorum contextis panegyricis plus laudis recipiens, quam impertiens. IN hoc VNO inveniuntur OMNES scientiæ, quæ in orthodoxis universitatibus edisseruntur: OMNIA illarum principia, quibus securissime insistunt, OMNES & consequentiæ, quæ legitime illatæ. Quoniam, ut confidenter loquar, quidquid abyssum possidet, oceanum sulcat, tellurem incolit, aerem pectit, olympum init, æthercam regionem percurrit, firmamentum illuminat & empyreum honorat, dilucidarunt scriptores Hispani, qui in hoc libro leguntur (2). Et si vos monachi Carnotenses mirari pergitis S. Augustinum exponendo illa Domini verba, *Ecce enim merces vestra multa est in cœlis*, dixisse, *non cœlos istos visibiles & corporeos oportere intelligi, ne merces nostra in rebus mobilibus & volubilibus videatur collocari, & ideo spiritualia quædam Firmamenta esse intelligenda, de quibus nescitis, ut dicitis, quid vel suspicari debeatis.* Et, si nos cum melleo Doctore dicamus cœlos, qui enarrant gloriam Dei, & ab Hipponensi insinuantur Pontifice, esse SANCTOS (3), in quibus, quamdiu vivunt, per gratiam, & post mortem, per gloriam, regnat Deus, etiam IN hoc VNO libro doctissimi invenientur Theologi (hi enim sunt illi fidelissimi astronomi, qui de spiritualium cœlorum motibus disputant, & prudentissimi astrologi, qui eorumdem promovent & illustrant influxus) qui OMNIA dilucident, quæ supernaturales facultates concernunt. Ergo IN VNO OMNIA tandem indepti sumus; quod nuper optavit, sed non obtinuit, Serenissimus Carolus, nos tandem felici auspicio possidemus.

Superest ergo, ut gratias habeamus auctori (4), qui assiduo labore & industria hos thesauros collegit, qui summa providentia digessit, & felici consilio per locos opportunos disposuit, ut illis possimus facilius & utilius fruisci. Superest ut hortemur, alios libros, eruditissimæ suæ mentis liberos, quos exspectant scholæ, qui etiamnum manuscripti ab amicis nagno applausu & utilitate leguntur, publicare festinet. Sic sentio salvo &c. Romæ Calendis Februariis M.DC.LXXI.

AD ILLUSTRISSIMUM VIRUM D. NICOLAUM ANTONIUM
Equitem S. Jacobi, Negotia Catholici Regis Agentem in Urbe

ELOGIA.

JOSEPHI MARIAE SUARESII OLIM EPISCOPI VASIONEN.
Vicarii Basilicæ S. Petri & Assistentis S. D. N.

EX quo Romuleis Hispania legibus usa est,
Cœpit & Italica nobilitate frui,
Illuc Pierides migrarunt pingue sonantes
Sicut facundo Tullius (5) ore refert;
E quibus ista (6) Epicos versus, Epigrammata panxit
Altera (7) quin Tragicos condidit illa (8) modos;
Æmathiæ undantes Latio qui sanguine campos,
Cæsaris & qui tot prælia narrat (9) Iber;
Domitio præcepta gravis qui clara sophiæ,
Abdita naturæ quique reclusit (10), Iber;
Domitiani etiam natis cunctisque Latini
Eloquii normam qui dedit auctor (11) Iber;
Terrarum tractus alius (12) descripsit & oras:
Quidam (13) etiam formam, qua colerentur agri;
Plurima succrevit scriptorum copia, Christi
Suavius Hispani dum subiere jugum.
Metri Evangelium misit sub lege Juvencus (14)
Et juvit falsos dedidicisse Deos.
Martyricas lyrica Prudentius (15) arte coronas,
Sacratam Paulus (16) texuit Historiam.
Quid memorem Damasum (17)? (8) quid vos Leander (9), Osique!
Ilphonse (20) & quibus abs Iside (21) nomen inest?
Quam celebres Tabulæ Alphonsi (22) qui sydera callens
Ad binos regnum protulit usque polos;
Hesperiis florent etiamnum in tractibus artes
Has uti Complutum, Elmantica docta docet;
Nosse Deum, Logicos, Physicosque resolvere nodos,
Et Legum gens haud ulla perita magis.
Jure peritum ideo Venusinus cygnus (23) Iberum
Nuncupat, & sudant undique prela libris.
Exprimis hos (Antoni) omnes (Nicolae) sed uno,
Atque ita, multorum quod fuit, unus habet;
Hispalis est genitrix, curansque negotia Romæ,
Prudenter tractas Regia clarus eques;

Nec

(1) Psal. 118. 43. & 147. 74. & 114. 81. (2) Lucæ. 6. *Verba sunt S. Bernardi libell.* De præcep. & disput. c. 20. num.60. (3) *Sancti sunt cœli illi spirituales, qui apud S. Augustinum leguntur.* (4) *Hanc eruditam Bibliothecam alii ingeniosi libri ejusdem Auctoris sequentur.* (5) *Orat. pro Archia poeta.* (6) *Sil. Italicus.* (7) *Martialis.* (8) *Seneca Tragicus.* (9) *Lucanus* (10) *Seneca Philosophus.* (11) *Quintilianus.* (12) *Pomp. Mela.* (13) *Columella* (14). *Juvencus* (15). *Prudentius.* (16). *Orosius* (17). *S. Damasus* (18). *S. Leander* (19). *Osius Cordub.* (20). *S. Ildephonsus* (21). *S. Isidorus* (22). *Alphonsus Rex X. Castellæ.* (23) Horat. *lib.* 2. *Carm. ode* 20.

Nec minus incumbis studiis, Themidique Minervam
Jungis, id *Exilii* nobile pandit opus;
Ergo quod accessit præmi scriptoribus illis,
Ab cunctis unum te quoque habere decet.

D. JOSEPHI PALERMI OLIM EPISCOPI CONVERSANI, nunc Archiepiscopi Sanctæ Severinæ

ILLUSTRISSIMO DOMINO D. NICOLAO ANTONIO Equiti Sancti Jacobi, Catholici Regis nostri in Urbe Agenti generali

PRO SUA BIBLIOTHECA HISPANA

ELOGIUM.

D. NICOLAUS ANTONIUS,
Duplex naturæ miraculum,
A quibus consequi debuit, auctoribus vitam tribuit,
Illosque redivivos perennat:
Astro suo gentilitio (1) non e vagis syderibus,
Vagantes auctores,
Fixas, velut in firmamento, stellas hoc efficit in opere.
Acestes alter, sed mirabilior,
Tertio stemmatis jaculo traxit e cœlis ignem,
Quo velut animante,
Novus Promethæus
Scriptorem patrium fecit in animam viventem.
Adeo, ut per cancellos prospiciens,
In hoc literatorum pomario,
Omnia scientiarum genera quilibet inveniat.
Theologus Gratiam, Naturam Philosophus,
Mores Ethicus, Cœlum Astronomus,
Veritatem Historicus,
Musicus Modos, Poeta Epopeiam;
Cuncta denique hic, unde Palladi compotem ad omnia
Mentem, manumque non deesse dignoscas.
Millia millium
Ingeniorum monumenta collegit in unum,
Ut uni sibi, quinimo cunctis, virtutum facinora propinaret.
Regis Agens
Solitudinem in Curia raro adinvenit exemplo:
In utroque mirabilis,
Qui potuit scilicet inter negotia videri prudens,
Noscitur inter eruditos Apollo;
Totus sibi, totus aliis,
In studiis assiduus, in agendis sollicitus,
Martam Magdalenæ conjungens
Omnibus obtulit
Paria disparis exercendæ virtutis exempla.
Ergo
Obstupescite, exteri,
Demiramini, posteri.

EJUSDEM AD EUNDEM.

EXASTICHON.

Scriptor ut e tumulo surgat redivivus Iberus,
Dat liber hic vitam, quam bonus auctor alit.
Fax erat in terris, fulget mutatus in astrum
Hic, ubi stellanti stat, velut ille, polo.
Solis ab effusa resplendent sydera luce,
Millibus hinc auctor solis ad instar erit.

DISTICHON.

Indicis ad numerum sertis redimuntur Iberi,
Inclyta præ cunctis inde corona tibi.

ALIUD.

Auctor Iberus erat Lethæis Hesperus umbris,
Lucifer ut fieret, phosphorus iste fuit.

(1) Utitur auctor stemmate in quo supra sagittas tres emicat stella.

D. NICOLAO ANTONIO VIRO CLARISSIMO
Hispaniæ Bibliothecam scribenti.

AMICITIÆ AC GRATITUDINIS ERGO D. ANTONII AGRAZ DE SPUIG
Sanctissimorum duorum ex ordine Pontificum Clementis IX. & Clementis X.
Honorarii a cubiculo.

DECATETRASTICHON.

QUam merito patriæ scriptores dixeris astra
Quemque suæ, nitidis conspicienda comis!
Quam merito & felix Regio est, quæ plurima jactet,
Æmula multiplicis, cum micat igne, poli!
Ast cui sublimis laus hæc conceditur? illi
Quam Tagus aurifero lucidus amne secat.
Credere num renuis? metuenda Hispania ferro
Si nescis, calamo non valet illa minus.
En testata fides: geminata volumina volve,
Inclyta Nicolei quæ tibi dextra dedit.
Quærere sed caveas hæc inter sydera sydus
Reddere quod radiis sit potis ipse suis.
Lumine nam proprio reliquis si lumina præstat,
Qui metuat solem dicere, stultus erit.

AUGUSTINI FAVORITI

olim Sacro Collegio Purpuratorum Patrum, nunc Congregationi super negotiis consistorialibus a secretis, viri eruditissimi,

IN BIBLIOTHECAM HISPANAM
EDITAM A D. NICOLAO ANTONIO
Viro Illustrissimo.

QUos non docta minus, quam fortis Iberia terris
Edidit illustres Palladis arte viros,
Et genus & mores & eorum scripta recenses,
Ordine quæque suo, temporibusque notans.
E tenebris caput attollunt, lucemque revisunt,
Corduba quos & quos Hispalis alma tulit,
Et clara Emerita, & vatum fæcunda creatrix
Bilbilis, & loca, quæ Bætis Anasque rigant.
Nempe tuis æquum est, Antoni, vivere chartis,
Qui te adeo chartis erudiere suis.

Modestia & sapientia
Illustrissime Antoni,
Certarunt in te effingendo.
Modestia composuit animum, ornavit Sapientia:
Illa expressit morum lineamenta,
Hæc arcana doctrinarum impressit.
Moderatur illa vitam
Ad normam justitiæ,
Hæc ad exemplar prudentiæ.
Modestia omnes in te virtutis partes explevit,
Sapientia omnes in te ingenii artes absolvit:
Sic utraque vicit.
Inde dictus es decoro cognomine,
Nicolaus.
Felix Hispania, si plures tibi similes haberet.
Orbis terrarum universus
Post adoratam potentiam,
Adoraret quoque Hispanam sapientiam.

Ignatius Bompianus S. I. Sacerdos.

AD

AD ILLUSTRISSIMUM D. NICOLAUM ANTONIUM
Hispanicæ & absolutæ Bibliothecæ auctorem.

Cum allusione ad Nicolai *nomen quod* Victorem populum *significat in Græca formatione.*

ARmatas animas, Hispani & fulmina Martis
Ne tuus, Antoni, sit memorasse labor.
Sed placidas mentes memora, sobolemque Minervæ,
Cui non campus atrox, sed schola docta placet.
Bella nocent orbi, sapientia profuit orbi:
Pugnant tormentis illa, sed ista libris.
Excidium tormenta parant, documenta salutem:
Fata ciet gladius, fata cavet calamus.
Ergo libros numera, & sapientum nomina prome.
Vincere sic *populos* Bibliotheca docet.

Ignatius Bompianus S. I. Sacerdos.

IN ILLUSTRISSIMI VIRI D. NICOLAI ANTONII,
S. Jacobi Equitis,
HISPANAM BIBLIOTHECAM PUBLICÆ LUCI ROMÆ DATAM

EPIGRAMMA.

SCriptores celebras auctor facundus Iberos;
Datque libro titulum BIBLIOTHECA tuo.
Roma, libri frontem, dixit, sic laudo, putetur
Dum caput auctoris Bibliotheca magis.

Iac. Alb. Ghibbesius, P. L. Cæs.
Rom. Sapientiæ Rhetor emeritus.

TIBERII CEULII

EPIGRAMMA.

HIc liber est cælum, fulgent tot sydera chartis,
Quot notat auctores ingeniosa manus.
Hispaniæ quicumque legis mirare triumphos,
Bæticus ostendit quos tibi vir sapiens.
Græcia quid septem jactas? Antonius unus
Ingenio septem vincit & arte tuos.

ILLUSTRISSIMO DOMINO D. NICOLAO ANTONIO

ELOGIUM.

Excitet se tandem suæ ad lumina Argus astronomus.
Lucis rivos vitreo oculo superi Lynces inspiciant.
Nova jam nobis LACTEA in cœlis exoritur,
In qua puriore fascia, pleniore ubere
Extinctæ tot heroum animæ renascuntur.
Junoni similis hanc Nicolaus Antonius genuit,
Qui ipsum vel atramentum in tot sapientiæ candidatos
Gemino docuit fonte lactescere.
Nisi quod illa novercali odio
Ne Alcidem aleret, lac prodigere maluit;
Hic, ut plurimos enutriret,
Totus imo e pectore effluxit in mammas.
Sævit illa fæcundo imbre in terris collactanea lilio;
Miro hic portento, suoque potius flumine irrigavit
Palladis vel oleas, vel laureas immortales;
Ni mavis totidem eiusdem floris in gloria Salomones.
Et quidem fas, iusque Astreæ in lancibus erat,
Ut qui Austriaca sub Lactea non unum amplectitur orbem,
Innumeros pene filios non uno pasceret ubere.
Sed quia Platonis inter somnia fuerat,

Lapsas e lactea animas oblivia in cratere potare;
Sua hic easdem Lethæo e naufragio vindicavit,
Alter quasi divini nectaris pincerna felicior;
Nisi quod hic Austriaca potius sub Aquila militans
Jovi suo fulmina vel inter laureas sufficit;
Illi tamen in hoc lactea sua dissimilis,
Quod Martis illa semita dicta est, hæc Palladis,
Prima illa solis vagientis fascia, hæc vel Apollinis;
Cinerea illa Phaetontis orbita exorbitantis,
Hæc Mercurii, sed non errantis.
Macte igitur, heroum maxime, Theseos tot inter tuos,
Quos Hercule major uno calamo asseris ab interitu,
Temporis, quod omnia devorat, domitor,
Ipsius æternitatis, ne dum ætheris, bajulus,
Nicolai, idest Victoriæ, nomen emeritus,
Qui Hesperiæ tuæ Geriones plusquam tergeminos
Mortem vincere, de fato triumphare potius docuisti,
Quin & ejusdem aurea poma
Tortuoso tot sæculorum e dracone surripere.
Quod si Victoriæ quoque nomen navis prætulit illa,
Quæ solis æmula totum pene circumtulit orbem;
An non idem tibi æquius debitum,
Qui, ut de lino Plinius ait, tot in lineis
Utrumque nobis orbem ultro, citroque portas?
Sunt hæ quidem fumosæ, sed clarissimæ imagines;
Sed non tam typorum fumo atque oleo expressæ,
Quam lucernæ tuæ ad oleum, fumum, ac lumen.
Opus porro tuo in catalogo aggressus,
Quod olim Hieronymus ac Bellarminus exorsi,
Quidni ad eandem purpuram filium intendas
Quam illi sibi eodem stamine texuere?
An vero ab Hercule olim inventam in litore,
Herculeis viribus ac laboribus indebitam putes?
Cæsari hoc quoque par, licet Antonius,
Quod negotiorum Regius Romana gestor in aula,
Scias & scribere, quæ agis, & agere, quæ scribis.
Nec minus Lethæos, lethalesque inter fluctus ac turbines
Ore chlamidem, quam manu commentarios stringas;
Illum Herculeo e freto enavigaturus ad portum,
Quem tibi cruciferi tui sub cynosura, ac magnete præfigis.

D. Oratius Quaranta.

AMPLISSIMO VIRO D. NICOLAO ANTONIO

BIBLIOTECAM HISPANAM IN LUCEM EDENTI

EPIGRAMMA.

QUotquot ab Hispanis traxere auctoribus ortum,
Una tenet cunctos Bibliotheca libros.
Hinc, Nicolae, suam tibi cedat Græcia palmam,
Et cadat a calamo nux superata tuo.
Scilicet Homerum licet illa incluserit unum,
Theca tua innumeros continet una viros.

ALIUD.

Iliadem inclusisse nuci quid Græcia jactat,
Claudit ubi innumeros unica theca libros?

ALIUD.

Collige quantumvis quos docta Hispania libros
Scripsit, & auctores redde quibusque suos.
Horum equidem nunquam recte tibi computus ibit,
Crescit enim numerus, Te numerante, novus.
Scriptoresque inter sic pars non parva legeris,
Augebisque tuis nomina nominibus.

Gratulabundus accinebat
Iodocus Bacherus Belga.

A D.

A D. NICOLAS ANTONIO,

Caballero del habito de Santiago, habiendo sacado a luz un libro intitulado,

BIBLIOTHECA HISPANA.

CANCION.

ILustre Nicolas, en quien el oro
De heredada nobleza generosa
De el mas precioso azul Minerva esmalta,
O quanto aliento de el Castalio coro,
Para cantar tu fama gloriosa,
Pide mi pluma en ocasion tan alta!
Si quando mas se exalta
A esferas la atencion tan superiores,
Mas reconoce entonces su desmayo,
Como el que rayo a rayo
Al registrar de el sol los resplandores,
La vista, que no sufre el claro objeto,
Deja de ser examen, y es respeto.
O en hora buena el Sevillano suelo
Rinda las gracias al Flamenco origen,
Quando de sus paises deliciosos:
Agricultor de nuestra España el cielo
Dio tan frondosa oliva, en quien se erigen
Tantos verdes trofeos estudiosos;
Testigos ya dichosos
El bronce con tu nombre ennoblecido,
El plomo en caracteres transformado,
Que en tu ciencia animado
No de violenta polvora impelido,
Sabe mostrar en sacro honor de Palas
Igual gloria en las prensas, que en las balas.
No en vano hasta la espada, que sangrienta
Sirve al pecho de noble sobrescrito,
De temple mas suave en ti blasona:
Bien ansi qual robusta encina ostenta
De susurrante exercito erudito
El dulce afan, que es timbre de Helicona,
I aun tiempo de Belona
Los despojos la sirven de ornamento.
Ya pues tu Bibliotheca no se estraña,
Que siendo luz de España,
Quanto igual de tu pluma monumento,
Nunca menos caudal se le debia,
Que el de un libro, que es libro y libreria.
Celebren pues las Musas Castellanas
Tanto elogio inmortal, si con tu ausencia
Se compadecen bien dulces cantares;
Ansi las influencias soberanas
Ya nos restituiesen tu presencia,
Qual entonces se viera el Manzanares
De aplausos a millares?
O empero largos plazos de el deseo!
Vosotros si dichosos escritores,
Que en nuevos resplandores
Lograis de tan gran pluma el ser empleo.
Que voz ya en todo el orbe no os aclama,
Añadida esta fama a vuestra fama?
Musa, la voz suspende,
Que para nombre tanto en mejor suma
Los siglos se haran lenguas con su pluma.

M. Fr. Luis Tineo de Morales
Difin. y Maestro general del Ord. Premonstratense.

ALL' ILLUSTRISSIMO SIGNOR D. NICOLAS ANTONIO

SONETTO.

IBera penna, che vergando carte,
Al tempo edace, ed all'oblio profundo
Tronchi la falce, e rinovelli al mondo
A' charatteri d'or quanto ei comparte:
Taccia l'Attico lido, & in disparte
De i famosi oratori il dir facondo

Tra-

Tralasci pure', cha' a nessun secondo
Sei nell'ingegno, nell'industria, ed arte.
Chronografo immortal, tromba canora,
A cui su dall'empireo e sol concesso
Gl'estinti ravivar a nuova aurora.
Cerca da lungi pur, cerca dappresso
Scritori Iberi ad eternargli ogn'hora,
Ch'immortal nel stampar rendi te stesso.

Lorenzo Portio.

EJUSDEM AD EUNDEM TETRASTICHON.

Quot renovas, Nicolae, insignia scripta virorum,
Ingenii tot sunt hæc monumenta tui.
Hæc debent inter numerari thaumata Mundi,
Nam reddis vivos, qui jacuere, viros.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ.

Νικόλεως παρέδως οὐ τόσσα πονήματ' Ιβήρων
Ο'σσαπερ ἐξέθεσο θαύματα σῆς σοφίης.
Α'ξια δὴ ταῦθ ὑμνεῖσθαι καὶ θαύματα γαίης,
Ε'κ θνητῶν μερόπων ἀθανάτους τελέσαι.

AL SIGNOR DON NICOLO ANTONIO
Nel catalogo degli scrittori di Spagna.

SONETTO.

HOr si, felice Esperia, hor si che'l Tago
Preziosi diluvi isgorga in oro;
E nato d'una conca il tuo lavoro
Ricama con sue perle ancor più vago.

Se già negl'horti tuoi l'occhiuto drago
Custodì de suoi pomi'l gran tesoro;
Quest in fogli d'uliuo, over d'alloro
Hor del Palladio tuo guarda l'imago.

Sdegna l'Erculee sponde; e'n due volumi
Svelte le due Colonne uscir già vuole
Nel novo mondo à scaricar suoi fiumi.

Se nel tuo golfo il sol merger si suole,
Quest in un mar d'Inchiostri, un ciel di lumi
Porta scorni à la luna & ombre al sole.

D. Orazio Quaranta.

ALL' ILLUSTRISSIMO SIGNOR DON NICOLAS ANTONIO

MADRIGALE DI TIBERIO CEULI.

NEll'oriente à pena i suoi focosi
Destrieri agita il sole, hà per costume
Co'raggi inuidiosi
Ecclissar de le stelle il chiaro lume;
ANTONIO tù, che di saper sei sole,
Co'scritti tuoi famosi
A' le stelle d'Iberia, à tanti saggi
Non togli nò, mà ben'accresci i raggi;
Quindi per te più luminosi splendono,
Mà nell'istesso punto,
Perch'all'oblio s'invole,
Il nome tuo più glorioso rendono.
Così più bel ciascum di voi riluce
Con bel cambio frà voi di luce e luce.

ELEN-

ELENCHUS

EORUM QUÆ IN DUOBUS TOMIS HUJUS OPERIS CONTINENTUR.

BIBLIOTHECA HISPANA NOVA
SIVE
SCRIPTORUM HISPANÆ GENTIS
QUI AB ANNO MD. USQUE AD MDCLXXXIV. MONUMENTA DOCTRINÆ SUÆ LITERIS TRADIDERUNT.

A

ABBIAS.

ABBIAS JOSEPH, nescio qualis homo, aut cujus religionis, scripsit sane vernacula Hispaniæ lingua, unde suspicor ex stirpe seu origine Hispana, peregre atque adeo impune alteram a Christiana Lege professum. Edidit:

Obras de Virgilio concordado en Latin artificial, en Latin natural, en lengua Castellena de prosa y verso, y en Notas Latinas por Abbias Josef. 1.° Tomo de las Eglogas: Madriti 1660. 8. Ita lego in Catalogo Bibliothecæ Raphaelis Trichetti du Fresne Galli.

ABRAHAM.

ABRAHAM FERRAR, Lusitanus, Medicus, secta Hebræus, scripsisse dicitur Portugalliæ sermone:

De præceptis legis, uti legimus in *Catalogo* quodam *librorum Hispane ab Hebræis conscriptorum*, quem libris suis *de Resurrectione mortuorum* e regione principii edi curavit Menasses ben Israel, ejusdem sectæ homo in Batavis degens.

ABRAHAM FRISIUS, Lusitanus, Draudo teste in *Officina*, classe Historicorum, verbo *Chronologiæ* scripsit:

Chronologiæ secundum normam S. Scripturæ confirmandæ & corrigendæ brevissimam delineationem, Gorlitii editam 1614. in 4.

ABRAHAM NEHEMIAS, Lusitanus, Hebraicæ superstitionis reus, Medicus Doctor, edidit, laudante Joanne Antonide Vanderlinden in libro *de Scriptis Medicis*:

Methodum medendi universalem per sanguinis missionem & purgationem, libris duobus. Accessit:

De tempore aquæ frigidæ in febribus ardentibus ad satietatem exhibendæ liber singularis. Venetiis apud Bernardum Bassam 1591. in 4. & apud Societatem Venetam 1604. in 4.

ABRAHAM vulgo SABA nuncupatus, Hebræus Hispanus, floruisse refertur circa annum MDX. scripsisseque librum: צרור המור *Tseror hammor*, *Fasciculus myrrhæ* nuncupatum: qui brevis, sed celeber est Legis Mosaycæ commentarius, Venetiis editus apud Georg. Caballi typis elegantibus Bombergii anno supputationis minoris 327. in folio, hoc est, Christi 1567. Laudant Plantavitius Lodovensis Episcopus in *Bibliotheca Rabbinica* cod. 605. & Hottingerus in *Bibliotheca Orientali* cap. 1. classe 1. pag. 4.

ABRAHAM ZACUTH, Hebræus, inclytæ apud suos famæ sub Catholicis Regibus Ferdinando & Elisabetha, Salmantinus fuit patria, cujus urbis nomine eum appellant Petrus Siruelus in fine procemii *Cursus quatuor Mathematicarum Artium*, & Petrus Cunæus *de Republ. Hebræorum* cap. XXVIII. inscribiturque ipse in proprio libro *Almanach* nuncupato, cujus infra meminimus. Falso ergo Toletanum vocat Hieronymus Romanus de la Higuera Jesuita lib. III. cap. VII. *Historiæ Toletanæ* adhuc ineditæ. Carthagine quidem & Salmanticæ Astronomiam se ab eo didicisse fatetur Augustinus Riccius Casalensis in *Tract. de Motu Octavæ Sphæræ* anno 1513. Casali edito. Comperta res est in Lusitania eum vixisse sub Emmanuele Rege, cujus Astrologus audit. Forte ejectus e Castellæ Regnis in generali dicto Judæis exilio, in Portugalliæ gremium cum aliis se contulit: quod his concessum fuisse tum alii, tum ipse Salomon filius Virgæ in sua *Historia Judaicæ Gentis*, quam *Scebeth Judæ*, sive *Virgam Judæ* inscripsit, diserte refert pag. 333. sectione 59. editionis Latinæ, quam publicavit Georgius Gentius ex Hebræo interpres. Celeberrimus hic & historicus inter suæ sectæ homines, atque omnes illos qui Hebræis literis delectantur, ob perductam rerum Judaicarum seriem ab initio mundi ad suam usque ætatem in libro: יוחסין

Juchasin, hoc est, *Liber Prosapiarum*. Complectitur hic historiam sacram & judaicam ab initio mundi usque ad annum 5260. qui fuit Christi 1500. Fuit primum excusus Constantinopoli studio & diligentia Samuelis Schullani, cujus in hoc libro frequens fit mentio; deinde Cracoviæ in 4. anno 5340. (hic est Christi 1580.) Stephano Poloniæ Rege imperante, ut ait Joannes Plantavitius Lodovensis Episcopus in *Bibliotheca* sua *Rabbinica* cod. CCXXIV. Sed paulo aliter David Ganz in *Chronologia Sacro-prophana*, quam scribebat versus finem superioris sæculi, unde huc verba hæc transtulimus ex Latina Guilielmi Henrici Vorstii versione, & Lugduno-Batava anni 1544. editione. *Rabbi Abraham Zacuth auctor libri Juchasin videtur composuisse librum suum circa annum* 262. (scilicet millenarii sexti, sive 5262.) *scribit enim pag.* 38. *libri sui a tempore Syntagmatis Almegisti usque ad tempus suum esse* 1370. *annos. Liber autem Almegisti compositus est anno* 3892. *Itaque si jungas* 1370. *annos cum anno* 3892. *tum resultabit* 5262. Hæc ille ad hunc annum sive pag. 150.

Tribuitur quoque ei a Plantavitio alius liber dictus: מָתוֹק לַנֶּפֶשׁ *Matok Lannephesc*: hoc est *dulcis Animæ*, titulo ex Proverb. XVI. 24. de quo ille codice CCCCXXXV. *Libellus* (ait) *Cabalisticus est, tria dumtaxat capita complectens*: I. *De Anima, ejusque statu statim atque egreditur e corpore, ubi de judicio Dei privato agitur, quo Paradisi gloriæ, aut gehennæ flammis destinatur.* II. *Est de Sæculo futuro.* III. *De Resurrectione Mortuorum, & de secunda Animarum cum propriis corporibus unione.* Excusumque ait Venetiis fuisse in 8. apud Joannem de Gara anno supputationis min. 367. hoc est 1607.

Nec minus celebris fama est liber Zacuthi alius *Almanach perpetuum Solis* inscriptus, affixa hac nota: *Feliciter incipit anno Domini* MCCCCLXXIII. *inclusive factum a R. Abraham Zacut Salmanticensi*; quam apposuisse videtur Alphonsus Hispalensis de Corduba, qui edidit cum Additionibus. *Tabulæ Zacuthi* anno 1496. in 4. typis mandatæ sunt alicubi: quod opus idem cum *Almanach* existimo.

ACATIUS.

ACATIUS ANTONIUS DE RIPOLL, Catalanus, Domicellus (hoc est parente natus Equite Aurato) Philosophiæ ac utriusque Juris Doctor, Salmanticæ olim tirocinio legalis scientiæ sub Gabriele Henriquez, Joanne Vela & aliis gesto, undeviginti fere annos natus in scholam Oscensem se contulit, ibique inter candidatos locum possessore per id tempus orbatum docendi Juris eo successu ambivit, ut qui uno tantum suffragio victus voto exciderat, in novum alterumque tunc primum æquali stipendio dotatum munus interpretandarum similiter Legum reciperetur. In regio deinde Concilio generalis, ut vocant, Bajuliæ tanquam Consiliarius sedit annos sexdecim, novennio integro munus una gerens Advocati Fiscalis. Auditoribus in Academia dictaverat, quæ postea luci dedit:

Practicabilia Commentaria ad Titulum Digestorum de Conditionibus & Demonstrationibus, causis & modis eorum, quæ in Testamentis relinquuntur. Coloniæ Allobrog. 1617. 4.

Item scripsit:

Additiones ad Ludovici Peguera Praxim Civilem. Barcinone 1649. in fol. apud Antonium Lacavalleria. Simulque:

Ordinem Judiciarium causarum usu frequentium in Curia Vicarii Barcinonensis.

Tractatum Regaliarum. Barcinone apud Gabrielem Nogues 1644. in fol.

Varias juris Resolutiones. Lugduni in fol.

Tandem edidit septuaginta septem jam annos natus:

De Magistratus Logiæ Maris antiquitate, præeminentia, jurisdictione, cæremoniis &c. Barcinone ex prelo Antonii Lacavalleria 1655. in folio. Hæc sunt commentaria in Leges Nauticas, sive ut proprio vocabulo nuncupant, *Consulatus Cataloniæ*, quæ ita vulgo receptæ olim ab aliis sunt nationibus, ut fere universales maris & negotiatoriæ rei existimatæ sint; extatque Italica earum translatio Venetiis facta anno 1576. apud Gabrielem Zeberti & Socios, uti observat auctor ex Fontanella statim in primo hujus operis capite.

Obiit sacris jam addictus, & in presbyteratus ordinem acceptus, postquam Cataloniæ rem detentante Gallo, munere suo remotus fuisset.

F. ACATIUS MARCH DE VELASCO, domo Valentinus, ordinis S. Dominici, S. T. Magister, post varia gesta inter domesticos laudabiliter munera, & professionem ejusdem sacræ scientiæ plurium annorum in Valentina schola, infulas adeptus fuit Oriolensis Ecclesiæ XXVI. Januarii MDCLX. post sexennium extinctus anno MDCLXV. Docte scripsit, lingua tamen vernacula:

Resoluciones Morales, duobus tomis. Valentiæ apud Hieronymum Vilagrassa 1656: & 1658. fol. Item eadem lingua munus suum gerens:

Sinodo Oriolana Tercera, celebrada en la Ciudad de Orihuela en xxix. de Abril de MDCLXIII. con una breve declaracion de

la

la Doctrina Christiana. Valentiæ apud Hieronym. de Vilagrassa 1663. 8.

ACHILLES.

ACHILLES STATIUS, Lusitanus, in oppido *Vidigueira* Transtaganæ provinciæ superioris sæculi anno vigesimo quarto natus, eximius juxta Poeta & Philologus. Minor annis ductus fuerat in Indiam a parente, ut stipendia miles Regi faceret; sed imbecillitatem corporis causatus, colendum ut literis ingenium daret, reditum facile in Lusitaniam impetravit; quippe qui rectius credebat cum Sallustio ingenii, quam virium opibus gloriam quærere. Eboræ primum Joannem Barrium, dein Lovanii in Belgium delatus Petrum Nannium Eloquentiæ Professores, mox alios quoque Theologiæ Doctores audivit. Adita etiam urbe Parisiorum, iterum Belgio redditur anno ætatis uno supra trigesimum, ubi magnos in Theologia profectus disciplinisque humanioribus fecit. Hinc Patavium, post Romam tendit, atque hic a Cardinale Sfortia instructissimæ Bibliothecæ impositus, jubetur non diu post libellos Latine scribendos, epistolasque Pii V. P. M. curare. Quem quidem sacrorum apicem & alios duos, Pium scilicet IV. & Gregorium XIII. dum Romæ esset, Orationibus coram habitis, Portugalliæ Regis Sebastiani vice ac nomine, in speciem obsequii veneratus est. Cessit e vivis in eadem Urbe, jam occupatione vacuus, ex quo Pius obierat, sibi & Musis dum vacat, anno circiter MDLXXXV. xv. Kal. Octobris tribus minor sexagenario in templo Sodalium Oratorii, queis moriens Bibliothecam suam legavit, in habitu S. Dominici (ut præceperat supremis tabulis) sepultus. Magnum sui desiderium vir pius, eximiæque in literis, sive prosa, sive versa oratione scriberet, sive illustraret priscos Scriptores, sive tandem in Latinum e Græco verteret, famæ reliquit moriens, carus dum viveret doctrina præstantissimis viris, quos & ipse hoc nomine suspiciebat, in Lusitania Hieronymo Osorio Sylvensi Episcopo, ac Georgio Coelio Poëtæ; in Italia Manutio, Robortello, Mureto, Ursino, præcipueque Josepho Castalioni Jurisconsulto Anconitano, quem in primis dilexit; adeo ut verum Achilles hic ex fabula fecisse videatur, quam Ptolemæus Ephestion VI. libro *Novæ* suæ *ad variam eruditionem Historiæ* a Photio in *Bibliotheca* laudatus memorat; Achillem nempe quemdam nuptiarum Jovis & Junonis pararium seu proxenetam, id a Jove obtinuisse, ut quotquot ejus nomen sortirentur, clari existerent. Coelebs perpetuo vixit & continens. Opera quæ sequuntur, artis suæ & ingenii reliquit posteris monumenta:

In Marci Tullii Topica Annotationes, ac *de Fato*, & *de Optimo genere Oratorum*, cum Notis & Appendicibus. Lovanii 1552. & 1553.

In Horatii Artem Poeticam Commentarium, ex fontibus Græcis. Antuerpiæ 1553.

In Suetonium De Claris Grammaticis, & Rhetoribus illustribus Notas. Antuerpiæ typis Plantinianis, & apud Morellum Parisiis 1565.

Lugduni hæ prodierant sub falso titulo Joannis Baptistæ Egnatii.

In Catullum & Tibullum Commentaria. Venetiis & Parisiis in folio.

Tibullus sane cum *Commentario* seorsim editus fuit apud Aldum Venetiis 1567. in 8. quo anno præfatus ad Fabium Farnesium meminit *Catulliani Commentarii* jam editi.

Silvam Carminum, & Callimachi duos Hymnos Latine redditos. Parisiis 1549.

Orationes duas alteram *in Topica Ciceronis*, alteram Quodlibeticam *de Animarum immortalitate.* 1547.

Observationum in varios Latinorum Scriptorum locos lib. singularem, Lovanii seorsim anno 1552. post in *Thesauro Critico Joannis Gruteri* editum.

Orationes tres, ut vocant Obedientiales, *pro Sebastiano Rege ad Summos Pontifices.* Romæ 1574. 4.

Orationem aliam *ad Pium V. Equitum Rhodiorum nomine*, ut refert *Bibliothecæ Pontificiæ* auctor.

Epistolam ad Martinum Azpilcuetam Doctorem Navarrum, de Redditibus Ecclesiasticis, qui beneficiis & pensionibus continentur, Epistolis aliquot superadditis. Præceptorem hic vocat Azpilcuetam. Credoque eumdem cum jam relato opere esse *De Pensionibus Commentarium* Romæ editum 1581. 8. & apud Bladii hæredes 1611. 8.

Tabula ejus Chorographica Regni Lusitaniæ extat in *Theatro Abrahami Ortelii,* & his quæ eo recentiora sunt.

Monomachiam Navis Lusitanæ, & Insignia Regum Lusitaniæ; versibus. Romæ 1674. Item:

De electione, profectione, coronatione Henrici Regis Poloniæ. Ibidem eodem anno apud hæredes Antonii Bladii. Duo hæc postrema opera tribuit ei *Antonius Verderius* in *Supplemento Epitomes Bibliothecæ Gesnerianæ.*

Illustrium Virorum, ut extant in Urbe, expressos vultus, ad Antonium Perennotum Cardin. Granvellanum. Romæ 1593. fol.

E Græco fonte in Latinum derivavit:

S. Joannis Chrysostomi Orationes IV. hoc est, *Dominicæ Orationis explanationem: In Natalem Domini: In sancta Theophanica: De David Propheta.*

Imo & quintam ejusdem *In Seraphim* inscriptam ; quam vidimus ex ejus interpretatione editam apud hæredes Ant. Bladii 1580. ac Petro Donato Card. Cæsio nuncupatam.

S. Gregorii Nysseni de Abraham & Isaac.

S. Athanasii in Magnam Parasceven.

Amphilochii in Sabbathi sancti diem.

Gregorii Antiocheni Episcopi in Sepulturam & Resurrectionem Domini.

Sophronii in Exaltationem S. Crucis, & Resurrectionem.

Hanc iterum vertit Gretserus atque edidit tomo 2. *De Cruce.*

Cyrilli in Parabolam Vineæ.

Anastasii Synaitæ De Sacra Synaxi, & de injuriis remittendis.

Marciani Bethlemitæ fragmentum.

Nili Abbatis Epistolas tres.

Omnia Romæ apud Franciscum Zanettum 1578. in 8. ad Gregorium XIII. P. M.

Typos Epistolicos, seu Epistolarum figuras Anonymi, & Libanii Sophistæ : ac *Demetrii Phalerii locum de Epistolis.* Lovanii 1551.

Eruit e tenebris latina:

S. Ferrandi Carthagin. Ecclesiæ Diaconi opuscula pia.

Gregorii Betici Illiberitani Episcopi De Trinitate, & Fide : sive (ut Scoto placet) *Faustini Episcopi* (de quo nos alibi judicium facimus) libellum.

Abbatis S. Pachomii Regulam Monachorum Ægyptiace scriptam, moxque in Græcum translatam, & a S. Hieronymo in Latinum conversam, temporis vero vetustate pene abolitam, mendis purgavit ac restituit, edititque in appendice *Cassiani* operum, quæ annotationibus suis illustriora luci dedit Romæ anno 1580. V. C. Petrus Ciaconus Toletanus, quo nomine Achillem Statium laudat Illustriss. Cæsar Baronius in Notis ad *Martyrologium* die xiv. Maji.

Hæc fere omnia de Achille nostro Andreas Scotus in *Bibliotheca.* Sed & nonnulla alia non permisit Gaspar Statius Lusitanus ignorare nos, qui legimus *Antiquitates Portugalliæ* ab eo vernacule scriptas, unaque *De Statiorum Gente* tractatum. Progenitum ait Achillem a Simone Nonio Statio parente, viro in bellica re apud Indos spectato, cujus cum laude Barrius meminit Decade tertia lib. ix. cap. xii. eoque Christi Militiæ Torquato Equite, Turrisque Cetobricensis Præfecto. Atque de hujus rebus in bello gestis fertur nonnusquam filius commentaria panxisse. In patriam olim a Sebastiano Rege conditionibus honorificis invitatus, ut res Lusitanorum literis prosequeretur, adhuc in Urbe restitit præposteris illius, cui cura negotii demandata fuit, officiis præpeditus. Bibliothecam habuit omni librorum genere instructissimam, quæ in Oratorii Æde sub eo titulo dedicata est : *Bibliotheca Statina.* Cæsarem Cardinalem Baronium ad conficienda sic magnifica opera invitasse tam lauta supellex, atque instruxisse creditur. Qui quidem alicubi ad Martyrologium, Bibliothecæ meminit, *quam possidemus* (adjungens) *liberalitate piæ memoriæ optimi & eruditissimi viri Achillis Statii.* Nec minus laudat magnum illius ingenium, multamque lectionem Justus Lipsius lib. 1. *Variar. lection.* cap. 11. æque ut Martinus ille Doctor Navarrus (quales viri!) tractatu de Redditibus, *Portugalliæ honorem* appellat, sicuti *librorum venatorem* & *helluonem* Latinus Latinius ad Ant. Augustinum scribens, altero Epistolarum volumine jam edito. Donavit eum particulari elogio Hieronymus Ghilinus in *Theatro Literatorum hominum* Italiæ sermone scripto.

ADAMUS.

ADAMUS CENTURIO, & CORDUBA, Io. Baptistæ Centurionis filius, Marci nepos, Adami pronepos, qui Genuæ nobili loco natus inter Hispanos primus familiæ suæ Astapanum (de *Estepa* vulgo) Marchionatum peperit, matre natus Maria de Corduba Didaci filia, quem Didacum Philippus II. in familia, & summopere carum habuit : Marchio ipse de Estepa nobilitati avitæ clarissimum adjunxit ab amore & studio literarum ornamentum. Imbutus quippe Antiquitatis universæ, & liberalium disciplinarum doctrina inter Literatorum nostræ gentis, ac sui sæculi principes jure venit connumerandus. Arabicam linguam fere senex didicit, ut libros plumbeos Granatæ exeunte sæculo superiori repertos germana interpretatione donaret ; quod an præstiterit, aliorum esto judicium : scio enim Romæ in Congregatione (ut vocant) sancti Officii, jamdiu disquisitionem horum librorum, doctrinæque ibi contentæ secundum novam aliorum Interpretum versionem fieri. Certe Marchio causæ huic deserviens, quam egregie magnisque sumptibus dum vixit promovisse dicitur, foras dedit:

Informacion para la historia del Sacro Monte llamado de Valparaiso, antiguamente Illipulitano junto a Granada. Granatæ 1632. in 4.

Nec non & aliud agens:

Vida de S. Hierotheo Obispo de Segovia, comprobada con Anotaciones. Ibid. 1630. 4.

Præter alia, quæ edita non sunt. Fragmentum sane ejus vere aureum intexuit *Rodericus Carus* libello suo *De veteribus Diis Hispaniæ*, quem ineditum reliquit, luce quidem dignissimum. Obiit in Astapana domo sua

die

die Aprilis VI. anno MDCLVIII. ætatis....

ADHELMUS.

ADHELMUS DE VALLE (verba sunt Petri de Alba Franciscani in *Militia Conceptionis*, penes quem fides rei sit) Doctor Hispanus, laboravit:

De B. Virginis immaculata Conceptione librum unum pulchrum, licet parvum, impressum Barcinonæ 1634. in 16.

ADRIANUS.

ADRIANUS DE AINSA, Aragonus, scripsit:

Espejo de Almutazafes. Cæsaraug. 1595. in 8.

F. ADRIANUS DE ALESIO, Dominicanus, Provinciæ S. Joannis Baptistæ in Peruano Regno, quo venit cum Matthæo parente artis pictoriæ peritissimo, qui giganteam & pulcherrimam S. Christophori Martyris imaginem in Metropolitano Templo Hispalensi juxta portam quæ ab eo appellatur, penicillo duxit. Poeta ipse parum cultus dedit in publicum:

Vida de Santo Thomas de Aquino en quintillas. Matriti in 4.

ADRIANUS DE CASTRO, Notarius Regii Prætorii Granatensis, scripsit:

De los daños, que resultan del juego. Granatæ typis Sebastiani de Mena 1599. 8.

ÆGIDIUS.

F. ÆGIDIUS, Hispanus, Ordinis Minorum, a Luca Waddingo laudatur inter hujus familiæ Scriptores, eo quod scripserit (quo sæculo non dicit)

Sermones Sanctorum, quorum initium est: *Philosophia est divinarum rerum speculatio.*

ÆGIDIUS ANES DA COSTA, Lusitanus, Sebastiani Regis tempore Cameræ Regiæ præfuisse dicitur, scripsisseque *Historiam* ejusdem *Sebastiani Regis.*

ÆGIDIUS DE S. BENEDICTO Monachus Ordinis Benedictini Regni Portugalliæ, unde oriundus fuit, vernacula Lingua egit adversus Antonium de Purificatione Ordinis Eremitarum Chronographum, qui familiæ suæ omnia illa, quæ tam Benedictini Sodales, quam Canonici Regulares vindicant sibi antiqua Cœnobitarum monasteria, Eremitis attribuere & asserere conatus fuit. Libri titulus:

Satisfaçaõ Apologetica da Ordem de S. Bento. Olisipone 1651. Agit de hoc opere atque ejus auctore D. Nicolaus de S. Maria in *Chronico Lusitano Canonicorum Regularium S. Augustini* I. p. lib. VI. cap. XIV. in principio.

D. ÆGIDIUS DE CASTEJON, Agredæ in extrema Castella ad Navarram vergente oppidi nobilissimi civis, Eques Ordinis Alcantarensis, ad S. Bartholomæi Salmanticæ in gymnasio quondam Sodalis togatus, atque in eodem ad jura docendum ex primario Juris Canonici suggestu in vicem proprii Antecessoris subrogatus, post diversa Magistratuum inferiora munera ascendit ad Summum Senatoris Conciliorum Castellæ & Cameræ, atque itidem Bellicæ rei, ad delectam nobilitatem ac dignitatem præstans ingenium, & perpetuo sibi ac aliis in literarum studiis proficiendi desiderium & constantiam sortitus. Quæ ostendit ejus

Alphabetum Juridicum Canonicum, Civile theoricum practicum, Morale atque Politicum, duobus tomis, Matriti apud Joannem Garciam Infantem 1678 in fol.

ÆGIDIUS GONZALEZ DAVILA, Toletanus, Societatis Iesu, anno salutis MDXXXII. natus, plurimum contulit exemplo, doctrina, & integritate, atque in administrandis muneribus sibi sæpius impositis prudentia recenti Societati conservandæ, ac propagandæ. Hujus hæc opera adhuc desiderantur:

In librum Exercitiorum Spiritualium S. Patris Ignatii præclaræ annotationes.

Explicationes Regularum Societatis.

Instituti ejusdem Societatis, tum *Declaratio*, tum *Confirmatio.*

Consilia item *Generalia omnia* exacte *in locos communes* redegerat. Hæc latiuscule in Bibliotheca Societatis.

Obiit Matriti anno MDXCVI. ætatis suæ LXIII.

ÆGIDIUS GONZALEZ DAVILA, ortus in cognomine Abulensi urbe Castellæ veteris nobilissima, puer adhuc Romam venit in familiarem D. Petri Dezæ S. R. E. Cardinalis a parentibus destinatus; in cujus domo a primis usque literarum elementis excoluit studiis animum, præsertim humanioribus. Quo tempore inter illius domesticos viri quidam ingenii, atque eruditionis virtute præstantes numerabantur: atque hos quidem Ægidius ipse laudare solebat, Franciscum de la Mata Decanum Cæsaraugustanæ Ecclesiæ, linguarum totiusque antiquitatis cognitione, Ioannemque Idiaquezium poetica facultate percelebres. Aderat & Franciscus Cabrera Morales Theologus & ipse libris quibusdam edi-

editis abunde notus. Viginti jam annorum adolescens ad nos rediit Portione Salmantinæ Ecclesiæ ditatus, nec diu post conscripta rerum illius urbis historia exercere atque experiri industriam, seseque posteris commendare cœpit. Deinde MDCXII. Matritum evocatus, Regium Castellæ Chronographum exercere jussus est: demumque anno MDC... in locum Thomæ Tamaji, qui hoc idem circa res Indicas munus gesserat, receptus, magna vir pietate & probitate, nunquam non indefesso studio patriam celebrans. Hujus quidem curæ ac studii fecit hæc extare monumenta, atque ea fere omnia Regio imperio obsequutus:

Historia de las antigüedades de la Ciudad de Salamanca. Salmanticæ apud Artum Tabernier 1606. 4.

Declaracion del Toro de Piedra de Salamanca, y de otros que se hallan en otras partes de Castilla. Ibidem apud Andream Renaut 1597. 4.

Relacion del asiento de la primera piedra del Colegio de la Compañia de Salamanca. Ibidem 1617.

Vida, y hechos del M. Don Alonso Tostado de Madrigal Obispo de Avila. Salmanticæ 1611. 4. apud Franciscum de Cea.

Historia del origen del S.to Christo de las Batallas, &c. Ibidem 1615. 4. apud Susannam Muñoz.

Theatro de las Grandezas de la Villa de Madrid. Matriti 1623. in fol. ex typographia Regia.

Compendio de las Vidas de los gloriosos San Juan de Mata, y Felix de Valois, Fundadores de la Religion de la Santissima Trinidad. Ibidem 1638. 4.

Historia de la vida y hechos del Rey D. Henrique III. de Castilla. Matriti 1638. in fol.

Theatro de las Iglesias de España, quatuor voluminibus, quorum priora tria jam lucem viderunt Matriti anno 1645. 1647. & 1650. Quartum parabat brevi absolvere; cum & perficiendo operi nova ratio accesserit, Innocentii Papæ X. voluntas sibi per Julium Rospigliosum ordinarium aliquando Sedis Apostolicæ apud nos Legatum, paulo post S. R. E. Cardinalem, atque hodie jam, cum hæc typis mandantur, Pontificem Maximum dignissimum, renunciata. Diversus ab his est olim publicatus & ante alios hujus argumenti liber anno 1618. Salmanticæ hac inscriptione: *Teatro Eclesiastico de las Ciudades y Iglesias Cathedrales de España*: ex quo jam aliquot Ecclesias in novum quatuor voluminum hoc systema, veluti damnans priorem illam curam, conjecit.

Theatro Eclesiastico de las Iglesias de las Indias, duobus voluminibus. Horum alterum Septentrionalem continens Americam editum est Matriti anno 1649. posterius Meridionalem anno 1656.

Inedita adhuc alia, in quibus est:

La Historia del Rey Felippe III.

Vidimus etiam ejus nomine inscriptum *Memorial de los Servicios personales de D. Baltasar de Saavedra, Caballero del Orden de Santiago, y de los de sus Ascendientes y Progenitores.* Matriti 1649.

Hominem laudant Lupus Felix de Vega in *Lauru Appollinis* Sylva 5. Petrus Salazar de Mendoza *De las Dignidades de Castilla* c. 4. fol. 91. Alphonsus Lopez de Haro in *Nobiliario Hispaniæ* lib. 5. c. 15. Stephanus Corvera in *Vita D. Mariæ de Cervellon.* c. 79. Marcus de Guadalaxara *Historiæ Pontificalis* parte 5. lib. 4. c. 4. lib. 6. c. 1. & lib. 16. c. ultimo. Ludovicus Cabrera de Corduba in *Hist. Philippi II.* lib. 13. c. 12. Baltasar Porreño de *Dictis & factis Philippi II. Regis.* fol. 130. & alii.

Decessit in patria octogenario major die Marco Evangelistæ sacra septimo Kal. Maji anno MDCLVIII. jam sic ab aliquot mensibus ob longam ætatem defectus mente, ut esset domesticis, a quibus Matrito Abulam perductus fuerat ut commodius inter suos haberetur & exhiberetur, instar infantuli.

ÆGIDIUS DE MESA, inscribitur Auctor nescio cujus

Piæ exercitationis Matriti evulgatæ anno 1606.

F. ÆGIDIUS DE PRÆSENTATIONE ET FONSECA, Lusitanus, ortus, ut credo, in oppido *Castel Branco* Diœcesis Egitanensis ex patre Francisco Martinez da Costa Juris Doctore Parisiensi, Petri a Fonseca Jesuitæ sat scriptis suis noti propinquus, Ordini Eremitarum dato nomine inter præcipua hujus Familiæ decora, singularis doctrinæ merito venit connumerandus; quæ primarias ei contulit partes docendæ Theologiæ in Schola Conimbricensi, ubi emerita hujus Academiæ militiæ præmia reportavit gymnastici sui Collegii Decanus. Scripsit:

Disputationes de Animæ & Corporis beatitudine ad priores quinque quæst. 1. 2. S. Thomæ, & ad quæst. 12. 1. partis, tribus voluminibus: primum editum fuit anno 1609. reliqua 1615. Conimbricæ in fol.

De Immaculata B. V. Conceptione ab omni Originali peccato immuni, libros IV. Conimbricæ 1617. fol.

Primatem nec non Augustinianum, sive *Prærogativam præcellentiæ Ordinis Eremitarum S. Augustini.* Coloniæ 1627. in 8.

Thomas de Herrera in *Alphabeto Augustinia-*

niano pag. lxv. tribuere videtur nostro *Commentationes Physicas* & *Metaphysicas*, quæ sub nomine Ægidii Romani editæ sunt, una cum Simonis de Visitatione *Commentariis in libros Meteororum.* Vixit ad annum MDCXXVI. ætatis suæ LXXXVII.

D. ÆGIDIUS RAMIREZ DE ARELLANO, claro sanguine, nec minus clara virtute Regius Consiliarius, Eques Ordinis S. Jacobi, Salmanticæ in Conchensi, ut appellant, Collegio Sodalis, atque in gymnasio isto amplissimo post alios professionis gradus, Legum primarius Antecessor; Pincianus inde, ac tandem Supremi Senatus Castellæ & Cameræ, simulque Concilii Sanctæ Inquisitionis rerum Fidei Pater. Insignis fuit rerum antiquarum, imprimis Hispanarum investigator, qui penes se innumera veteris ævi instrumenta ex Tabulariis ære suo exscripta curiosissime asservabat; nec minus liberaliter cum studii hujus sectatoribus communicabat. Apponam Hispana Ægidii Gonzalez Davila, qui hominem bene notum habuit, verba ex lib. III. *Histor. Salmantinæ urbis* cap. XX. *A quien debe mucho España por ser el que con mas veras ha tratado de que se forme Historia, qual merece el valor de esta Nacion y Reynos, favoreciendo y alentando con muchas curiosidades a los que emprenden y siguen tal empresa. Debele Salamanca no poco, pues fue el que despertó este motivo de dar memoria a sus antigüedades y grandezas.* Hæc ille, qui & iterum laudat nostrum in *Theatro Burgensis Ecclesiæ*, privilegio quodam adducto, quod ab eo habuerat. Scripsit eodem Davila teste:

Ad Tit. D. de Privilegiis creditorum.

Ex quo tamen vulgo laudatur, id est:

El Memorial de la Grandeza del Conde de Aguilar Señor de los Cameros.

ÆGIDIUS RAMIREZ DAVALOS quem Canonicum vocat Gundisalvus Argote de Molina, scripsit, eodem attestante:

Del Linage de Zambrana. MS.

ÆGIDIUS VINCENTIUS vulgari nomenclatura GIL VICENTE, Lusitanus Plautus censebatur tempore suo Theatri actionibus; plures quippe fecit Comoedias, quæ seorsim, simulque typis editæ sunt, sed prosaicas. Inter has *El Amadis* prodiit Olissipone ex officina Vincentii Alvarez 1586. deinde ex Dominici a Fonseca 1612. Filiam habuit Paulam Vincentii paris cum genitore in hoc studio Comicæ poeseos gloriæ.

ALBANIUS.

ALBANIUS RAMIREZ DE LA TRAPERA ex *Villa-Majori*, quod in ditione Ordinis S. Jacobi est oppidum, poeta ingeniosus & elegans, in laudem salutaris Ligni poema confecit versibus octo syllabis, multa eruditione sacra piisque affectibus exornatum, facili & copiosa pangendi carminis facultate usus. Nomen operi fecit:

La Cruz en Quintillas, decem canticis, seu libris. Adjuncta sunt alia sacra carmina. Matriti apud Joannem Cuestam 1612. in 8.

ALBERTUS.

F. ALBERTUS DE AGUAIO, ex familia Fratrum Prædicatorum, dedit Hispanicum insigne illud opus

De la Consolacion de Boecio. Hispali apud Joannem Varela 1530. in 4.

Quæ (ut credimus) illa est Boetii interpretatio, quam Latino illius Auctoris non dubitat æquare Ambrosius Morales in libello *de Lingua Hispana.*

D. ALBERTUS DIEZ ET FONCALDA, Cæsaraugustanus, scripsit:

Rimas varias.

F. ALBERTUS DE FARIAS, Carmelita Provinciæ Beticæ (verba sunt Marci Antonii Cassanatensis in *Paradiso Carmelitici Decoris*) scholasticæ Theologiæ peritissimus, scripsisse dicitur:

Lecturas Theologicas libris duobus.

Dialogorum mixtæ Phrasis, in quibus sacræ Scripturæ Hebraismos & Græcismos enodat satis subtiliter:

Floruisseque circa annum MDXLII.

D. ALBERTUS HENRIQUEZ ab Hispania oriundus, in Belgio tamen natus, scripsit, dicavitque Isabellæ Austriacæ Belgarum Principi:

La Resolucion varonil, o Viage que hizo Doña Maria Estuarda Condesa de Tirconel en habito de varon. Bruxellis 1627. 8.

ALEXANDER.

ALEXANDER VI. PONT. MAX. *Vide in litera* R. *RODERICUS DE BORJA.*

D. ALEXANDER DOMINICUS DE ROS Catalanus, patria Ilerdensis, Ecclesiæ Dertusensis Decanus, Protonotarius Apostolicus, ex Neapoli urbe Philippo Regi nostro nuncupavit:

Cataluña desengañada, discursos Politicos. Neapoli apud Ægidium Longum 1646. 4.

Diem extremum vidit in Curia Matritensi repentina morte extinctus, postridie kal. Junias anni MDCLVI. doctus vir, atque disertus, olim Urbano Papæ VIII. propter il-

illustratum ab eo latina Oratione Apum symbolum Barberinis gentilitium adeo acceptus, ut Sacerdotio Ecclesiæ Dertusensis memorato per id tempus in Curia degentem honestaverit. Nempe ediderat:

Abeja Barberina, *Panegyrico a la Santidad de Urbano VIII. &c.* Romæ typis Aloisii Grignani 1639. in 4.

ALEXIUS.

ALEXIUS DE BOXADOS & LULL, Catalanus, Canonicus Ecclesiæ Barcinonensis, Inquisitor Apostolicus, cum Murciæ, tum Valentiæ, scripsit:

Motetes Celestiales en Aforismos mysticos sacados de las Obras de Santa Teresa de Jesus. Murciæ 1650. in 4.

ALEXIUS COELHO, Lusitanus e Transtagana provincia, Jesuita, scripsit:

Das cinco .... *da Eternidade*, qui editus fuit, teste Fr. Emmanuele de Resurrectione Augustiniano reformato in Additionibus ad Catalogum Georgii Cardosi Scriptorum Portugalliæ quas nobis communicavit.

F. ALEXIUS GARCIA, Dominicanus, edidit in Novæ Hispaniæ Provincia Prædicatorum, auctore mihi Augustino Davila Padilla in *Historia* hujus Provinciæ:

Kalendario perpetuo Mexici.

ALEXIUS GOMEZ, ex oppido *Aldea-Rubia* Dioecesis Salmantinæ, Philosophus, & Theologus, Abbas *S. Dominici de Pedraza*, scripsit:

Epigraphen diversorum locorum Sacræ Scripturæ ex Magno Basilio decerptorum. Salmanticæ apud Joannem, & Andream Renaut 1596. in fol.

F. ALEXIUS DE JESU, alias de MENESES, Olisipone natus XXV. Januarii anni MDLIX. parentibus Alexio Menesio Comitis Cantañedæ filio, & Aloysia a Noroña, Antistes primum fuit Goensis in Oriente, Bracharensis deinde in Lusitania, hujusmet Regni Prorex, & Consilii Status Præses, composuit, a nullo (ut ajunt) adjutus, Dioecesis suæ Goensis incolis:

Synodum Diamperensem, quæ edita extat in libro Antonii de Govea, Augustiniani, *Da Iornada da Serra*, nuncupato.

Reliquit item:

As Vidas dos Religiosos modernos, *que na Religiaon de S. Agostinho de Portugal floreceraon en virtudes*, *e vida Religiosa.*

Vida e exercicios espirituais da Serva do Senhor Brites Vas de Oliveira natural da Cidade de Evora. Videndus G. Cardosus in *Agiologii Lusitani* tom. 1. fol. 64. in *Commento.*

Tratado da antiguidade da Orden de S. Agostinho. Quo sibi ab auctore dato usum fuisse Joannem Marquez ejusdem Ordinis ad conficiendum suum ejusdem argumenti opus annotavit Fr. Antonius a Purificatione in Prologo *Chronici provinciæ Portugalliæ Eremitarum S. Augustini* cap. VIII.

Ordinis fuit Eremitarum sodalis; cujus res gestas cum laudatus Antonius Govea, tum Rodericus da Cunha in *Historia Præsulum Bracharensium* scriptis consignaverunt. Obiit Matriti III. Maji MDCXVII.

Expectamus ab Antonio de Purificatione laudato, cum ad quartam *Chronici* sui partem pervenerit, relationem rerum ab Alexio gestarum pleniorem ad quam se obligavit in secundi voluminis libro VII. tit. 1. §. III.

F. ALEXIUS LOPEZ, Lusitanus, ut suspicor, Ordinis Minorum Capuccinorum, edidit:

Relationem Promontorii Septentrionalis Rhotomagii 1535. editam, si credimus Benedicto Polocci de Scandriglia Capuccino Romanæ domus Guardiano in *Fructibus Seraphicis* Italiæ idiomate scriptis, qui Romæ nuper prodierunt.

ALEXIUS DE PUELLES, qui se vernacula forma *Gentilhombre de la Artilleria de su Magestad* appellat, auctor est ejus operis, quod MS. in Scurialensi extat Bibliotheca,

Ensalada, *y Avisos del Arcabuz* nuncupati.

F. ALEXIUS DE SALAMANCA, Zamorensis, Ordinis Fratrum Minorum, elegantia ingenii atque doctrinæ, simul & cognitione principum trium linguarum spectabilem & commendatum sese omnibus præbuit, scribens:

De Christi Domini Republica Dialogos tres. Salmanticæ 1528. 4. Ad Carolum Cæsarem Augustum. Lugdunique apud Sebastianum Bartholomæum Honorat 1556.

Lucas Wadingus in *Bibliotheca Franciscana* minus recte duos cognomines *Alexios* ex uno fecit.

ALEXIUS SALGADO CORREA, scripsit:

Regimiento de Jueces. Hispali. apud Martinum de Montesdoca 1556. in 4.

ALEXIUS VANEGAS DE BUSTO, Toletanus, Theologiæ operam juvenis non segnem dedit, ex qua tamen spes surgentes, con-

converſo ad uxoriæ rei curam animo, alio prorſus avertit. Conjuge ducta, ludum Toleti aperiens, pubem Toletanam latinis literis deinde inſtituit, eoque doctrinæ genere, a quo humani non audimus dumtaxat ſed efficimur. Vir fuit infinitæ prope ac ſtupendæ lectionis, ſubtilitate ingenii, diſciplinarum varietate, & elegantia poſtponendus nemini; quod ei elogium Alphonſus Matamorus accommodat, Hiſpanos celebrans literis inclytos. Quem & Joannes Geneſius Sepulveda epiſt. XCIII. *Virum non ſolum humanioribus literis in primis eruditum, ſed etiam in ſtudio Theologiæ verſatum* appellat. Vernaculi ſermonis eloquentiam, qua quidem meruit diſertiſsimis adnumerari, varia atque utili eruditione plurimum commendavit. Conſilium ſiquidem Ciceronis æmulatus, philoſophiæ tam ſacræ quam naturalis doctrinam patrio idiomate familiarem fecit noſtris hominibus in eo libro, quem ſubobſcura hac inſcriptione præfixa in lucem emiſit:

Diferencia de libros, que hay en el Univerſo, ad Joannem Bernardum Diaz de Lugo Calagurritanum Epiſcopum. Toleti apud Joannem de Ayala 1546. 4. denuoque ab auctore ipſo correctum Salmanticæ 1572. 8. Pinciæque 1583. 8. Scripſit item:

Agonia del tranſito de la muerte, con los aviſos y conſuelos que acerca della ſon provechoſos, ad Annam de la Cerda Meliti Comitiſſam. Cui adjungitur:

Breve Declaracion de las ſentencias, y Vocablos obſcuros que en eſte libro ſe hallan, cum alias, tum Pinciæ 1583. 8. Hic liber Italice converſus prodiit Venetiis.

Platica de la Ciudad de Toledo a ſus vecinos afligidos, en que ſe mueſtra como los males de pena que padecemos, ſon por nueſtros pecados. Libellum hunc Fr. Rodericus de Yepes cum aliis ſuis edidit.

Latina hæc, ſeu Hiſpano-latina:

Un Tratado de Ortografia, y Acentos en las tres Lenguas principales. 1531. 8. Toleti apud Lazarum Salvagum, & 1592. 4.

Brevem enucleationem in obſcuriores Velleris Aurei locos Alvari Gomezii. Toleti 1540.

Brevia Scholia in Petri Papæi Flandri Samaritem comœdiam in gratiam Scholaſticorum. Toleti 1542. In cujus prooemio editurum ſe affirmavit opus aliud *Diabologiæ* nomine: quemadmodum & in ſuperioribus ad *Gomezium* ſcholiis, *Grammaticam narrativam*, ſive *Hiſtoricen.*

ALPHONSUS.

ALPHONSUS quidam, Aragoniæ regni civis, auctor est ejus proſaici poematis quod audit:

Hiſtoria de la Donzella Theodor.

ALPHONSUS, Epiſcopus Eborenſis in Luſitania,

Tractatum perutilem *De Indulgentiis* ſcripſiſſe dicitur. Quocum editus est Oliſsipone in folio, abſque anni tamen editionis nota, ad Emmanuelem Regem directus ejuſdem forte Alphonſi *Tractatus de Numiſmate.* Sane alium hunc eſſe oportet ab Alphonſo de Portugallia Emmanuelis ejuſdem Regis filio, quem anno MDXXI. vivis ereptum, neutiquam potuit duodecennis adhuc & impubes hoc ſcripto commentario Alphonſus ipſe, aut pro eo alius demereri.

F. ALPHONSUS DE S. ALBERTO, Carmelita reformatus, ſcripſiſſe dicitur libro ſeu volumine 1:

Sermones de Nueſtra Señora.

Hunc incomparabilis ingenii, doctrinæ, eruditionis, & vitæ morumque dotibus inſignem deceſsiſſe anno MDCXXXII. ex relationibus Hiſpanis retulit in *Appendicem Bibliothecæ* ſuæ *Marianæ*, quam editurus propediem eſt, Rev. Pater & amicus noſter Hyppolitus Maraccius Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei.

ALPHONSUS DE ALBUQUERQUE, Alphonſi illius Magni Luſitanorum Ducis filius, cum Blaſius antea luſtrali eſſet nomine paternum aſſumpsit nomen obſequutus in eo Regi ſuo Emmanueli, qui non tantum in aſſumptione hac voluit clariſsimi parentis memoriam præſeferre natum, ſed & eum illuſtri matrimonio Mariæ Noronhiæ Antonii Ducis I. de Linares filiæ, lectiſsimiſque inter alia Oliſsiponenſis præfecturæ, atque item Regiarum rationum adminiſtrationis (Veador da facenda vulgo audit) muneribus ornavit, de quo agit Damianus a Goes in *Emmanuelis Regis Hiſtoriæ* tertia parte cap. ultimo. Scripſit, benemeritum de parente filium ut exhiberet ſe, lingua Luſitana:

Commentarios do Grande Aphonſo de Alboquerque Capitaõ geral da India, collegidos por ſeu Filho das proprias Cartas, que elle eſcrivia ao muito poderoſo Rey D. Manoel. Oliſsipone apud Joannem de Barreda 1576. in fol. In hujus operis laudem *Elegia 6.* Antonii a Ferreira, quæ in ejus legitur Poeticis compoſitionibus, ſcripta fuit. Alia & opera compoſuiſſe dicitur.

ALPHONSUS DE ALCALA, neſcio quis, laudatur quaſi auctor operis ita nuncupati:

Jardin Anagrammatico.

ALPHONSUS DE ALMEIDA, ſcripſit: *Pretendiente de la Tierra, y Carta para los que navegan el golfo de la Corte.* Limæ Indorum 1644.

ALPHONSUS DE ALVARADO, Americanus ex Peruano regno, auctor inſcribitur duplicis operis extra Hiſpaniam editi, quorum hoc argumentum & nota:

In Ciceronis Orationes Analyſes, & Enarrationes Logicæ, Rhetoricæ, Ethicæ, Politicæ, Hiſtoricæ. Baſileæ apud Konig. 1544. in 4.

Artium diſſerendi ac dicendi indiſſolubili vinculo junctarum libri duo. Ibidem 1600. in 8.

ALPHONSUS ALVAREZ GUERRERO, I. U. Conſultus & Doctor, apud Italos ſeſe conſpicuum literis, dignitateque longe a patria exhibuit. Nam ex albo ſæcularium Poteſtatum, Regiæ Cameræ Summariæ regni atque urbis Neapolitanæ Præſidem, inde ex ſacrarum, Monopoli ejuſdem regni Epiſcopum geſsit, anno ſcilicet MDLXXII. 11. die Junii creatus. Extare fecit documenta hæc plurimæ ac piæ doctrinæ:

Theſaurum Chriſtianæ Religionis, & Speculum Sacrorum Summorum Pontificum, Imperatorum, ac Regum, & Sanctiſsimorum Epiſcoporum, ad Philippum Regem Catholicum. Venetiis apud Cominum de Tritono 1559. in fol. Coloniæ 1581. in 8. & 1586. apud Petrum Horſt. Florentiæ item 1563. apud filios Laurentii Torrentini, fol.

De Modo, & ordine Generalis Concilii celebrandi, & de Eccleſia Dei in priorem faciem revocanda. Neapoli apud Ambroſium de Manzaneda 1545. in 4.

De Adminiſtratione Juſtitiæ, opus aliud ſuum laudat ipſe in *Theſauro* cap. 36. num. 7. An idem eſt, qui *De Viſitatione* neſcio quid conſcripſit anno 1545. in 4.

De Bello juſto & injuſto Tractatus. Neapoli iiſdem prodiit typis 1543. 4. & MS. eſt in Vaticana, cod. 5200.

Non alius auctor eſt, ut ſuſpicor, vulgaris libri ſic inſcripti:

Palacio de la Fama, y Hiſtoria de las Guerras de Italia con la Coronacion de ſu Mageſtad (Imperatoris Caroli V. Bononiæ) *compueſto por Alphonſo Guerrero.* Bononiæ 1530. in 4.

Deceſsit anno MDLXXVII.

Luſitanum fuiſſe ajunt Luſitani.

ALPHONSUS ALVAREZ DE TOLEDO, Toletanus, ex Latino in ſermonem vertit Hiſpanum:

Los Morales de S. Gregorio. Hiſpali apud Jacobum Cromberger 1513. duobus tomis in fol. ad D. Alphonſum Manrique de Cardenas Antiſtitem Hiſpalenſem, S. R. E. Cardinalem: atque item apud Joannem Barreda de Salamanca 1534. in fol. in eadem urbe.

ALPHONSUS DE ANDRADA, Toletanus, in Societate Jeſu cum laude pietatis, & indefeſsi pro juvando ſpirituali profectu ſtudii uſque ad extremam vixit ſenectutem. Sodalis fuerat Theologus in S. Bernardi Toletano collegio, atque in ejus urbis athenæo Philoſophiam publice docuerat, cum dedit ſe in religioſum ſtatum: quem quidem non ſolum rectoris munus obiens, ſed & Apoſtolicis miſsionibus pluribus vacans, utroque mari, Oceano, & Interno, nec ſemel, navigatis, &, quod magis est, inter tot occupationes pluſquam triginta voluminibus, quorum major pars edita eſt, ſcriptis, non mediocriter nobilitavit. Extant ab eo hæc opera vulgaria:

Vida del Venerable P. Vincencio Carrafa ſeptimo General de la Compañia de Jeſus, ex Italico. Matriti 1658. 4.

Vida del Venerable P. Bernardino Realino. Matriti apud Mariam de Quiñones 1651. 4. & 1658.

Vida del Venerable P. Franciſco Aguado: ſimulque:

Vida del Venerable P. Juan Euſebio Nieremberg. Matriti 1658. in 8.

El Buen Soldado Catholico, y ſus obligaciones. Matriti apud Franciſcum Marotum 1642. 8.

El Eſtudiante perfecto, y ſus obligaciones. Ibidem 1643. 8. apud Mariam de Quiñones.

Diſcurſos del bautiſmo de Nueſtra Señora. Matriti apud Joannem Sanchez 1639. 4.

Guia de la Virtud, y de la Imitacion de Nueſtra Señora para todos eſtados, tribus tomis. Ibidem 1642. 4. 1644. & 1646.

Aviſos Eſpirituales de Santa Tereſa de Jeſus comentados, duobus tomis. Matriti ex officina Gregorii Rodriguez 1647. 4.

Itinerario Hiſtorial, que debe guardar el hombre para caminar al Cielo, duobus tomis. Ibidem apud Franciſcum Garcia 1648. 4. & apud Paulum del Val. 1657. 4.

Devocionarios del Cardenal Bellarmino, traducidos, y aumentados con razones y exemplos 1650. in 8. per Alphons. de Paredes.

Meditaciones para todo el año, tomis quatuor. Apud Andr. Garcia 1660.

Orden de vida para la eterna vida.

Sermones de S. Ramon Nonat, y de los Martyres de Japon, Oriolæ ac Murciæ typis commiſsi.

Vida de la glorioſa Santa Gertrudis de la Or-

Orden del glorioso Patriarca S. Benito. Matriti 1663. 4.

Camino de la Vida, y resguardo de la muerte, sobre las palabras de Christo cap. 7. de S. Matheo: Lata porta, & spatiosa via est, &c. Matriti 1661. in 8.

Patrocinio universal de Nuestra Señora. Matriti apud Josephum Fernandez de Buendia 1664. 4.

Idea del perfecto Prelado, y Vida del Cardenal Arzobispo de Toledo D. Balthasar de Moscoso y Sandoval. Madriti 1658. 4.

Vida de los Santos Juan de Matha, y Felix de Valois Fundadores de la Orden de la Santissima Trinidad. Ibidem per Melchiorem Alegre 1668. 4.

Lecciones de bien morir. 1663. 8.

Escuela de Christo Maestro de la Verdad.

Escuela de Maria Santissima 1671.

Vida, y milagros de S. Nicolas el Magno Arzobispo de Mira, Patron de la Ciudad de Bari, con la Vida de S. Liborio Obispo Cenomanense, Abogado de la enfermedad de piedra, y mal de ijada. Ibidem apud Mariam Rey Didaci Diaz de la Carrera Viduam 1671.

Varones ilustres de la Compañia de Jesus, forte additiones ad Nierembergii opus duobus tomis. Matriti apud Josephum Fernandez de Buendia 1666. & 1667. in folio.

De la Nobleza Catholica.

Milicia Espiritual. Matriti 1662. 4.

Sucesos Tragicos de los expulsos de la Religion en Dialogo.

De la Imagen, y Milagros de S. Ignacio del Lugar de Munebrega en el Reyno de Aragon. Madriti per Josephum Fernandez de Buendia 1669. 4.

Alieno latens sub nomine dedit in publicum:

Vida del P. Pedro Claver. Apud Mariam de Quiñones 1657. 8.

Vida del P. Doctor Martin Ramirez. 1658. 8.

Latine etiam:

Operarium Evangelicum. Matriti 1648. in 8.

Obiit diem suum Matriti xx. Junii MDCLXXII.

ALPHONSUS ANTONIUS DE SARASA, Hispanis parentibus Neoporti in Belgio natus, Jesuitarum sodalis, acri vir ingenio & exquisita doctrina, scripsit:

Artem semper gaudendi, demonstratam ex sola consideratione Divinæ Providentiæ, & per Adventales conciones expositam. Antuerpiæ apud Jacobum Meursium 1664. in 4.

Artis semper gaudendi partem secundam. Lætitiæ perfectæ artificium in conscientiæ rectæ efformatione inventum & per Adventales conciones, &c. In eadem officina 1667. in 4.

Solutionem problematis de quadratura circuli. Antuerpiæ apud Meursios.

Mortuus est Antuerpiæ ex pleuritide. MDCLXVII. die v. Julii.

F. ALPHONSUS DE LA ANUNCIADA, hoc est, ab Annuntiata Deipara Virgine, Dominicanus, reliquit in schedis, uti refert Anton. Leonius *in Bibliotheca Indica:*

Historia de Santo Domingo de la Provincia de Mexico.

F. ALPHONSUS DE ARAGON ET BORJA, Augustinianus sodalis, atque Ecclesiastes in collegio Matritensi, quod Maria Aragonia proximo ei gradu cognata pie construxerat, scripsit:

Vida de la Bienaventurada Rita de Casia. Matriti 1618. 4. ex antiquioribus se hujus argumenti Scriptoribus Joanne Georgio de Amicis, Augustino Covellutio, Onuphrio Martini, ac Hieronymo de Ghertis, omnibus Augustinianis.

ALPHONSUS DE ARANDA, Aragonius, ut credo, versibus edidit impolitis, at pio argumento,

La Historia de la Aparicion, y milagros de Nuestra Señora de la Sierra, en el Lugar de Villarroya de la Comunidad de Calatayud; de quo & aliud panxit poematium Joannes Melendus in eadem sacra æde sacerdos.

ALPHONSUS DE ARBOLEDA ET CARDENAS, Theologus Doctor, Canonicusque Bellomontanæ Collegiatæ Ecclesiæ, scripsit probatum doctis opus:

Practica de Sacramentos, y Policia Ecclesiastica. Conchæ 1603. 4. apud Cornelium Bodin.

F. ALPHONSUS DE AVENDAÑO, Beneventanus, Ordinis Prædicatorum, concionibus ad populum e suggestu habendis celeberrimus, fervensque ac intrepidus vitiorum reprehensor, edidit:

Commentaria in Psalmum CXVIII. Salmanticæ 1584. Venetiis 1588.

Super D. Matthæi Evangelium, tomos II. eruditione refertos. Matriti 1593. & 1597. & Salmanticæ.

Obiit Pinciæ in cœnobio Sancti Pauli MDXCVI. xi. die Octobris, Prædicator generalis cum esset, & in Theologia ut vocant Præsentatus.

ALPHONSUS DE AVILA, Bellomontanus, Jesuitarum sodalis, disertissimus (ut ait *Bibliothecæ* Auctor *Societatis*) Concionator, qui triginta & plus annis Evangelicum hoc

hoc obivit munus, & Palentinum collegium aliquando rexit. Ab eo extant, ignotum mihi Latine an Vernacule:

Concionum tomi duo; seu partes hyemalis, & æstivalis. Antuerpiæ apud Andream Bax 1610. in 4.

Obiit Malacæ in Bætica XXI. Maij MDXCVIII.

ALPHONSUS DE AVILA, diversus a superiore ut videtur, siquidem is ab hac urbe Castellæ veteris nobilissima oriundus fertur; ad D. Petrum Ferdinandi Temiño Abulensem Episcopum scripsit anno superiore 1583.

Un Tratado del Bienaventurado S. Segundo Obispo de Avila. Cujus rei testem habeo Antonium Ciancam *en la Historia de S. Segundo* lib. 2. cap. 4. qui & Alphonsum hunc Avilam Societatis presbyterum appellat, & Abulensem confirmat.

ALPHONSUS DE AZEVEDO, Placentinus, Jurisconsultus, per XL. annorum otium in patria, sed studiosum, opera hæc vir doctus æque ac pius elaboravit, quæ partim ipse vivus, partim ab obitu illius Joannes filius typis commisit.

Commentariorum Juris Civilis in Hispaniæ Regias Constitutiones (Nueva Recopilacion vocant) volumina VI. Quorum ultimum absolvit quidem, sed morte interceptus edere ipse non potuit, nec Indicem conficere. Cujus in hoc operam supplevit Vincentius quidam Cisternes Valentinus. Edita sunt Salmanticæ ab anno 1583. usque ad 1598. in fol. Matriti dein, ac extra Hispaniam Duaci in Belgio 1612. folio, Antuerpiæque typis Kerbergii 1618. in fol.

Additiones ad Curiam Pisanam. Salmanticæ 1593. in 4.

Consilia XI. postuma prodierunt. Vallisoleti 1607.

Decessit Placentiæ in patria XXIII. die Julii MDXCVIII.

ALPHONSUS DE AZEVEDO, diversus omnino a superiore, filius forsan aut propinquus, Ecclesiæ Placentinæ Canonicus, exemplo invitatus Guilielmi Sallustii cujus insigne opus Gallicum metris formatum extat de Mundi fabrica, sive prima ejus hebdomada, rythmicis tamen versibus edidit:

Creacion del Mundo, ad D. Franciscum de Castro, Comitem de Castro, Regium Romæ Oratorem. Romæ apud Joannem Paulum Profilium 1615. in 8.

ALPHONSUS DE BALBOA, Palentinæ Ecclesiæ Portionarius & Parochus edidit.

Dechado de Religiosos. Toleti 1501. Habet Matriti amicus noster D. Joannes Lucas Cortesius.

F. ALPHONSUS BALSALOBRE, Franciscanus, scripsit, auctore mihi Francisco Haroldo in *Supplemento Bibliothecæ Franciscanæ*, MS.

De la Vida, y Milagros de Fray Pedro Baptista, y sus Compañeros, Martyres del Japon. Barcinone apud Sebastianum Jaime 1618. in 8.

ALPHONSUS DE BARAHONA, Petri de Gratia Dei, Catholicorum Regum Haraldi ut vocant, nepos, manu exaratum reliquit volumen *De Insignibus Hispaniæ Nobilium Familiarum*, cujus exemplar ut videtur prototypon Matriti possidet Dominus Christophorus Zambrana, & Villalobos, Calatravensis Militiæ Eques, librariæ hujus supellectilis affatim dives. Initium libri:

Aqui comienza el Tratado del presente Libro, el qual fabla de las Insignias de las Armas de los Caballeros generosos, y Hijosdalgo, y de sus Blasones: y asimismo de donde hobieron comienzo, y asimismo las señales, y banderas, &c.

ALPHONSUS DE BARAXAS, Burgensis Ecclesiæ sub Catholicis Ferdinando, atque Elisabetha Hispaniarum Regibus Decanus, eorumdem Regum ad Sixtum IV. Papam Legatus, doctus, *& cultus in sermone Latino*, audit a Lucio Marineo Siculo libro ultimo de Hispaniæ laudibus, *& humanitate singulari valde clarus*; qui adjunxit, viros omnes doctos, & maxime poetas valde ab eo diligi: *studet enim musis, quas ab adolescentia sequutus est; delectatur etiam musice, & cantu: ideoque domi citharœdos, & cantores frequenter habet. Homo est* (idem ait) *statura corporis procera ac præstanti, vultu claro & jucundo.* Cum Romam ad præstandum Regum suorum nomine Sixto P. M. obsequium venit; in Siciliam quoque navigavit. Verba iterum audis Marinei: *Et cum Panhormi, Messanæ, Drepani, & aliarum Siciliæ civitatum nobilitatem, præstantiam & ubertatem animadvertisset, ad Elisabeth Reginam:*

Libellum de Siciliæ laudibus elegantissime composuit, in quo præcipua quæque & memoratu digna, quibus merito debet Sicilia gloriari, facundissime narravit, ita ut quibus rebus Sicilia polleret, & quantum Viris, Civitatibus, Equis, divitiis, opibus, frugibus, atque aliis felicitatibus valeret, ostenderit. Hæc fere Siculus.

ALPHONSUS DE BARRIO NUEVO,

Ma-

Matritensis, Carolo Hispaniarum Regi Augusto a secretis, scripsisse dicitur:

La Vida del Gran Capitan Don Gonzalo Fernandez de Cordova.

ALPHONSUS DE BARROS, Segoviensis, circa annum MDLII. nobili loco natus, Philippi II. & III. Regum Catholicorum fuit Metator usque ad obitus diem, qui in annum incidit MDCIV. Versibus edidit librum majoris fructus quam molis, ita nuncupatum:

Perla de Proverbios morales. Matriti 1601. Quem ipsum Philosophorum & Poetarum iisdem, aut similibus sententiis insigni labore a se illustratum *Bartolomæus Ximenius Paton*, Beaciæ 1615. 4. Ulisiponeque anno 1617. iterum prelo subjecit, sed aliter inscriptum, nempe *Proverbios concordados.* In Italicam linguam translatum fuit opus ab Alexandro Adimari, excusumque Hispano-Italicum Florentiæ apud Zenobium Pignoni 1622. in 12. Catharinæ Pichenæ, Curtii Pichenæ qui ad Tacitum commentatus fuit filiæ, dicatum.

Memorial sobre el reparo de la Milicia in 4.

Philosophia Cortesana moralizada. Matriti apud Alphonsum Gomez 1587. in 8.

Hæc duo postrema opera tribuit Barrio nostro D. Thomas Tamayo de Vargas in *Collectione* MS. librorum Hispana lingua conscriptorum; quæ quidem Didacus Colmenares in *Elogiis Scriptorum Segoviensium* omisit; saltim de ultimo constat ex Matthæi Aleman elogio in laudem auctoris in libro *Proverbiorum* excusso.

Terræ mandatus fuit Matriti in Lauretana Deiparæ Virginis æde.

ALPHONSUS DE BARCENA, Cordubensis, Joannis Avilæ illius magni Bæticorum vocati Apostoli discipulus, Societatis Jesu sacerdos, in Meridionali America ingenti floruit sanctitatis fama, scripsitque Indiarum quinque linguis, quarum per ea loca usus est:

Lexica, *Præcepta grammatica*, *Doctrinam Christianam*, *Catechismum*, *Librum de Confessionis ratione.*

Mortuus est in urbe Cusco septuagenario major anno MDXCVIII. Alegambe in *Bibliotheca Societatis.*

F. ALPHONSUS DE BENAVIDES, Franciscanus Observantiæ Regularis, Custos Provinciæ, ac Conversionis Novi Mexici, dedit Philippo IV. Regi nostro supplicem libellum super hac ipsa sacra expeditione, sive:

Relationem de magnis Thesauris spiritualibus & temporalibus Deo adjuvante in Novo Mexico detectis. Matriti Hispanice anno 1630. deinde Latine opera Joannis Gravendonc itidem Franciscani, Salisburgi anno 1634. in 8.

D. ALPHONSUS BENITEZ, Malacitanus, Compluti in collegio Malacitano sodalis, publici juris fecit:

Elucidationem ad Titulum Decretal. de Natis ex libero ventre. Compluti 1647.

Elucidationem ad cap. 1. *de Donationibus.* Ibidem.

Extinctus est in flore ætatis, cum publicis muneribus integre gestis non mediocrem sui expectationem dedisset.

F. ALPHONSUS BOHORQUES, Bæticus, Utrariensis, nobili loco natus, Carmelita, Provinciæ suæ Bæticæ Præfectus, in schola Ursaonensi Professor publicus, multa scripsisse dicitur, quæ latent apud domesticos MSS. Floruit circa annum MDCXVII. Emmanuel Romanus *De Antiquitat. & Scriptor. Carmelitani Ordinis.*

ALPHONSUS DE BONILLA, Beaciensis, poeticam qua pollebat facultatem sacris argumentis applicuit, exercuitque scribens:

Nombres, y Atributos a la impecable siempre Virgen Maria Señora Nuestra, poema sagrado en octavas, con otras rimas diversas. Beaciæ 1624. in 4.

Jardin de flores divinas. 1617. in 8.

Peregrinos pensamientos de Mysterios divinos. Beatiæ apud Petrum Cuesta 1614. 4.

Discurso poetico de la vida de Francisca de Jesus. Beaciæ 1635.

F. ALPHONSUS BRICEÑO Americanus, Chilensis, Limæ Theologiam docuit ac Romam venit Procurator causæ Canonizationis Vener. Servi Dei Fr. Francisci Solano Peruanorum Apostoli, atque in hac urbe anno MDCXXXIX. comitiis Ordinis sui generalibus interfuit, vir quidem doctissimus ex Lucæ Wadingi censione, quem Ildephonsum vocavit atque in I. litera non inter Alphonsos laudavit. Episcopus tandem Nicaraguæ provinciæ & urbis XIV. Novembris MDCXLIV. renunciatus est: unde ad alteram Venezuelæ provinciæ de Caracas, fuit translatus. In publicum emisit:

Celebriorum Controversiarum in primum Sententiarum Scoti tomos duos, admixtis potissimis dissertationibus Metaphysicis. Matriti ex typographia Regia 1638. in folio.

Obiit diem suum in oppido S. Jacobi de Leon sede sua ante duos aut tres annos.

ALPHONSUS DE BURGOS, Medicus Doctor Complutensis, Cordubæ medicinam fa-

faciebat, Vindicibusque in eo tractu Fidei Patribus a cura tuendæ salutis erat, cum scriberet:

Tratado de Peste, su esencia, prevencion, y curacion, con observaciones muy particulares. Cordubæ 1651. 8.

F. ALPHONSUS DE CABRERA, Cordubensis, claro natus genere, sæculo renunciavit Prædicatorum ordinem amplexus, qui postquam Americanos fructuose lustraret, in patriam rediens Theologiæ professorem egit primarium in gymnasio Ursaonensi. Hujus tamen præcipua laus in Ecclesiasticis ad populum fidelem habendis concionibus enituit. Animi fervorem in opere ipso, tum doctrina, quam sententiis gravissimis ornabat, egregia, tum insignis eloquentiæ apparatus, clara vox, & suavis, pura dictio, splendidaque mirifice intendebant; ut regnaret prorsus in eorum animis, qui frequentissimæ coronæ intererant. Et quidem hoc ille munus pari fructu laudeque, Hispali, Cordubæ, Granatæ, Valentiæ, Toleti, atque in Curia ipsa Matriti exercuit; meritus ob id a concionibus sacris esse potentissimis Regibus Philippo Secundo, Tertioque. Fratrem hic habuit, quod non in minima laudis parte collocandum est, Petrum Cabreram, Hieronymianum, scriptis ad D. Thomæ tertiam Partem Commentariis æque clarum, cujus utique testimonio quantumvis domestico satis gravi, sic in concionandi arte Alphonsus excelluit, taleque sibi nomen in Hispania comparavit, ut omnium judicio rari essent aut nulli, qui ei non cederent & primas ad eum partes deferri debere non arbitrarentur. Extant, procurata post auctoris mortem a Fratribus cœnobii Cordubensis editione, quatuor Concionum volumina, linguæ vulgaris thesaurus, nempe:

Consideraciones sobre los Evangelios desde el Domingo de la Septuagesima, todos los Domingos, y Ferias de la Quaresma hasta el Domingo de la Octava de Resurreccion, duabus partibus. Cordubæ in laudato Coenobio 1601. Barcinone item 1602. & apud Gabrielem Graels 1607. 4.

Sobre los Evangelios del Adviento, y Dominicas hasta la Septuagesima, con las Festividades de Santos que concurren en este tiempo, duabus item partibus. Barcinone 1609. apud Lucam Sanchez, & Cæsaraugustæ 1610. in 4.

Tratado de los escrupulos, y de sus remedios. Valentiæ 1599. in 8. Quem Italice conversum a Basilio Campanella edidit Panhormi Joann. Anton. Franchi 1612. in 12.

Editus & seorsim est:

El Sermon que predicó en las Honras del Rey D. Felipe II. en Madrid, en Santo Domingo el Real ultimo dia de Octubre de MDXCVIII. Matriti hoc anno. Italiceque Romæ apud Ludovicum Zannetti.

Cygneam vocem dixeris; namque post paucos dies, mense Novembri ejusdem anni nondum quinquagenarius extinctus est, & quidem magno sui desiderio apud omnes relicto. Jacet in Collegio D. Thomæ Matritensi.

ALPHONSUS DEL CANO, Anduxarensis in Bætica, Jesuitarum sodalis, bis Castellæ provinciæ Præfectus, scripsit eruditum tractatum.

De la edad que se requiere por las Constituciones de la Compañia de Jesus para ser admitido a ella. Vallisoleti 1626. in 4.

Repente obiit Salmanticæ x. Maii MDCXLIII.

ALPHONSUS CANO ET URRETA, Murcianus, sacerdos, humaniorum disciplinarum veterumque auctorum cognitione, necnon & eloquentiæ vulgaris sermonis pressæ ac nervosæ merito censeri voluit in eo opere, cui titulum hunc inscripsit:

Dias del Jardin, ad Joannem Faxardum classis fretanæ Præfectum. Matriti 1619. Exercitationes sunt de variis argumentis, præcipueque *de Agricultura, Bellicæque artis usu & præstantia.*

Scripsit etiam festivum opusculum, cui inscripsit:

Examen del estilo culto. Obiit Parochus in oppido Cazalegas.

ALPHONSUS DE CARMONA, natus in oppido Marchionali Priego dioecesis Cordubensis, & JOANNES COLES Zafrensis, scripserunt:

Relacion del descubrimiento, y conquista de la Florida. Videri potest Garsias Laso de la Vega Inca in prooemio *Historiæ* hujus provinciæ Hispano sermone scriptæ.

ALPHONSUS CARRANZA, Jurisconsultus, studiorum humanitatis bene gnarus, primum Hispali, deinde in curia Advocatiæ intentus muneri, quam non sine laude utrobique exercuit; in memoriam tamen posterorum connixus fuit pervenire, scriptis Latine libris:

De Partu naturali & legitimo. (utilem doctumque commentarium Barthio ad Lib. 1. Sylv. Statii carm. 2. v. 268.) Matriti 1628. in fol. Item Genevæ 1629. 4. additis *Diatribe* ejusdem, qua de mox dicimus, & Caroli Annibalis Fabroti Antecessoris Aquisextiensis *De tempore humani partus, & numero puerperii exercitationibus.*

Dia-

Diatribe ſuper doctrina temporum Dionyſii Petavii.

Patria vero lingua:

Rogacion al Rey D. Felipe IV. y a ſus Supremos Conſejos de Juſticia y Eſtado en deteſtacion de los grandes abuſos en los trages y adornos nuevamente introducidos en Eſpaña. Matriti ex officina Mariæ de Quiñones 1636. 4.

El Ajuſtamiento, y proporcion de las monedas de oro, plata, y cobre, y la reduccion de eſtos metales a ſu debida eſtimacion ſon la regalia ſingular de Eſpaña, &c. Matriti apud Franciſcum Martinez 1628. fol.

ALPHONSUS CARRILLO, neſcio quis, edidit:

Principis Evangelici libros octo, ſive *De Chriſtiana educatione Principis*, ad Ludovicum Ludoviſium S. R. E. Cardinalem, Gregorii XV. ex fratre nepotem. Coloniæ 1620. 4. Mediolanique anno ſequenti, etiam in 4. apud Angelum Navam.

Ejuſdemne eſt:

Tractatus de Peſte. Matriti 1598. 8.

D. ALPHONSUS CARRILLO, Juriſconſultus, Matriti in curia Regiorum, ut vocant, Conſiliorum Advocatus, ſcripſit:

Epitome de la Vida de Soror Juana de la Cruz, Religioſa de la Tercera Orden de Penitencia de S. Franciſco. Cæſarauguſtæ apud Bernardum Nogues 1663. in 4.

Origen de la Dignidad de Grande de Caſtilla. Qui tractatus editus fuit ad calcem operis: *Origen de las Dignidades ſeglares de Caſtilla y Leon* Petri Salazar de Mendoza. Matriti apud Joſephum del Ribero 1657. in folio.

ALPHONSUS CARRILLO, niſi aliquis ex ſuperioribus fuerit, ſcripſit, laudante D. Joanne de Solorzano lib. III. *De Indiarum gubernatione* c. XXV. n. 5.

De Bullis defunctorum tractatum.

D. ALPHONSUS CARRILLO LASSO DE LA VEGA, Ferdinandi Carrilli Cordubenſis, Regii Conſilii Indiarum Præſidis, filius, Ludovici frater triremium Hiſpanicarum Teſſerarchæ, cujus meminimus proprio loco, Eques S. Jacobi, ac Præfectus (Alcayde vocant) de Ucles, Protoſtrator Regii Equilis Cordubenſis, idemque Sereniſsimi Ferdinandi Hiſpaniarum Infantis Œconomus, doctrina, eruditioneque nobilitatem generis, ac proprias virtutes decorabat, proſa oratione, verſaque diſertus. Scripſit enim:

Virtudes Reales. Cordubæ 1626.

Soberania del Reyno de Eſpaña. Ibidem eodem anno 1626. 4.

Importancia de las Leyes. Ibidem eodem anno.

De las antiguas minas de Eſpaña. Cordubæ 1624. 4. apud Salvatorem de Cea.

Verſibus quoque:

Sagrada Erato, y Meditaciones Davidicas ſobre los CL. Pſalmos de David. Neapoli 1657. Has diu poſt auctoris obitum D. Ferdinandus Carrillo, & Manuel non degener ejus filius, S. Jacobi Eques, Theſſerarcha & ipſe (ita enim exprimimus quod vernaculus idiotiſmus Quatralbo appellare amat) Neapolitanarum triremium, Sereniſsimi Joannis Auſtriaci Cubicularius, cumque hæc ſcribimus, Regiæ Oceani claſsis Proarchithalaſſus in lucem edi curavit.

Dubius ſum, an eodem auctore natum ſit opus, quod quidem ſub Alphonſi Carrilli nomine jam laudavimus, *Principis Evangelici, ſeu de Chriſtiana Principis educatione.* In cujus editionibus nil aliud, quam nudum auctoris nomen exprimitur.

F. ALPHONSUS DE CASARUBIOS, natus in oppido cognomine diœceſis Toletanæ, Fratrum Minorum Capuccinorum ſodalis, edidit celebre:

Compendium Privilegiorum Fratrum Minorum, aliorumque Mendicantium & non Mendicantium. Pariſiis anno 1578. & 1590. Salmanticæ item apud Alphonſum de Porras, Brixiæque 1599. Venetiiſque 1603. 4. per Hieron. a Sorbo ejuſdem inſtituti locupletatum, additis *Annotationibus* F. Antonii de Corduba: ut & Coloniæ 1610. fol. & 1618. 4. Antuerpiæque apud Belleros 1615. fol.

D. ALPHONSUS DEL CASTILLO, Salmantinæ urbis incola, edidit:

Arte de Canto llano. Salmanticæ apud Didacum del Puerto 1504. in 4.

F. ALPHONSUS DEL CASTILLO, ordinis Seraphici in provincia Conceptionis, edidit:

Compendio de Platicas amoroſas y eficaces con que pide el alma a ſu Dios perdon y miſericordia. Pinciæ apud Joannem de Rueda 1616. in 16. Hujus non meminit Wadingus. Quem Luſitanum fuiſſe affirmant Luſitani.

D. ALPHONSUS DEL CASTILLO SOLORZANO, qui familiaris fuiſſe legitur D. Petri Faxardi Marchionis de los Velez cum Valentino Regno præeſſet, ibi & alibi multa publicavit opuſcula amœna & jucunda, partim verſibus, partim ſoluta oratione, ſcilicet:

Jornadas alegres 1626. 8.

La

La Garduña de Sevilla. Lucronii 1634. 8.

Tardes entretenidas. 1625. 8.

Noches de placer, en que se contienen doce Novelas. Barcinone apud Sebastianum Cormellas 1631. 8.

Fiestas del Jardin, que contienen tres Comedias, y quatro Novelas. Valentiæ apud Sylvestrum Esparza 1634. 8.

La Quinta de Laura. Cæsaraugustæ 1649. 8.

Huerta de Valencia, prosas, y versos en las Academias de ella. Valentiæ 1629. 8.

Donayres del Parnaso, duabus partibus, 1624. 1625. 8.

Tiempo de Regocijo, y Carnestolendas de Madrid. Matriti 1627. 8.

Las Harpias de Madrid, y Coche de las Estafas. Barcinone 1633. 8.

Los Amantes Andaluces. Ibidem 1633. 8.

Historia de Marco Antonio y Cleopatra. 1639. 8.

Epitome de la vida y hechos del Rey D. Pedro III. de Aragon. Cæsaraugustæ apud Petrum Dormer 1639. 8.

Necnon sacrum, quod sequitur:

Sagrario de Valencia, en quien se incluyen las vidas de los Ilustres Santos hijos suyos y del Reyno. Valentiæ ex officina Sylvestri Sparza 1635. 8.

Laudatur non mediocriter a Lupo Felice a Vega in *Lauru Apollinis*, Sylva VIII.

F. ALPHONSUS DE CASTRILLO, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, S. T. M. edidit:

Tratado de Republica, con otras historias y antigüedades. Burgis 1521. fol.

F. ALPHONSUS DE CASTRO, Zamorensis, inter Minores Salmantinæ domus vitam Religiosam professus, statim se ad Theologicæ veræ doctrinæ, totiusque eruditionis studia composuit eo animo atque successu ut præstantissimorum sui temporis Theologorum laudem ac meritum adæquaverit. Celebrabatur jam concionum Ecclesiasticarum nomine cum Andreas Resendius ille, Lusitaniæ decus, causa studiorum hærens Salmanticæ, verba ad populum facientis actionibus frequens intererat, quo melius posset dictionis genus ad imitationem observare. Quevedo enim Toletano scribens, jacta nostri mentione, esse eum, diserte inquit, multitudini ea in Urbe gratum, & quem ipse post Laodicensis Episcopi tubam sonoram sibi imitandum proposuisset. In quo ad Garsiam Bajonem Dominicanum forte respexit Catholicorum Regum Ecclesiastem, quem Laodicensis perhibetur Ecclesiæ titulus in albo Episcoporum cohonestasse. Porro evocatum ipsum honorifice Brugas Flandrorum ab Hispanis hominibus, qui in illa Urbe totius Belgii florentissima per eos dies magno numero negotiabantur, ut apud se vernacula oratione de rebus sacris e suggestu diceret, Joannes Vasæus & ipse Brugensis, in ea epistola, quæ præfixa est *Homiliis* Alphonsi nostri *ad Psalmum quinquagesimum*, scribit. Hic dum manet, adversus hæreses conscripsisse, seu absolvisse id opus dicitur, quod & immortale ei nomen peperit, & viginti duorum spatio annorum (teste in ultima recognitione auctore ipso) plusquam decies typographorum Italiæ, Galliæ, atque Germaniæ officinas, exindeque sæpius ad hunc diem exercuit. Nobis redditus & Salmantinæ Urbi, alia elucubravit haud minus se digna opera. Non adhuc tamen satis erat quæsitum dignitatis viro, quantumvis pio, & doctissimo, totaque Europa celeberrimo, absque honoribus ei a Carolo Imperatore, ac Rege nostro habitis. Jussus nempe ab eo fuit Concionatoris Regii partes agere, atque aliquando Philippi Hispaniarum Principis, Angliæque recens ducta Maria Regina inaugurati Regis in comitatu ire, ad omniaque fidei negotia, ut sine dolo ea atque in integrum ab exilio suo restitueretur, Consultor adhiberi Theologus. Andreæ etiam Scoto si credimus in *Bibliotheca* Scriptores Hispanos recensenti, Carolum ipsum Cæsarem reatus suos confitentem audivit, quod mihi domesticorum fide, qui nosse in primis rem debebant, hactenus incompertum est. Verum Philippo ad tractandas integræ monarchiæ habenas, quam ei Magnus renunciaverat Parens, admoto, constare jam tum cœpit qua illius approbatione, & gratia rerum se Anglicarum negotiis, asserendoque ibi Ecclesiæ Romanæ imperio Alphonsus impenderit: siquidem ante Regis atque suum in Hispaniam reditum, ab eo fuit in locum Joannis Toletani S. R. E. Cardinalis XVIII. Kalend. Octobris MDLVII. Romæ demortui, Metropolitanus amplissimæ atque sanctissimæ apud nos Compostellanæ ecclesiæ designatus. Qui tamen paulo post, & antequam obtineri posset diploma Pontificium, undecima nempe Februarii anni sequentis die, ætatis tertio ac sexagesimo, qui scansili annorum lege plurimos auferre solet, animam coelo dignam exhalavit. At libros ejus, quorum & pietatis promeruit nomine, ut ab Eisengreinio audiret *Apostolicæ vitæ vir, arcana & mystica Divinarum Scripturarum interpretatione altus atque sublimis, Fidei propagator acerrimus*: et a Francisco Gonzaga *Vir gravissimus, multisque nominibus honorandus, Hæresiomastix acerrimus, scriptorque felicissimus*; imo ex hostico etiam ab Hottingero ipso pietatis adversario *judiciosissimus Theologus*: atque alia ab aliis, quotquot

quot Ecclesiæ & literarum sacra colunt, jam subjungemus:

Adversus omnes Hæreses, libri XIV. Parisiis primum apud Ascensium 1534. in fol. Venetiis deinde, atque Lugduni 1546. atque aliis locis. Ex tertiaque auctoris ipsius recognitione anno 1556. Item Antuerpiæ apud Steelsium 1568. Parisiis etiam iterum 1565. Tandemque cum appendice Francisci Fevardentii, ejusdem ordinis Theologi clarissimi, in tres libros distributa, quibus XL. hæreses ab eodem Alphonso vel prætermissæ, vel post ejus obitum natæ refelluntur, duobus tomis una cum reliquis operibus apud Michaelem Sonnium Parisiis anno 1578. Hoc opere (ne judicium de eo factum ætate illa ab Alphonso de Matamoro de *Academiis & doctis Hispaniæ Viris* scribente dissimulem) si ut aliena, cum hæreticis congressus, fortiter & literate nimis refutavit, ita ornate & copiose confirmaret nostra, *ne quidem vererer* (inquit) *cum veteris ætatis præcipuis auctoribus, multis quidem doctrinæ partibus comparare*. Reprehendit tamen ex eo aliqua Bellarminus Cardinalis, præcipue tomo primo *Controversiarum* lib. 3. *de Conciliis & Ecclesia* cap. 4. & tomo 2. lib. 2. *de Imaginibus Sanctorum* cap. 6. atque aliis locis, cui facere conatur pro Alphonso nostro satis Lucas Wadingus in *Bibliotheca Franciscana*. Et hoc tantum opus Andreas de Olmos ejusdem instituti ausus est in metrum linguæ nostratis adaptare.

De justa Hæreticorum punitione, libri tres. Salmanticæ 1547. in fol. ex officina Joannis Giuntæ. Lugduni 1556. in 8. apud hæredes Jacobi Junctæ. Antuerpiæ apud Steelsii hæredes 1568. in 8. ut confirmaret justas esse omnes illas poenas, quibus in jure Civili atque Canonico hæretici addicuntur.

De Potestate Legis pœnalis, libri duo. Salmanticæ 1550. in fol. ad Michaelem Muñosium Præsulem Conchensis urbis, & Pincianæ cancellariæ Præfectum, & iterum Lugd. 1556. 8. Scopus est prioris libri, ut probet eos falsos esse qui dicunt nullam legem pœnalem obligare subditorum conscientias ad culpam, præsertim lethalem: posterioris, eos similiter a vero errare qui dicunt legem pœnalem numquam sine declaratione aut facto Judicis obligare ad poenam. Parisiis etiam prodierunt in fol. anno 1571. & 1578.

In Psalmum L. Miserere mei Deus, &c. Homiliæ XXV. Salmanticæ in ecclesia Fratrum Minorum dictæ ad Joannem III. Lusitaniæ Regem. Salmanticæ 1537. in 8.

In Psalmum XXXI. Beati quorum remissæ sunt iniquitates Homiliæ XXIV. ad eundem populum Salmantinum, Henrico Portugalliæ Infanti S. R. E. Cardinali nuncupatæ. Salmanticæ 1540. item 1568. in 8.

Opera hæc omnia Parisiis quatuor voluminibus primum edita sunt anno 1565. postea duobus curante Francisco Fevardentio 1578. in folio. Præterea scripsisse eum *pro validitate matrimonii Henrici VIII. Angliæ Regis, & Catherinæ conjugis*, constat ex Nicolao Sandero lib. 1. *Schismat. Anglic.* cujus hæc verba sunt Hispanos referentis, qui pro Regina scripserunt: *Apud Hispanos vero Franciscus Roxas, Alphonsus Viruesius, Alphonsus a Castro, & Sepulveda, &c.*

Denatus fuit Bruxelis, ut Lucas Waddingus scribit, III. non. Febr. anno MDLVIII. ætatis LXIII.

ALPHONSUS DE CASTRO, Toletanus, Jesuita, Ocaniensisque Professor Theologiæ, Hispali domum Professam, Mexicanam dein provinciam rexit. Bæticæ demum Præfectus designatus obiit in collegio Fregenallensi anno MDCX. ætatis LXIX. Reliquit ineditum præter alia opus:

In Constitutionem Clementis VIII. de Largitione munerum utriusque sexus Regularibus interdicta.

D. ALPHONSUS DE CEPEDA, Tribunus peditum, & Præfectus castri de *Tolhuys* in Belgio, ante paucos annos edidit a se versum Latino-hispanice:

Libro de la Concepcion Virginal, compuesto por Raymundo Lullo. Bruxellis 1664. 8. Apud Balthasarem Vivien.

Item edidit:

Arbol de la Ciencia del Ilustrisimo Maestro Raymundo Lullo, nuevamente traducido y explicado. Ibidem apud Franciscum Foppens eodem anno 1664. in fol.

Magistrum Campi (sic loqui opus est ut intelligamur) Generalem hic se auctor vocat.

ALPHONSUS CERON, Granatensis, libello egit:

Del Juego del Axedrez, sive *De Latrunculorum ludo*, quem exactissime comprehenderat.

ALPHONSUS CERVERA, Lusitane scripsisse refertur:

Historia de las Conquistas de los Portugueses por la Costa de Africa MS.

Anton. Leonius in *Bibliotheca Indica Orientali*, tit. 3.

F. ALPHONSUS CHACON, sive ut Latine compellari solet, Ciaconus, Beaciensis, in Prædicatorum familia nomen professus, Compluti a Petro Serrano qui fuit postea Cauriensis præsul, dum esset philosophus ibi Professor, Dialecticam doctus, ut ipse in schedis quas

quas penes me habeo de Serrano loquens ait ; et ad Sanctum Thomam urbis Hispalensis olim Sodalis , Sacrarumque literarum Interpres ; vir fuit totius Historiæ atque in primis Ecclesiasticæ , cui præsertim illustrandæ incubuit , peritissimus ; omnisque antiquitatis gnarus , cujus magnum undique collectum thesaurum asservabat. Hujus studii nomine promeruit quidem ab Ambrosio Morale , quondam Præceptore , in *Antiquitatum Hispanarum* enarratione , (quo tempore laudatum jam S. Thomæ Hispalensis collegium administrabat) in conquirendis , & examinandis antiquæ nostratis Historiæ monumentis industriæ , ac diligentiæ minime vulgaris elogium insigne. Romam delatus merito doctrinæ valde se commendavit Gregorio Pontific. Max. hujus nominis XIII. qui eum Theologiæ nomine , quam apprime callebat , inter eos habere voluit , qui supplicibus pœnitentiam vice Apostolica imponerent. Dignitate hunc tandem Alexandrini patriarchatus ornatum conspexit Roma , quam urbem , & historiam omnem Romano-Christianam insigniter ipse dudum ornabat , scribens:

Vitas , gestaque omnia Pontificum Romanorum a D. Petro usque ad Clementem VIII. Cardinaliumque , cum eorum insignibus , duobus tomis. Romæ 1601. fol. & 1602. cum continuatione Francisci de Cabrera Morales. Deinde hoc opus additamentis posteriorum Pontificum usque ad Urbanum VIII. locupletavit Andreas Victorellus presbyter Bassanensis. Annotationes insuper addidit marginales , collationemque Baronianæ historiæ cum Ciaconiana (suppresso tamen nomine) Cæsar Becillus Urbinas , presbyter Congregationis Oratorii de Urbe , typisque editum de novo est sic illustratum iisdem duobus voluminibus anno 1630. Expectatur autem nunc ab officina quadam Romana locupletatum valde hoc opus ad quatuor usque , si fama vera est , voluminum molem opera Augustini Olduini Societatis Jesu. Non tamen omnes Pontificum vitas hujus esse auctoris ex eo colligimus , quod Gregorii XV. vitam Famiano Stradæ , Pauli V. Alexandro Donato suis tribuat Philippus Alegambe in *Bibliotheca Societ. Jesu*.

Gesta XII. Gregoriorum Roman. Pontificum : quæ MSS. adservantur in bibliotheca Vaticana cod. 5515. ex MSS. Sed hæc forsan in magnum alterum illud opus paulo ante laudatum conjecta sunt.

Tractatum de liberatione animæ Trajani Imperatoris a pœnis inferni precibus S. Gregorii P. M. quem libellum Columnæ ejusdem Trajani a se descriptæ, & in æs insculptæ adjunxit , ediditque Romæ 1576. in fol. & Venetiis 1593. 8. Italice quoque prodiit opera Francisci Pifferi Camaldulensis Monachi, Senis 1605. in 4. quam sane historiam connixe improbant Robertus Bellarminus volum. I. Controv. VI. lib. 2. *de Purgatorio* cap. 8. & Melchior Canus lib. 2. *de Locis* cap. 2. atque edita *Redargutione* hujusmet historiæ Veronæ in 4. Bernardus Bruschus.

De Sancti Hieronymi Cardinalitia dignitate, librum ; Romæ 1591. Venetiis 1593.

De Martyribus Monasterii Sancti Petri de Cardeña in Burgensi Diœcesi librum. Augustæ in 16.

De Signis Sanctæ Crucis , quæ in diversis olim regionibus , novissimeque anno MDXCI. in Anglia , & Gallia divinitus apparuit. Romæ 1592. 8.

De Jejuniis , & varia eorum apud antiquos observantia Tractatum Romæ 1599. 4.

Historiam de utriusque belli Dacici a Trajano Cæsare gesti ex simulacris ejusdem , quæ in Columna Romæ videntur. Romæ 1556. in fol.

Preces pro Navigantibus , Alph. Ciaconio inscriptæ reperiuntur in bibliotheca Vaticana. MS.

Italicum opus , seu collectionem variarum precum ab eo procuratam vidimus sic inscriptam:

Raccolta di varie divotione , quatuor partibus. Romæ apud Stephanum Paulinum 1600. in 16. Nos unam forsan ex his vidimus Hispane editam cum hac inscriptione:

Documentos , y avisos espirituales para todos estados , exercicios , y tiempos. Apud eundem Paulinum 1601. in 16.

Collectanea ejusdem *de variarum rerum natura* , laudat Andreas Bacius lib. VII. *de Vinis* pag. 363. qui , & *insignem* eum vocat *Theologum* , ac *in omni Doctrinarum genere peritissimum.*

Tributa etiam ei ab aliis video , *De Magis Regibus* ; item *de Monetis* , nec non & volumen aliud *De Genealogica re , & Antiquaria.*

Bibliothecam , in qua nomina dumtaxat Auctorum , additis insuper librorum prænotationibus , collegerat , manuscriptam apud eum vidit Antonius Possevinus ; laudantque historica Sodalium Prædicatorum in mentione illius monumenta.

Elegantiarum ex M. T. Ciceronis Epistolis libros tres , Georgii Fabricii sublata Germanica lingua & subrogata versione Italica , locupletavit , inscribens D. Gonsalvo a Cardona & Corduba adolescenti , Suessani ducis Regii apud Clementem VIII. Oratoris filio , ac Romæ edidit per Carolum Willietum 1601.

Obiit ergo Romæ , non quidem anno (ut Scoto excidit in *Bibliotheca* , Ghilinoque in *Theatro* suo) MDXC. nam sequentibus aliquot

quot edidit vivus opufcula; nec ut æque errante putavit calculo Jacobus Auguftus Thuanus centefimo vigefimo fecundo *Hiftoriarum* lib. menfe Februarii anni MDXCIX. ætatis fuæ LIX. *alterum*, ut ille ait, *fecundum Petrum Ciaconum Hifpaniæ fuæ magnum lumen*; fed aliquot poftea annis, nam anno DCI. uti diximus, nuncupatoriam epiftolam laudati *Elegantiarum* libri edidit. Habebat Romæ infignem bibliothecam, quæ quidem librorum copia, & codicibus MSS. necnon rerum antiquarum varietate, & quamplurimis virorum insignium imaginibus ornata fuit, ac refertifsima, quod ait Angelus Rocha in Appendice *Biblioth. Vaticanæ*, appellans eum *virum eruditifsimum*, alibique *helluonem Antiquitatum*; cujus quidem inedita fuo tempore, hoc eft circa annum MDXCI. circiter viginti ait volumina, cum laudaffet prius *De anima Trajani*, deque *Cardinalitia Divi Hieronymi dignitate* edita jam opufcula.

Ex horum numero eft forfan *Epiftola ad Federicum Cardinalem Borromæum de Sacellis in ecclefia Sancti Nicolai in Carcere Tulliano repertis*, quæ fervatur in bibliotheca Ambrofiana Mediolani. Debemus quoque Latini Latinii epiftolis nuper editis notitiam fcripti ab eo libri:

De Clavis Caligariis quomodo legi oportet pro *De Claris Caligariis*: quod editum eft in ea epiftola ad Ciaconum fcripta, quam, quia multam hominis laudem a magno viro datam continet, hic integram dabimus.

Sciebam ego jam pridem, eruditifsime Ciaconi, quantum in Romanæ antiquitatis cognitione profeceris, tibique in ejus ftudio paucos, atque adeo neminem præferendum ftatueram. Sed ne te verum celem, nunquam credidi tantum tibi in rebus obfcuris, & difficillimis defcribendis facultatis comparaffe, ut de iis tam copiofe, tamque eleganter fcribere tam facile poffes. Superafti igitur meam, etfi egregiam, conceptam de te opinionem; ita ut tibi eo nomine cum plurimum gratuler, tum humanitati tuæ, qui mea caufa tantum onus fufceperis, plurimum debere me plane profitear. Erit mihi commentariolus tuus de Clavis Caligariis *inter ea fcripta collocandus, quæ de rebus obfcuris ab amicis didici. Quod tamen reliquum eft, cupio abs te Jofephi hiftoriam de Juliano Centurione diligenter expendi: ex qua, nifi fallor, & rei cognitio clarior, & commentariolus tuus locupletior multo videri merito poterit. Pridie nonas Februarii* 1589.

De Caligis militum clavatis multa congerunt, nufquam laudato ifto libello, Benedictus Balduinus de *Calceo antiquo* cap. XIII. & Julius Nigronus *de Caliga* cap. IV. §. 8.

Nefcio autem an aliquem ex his an diverfum librum fignificare voluerit Octavius Cajetanus in *Animadverfionibus ad Vitas SS. Siculorum, in S. Leonis II. Siculi Papæ pag.* 3. cum librum Ciaconii laudat MS. in collegio Romano Societatis, Sixto V. Pontifici nuncupatum, cum de reformatione Breviarii Romani moliretur.

Necnon aliud noftri opus laudatum reperi apud quemdam Anonymum, cujus operis MS. de *Marmoribus* fragmentum extat in codice quodam, qui fuit ejufdem Alphonfi Ciaconii, in quem ipfe varia diverforum *Opuscula* & proprias obfervationes conjecerat; qui quidem affervatur cum aliis ejufdem generis & auctoris in bibliotheca collegii S. Isidori Francifcanorum Hibernorum Romani a Luca Waddingo formata. Anonymus ergo hic poftquam Alphonfum Ciaconium laudaffet, adjungit hæc: *Qui cum vir infignis effet, prudentia & eminenti doctrina præditus, eximiamque præcipue operam circa rerum naturæ & harum maxime terreftrium inveftigationem navaffet, fingularem de Marmoribus ac Lapidibus pretiofis confcripfit hiftoriam.* Hæc ille: at in eodem codice prooemium extat & aliquot capita hujus operis cum hoc titulo:

De Metallis & mineralibus lib. v. hoc eft, ut ex eodem prologo docemur, *De terris medicatis, de lapidibus & marmoribus, de natura metallorum, de hiftoria metallorum, de gemmis, & lapidibus pretiofis.*

F. ALPHONSUS DE CHINCHILLA, Pincianus, Ordinis Sancti Benedicti, publicavit a fe elaboratum:

Memorial de algunos efetos que el Santifsimo Sacramento de la Euchariftia caufa en el alma. Matriti typis Regiis 1612. 4. & Hifpali 1623. Idem opus cum eo, ut videtur, quod antea editum fuit hac infcriptione: *Confideracion de la Comunion.* Anno 1608. 4. Pinciæ apud Franc. Fernandez de Cordoba. Italice verfum a quadam monacha Genuenfi Auguftiniana cœnobii S. Mariæ de Pafsione, Venetiifque editum a Chriftophoro Thomafini 1643. in 8. habere fe in bibliotheca fua inftructifsima fcripfit ad me admodum Rev. Pater Angelus Aprofius Vintimilienfis.

F. ALPHONSUS DE CHRISTO, ignotus alias mihi, fcripfit librum ita nuncupatum:

El Rey Pacifico. Qui fervabatur olim MS. in bibliotheca Comitis Ducis Olivarum.

F. ALPHONSUS CLAVEL, Ordinis Sancti Bafilii, fcripfit in Matritenfi domo, cum effet a confefsionibus D. Didaco Mefsiæ & Guzman Marchioni de Leganes:

Antigüedad de la Religion, y Regla de San Bafilio Magno. Matriti 1645. in 4.

Obiit ineunte anno MDCLV. uno tantum die superstes Marchioni laudato.

F. ALPHONSUS DE CONTRERAS, Ordinis Minorum, Theologus, interfuit Tridentinæ synodo, habuitque in eo doctissimorum hominum consessu Pio IV. P. M. nuncupatam:

Orationem de Reformatione Ecclesiæ, Dominica secunda Quadragesimæ; quæ cum aliis edita est Lovanii anno 1567. Brixiæque seorsim 1563.

Hic ipse est quem Ferdinandus Toletanus Albæ Dux habuit a confessionibus, & in cujus obitu Julianus quidam Grandamicus orationem habuit editam typis Plantinianis in 8. Contigit hic Bruxelis VII. die Decembris, anno MDLXIX. Fuit singulari vir modestia, multaque rerum experientia probatus, qui (ut utar Lucæ Waddingi verbis in *Bibliotheca*) *cum jam res, geniosque Belgarum penitus cognoscere cœpisset, multorum judicio, supervivere si potuisset, illæ non in tantum inclinassent.*

F. ALPHONSUS DE CORDOBA, Ordinis Eremitarum, suscepto Doctoratus honore in urbe Parisiorum Salmanticæ viam introduxisse dicitur, quæ Nominalium audit, in eaque multis annis docens cathedram rexit Gregorii Ariminensis, propter doctrinæ ejus celebritatem ibi olim institutam, scripsitque:

Principia Dialectices in terminos, suppositiones, consequentias, parva exponibilia distincta. Salmanticæ 1519. in 4.

In Libros Aristotelis Ethicorum, Œconomicorum, & Politicorum Commentarios. Teste Josepho Pamphilo in *de Augustinianis Scriptoribus* libro.

Decessit in Abulensi urbe anno MDXLII.

ALPHONSUS DE CORDUBA, Hispalensis, Artium ac Medicinæ Doctor, opus foras emisit, quo

Almanach perpetuum Abrahami Zacuthi, Emmanuelis Lusitaniæ Regis Astronomi supplevit, correctis ejusdem erroribus. Idem sese nuncupans Cardinalis de Borgia Medicum scripsit ad Ferdinandum & Elisabetham Reges Catholicos:

Tabulas Astronomicas. Venetiis editas apud Melchiorem Sessam & Petrum de Ravannis. 1517. in 4.

Hispalensem patriam ipse sibi arrogat in nuncupatoria hujus operis epistola.

ALPHONSUS DE CORELLA, alias LOPEZ DE CORELLA, Navarrus, ab oppido forsan cognomine, a quo dictus Latine Coreolanus, postquam in Complutensi academia professus fuisset magna cum laude doctrinæ ingeniique Medicam artem, in patriam evocatur publicis expensis medicinam facturus; ubi, & Turiasone manens plura scripsit, nempe:

Annotationes in omnia Galeni opera. Cæsaraug. 1565. fol. Matriti 1582. 4.

De Morbo Pustulato librum unum. Valentiæ 1581. 4.

Enchiridion, seu Methodum Medicinæ. Cæsaraug. 1549. 12. Valentiæque 1581. 16.

Naturæ Querimoniam. Cæsaraug. 1564. in 8. Quod opus adjunctum fuit *Annotationibus* in laudata jam editione anni 1565.

De Natura Venæ. Cæsaraugust. 1573. 8.

De Febre maligna, & placitis Galeni. Ibidem 1574. 8.

De Arte Curativa libros IV. Stellæ Navarrorum 1555. 8.

Catalogum Auctorum, qui post Galeni ævum, & Hippocrati & Galeno contradixerunt. Valentiæ 1589. 12.

De Tuenda Valetudine librum, cujus ipse meminit in *Annotationibus* laudatis.

Vulgari quoque lingua

Secretos de Filosofia, Astrologia, y Medicina, y de las quatro Mathematicas ciencias divididos en cinco quinquagenas de preguntas. Pinciæ 1546. Cæsaraug. 1547. fol. per Georgium Cossi.

F. ALPHONSUS DE CRUCE, in oppido Valdemoro Toletani regni ortus, Franciscum Patriarcham religiosæ viæ ac vitæ ducem nudipes sequutus est. Abulæ hic ad S. Antonium erat Præfectus cum ederet:

Primera parte de Discursos Evangelicos, y Espirituales en las fiestas principales de todo el año. Matriti 1599. 4. Barcinone 1600. 4.

Varios Discursos, ó Anotaciones para las festividades principales de los Santos. Matriti 1599. & Barcinone 1600. in 4. apud Jacobum Cendrat.

De la pureza del Apostol San Pablo. Matriti 1599. Necnon &

Camino de la salvacion. Salmant. 1625.

Compendio de la Vida espiritual. Salmanticæ eodem anno.

Hæc opera tribuit ei Lucas Waddingus in *Bibliotheca Franciscana*, necnon & alia duo inedita: *Manual de Prelados*, & *Sermones de Quaresma.*

F. ALPHONSUS DE CRUCE, Lusitanus, Alcobaciensis Cisterciensium domus celeberrimæ sodalis, suæque Portugalliæ Congregationis aliquando Præfectus, edidit vernacula lingua eruditum ac pium opus, ita inscriptum:

Es-

Espelho de Religiosos, sive *Speculum Religiosorum*. Olisipone apud Pet. Craesbek duobus tomis 1622. 4.

ALPHONSUS DEZA, Complutensis, Societatis Jesu sacerdos, Scholasticam Theologiam in ea academia viginti & amplius annos docuit magna cum celebritate & fructu, D. Thomam subtiliter explanans; nulli Professorum ætate illa, quæ summos dedit Theologiæ Interpretes, secundus. Obiit tamen in Toletana domo, cui præerat, ante sexagesimum ætatis annum, humanæ salutis MDLXXXIX. Aureum reliquit vulgari idiomate libellum:

De la Oracion mental: qui Limæ Indorum editus fuit.

Item Beati *Francisci Borgiæ opuscula pia* Latine interpretatus est, quæ quidem prodierunt Salmanticæ anno 1579. deindeque Moguntiæ, Antuerpiæ & alibi.

Laudat hunc Ambrosius Morales lib. XIII. *historiæ* suæ *Hispaniensis* cap. XXXVII.

ALPHONSUS DIAZ, Hispalensis, scripsit:

Poema Castellano de la Historia de Nuestra Señora de Aguas Santas. Hispali apud Mathiam Clavijo. 1611. in 8.

ALPHONSUS DIAZ DE OSMA, Burgensis Ecclesiæ canonicus, ac Thesauri custos, Archipresbyter & ipse de Roxas, Protonotarius Apostolicus, Rector cum esset olim almæ ædis S. Casildæ in Montanis Burgensibus sacræ scripsisse dicitur:

La Vida y algunos milagros de Santa Casilda, quod opus examinatum fuit & approbatum a Pincianis rerum fidei Judicibus anno MDLIII. ut in *Toletana Historia* sua nondum edita docet Hieronymus de la Higuera, Societatis Jesu Theologus.

ALPHONSUS DIEZ DAZA, Medicus Hispalensis, Artium ac Medicinæ Doctor, edidit Latine:

De Ratione cognoscendi causas, & signa tam in prospera, quam in adversa valetudine, urinarum, deque earum necis indiciis, & prænunciationibus, lib. III. Nonnulla quoque de febribus, & diebus decretoriis. Hispali apud Alphonsum de la Carrera 1575. in 4.

Hispane etiam:

Avisos, y documentos para la preservacion y cura de la peste. Ibidem apud Clementem Hidalgo 1599. in 4.

Los Provechos, y daños de la sola bebida del agua, y como se debe escoger la mejor. Ibidem apud eundem Carrera 1576.

F. ALPHONSUS DOMINICUS, Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, scripsit:

De Mysteriis Canticorum tractatum. Romæ 1647. in 8.

D. ALPHONSUS DE ERZILA, ET ZUÑIGA, Eques ordinis S. Jacobi, Fortunio Garsia natus est parente, quem obita munera atque editi libri spectatum satis reddiderunt, atque educatus in domo Philippi Hispaniarum Principis sub Carolo Cæsare, quem sequutus in omnibus ejus peregrinationibus fuisse dicitur. Gemellus ipse Musarum cum esset (ut sic dicam) veraque Apollinis ejus, quo sidere poetæ gignuntur eximii, proles, armorum gloriam non minus quam luculenti atque animosi carminis laudem affectavit. Hanc utriusque voti segetem in Chilensi regione Americæ gens Araucanorum, juga ferre nostra indocilis, proventu magno in gremium ei detulit. Eo quippe in bello res fortiter gestas, nondum completis XXIX. ætatis suæ annis, ejus poematis argumentum fecit, quod in hunc usque diem ab iis omnibus avidissime legitur, qui facile dicendi genus, atque perspicuum admittere vim suam & nervos, nativaque sublimitate quadam attolli posse, cothurnatumque ire non ignorant. Ex vero gesta retulit, ut Lucanus olim in Latinis. Annotatio hæc operis:

La Araucana: sive *de Bello adversus Araucanos, Chilensis Regni populum gesto*, sæpissime repetita editione variis in locis. Cæsaraugustæ 1577. & alibi 1586. 8. 1590. 4. & in 12. 1592. in 8. 1596. in 16. 1597. in 8. Matriti, & 1610. in 8. Ut verax fuerit Andreas Scotus in *Bibliotheca*, dum Fortunium Alphonsi parentem inter Jurisconsultos laudat, de hoc libro sic referens, quod *nacti eum plerique, ut cum stupore legebant, sic de manibus nusquam deponebant*. Matritensis editio anni 1597. (& forsan aliæ) præfert elogium auctoris a Christophoro Mosquera de Figueroa conscriptum.

D. ALPHONSUS DE ESCOBAR, ET LOAYSA, domo ex Guereña oppido territorii sacri Placentini, ab Emerita oriundus, Civilia jura tum in hac urbe patrocinium causarum agens, tum Salmanticæ cum foro cessisset, togaque collegii Conchensis indueretur, amœno atque acri ingenio, lautaque bonarum literarum supellectile instructus pertractavit. At eo mortuo sodales in publicum prodire fecerunt eum tractatum, qui extat:

De Pontificia & Regia Jurisdictione in Studiis Generalibus; & de Judicibus, & foro studiosorum. Matriti 1643. in 4.

Pa-

Parabat *in Triphoninum I. C. Commentaria.*

F. ALPHONSUS DE ESPINOSA, Compluti apud nos natus, cujus rei teſtis eſt Joannes Marieta, Sancti Dominici amplexatus eſt apud Guatemalenſes Americanos regulare inſtitutum; at aliquando in Fortunatas inſulas potioremque illarum Tenerifam advectus, non ſine Superiorum auctoritate ſcripſit:

Del origen y milagros de la Imagen de Nueſtra Señora de Candelaria. Anno 1541. 8. Eodem tempore pro facultate impetranda typorum & publicæ lucis, ad Regium Senatum detulit, ut moris eſt, de *Interpretatione Hiſpanica Pſalmi* XLI. *Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum &c.* a ſe verſibus facta.

Alphonſo Spinoſæ in inſula Sancti Dominici nato, hujuſmet inſtituti Dominicanorum, tribuit Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro Indico Eccleſiaſtico* elegantem *Commentarium ſuper Pſalm.* XLIV. *Eructavit cor meum &c.* quem cur a ſuperiore diſtinguam non video, uti nec diſtinguit Alphonſus Fernandez.

ALPHONSUS EZQUERRA, domo ex oppido Alfaro Turiaſonenſis diœceſis, ſodalis Jeſuitarum, & collegii Conchæ urbis Rector, Compluti denatus eſt anno MDCXXXVII. edito prius libello, cui titulus talis præfixus:

Paſos de la Virgen Santiſima Maria Madre de Dios Nueſtra Señora con doctrina moral para todos eſtados. Compluti apud Joannem de Villodas Orduña 1629. 4.

ALPHONSUS FERNANDEZ, Profeſſor Theologus Cordubenſis, edidit:

Tratado de algunos documentos, y aviſos acerca la prudencia que el Confeſſor debe guardar. Cordubæ apud Didacum Galvan. 1588. 8. & 1603. in 8.

F. ALPHONSUS FERNANDEZ, Placentinus, Ordinis Prædicatorum, ejuſdemque Generalis, ut domeſtica forma nuncupant, Concionator, in patriæ urbis monaſterio præteriti ſæculi anno LXXXVII. in eam admiſſus Religioſam familiam, ſtudio præcipue rerum antiquarum, conſervandiſque veteris ævi memoriis, præſertim eccleſiaſticis, & inter hæc domeſticis, ſeu familiaribus ampliſsimi hujus Dominicanorum Ordinis ſeſe totum addixiſſe videtur, ſiquidem ſcripſit Latine:

Concertationem prædicatoriam pro Eccleſia Catholica contra Hæreticos, Gentiles, Judæos, & Agarenos per Epitomen in Annales diſtributam. Acceſsit:

Notitia Scriptorum Prædicatoriæ familiæ. Item:

Catalogus Summorum Pontificum, S. R. E. Cardinalium, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum ejuſdem familiæ, necnon & Magiſtrorum Sacri Palatii Apoſtolici, Confeſſariorumque aliquot Regum, & Imperatorum: item aliarum Religionum Reformatorum; denique aliquorum ejuſdem Ordinis Magiſtrorum, qui in Hiſpaniarum, & Indiarum nobilioribus Academiis Theologiæ præcipuas Cathedras moderati ſunt. Omnia ſimul Salmanticæ apud Didacum Cuſsio 1618. in fol.

Vernacule autem:

Hiſtoria Eccleſiaſtica de nueſtros tiempos. Toleti 1611. fol. apud P. Rodriguez.

Hiſtoria de la Devocion del Roſario deſde ſu origen, confirmada con milagros. Matriti 1613. Pinciæ 1614. iterumque Matriti 1620. in 4. & 1627. 4.

Manual de Devocion, y Exercicios del Roſario. Matriti 1626.

Tratado de los ſervicios de la Orden de Predicadores de eſtos Reynos de Eſpaña con la inſtitucion del Santo Oficio de la Inquiſicion. Pinciæ.

Hiſtoria, y Annales de la Ciudad, y Obispado de Plaſencia. Matriti apud Joannem Gonzalez 1627. in fol.

Inedita adhuc adſervabat, cum de ſe in *Placentiæ* hujus *Hiſtoriæ* capite XXXIII. libri III. ſermonem haberet:

Hiſtoria de los Corporales de Daroca, duobus libris.

Hiſtoria del Convento de Salamanca de la Orden de Predicadores, tribus libris.

Vida, y milagros del Santo Fr. Alvaro de Cordova.

Vida del Santo Fr. Domingo de Santa Maria.

De la Vida, y Martyrio del Santo Fr. Domingo de Navarrete, y de sus Compañeros en Japon.

Annales item *Eccleſiaſticos Hiſpaniæ* Latine proſequebatur, octo integris voluminibus abſolvendos ut ipſe affirmat.

ALPHONSUS FERNANDEZ, Berlangæ natus, Complutenſis Trilinguis collegii ſodalis, edidit:

Paranymphum, ſeu publicam legationem habitam in theatro ejuſdem Complutenſis Academiæ in Doctoratu novem Virorum Clariſsimorum. Compluti apud Joannem Brocar 1559. in 8. Qui honorem iſtum inter alios ſuſcipiebant Fontidonius erant & Villalpandus, noti fama in ſæcula viri.

ALPHONSUS FERNANDEZ, presbyter Hiſpalenſis, Protonotarius Apoſtolicus, cum nuncupatione ad D. Bernardinum de Carvajal S. R. E. Cardinalem edidit:

Hiſ-

Hiſtoria Parthenopea, ſive de rebus geſtis Gundiſalvi Fernandez de Corduba, Magni Ducis appellati. Romæ apud Stephanum Guillen de Lorena 1516. fol. verſibus nempe apud nos olim vulgaribus, paſsimque de Arte Mayor appellatis. Initium operis:

El Rey que a ſu meſa a comer convidara
Al muy ſabio Uliſes del mar deſtrozado.

Immortuus fuiſſe videtur auctor curæ edendi hoc opus, quod pone ſequutura alia Cardinali laudato fidem obſtrinxit, nempe *Vita Chriſti*: *Doce libros de la Eſperanza*: *Doce libros de la Juſticia*: *Ocho libros de educatione Principis*: *Siete triunfos de las siete Virtudes* (ad exemplar antiqui Prudentii forſan) atque alia. Aloyſius quidam de Gibraleon, clericus Neapolitanus *Hiſtoriæ* hujus publicationi adjutrices porrexit manus, ad quem directum Breve, ut vocant, Leonis X. Papæ cum titulo ſcriptoris ſui & familiaris indulget ei ut prelo ſubjicere poſsit librum, quem penes ſe habet, in laudem Magni Ducis. Extatque nota quædam (hujus ut credimus) excuſantis verborum quorumdam Italicæ linguæ in eo libro uſurpationem, auctori familiaris factæ propter longam in Italia ejus peregrinationem.

ALPHONSUS FERNANDEZ, neſcio quis, ſcripſit:

Compendio de las Hiſtorias, y Reyes de Eſpaña deſde D. Pelayo haſta el Emperador Carlos V. Erat MS. in bibliotheca Comitis Ducis de Olivares.

ALPHONSUS FERNANDEZ DE AVELLANEDA, patria ex oppido Tordeſillas Pincianæ diœceſis, continuavit, ſed abſque genio illo qui principem Michaelis Cervantes ad inventionem promovit & comitatus eſt:

La ſegunda Parte del Ingenioſo Hidalgo D. Quixote de la Mancha. Tarracone apud Philippum Robertum 1614. in 8.

ALPHONSUS FERNANDEZ DE MADRID, Palentinus, Petri Gundiſalvi de Madrid civis ejuſdem urbis filius, ab Illuſtriſſimo illo Antiſtite urbis Granatenſis Ferdinando de Talavera una cum aliis adoleſcentibus in pietate educatus non potuit non ad omnium virtutum ſtudia ſe componere, illarumque & utiliſsimæ cujuſque doctrinæ magnos profectus facere. Quare in patria Eccleſia obtento Sacerdotio, unaque Archidiaconatu de Alcor nuncupato, Vicarium aliquando egit Generalem Epiſcopi ſui D. Franciſci a Mendoza, verique ſacerdotis exemplum civibus illius urbis toto vitæ ſuæ tempore exhibuit. Morum probitate, & caſtimonia ſic doctrinam decorabat commendabatque, ut quandocumque ad populum conciones haberet, non magis caſta vehementique dictione omnibus doctrinæ ornamentis condita, quam ſumma ex incorrupta & graviſsima vivendi norma proveniente auctoritate a vitiis deterreret auditores ſuos, virtuteſque & pietatem animis eorum ingeneraret. Quo de egregium monumentum extat in Antonii Honcalæ libro, cui nomen fecit *Grammatica Propægnia*, ubi doctiſsimus vir, aliiſque ſuis operibus affatim notus, extare voluit de Alphonſi laudibus, quamquam adhuc ſuperſtitis, inſigne ad poſteros teſtimonium & commendationem. Eraſmo item Roterodamenſi carus non mediocriter fuit: a quo in aliquot epiſtolis doctrinæ, ac judicii nomine laudatur. Præterea homo in ſtudiis diligentiſsimus ut Honcala inquit, atque aliarum rerum quæ ab aliis ignorantur inveſtigator, res ſui temporis exactiſsima diligentia uſus in volumen illud conjecit, quod typorum luce nondum fuit donatum, forte quia imperfectum reliquit auctor, utpote qui ea denuo ſemper adjungeret quæ quotidie gerebantur. Librum MS. vidi cum hac inſcriptione:

De la Antigüedad, y nobleza de la Ciudad de Palencia, de ſus fundaciones, y deſtruiciones en veces diverſas, y de ſu inſigne Igleſia; coſas notables que en ella hay; con los nombres de los Prelados que en ella han preſidido, y concurrencias ſeñaladas en tiempo de cada uno, duobus tomis in folio. Hanc vulgo *Hiſtoriæ Palentinæ* vocare ſolent nomine, qui ejus teſtimonio utuntur, ſive ut ſuſpicor *Silvæ* etiam *Palentinæ*. Necnon &

Memorial de los tiempos auctori noſtro ſolet attribui, quod nondum vidimus.

Honcala adjungit: *Quid referam quam ſolerti induſtria Laudum divinarum epitomes, quæ antehac mutilæ, mendoſæ, & male digeſtæ verſabantur, reſarciit, caſtigavit, & ad certum ordinem redegit; idque nunc in reliquos Eccleſiaſticæ Cæremoniæ libros indefeſſo labore molitur?* Franciſci quoque de Madrid, fratris ſui, canonici ejuſdem Eccleſiæ, & Archidiaconi Alcorienſis, cui noſter in honore eo ſucceſſerat, *Interpretationem Franciſci Petrarchæ operis De proſpera, & adverſa fortuna* (ut idem Antonius Honcala ait) *tamquam ſuam repetens, non paucos in ea locos reconditiores ex veterum ſcriptis in lucem eruit, appoſuitque marginibus enarrationes multum venuſtatis habentes.* Prodierat in publicum Franciſci hoc opus, ſed male habitum a typographis, cui noſter ita mederi excogitabat. Obiit quidem XVIII. Auguſti die anni MDLIX. quinque & octoginta annos natus, jacetque in cappella Sancti Ildephonſi ejuſdem Palentinæ Eccleſiæ, quam ipſe ornaverat doteque ditaverat.

AL-

ALPHONSUS FERNANDEZ DE OTERO, Antonii Fernandez, & Hieronymi Fernandez de Otero ut credimus frater germanus, in Pinciana Ecclesia canonicus ut vocant Doctoralis, cui libens tribuo sequentia opera:

Interpretationes Juris Pontificii. Bononiæ 1616.

De Actionibus, & earum origine. Calari 1628.

Diversarum quæstionum Juris librum. Neapoli 1619.

Miscellanea Juris. Romæ 1623.

D. ALPHONSUS FERRIOL CAICEDO, scripsit:

Libro de las Fiestas que en honor de la Inmaculada Concepcion de Nuestra Señora celebró su devota, y antigua Hermandad en San Francisco de Granada año de MDCXV.

ALPHONSUS DE FLORES, natus in oppido Noblexas Toletanæ diœcesis, Jesuitarum sodalis, Cordubæ atque Hispali Sacra Biblia interpretatus est auditoribus ex cathedra: mox Neapoli in Sancti Francisci Xaverii collegio Ecclesiasticis ad populum habendis concionibus præfuit: varia item inter domesticos munera exercuit. Scripta ejus hucusque vidimus edita:

De Inclyto Agone Martyrii. Appenditur, & signatim expenditur Martyrium Deiparæ Virginis ad Dominici Martyrii similitudinem efformatum. Neapoli 1648. in folio.

In Caput XXIV. Ecclesiastici Commentarium literalem Panegyricum, & moralem. Antuerpiæ 1661. fol.

Prælectionem Sacram ejus MS. quoque vidimus ad Eminentissimum Cardinalem Sandovalium in adventu ejus ad collegium Ubetense XII. die Novembris anno MDCXXXIX. dictam.

Hispane edidit:

La Ave Maria, Salutacion Angelica, trazada por el mismo Dios, rezada por el Archangel S. Gabriel, ilustrada con asuntos varios en abono de la Inmaculada Concepcion de la Virgen Madre de Dios. Hispali 1658. in 8.

Promiserat se editurum (quod Philippus Alegambe *in Bibliotheca Societatis* nos docet) *Hispaniam candidatam Christianæ Fidei lampade, purpuratam suorum Martyrum cruore, celebratamque singularibus Sacræ Scripturæ testimoniis, & elogiis.*

ALPHONSUS FLORES, Salmanticensis, scripsit:

Historia de la Guerra que tuvo el Rey Catholico D. Fernando con D. Alonso Rey de Portugal en las Ciudades de Zamora y Toro.

Affirmat Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro Ecclesiæ Salmantinæ*, & in *Historia* ejusdem urbis, & Garibai cap. I. lib. VIII. *Compendii Histor.*

D. ALPHONSUS DE FONSECA, Compostellanus Antistes (quisnam eorum, plures enim sunt, qui hujus nominis sedi huic præfuerunt dicere non ausim) scripsisse dicitur:

Historia de Linages. Quæ reperta fuit in chartaria supellectile Comitum de Lemos, ut refert D. Josephus Pellicer Regius Chronographus *en el Memorial, o Deposicion por D. Miguel de Noroña sobre el Condado de Gijon.*

ALPHONSUS DE FREILAS, Giennensis, Doctor Medicus, & a cubiculo D. Bernardo Sandovalio Præsuli Toletano, scripsit:

Conocimiento, curacion, y preservacion de la peste; simulque

Un Tratado del Arte de descontagiar las ropas de sedas, telas de oro y plata, tapicerias, y otras cosas: Itemque

Un discurso, si los melancolicos pueden saber lo que está por venir con la fuerza de la imaginacion. Giennii 1606. 4.

D. ALPHONSUS DE FRIAS ET ZUÑIGA, Ocaniensis, Jurisconsultus in Salmantino gymnasio ad S. Mariæ Magdalenæ, indeque in S. Bartholomæi majori collegio sodalis, Vespertinus aliquando Canonum Professor, & postea in cancellaria Granatensi Regius Advocatus Fiscalis, scripsit:

De Sacramentis Novæ Legis Gratiæ in genere, seu in communi Academicam Relationem, &c. Salmanticæ apud Josephum Gomezium de los Cubos 1669. in 4.

ALPHONSUS DE LA FUENTE MONTALVAN Toletanus, scripsisse dicitur:

Dialogos de la Agricultura, y provechos de las Abejas.

Explicacion de las Monedas antiguas.

Indice a todo genero de Historias, undecim voluminibus simul MS. in folio.

Memoria de los principales Linages de España, sus armas, y blasones. MS. in 4. Auctor mihi D. Thomas Tamayo de Vargas *en la mayor Junta de libros que España ha visto en la lengua Castellana hasta el año de* 1624. quod opus ex bibliotheca Barberina habui MS.

ALPHONSUS DE FUENTES, Hispalensis Eques, sacræ profanæque historiæ monumentorum affatim gnarus, Poeta ut ea ferebat ætas non inelegans, edidit:

Libro de los quarenta Cantos en verso, y prosa. Compluti 1557. 8. & Granatæ in offi-

ficina Antonii Nebrissensis, & Garsiæ de Briones 1563. 8. ad Petrum Afan de Ribera, Tarifæ Marchionem, Neapolitanum Proregem, & Cæsaraugustæ apud Joannem Emilianum 1564. Continent eo genere carminum, quæ nos Romances appellamus, plures Hebræorum, Romanorum aliarumque gentium, necnon & Hispanorum historias.

Suma de Filosofia natural, en la qual asimismo se trata de Astrologia, Astronomia, y otras ciencias en estilo nunca visto. Dialogus est inter Etruscum & Vandalium, Philippo Hispaniarum Principi nuncupatus, atque Hispali editus anno 1545. 4. In officina Joannis de Leon. Hunc sub titulo *Le sei Giornate* vertit in Italicum Alphonsus de Ulloa, editque Venetiis 1567. 8. Laudatur auctor a D. Didaco Ortiz de Zuñiga in *Annal. Urbis Hispalensis* anno 1598. num. 3.

F. ALPHONSUS DE FUENTIDUEÑA, Franciscanus, edidit:

Titulo Virginal de Nuestra Señora. Pampelone per Arnaldum Guillen 1499. in folio.

F. ALPHONSUS GALDO, Pincianus, ordini Prædicatorum Salmanticæ initiatus, ad Indos ivit Comaiaguensis factus Episcopus, quod princeps oppidum est provinciæ Honduras dictæ, descripsitque hoc territorium, & ad Philippum Regem III. misit confectam a se *Descriptionem.* Vivebat anno MDCXXVIII. Auctorem habeo Ægidium Gonzalez Davila, in *Theatro Indico Ecclesiastico.*

ALPHONSUS GALLO, Regius Zygostates, quod munus vulgo appellant Contraste dedit foras:

Declaracion del valor del oro conforme a la nueva Prematica de Madrid de MDCXII. y el de la plata. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1613. in 8.

ALPHONSUS GARSIAS, Cordubensis, Jesuitarum sodalis, Rector aliquando Ursaonensis collegii, vitam exuit anno MDCXVIII. cum scripsisset, inedita ad hunc diem ut *Bibliothecæ Societatis* auctor ait:

Historia de la Ciudad de Cordova, duobus tomis.

Historia moral, y natural de las Islas de Canaria.

ALPHONSUS GARSIAS MATAMOROS, Hispalensis, atque in patria ut audio almæ Sedis canonicus, vir multa eruditione Latinique sermonis puritate percelebris: ni cum podagra & aliis infirmitatibus (quod ipse *Pro asserenda Hispanorum eruditione Apologetico*, & ad libellum *de Informando Stilo* præfatus refert) assiduo esset conflictatus, in his utique, quorum egregia sunt ornatæ dictionis apud nos merita, non ulli facile postponeretur. *Ornatum prænobili, candida, rotunda, & numerosa eloquentia, eruditioneque non contemnenda* Jacobus Gaddius in opere suo *de Scriptoribus non ecclesiasticis* æstimat eum, Antonii Nebrissensis laudes memorans. Setabi apud Valentinos lycæum moderabatur eo tempore quo in *quartum Antonii Nebrissensis librum* elucubravit, ante biennium, anno scilicet MDXXXIX. eo ad Grammaticam & Eloquentiam docendam evocatus. Scholam mox Complutensem Rhetor, ac examinandæ in Grammaticis juventuti ad majora transitum paranti præpositus, admodum illustravit, quo tempore & Ambrosius Morales Cordubensis eidem gymnasio dicendi artem e loco superiore commonstrabat. Eloquentiæ in eo opere quæsitam celebritatem ipse sibi confidenter his verbis arrogat, Sobannium academiæ rectorem laudans, de quo mox dicimus: *Illa, quæ me quondam apud vos sæpissime dicentem commendarunt, vox suavis & canora, firma latera, vultus gravis & erectus, fulgura & tonitrua verborum, quibus (quod sine arrogantia aut invidia dicam) totum hoc theatrum commovere solebam, ætate & morbo deformata omnia conciderunt.* Hunc Alphonsum, *res gestas Francisci Ximenii* Cardinalis stilo ducens Alvarus Gomezius, atque item carmine Benedictus Arias Montanus olim pro dignitate celebrarunt. Edidit hæc:

De Ratione dicendi libros duos: quibus accessere *Singulorum generum orationes.* Compluti apud Brocarium 1548. 8. & apud Andream de Angulo 1561. in 8.

De tribus dicendi generibus, sive de recta informandi stili ratione. Compluti 1570. 8.

De Methodo Concionandi juxta Rhetoricæ Artis præscriptum. Ad Garsiam Loaisam Archidiaconum Carracensem. Compluti 1570. 8.

Methodum Constructionis. Compluti 1553.

Orationem habitam in Doctoratu Theologiæ Didaci Sobaños Academiæ Compluti Moderatoris. Ibidem apud Brocarium 1558. 8.

In Ælii Antonii Nebrissensis Grammaticæ IV. librum scholia. Ad Franciscum Borgiam Episcopum Teanensem. Valentiæ, 1539. 8. Quod ipsum credo est opus *de Methodo Constructionis.*

De Academiis, & doctis viris Hispaniæ, sive pro asserenda Hispanorum eruditione Narrationem Apologeticam: in quo M. Tullium veteres Romæ oratores celebrantem in *Bruto* ante oculos habuit. Hæc quidem edita est in *Hispaniæ Illustratæ* opere editionis Francofurtensis, prius tamen Compluti apud Alphonsum Xaramillo in 8. anno 1553.

F. ALPHONSUS GIRON, Dominicanus, Sac. Theologiæ, ut verbo utar rei proprio, Præsentatus, ex S. Stephani sacra æde Salmantina, post Verbum Dei quadragenaria & continua opera disseminatum Generalis jam ordinis sui Ecclesiastes, in publicum dedit:

Concionum pro Festivitatibus Domini Nostri Jesu Christi, Sanctissimæ Dei Genitricis, atque Sanctorum tomum primum, a festo scilicet *D. Andreæ* ad diem *S. Joannis Baptistæ* inclusive. Salmanticæ 1602. in 4. Et hic quidem sub *Promptuarii Concionum* appellatione iterum editus est apud Colonienses in 8. Præfatur autem Alphonsus ad Ferdinandum Gironium, Cardelæ Toparcham, Ellerenæque urbis Gubernatorem *de Libris Sacris, rebusque in eis comprehensis, vernacula lingua non interpretandis.* Item scripsisse eum:

De Sancti Officii Dignitate, constat ex Ludov. a Paramo lib. II. cap. II. *de Orig. S. Inquisitionis.*

ALPHONSUS GIRON DE REBOLLEDO, versibus reddidit, ejus generis quod nos vocamus Quintillas, Evangelicum S. Joannis contextum sequutus:

La Pasion de Nuestro Señor Jesu Christo. Valentiæ apud Joannem Mey 1563. 8.

ALPHONSUS GOMEZ, Mauronensis in tractu Bætico, unde se Hispalensem appellat. Sodalis fuit collegii S. Clementis Bononiæ anno MDXVI. admissus, Doctor Juris Canonici, scripsit:

Commentarium super §. finalem Regulæ Spectativarum Clementis Papæ VII. Romæ editum apud Magistrum Ant. Bladum de Asula 1533. in fol.

ALPHONSUS GOMEZ, Toletanus, Societatis Jesu sacerdos, procurandæ Indorum salutis desiderio æstuans plura de rebus divinis opuscula lingua Tagallica, quæ aliquot ex insulis Philippinis propria est, cum illuc transfretasset, totosque triginta annos hac cura maximo cum fructu incolarum distineretur, scripsit. Vita functus in collegio Manilæ urbis fere sexagenarius anno MDCXXVII.

ALPHONSUS GOMEZ, Doctor Complutensis, Medicusque Hispalensis, publici usus fecit:

De Humorum præparatione adversus Arabes tractatum. Hispali 1546. 8.

ALPHONSUS GOMEZ DE LA PARRA ET AREVALO, Medicus oppidi Tembleque agri Toletani, scripsit:

Poliantheam Medicis speciosam, Chirurgis mirificam, Mirepsicis valde utilem & necessariam. Matriti 1625. in 4. apud Joan. Gonzalez.

ALPHONSUS GONZALEZ, nescio quis, scripsisse dicitur:

Introducion a los estudios de Gramatica. Matriti 1649.

ALPHONSUS GONZALEZ, Medicus oppidi Priego, edidit:

Carta al Doctor Pedro de Parraga Palomino Medico de Granada, en que trata del Arte y orden para conservar la salud, y dilatar nuestra vida, y buen uso del beber con nieve. Granatæ apud Martinum Fernandez 1612. in 4.

ALPHONSUS GONZALEZ DE ARADILLAS, in sacra Illipullitana æde urbis Granatensis (quam Petrus Castrius Antistes tum hujus, tum Hispalensis Ecclesiæ inclytus construxit) olim canonicus, deinde Arcobricensis, sive ut Romano utar nomine Arcensium coloniæ Parochus, typis mandavit:

Exercicios del Rosario de la Virgen. Hispali 1622. 8.

Cartilla espiritual y divina, Primera Parte. Granatæ apud Vincentium Alvarez 1643. 8. Dialogus est inter Christum Redemptorem & animam hominis, quo alphabeti serie beneficia adversus nos divina recensentur. Alteram partem promissam ab auctore nusquam prodiisse credo.

ALPHONSUS DE GRIJALVA, natus in oppido quodam vallis de Vidriales ut alicubi lego, Burgensis Ecclesiæ canonicus, scripsisse dicitur:

Vida del Venerable Varon Nuño Alvarez Osorio Chantre, y Canonigo de Cuenca.

Id scio ex relatione ad me missa ex collegio S. Clementis Hispanorum Bononiensis urbis, in quo sodalis fuit vir iste venerabilis.

ALPHONSUS GUAXARDO FAXARDO, Cordubensis, scripsit:

Proverbios morales en Redondillas. Cordubæ apud Gabrielem Bejarano 1585. 8.

La Doleria del Sueño del Mundo, Comedia moral. Hæc una cum proverbiis laudatis prodiit Parisiis apud Joannem Fouci in 12.

F. ALPHONSUS GUDIEL, ordinis Eremitarum, Primarius Theologiæ Professor in academia Oscensi, reliquit in schedis MSS.

Commentarios in totam fere Bibliam. Item:

De Peccatis ad usum Concionatorum elegantem *Tractatum.*

Quæ quidem ejus monumenta in Augusti-

ni

ni Antolinez bibliotheca Salmanticæ vidit F. Thomas Herrera, uti admonuit in *Alphabeto Augustiniano* pag. 62. floruisseque eum notat circa annum MDLIX.

F. ALPHONSUS GUERREIRO, Lusitanus, Trinitariorum sodalis, Olisiponensis cœnobii S. Christophori Præfectus, vernaculo scripsit sermone:

Chronica da Orden da Santissima Trinidade da provincia de Portugal. Laudatur hæc Historia a Georgio Cardoso in *Agiologio Lusitano* die XII. Maii lit. f. & XXIII. lit. c. & XXVII. lit. d.

F. ALPHONSUS GUERRERO, Franciscanus, scripsit:

Norte, y Guia para el camino del Cielo. Matriti 4. 1671.

ALPHONSUS GUERRERO, Lusitanus, scripsit:

As Festas que se fizeraon na Cidade de Lisboa per la Entrada do Rey D. Felipe I. Olisipone apud Franciscum Correa 1581. 8.

F. ALPHONSUS GUTIERREZ, Franciscanus, provinciæ Sancti Jacobi Minister, obtulit Serenissimo Regi Philippo II. tractatum doctum & pium, cui inscripsit:

Memoriale pro Defensione Religionum Mendicantium, excussum ab Antonio Daza in quarta parte *Chron. Franciscan.* aliaque nondum edita, quæ extabant in bibliotheca monasterii Zamorensis. Vivebat anno MDLXXIII. Lucas Waddingus.

ALPHONSUS DE GUZMAN GENZER, Jurisconsultus, cum causas defenderet in Matritensi curia edidit:

De Evictionibus tractatum. Matriti 1629. in fol.

De Privilegiis Pauperum. Ibidem 1630.

ALPHONSUS HENRIQUEZ, mihi dumtaxat notus ob id, quod in expurgatorio Indice Tridentinæ synodi & in Hispano prohibita legitur ejus:

Defensio pro Erasmo contra Eduardum Leum, & contra Universitatem Parisiensem. Cognomen certe prodit eum Hispanum.

ALPHONSUS HENRIQUEZ, auctor inscribitur *Alphonsinæ*, sive quæstionis cujusdam Theologicæ, ad propugnationem adsumptæ in academia Complutensi XI. Kal. Julii anno MDXXIII. atque editæ ibidem ab Arnaldo Guilielmo de Brocar, qui *Alphonsinam* inscripsit *acutissimi, & clarissimi viri D. D. Alphonsi Henriquez in Sac. Theologia Bacchalauri per doctissimum Virum Franciscum de Vargas ejusdem Alphonsinæ Priorem correctam*, ad Magnum Castellæ Almirantum, sive Thalassiarcham, cujus nepos fuit auctor. Celebratur variis encomiastarum elogiis tanquam Picus alter Phœnixque Hispaniæ.

F. ALPHONSUS HENRIQUEZ DE ALMENDARIS, natus Hispali: apud Mercenarios (ut vocant) qui Captivos ex instituto redimunt, ordinem Religiosum professus Granatæ suis præfuit, Hispalique in patria sub advocatione Laureani Martyris construxit sodalibus collegium. Sidoniensis fuit primum factus titularis Episcopus, annoque MDCX. Cubæ apud Indos Præsul: unde Philippi Regis III. nutu misit exactissima diligentia conscriptam:

Relacion de lo Espiritual, y Temporal del Obispado de Cuba, vida, y costumbres de todos sus Eclesiasticos. Cujus testis rei est in *Theatro Ecclesiarum Indicarum* Ægidius Gonzalez Davila. Anno MDCXXIII. in Mechoacanensem Ecclesiam translatus diem ibi suum extremum vidit.

ALPHONSUS DE HEREDIA, nobili loco (incertum mihi ubi) natus, I. U. D. Latinas literas ex Bernardo Joanne, viro eximiæ eruditionis (quod illius ævi memoria transmisit ad posteros) olim didicit, quibus cum posset Latiali sermone, maluit rem gratam in vulgus ut faceret vernaculo uti, scribens breviorem quidem, sed ingenio judicioque plenum sententiisque libellum, hoc titulo:

Dechado de Jueces, en el qual se hallará la muestra de como ha de ser un buen Juez. Valentiæ 1566. 8. apud Joan. Mey.

F. ALPHONSUS DE HERRERA, Dominicanus, in urbe Legionensi sacris hujus Religiosæ familiæ initiatus, Carolo V. Imperatori fuit a concionibus: vir utique doctissimus, candidique animi & ingenii a Joanne Genesio Sepulveda in *Apologia pro libro de Justis Belli causis*, & ab Eisengreinio in *Catalogo Testium Veritatis* pro merito pietatis ac doctrinæ celebratus, scripsit:

Disceptationem adversus Lutheranos De Valore bonorum operum. Claruit circa ann. MDL.

F. ALPHONSUS DE HERRERA, ordinis Minorum Regularis Observantiæ, scripsit apud Indos eorum lingua:

Sermones Dominicales, ac de Sanctis. Lucas Waddingus.

F. ALPHONSUS DE HERRERA SALCEDO, alias MOLINA, Granatensis, ordinis Minorum provinciæ Sancti Antonii de los

los Charcas Americæ Meridionalis, domus urbis de la Paz Præfectus, provinciæ item XII. Apostolorum Commissarius, edidit:

Consideraciones de las amenazas del Juicio, y penas del Infierno sobre el Psalmo XLVIII. Hispali 1618. 4. Repetita post decem menses editione apud Hieron. Contreras 1619. 4.

Discursos predicables de las excelencias del Nombre de Jesus, y de los nombres, y atributos de Christo. Hispali apud Hieronymum Contreras 1619. 4.

Ira, y furor de Dios contra los Juramentos. Ibidem iisdem typis atque eodem anno in 8.

Espejo de la perfecta casada. Limæ 1627. Granatæ 1638. in 4.

Qüestiones Evangelicas en los sermones de Adviento, y Santos que concurren en él, tomis duobus 1649.

F. ALPHONSUS HIDALGO, alias DE CONCEPTIONE, ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, Vespertinus Theologiæ Lector in ejusdem domo Hispalensi, & aliquando provinciæ Bæticæ Præfectus, scripsit (ut lego in MS. libello *de Scriptoribus hujus Ordinis* Petri a S. Cæcilio) sive Hispane sive Latine:

Quinque dulcissimas Considerationes de Sacro Lateris Jesu Christi foramine, sive Stigmate.

Decem quoque *alias de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento in illa verba, Cantic. c. III. Ferculum fecit sibi Rex Salomon*, &c.

Claruisse eum adjungit eo anno quo id scribebat, nempe MDCXVIII.

F. ALPHONSUS DE S. HIERONYMO, ex oppido Manzanares Toletanæ dioecesis, Carmelitarum Excalceatorum sodalis, Sacræ Theologiæ Professor in Complutensi Ordinis sui collegio, scripsit:

Vida, virtudes, y milagros de la prodigiosa Virgen, y Madre Ana de S. Agustin Carmelita Descalza, fundadora del Convento de Valera, y compañera de Santa Teresa de Jesus en la fundacion de Villanueva de la Jara. Matriti apud Franc. Nieto 1668. in 4.

Decessit e vivis auctor sequenti anno MDCLXIX.

ALPHONSUS HIERONYMUS DE SALAS BARBADILLO, Matritensis, eo tempore, quo eloquentia & acumen gentis nostræ in curia Philippi III. & sub initia Philippi IV. Regum potentissimorum flore veluti suo ac vere fulgebat, urbanitate & amoenitate ingenii censebatur. Quod quidem frequentibus editis libellis, sermone usus Hispano terso atque inaffectato, ideoque suaviore ac jocis pleno exeruit simul & adprobavit. Familiam Regiam sequutus est, nec ideo tamen (quod omne tulit sæculum & fert) necessariorum indigentiam, veluti adversum prosperrime natis ingeniis sidus, declinare usquam potuit. Lucem quæ aspexerunt opuscula, & in manus meas aut cognitionem venerunt, hæc sunt, partim prosa partim versibus:

Rimas Castellanas. Matriti anno 1616. in 8. apud Viduam Alph. Martini.

Coronas del Parnaso, y Plato de las Musas. Ibidem 1635. in 8.

Los Triunfos de la B. Soror Juana de la Cruz, heroico versu. Ibidem 1621. 8. apud Viduam Cosmæ Delgado.

La Patrona de Madrid restituida.

El sutil Cordoves Pedro de Urdemalas: simulque

El Caballero perfecto. Matriti 1620.

La Escuela de Celestina, y el Hidalgo presumido, Comedia. Matriti 1620. 4. apud Andream de Porras.

Comedia del Gallardo Escarraman.

El Cortesano Descortes. Ibidem 1621. in 4. apud Viduam Cosmæ Delgado.

Correccion de Vicios. Ibidem 1615.

La Estafeta del Dios Momo. Ibidem 1627.

El Caballero puntual; primera, y segunda parte 1619. per Franciscum Abarca in 8. Matriti, & 1614. in 12. *con la Comedia de los Prodigios de Amor*, per Michaelem Serrano.

La Ingeniosa Helena hija de Celestina. Matriti apud Joannem de Herrera 1614. 12. Ilerdæ apud Ludov. Manescal 1612. in 12.

El sagaz Estacio, o Marido examinado. Matriti 1620. in 12. apud Joan. de la Cuesta.

El Necio bien afortunado. 1621. in 8. apud Vid. Cosmæ Delgado.

La Casa del placer honesto. 1620. in 8. apud eandem.

D. Diego de Noche. Matriti 1623. in 8. apud eandem.

La Incasable mal casada. Ibidem 1622. in 8. apud Viduam Delgadi.

Boca de todas verdades 1615. 8.

El Licenciado Talega.

La sabia Flora Malsabidilla. Matriti 1621. 8.

Hæc fere omnia mores nostros, in quo a recto deviant (& deviant admodum) traducere, sive, quod genus est simplicissimum non ingratæ aut vacuæ reprehensionis, ostentare, ac veluti animorum theatro sistere nata sunt. Obitus auctoris ante annum contigit MDCXXXV. quo anno scilicet *Coronarum* illud opus jam laudatum, postuma ejus proles, lucem typorum aspexit.

ALPHONSUS HOIEDA DE MENDOZA, Bæticus, Carmonensis, in collegio Hispalensi Sanctæ Mariæ de Jesu nuncupato soda-

dalis togatus, atque in academia ipsa Sacrorum Canonum professor, dum versaretur Romæ, collegii Sacri Cathedralis Ecclesiæ urbis ejusdem Procurator, instante Antonio Mapheo Cardinale scripsit ad illustrationem Decreti concilii Tridentini:

De Beneficiorum Compatibilitate, & Incompatibilitate tractatum. Venetiis apud Joannem Variscum, & Socios 1579. fol. qui deinde jactus fuit in decimumquintum volumen Tractatuum Doctorum.

Mansit in schedis, sive perfectus sive affectus, tractatus alter, cujus ipse meminit in Epistola hujus quem laudavimus libri nuncupatoria, nempe *De Clericis, eorumque a potestate sæculari exemptione.*

F. ALPHONSUS DE HOROZCO, Oropesanus (quod nobile Toletanæ familiæ comitatu oppidum est Abulensis dioecesis) Ferdinando de Horozco & Maria de Mena civibus Talabricensibus ortus, Salmanticæ sub Thoma Villanovano, jam hodie inter Superos Ecclesiastica solemnitate adscripto, Augustinianæ domus tunc temporis Præfecto, Eremitarum ordinem professus est: quæ domus & Franciscum fratrem eximia pietate juvenem, anno ipso probationis extinctum sodalem habuit. Soriæ Medinæque, Granatæ atque Hispali Eremitas suos rexit. Fortunatarum insularum monasteria visitavit Censor. Pinciano itidem cœnobio præfuit. Idem Catholicis Hispaniarum Principibus Carolo Imperatori ac Philippo filio Minister fuit ab Evangelicis concionibus, in officio hoc exhibendo eloquens, fervidus ac vere igneus. Serenissimæ Annæ Austriacæ Hispaniarum Reginæ, necnon & Joannæ item Austriacæ Joanni Portugalliæ Principi olim nuptæ confessiones aliquando excepit. Matritense collegium Deiparæ Mariæ Annuntiationis, quod ab erectrice Maria Aragonia vulgarem magis appellationem habet, primus a fundatione regendum non sine divina inspiratione suscepit, & Sacræ Missæ celebratione sancivit; post biennium de hac ipsa domo ad cœlum evolaturus. Natus quidem ipso Sæculari anno MD. sæculum novennio minus integrum vixit; quippe mortuus XIX. Septembris die anni Christiani MDXCI. ætatis suæ nonagesimo primo. Vir fuit eximia sanctitate, iisque clarissimarum virtutum meritis, in quibus virginitatis amor & perpetua custodia, corporis maceratio, animi pia dejectio, misericordia in pauperes, orandi Deum frequentia maxime laudantur, ut in album Beatorum Pontificia renunciatione admittendus nonnumquam videatur. Et quidem ab humiliori sepulchro Ferdinandi jam pietas, Hispaniarum Infantis atque Archiepiscopi Toletani, in sublimiorem & sanctitate viri rebusque supra facultatem naturæ gestis digniorem pro Pastorali munere sublimavit locum.

Opera ipsius tota redolent auctoris pietatem, eo magis excipienda & frequentanda quod auctorem habuerit scribendi Mariam Deiparam quo tempore domum Augustinianorum Hispali administravit, quod in confessionibus suis ipse testatur. Ea sunt:

Commentaria in Cantica Canticorum. Burgis 1581. 4.

Annotationes in Canticum Beatæ Virginis, Magnificat, &c. Burgis eodem anno in 4. apud Philippum Juntam.

Bonum Certamen inscriptum opus, sive *de Perfectione Religiosa*: Salmanticæ . . . Lovaniique 1645. apud Andream Bouvetum in 12.

Conciones, seu Declamationes XVII. pro Adventu usque ad Septuagesimam, & in die Sancti Ildephonsi. Salmanticæ 1576. 4. apud Simonem a Portonariis.

Declamationes Quadragesimales, tam pro Dominicis, quam pro quartis, & sextis feriis. Matriti apud Petr. Cosio 1570. 4.

Declamationes XII. pro Dominicis post Pascha ad Pentecosten inclusive, una & *Concio in die B. Monicæ.* Compluti apud Andream de Angulo 1571. 8.

Pro Dominicis omnibus post Pentecosten.

Declamationes Deiparæ Virginis omnium solemnitatum. Compluti 1568. 8. ibidemque apud Ferdin. Ramirez 1579. fol.

Declamationes in omnes solemnitates, seu festa Sanctorum. Salmanticæ apud Simonem de Portonariis 1573. 8.

Regalis Institutio Ortodoxis omnibus, præcipue Regibus, & Principibus parvulis: ad Philippum Hispaniarum Regem. Compluti 1565. 4. apud Sebastian. Martinez. Hanc vertit in Hispanicum ipse auctor, quæ edita est Compluti 1565. in 8.

Tabula Alphabetica.

De Arte Concionandi: quo idiomate nescio.

In Divum Lucam commentatus fuisse dicitur, Complutique edidisse anno 1579. cujus tamen operis ipse non meminit auctor *Tabula Alphabetica.*

Certamen Amoris Sancti: simile opus *fervore dicendi, ac docendi ei, quod Sanctus Bernardus De diligendo Deo conscripsit* ait Joannes Marquez in *vita* hujus Viri Clarissimi.

Hispanice vero hæc:

Examen de la Conciencia. Cæsaraug. 1572. 8. *opus, ut mole exiguum, sic & insigne, adque captum multorum* ait Possevinus in *Apparatu.* Hunc Italicum fecit Timotheus Nofrescius Camaldulensis monachus, qui Venetiis prodiit apud fratres Guerras. 1581. simul cum quatuor sequentibus:

Ver-

Vergel de Oracion , y Monte de Contemplacion. Ad Arcobricensem Ducem. Hic & Gallice extat.

Memorial de Amor Santo , con exercicios para los dias de la semana : itemque

Regla de Vida Christiana con un Exercitatorio espiritual. Cæsaraugustæ 1566. fol.

Regimiento del Anima. Salmant. 1565. 8. Cæsaraug. 1566. fol.

Desposorio Espiritual , sive de *Votis Religiosorum* : simulque

Gratitud Christiana. Cæsaraug. 1566. fol.

Soliloquios de la Pasion de Nuestro Señor. Matriti 1534. 16. Cæsaraug. 1566. fol. cum aliis.

Omnia hæc simul edita fuerunt Pinciæ anno 1555. fol. Serenissimæ Joannæ Austriacæ, Ex-Reginæ Portugalliæ , cujus expiare conscientiam in munere ut retulimus habuit, nuncupata , deindeque Cæsaraugustæ ut credimus anno 1566. fol.

Epistolario Christiano para todos estados. Compluti 1567. 8.

Arte de amar a Dios , y al Proximo. Ad Didacum S. R. E. Cardinalem Espinosam.

Vida de la Reyna Sabá. Salmant. 8. anno 1575. apud Domin. de Portonariis.

Vitoria de la Muerte : *exhortacion para consuelo del enfermo* ; *y avisos para hacer buen testamento* : simulque

Sermon en las Honras de la Christianisima Reyna Doña Isabel. Burgis apud Philippum Giunta 1583. 8.

Suavidad de Dios. Salmant. apud Petr. Casso 1576. 8.

Confessionario.

Examen para la Comunion.

Doce Excelencias de la Madre de Dios.

Cathecismo. Salmanticæ 1575. in 8.

Siete Sermones sobre las siete palabras de la Madre de Dios. 1566. 8.

Vitoria del mundo : cum aliis. Compluti 1570. fol.

Marial de la Virgen.

Excelencias de los dos San Juanes. 1580. 8. Hispali.

Coronica breve de los Santos de la Orden. 1551. Hispali apud Gregor. de la Torre.

Agonia de la Muerte.

Guarda de la Lengua. 1589. 16. Matriti apud Petr. Madrigal 1590. 8.

Vida de S. Agustin.

Vita Christi.

Contemplacion del Crucifixo.

Amonestacion a un Religioso.

Breve explicacion de la Epistola de Nuestra Señora a S. Ignacio.

Lamentacion de Nuestra Señora.

El grito del Pecador.

Instruccion de Religiosos.

Declaracion breve de la Regla de S. Agustin. Hæc duo opuscula ad calcem Chronici edita sunt.

Horum omnium meminit ipse in *Tabula Alphabetica.*

Reperio tamen hæc alia ejus nomini adscripta:

De la Verdadera , y falsa Filosofia.

Corona de Nuestra Señora. Matriti 1588. in 12.

Paradoxas Christianas.

Emblemas de la muerte.

Huerto Sagrado.

Necnon & Magni Parentis vestigia premens scripsit sibi ipsi:

Confessiones : vulgari lingua , quæ Matriti prodierunt postumæ anno 1610. 8.

Quas Italice a se conversas edidit Genuæ apud Pavonum 1624. in 12. Fulgentius Baldanus ordinis Eremitarum , uti legitur in bibliotheca Ligurica Raphaelis Soprani.

Ejus etiam superest in libro, quem *de Exequiis Isabellæ Valesiæ* Hispaniarum Reginæ Joannes Lopez de Hoios edidit , *Sermo* seu *Concio Sacra Sepulchralis* ab eo tunc temporis habita. Vitam Alphonsi & res gestas libello comprehendit Joannes Marquez , sodalis Augustinianus , vir clarissimus , quem inter , ejus schedas repertum Thomas de Herrera , ejusdem ordinis Chronographus , Matriti anno 1648. in 8. publicari fecit in Viri Sanctissimi honorem atque Eremiticæ familiæ gloriam. Cancellandum utique est Alphonsi nostri nomen a bibliotheca Franciscana Lucæ Waddingi.

F. ALPHONSUS DE JESU MARIA, ex nobilissimis familiis in loco Villarejo de la Peñuela paternæ ditionis natus , Carmelita ex reformatione Discalceatorum , ejusque semel atque iterum Generalis Præfectus, edidit:

Doctrina de Religiosos. Matriti apud Alphonsum Martini 1613. 4.

Peligros , y reparos de la perfeccion , y paz Religiosa , duabus partibus. Compluti 1625. 4. & 1626. apud Joan. de Orduña: Barcinoneque 1636 : & 1638. in 4. Liber hic Gallice prodiit Montibus in Hannonia apud Wodre in 4. opera cujusdam sodalis ejusdem Instituti.

Carta a los Padres Provinciales , Difinidores , y Priores de las Provincias de Religiosos Descalzos de Nuestra Señora del Carmen. Compluti 1621. 4.

Otras dos Cartas Pastorales : itemque

Manual de Prelados , Advertimientos para las Leyes , y Capitulos : ut a domesticis accepimus. Obiit diem suum Compluti VIII. die Decembris MDCXXXVIII.

AL-

ALPHONSUS IÑIGO DE VALDES, curiæ Matritensis Advocatus cum esset in publicum emisit:

Tractatum eleemosynæ ex visceribus, & medullis utriusque Juris excerptum. Matriti apud Viduam Alphonsi Gomez 1588.

F. ALPHONSUS DE ISLA, seu ILHA, Lusitanus, ordinis Seraphici, scripsit:

Tesoro de Virtudes. Medinæ apud Petr. de Castro 1543. 4. & alibi. Communicavit hunc Italis Joannes Maria Brancalupo de Montefalco, ediditque 1574. in 8. addita *Relatione Martyrii Fr. Andreæ de Spoleto*, auctore Antonio Olano ejusdem ordinis, Lusitano. Nescio an:

Lengua de Vida diversum opus sit:

Omisit hunc Franciscanæ familiæ nomenclator ultimus Waddingus.

ALPHONSUS DE IUBERA, Medicus & Seplasiarius doctissimus, incola oppidi Ocon, scripsit:

Dechado, y Reformacion de todas las medicinas compuestas usuales, con declaracion de todas sus dudas. Pinciæ apud Didacum Fernandez 1577. in 8.

De las Medicinas simples, aliud eiusdem opus celebratum reperio.

F. ALPHONSUS DE LAREA, Minorum sodalis Provinciæ Mechoacanensis Novæ Hispaniæ, edidisse fertur typisque commisisse (de quo testem habeo Ægidium Gundisalvi de Avila in *Theatro Indico Ecclesiastico*)

Historia de los hechos de la Religion de S. Francisco en la Provincia de Mechoacan.

ALPHONSUS DE LEDESMA, Segobiensis, Poeta elegans & argutus, res, præsertim sacras, Hispanis versibus brevioribus luculenter & ingeniose admodum pertractavit, meritus in re metrica, quod vix uni aut alteri ex nostris contigit, Divini cognomentum. Metaphoricis inventionibus genio quodam singularique felicitate mancipavit animum; docilis ubique, & accinctus quodcumque argumentum per verba non unius significationis, quo genere Hispanus sermo plurimum viget (Homonyma Græci dicunt) acute ac suaviter mirifica legentium delectatione & lubentia describere, singularem fere idiomatis nostri gratiam affectatione ipsa frequentis perpetuæque usurpationis, quæ felicissime jam & aliis cessit, inculcans pariter & commendans. Opera hujus poetica tribus partibus distincta prodierunt hac inscriptione:

Conceptos Espirituales. Quarum prima lucem vidit Matriti 1600., 1625. 1629. in 8. Barcinone apud Sebast. Cormellas 1605. in 8. & apud Hieronymum Margarit 1612. Secunda pars Matriti 1606. Barcinone 1607. Tertia, quæ Romances continet, Matriti 1616.

Præterea scripsit:

Juegos de Noche buena. Barcinone 1611. apud Sebastianum Cormellas. Matriti 1613.

El Monstro imaginado. Ibidem apud Franciscum Martini 1615. 8.

Epigramas, y Geroglyficos a la Vida de Christo, festividades de Nuestra Señora, Excelencias de Sanctos, y grandezas de Segobia. Matriti 1625.

Epitome de la Vida de Christo en discursos metaforicos. Segobiæ 1629.

Cogitabat omnium horum operum editionem iterare cum ad plures transiit e patria ipsa anno MDCXXII. ætatis LXXI.

F. ALPHONSUS DE LEON, Hispalensis, ordinis Sancti Benedicti, sodalium quondam Abbas in patriæ urbis monasterio, dum in Montis Serrati alma, celeberrimaque ubique domo ageret, in lucem dedit:

Advertencias selectas de la Vida Espiritual, fundadas en la Regla de San Benito Maestro universal de santidad y discrecion. Barcinone 1637. in 4.

ALPHONSUS LIMON MONTERO, Medicus, Complutensis Doctor & Magister, Philosophus, in eadem academia vespere Professor Medicæ Artis, scripsit:

De Urinis Tractatum. Compluti apud Franciscum Garcia Fernandez 1674. fol.

ALPHONSUS DE LOBERA, Carolo Cæsari Hispaniarum Regi a sacris, dedit vernacule:

La Risa de Democrito, y llanto de Heraclito, ex Italico poemate Phileremi Fregosi. Pinciæ apud Sebastianum Martinez 1554. in 4.

F. ALPHONSUS LOBO, Latine LUPUS, in Medina Sidonia, Bæticæ provinciæ oppido (alii ajunt Matriti, alii in Portugallia, alii in oppido Almodovar del Campo) natus, quod ex libro professionum provinciæ S. Joannis Baptistæ constare ait nuperus & elegans hujus provinciæ Chronographus Antonius Panes, Franciscanus Excalceatus, huic Seraphico ordini cum primo inter Observantes, atque inde inter strictiores sectæ Sodales laudatæ provinciæ S. Joannis Baptistæ, tandemque inter Capuccinos, si vera sunt quæ in eorum Historia referuntur, eximium honorem apportavit. At est qui inter Capuccinos eum vixisse habitu eorum indutum, eo quod in Italia Excalceatorum domus non ulla esset, nunquam tamen hujus Instituti professionem emisisse constanter affirmet, laudatus nempe Refor-

formatorum S. Joannis Baptistæ provinciæ Historicus. Namque post aliquot annos prioris Instituti in Hispania laudabiliter ac potius Evangelice transactos, Regiis obsequutus Ministris, qui libertatem hominis in negotio quodam Ecclesiastico palam, & in concione defendendo pertinaciam haud culpæ immunem interpretabantur, in Italiam se contulit: quam totam, postquam sese Pio V. & Gregorio XIII. Pontificibus Summis probavisset, Capuccinorum professione jussu ejusdem Gregorii emissa peragravit, implevitque fama sui nominis, & concionum vere Apostolicarum dignitate & fructibus. Corsicæ etiam insulæ in vitiorum & discordiarum prolapsæ barathrum, destinatus eo cum aliquot sociis ab eodem Gregorio, pacem ac morum rectitudinem bona ex parte restituit. Sacros inter oratores sui temporis Rhetorem omnibus artis suæ numeris absolutum si expectares, Lupo haud inerat hæc accuratio; & tamen (ut Carolus Cardinalis Borromæus splendidissimum sanctitatis lumen ajebat) cum nihil eorum haberet quæ spectari solent in perfectis oratoribus, partes tamen oratoris habuit universas. *Si enim rigide ac severe* (subjungo libens auream Federici Cardinalis itidem Borromæi, Caroli nepotis, atque in sede Mediolani successoris de Lupo censionem) *ipsum eloquentiæ nomen exigeretur, non erat eloquens Lupus, nec doctrinæ multum, nec ordo certus, nec verborum nitor elucebat in illius oratione, nec ipse gratiæ satis habebat: ac nova tamen & inusitata quadam via gratissimus erat auditorum animis, vel eloquentiæ laude, vel admiratione doctrinæ, ordine quoque totius orationis & ornatu. Adeo poterat spiritus intimæ pietatis explere, si quas haberet lacunas: nutuque fiebat divino ut partes illæ, quæ tam necessariæ sunt oratori, confunderentur ita & miscerentur ut alteram ab altera dignoscere non posses*: hæc & alia lectu dignissima de Lupi laudibus vir ille amplissimus libro secundo *De Sacris sui temporis Oratoribus.* Tanta vis animi, tantus impetus (ut Cicerone utar) tantus dolor oculis, vultu, gestu manibusque significabatur, idque cum totius actionis magno decoro ac pondere, ut volitare fecerit per ora virûm illa ætas *Toletum docere, Panigarolam delectare, movere* autem *Lupum,* quæ præcipua laus est Sacri oratoris. Adeo ut quondam Salmanticæ tota Quadragesima concionatus divinæ eloquentiæ vi non minus quingentos ex Scholastica illa juventute in portum Religionis perculisse referatur. Hoc saltem Apostolici muneris, perfectissime fructuosissimeque ab eo gesti, ex Zachariæ Boverii *Historia Capuccinorum* specimen esto. Biennio ante mortem in paralysim incidens, Barcinone, quo se ex Italia tandem contulerat, in cœnobio Montis Calvarii anno MDXCIII. sanctissimam & clarissimam insignium quoque merito miraculorum animam Deo reddidit. Concionibus & orationi toto vitæ suæ tempore immersus:

Commentariolum tantum *in Esaiam Prophetam* reliquit penes Federicum Cardinalem Borromæum, quem jussit ille in bibliotheca Ambrosiana sua reponi, promulgandum aliquando (ait ille) in gratiam eorum qui studiis hisce delectantur.

Præter laudatos Cardin. Borromæum, & Zacchariam Boverium volumine secundo *Historiæ Capuccinorum* ad annum MDXCIII. Waddingum item in *Scriptorum Ordinis Minorum* albo, mira quædam de Lupo refert Joannes Baptista de Madrigal, ejus, dum inter Excalceatos in Hispania degeret, sodalis in prologo *Evangelici* sui *Homiliarii* Hispana lingua scripti. Laudatus etiam Antonius Panes in *Historia* eadem *provinciæ S. Joannis Baptistæ Excalceatorum* lib. I. primæ partis cap. LIX. & aliquot sequentibus, qui tamen nil de causa Hispania exeundi. De patria autem quod annotavimus variare auctores, Ludovicum Muñozium & Franciscum de Sancta Maria significare animus fuit: quorum prior in *Vita Joannis Avilæ*, ubi de loco ejus natali Almodovar, posterior autem, dum de rebus agit Catharinæ de Christo in *Historia Reformationis Carmelitanæ*, patriæ ex oppido jam laudato, aut ex Portugalliæ regno auctores sunt, quos improbat ex authentico professionum libro idem Panesius cap. LXII. in quo libro ita scribi fecit Petrus Lupus Alphonsi frater vir sanctissimus, de quo idem lib. III. cap. XL.

ALPHONSUS LOPEZ, Pincianus vulgo, a patria ut verisimile est, cognominatus, Doctor Medicus, tuendæ valetudini Mariæ Augustæ, Maximiliani Imperatoris Viduæ, præpositum se esse ait eo tempore quo Apollini, non tam Æsculapii quam Musarum parenti, litabat scribens sermone vernaculo artem Poeticam, cui tamen ita indidit nomen:

Philosophia antigua Poetica. Matriti apud Thomam Junctam 1596. in 4. sed cum tenere artem minime sit Poetam esse, qui (ut proloquium vulgare est) nascitur, nec industria aut præceptis formatur, languide nec eleganter conscripsit de inchoata Hispaniæ liberatione ab Arabum captivitate Pelagii Regis virtute & auspiciis poema heroicum, scilicet:

El Pelayo, excussum ... Anno ... in 8.

In Medicina vidimus eo Auctore.

Hyppocratis Prognosticum. Matriti 1596. 4.

Pietatem eius simul atque doctrinam celebrat Joannes Marquez Augustinianus in *Vita B. P. Fr. Alphonsi de Horozco*, sanitatem ocu-

oculorum ei mirabiliter reſtitutam hujus Sancti Viri apud Deum gratia commemorans.

ALPHONSUS LOPEZ, ex dioeceſi Conchenſi, Jeſuitarum coadjutor temporalis in Nova Hiſpania, in cujus Regia urbe Mexico ſeſe ei addixit, edidit librum:

De la cura de las enfermedades. Mexici in folio: quo uti præcipue Miſsionarios in iis partibus prodit Nathanael Sotuellus in *Bibliotheca ultima Societatis.* Obiit Mexici MDLXXXXVII. Martio menſe.

ALPHONSUS LUPEUS, ſeu LOPEZ, Medicus, ſcripſit, quem citat Zacutus Luſitanus lib. 1. Obſervat. x.

De Vini Commoditatibus librum 1550.

ALPHONSUS LOPEZ CUREOLANUS. Quære ALPHONSUS DE CORELLA.

ALPHONSUS LOPEZ DE HARO, Caraccenſis (hoc eſt Guadalaxara urbe oriundus) Hiſtoricæ rei, præcipueque veterum Hiſpanæ nobilitatis ſtemmatum ac ſucceſsionum callentiſsimus, obtinuit tandem Chronographi Regii munus Philippi Regis IV. beneficio quo non diu potuit, debitum naturæ cum perſolviſſet, frui. Attamen exquiſitæ in pangendo opere Genealogico diligentiæ gratiam, ſive inevitabile humano ingenio atque induſtriæ a vero alicubi deviandi fatum, ſive quod intexuiſſe aliqua in gratiam quorundam alieno potius arbitrio quam ſuo exiſtimetur, bona ex parte corrupit. Quare Regius Senatus decreto ſuo anni MDCXXIII. (quod inter alia editum eſt juſſu & auſpiciis D. Didaci a Riaño, Caſtellæ ampliſsimi ordinis Præfecti) fidem huic operi, quæ non ſemel fluxa ei eſt, in judicio abrogavit. Magno tamen adhuc a doctis viris & hujuſmodi monumentorum curioſis in pretio habetur. Hoc tale eſt:

Nobiliario Genealogico de los Reyes, y Titulos de Eſpaña. Matriti 1622. fol. ex officina Ludovici Sanchez Regii Typographi, & Viduæ Ferdinandi a Correa, duobus tomis.

De las Caſas Solariegas de Eſpaña MS. opus ab eo relictum D. Petrus de Roxas, Moræ Comes, Regius Italicarum rerum Senator, penes ſe habuiſſe dicitur cum in vivis eſſet.

Laudat hoc opus D. Joſephus Pellizer Regius Hiſtoricus in Memoriali *Por D. Fernando de los Rios* fol. 13. num. 56.

Romæ vidimus inter libros Ducis Urbini in Vaticana Cod. 712. *Linages iluſtres de la Corona de Caſtilla ſacados para la Libreria del Sereniſsimo Señor Franciſco Maria de la Rovere Duque de Urbino.* Cujus ſeries ad annum MDCXV. tantum pertingit. Non alium exiſtimo ejus collectionis auctorem niſi Alphonſum noſtrum.

Arbol de los Veras, ab eo formatum, Mediolani edidit D. Joannes Mogrovejo de la Cerda 1626. folio magno.

Caſas Solariegas del Principado de Cataluña. Hoc opus laudat ipſe auctor in Nobiliario lib. x. cap. x. pag. 319.

ALPHONSUS LOPEZ DE HINOIOSO, ſcripſit:

Suma, y Recopilacion de Cirurgia con un Arte para ſangrar, y examinar Barberos. In ſecunda editione adjunctum fuit *El origen, y nacimiento de las Reumas, y enfermedades que de ellas proceden.* Mexici Indorum 1595. in 4.

ALPHONSUS LOPEZ DE SOTO, presbyter, in Caſtello Belorado Bonarum Artium profeſſor, carmine compoſuit adjecto commentario:

Antidotum contra Venerem ex Sacrarum Literarum arcanis, & ex Philoſophorum ac Poetarum. Stellæ Navarrorum 1546. in 4.

F. ALPHONSUS DE LUNA, Villalpandenſis, quod Palentinæ dioeceſis oppidum eſt, nobili loco natus, in Dominicanorum familia, cui Salmanticæ adſcriptus fuit, ejuſque urbis ſchola Joannem Schotum atque item Durandum docens, non mediocriter laudabatur quo tempore edebat:

Novas Obſervationes in Expoſitionem Fratris Bartholomæi de Medina ad Tertiam Partem Sancti Thomæ una cum ea ipſa expoſitione publicatas. Salmanticæ 1596. fol.

Extinctus eſt hoc ipſo anno MDXCVI. nondum attingens quintum & quadrageſimum ætatis.

F. ALPHONSUS DE MADRID, a loco natali cognomen ſortitus, in familia fratrum Minorum pietate ſe, ac inſinuantibus & ſpirantibus pietatem libellis conſpicuum reddidit, his ſcilicet vernacula lingua:

Arte para ſervir a Dios. Compluti apud Michaelem de Eguia 1526. 4. Burgis 1530. in 16. Et hoc quidem vere aureum opuſculum, quod minus emendato dicendi genere non ſemel aures legentium læderet, Ambroſius Morales ſcite reformavit, verbaque excellenti doctrinæ reſpondere ad amuſsim fecit, atque edidit Matriti anno 1598. Latine autem vertit *Joannes Hentenius* Dominicanus, Belga, qui olim in Luſitania Hieronymianorum ſodalis fuerat, vir doctus aliiſque operibus celebratus, cujus quidem verſio prodiit Lovanii 1576. in 16. Itemque Ingolſtadii apud Sartorium 1578. & Coloniæ 1608.

1608. in 8. Italiceque apud Paulinum 1604. & Gallice apud Guidonem Boudoville Tolosanum typographum 1555. in 16. Necnon & Germanice a Jacobo Farcin Gallo-Brabanto Franciscano.

Espejo de Ilustres Personas. Burgis 1542. in 12. atque item Latinum ejusdem Hentenii opera, simul cum *Arte recte inserviendi Deo. Speculum* vero Italice dedit locupletatum a se Carolus Bascape, Novariensis Episcopus.

Siete Meditaciones de la Semana Santa, quem libellum Gallice interpretatus est Gabriel Chappuis Turingus, Regis Galliarum Historiographus, editum Parisiis 1587.

Tratado de la doctrina Christiana, editus cum *Arte Deo serviendi.*

F. ALPHONSUS DE MAIORGA, Franciscanus, domo ex Portu S. Mariæ, Bætici tractus oppido admodum celebri, scripsit:

Vida de S. Antonio de Padua en octavas, MS. in 4. visitur in bibliotheca Villumbrosana Matriti apud Excellentissimam Comitissam.

F. ALPHONSUS MALDONADO, Pincianus, sodalis Prædicatorum diu ad S. Paulum Pincianæ urbis cœnobium Sacrarum Scripturarum Interpres, generalisque Ordinis sui Concionator, totius historiæ ante alia peritissimus, qui si non Berosi Anniani sectatorum, quales Dominicani plures haberi amant Annio suo faventes, gregi se permiscuisset cautius profecto in hoc studio versatus esset. Vastum hic opus animo concepit, quod inchoatum dumtaxat vidimus priore volumine in publicum emisso, cujus hæc inscriptio:

Chronica universal de todas las Naciones, y Tiempos. Matriti ex officina Ludovici Sanchez 1614. fol. Ex viginti partibus, in quas totum opus distributum habuit, hic quidem tomus quatuor priores continet ab exordio nempe rerum ad annum usque MCCLXXVII. ante reparatum orbem adventu Christi. Præcedunt tamen:

Diez y seis Tratados de los puntos mas importantes de la Chronologia, videlicet. *De los años que huvo desde la creacion del Mundo hasta el nacimiento de Christo : De las Hebdomadas de Daniel : Del Consulado en que nació Christo : Del Año, Mes, y Dia de su muerte : De la Genealogia de Christo : De la autoridad del Beroso Aniano, y de Flavio Dextro* ; & alia.

Postea edidit:

Resoluciones Chronologicas. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1623. Sunt quidem CCIIII. conclusiones cum additione *De cognatis Domini nostri Jesu Christi.* Quas defensurum se promisit a quibuscumque impugnatoribus : hæ prodierunt antea Cæsaraugustæ 1617. sed auctiores Matriti.

F. ALPHONSUS MALDONADO, Franciscanus, sodalis provinciæ Sancti Jacobi, Concionator Apostolicus, Commissariusque Generalis in Indiis Occidentalibus, obtulit Philippo II. Regi Serenissimo in defensionem Religionum tractatum eruditum vulgari lingua, nuncupatum:

Defensa de los Pequeños, quem haberi in bibliotheca Minorum monasterii Lucensis in Gallecia testatur Waddingus.

ALPHONSUS MALDONADO, scripsisse dicitur:

Historia del Maestre de Alcantara D. Alonso de Monroy, y de la Casa de este Apellido. Idemque vertisse in linguam Castellæ:

Los Comentarios de Apiano Alexandrino. Quæ interpretatio, sive librorum sit *de Bellis Civilibus*, sive singularium ceterorum (de quo nobis non liquet) MS. servabatur annis superioribus in bibliotheca Olivariensi.

D. ALPHONSUS MANZANEDO DE QUIÑONES, Vallisoletanus, vir nobilis, ex Canonico Doctorali Calagurritanæ Ecclesiæ, & Barcinonensi Fidei rerum Inquisitore Romam evocatus ad exercendum in Romana, ut appellant, Rota judicis munus, plusquam duos supra viginti annos laboriosissimum hoc pensum volvit magna cum sui nominis fama : vir integerrimus, & qui ob insignia merita consequutus fuit a Gregorio XV. Pontifice exter homo Patriarchatus Hierosolymitani vacuum re nomen, sed honorificentissimum conferrique dignissimis solitum. Reliquit moriens in manibus Ludovici de Valle Protonotarii Apostolici, Romanæque curiæ Advocati, quas tandem edidit Thomas de Valle, hujus ex fratre ut credimus nepos:

Decisiones S. Rotæ Romanæ, causarum scilicet quarum fuit Relator ut moris est. Romæ apud Nicolaum Tinassium 1673. fol. Illustraverat jam dictus Ludovicus has decisiones propriis scholiis, quæ in hac editione omissa editurum se aliquando Thomas nepos in se recepit.

Obiit Romæ, sepultus ad S. Isidorum fratrum Hibernorum S. Francisci Observantiæ cum hoc titulo:

D. O. M.
Alphonso Manzanedo de Quiñones,
Nobili Vallisoletano, Canonico Doctorali
Calagurritano,
Inquisitori Barcinonensi,
Diuturno Sacræ Rotæ Romanæ
Auditori,

Ob

Ob inſignem doctrinam,
Summamque integritatem
A Gregorio XV.
Ad Patriarchatum Hieroſolymitanum
Aſſumpto.
Obiit Idibus Novembris
Anno Domini MDCXXVIII.
Ætatis LXXI.

D. ALPHONSUS MARAÑON DE ESPINOSA, Archidiaconus *de Tineo* in Ovetenſi Eccleſia, in ſchedis reliquit:

Memorias del Principado de Aſturias. Cujus operis meminit D. Joſephus Pellicer Archichronographus Regius in Memoriali *Por Don Fernando de los Rios, y Argote Señor de Miranda* fol. 5. Hunc tamen in opere alio nuncupato: *Juſtificacion de la Grandeza de primera claſe del Conde de Miranda* §. XXII. num. 26. Petrum appellat, ſcripſiſſeque ait *De rebus geſtis Didaci Melendez de Valdes,* qui ſub Rege Petro Caſtellæ *Fortis* cognomine appellabatur, portionem ut ſuſpicor hujus operis ſignificare volens.

ALPHONSUS MARTIN, Medicus, ſcripſit:

De la Complexion de las Mugeres. 1526.

ALPHONSUS MARTIN QUIRANTE, ſcripſit:

Relacion de las Islas Molucas, y las demas en que hay drogas de eſpeceria, clavo, nuez moſcada, pimienta, y otras coſas que ſe llevan a Eſpaña, Olanda, Ingalaterra, y Francia, con todas las fuerzas, y fatorias que el Rey nueſtro Señor, y Olandeſes tienen, con declaracion de la Artilleria, Infanteria, y Guarnicion que hay en cada una, y naturales que la habitan, y ſus calidades. Directa fuit ad Philippum III. Regem noſtrum anno MDCXIX. Manuſcripta erat penes Laurentium Coccum amicum noſtrum, rerum Indicarum curioſiſſimum, dum in vivis ageret, Matriti.

F. ALPHONSUS MARTINEZ, Dominicanus ex provincia Bætica, præſtantis judicii atque doctrinæ Theologus, elucubravit juſſu eorum qui apud nos Religionem proprio ex munere tuentur:

Cenſuram Adnotationum Franciſci Vatabli in Biblia ejuſdem, juxta quam emendatæ prodierunt.

Claruit circa annum ſuperioris ſæculi LVIII. Antonius Senenſis, Joannes Marieta, Didacus Fernandez, Joannes Lopez Monopolit. Præſul IV. parte *Chronic. Ordinis Sancti Dominici* lib. II. cap. III. auctores ſunt.

ALPHONSUS MARTINEZ DE ESPINAR, Sereniſsimi Principis Balthaſaris Caroli immature nobis erepti, deindeque Philippi IV. ampliſsimi Regis noſtri Adjutor a cubiculo, qui & in venationibus ex officio ei ſclopetum miniſtrabat, in lucem emiſit:

Arte de Balleſteria, y Monteria eſcrita con metodo para eſcuſar la fatiga que ocaſiona la ignorancia. Matriti 1644. in 4.

ALPHONSUS MARTINEZ LAGUNA, oriundus ex oppido de los Cameros, edidit:

Suma de la Doctrina Chriſtiana. Salmanticæ apud Joannem de Canova 1555. 4.

ALPHONSUS MARTINEZ, auctor cujuſdam libri ſic inſcripti:

Daño que cauſan las malas mugeres a los locos amantes, anno 1529. in fol.

F. ALPHONSUS A MATRE DEI, Aſturicenſis, Carmelitarum Reformatorum ſodalis, primus Segobiæ ſectator novæ hujus Sectæ, ſcripſiſſe fertur & apud ſuos reliquiſſe:

Chronico de la Reforma de ſu Religion.
Santoral Carmelitano.
Vida del V. P. Fr. Juan de la Cruz.

In quo fidem ſequor Didaci de Colmenares rerum Segobienſium Hiſtorici, qui ait deceſsiſſe eum XXVIII. die Auguſti anno MDCXXXV. Alphonſo a Matre Dei tribuitur opus, quod Italicum ita inſcriptum:

Inſtruttione per agiutar a moribondi, prodiit Romæ 1618. ex officina Maſcardi.

Philippus Labbæus in appendice *Bibliothecæ Bibliothecarum* tribuit Alphonſo a Matre Dei *Indicem Scriptorum Carmelitarum,* quem edidit Emmanuel Roman ejuſdem Ordinis in fine libri *De Viris Illuſtribus Carmelitis* Matriti 1627. in 4. Latine & Hiſpane.

F. ALPHONSUS DE MEDINA, Carrionenſis, in Luſitanica Minorum Reformatorum, quam de Arrabida vocant, provincia floruit ſanctitate vitæ ac contemplationis ſtudio: de qua re librum edidiſſe Oliſipone anno 1611. refertur apud Georgium Cardoſum in *Agiologio Luſitano* die XXVII. Aprilis pag. 736. & in ſchedis ad *Bibliothecam Luſitanam.*

F. ALPHONSUS DE MEDRANO, Franciſcanus, Caſtellæ Provinciæ in Turris Lacunæ cœnobio Eccleſiaſtem ſe & Philoſophiæ Lectorem profitetur, ſcribens:

Inſtruccion, y Arte para con facilidad rezar el Oficio divino conforme a las reglas del Breviario de Pio V. Compluti apud Andream de Angulo 1572. in 8.

ALPHONSUS MENDEZ, Lusitanus, Jesuita, ex Bibliorum Eborensi Interprete factus Æthiopiæ Patriarcha eo navigavit anno MDCXXIII. ibique permansit quamdiu Sultanus Ceguedus ejus Gentis Imperator in vivis fuit, a successore deinde ejectus. Scripsit:

Epistolam ad R. P. Mutium Vitellescum Præpositum Generalem Societatis Jesu datam ex Æthiopia primo Junii MDCXXVI. de suo in eam ingressu, rebusque ibi gestis, quæ extat una cum aliis Æthiopicis annuis ejusdem anni typis edita, seorsimque Olisipone 1631. in 4.

Oratio item ejus *ad Philippum III. Regem Catholicum cum veniret in Lusitaniam Eborensis Academiæ nomine*: ad calcem excussa est *Anacephaleoseon* Antonii Vasconcelli.

Adjudicari quoque eidem legimus *in Jonam Commentarium* a D. Francisco Emmanuele *Epist.* L. Centuriæ quartæ, cujus certe *Bibliotheca Societatis* haud meminit.

F. ALPHONSUS DE MENDOZA, Augustinianus, in Salmantina domo sub clarissimo illius ætatis, nedum Ordinis sui, Theologo Aloysio Legionensi paucis annis adeo profecit, ut juvenilem adhuc ætatem agens judicio & ingenio sic industriam adæquaverit vix ut esset unus aut alter quem in Scholastica & Biblica doctrina non dico superiorem sed vel parem agnosceret. Theologiam nempe non consueto, hoc est incondito atque horrido stilo, sed ut principem omnium scientiam decet ornato atque diserto pertractavit. Veterum ad hæc Interpretum libris, unde sciunt Neoterici, curiosissime inspectis, ad eorum placita, veluti ad pernoscendos hujus doctrinæ fontes, recentiorum prætervectus rivos, dum commentari coepit, alacri manu lectores suos fategit introducere. Artis quoque Poeticæ, qua valuit, facultas Latinis illius versibus in laudem Alphonsi Oroscii V. C. ejusque in *Cantica Canticorum* operis eleganter editis, magna cum laude possessoris sui se exerit, tam inter seria studia & mascula jucundi atque eloquentis. Administrasse eum in Salmantina academia Scoti docendi partes legimus in Possevini *Apparatu*, alias Vespertinæ cathedræ audit Præfectus: quod de vicaria utriusque muneris cura (qui enim posset aliud inter tot petitores veteranos juvenis?) libenter interpretor, nam & Aloysii jam laudati Bibliorum interpretis operam rebus domesticis addictam opera sua supplere se, tunc temporis cum parturiebat opus mox laudandum, ipse affirmavit. Duos supra triginta natus annos Garsiæ Loaisæ nuncupavit:

Quæstiones Quodlibeticas (barbarum hoc nomen sed Academicum est, quod declinare nefas) hoc est, partim scholasticas partim expositivas, prioris ordinis x. totidemque posterioris. His adjungitur:

Relectio de Universali Christi Domino ac Regno, quod rerum habet, & qua Deus, & qua homo est, (habita nempe pro obtinenda Sacræ Theologiæ laurea in Theologorum Salmantina schola die XIX. Decembris anni MDLXXXVI.) Salmanticæ typis Michaelis Serrani 1588. in 4. Coloniæ deinde anno 1603.

Quæstionem insuper aliam ad Bracharensem Episcopum Metropolitanum edidit, *An tota Magorum historia tredecim tantum a natali Christi diebus absoluta fuerit.*

Abiit ad plures circa annum MDXCI. in cujus immatura morte ingentem, si Deo placet, jacturam & nunquam satis deplorandam Theologica studia fecerunt. Aubertus Miræus nescio unde didicit electum fuisse eum in Archiepiscopum Regni Granatensis (quod de Novo Regno in America interpretor) cum immatura morte præreptus fuit.

ALPHONSUS DE MENESES, unus ex his qui Cursorias operas publico epistolici usus commercio locare solent, utili cura collegit deditque in lucem:

Repertorio, o Itinerario de los mas principales, y mejores caminos de España. Murciæ 1628. in 8. Lusitanis adscribitur a Lusitanis.

D. ALPHONSUS MENOR, Eques Sancti Joannis Melitensis, idemque Juris utriusque creatus olim Doctor Salmantinus, edidit:

Avisos a Principes, y Governadores en la guerra, y en la paz. Cæsaraugustæ 1647. in 8.

F. ALPHONSUS DE MENTRIDA, laudatur quod scripserit:

Vocabulario de las lenguas Filipinas. Matriti 1637.

ALPHONSUS DE MERGELLINA MONTEXO, scripsit:

Pro Immaculata Conceptione Virginis Deiparæ Discursum Juridicum. Murciæ 1627. in 4.

D. ALPHONSUS MESSIA DE TOVAR, nescio quis, scripsit:

Compendio de las Historias, y Reyes de España desde D. Pelayo hasta el Emperador Carlos V. Erat manuscriptum in bibliotheca Comitis Ducis de Olivares. Hanc ipsam auctoris nuncupationem præfert opus aliud sic inscriptum Latine:

De Gloria, & perfectione concionatoria. Asturicæ editum 1624.

F. ALPHONSUS MICHAEL, Zamorensis, ordinis Prædicatorum, in Regio Deip. Vir-

Virginis de Trianos cœnobio ad eum receptus, S. Theologiæ Magifter, primariufque ejufdem difciplinæ profeffor Complutenfis, ac in collegio S. Thomæ hujus nobilifsimi gymnafii ftudiorum Præfectus, Apoftolicis Fidei Judicibus a cenfione Theologica, vir vere religiofus doctrinæque præftantis, edidit:

Super Primam Partem S. Thomæ vol. unum, in eodem collegio typis commiffum.

ALPHONSUS DE MIRANDA, Lufitanus, Sebaftiani Regis Computator, dedit foras:

El Dialogo de la Perfeccion, y partes del buen Medico, ex Latino nefcio cujus. Olifipone apud Joannem Alvarez 1562. 4.

F. ALPHONSUS DE MOLINA, alias ESCALONA, Efcalonenfis, Francifcanus: in Novæ Hifpaniæ Indico tractu a puero verfatus, eo ingenio didicit eaque pietate percoluit Indorum illius regionis linguam ut rudes animos tam ore quam libris, hoc ipfo fermone editis, quamplurimum juverit. Mexicanis lepore fingulari atque elegantia totos quinquaginta annos viam falutis munivit: jacetque in urbe primaria ob pietatis meritum celebratus a Francifco Gonzaga Ordinis Generali Præfecto in *Seraphica hiftoria* fub titulo *Provinciæ Sancti Evangelii*. Opera hæc ab eo prodierunt, quæ Lucas Waddingus in *De Scriptoribus Francifcanis* inter duos Alphonfos *de Molina* & *de Efcalona* non recte dividit, qui vere unus & idem auctor eft:

Vocabulario en lengua Caftellana, y Mexicana. Mexici 1555. 4. & 1571. fol. quæ pofterior editio auctior prodiit.

Arte de la lengua Mexicana, y Caftellana. Ibidem 1571. 8.

Catecifmo mayor, y menor. Si hic idem eft cum *Doctrina Chriftiana*, Mexici lingua edita hæc fuit Mexici primum 1546. deinde 1606. 4.

Confefsionario mayor, y menor 1565. his ipfis linguis, item

Sermones, &

Vida de S. Francifco.

Oraciones para los Indios.

Tratado de los Sacramentos.

Aparejo para Comulgar. Omnia Mexicano idiomate.

Obiit anno MDLXXXIV. ætatis LXXXVIII.

ALPHONSUS DE MOLINA CANO, ab Extremadura provincia, fcripfit:

Defcubrimientos Geometricos: Antuerpiæ apud Andream Bax 1596. 4.

F. ALPHONSUS DE MONROY, Hifpali natus, atque inter fodales fub advocatione Deiparæ Virginis Redemptores Captivorum receptus, poft adminiftratum Magiftri Generalis familiæ fuæ munus infulæ Portusdivitis apud Americos incolis datus fuit Epifcopus: egregius idem domefticarum legum obfervantiæque regularis affertor ac reftitutor

Conftitutiones primas confcripfit, deditque fodalibus ejufdem Inftituti Reformatis, five ut vocant Recollectis, quas deinde fucceffor ejus Philippus Guimeranius partim moderavit partim auxit.

Hifpali diem vidit extremum anno MDCXIV.

F. ALPHONSUS DE MONTESINO, ordinis Minorum, edidit Luca Waddingo tefte:

Sermones varios in Evangelia totius anni. Pinciæ 1618.

ALPHONSUS DE MONTOIA, Ocanienfis, Jefuita, Moralem Theologiam Murciæ Matritique cum laude docuit, decedens tandem in Salmanticenfi collegio Vice-Provincialis provinciæ Caftellæ anno MDXC. ætatis LVI. relicto inter fchedas:

De Votis Societatis infigni tractatu, ut legitur in *Bibliotheca Societatis.*

ALPHONSUS MORA, five DE MORA fcripfit:

Orationem de Trinitate, quam excuffam typis effe affirmat *Gefnerianæ Bibliothecæ* epitomator.

F. ALPHONSUS DE MORAES, Carmelita, dimidiati fuperioris fæculi fcriptor, a Cardofo laudatur in fchedis ad *Bibliothecam Lufitanam* quin tamen aliquod ejus opus proprio titulo appellet.

ALPHONSUS DE MORGADO, in Alcantara urbe natus in Hifpalenfi domicilium fixit, obtento ibi ut lego ad Sanctæ Annæ Trianenfis fuburbii facerdotio: quo in loco in obfequium grati animi verfus alteram patriam elaboravit:

La Hiftoria de la Ciudad de Sevilla. Hifpali 1587. typis And. Pefcioni in fol. Item

Democrito, y Eraclito, Rifa, y Planto, ex Italico redditum opus, anno 1554. in 4. editum Alphonfo de Morgado tributum reperio; nifi Alphonfus de Lobera fit, cui laudem alias hujus interpretationis confignavimus.

ALPHONSUS MUDARRA, fcripfit:

Tres Libros de Mufica de Cifra para Vigüela. Hifpali apud Joannem de Leon 1546. in 4.

F. ALPHONSUS MUÑOZ, Dominicanus,

nus, qui ex commendata sibi provincia historiam Ordinis a Ferdinando Castello inchoatam debuit, ut fama est, ad exitum perducere, saltem aliud opus reliquit absolutum:

De las Ceremonias de la Misa.

Desumpsimus hæc ex *Historia* Ordinis ejusdem, quam prosequutus fuit Monopolitanus Episcopus, IV. parte lib. II. cap. III.

Aliusne an idem sit *Alphonsus Muñoz*, Tevarensis natu, ejusdem Ordinis ignoro, qui ex Italico in Latinum vertit Hieronymi Savanarolæ *Homilias in librum Ruth*, *&* *in Micheam* &c. Salmanticæ 1556. apud Joannem de Canova 4. Qui & editurum statim se cum integra Savanarolæ vita *Commentarium* seu *Homilias* ejus in *Amos Prophetam* in præfatione laudatæ interpretationis pollicitus fuit. Distinguit certe Antonius Senensis, & ex eo Alphonsus Fernandez. Item cognominis alius vertit ex Italico librum *De las cosas maravillosas de Roma de Fr. Pedro Martyr Felini de Cremona*: qui quidem quamvis editus anno 1610. in 8. potuit optime a superioris sæculi auctore, qui idem sit saltem cum Savanarolæ interprete, nasci.

ALPHONSUS MUÑOZ, Regius Barbitonsor ac Phlebotomus, scripsit:

Instruccion de los Barberos Flebotomianos. Matriti apud Alph. Martin. 1621. 8.

ALPHONSUS DE NARBONA, Toletanus, Joannis ac Didaci frater, Eugeniique ex fratre nepos, quorum omnium monumenta in literarum studiis provocant posterorum laudem, Jurisconsultus idem Doctorque Toletanus viginti annos tantum in ætate habens renuntiatus: Institutiones Justiniani quinquennio exacto in patria academia de superiore loco explicuit, nec non Sextum Decretalium librum ante trigesimum ætatis interpretari cœpit, quo munere fungebatur cum edidit:

Commentaria in Tertiam Partem Novæ Recopilationis legum Hispaniæ, sive in leges sub unoquoque Novæ Recopilationis titulo quaternionibus duobus ultimis additas; quas nec Alphonsus Azevedus, nec alius aliquis interpres attigit. Toleti 1623. folio: simulque commentarium

Ad Legem XX. Tit. I. Lib. IV. Ejusdem Compilationis; sive ad Concordiam inter Fidei Judices, & alios Sæculares Magistratus circa exemptionem Familiarium Sancti Officii.

Obiit Toleti anno MDCXI. cum jam destinatus esset loco primo vacaturo in altera ex cancellariis Regiis Hispaniæ, uti ex fratre Joanne Narbona per epistolam accepi, ætatis suæ XLVII.

F. ALPHONSUS NAVARRO, Bæticus, Carmelita, scripsisse dicitur:

De la Gracia, o Indulgencia que llaman Sabathina concedida a los que trahen el Escapulario de Nuestra Señora del Carmen.

F. ALPHONSUS DE NOVA, cujus instituti Religiosi fuerit nescio, reliquit MS.

Historia de Galicia, quam non semel laudat D. Josephus Pellizer Regius Historicus.

ALPHONSUS NUÑEZ, Ellerensis, Medicus Doctor in familia D. Petri Gundisalvi de Acevedo Placentini præsulis numerabatur cum scripsit:

De pulsuum essentia, differentiis, cognitione, causis, & prognosticis librum unum. Salmanticæ 1606. in 4.

Deinde Hispalim veniens edidit:

De Gutturis & Faucium ulceribus anginosis, vulgo *Garrotillo.* Hispali 1615. 4. apud Franciscum de Lyra.

Pro laborante visus offuscatione sine imminuta visione Consilium. Hispali 1616. 4. Postea fuit Cubicularius Medicus Philippi nostri IV.

D. ALPHONSUS NUÑEZ DE CASTRO, N. Nunnesio patre natus, quem Joannes Tellius Gironius Ursaonensium Dux primo, deinde Philippus IV. Rex noster Catholicus Cubicularium habuit Medicum. Chronographus idem ejusdem Summi Regis edidit:

Espejo Christalino de armar para Generales valerosos, de Desengaños para Christianos Principes, historiado en la serie historial, y Panegyrica de los Heroes Augustos, que ilustraron las dos familias de Girones, y Pachecos. Matriti 1648. in 8.

Historia Eclesiastica, y seglar de la Ciudad de Guadalaxara. Matriti apud Paulum del Val 1658. folio.

Seneca impugnado de Seneca en qüestiones politicas, y morales. Matriti 1650.

Solo Madrid es Corte. Matriti 1658. in 4. Hoc opus tertio prodiit cum hoc titulo: *Solo Madrid es Corte, y el Cortesano en Madrid* cum additionibus apud Rochum Rico de Miranda 1675. in 4.

Exemplar de Perfeccion ideada en las Vidas de las Venerables Madres Maria de San Pablo, y Ana de San Antonio, Fundadoras del Convento de San Joseph de Jesus Maria, que llaman del Caballero de Gracia en Madrid. Matriti 1658. in folio.

Corona Gotica, y Austriaca continuada. Eam scilicet Regum Gothorum succesionem in Legionis & Castellæ Regibus continuatam, quam ex destinatione perficere debuit D. Didacus de Saavedra Faxardo, *Coronæ Gothicæ* auctor. Matriti 1670. Hic secundus est tomus

mus *Coronæ Gothicæ* continens vitas XXXIII. Regum a Pelagio usque ad Ferdinandum III. Sanctum. Hunc tertius sequitur complexus Ferdinandi Sancti, Alphonsi Sapientis, Sancii ac Ferdinandi res gestas. Matriti apud Andream Garcia de la Iglesia 1677. in 4. & hunc quartus sequetur cui nunc incumbit. Seorsim tamen ac disparate ab hoc systemate quorumdam ex his Regum historias in publicum dedit, nempe:

Vida de San Fernando el Tercero Rey de Castilla, y Leon, Ley viva de Principes perfectos. Matriti apud Viduam Francisci Nieto 1673. in 4.

Coronica de los Reyes de Castilla D. Sancho el Deseado, D. Alonso el VIII. y D. Enrique el Primero. Matriti. Per Paulum de Val 1665. in fol.

ALPHONSUS NUÑEZ DE REINOSO, Guadalaxarensis, edidit:

Historia de los Amores de Clareo, y Horisea con los trabajos de Isea. Item *algunas Rimas.* Venetiis apud Gabrielem Giolitum 1552. in 8.

ALPHONSUS DE OIEDA, teste Antonio de Herrera scripsit, uti ait Antonius de Leone in *Bibliotheca Indica*:

De la Conquista de Nueva España.

ALPHONSUS DE OLEA, professor utriusque Juris, Pincianus, ex primaria cathedra Sacrorum canonum, deinde transacto jam solemni professionis vicennio ad Civile jus docendum concilii Regii præcepto adactus, in eodemque prætorio Regio causarum patronus, elucubraturus non vulgare argumentum edidit docte:

De Cessione Jurium, & Actionum tractatum. Pinciæ 1652. in folio, deinde Romæ sumptibus Josephi Corvi 1658. in fol. postea Venetiis apud Guerilios 1664. folio: tandemque Genevæ 1665. fol. tandemque Lugduni quintum & sextum diversis formis, quarum alteram, scilicet quintam, vidimus ex officina Laurentii Arnaud & Petri Borde 1669. in fol.

Fiscalem inde Advocatum agere jussus fuit in Granatensi curia, mox Senatorem, deinde Regii patrimonii in aula uti vocant Millionum, atque inde Regii patrimonii Fiscalem, qui nunc in Regio Castellæ senatu Consiliarii munus merito exercet.

D. ALPHONSUS ORDOÑEZ DAS SEIJAS & TOVAR, Sampaiensis Toparcha, publicavit:

La Poetica de Aristoteles dada a nuestra lengua Castellana. Matriti 1626. in 8.

El Tratado del Gobierno de los Principes del Angelico Doctor S. Thomas de Aquino. Matriti apud Joannem Gonzalez 1625. in 4.

ALPHONSUS DE OROPESA, inscribitur operi:

De Unitate Fidei, quod fuisse MS. scio penes Joannem de Torres, presbyterum Hispalensem.

ALPHONSUS ORTIZ, I. V. Doctor, Canonicus Toletanus, ex mandato Illustrissimi hujus Ecclesiæ Antistitis, Sacræque Romanæ Ecclesiæ Cardinalis D. Francisci Ximenii a Cisneros Missalem librum Mixti-arabicum recognovit emendavitque, atque editioni quæ facta est Toleti anno MD. paratum reddidit. Leguntur eodem auctore lingua vernacula:

Cinco Tratados: El primero, De la Herida del Rey D. Fernando el Catholico. El segundo, Consolatorio a la Princesa de Portugal. El tercero, Una Oracion a los Reyes Catholicos en Latin, y Romance. El quarto, Dos cartas Mensageras a los Reyes, una que escribió la Ciudad, la otra el Cabildo de la Iglesia de Toledo. El quinto, Contra la Carta del Protonotario Lucena. Hispali anno 1493. folio. Joannes hic Lucena libellum ad Reges porrexerat *de Temperandis apud Patres Fidei Vindices pœnis hæreticorum*, quo nomine ab Alphonso nostro arguitur. Blasius Ortizius in *Descriptione Templi Toletani* egregii hujus Viri habere se nonnulla volumina sermone Latino scripta refert. Bibliothecam suam academiæ legavit Salmantinæ.

ALPHONSUS DE OVALLE, in regno Chilensi Americæ natus, ibique allectus sodalis Jesuitarum, Romam veniens provinciæ suæ Procurator conscripsit in Urbe:

Historia, y Relacion del Reyno de Chile, y de las misiones, y ministerios que en él exercita la Compañia de Jesus. Romæ apud Franciscum Cavallum 1646. 4. Eadem Italice reddita iisdem typis & forma simul prodiit.

Carta al General de la Compañia en que da cuenta del estado de su Religion en aquella Provincia de Chile. Matriti 1652. in folio.

F. ALPHONSUS DE PADILLA, ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula Bæticæ provinciæ, cui semel atque iterum præfuit, Lector Theologiæ emeritus foras emisit:

Exegesim in Habacuc, literam illustrantem, mores instruentem. Matriti 1657.

F. ALPHONSUS PASTOR, Valentinus, ex oppido Aiora, ex Reformatis Minoribus provinciæ S. Joannis Baptistæ, scripsit:

So-

Soledades del Amor divino. Valentiæ apud hæredes Chryſoſtomi Garriz 1665.

F. ALPHONSUS PELAEZ, ordinis Carmelitarum, ſcripſit:

Triunfo del Santiſimo Sacramento del Bautiſmo, y revelacion de un inſigne Milagro que obró Dios librando de los Eſpiritus malignos a una muger que habia ſido de ellos atormentada por faltarle ſu gracia. Pinciæ apud Andream Merchan. 1605. 8.

D. ALPHONSUS DE LA PEÑA MONTENEGRO, Quitenſis in India Epiſcopus, ſcripſit:

Itinerario para Parrocos de Indios. Matriti 1668. in folio.

ALPHONSUS DE PEÑAFIEL, ET ARAUXO, Americanus, Riobambæ in Peruano tractu longe ab origine parentum natus, Societatis Jeſu ſodalis, ab anno hujus ſæculi decimo Philoſophiam & Theologiam tum Cuſchi tum Limæ eximiæ vir eruditionis & eloquentiæ docuit, necnon & edidit:

Curſum Artium, quatuor tomis. Jam enim tertius, poſtquam *Bibliotheca Societatis* excuſſa eſt, Lugduni prodiit 1653. 1654. & item quartus *De Metaphyſica* 1670. ibidem.

Theologiam quoque, duobus voluminibus Lugduni 1666. in folio. Lingua autem vernacula:

Obligaciones, y excelencias de las tres Ordenes Militares de Santiago, Calatrava, y Alcantara. Matriti 1643. 4. apud Didacum Diaz de la Carrera.

ALPHONSUS PEREZ, oriundus ex oppido ſatis noto diœceſis Placentinæ quod Don Benito vocant populares, Canonicus & ipſe Placentinæ Eccleſiæ, olim inter Salmanticenſes Togatos Archiepiſcopalis (ſic ab Erectore appellant) collegii ſodales annumeratus, profeſſorque in eodem gymnaſio utriuſque Philoſophiæ moralis & naturalis, ſcripſit:

Summam totius Meteorologicæ facultatis e Philoſophorum, potiſsime Peripateticorum, fontibus exhauſtam. Ad Didacum Dezam Caurienſem Epiſcopum. Salmanticæ apud hæredes Joannis a Canova 1576. in 4.

F. ALPHONSUS PEREZ, Salmanticæ inſtitutum Seraphicum S. Franciſci Regularis Obſervantiæ profeſſus, vir pius & doctus uti Waddingus ait, poetaque eruditus, edidit neſcio an Hiſpanice:

Conciones in laudem Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ Virginis. Salmanticæ 1619. Aliaque, nempe:

Declamationes pro Virgine dicta de los Remedios. Ibidem 1635.

ALPHONSUS PEREZ, Granatenſis, ſcripſiſſe dicitur eleganter Latina lingua:

Hiſtoriam Roderici Didaci de Bivar cognomento Cid, de quo auctorem laudo Franciſcum de Pedraza in *Hiſtoria Urbis Granatenſis.*

F. ALPHONSUS PEREZ, Ciſtercienſis Monachus monaſterii de Valdeigleſias, Salmanticenſis Theologiæ Magiſter, in cujus urbis gymnaſio inclyto pro Ludovico Bernardo Quiroſio ejuſdem ordinis Bibliorum interpretandorum cathedram & locum tenuit quadriennio integro, ibidemque ſodalibus ſuis ſemel atque iterum præfuit. Viſitator quoque totius Hiſpanæ congregationis ejuſdemque Diffinitor fuit. Ad Almerienſes poſtea ivit Epiſcopus anno MDCLIX. die IX. Julii creatus: unde ad regendam Gaditanam Eccleſiam XIV. Februarii MDCLXIII. transfertur. Scripta olim habebat, Carolo Viſchio in *Bibliotheca Ciſtercienſi* auctore:

Prophetæ Zachariæ Interpretationem in ſenſu literali adjectis ad ſeptem priora capita Diſcurſibus Moralibus. Item

Antidotum ad Expoſitionem Regulæ Magiſtri Caramuelis.

Obiit anno MDCLXIII.

ALPHONSUS PEREZ DE LARA, Toletanus, quo tempore cauſarum patrocinio gerendo patriæ operam ſuam probabat, dignum ſe ſtudiorum & prudentiæ fama præſtitit quem in Limenſis Americanæ urbis curiam Rex Catholicus cauſarum criminalium Judicem deſtinaret: quo quidem munere diſtinebatur cum *de Anniverſariis, & Capellaniis* fuit commentatus. Hinc Gallæcis poſt geſtam in hoc eodem conventu cauſarum Fiſcalium defenſionem conſcriptus Prætorii Pater jus dixit. Deinde curiæ Granatenſis tandemque Pincianæ Senator renuntiari promeruit.

Edidit nempe miſcellaneas quæſtiones:

De Anniverſariis, & Capellaniis: libris duobus. Matriti 1608. folio. Oſtii quoque Moguntinorum apud Balthaſarem Lippium 1610. 4. In quibus ſpecialiter diſputatur *De Virginibus maritandis. Pro Infantibus expoſitis nutriendis. Pro Captivis redimendis. Pro Carceratis relaxandis. Pro Monte Pietatis. Pro Feſto Corporis Chriſti celebrando cum Præcedentiis Proceſsionis. De Cadaveribus abſque tributo transferendis. De Quarta Funerali. De Probatione generis & qualitatis ſanguinis ad Capellaniam requiſitis.* Item

Compendium Vitæ Hominis in Jure Fori & Poli a ventre concepto uſque ad perfectam æta-

ætatem , *&* *senectam*. Pinciæ 1629. fol. Hispanice etiam:

Compendio de las tres Gracias de la Santa Cruzada , *Subsidio* , *y Escusado* , *&c*. Matriti 1610. fol. typis Regiis.

Testatur & ipse libro I. capite I. *De Capellaniis* Matriti se aliquando sub Philippo Rege III. vicem Prætoris gessisse.

F. ALPHONSUS PEREZ SERAPHINUS , ordinis Seraphici , Salmantinus , scripsit metricum librum hoc titulo:

Quexas de Lucifer en gloria , *y honra de la Serenisima Reyna de los Angeles de los Remedios*. Salmanticæ 1635. in 8.

ALPHONSUS PISANUS sive DE PISA, Toleti nascitur anno MDXXVII. post sextumque & vigesimum ætatis in sæculo transactum , jam Philosophus Magister , atque in Medicina (ut vocant) Licentiatus Societatem Jesu ingreditur. Romam missus Aristotelem ibi interpretatus est , sacræ etiam Theologiæ renuntiatus Doctor. In academiis deinde Ingolstadiensi & Dilingensi apud Germanos, mox in Polonia plures annos Theologiam docens illustrem navavit Ecclesiæ operam. Ut merito suo ab Illustrissimo Cardinali Baronio in appendice VI. Annalium tomi *Vir doctissimus*, *moribus quoque & modestia insignis*, *omni literatura ætate sua nobilissimus* : *Philosophus & Orator celebris* , ab Eisengreinio in *Catalogo Testium Veritatis* audierit. Scripsit:

Nicenum Concilium Primum Generale in quatuor libros distinctum , quorum primus continet quæ concilium præcesserunt , secundus acta in concilio , tertius decreta concilii LXXX. quartus ea quæ Canonum constitutionem subsequuta sunt. Dilingæ 1572. in 8. auctius Coloniæ 1582. in 8. & 1585.

De Abstinentia , *& Continentia* , *seu de Jejunio & ciborum delectu* , *& de Apostolico cælibatu*. Coloniæ 1579. in 8.

Tractatum de Quæstionibus Fidei controversis.

Catholicam Responsionem ad Epistolam Dom. Jacobi Niemorenski , *de Ecclesia & de Pontifice*. Posnaniæ 1587. in 4.

Confutationem brevem CXIII. errorum apud Sectarios nostri sæculi circa septem Ecclesiæ Sacramenta. Posnaniæ 1587. in 4.

Denatus est altero major septuagenario Calisiæ (vulgo Kalisch) in Poloniæ regno salutis anno MDXCVIII.

F. ALPHONSUS PONCE , Franciscanus provinciæ Castellæ , vertit atque edidit:

El Estimulo del Amor de Dios de San Buenaventura. Compluti apud Joannem Gracianum 1597. in 8.

La Doctrina de San Buenaventura para los Novicios : ut refert Petrus de Salazar in *Historia Provinciæ Castellæ* hujus ordinis lib. II. cap. XXIII.

D. ALPHONSUS DE PORTUGALLIA , Emmanuele Rege & Maria ejus conjuge , Catholicorum Regum filia , parentibus Eboræ natus, octennis creatus a Leone Papa X. anno superioris sæculi decimo octavo S. R. E. Cardinalis cum triginta aliis (quod nusquam alias auditum in Historia est) in eumdem ordinem allectis. Episcopus primo Targitanus honorario titulo , deinde Visensis , atque inde Olisiponensis Archiepiscopus , & Eborensis Ecclesiæ amplissimæ perpetuus Administrator fuit. Literis ab Ario Barbosa imbutus magnos in his profectus fecit , nec minores in excolendis moribus honestandoque Pastorali munere , cujus in paucis dum vixit verum fuit specimen. Multis de eo historici Lusitani , Castellani , Pontificii agunt , quos omnes in *Lusitana* sua *purpurata* Antonius de Macedo collegit , e cujus commentario hæc sunt. *Multa eleganter* (de Alphonso ait) *scripsit tum soluta tum ligata oratione* , *quæ magna ex parte hominum incuria perierunt. Reliqua hinc inde collecta in unum volumen conjecit Andreas Resendius* , *insignis illius ætatis antiquarius* , *& Joanni Regi Lusitaniæ typis mandata dicavit* : hæc ille. Quæ editio nunquam a me visa , sed ex aliis adjungere possum *Historiam* ab eo confectam Latinis fuisse literis *Alphonsi I. Portugalliæ Regis* , quam nescio an perfecerit auctor ac Resendius ediderit. Laudant alii *A Cartilha* , quam ex lingua Congi regni vernacula in Lusitanum transtulisse dicitur : quod ejusdem auspiciis ab alio factum satius est credere. Denatus est alterum annum supra tricesimum in ætate habens XXI. Aprilis MDXL. Meritus sane Ariæ Barbosæ hoc elogium:

Roma tibi donat , *Princeps Alphonse* , *Galerum*,
Dat tibi Roma decus , *nec minus illa capit.*

F. ALPHONSUS DE POZUELO (Waddingus de Pozzuelo vocat , quod cognomen haud nostrum est) Franciscanus Discalceatus provinciæ S. Gabrielis , edidit:

Quæstionem Theologicam : *utrum cuncti fideles Christiparæ Mariæ Ave dicentes* , *eo ipso illam ab originalis culpæ labe immunem protestentur*. Compluti 1616.

ALPHONSUS DE PRADO , Toletanus, in Complutensi academia Liberalium Artium professor , edidit:

Quæstiones Dialecticas supra libros Periermenias. Compluti per Michaelem de Eguia 1530 fol.

Toletum nempe tribuit ei patriam Alphonſi Baſtani auditoris hoc diſtichon

Explicat hos , aperitque tibi claræ urbis alumnus
Aurea quam cingit divitis unda Tagi.

ALPHONSUS DE PROAZA , Aſturicenſis ſacerdos , Philoſophiam atque in primis Lullianam ſectatus , inter præcipuos Raymundi Magiſtri vindices ætate ſua reputabatur. Guillenio Raymundi a Moncada Turiaſonenſi Epiſcopo fuit a ſecretis. Rhetoricam artem Valentiæ profeſſum refert Eſcolanus in *Valentina Hiſtoria* lib. v. cap. xxix. §. iv. Fallitur tamen in eo quod Perazam nominat, Bæticaque oriundum facit , cum ſe ipſe Aſturicenſem non uno loco appellet. Extat ejus, quod ſciam:

Oratio luculenta de Laudibus Valentiæ, quam , præcipiente hujus urbis ſenatu , publice habuit anno MDV. Valentiæ edita apud Laurentium Butz Germanum eodem anno in 4.

Necnon ad calcem *Raymundi Lulli cum Homero Sarraceno Diſputationis* acta quædam edidit , quæ habita olim ſunt in examen doctrinæ Lullianæ , de quibus agendum nobis proprio loco eſt in Raymundi ipſius rebus geſtis.

ALPHONSUS QUINTANUS , quidam edidit:

De Miſſa Parochi duas Quæſtiones , utrum ſcilicet teneatur eam pro Parochianis , & quibus diebus offerre ; & an die quo ad id teneatur , poſsit unica Miſſa populo , & alii obligationi eodem die occurrenti ſimul ſatisfacere. Salmanticæ apud Didacum a Cuſsio 1652. in 4.

ALPHONSUS QUIRINO , laudatur auctor vulgaris libri:

De la Sanidad , y Medicina. Toleti 1526.

ALPHONSUS RAMIREZ DE PRADO , Zafrenſis , Juriſconſultus & cauſarum patronus , Laurentii & Alphonſi , conſiliariorum Regiorum literis utriuſque clariſsimi genitor , Philippo II. Regi Catholico nuncupavit atque obtulit , præmio juſto remuneratus , vernacule primum deinde Latine optimum:

De Jure Succeſsionis , quod ei competebat in Regnum Portugalliæ tractatum , nunquam editum.

Auctores hujus ſunt Ludovicus Cabrera in *Hiſtoria Philippi II.* lib. xii. cap. ix. qui refert renuntiatum ab ipſo Rege fuiſſe Navarræ prætorii ſenatorem , deinde Regii patrimonii Advocatum Fiſcalem , necnon & a Philippo III. filio Supremi Caſtellæ ſenatus Patrem ; & alii.

D. ALPHONSUS RAMIREZ DE PRADO , Matritenſis , Alphonſi filius , Laurentii frater , Juriſconſultus , in prætorio Hiſpalenſi jus dixit , deinde in Granatenſi ; tandem in curia Regia inter Indicarum rerum Conſultores humanitate ac morum ſuavitate , profectuque vel in ſtudiis , propter quæ humani dicimur , omnibus carus atque in magno pretio habitus. Luſit olim:

Soteriam , ſive Fontem , & Viridarium , ad D. Balthaſarem Stunicam. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1622. in 8. Scripſit item:

Gnomas Legales Ethico-politicas. Matriti 1623. in 4. Quorum meminit cum modeſta laude V. clariſsimus D. Laurentius Ramirez de Prado auctoris frater in *Schediaſmate de Liberalibus Studiis* folio 44.

Illuſtrationum Legalium Centurias duas. Matriti 1624. in 4.

Gnomas Œconomico Juridicas.

De Romanarum Legum initiis & auctoritate:

De Succeſsione inter Fratres.

Eques ordinis Sancti Jacobi , Archidiaconuſque Ubetenſis in Giennenſi eccleſia , antequam in concilio Indico conſpiceretur , inter eos qui patrimonium tuentur Regium togatos Patres ſedit.

F. ALPHONSUS RAMON , Conchenſis , (ſcilicet in hujus Eccleſiæ territorio ſacro natus , patriam enim Vara de Rey oppidum habuiſſe dicitur) ſacræ jam Theologiæ Doctor inſtitutum ſibi delegit Fratrum Redemptorum Divæ Mariæ de Mercede , in quo Religioſæ profeſsionis ſacramentum diceret : vir fuit varia doctrina multiplicique eruditione perpolitus , ingenio facili & ad cudenda librorum monumenta , uti quæque res invitaret , præparato , Evangelicus inſuper ſacrarum concionum artifex non inelegans , ſuæque Religionis Chronographus. Scripſit Latino ſermone:

Epitomen Theologiæ Moralis.

Epitomen Theologiæ S. Scripturæ.

Reſolutiones Conciliorum.

Interpretationem nominum Virorum , Mulierum , Populorum , Idolorum , Urbium , Fluviorum &c. quæ in Bibliis Hebraice & Græce leguntur. Matriti 1617. 4.

In bibliotheca Olivarienſi erant ejus *Tabulæ Aureæ Politicarum Intelligentiarum.*

Vernaculo autem iſta:

Hiſtoria general de la Orden de Nueſtra Señora de la Merced Redencion de Cautivos, duobus voluminibus : quorum prius vivus publicavit Matriti apud Ludovicum Sanchez an-

anno 1618. posterius ab illius obitu sodales denuo recognitum, ex parteque suppletum ediderunt anno 1633. a quibus tertia & quarta pars expectantur.

Reliqua, minoris operæ & molis singula sed permulta, in classes ita dividi possunt.

Concionatoria:

La Espada Sagrada, y Arte para los nuevos Predicadores. Matriti 1616. 8.

Marial de la Virgen: Discursos predicables de la Concepcion. Matriti 1616. 4.

Proverbios de Salomon traducidos con dos comentos, y paraphrases Castellanas. Ibidem 1625. 8.

Geroglificos de la Vida de S. Pedro Nolasco con declaraciones morales.

Historica:

Vida del Venerable Padre Fr. Juan de Vallejo. Matriti 1617. 8. apud Ludovicum Sanchez.

Vida de San Pedro Nolasco Fundador de la Merced in 4.

Vida de D. Fernando de Cordova y Bocanegra. Matriti 1617. 4.

Vida del Caballero de Gracia. Ibidem 1620. in 8. per Didacum Flamenco.

Vida del Siervo de Dios Gregorio Lopez. Matriti 1617. 8. & 1630. 8. per Franciscum Martinez.

Historia y Milagros de la Imagen de Nuestra Señora de los Remedios de Madrid. Ibidem 1617. 8. apud Viduam Alphonsi Martini.

Fiestas de San Pedro Nolasco. Ibidem 1630. 4.

Declaracion Elogica y Apologetica del Condestable de Castilla. in 4.

Moralia, Politica, Varia:

Casa de la Razon, y el Desengaño. Matriti 1625. 4.

Gobierno Humano ajustado al Divino. Ibidem 1624. 4. Quod opus valde celebratur.

Entretenimiento, y Juegos honestos, y Recreaciones Christianas. Ibidem 1623. 8.

Instruccion de Principes en la Juventud.

Ascetica & Mystica:

Angel de la Guarda.

Elogio Eucharistico.

Doctrina Espiritual.

Psalterio Virginal, ex Latino Sancti Bonaventuræ. Matriti 1618. in 16.

Escuela Espiritual.

Quaresma Christiana.

Empleo de la Semana Santa.

Octava del Santisimo Sacramento.

Oficial Divino.

Jueves Santo.

Exercicios Espirituales sobre el Hymno; Lustris sex qui jam peractis, &c.

Llaves del Cielo.

Intencion de Sacerdotes.

Despertador de Pecadores.

Documentos comunes.

Devocion de Santa Ana.

Præter alia opuscula quadraginta & amplius, quæ mira facilitate pangebat, ut jure quidem appellaret ipse *Diaria opera.* Cura ipsius item prodiit vernacula *Bernardi Diaz del Castillo Historia de la Conquista de la nueva España*, in quadam bibliotheca a se reperta.

F. ALPHONSUS RAMOS GABILAN, Augustinianus provinciæ Peruanæ in America, in qua & natus est, foras emisit:

Historia de la Imagen de Nuestra Señora de Copacabana, y de la Cruz de Carabuco. 1621. Limæ typis Hieronymi a Contreras in 4.

D. ALPHONSUS DE REBENGA, ET PROAÑO, Sepulvedæ ortus in Castella veteri, Eques Alcantaræ, Regius strator, vertit in vulgarem sermonem:

Los dos libros de Clemencia de Lucio Anneo Seneca. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1626. in 8.

Vertisse quoque ejusdem auctoris epistolas audivimus a non nemine. Obiit anno MDCLVI.

F. ALPHONSUS RENGEL, Franciscanus, apud Indos Occidentales scripsit atque edidit:

Grammaticam duplicem pro addiscendis Mexicana, & Otomina linguis.

Sermones per Annum, idiomate Mexicano.

ALPHONSUS DE REQUENA, ARAGON, Libisosanus presbyter (Lezuza oppidum est Murciæ regni) scripsit:

Venida del Apostol San Pablo a España, y predicacion en ella, y como estuvo en Libisosa, hoy Lezuza: su fundacion y antigüedad; y martyrio de S. Vicente, y Leto hermanos, Patrones de ella, y naturales de Toledo. Matriti typis Mariæ de Quiñones 1647. 4.

F. ALPHONSUS DE RIBERA, Dominicanus ex Taurensi cœnobio, hujus familiæ generalis Concionator, Matriti degens pie docteque composuit Eucharisticum opus Theologicum & Historicum, cui inscripsit:

Historia Sacra del Santisimo Sacramento contra los Hereges de estos tiempos Ad Elisabetham Borboniam Hispaniarum Reginam. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1626. in folio. In fine tanquam operis mantissa est *Un Tratado de las excelencias de Santo Thomas de Aquino singular defensor de este altisimo Misterio.* Ejusdem ut credo sunt:

Los Exercicios, y Indulgencias del Rosario. Matriti 1641. in 24.

Vide Alphonſum Fernandez in *Bibliotheca Prædicatorum.*

D. ALPHONSUS DEL RIO NORIEGA, Palentinus, J. V. Doctor, ſodalis Bononiæ ad S. Clementem Hiſpanorum, poſt alia geſta togæ munera in Mediolanenſi ducatu, veſpereque in eadem academia Bononienſi ordinarium Lectorem juris Pontificii aſcendit ad conſpectiora adhuc loca Mediolanenſis dicaſterii, Procuratoris nempe Fiſcalis, inde Quæſtoris magiſtratus ordinarii, Senatoris & a Conſiliis ſecretis, necnon magiſtratus extraordinarii ut vocant Præſidis: unde in Siciliam evocatus Conſultorem ibi geſsit Proregum. Obiit Matriti cum eo veniens obtinuiſſet locum inter Italiæ Regii conſilii Senatores XXIX. Sept. MDCLXX. Scripſit in collegio S. Clementis aſſervatam:

La Vida del Venerable Siervo de Dios Juan Alberto, Capellan de dicho Colegio.

Necnon Latina & Juridica hæc, quæ ſuperioribus annis habebat editioni parata ab auctore ſibi relicta D. Joannes Pinacho cognatus ejus, Clementinus & ipſe ſodalis, & Laudenſis urbis dum hæc ſcriberemus poteſtas ſive præfectus, ſcilicet:

Methodum Juris Canonici ſecundum Ordinem Inſtitutionum Lancelloti, collegio Bononienſi dicatam.

Epitomen Controverſiarum Juris utriuſque ex Libris Fachinei & aliorum auctorum magno labore in compendium redactarum juxta methodum Commentariorum Hugonis Donelli ad Libros XXVIII. redactarum, additis Libris XXIX. & XXX. rerum Criminalium.

Rurſus vulgaris ſermone:

Diſcurſo a ſu Mageſtad ſobre la Precedencia del Conſejo ſecreto a los demas Tribunales de Milan. Hic tamen editus fuit.

F. ALPHONSUS DE ROA, Franciſcanus, ſcripſit:

Coronica de la Provincia de San Pedro, y San Pablo de Mechoacan de la orden de San Franciſco. Mexici Novæ Hiſpaniæ 1635. in 4.

ALPHONSUS RODRIGUEZ, Pincianus, Societatis Jeſu ſacerdos inſigni pietate & ad poſteros fama, poſtquam in collegio Monteregali Galleco XII. annis Theologiam morum docuiſſet, in Pinciano aliquandiu explicandis privatim ejuſdem ſtudii quæſtionibus vacaſſet Montillæ in Bætica annos plus XXX. imbuendis pietate, qua ipſe jam erat eximia, tyronibus impendit, Cordubæ etiam XII. alios ſibi & libris conſcribendis. Demum Hiſpali uſque ad mortis diem ſubſtitit, in qua urbe plenus dierum & meritorum XXI. Februarii anni MDCXVI. ætatis XC. diem ſuum obiit. *Bibliothecæ* auctor *Jeſuiticæ*, & Joannes Euſebius Nierembergius in vulgari opere Hiſpano *de Viris Societatis Illuſtribus* multi ſunt in Alphonſi meritis debita commendatione ad omnem ætatem tranſmittendis. Præterea qualis fuerit idem ipſe ad vivum expreſsit, docere alios volens exercitia ſpiritualis vitæ, quibus ſemetipſum prius uti æquum fuit inſtruxerat. Opera hæc tribus tomis contenta magno apud omnes qui aſceticis delectantur in pretio ſunt. Argumentum & inſcriptio communis hæc:

Exercicios de Perfeccion, y virtudes Chriſtianas. Hiſpali apud Mathiam Clavijo 1614. in 4. & 1515. 4. Barcinone 1618. in 4. Cæſarauguſtæ apud Joannem de Larumbe 1625. in 4. tribus partibus.

Prima pars: *De Varios Medios para alcanzar la virtud, y perfeccion.*

Secunda pars: *Del Exercicio de algunas virtudes que pertenecen a todos los que tratan de ſervir a Dios.*

Tertia pars: *Del Exercicio de las virtudes, que pertenecen al eſtado Religioſo.*

Latine vertit integrum opus, nuncupavitque *Exercitium perfectionis, & virtutum Chriſtianarum* Mathias Martinus de Vaucquier Midelburgicus, ediditque Duaci 1625. in 8. ſive Coloniæ apud Joannem Kinkium 1622. in 4. Belgice etiam prima pars edita eſt opera Heriberti Roſueidi. Italice quoque integrum opus interprete Tiberio Putignano Romæ apud Bartholomæum Zanetum 1617. 8. Venetiis apud Guerilium 1621. & 1627. & 1642. apud Michaelem Miloco 1664. 1666. apud Paulum Baglioni. Omnes in 4. Gallice vertit Paulus Duizius Jeſuita Pariſiis 1621. 8. & poſtea ſæpius Germanice Philippus Kiſsinp 1622. & Leonardus Creder Jeſuita. Bohemice Georgius Conſtantius etiam Jeſuita. Pragæ 1663. Anglice varios tractatus varii tranſtulere. Venetiis apud Michaelem Miloco 1664. 4.

ALPHONSUS RODRIGUEZ a ſuperiore diverſus, Segobienſis, uno major quadragenario Societatem Jeſuitarum amplexus Majoricæ in Balearibus, quo ſtatim fuit miſſus, uſque ad vitæ diem extremum permanſit Janitoris præcipue munus exercens, vir ſanctimonia dum viveret, mortuuſque miraculis etiam clarus: de quo vide eoſdem Philippum Alegambe, & Joannem Euſebium Nierembergium. Inſtituta quippe a nobis ratio laudandi viros ſcriptis doctrinaque ſpectatos non permittit prolixiores in celebrandis cujuſque virtutibus divagationes. Scripſiſſe dicitur ex imperio Deiparæ Virginis:

Coronam, & *Litanias* ejuſdem, itemque:

Officium Puriſsimæ, & *Immaculatæ ejus Conceptionis*: quæ excuſſa typis ſunt.

Præ-

Præterea plures alios tractatus nondum editos de rebus spiritualibus, quorum Alegambius meminit, & post eum in novissima editione *Bibliothecæ* Natanael Sotuellus. Desiit inter vivos agere die XXXI. Octobris anno MDCXVII. vitæ suæ LXXXVII.

ALPHONSUS RODRIGUEZ DE GUEVARA, Granatensis, Lusitaniæ Reginæ Medicus, & in Conimbricensi academia professor, teste mihi Joanne Antonio Vanderlinden de *Scriptis medicis*, edidit:

De Re Anatomica librum. Conimbricæ 1592. in 4. hoc est, ut postea vidimus, *Defensionem Galeni in pluribus ex iis, quibus impugnatur ab Andrea Vesalio Bruxelensi in constructione & usu partium corporis humani*, ac *nonnullorum, quæ in Anatome deficere videbantur, Supplementum.* Conimbricæ 1559. 4. apud Joannem Barrerium.

ALPHONSUS RODRIGUEZ DE GUEVARA, edidit:

Fundacion, y antigüedad de España, y conservacion de la Nobleza de Cantabria. Mediolani 1586. in 4.

ALPHONSUS RODRIGUEZ DE TUDELA, interpretatus est e Latino in vernaculum:

Compendio de los Boticarios compuesto por el Doctor Saladino Fisico del Principe de Taranto. Pinciæ apud Arnaldum Guillen de Brocar 1515. in 4. Adjungitur hoc titulo aliud opus eodem interprete:

El Servidor libro veinte y ocho de Albucasis Benaberacin trasladado del Arabigo en Latin por Simon Ginoves siendo Abraham Judio de Tortona interprete. Agit de recta præparatione medicamentorum.

ALPHONSUS ROMANUS DE CORDOVA, Medicus Doctor, Regisque Hispaniarum cubicularius Chirurgus, scripsit:

Theorica, y Pratica de Cirurgia. Matriti apud Petrum Diaz de la Carrera 1639. 8. olim 1617. in 8. ex officina Regia, & cum titulo *Recopilacion de la Cirujia* Ibid. 1651. 8.

F. ALPHONSUS DE ROXAS, Hispalensis, alias Toletanus, Sac. Theol. Magister, in patria Divæque Catharinæ Martyri sacra æde Mercenariorum, qui captivos redimunt, ordine suscepto, ab expiatione conscientiæ erat Illustriss. & Eminentiss. D. Balthasari de Moscoso & Sandoval Giennensium Antistiti, Sacræque Romanæ Ecclesiæ Cardinali, quem deinde alma princepsque Toletana sedes dignissimum Pontificem sortita est. Edidit, operæ dum festinant mortuus:

El Gobernador Eclesiastico colegido de la Sagrada Escritura, Canones, y Concilios, necesario principalmente a los que tienen cura de almas. Conchæ 1627. 4. Item

Catalogo de los Varones Ilustres en santidad, letras, y dignidad, que han florecido en la orden de la Merced. Toleti 1609.

Librum alium tribuit ei F. Petrus de S. Cecilio ejusdem Instituti sodalis Excalceatus in libro adhuc inedito *de Scriptoribus ejusdem Ordinis*, hac inscriptione:

Dia Espiritual, y de Contemplacion de lo que debe hacer el que procura la perfeccion. Conchæ apud Bartholomæum de Selma 1604. in 16.

ALPHONSUS RUIZ DE LAS CUEVAS, nescio quis, scripsit:

Genealogia de los Marqueses de Vasto, y de Pescara. Vidit D. Josephus Pellizer Regius Chronographus.

F. ALPHONSUS SAGREDO, Benedictinus, conversus monasterii Montis-Serrati in Catalonia reliquit MS.

Floresta Espiritual. In bibliotheca Olivariensi.

ALPHONSUS SALMERON, Toletanus, Compluti facto utriusque linguæ Latinæ Græcæque profectu, Parisiis deinde navata curiosissime opera Philosophicis ac Theologicis disciplinis ad Ignatii Lojolæ sodalitatem, natu minimus sociorum ejus omnium, accessit: in qua profecto in eum virum excrevit, qui nobilissimæ ac numerosissimæ familiæ magnum in paucis fuerit decus atque ornamentum. Perlustravit quippe maximas Italiæ urbes, atque illustravit concionibus ac sacris lectionibus: peregrinationes multas Dei causa suscepit quo pluribus proficeret, unde & virtutis suæ plures admiratores fuit sortitus. Utrique Germaniæ, Poloniæ, Galliæque, necnon Hiberniæ insulæ Pontificiis auspiciis ductus innotuit. Tridentinæ quoque synodo sub tribus Pontificibus Paulo III. Julio III. & Pio IV. Sedis Apostolicæ nomine interfuit, ubi & concionatus est ad Patres erudite de Joannis Evangelistæ laudibus. Fuit quippe inter celebres ævi sui Ecclesiastas, multumque ac diu verba fecit ad populum ingenti concursu, oratione quidem usus (uti censet Cardinalis amplissimus Federicus Borromæus in libello *de Sacris sui temporis Oratoribus*) *plena rerum, & eruditionis: molem ut librorum illum infinitam evolvisse legendo posset facile quivis existimare.* Id tamen in illo minus probat, quod cum esset apprime sapientiæ studiis eruditus, parassetque sibi diuturno labore silvam rerum eas proferebat uti

uti primo fuerant repertæ, confusas nempe ac perturbatas. Ex quo ille tamen ad hujusmodi occupationes minus valuit, commentationibus dicavit se totum in collegio Neapolitano, quod ipse fundaverat & amplificaverat, cui etiam provinciæ primus ante alios Rector præfuit. Sexdecim utique voluminibus editis connixus fuit in publicum esse utilis, posteritatique nomen Salmeronis commendare:

In Evangelia scilicet XI. volumina:

I. *Prolegomenon in Universam Scripturam.*

II. *De Incarnatione Verbi.*

III. *De Infantia, & Pueritia Christi.*

IV. *De Historia Evangelica.*

V. *De Sermone Domini in Monte.*

VI. *De Christi Miraculis.*

VII. *De Parabolis.*

VIII. *De Disputationibus Domini.*

IX. *De Sacrosancta Eucharistia, & Sermones Domini in Cœna.*

X. *De Passione, & Morte Domini.*

XI. *De Resurrectione, & Ascensione Domini.*

Reliqua sunt:

XII. *In Acta Apostolorum.*

XIII. *Prolegomena in Epistolas Pauli, & Commentarius in Epistolam ad Romanos.*

XIV. *In utramque Epistolam ad Corinthios.*

XV. *In Epistolas ad Galatas, Ephesios, Philippenses, Colosenses, utramque ad Thessalonicenses, utramque ad Thimotheum, ad Philemonem, & ad Hebræos.*

XVI. *In septem Epistolas Canonicas; Præludia in Apocalypsim*: atque *aliquot* auctoris *Epistolæ ad diversos.*

Omnia prodierunt hæc Matriti ex officina Ludovici Sanchez ab anno MDXCVII. ad MDCII. Brixiæ vero sumptibus Mathiæ Colosini & Baretii Baretii anno MDCI. Coloniæ etiam apud Antonium Hierat & Joannem Gymnicum octo priores tomi excusi sunt anno 1602. reliqui vero 1604. in folio.

Latinam item ut jam diximus *Orationem ad Tridentinos Patres* habuit *de Laudibus Joannis Evangelistæ*, quæ inter alias prodiit.

Extantque ejus:

Sermones in Parabolam Evangelicam totius anni. Coloniæ 1612. in 4.

Scripsit item:

In X. priora Capitula libri Geneseos: multaque alia controversa *contra Hæreticos*, maximeque:

De Indulgentiis, & de Purgatorio, quæ tamen adhuc in schedis latent.

Sermones quoque Italice & *Conceptus varii* ejusdem MSS. sunt in bibliotheca Vaticana codic. 4625. 4626. 327. ubi & *Lectiones sacræ* præsertim de *Eucharistia* Neapoli factæ, habitæ anno 1567. Italica lingua d. cod. 4625.

Denatus est vir sapientissimus Neapoli idibus Februarii MDLXXXV. ætatis suæ LXIX. Vitam suam se scripsisse ait Alegambius. Scripsit quidem Eusebius Nierembergius in primo volumine *Virorum Illustrium Societatis*, laudantque Hieronymus Mercurialis lib. I. *de Arte Gymnastica* cap. XI. Federicus Borromæus Cardinalis, Mediolanique Antistes jam laudatus lib. I. *de Sacris nostrorum temporum Oratoribus*. Latinius item Latinius in *epist. ad Cardinalem Varmiensem*, XVII. kal. Februarii MDLXXIII. data meminit cum summa laude, ejusque *vitæ sanctitatem cum singulari rerum linguarumque cognitione atque prudentia conjunctam extollit*. Qui & alias literas ad eum dedit, quarum initium est: *Excusavi ego apud te*, satis eruditas VIII. kal. Martii eodem anno. Idem Francisco Gomezio Jesuitæ scribens XIII. kal. Julii *Virum optimum ac eruditissimum* appellat.

ALPHONSUS SANCHEZ, Jesuita, cujus natalem locum *Bibliothecæ* etiam *Societatis* auctor Alegambius subticuit, sed Sotuellus monuit Mondexarensem fuisse, uti re vera fuit: e Philippinis ad orientem Solem insulis, ubi aliquot annos vixit, destinatus ad Catholicum Regem, summumque Ecclesiæ apicem Sixtum hujus nominis V. ab earum insularum incolis Legatus pro expeditione sacra in Sinarum fines instituenda, multa de Sinis cum Romæ esset tum sermone tum scriptis docuit, atque inter alios Antonium Possevinum, qui ipse in *Bibliothecæ* lib. IX. cap. VIII. auctorem hunc sibi fuisse rerum ibi scriptarum posteris testatum voluit. Edita ab eo hæc sunt:

Conciones Latinæ per totum annum, primum in Hispania deinde Coloniæ excussæ, auctore ipso Possevino in *Apparatu*.

Ineditum reliquit vernacula lingua, quod idem ait Possevinus,

Del Titulo de Justicia con que los Reyes de España poseen las Islas Filipinas.

Memorial, y apuntamientos sobre la entrada del Evangelio en tierras nuevas MS. hoc servat Matriti opusculum D. Gaspar Ibañez de Segobia, Eques Calatravensis, Corpæ Toparcha, Marchio Acro-politanus, amicus noster.

Dos Cartas, una del primer Viage que hizo desde las Filipinas a la China año 1582. Otra de su segunda jornada a la China año 1584. MSS. apud Laurentium Coccum, qui Apostolico Nuncio N. Campegio a secretis fuit, olim vidimus.

Compendio de las gracias, y privilegios que alcanzó de quatro Sumos Pontifices Romanos Sixto V. Gregorio XIII. Inocencio IX. y Clemente VIII. en bien de las Islas Filipinas,

y

y de todas las Indias, y especialmente en abono, y confirmacion de los derechos del Rey N. Señor a ellas, MS. apud eumdem Coccum.

Plurima alia ejus opera continet catalogus eorum ab eo scriptus ut offerret legendum Regi Maximo Philippo II. & alius post hunc Clementi Papæ VIII. Romæ exhibitus, quem cum vita Venerabilis Viri, rebusque ab eo in causa Philippinarum insularum gestis doctèque conscriptis in *Historia Missionum* Societatis ad hasce insulas Francisci Colin lib. II. cap. XXIII. & XXIIII. & pluribus aliis, quæ his anteponuntur per totum hunc secundum librum, lector curiosus reperiet.

ALPHONSUS SANCHEZ, Moratalla Murciæ regni municipio oriundus, Liberalium Artium magister Complutensis, Græce Hebraice & Chaldaice doctus triplicis hujus studii documenta professor ordinarius in eo gymnasio tradidit. Portionario insuper ejusdem oppidi Ecclesiæ Justo Martyri sacræ beneficio fruebatur scribens, cum Latine etiam emendate atque eleganter loqueretur, ex Joannis Marianæ Jesuitæ *Historiarum* libris compendium sic inscriptum:

Anacephaleosim de Rebus Hispaniæ. Compluti ex officina Antonii Duplastre 1634. in 4.

Libellum quoque *Pro Juramento: Complutensis Academiæ circa defensionem Immaculatæ Conceptionis Mariæ Deiparæ*. Ibidem 1617. in 4.

Manu exaratam in schedis reliquit alteram *Anacephaleosim de Rebus Indicis*, quem librum adservabat Matriti, dum viveret, D. Petrus de la Escalera Guevara I. C. & in curia Defensor causarum, loco suo a nobis laudandus.

ALPHONSUS SANCHEZ DE LA BALLESTA, Talaveræ natus, idemque in patria, necnon & Medinæ, cui a Rivosicco est appellatio, humaniorum literarum professor, is, qui ad Grammaticas Francisci Sancii institutiones carmine prælusit, in publicum dedit:

Diccionario de vocablos Castellanos aplicados a la propriedad Latina, en el qual se declara gran copia de Refranes vulgares reducidos a Latinos, y muchas frases Castellanas con las que en latin las corresponden. Salmanticæ 1587. in 4. Quod opus addito Gallico idiomate trans Pyrenæos juventutis manibus teri refert Valerius Andræas in *Catalogo Scriptorum Hispaniæ*.

ALPHONSUS SANCHEZ GORDILLO, Hispalensis, sacerdos, antiquitatum hujus urbis affatim gnarus reliquit inter alia MS.

Historia de los Arzobispos de Sevilla, quæ erat ante paucos annos Hispali inter libros D. Melchioris de Escuda, Bisertæ Episcopi titularis, & Hispalensis Archiepiscopi suffraganei.

Historia del Convento de la Cartuxa de Sevilla. Habet Hispali autographum D. Didacus Ortiz de Zuñiga.

ALPHONSUS SANCHEZ ZARZOSA, Rondensis collegiatæ Ecclesiæ canonicus, edidit:

Thesaurum Conceptionis Immaculatæ Virginis Mariæ Dei Genitricis ex conspiratione totius fere Sacræ Scripturæ cum Apocalypsi. Antiquariæ 1631. folio.

ALPHONSUS DE SANDOVAL, Hispalensis natu, attamen Limæ apud Indos Occidentales a puero educatus a patre Quæstore Regio in hac urbe, sodalis Jesuitarum, pietate & caritate in proximos, præcipue Æthiopes servos quibus in re spirituali regendis sese addixit, spectatus, Carthagine ut plurimum vixit, ubi & mortuus fuit XXV. Decembris MDCLII. Dedit in lucem:

Naturaleza Sagrada, y profana, costumbres, ritos, disciplina, y catecismo Evangelico de todos los Ethiopes. Hispali apud Franciscum de Lyra 1627. in 4. Item vertit ex Lusitanico Joannis Lucenæ ejusdem Societatis:

Vida de S. Francisco Xavier, y lo que obraron los PP. de la Compañia de Jesus en la India. Hispali 1619.

Bibliothecæ Societatis auctor tribuit ei opus aliud cum egregii laude, dissimulato tamen editionis, si facta est, loco & tempore; (sed idemne cum jam memorato?):

De Instauranda Æthiopum salute. Matriti 1646. in folio.: opus multorum judicio egregium, quo titulo falsus Joannes Antonides vander Linden hujus auctorem in Medicis suis numerat, Petrum Alphonsum de Sandoval appellans.

ALPHONSUS DE SANTA CRUZ, Hispalensis, Mathematicarum omnium artium peritissimus, quare Archicosmographus Regius sub Carolo V. deligi promeruit, multa donatus laude ab Alexio Vanegas viro eruditissimo in opere suo *De Differentiis Librorum*, libro *Naturali* cap. XIX. ob insignem harum disciplinarum cognitionem, Geographiæ nescio quid operis, quod meditabatur, inventaque ab illo Cosmographicæ atque Nauticæ artibus utilissima instrumenta. Qui cum & historiam omnemque eruditionem optime nosset, Historici Regii titulo a Philip-

lippo II. fuit cohoneſtatus : propitioremque ſūi famam tranſmiſiſſet ad poſteros ſi de magni Zuritæ *Annalibus* non ita læve, munus ſibi commendatum gerens, cenſuiſſet.

Cenſura hæc *ad Annales Hieronymi Zuritæ* vidit lucem una cum ipſis *Annalibus*, & Ambroſii Moralis ac Joannis Paez de Caſtro, Regiorum quoque Chronographorum, *Reſponſionibus*, ſub hoc titulo : *Relacion que hizo al Conſejo del Rey, de los Annales de Geronimo de Zurita*, in volumine horum VI. Cæſaraug. 1610.

Vertit idem in vulgarem:

La Hiſtoria de Eſpaña, y del Origen de los Reyes ; de Franciſco Tarraſa. Barcinone apud Joannem de Bonilla 1567. 8. Imo & apud Claudium Bornat.

Reliquit in ſchedis:

Linages de Eſpaña. Cujus meminit libri Gundiſalvus Argote de Molina.

De la Cavalleria del Toiſon. Hunc commentarium laudat Alexius Vanegas in *Enucleatione locorum obſcuriorum Velleris Aurei Alvari Gomezii.*

De lo que ſucedió en Sevilla en tiempo de las Comunidades.

Hiſtoria del Emperador Carlos V. Forte eodem interprete Hiſpanicus e Latino factus eſt liber.

Secretos llenos de maravilloſa diferencia de coſas, de D. Alexo Piamontes.

Agunt de Santacruzio noſtro laudatus jam Vanegas cap. XIX. & XXIX. *Libri naturalis*: & in adductis *Enucleationibus* : Didacus item Portocarrero in *Hiſtoria de Molina.*

ALPHONSUS DE SANTA CRUZ, Antonii Poncii Regii Protomedici parens, qui & ipſe egregiis ſcriptis ad famam & immortalitatem nixus eſt, ſcriptum reliquit cura filii publicandum:

Dignotionem, & curam Affectuum Melancholicorum : inter *Opuſcula Medica & Philoſophica* ejuſdem Antonii Poncii de Sancta Cruce. Matriti apud Thomam Juntam 1622. in folio.

F. ALPHONSUS DE SAN VICTORES, Burgenſis, nobili ſtirpe prognatus, Benedictini ordinis, quem & præfecti munere per Hiſpanias rexit, Philippo IV. Regi fuit a concionibus, almoque rerum Fidei concilio a cenſuris, doctus vir, & in exornandis rebus domeſticis ſpectatus, nam ſcripſit:

El Sol del Occidente, el Gran Padre S. Benito Principe de todos los Monges, Patriarca de todas las Religiones ; Commentarios ſobre ſu ſanta Regla, duobus tomis : alter Matriti prodiit Catholicæ Majeſtati dicatus anno 1645. folio, alter Toletanæ almæ Eccleſiæ 1648.

Vidas de algunos. Extat MS. in bibliotheca ut ſuſpicor Marchionis del Carpio Matriti in folio.

Creatus demum Almerienſis Eccleſiæ Antiſtes XXIII. Octob. MDCLI. Aurienſiſque I. Septemb. MDCLIII. & Zamorenſis XXVII. Januarii MDCLIX. obiit anno ſequenti MDCLX.

F. ALPHONSUS DE SANZOLES, Franciſcanus provinciæ Sancti Jacobi, ordinariuſque ejuſdem Eccleſiaſtes ſcripſit (Hiſpana, an Latina lingua?):

Elenchum rerum omnium, quæ in omnibus Tomis Patris Ludovici Granatenſis, quæ Hiſpano ſermone ſcripta ſunt, inveniuntur. Salmanticæ apud Petrum de Andueza 1584. 8.

Tabulam remiſsionum rerum omnium, quæ continentur in libro R. P. Didaci de Stella, de Vanitate Mundi, & de Amore Dei. Salmanticæ 1585. in 8. & Compluti 1551. in 4.

Funerale in Exequiis Defunctorum : Conſiderationes ad morum compoſitionem ſuper Epiſtolas, & Evangelium officii Defunctorum. Ibidem apud Joannem Fernandez 1585. in 8.

Epitome, o Compendio de conceptos de todos los Evangelios que ſe contienen en el Miſal Romano. Adjunguntur hæc:

Silva Eſpiritual de varias conſideraciones.

Diſcurſos del Credo.

Arte de perfectamente ſervir a Dios. Medinæ Campi apud Joannem del Canto 1592. in 4.

ALPHONSUS DE SEGURA, natus in oppido Villarodrigo territorii de Segura de la Sierra, inter epiſtolas Lucii Marinæi Siculi, cujus auditor fuit in Grammaticis, aliquot ſuas reliquit, ex quibus unam ait ad Joannem Vergaram e Salmantica ſcriptam, in quo gymnaſio navabat Juri operam, lib. XIV. Item lib. XIII. reperitur alia ad Siculum, & lib. XVI. Siculi ad eum, una ex Alcagnitio anno MDX. Seguræque ad Alphonſum Isla ex Salmantica MDXII. & lib. XV. una ad Joannem Garzitanum ex Ilerda urbe cum carminibus quibuſdam. Inter opera eadem Marinæi *Oratio* extat Seguræ *ad Alphonſum Aragonium Ferdinandi Regis filium, Cæſarauguſtan. & Montisregalis Archiepiſcopum, & Aragoniæ Regni Præfectum : De ejus laudibus & Pontificatus & Regni diligentiſsima gubernatione.* De patria ejus conſtat ex quadam ab eo data epiſtola lib. IV. earumdem quas laudamus, Marinæi Siculi.

F. ALPHONSUS DE SEPULVEDA, Dominicanus cœnobii Beacienſis Dominico Patriarchæ ſacri, virtutibus clarus, edidit:

Su-

Suma de Casos de Conciencia.

Vixit annis LXXX. Videndus de eo auctor *Annalium Giennensium* pag. 157.

D. ALPHONSUS DE LA SERNA, Hispalensis, in alma hujus amplissimæ urbis Ecclesia canonicus, Theologus atque Ecclesiastes disertus: cum aliarum disciplinarum, atque imprimis Historiæ, ac veterum rerum doctrina affatim esset instructus, applicuit se animosissime ad evellendam e civium pectoribus caritatem, imo venerationem, qua omnes qui usquam per omnes Hispaniæ angulos de rebus antiquæ nostratis Ecclesiæ scriberent, earumve lectione delectarentur, Flavii Lucii Dextri suppostitium *Chronicon*, recentioris cujusdam male sani capitis abortum, religiosissime prosequebantur; reliquitque inchoatum ad hujus Chronici singulos versus commentarium perpetuum, quem ex liberalitate Martini Vasquii Siruelæ Portionarii Hispalensis Ecclesiæ, veteris amici, dum erat superstes, ac omnigena eruditione clarissimi, autographum auctoris penes me habeo. Quo inflammatum me ad formandum *Veritatis Trophæum ex Pseudo Historicis Dextro, & aliis* aliquando a me erigendum, ingratus sim si dissimulem. Dedit quoque in lucem:

Coloquio Espiritual: Hispali apud Alphonsum de Gamarra 1616. in 16.

ALPHONSUS DE SIERRA, Aragonus, Balbastrensis, scripsit versibus:

El Solitario Poeta de los misterios de la Vida de Christo, y Virgen Santisima. Anno 1605. Item:

Un Elogio a la muerte de Filipo II. Cæsaraugust. apud Alphonsum Tacianum. 1615. in 8.

F. ALPHONSUS SOBRINO, Hispalensis, Carmelita, Bæticæ hoc est suæ nonnunquam provinciæ præfectus, sacrarum literarum bene dives, nobilisque Ecclesiastes, scripsit:

Tratado de la Inmaculada Concepcion de la Virgen Maria Nuestra Señora: Petro Castrio Quignonio Hispalensi Antistiti nuncupatum. Hispali 1615. in 4. Item:

Carta a todos los Prelados de España en nombre de la Religion del Carmen, para que pidan a su Santidad la declaracion en el articulo de la Concepcion de Nuestra Señora.

Sermones: volumine uno.

Obiit anno MDCXXVIII. Laudatus a Fr. Joanne Baptista de Lezana in *Apologetico*.

F. ALPHONSUS DE LA SOLANA, Franciscanus, Toleti allectus sodalis, forte a Solana oppido ejus diœcesis oriundus, in India Occidentali, & Jucatanica illius tractus provincia incolarum salutem tam opere quam scriptis vernacula ipsorum lingua piis libellis procuravit quadraginta & amplius annis: abstinentia, benignitate multisque aliis virtutibus par huic muneri. Dedit foras:

Vocabulario de las dos lenguas Maia, y Española.

Sermones varios, aliaque excerpta Historico-sacra: pluraque de promulgatione apud eas gentes legis Evangelicæ, virisque in ea sacra expeditione principibus. Unde in scribenda istius provinciæ Ecclesiastica Historia pleraque desumpsit Bernardus de Lizana.

Decessit Emeritæ, quæ civitas est illius tractus præcipua.

F. ALPHONSUS DE SORIA, Augustinianus provinciæ Bæticæ, natus tamen in oppido Castillo de Garci Muñoz appellato diœcesis ...... dedit in lucem:

Historia, y Milicia Christiana del Cavallero Peregrino Conquistador del Cielo, Symbolo de qualquier Santo. Conchæ apud Cornelium Boden. 1601. in 4.

Historia de la gloriosa Virgen S. Catalina de Alexandria. Ibidem apud Michaelem Serrano 1599. in 8.

ALPHONSUS SUAREZ DE MENDOZA, tertius Comes de Coruña in regno Castellæ, reliquit MS.

Lo sucedido en las Cortes que el Emperador Carlos V. tuvo en Toledo el año de DXXXVIII. sobre el socorro de sus necessidades. Escriviolo para que D. Lorenzo Suarez de Mendoza (filius forsan auctoris) *supiesse lo que habia de hacer en otras ocasiones.* Vidit D. Thomas Tamajus de Vargas, & fuit in bibliotheca Olivariensi. Obiit anno MDXLIV.

ALPHONSUS TELLEZ DE MENESES, Toletanus, Regiæ hujus urbis ut vocant Juratus, quo munere qui fungitur una cum Decurionibus reipublicæ commodis invigilat, Francisci Tellez & Elisabethæ Menesiæ filius, sic promovit in Historica re, ut nisi tam credulus fuisset Beroso Anniano & aliis æque suppositititiis scriptoribus, majorique delectu ac judicio vera ab iis quæ veri speciem occupant distinxisset, scripta ejus, quæ adhuc latent, magis expeterentur. Formavit nempe is universalem historiam, inscribens operi:

Historia general del Orbe, Principado de Noe, descripcion de su posteridad, y poblacion del mundo: quam & forte alia ejus minutiora totis quindecim voluminibus Matriti ad-

adſervabat, cum in vivis ageret, D. Petrus de Roxas Moræ Comes, qui & eo ſæpius utitur in ſua *Toletana Hiſtoria*, fidemque ejus & Beroſi auctoris ſui una adſtruere, ſed fruſtra, contendit. Tranſiit inde ad Excell. Comitem de Villaumbroſa Caſtellæ ſenatus Præſidem quatuordecim voluminibus contenta, quam cum aliis MSS. pretioſiſsimis retinet lectiſsima conjux. Alterum opus laudatur magis, quod genealogicum eſt, nimirum:

Lucero de Nobleza en que ſe eſcriben las aſcendencias de los Reyes de Caſtilla, y Eſpaña, y muchos linages de ella, duobus tomis: & ineditum adhuc per manus eorum, qui hoc ſtudio delectantur in quo ſe plurimum adjuvari hominis induſtria ſerio affirmant, circumfertur: MS. extat in Villumbroſana bibliotheca.

ALPHONSUS DE THOAR DE SYLVEIRA, Luſitanus, *Da Nobreza*, hoc eſt *De Nobilitate Agricolarum* librum edidit. Oliſipone 1630. in 8.

ALPHONSUS DE TORRES, Turriculanus, puer ephebuſque priores literas in collegio Trilingui Complutenſis academiæ perdidicit, ſequuto poſt tempore creatus a ſcholæ iſtius patribus collegii Divo Iſidoro ſacri patronus eloquentiam & ſtudia humanitatis publicus ac primarius profeſſor moderabatur, linguarumque cognitione vigebat, ſcribens:

In Quartum Antonii Nebriſſenſis librum Grammatices Commentaria. Compluti 1568. 8. Item:

In Quintum ejuſdem librum, qui de Proſodia eſt. Ibidem 1559. 8. & 1563.

Progymnaſmata Rhetoricæ. Compluti 1569. 8.

Tabulas breves, & Compendiarias in duos tomos Rhetoricæ prius conſcriptæ. Compluti apud Joannem Iñiguez de Lequerica 1579. 8.

Orationem ab illo habitam *in Doctoratu Theologiæ ornatiſsimi Viri Joannis Continentis* (forte eſt vulgari cognomine Templado) *Complutenſis Academiæ Moderatoris.* In qua (ne id prætermittam) cujuſdam Alcozeris meminit in eodem oppido Illana, unde erat Rector ipſe, nati, quem præceptorem ſuum appellat, *qui ſi hodie* (inquit) *viveret, haberet Academia Complutenſis, quem poſſet cunctis Europæ Dialecticis, Philoſophis, Theologis, Latinis, & Græcis ſcriptoribus cum maxima acceſsione gloriæ ſuæ & immortalitatis opponere.*

Alphonſi hujus cum laude meminit Ambroſius Morales in libello *De Sanctorum Martyrum Juſti, & Paſtoris vita, & corpuſculorum translatione* pag. 135.

ALPHONSUS DE TORRES, Talaverenſis incola & Medicus, ut equorum altoribus & veterinariis qui nec ſciunt Latine conſuleret, quidquid in Græcia & Latio ſuper equaria re jam olim fuerat a peritioribus exaratum populari ſermone collectim dedit, nempe Græcos omnes pluſquam viginti auctores a Joanne Roelio, atque inde Xenophontis περί ἱππικῆς, *de re equeſtri* librum, a Joachimo Camerario jam in Latinum converſos, unaque duorum neotericorum Petri Creſcentini & Laurentii Ruſii libros de eodem argumento. Inſcriptio operis hæc eſt:

Recopilacion de los mas famoſos Autores Griegos, y Latinos que trataron de la excelencia y generacion de los Cavallos, y como ſe han de doctrinar, y curar ſus enfermedades; y tambien de las Mulas, y ſu generacion. Toleti 1564. fol.

F. ALPHONSUS DE TORRES, ordinis Minorum provinciæ Granatenſis, Eccleſiaſtes, Vicarius, Miniſterque a confeſsionibus in cœnobio Coronatæ oppidi de Aguilar Cordubenſis ſacri territorii, ſcripſit:

Educacion Eſpiritual para gente que trata de virtud, e inſtitucion de Novicios del Seraphico Padre S. Franciſco ſegun doctrina de S. Buenaventura. Matriti apud Thomam Junti 1613. 4.

Scala Cœli. Granatæ 1615.

Commentarios ſobre la Regla de Santa Clara. Granatæ. 1640.

ALPHONSUS DE TORRES, Placentinus Medicus, ſcripſit:

De Febris Epidemicæ, & novæ, quam vulgo Tabardillo vocant, *natura, cognitione, & medela.* Burgis 1574. 8. & Valentiæ 1591. 8.

ALPHONSUS DE TORRES, Malacitanus, nobili loco natus, familiæ hujus, quæ peregre a patria in Siciliæ regno & in Urbe ipſa tot clariſsima dedit capita ſive Cardinalitio galero, ſive Pontificia mitra, atque adhuc magis propria virtute ac meritis conſpicua, non indignum germen, Malacæ in patria Eccleſia Decanum geſsit, ſtudiis interim ad poſteritatis connixus fuit demerendam memoriam: Romæ hoc nomine carus inter alios Cæſari Baronio Congregationis Oratorii tunc ſodali, Cardinali deinde ampliſsimo, qui & Alphonſum noſtrum in limine operis jam producendi exaggerate, non tamen ſupra meritum, laudavit. Extat quoque inter Joannis Verzozæ Cæſarauguſtani, qui vir eximius literis humanioribus prudentiaque politica in Romana curia Philippi Regis ſui negotia his annis induſtrie procurabat, opera

ra metrica ad Alphonſum Torrem epiſtola, in qua conſolatur eum in obitu Franciſci fratris immatura morte ablati, quo nullum ait ....: *Studiis aptum melioribus olim Pulchra tulit Malaca, aut venturis proferet annis:* Certe Alphonſus ſtudiis aliis, quibus ſe deditum alicubi fatetur, cum ſacris initiatus fuiſſet illico relictis, iis ſe totum reddidit quæ ſacerdotem magis decerent. Scripſit inde eleganter pieque, verbis ſæpe Sanctorum Patrum, quod Bartholomæus de Martyribus in *Stimulo Paſtorum* olim fecerat, documenta propria pertexens:

Inſtitutionem Sacerdotum. Romæ apud Aloyſium Zannetum 1595. Ingolſtadii deinde 1604. in 8.

Scripſiſſe etiam Antonius Poſſevinus ait in *Apparatu* pium atque eruditum:

De Divinis Officiis librum, quem apud Alphonſum ejus ex fratre nepotem ſervari MS. ſuo tempore affirmat, magno Eccleſiaſticorum hominum futurum bono ſi foras exiret, nam etſi ferunt (inſit Poſſevinus) morte præventum anno Domini MDCIV. non potuiſſe poſtremam ejus partem abſolvere, ingentem tamen lucem illi argumento affert.

Conciones idem Poſſevinus ſcribit eum reliquiſſe ineditas, quæ quidem prudentiam, doctrinam & pietatem auctoris ſui ſpirant.

Ad piorum ſedem translatus fuit ut diximus anno MDCIV.

ALPHONSUS DE TORRES, presbyter ordinis Alcantarenſis, primatiæ hujus Militiæ domus, quæ Alcantaræ eſt, ter præfectus, cujus vitæ innocentia valde celebratur, ſcriptam reliquit:

La Hiſtoria de la Orden de Alcantara (teſte mihi D. Joſepho Pellizerio Regio Hiſtorico in memoriali libro *De la calidad, y ſervicios de la Caſa de D. Alvaro Franciſco de Ulloa, Señor del Caſtillejo*) Matriti editam 1575. in folio.

F. ALPHONSUS DE TRASPINEDO, Hieronymianus, publicavit:

Tratado de la Vida de Chriſto, con los Myſterios del Roſario, y la Corona de Nueſtra Señora. Prodiit una cum anonymi libro, *Faſciculus Myrrhæ* inſcripto, Antuerpiæ ex officina Martini Nutii 1553. in 8.

F. ALPHONSUS DE TRUXILLO, Benedictinus, congregationis ſuæ Hiſpanæ Procurator Generalis in Romana curia, poema compoſuit XVI. millium verſuum:

De la vida, y Martyrio de San Zoil, en octavas, quod paratum editioni eum habere refert Franciſcus Bivarius Ciſtercienſis ad *Dextri Chronicon* anno CCC. comment. IV. numero V. in fine.

F. ALPHONSUS DE VARGAS, ordinis Minorum provinciæ Carthaginenſis, ejuſque Miniſter, cujus pietatem prudentiamque ac dexteritatem in rebus domeſticis componendis, & ad Inſtituti ſui tenorem redigendis celebrat *Bibliothecæ Franciſcanæ* auctor Lucas Waddingus, ſcripſit:

Relacion votiva, ó donaria de la Antigüedad de la Imagen de Nueſtra Señora de las Huertas que el Rey D. Alonſo el Sabio colocó en la Igleſia de Lorca. Granatæ apud Franciſcum Heilan 1625. 4. Itemque:

Relacion de las Vidas, y Triunfos de los glorioſos Martyres S. Sixto Papa Segundo deſte nombre, S. Innocencio, Santa Flora Virgen, y S. Dionyſio, cuyas reliquias traydas de Roma ſe reverencian en el Altar mayor de Santa Maria de las Huertas. Murciæ 1624. 4.

F. ALPHONSUS DE VASCONES, Franciſcanus Excalceatus provinciæ Granatenſis, præfectum illius domus, cui La Hoz de Rute nomen eſt, olim exercens edidit:

Eſtimulo del Alma dormida. Hiſpali 1629.

Antidoto del Alma. Matriti 1624.

Para ayudar a bien morir. Hiſpali 1620.

Deſtierro de Ignorancias, y Aviſo de Penitentes. Hiſpali apud Mathiam Clavijo 1619. & apud Simonem Faxardum 1626. 8. & antea Matriti 1614. in 8. Hoc opus tribus partibus conſtat, editumque etiam poſt fuit Matriti apud Viduam Alphonſi Martini 1620. in 8.

Patria fuit ex oppido Aguilar de Campò in montanis Burgenſibus.

F. ALPHONSUS VAZQUEZ, Franciſcanus Regul. Obſerv. Sereniſsimæ Mariæ Auſtriacæ, Ludovici XIV. Galliarum Regis uxori, a miniſterio ſacramenti Pœnitentiæ, præſul demum Eccleſiæ Gaditanæ XXIX. Novembris MDCLXIII. creatus, ſcripſiſſe dicitur adhuc ineditum:

De los Varones, y Mugeres iluſtres de la Provincia de Caſtilla volumen, in folio: parareque:

Expoſitionem Theologicam, Hiſtoricam, & Moralem ſuper Bullam Alex. VII. De vero ſenſu ab Eccleſia ſemper retento circa cultum Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ.

Flores Biblicos de omnimoda Beatiſsimæ Virginis puritate, quatuor tomis.

Ita Petrus de Alva in *Militia Conceptionis.*

F. ALPHONSUS VAZQUEZ DE MIRANDA, Zamorenſis, ordinis B. Mariæ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum,

rum, post quædam domi gesta munera, & professionem in his Theologiæ ex primaria cathedra Complutensis collegii rebus publicis operam suam commodare jussus est in comitatu Procerum quorundam, quibus sese ingenii atque eloquentiæ necnon eruditionis minime vulgaris nomine maximopere commendavit: in quibus numero Gomezium Figueroam Feriæ Ducem, virum amplissimum, tum apud Catalanos tum apud Insubres Summum Præfectum, Germanicæ tandem adversus Suecos expeditionis ad Alsatiam Ducem; ac Didacum Messiam Guzmanium Leganesii Marchionem, apud Pedemontanos & Monferratenses, deindeque apud Catalanos Summum armorum Præfectum, cui præsertim in omnibus negotiis, ut dici solet, manus & pes fuit. Peregrinatus est aliquando in Polonia cum Joanne Croio, Solrensi Comite, legationis publicæ causa. Obtinuit in Siciliæ regno abbatiam S. Anastasiæ anno MDCXXXIV. cum a Feriæ Duce ex Germania rediisset, cujus fructibus & aliis pensionibus se se Matriti exhibuit, extra claustra sodalium degens ob Abbatialis dignitatis prærogativam, Concionator Regius, atque a consiliis Italicarum rerum, quo honore tamen ei nusquam uti licuit per Regem prudentissimum, ne Regularibus ad Senatoriam dignitatem malo exemplo pateret aditus. Interrogabatur frequenter is Regio nomine de rebus Theologicis, quarum fuit non mediocriter peritus, sicut & Historiæ ac totius antiquitatis, non sine acri quadam ingenii libertate. Scripsit:

San Ilefonso defendido, y declarado: quatro libros en defensa de sus reliquias y doctrina: de la razon con que tiene su cuerpo la Ciudad de Zamora, y respuesta a lo que varios auctores oponen a sus escritos. Compluti 1625. in 4.

Manifiesto para la entrada de las Armas de España en el Piamonte.

Respuesta al Manifiesto de Francia.

Respuesta a la Proclamacion Catolica y otros papeles de los Catalanes.

Tratado Theologico, Juridico, Canonico, en que se funda ser posible, licita, y conveniente la gracia que se suplica a su Santidad para que los Sacerdotes puedan celebrar tres Misas en el dia de la Commemoracion de todos los Difuntos. Matriti apud Didacum Diaz de la Carrera 1659. 4.

Necnon Latine, cum de desponsanda Poloniæ Regi Uladislao Cæcilia Austriaca Serenissima Ferdinandi Augusti Sorore apud eumdem Regem ageretur, turbantibus Gallis nuptiasque alias suæ gentis offerentibus:

Gallicæ propositioni Serenissimo Uladislao IV. Poloniæ, ac Sueciæ Regi exhibitæ objectam responsionem. Varsoviæ 1637. Edidit quoque in causa muneris sibi destinati scripta duo, alterum sic inscriptum:

Quod liceat Abbati perpetuo ac titulari in habitu Prælati incedere, & munus Regentis in Regio Consilio administrare, etiamsi ante Abbatiam religiosus extiterit professus ordinis S. Mariæ de Mercede redemptionis captivorum;

Alterum vero:

Quod idem Religiosus professus post assumptionem ad Abbatiam perpetuam & titularem nulla Pontificia dispensatione indigeat pro munere exercendo Senatorio in Consilio Regio: posterius hoc excusum fuit Matriti anno 1644. prius vero illud extat inter Augustini Barbosæ *Vota decissiva*, & est *Votum* LXXXIX. nullaque fit auctoris ejus mentio.

Pro Jure suo ad exercendam Senatoriam dignitatem in Conciliis Regiis, & quod expediret a Regularibus ipsam magis quam a Sæcularibus geri. Qua super re extantem in Augustini Barbosæ operibus *Consultationem*, seu ut ipse appellat *Votum* LXXXIX. unum ex relatis Vasquii scriptis esse testis domesticus ac fide dignus mihi affirmavit, mutilatum tamen ac spoliatum pluribus quæ eruditionem auctoris manifestare possent.

Parabat ex præcepto Philippi Regis, *De Juribus ejusdem ad omnia, quæ subdita essent ei, Regna cum eorumdem Regnorum Historia*: cujus operis aliquam partem perfecerat cum morte fuit præventus.

Parabat & alia, ac nescio quid de Granatensi laminarum, librorum, cinerumque decantata, cujusque vel nunc pendet in Sacra Sancti Officii Congregatione accuratum examen, inventione paulo acrioris censuræ.

Obiit Matriti septuagenarius repentina morte Februario mense anni MDCLXI.

ALPHONSUS DE VATRES, Matritensis, amoeno ac festivo ingenio poeta, qui cum domesticus esset Roderici Poncii de Leone Arcensium Ducis, Neapolitanis dum præesset Regis vice, in ea urbe extinctus fuit. Poetica varia edidit:

Panegirico a D. Manuel Pimentel en octavas.

Fabula de Adonis y Venus.

Silva.

Rimas varias de versos heroicos y burlescos.

Comedia, Venganzas hay si hay Injurias.

ALPHONSUS VAZ DE VELASCO, scripsit uti lego *In collectione librorum Hispanorum* D. Thomæ Tamaii:

El Zeloso. Barcinone apud Sebastianum Cormellas 1613. 12.

F. ALPHONSUS DE LA VEGA, Matri-

tritenſis natu, ex ſodalibus Minimis Sancti Franciſci de Paula, quibus anno ſuperioris ſæculi LXVI. in contubernium ſe dedit, aſsidua veterum & noviorum Theologiæ moralis ſcriptorum lectione, qua præcipue voluit cenſeri ac poſteris prodeſſe, utilia doctaque reliquit hujus doctrinæ opera, hæc ſcilicet:

Summa llamada Sylva, y Practica interior, utiliſima para Confeſores, y Penitentes, &c. quo libro pluſquam tres mille quæſtiones reſolvuntur. Compluti apud Joannem Iñiguez de Lequerica in folio, & Matriti forſan iterum 1594. & 1598.

La Selva de Caſos, alias *Nueva Recopilacion, y Practica del Fuero interior*, quo libro pluſquam tres mille quæſtiones reſolvuntur, Matriti 1594. & 1598. Cujus etiam *Summæ* ut vocant *Compendium* edidit.

Eſpejo de Curas. Matriti 1602. in 4. & 1610.

Inedita etiamnum alia duo ab eo expectari ſcriptum reliquit Lucas Montoia in ordinis ſui *Chronico*, ubi de auctore noſtro meminit: *Opuſculum* nempe *alterum*, *quo adductis Sacrorum, atque Eccleſiaſticorum librorum teſtimoniis muneris ſui Sacerdotes admonentur*: itemque *Compendium Minimorum Ordinis Privilegiorum*.

Obiit fere ſeptuagenarius.

ALPHONSUS VELAZQUEZ, neſcio quis, ſcripſiſſe fertur:

De Inſtitutione præclaræ Pueritiæ. 1588. in 4.

F. ALPHONSUS VENERO, Burgenſis, ordinis fratrum Prædicatorum, natus anno MCDLXXXVIII. XVI. kal. Martias, initiatuſque religioſo ſtatui a Vincentio de Caſtrobono totius ordinis Magiſtro Generali, per id tempus Hiſpaniam & Burgos luſtrante. Applicuit vere ſe totum, ut ex monumentis ab eo extantibus apparet, rei Hiſtoricæ, ac illuſtrandis Hiſpaniæ antiquitatibus, cujus ſtudii præclarum illud quam pluriesſque recoctum opus in ſignum dedit:

El Enchiridion de los tiempos: ſive *Univerſalis ab Origine rerum Hiſtoriæ Summarium*, in quo opere (ait Joannes Vaſæus cap. IV. *Chronici rerum Hiſpanarum*) multa præclara de rebus Hiſpaniæ, quæ hactenus in obſcuro erant, in lucem protulit. Compluti 1541. apud Antonium Vazquez, Salmanticæ 1545. Antuerpiæ apud Nutium 1551. 8. & 1554. Auctor nempe ut credimus primum edidit *Enchiridion* anno 1526. quo ipſum ſcribebat, ſecundoque additis aliis duodecim annis Hiſtoriæ, anno 1540. ſimul adjungens Antonini Imperatoris Philoſophi ſermonem quemdam quaſi ad uxorem Fauſtinam *de Re uxoria & nuptiarum moleſtiis* directum, Hiſpana lingua donatum. Editio anni 1551. etiam locupletior prodiit undecim annorum, qui ab anteriori excurrerant, ſupplemento, credo ab aliena manu; quod inde uſque ad ætatem noſtram varii, ac inter eos Thomas Tamajus de Vargas, produxerunt.

La Vida del Confeſor San Leſmes. Burgis 1563.

La Vida de Santa Caſilda.

Agiographia, o vidas de Santos de Eſpaña, cujus ipſe meminit in Enchiridio his verbis: *cuyo argumento es aquel libro que yo tengo compueſto, y copilado de los Santos, y perſonas Iluſtres de ſolos eſtos Reynos que ſe llama Agiographia y Archigraphia ſegun los linages de perſonas celebres que han florecido*: hoc opus adſervari audio in bibliotheca Laurentiana.

Poligraphia de Eſpaña, hoc eſt *Deſcriptionem Hiſpaniæ*. Incipit. *El mundo ſe parte y divide en tres partes &c.*

Tratado del origen y fundacion de la Ciudad de Burgos: hos duos libros deſcriptos habet Matriti D. Chriſtophorus de Zambrana, ultimusque hic *Hiſtoriæ Burgenſis* ſervatur quoque in bibliotheca cœnobii S. Pauli ejuſdem urbis.

Vixiſſe dicitur uſque ad annum ſuperioris ſæculi ſexageſimum.

F. ALPHONSUS DE VERA CRUCE, olim GUTIERREZ, Auguſtinianus, patriam habuit Caſpueñas oppidum territorii ſacri Toletani. Hic ex profeſſore Artium Complutenſi ad Indos delatus in portu ipſo Veræ Crucis ſodalem ſe dedit fratribus Eremitis, unde veluti a nova patria cognominari deinde voluit. Mexicanam provinciam præfectus rexit, atque item cenſor, diſciplinæque religioſæ vindex luſtravit. Redeundi ad nos cauſam legatio Indicorum ordinum Mendicantium nomine ad Philippum Regem ſuſcepta dedit: quo tempore eum domus Matritenſis Philippo Apoſtolo ſacra præſidem cooptavit, repudiatis interea Mechoacanenſis, & Tlaſcalenſis Eccleſiarum infulis glorioſiorem. Hinc ad Novum Orbem iterum navigans in ſchola Mexicana recens condita non Scripturæ Sacræ interpres tantum, ſed & Theologiæ quam vocant Scholaſticam primarius lector, egregiæ ad id pietatis laude celebris uſque ad extremum vitæ diem manſit. Extant Alphonſi hæc opera:

Curſus Artium hoc eſt:

Recognitio Summularum cum Textu Petri Hiſpani, & Ariſtotelis. Salmant. 1593. folio. 1573. fol. apud Terranovam.

Reſolutio Dialectica Ariſtotelis. Ibidem eodem anno.

De Topicis Dialecticis liber unus, &

De Elenchis liber unus. Ibidem.

Spe-

Speculatio Physicæ Aristotelis, cum Tractatu De Animæ Immortalitate. Salmanticæ 1573. folio, apud Joannem Baptistam Terranovam.

De Cœlo: præter Cursum laudatum.

Speculum Conjugiorum, sive *de Sacramento Matrimonii*: doctum valde atque utile opus. Salmanticæ apud Andream a Portonariis 1562. 4. deinde Mediolani cum appendice apud Pacificum Pontium 1599. in 4. Antonius Leonius in *Bibliotheca Indica Occidentali* titulo xx. Alphonso tribuit Veracruzio MSS. adhuc:

Apologiam Latinam pro Religiosis, qui in India sunt.

De los Privilegios concedidos a los Religiosos de las Indias.

Obiisse anno MDLXIV. alicubi lego. Ægidius vero Gundisalvus Davila in *Theatro Indico ecclesiastico Mexicanæ Ecclesiæ* annum scilicet MDLXXX. vitæ extremum ei assignat. Insignem Alphonsi mentionem reperies in Petri Uzedæ Guerreri nuncupatione *Concionum* B. Thomæ Villanovani.

ALPHONSUS DE VILLADIEGO VASCUÑANA, ET MONTOIA, Toletanus, jurisconsultus, edidit:

Forum antiquum Gothorum Regum Hispaniæ, olim librum Judicum, hodie Fuero Juzgo nuncupatum, duodecim libros continentem: adjungens *Brevem Catalogum, & Historiam eorumdem, cæterorumque Regum Hispaniæ.* Matriti 1600. in folio. Necnon & Hispane:

Instruccion Politica, y Practica Judicial conforme al estilo de los Consejos y Audiencias. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1612. in folio.

Item ad Catholicum Regem:

Advertencias a la materia militar, y derecho que V. Magestad tiene a la obtencion, y retencion del Reyno de Navarra, y succession del Reyno de Ingalaterra, y Escocia: in 4. Erat inter libros Raphaelis Trichetti du Fresne, quorum extat catalogus Parisiis anno 1662. editus. Forte notationes ad Joannis Lopez de Palacios-rubios hujus argumenti Latinum opus: *De justa obtentione & retentione Regni Navarræ.*

F. ALPHONSUS DE VILLALOBOS, patria ex oppido Manzanilla diœcesis Toletanæ, ordinis Carmelitarum, publicus Theologiæ apud Salmanticenses professor, Toletanæ aliquando domus præfectus, scripsisse dicitur plura quæ a morte auctoris typis vulgata sunt: qualia autem hæc neque nos scimus, nec docent Carmelitani scriptores, hac notatione, quam ex iis nos habuimus, contenti. Videndi Didacus Coria in *Dilucidario*, & Cassanate in *Paradiso Carmelitici decoris*, qui floruisse Alphonsum docent anno MDLXX.

F. ALPHONSUS DE VILLALOBOS, ordinis Prædicatorum, scripsisse dicitur, nisi alius sub ejus nomine latere voluerit, pro Immaculatæ Conceptionis Deiparæ mysterio:

Consulta que hizo un Predicador de la orden de Santo Domingo a su Provincial. Matriti 1663. in folio.

Vidit Hippolytus Marraccius, laudatque in *Appendice Bibliothecæ Marianæ* adhuc MS.

F. ALPHONSUS DE VILLALPANDO, Dominicanus Ilerdensis domus; quam deinde cum Cæsaraugustana S. Ildephonsi commutavit, cœnobio isti perpetuus rector datus, Aragoniæ etiam provinciæ præfuit, S. Theologiæ magister, scripsitque:

Artium Cursum.

ALPHONSUS DE VILLEGAS, Toletanus, theologus, ad Sancti Marci ejusdem urbis parochus, & in cappella, ut vocant Mixtarabica seu Mozarabe, cathedralis Ecclesiæ amplissimæ sacerdos, pietate vir eximius doctrinaque ecclesiastica, elaboravit magnum opus *De Vitis Sanctorum* vulgari sermone, quo magis magisque piam civium suorum curiositatem invitaret, magnoque cum proventu foveret ac pasceret. Nimirum:

Flos Sanctorum: Historia general de la vida, y hechos de Jesu-Christo, y de todos los Santos de que reza la Iglesia Catolica. Toleti apud Joannem Rodriguez 1591. fol. Hic est primus tomus ex quinque quos de hoc argumento dedit.

Segunda parte, Vida de Nuestra Señora, y de los Santos antiguos del Testamento viejo. Ibidem 1609. in fol. Vitam Mariæ Virginis Italice vertit Jul. Cæsar Valentinus, Venetiisque edidit apud Joannem Baptistam Ciotti 1596. fol.

Tercera parte, en que se escriven las Vidas de Santos extravagantes, y de Varones ilustres en virtud. Pinciæ 1614. apud Franciscum Fernandez a Corduba.

Quarta parte, Discursos, o sermones sobre los Evangelios de todas las Dominicas del año, y ferias de Quaresma. Conchæ apud Michaelem Serranum 1591. in fol.

Quinta parte del Flos Sanctorum, o fructus Sanctorum, de Exemplos de Hombres ilustres en santidad, y de otros, cuyos hechos fueron dignos de reprehension, y castigo. Conchæ apud Ludovicum Cano. 1604.

Sunt & Hispanæ editiones aliæ: Barcinonensis 1608. Complutensis anni 1616. Cæsaraugustana 1616. Italica item Venetiis prodiit

diit apud Gurræos typographos 1592. in folio, non tamen omnium, sed ut credo eorum tantum, quæ *de Vitis Sanctorum* proprie scripta sunt, voluminum. Scripsit præter hæc:

Vida de S. Isidro Labrador seorsim ex Joanne Diacono. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1592. in 8.

Favores de la Virgen. Valentiæ 1635. in 16. Forte & (nam auctoris nomen convenit): *Soliloquios Divinos.* Matriti 1637.

Selvagia Comedia ad Celestinæ imitationem olim confecerat, quam tamen supprimere maxime voluit curavitque jam major annis, totusque studio pietatis deditus. Prodiit hæc Toleti in 4.

Libros de Qüentos varios, quem MS. se vidisse refert D. Thomas Tamajus in magna *Collectione librorum Hispanorum.*

ALPHONSUS VINCENTIUS, nescio quis, auctor inscribitur libro:

De Conceptione B. Virginis. Qui MS. est forma mediocri in Toletanæ Sanctæ Ecclesiæ bibliotheca, loculo 30. num. 6.

Fr. ALPHONSUS DE VIRUES, Ulmetanus, professione Benedictinus, Sac. Theolog. mag. concionatoriique operis laude dignus qui Carolo Imperatori ecclesiastes esset, atque adeo gratus ut vel inter Germanos peregrinantem illum sequi, doctrinaque Evangelica impartiri juberetur. Obtinuit inde Canariensis episcopatus infulas, clarus ad posteros edito olim opere adversus Philippum Melanchtonem, quod ita inscriptum prodiit:

Philippicæ disputationes xx. adversus Lutherana dogmata per Philippum Melanchtonem defensa. Antuerpiæ 1541. Coloniæ item 1542. & 1561. Quibus accedit:

De Matrimonio Regis Angliæ tractatus: quo nomine Viruesium laudat inter hujus argumenti scriptores Nicolaus Sanderus lib. 1. *Schism. Anglic.* Ipsi quoque de se affirmanti auctori credo, quantumvis hactenus mihi invisas, cum Erasmo Roterodamo habitas:

Collationes septem: quibus eum admonebat minus rectæ doctrinæ. Nam quod usus familiariter eo fuisset, de quo literis ad nostrum datis Erasmi super matris obitu consolatoriis, atque inter alias illius editis constat, sibi has partes ex officio debitas imposuit.

Huius miram eloquentiam, variamque eruditionem bene idoneus testis celebrat, æqualisque illorum temporum Michael Medina, Franciscanus sodalis, vir clarissimus, *De recta in Deum fide* lib. 1. cap. IV. Diem is extremum vidit in præcipua ipsa episcopatus sede Canaria insula, urbeque illius Teide dicta, ut scriptum est in *Catalogo Præsulum Canariensium* Christophori de la Camara & Murga, qui eamdem Ecclesiam nostra ætate administravit.

ALPHONSUS DE ULLOA, quonam Hispaniæ, seu Castellæ potius, loco natus incompertum nobis usque ad hunc diem. Erat, cum de illo existimaremus, Hispanis parentibus in Italia ortum, tam multa ejus scripta Italice, vixque unum aut alterum sermone nostro editum animadvertentes; sed ipse non permisit ultra errare nos alicubi patriæ suæ recordatus, a qua viginti annos jam abesse cum Venetiis habitaret conqueritur. In hac urbe publica negotia quædam Maximiliani Cæsaris, fratrisque ejus Austriæ Archiducis, necnon & Philippi II. Hispaniarum Regis Catholici gessisse eum oportet, qui se ab his honorifice habitum ibi atque occupatum nonnusquam refert. Principem vero sibi studiorum, in quibus frequens & assiduus fuisse videtur, curam præscripsit in sermonem Italicum, quo mirifice ob suavitatem & elegantiam delectabatur, vernaculæ linguæ nostratis pulchriora quæque & utiliora reddere. Plura etiam e penu sua non aliunde petita in vulgus edidit stilo facili perspicuoque, ut Historiæ germano, semper usus. Quædam & proprio idiomate elucubravit. Ejus nempe hæc omnia sunt, quæ partim vidimus partim extare scimus:

Vita dell' Invitissimo, e Sacratissimo Imperatore Carlo V. Venetiis 1566. 4. Ibidem 1589. 4. per Dominicum Fabri: tertioque 1606. per Alexandrum Vechi, in 4.

Vita del Christianissimo Prencipe Ferdinando Imperatore. Venetiis 1565. per Camillum Franceschini, in 4.

La Vita di Ferrante Gonzaga. Venetiis per Nicolaum Bebilaquam 1563. in 4.

Espeditione di Massimiliano Secondo contra il Sultano Solimano Imperatore de i Turchi. Basileæ, in 4.

Espugnatione de Zighet per Solimano. Venetiis 1570.

Descrittione del governo della Corte di Spagna.

Aviso de Gioveni, e riprobatione dell' amor del mondo. Venetiis per Camillum Franceschini 1565. 8.

Dialogo delle gratie, & eccellenze dell' huomo, & delle di lui miserie, & disgratie. Hoc Alphonsi opus, aliunde ignotum nobis in Gallicam ex Italica lingua translatum fuisse ab Hieronymo d' Avost, & Parisiis editum 1583. in 8. Verderius refert in *Bibliotheca Gallica.*

Hispana hæc Castellano sermone ab auctoribus scripta Italis communicavit:

La Historia de D. Fernando Colon de los He-

Hechos de su Padre D. Christoval Colon: hæc populari sermone ab eo composita in exemplo hoc Italico dumtaxat legitur, alibi nusquam. Venetiis edita est semel, atque iterum 1571. in 8. apud Franciscum de Franceschi, iterumque anno 1597. ac tertio 1614. in 8.

Monte Calvario de D. Antonio de Guevara. Venetiis 1570. in 4.

Epistolas de D. Antonio de Guevara, tercer tomo.

Las Vidas de los Cesares de Pedro Mexia. Credimus de hoc labore Alphonso ipsi in *Vita Caroli V.*

Dialogos de Pedro Mexia. Venetiis per Petrum Pietrasanta 1557. in 4. &, si diversum opus est:

Razonamientos de Pedro Mexia. Ibidem, per Camillum Franceschini. 1559. in 8.

Remedios de Jugadores de Fr. Pedro de Covarrubias. Venetiis per Vincentium Valgrisium 1561. 8.

Coronica de España de Per Anton Beuter. Venetiis apud Gabrielem Giolitum 1556. in 8.

Historia del descubrimiento, y conquista del Peru de Agustin de Zarate. Venetiis 1563. in 4.

Del Consejo, y Consejero de Federico Furio Ceriol. Ibidem 1560. in 8. apud Franciscum Berdoni.

Dialogo de la Dignidad del Hombre del Maestro Oliva: hic est qui circumfertur Italico isto titulo: *Dialogo della Dignita dell' Huomo.* Venetiis 1563. in 8.

Dialogo de la Verdadera honrra militar de D. Geronimo de Urrea. Venetiis 1569.

Relacion de la muerte, y exequias del Serenissimo Principe D. Carlos, del Maestro Juan Lopez de Hoyos: ad D. D. Didacum de Guzman & Silva Regium apud Venetos Legatum 1569. in 4.

Philosophia de Juan de Jarava, una cum dialogis (*Raggionamenti* appellat) Petri Messiæ. Venetiis in 8. 1565.

Institutione de Mercanti che tratta del comprare & vendere, con un Trattato de Cambii del Dottore Sarava. Venetiis 1561. 8.

Lusitana etiam hæc donavit eadem lingua Italiæ:

As Decadas de Joaõ de Barros I. & II. do descobrimento & conquista da India. Venetiis 1562. 4. 1601. 4. Item:

Do descobrimento da India pe los Portugueses; de Fernaõ Lopez de Castanheda. Venetiis 1577.

Hispanice edidit:

Suceso de la Jornada que se comenzó para Tripol año de MDLIX. y se acabó en los Gelves año de MDLX. Venetiis 1562. Hanc & Italice versam scio, ab eodem Ulloa fortasse, atque editam ibidem anno 1566. in 4.

Comentarios de la Guerra que el Duque de Alva hizo en Flandes. Venetiis 1569. Hæc in Gallicum conversa historia est opera Francisci Belle-foresti, atque Parisiis edita anno sequenti in 8. Venetiis etiam prodiit apud Bologninum Zaltieri anno 1571. in 4.

Dialogo de las Empresas militares, y amorosas de Paulo Jovio con un razonamiento a este proposito de Ludovico Domenichi, y las empresas horoycas, y morales de Gabriel Simeon. Venetiis apud Giolitum 1558. in 8. Lugduni 1562. & 1602. in folio.

El Duelo de Mucio Justinopolitano. Venetiis apud Gabrielem Giolitum 1552. 8.

Multa alia forte hic desiderantur, quæ utpote extra Hispaniam typis commissa infrequentia apud nos sunt, mihique invisa aut inaudita. Decessit utique vir doctus, optimeque de Italica præsertim lingua meritus, Venetiis, in cujus urbis sacra *Lucæ Evangelistæ* domo eidem traditus fuit sepulchro, quo *Ludovicus Dulcius*, *Hieronymus Ruscellius*, *Dionysius*que *Athanasius*, tria Italiæ hac tempestate lumina, contumulati sunt, ut Ghilinus in *Theatro Virorum Literatorum* refert.

F. ALPHONSUS DE ZAIAS, Toletanus, Mercenariorum sodalis, S. T. magister, Toletanæ domus præfectus, edidit:

Vida, y Virtudes del Venerable Siervo de Dios el Doctor Martin Ramirez de Zaias, natural de Toledo, Catedratico de Prima de Teulogia en su Universidad: prodiit post auctoris mortem cura D. Martini de Zaias & Rivadeneira, Equitis Jacobei. Matriti 1662. in 4.

ALPHONSUS DE ZAMORA, mutuatus ab hac urbe cognomen, natus quippe in ea Judæis parentibus Hebraicam linguam omniaque eius mysteria egregie calluit, publicasque inter suæ gentis homines (priusquam iis qui errori suo non renuntiassent, irrevocabile dictum fuisset ab Catholicorum Regum Hispanica universa ditione exilium) scholas moderatus est. Initiatus tandem ipse Catholico Christianorum instituto dignus omnino visus fuit Francisco Ximenio Cardinali amplissimo, ac Toletano antistiti, quem inter alios Hebræarum rerum consultissimos ad Sacrorum Bibliorum Complutensem illam editionem, toto orbe atque omni ætate, quantumvis aliæ operosiores & speciosiores subsequutæ sint, decantatissimam futuram, liberalissime promissis impensis & præmiis invitaret: in quo ille una cum Demetrio Cretensi Græco, Antonio Nebrissensi, Lopide Stunica, Ferdinando Pinciano Græcarum & Latinarum, Alphonso medico Complutensi, & Paulo Coronello natione Hebræis Hebraicarum literarum

rum peritissimis laudabilem quindecim fere annorum operam posuit. De quo multa scriptor elegantissimus *Ximenii rerum gestarum* secundo libro refert. Præterea scripsit:

Vocabularium Hebraicum atque Chaldaicum veteris Testamenti : cui appenduntur:

Interpretationes Hebraicorum, Chaldæorum, Græcorumque nominum veteris ac novi Testamenti:

Catalogus eorum, quæ in utroque Testamento aliter scripta sunt vitio scriptorum, quam in Hebræo & Græco & in quibusdam Bibliis antiquis. Item:

Introductiones Artis Grammaticæ Hebraicæ. Omnia hæc formant unum ex voluminibus laudatæ Bibliorum editionis. Compluti apud Arnaldum Gulielmum de Brocar 1515. fol.

Deinde Grammaticam aliam breviorem, faciliorem & lucidiorem (ut ipse de se loquitur) confecit, Ximenio jam fato functo, & Alphonso Fonsecæ Toletano præsuli ejus successori nuncupavit, hoc titulo:

Artis Grammaticæ Hebraicæ Introductiones. Compluti apud Michaelem de Eguia 1526. in 4. Quibus annectuntur:

Vocabularium breve omnium fere primitivorum Hebraicorum:

Brevis Tractatus de Orthographia Hebraica, scilicet *de Punctis*:

Epistola, quam misit ex Regno Hispaniæ ad Hebræos, qui sunt in Urbe Romana ad reprehendendum eos in sua pertinacia, Hebraice olim scripta, hic tamen Hebraicis Latina interpretatione interlineari adjuncta.

Fuit & in bibliotheca Soræ Aragonensis, ut constat ex hujus catalogo (manune scriptum an typis editum nescio):

Compendium Alphonsi Zamoræ universorum Legis veteris præceptorum, in 4.

In bibliotheca Complutensi vidit Joannes Pineda libri Ecclesiastis Chaldaicæ paraphrasis Latinam interpretationem, qua usum sese ait præfationis ad hunc biblicum librum, cap. XIII. §. 4. Quam quidem a Zamora suspicatur factam.

D. ALPHONSUS DE ZARATE ET DE LA HOZ, dum Matriti commoraretur scripta a se *Varia Carmina* sermone vernaculo emisit in lucem. Ibidem.

ALPHONSUS DE ZORRILLA, scripsit:

De Sacris Concionibus recte formandis. Romæ 1543.

Laudatur in catalogo Regiæ bibliothecæ Scurialensis.

F. ALPHONSUS DE ZURITA, ordinis Mercenariorum, Castellæ Provincialis præfectus, scripsit:

Speculum Religiosorum. Pinciæ 1533. 4.

Pro Castellana ordinis sui Provincia, & exemptione ejus a Præfecto Generali.

De quo auctore & scriptis me monuit illustrissimus Archiepiscopus Hydruntinus D. Gabriel Adarzo & Santander ex eodem ordine assumptus, quem alibi laudamus.

ALVARUS.

ALVARUS ALPHONSUS DE ALMADA, Lusitanus, eques ordinis Jesu-Christi, scripsit:

Panegyrico em ottava rima de S. Joaõ Evangelista. MS. Cardosus.

ALVARUS ALPHONSUS BARBA TOSCANO, Bæticus ex oppido Lepe, apud Potosi municipium Peruani regni ad S. Bernardi parochus, scripsit:

El Arte de los Metales, en que se enseña el verdadero beneficio de los de oro, y plata por azogue, y el modo de fundirlos todos, y como se han de refinar, y apartar unos de otros. Matriti 1640. in 4.

ALVARUS ARIAS DE ARMENTA, Hispalensis, Jesuitarum sodalis, postquam Montillæ domum probationis, collegiaque Hispali & Cordubæ, demum Bæticam administrasset provinciam, Romæ Assistens ut vocant Hispaniæ, Censorque Inquisitionis Supremæ Hispaniarum, commorabatur eo tempore quo edita est *Bibliotheca Societatis* a Philippo Alegambe. Foras dedit suppresso tamen nomine in libri fronte:

Encomia Sanctissimæ Eucharistiæ, & Beatissimæ Virginis Mariæ ex Sacra Scriptura deprompta. Hispali apud Gabrielem Ramos, 1615. 8. atque iterum Viennæ typis Michaelis Riccii anno 1632. Quod quidem opus mole exiguum sed prorsus egregium vocat memoratus *Bibliothecæ* auctor.

Hispane vero:

Contrato espiritual del Hombre con Dios. Beatiæ 1639. Addunt &:

Concierto con la Virgen Nuestra Señora : de quo opere Beatiæ 1639. in 8. edito testis mihi est Hippolytus Maraccius in *Appendice* MS. *Bibliothecæ Marianæ* ex *Annalibus Marianis Soc. Jesu* P. Joannis Nadasi : & Nathanael Sotuellus in novissima *Bibliotheca*:

Sermon predicado en el dia de la Publicacion del Nuevo Expurgatorio. Hispali 1632. in 4.

Inedita sunt in collegio S. Pauli Granatensis volumina duo MSS. quæ continent:

Exercicios espirituales sobre los de S. Ignacio. Obiit Romæ anno MDCXLIII. auctore mi-

mihi eodem Joanne Nadaſi apud Maraccium.

ALVARUS DE CASTRO, medicus ut videtur & philoſophus, neſcio quis, reliquit in Toletanæ Sanctæ Eccleſiæ bibliotheca in ſchedis MSS.

Januam Vitæ: mediocri forma, loculo 35. num. 9.

Fundamenti Medicorum duas partes, primam & ſecundam: mediocri forma, eodem loculo, num. 10. & 11.

ALVARUS DE CORDOVA, ſcripſit: *Compendio de la Vida*: quod opus vertiſſe in Italicum Petrum quemdam Martyrem audivi, atque edidiſſe in 8.

ALVARUS CUBILLO DE ARAGON, Granatenſis, Comœdiarum poeta, plures theatro dedit, quarum aliquot cum aliis carminibus uno volumine contentas typis commiſit. Nomen id libro:

El Enano de las Muſas. Matriti 1654. in 4. Item:

La Curia Leonica: cujus ſecunda pars Granatæ prodiit 1625. in 8.

ALVARUS DIAZ, Luſitanus, canonicus & Vicarius Generalis epiſcopatus Capitis-viridis in Africa, ditionis Luſitanorum, ſcripſit:

A Vida de D. Fr. Sebaſtiaõ da Aſcençaõ Biſpo que foi de Cabo-verde, Dominicano. MS. Fr. Emmanuel de Reſurrectione.

ALVARUS FERREIRA DE VERA, Luſitanus, Oliſiponenſis, edidit vernaculo gentis ſermone:

Origen da Nobreza Politica, blaſoẽs de Armas, apellidos, cargos, e titulos nobres. Oliſipone 1631. 4.

Ortographia, ou modo pera eſcrever certo na lingoa Portugheſa. Ibidem eodem anno: cui adjuncta ſunt:

Un Tratado de memoria artificial, a Chriſtophoro Bruno Jeſuita præceptore ſuo in Mathematicis acceptus, itemque:

Breves louvores da Lingoa Portugheſa e da muita ſemelhanza, que tem com a Latina.

Affecta ſe habere alia teſtabatur ipſe dum viveret, nempe: *Compendio de Vocabularios*, ſive *Lexicon Latino-Luſitanum*, necnon & hoc titulo aliud opus: *Corteſaõ & Varaõ perfeito.*

ALVARUS GARCIA DE SANCTA MARIA, Luſitanos inter ſcriptores (alius omnino a Pauli Burgenſis Epiſcopi filio) a Georgio Cardoſo in ſchedis recenſetur, qui Regi neſcio cui Portugalliæ a conſiliis eum fuiſſe ait, poemaque vernacula gentis lingua *Das virtudes e vicios*, de virtutibus & vitiis, compoſuiſſe: quod eſt in Brigantinæ domus bibliotheca.

ALVARUS GOMEZ, Luſitanus, doctor theologus Pariſienſis, prior S. Nicolai in urbe Uliſsiponenſi, Portugalliæ Regi a ſacris & a concionibus, Alphonſi Cardinalis Portugalliæ præceptor, ſcripſit æqualis cum eſſet ejus temporis:

De Conjugio Regis Angliæ Henrici VIII. cum relicta fratris: uti legitur apud Nicolaum Sanderum lib. I. Schiſmatis Anglicani: *Aderant tunc Pariſiis Petrus Ferdinandus Braſilienſis Epiſcopus, qui ad Tractatum Alvari Gomeſii De Conjugio Regis Angliæ cum relicta fratris ſui præfationem adſcribens &c.* Et infra inter hujus argumenti ſcriptores laudat e Luſitanis Alvarum Gomezium. Verba Sanderi adducit Odericus Raynaldus tomo XX. *Annal. Eccleſ.* ad ann. 1531. num. 86.

Prodiit liber Uliſsipone 1551. in 4. Monet auctor ſe jam Latinitate donaſſe ex Luſitanæ linguæ annalibus Alphonſi I. & Sancii ejus filii, atque item Joannis I. ejuſdem regni Regum vitas Joanni Regi III. nuncupatas, & infit *Principi D. Henrico* (poſtea Cardinali) *Commentarios in primum librum Regeſti facultatis.... in materia fidei & morum adverſus omnes noſtri temporis hæreſes dicavi. Et D. Eduardo* (Henrici fratri) *inſignem de Immortalitate librum compoſui, & alii quoque Mœcenates mei, & Primates Luſitaniæ nonnulla opera, qualia qualia ex me acceperunt.* Hæc ille.

ALVARUS GOMEZ DE CASTRO, Eulalienſis, hoc eſt in oppido S. Eulaliæ, quæ in campo Toletano eſt, natus, dum literas Compluti addiſceret Joannem Ramirum Toletanum, Latinis dialogis diſertum, necnon & ut credimus Alphonſum Cedillum frequentavit, quem ipſe præceptorem ſuum virumque juxta religioſum ac eruditum alicubi appellat. Quo loco manens in id maxime totoque animi pondere incubuit ut ſtudiis humanioribus, Latinæque ac Græcæ linguæ præſtanti cognitione æquales omnes antecelleret. Profeſſuſque eſt has ipſas literas Ildephonſini collegii toga condecoratus in eodem lycæo annos plurimos, donec evocatus Toletum a Bernardino Sandovalio, qui recens in ea urbe novam erexerat ſcholam, eo conceſsit Græcorum literas, Rhetoricæque artis regulas auditores docturus. Per ille hujus profeſſionis tempus Regio juſſu in manus ſumpſit D. Iſidori opera recognoſcenda, & juxta ſaniorum codicum lectionem repurganda atque illuſtranda, præcipueque *Originum* libros, egregiam quidem Petro Ciacono Toletano Ro-

Romæ noſtri operæ operam conferente. Cujus rei curæ Alvaro committendæ auctor fuiſſe Philippo Regi Petrus Poncius Legionenſis, Placentinus antiſtes, vir literis ac dignitate ſummus, fertur: idque literæ hujus ſententiæ ad Gratianum Regi a ſecretis datæ confirmant, quas inter iſtius præſulis monumenta in *Theatro Placentinæ Eccleſiæ* Regius chronographus Ægidius Davila produxit. Bonum quidem factum licet exclamare ſi per valetudinem licuiſſet ei, quod erat in omnium votis, hoc labore defungi; namque imbecillo ac brevi corpore, licet ingenio firmus, dum plura congerit, priuſquam fœtum edere tempeſtivum poſſet, anno ſuperioris ſæculi octogeſimo, ætatiſque ſexageſimo quinto, graſſante per Hiſpanias catarrhi peſtilentis fato, ſubreptus eſt. Vir quidem ſingulari eruditione, eximiuſque tam ligatæ quam pedeliberæ orationis Latinæ pangendæ artifex, ut clamant ab eo relicta utriuſque operis monumenta abſolutiſsima. Scripſit namque:

De Rebus geſtis Franciſci Ximenii S. R. E. Cardinalis Archiepiſcopi Toletani. Compluti apud Andream de Angulo 1569. fol. Francofurti primum 1581. apud Vekerium, iterumque in collatione auctorum qui res Hiſpanas ſcripſerunt anno 1603. apud Claudium Marnium, & heredes Joannis Aubrii: quo opere in eo genere an præſtantius quidquam aut perfectius eſſe poſsit non immerito ſæpe dubitavi.

Publicam Lætitiam, qua D. Joannes Martinus Siliceus Archiepiſcopus Toletanus Compluti ſuſceptus eſt. Ibidem in 4.

In S. Iſidori Origines, & quidquid in ea adornanda Sparta elucubravit: hoc ipſum eſſe opus quod poſtea Joannes Grialus in editione Matritenſi omnium Iſidori operum ſuo nomine produxit in publicum Andreas Scotus in *Bibliotheca* ſcribit *Hiſpana.*

Catalogum, ſeu Hiſtoriam Archiepiſcoporum S. Eccleſiæ Toletanæ: inchoatum reliquiſſe ſcio, nam ſæpius ex iſto opere fragmenta vidi apud varios laudata.

Luſit & verſibus cultiſsimis, & poeticæ animæ plenis:

Edillia aliquot, ſive *Poematia*: ſcilicet *Crucem*, ſive *de Chriſti Domini nece*: *Alconem*, ſive *de Joannis Vergaræ morte*: *Epigrammata quædam*: *Najades*, ſive *de nova Cathedrarum in Toletana Academia erectione.* Lugduni 1558. in 8.

In bibliotheca Latina MS. ſummi viri Antonii Auguſtini fuit olim, ut videre eſt in ejus catalogo typis edito, aliud Gomezii opus, ſcilicet codice CXXIII:

Emendationum capita CVI. in quibus varia loca Sacrorum Librorum, atque Scriptorum Eccleſiaſticorum illuſtrantur, atque explicantur.

In bibliotheca quoque Olivarienſi inter MSS. codices fuit quidam hujus notæ: *Alvari Gomezii Toletani quædam Epiſtolæ, Orationes, & Farragines variarum rerum*: *Miſcellanea*, item *vel ſua manu ſcripta, vel ex aliorum monumentis collecta.*

Necnon & vernaculo ſermone edidit:

Recebimiento que la Univerſidad de Alcala hizo a los Reyes, quando vinieron de Guadalaxara. Compluti apud Joannem Brozas 1560. 4.

Recebimiento que la Imperial Ciudad de Toledo hizo a la Reyna Doña Iſabel quando entró en ella a celebrar ſus bodas con el Señor Rey Filipe el Prudente. Toleti apud Joannem Aiala 1561. 4.

Antigüedades de la Nobleza de Toledo: quod opus ſe vidiſſe MS. affirmat in catalogo librorum MSS. quibus in pangenda *Nobilitatis Bæticæ Hiſtoria* uſus fuit, Gundiſalvus Argote de Molina.

Viſitur in ſacra maxima æde Toletana ad limina ſacelli Regii hoc titulo conſpicuum ſepulcrum:

D. O. M.
Alvarus Gomezius Caſter fui.
Dixeram de mea Vita ſatis;
Sed adſta paululum,
Nemini unquam ſciens nocui;
Prodeſſe quam pluribus curavi;
Viris placui bonis, quos potui fallere:
Verum quod nondum noſti,
De me jam fecit judicium Juſtus Judex
Poſtea de omnibus palam facturus.
Tu interim me poſtula reatibus exſolvi.
Vale.

ALVARUS GOMEZ DE CIUDAD-REAL, in Guadalaxara urbe regni Toletani (veterum ſine dubio Carraca eſt non Complutum, quod ipſe falſo exiſtimavit) nobilem ſortitus eſt progeniem, vitaliſque primam auræ uſuram. Petro quippe Gomezio de Ciudad-Real, & Catherina Arias editus fuit parentibus, quem Petrum ſenior Alvarus, Henrico Hiſpaniarum Regi IV. a ſecretis, olim genuerat. Toparcha & ipſe, qualis & fuerat pater, locorum Pioz & Atancon Briandam a Mendoza, Infantatus Ducis notham filiam, conjugio ſibi copulavit: amœno ubertatiſque miræ vir ingenio, totus in muſarum ulnis gremioque geſtari, quantus in ſacra profanaque fuit literatura, percupiit. Aulicus olim Cæſaris in juventute, Velleris Aurei torque verſibus apud Belgas celebrato, feliciter quidem ſibi hoc ceſsiſſe vidit primum jocundæ, ſed & nervoſæ artis experimentum: quo ipſo ſtudio nunquam non, vel in ætate ad ſenium vergente, dies procudit; at illo quidem, ſacris jam pietatemque auctoris profe-

rentibus argumentis, sine missione addicto. Hæc scilicet lucem viderunt viri doctissimi poetæque summis conferendi opera, cum Latina, tum vulgaria:

De Militia Principis Burgundi, quam Velleris aurei vocant ad Carolum Cæsarem ejusdem militiæ Principem libri v. Quibus Alexius Vanegas Toletanus *brevem enucleationem* addidit *locorum obscuriorum.* Toleti apud Joannem de Aiala 1540. 8. Erasmi Roterodami elogio celebratum poema, quod quidem, quantumvis reliquorum operum princeps, non nisi post mortem prodiit auctoris opera filii Petri Gomezii a Mendoza. Insuper hoc ipsum in vernaculum vertit sermonem Joannes Bravus, atque edidit anno 1546.

Thalichristia, carmine heroico, *in quo Jesu-Christi Redemptoris triumphus redemptionisque nostræ mysteria celebrantur*, libris xxv. Ad Hadrianum Pontificem Maximum ex Dertusano Episcopo recens creatum. Compluti apud Arnaldum Guilielmum de Brocar 1522. 4. De quo opere Antonius Nebrissensis in commendatione illius: *Habes*, inquit, *Lector, celebrandam venturo sæculo Talichristiam; habes Virgilium Christianum, habes, inquam, Poeticam Theologiam a summis viris diu desideratam, & a Joanne Pico illustri Mirandulæ Comite summo voto petitam.*

Musa Paulina, sive *D. Pauli Epistolæ versibus elegis*: ad Clementem VII. Pont. Max. Compluti apud Michaelem de Eguia 1529. 4. vastum opus, sed quod Ovidianas omnes veneres, divinas tamen, contineat. Porro una ad Romanos epistola quinque mille fere versibus constat, quam quidem lego similiter & ante eum metro vertisse Ægidium Delfum quemdam, Miræo teste in *Bibliotheca Ecclesiastica.*

Proverbia Salomonis: carmine Latino. Basileæ 1538. Item:

Septem Psalmi, quos vocant *Pœnitentiales.*

Prosaicum opus etiam Latinum laudant Alexius in *Scholiis Aurei Velleris*, & Andreas Scotus in *Bibliotheca.*

De Profligatione Bestiarum adversus Hæresiarchas.

Lingua vero Castellæ nostræ, & quidem eleganter secundum ætatis captum, animoseque:

La Translacion de los Triunfos del Petrarcha.

De la Concepcion de Nuestra Señora.

De las Tres Marias.

Teologica descripcion de los Misterios Sagrados en doce cantos, editam a filio Petro Gomezio, nuncupatamque Joanni Taveræ præsuli Toletano, Toleti apud Joannem de Aiala 1541. 4. Scriptum opus est eo genere carminis, quod nos Coplas de Arte mayor dicimus. *Postremo quidem loco ab eo compositum, adeoque omni scientiarum genere refertissimum* (ait Alexius Vanegas in præfatione) *ut præter id quod grandi boatu resonet, vernaculis Poematis omnibus hujus auctoris palmam eripiat.*

Satyras morales contra los siete Vicios, quæ quidem editæ sunt in eo libro, quem Joannes Stephanus de Villalobos edidit ex variis ita inscriptum: *Tesoro de Sacra Poesia.* Matriti apud Ludovicum Sanchez 1604. 8.

Obiit quinquagenarius Julii die xiv. anni MDXXXVIII.

ALVARUS GUTIERREZ DE TORRES DE TOLEDO, ex Regia ista ut creditur urbe oriundus, edidit, more illius temporis quo vixit, quæcumque in adversaria Historica conjecisset, hac inscriptione usus:

Sumario de las maravillosas, y espantables cosas que en el mundo an acontecido: Alphonso a Fonseca & Acebedo Toletano antistiti nuncupans. Simulque:

Breve Compendio de las Alabanzas de la Astrologia. Toleti 1524. 4.

F. ALVARUS DE HINOJOSA, ET CARAVAJAL, Placentinus, ordinis Sancti Benedicti, edidit:

Vida, y Milagros de Santa Ines, y otras obras de Poesia. Bracharæ apud Fructuosum Laurentium 1611. in 8.

ALVARUS LOBO, patria ex oppido Villareal Portugalliæ regni, Societatis presbyter, orator eximius, poeta excellens ut verbis utar Alegambii, reddidit Lusitane:

O Martyrologio Romano. Conimbriæ 1591.

Historia da Provincia de Portugal da Companhia de Jesus. MS.

Entrada das Religioẽs do Reyno de Portugal. Laudat Cardosus in *Agiologio* xxvii. Martii pag. 333.

Obiit anno MDCVIII. ætatis lvii.

ALVARUS LOPEZ ARIAS DE VEGA, scripsit carmine:

Poema Historico, y descripcion del Sitio, Casa, y Milagros de Nuestra Señora la Virgen de Esperanza. 1653. 4.

ALVARUS DE LUNA, inscribitur auctor seu compilator operi:

Difiniciones de la Sagrada Religion, y Cavalleria de Montesa, y San Jorge. Valentiæ 1573. 8.

ALVARUS NUÑEZ, chirurgus uti credere par est, fecit:

Annotationes ad libros duos Francisci Arcei de Recta curandorum Vulnerum ratione, cum iisdem excussas Antuerpiæ 1574. in 8.

AL-

ALVARUS NUÑEZ CABEZA DE VACA, Franciſcum de Vera, Tereſiamque Cabeza de Vaca Xerezienſis urbis prope Oceanum incolas habuit parentes. Franciſcus Vera Petri illius, qui Canariam inſulam adinvenit expugnavitque, filius extitit. Ipſe Xereſii ut creditur natus, primo cum Pamphilo de Narvaez in Floridam Americæ Septemtrionalis, iterumque in Paranam provinciam Meridionalis præfectus ipſe jam, expeditioniſque dux adnavigavit: unde reverſus Philippo Principi commentaria utriuſque itineris nuncupavit, nempe ſic adnotata:

Naufragios de Alvar Nuñez Cabeza de Vaca. Hæc prior pars eſt ab eo exarata, ſequitur poſterior: *Comentarios de Alvar Nuñez Adelantado, y Gobernador de la Provincia del Rio de la Plata.* Pinciæ 1555. 4. Quam quidem Petrus Fernandez, Alvaro eidem a ſecretis, jubente eo conſcripſit.

D. Thomas Tamajus in *Collectione Librorum Hiſpanicorum* Hiſpali natum affirmat.

F. ALVARUS OSORIO, ignotum nobis quiſnam homo, aut cujus inſtituti ſodalis: ſcripſit, quæ in bibliotheca Olivarienſi extabat ut ex ejus conſtat catalogo:

Hiſtoria del Infante D. Fernando, Caroli Imperatoris germani fratris, ſcripta, ut colligimus, antequam per renuntiationem Caroli Imperator & ipſe acclamatus eſſet.

ALVARUS PEREZ DE GRADO, Salmanticenſis, patriæ Eccleſiæ canonicus Doctoralis, Legumque in academia profeſſor primarius, & aliquando emeritus, compilaſſe dicitur:

Los Eſtablecimientos de la Orden militar de S. Juan.

ALVARUS DE PIÑA, ET ROXAS, patria ex oppido Caſarubios del Monte diœceſis Toletanæ, MS. reliquit:

Apologia a cerca de los Linages.

Tabla o Chronologia univerſal de los tiempos.

Tablas de la nueva enmienda del año.

ALVARUS PIZAÑO DE PALACIOS, canonicus Magiſtralis ut vocant Eccleſiæ Cordubenſis, ſcripſit:

Dos Diſcurſos en favor de la Puriſsima Concepcion de la Virgen Santiſsima Nueſtra Señora. Hiſpali 1615. in 4.

F. ALVARUS DE ROXAS, ſive DE S. MARIA, ordinis Minorum ſtrictioris Obſervantiæ provinciæ S. Gabrielis, ſcripſit:

In Apocalypſim Sancti Joannis Commentarios, quos apud D. Gabrielem de Trejo S. R. E. Cardinalem, cui auctor conſignaverat ut luci eos committi faceret, vidit olim Romæ Lucas Waddingus, qui & ejuſdem laudat:

Commentarios in caput VII. Danielis, &

In caput IV. Zachariæ: quorum exemplar adſervari ait in archivio laudatæ provinciæ.

ALVARUS SEMMEDO, Luſitanus ex oppido Niſa diœceſis Portalegrenſis, presbyter Societatis Jeſu, auctor eſt ejus operis, quod tamen a ſe reformatum, ordineque hiſtorico atque ſtilo perductum edidit Emmanuel Faria de Souſa hujus nuncupationis:

Imperio de la China, y cultura Evangelica en él por los Religioſos de la Compañia de Jeſus. Matriti apud Joannem Sanchez 1642. in 4. Luſitanica lingua ut credimus primum id opus fuit ab auctore formatum, unde in Caſtellanam tranſmigravit: tandem Italicum prodiit: *Relatione della Monarchia della Cina* inſcriptum, Romæ apud Hermannum Schens 1643. in 4. opera Joannis Baptiſtæ Giattini Jeſuitæ Panormitani. Gallice vertit Ludovicus Coulon Pariſiis 1645.

Cartas de la China de los años 1622. *y* 1623.

Denatus fuit in urbe Sinarum Cantonenſi MDCLVIII. ætatis LXXIII. miſsionis ſuæ Sinenſis XLVI.

ALVARUS THOMAS, Oliſiponenſis, in ſchola Pariſiorum ſub Petro de Aliaco, theologo illius temporis eximio Sanctæ aliquando Romanæ Eccleſiæ Cardinali, multum in philoſophicis profecit, eo tamen ævo quo tantum placebant dialecticorum tricæ, ac ſophiſtarum captiunculæ, quod ſcribendi genus pro merito averſati ſunt, inter alios etiam Hiſpaniæ doctiſsimos viros, Joannes Ludovicus Vives conſcripto *adverſus Pſeudo-Dialecticos* libello, & Alphonſus Garſias Matamorus *de doctis Hiſpaniæ Viris* diſſerens. Alvari certe noſtri, qui in collegio Pariſinæ urbis Coqueretico rectorem aliquando egit, Pariſienſes ediderunt:

De Triplici Motu librum, cui præmittitur ex Geometricis.

De Propoſitionibus tractatus, anno 1509. apud Guilielmum Enabet.

F. ALVARUS DE TORRE, Dominicanus, cujus nullam invenio factam in ejuſdem ordinis monumentis mentionem S. T. Magiſter, & a concionibus Joanni II. Luſitanorum Regi, tractatum quemdam vertiſſe in vernaculum dicitur *D*............ *do Mundo* (hactenus enim legere potuimus in Cardoſi ſchedis) una cum Germani cujuſdam N. Montari ad eumdem Regem data epiſtola ex Norimbergenſi urbe anno MCCCCXCIII. *Sobre*

bre o descobrimento de Mar Oceano, sive: super navigato primum nuper Oceano mari.

ALVARUS VALASCO, alias VAS, Lusitanus, jurisconsultus ac professor primarius in amplissima Conimbricensi schola, in Regia curia Ulissiponis urbis advocatum prius deinde senatorem egit, insigniaque sui monumenta reliquit posteris, quæ in manus Francisci filii, ejusdemque doctissimi Jurisprudentiæ professoris, cum devenissent claræ jam ex bona parte genitoris memoriæ postumum editionis doctissimarum lucubrationum honorem exhibuit. Publicaverat auctor dum viveret:

Decisionum, *Consultationumque ac Rerum judicatarum in Regno Lusitaniæ* librum unum, Olisipone. Itemque:

Quæstionum Juris Emphyteutici primam partem. Olisipone 1591. folio, & 1611. in fol. apud Craesbek.

Filio deinde accepta ferre debemus:

Decisionum, *& Consultationum* lib. secundum, Olisipone 1601. fol. Venetiis cum priore alio 1609. apud Juntam. Francofurti 1650. fol.

Praxim Partitionum, *& Collationum inter hæredes.* Olisipone 1605. Venetiis 1609. fol.

AMARUS.

AMARUS CENTENO, in montanis Legionensibus oppidoque, quod La Puebla de Sanabria vulgari nomenclatura dicitur, natus, ex *Haitonis Tartarorum Historia* olim Armenica, post Latina Italica Gallica facta, quampluribus (uti de se ipse ait) ex penu sua additis, dedit Hispana lingua:

Historia de las cosas del Oriente, *descripcion de los Reynos de la Asia*, *Historia de los Tartaros*, *Reyno de Egypto*, *y Jerusalem.* Cordubæ 1595. in 4. ex officina Didaci Galvani.

AMATOR.

F. AMATOR ARRAIS DE MENDOZA, Lusitanus, ex oppido Beja, seu Pace Julia, dioecesis Eborensis, Simone Arais viro nobili natus, Carmelitarum sodalis primus qui in Conimbricensi ordinis collegio per id tempus erecto professionem emisit. In eodem & in S. Crucis Canonicorum Regularium inclyto cœnobio theologiam docuit. Sebastiano Regi a concionibus fuit, S. Theologiæ Magister jam creatus, Henrico autem a suprema cura Cappellæ, Episcopus etiam titularis Adrumentinus, postea Tripolitanus in Africa, simulque suffraganeus Eborensis. Quibus cum & apud Philippum Regem Catholicum, Henrici successorem, fungeretur muneribus episcopatum ab eo Portalegrensem accepit, propositus Romæ III. kal. Novembris anno MDLXXXI. edidit:

Dialogos Morais. Conimb. 1589. iterumque 1598. in fol. Latine vero 1604. si Petro de Alva credimus in *Militia Conceptionis;* nempe *Dialogos Morales*, quos magni habent Lusitani.

Cum contigisset ejus tempore infelix Africana Sebastiani Regis expeditio, pluresque e dioecesi sua Portalegrensi in Maurorum potestate captivos remansisse certior factus esset, omnes proprio ære redemit. Episcopatu demum se abdicans impetratis literis Apostolicis, in collegium ordinis Conimbricense, quod olim rexerat, se recepit, in eoque diem suum obiit I. die Augusti sæcularis anni MDC. Meminit ejus cum laude merita Rodericus da Cunha *Hist. Episcop. Portuensium* parte II. cap. XLII. & G. Cardosus tomo III. *Agiologii* die XIV. Maii lit. a.

AMATOR REBELLO, Lusitanus, ex oppido Barqueira dioecesis Portuensis, Jesuita, literis humanioribus instituisse dicitur Sebastianum Regem, & collegio S. Antonii Olisiponis urbis præfuisse, quem Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano* tom. III. die VII. Maii in albo eximiorum Christiana virtute mortalium collocavit. Edidit:

Alguns Capitulos tirados das Cartas da India, *China*, *Japaõ e Angola*, *do anno MDLXXXVIII.* hoc eodem anno Olisipone in 8.

Vida do Rey D. Sebastiaõ: anno 1615. uti Cardosus ait, quam & laudat Franciscus Suarez Toscano in *Parallelis* suis cap. LX. Et Georgius Cardosus in *Agiologio* Lusitano tom. 3. ad diem 3. Maii.

AMATOR RODRIGUEZ, Salmanticensis, professor juris in hoc gymnasio, causarumque illius patronus, deinde in Regia Matritensi curia similem operam clientibus exhibuit. Foras dedit cum nondum Salmanticam reliquisset:

Modum, *& formam videndi*, *& examinandi Processum.* Matriti 1609. 4. Quem librum ipse in Hispanum vertit.

Deinde alia duo:

Tractatum de Exequutione Sententiæ, *& eorum quæ paratam habent exequutionem.* Matriti apud Alphonsum Martinum 1613. in folio.

Tractatum de Concursu, *& privilegiis creditorum in bonis debitorum*, *& de eorum prælationibus*, *&c.* Matriti apud Ludovicum Sanchez 1616. fol. Venetiis 1644. Prodiit demum una cum *Labyrintho Creditorum* D. Francisci Salgadi editionis Lugdunensis anni 1665. *in quo* (ait typographus) *præter obser-*

va-

vationes exc. nunc Juris Professoris Nicolai Gagliardi Proton. Apostolici, uberiora prodeunt scholia Ant. Mariæ Bertoli V. I. C. & semicenturia Decisionum S. R. Rotæ recentissimarum ad suos articulos per ipsum elaborate distributarum.

AMATUS.

AMATUS Lusitanus, (hac enim appellatione notus esse voluit qui inter cives suos Joannes Rodriguez, adjuncto a patria cognomine de Castel Branco, olim audiebat, atque in prioribus a se editis monumentis inscriptus prodiit) medicus doctor, Salmanticæ ab Altareto, quem appellat ipse medicorum Hispaniæ principem, una cum Andrea Lacuna Segobiensi hanc artem didicit: deinde octodecim non amplius annos natus chirurgicam in duobus ejusdem urbis nosocomiis exercuit. Hinc in patriam se recipiens gradum inde fecit ad peragrandas Galliæ, inferioris Germaniæ, demumque Italiæ celebriores scholas, quarum, suæque peregrinationis, contractæque cum viris summis, Antuerpiæ quidem Ludovico Vives, Ferrariæ Joanne Baptista Cannano qui de *Musculis* scripsit, & Antonio Musa Brasavolo medico clarissimo, Venetiisque cum Didaco Mendoza Regio Legato familiaritatis in Centuriarum opere sæpius meminit. Anconæ quidem ille (nescio an apostasiæ jam labe infectus) substitit, qua in urbe derelictis facultatibus suis, fugæ locum sibi quærere opus habuit Pisauri apud Guidonem Ubaldum, Urbini Ducem, quo tempore Albanus Dux ad coercendos Hispani nominis hostes circum urbem bellum ferebat. Delatus tandem Thessalonicam Græcorum, ubi celebris est Hebræorum & qui Hebraicæ superstitioni palam adhærent sinagoga, vitam ibi ut credo cum morte infelicissima commutavit. Libris interim doctis & elegantibus famæ suæ præluxerat. Scripsit enim:

In Dioscoridem Anazarbæum Commentaria. Venetiis in ædibus Scoti 1553. iterumque 1557. Lugdunique 1558. in 8. apud Mathiam Bonhome cum *Annotationibus Roberti Constantini, & simplicium picturis ex Fuschio, & Da le campo.* Argentinæ item apud Bihelium 1565. in 4. Ediderat olim sub veteri nomine Joannis Roderici Castelli-Albi: *In duos libros priores Exegemata*, Antuerpiæ 1536. in 4. deinde adscito sibi Amati alio, integrum hoc opus, quo quidem provocavit Petri Andreæ Matthioli eidem Spartæ ornandæ intenti, Venetiis editam adversus se *Apologiam.*

Curationum Medicinalium Centurias VII. Quibus præmittitur *Commentatio de Introitu Medici ad ægrotantem, deque Crysi, & Diebus decretoriis.* Harum prima cum laudata commentatione prodiit, seorsim ante alias, Florentiæ apud Torrentinum 1551. Secunda Venetiis apud Valgrisium 1552. in 16. Simul omnes Venetiis 1557. in 8. Lugdunique apud Rovillium 1560. Parisiis 1613. tribus voluminibus: & Burdigalæ apud Gilbertum Vernoy 1620. in 4. Item Barcinone 1628. fol. Harum septima centuria curationum & medicinalium Thessalonicæ habitarum absoluta anno Christi 1559. Mundi 5319. dicata Gedaliæ Zahiæ, qui mirifice ab eo in epistola nuncupatoria laudatur data anno M. 5321. excusa fuit Lugd. apud Guil. Rovillium 1570. in 12. Quam vidit editionem Reverendus Abbas D. Julius Bartoloccius *De Scriptis Hebræorum* scriptor clarus, & amicus noster. Gedilium hunc Jachiam scriptorem credo libri *Scialsceleth hakabb.*

Amisit in Anconitana calamitate, ut ipse refert in dedicatione centuriæ VIII. & curatione XII. & XXIX. & LXX:

Commentaria in quartum Fen libri primi Avicenæ, quibus præfixus erat ipse Avicenæ textus per Jacobum Mantinum fideliter versus, atque ab Amato recognitus & latinior factus.

Vertit item in Hispanicum, nuncupavitque Jacobo Nasinio Hebræo:

La Historia de Eutropio.

Medicum Clarissimum vocat eum bibliothecæ Medicæ auctor, *eruditissimas* ejus *in Dioscoridem enarrationes, multiplicemque rerum in Centuriis copiam, atque eruditionem* celebrans.

AMBROSIUS.

F. AMBROSIUS BAPTISTA, ordinis Præmonstratensis, edidit:

Discurso breve de las miserias de la Vida y Calamidades de la Religion Catholica. Matriti in officina Regia 1635 in 4.

Lusitanum hunc fuisse Cardosus credit in schedis ad *Bibliothecam Lusitanam.*

AMBROSIUS BONDIA, laudatur auctor libri, ut apparet carminum, hoc titulo inscripti:

Citara de Apolo y Parnaso en Aragon. Cæsaraugustæ 1650.

AMBROSIUS CARDOSO DE ABREU, Lusitanus, prior S. Andreæ Olisiponensis urbis, edidit:

Alegationem pro interdicto posito in Urbe Olisiponensi: & de Tributis personis Ecclesiasticis non imponendis. Romæ 1623.

D. AMBROSIUS DE FRONPEROSA, ET QUINTANA, Matriti in curia Regia centurio Prætorianorum militum, dedit in vulgus:

Dias

Dias Sagrados, y Geniales celebrados en la Canonizacion de San Francisco de Borja por el Colegio Imperial de la Compañia de JESUS de Madrid. Ibidem 1672. in 4.

F. AMBROSIUS GOMEZ DE SALAZAR, e Burgensibus montanis oriundus, in oppido enim cognomine Salazar juxta Medina de Pomar natus, Benedictinus monachus, S. Theologiæ magister, generalisque uti appellant ordinis sui concionator, scripsit:

El Moisen segundo, nuevo Redentor de España nuestro Padre Santo Domingo Manso, llamado Santo Domingo de Sylos, su vida, virtudes, y milagros. Matriti apud Joannem Martinum del Barrio 1653. in folio.

Oraciones Panegyricas varias en las fiestas de Christo, de Maria Santisima, y de los Santos. Ibidem apud Paulum del Val 1657. in 4. Abbas erat, cum has edidit, monasterii S. Æmiliani, vulgo San Millan, in quo religiosum Sacramentum olim dixerat. Item ut a domesticis accepimus:

Athenas Christiana, o Sermones de Quaresma. Matriti in 4.

Obiit circa annum MDCLX.

F. AMBROSIUS DE MOLINA, Cisterciensis monachus cœnobii de Carrazeda edidit:

Sermones de Quaresma. Barcinone 1615. in 4.

F. AMBROSIUS DE MONTESINO, Franciscanus, egregiusque apud Catholicos Reges Ferdinandum & Elisabetham verbi Dei concionator, in Sardinia ut fertur postea episcopus, edidit vernacule:

Epistolas, y Evangelios para todo el Año con sus doctrinas, y sermones. Anno 1512. Quod opus recognitum, stiloque puriore donatum Romanus Vallezilla monachus Benedictinus Barcinone iterum prodire fecit anno 1601.

Vita Christi del Cartuxano: hoc est *Ludolphi Cartusiani aureum opus de Vita Christi,* (quod & Italis communicavit postea Franciscus Sansovinus) jussu Elisabethæ Serenissimæ, inclytæque cunctarum virtutum Regiarum ornamentis Castellæ Principis in Hispanum sermonem translatum: quod prodiit primum Compluti 1502. apud Stanislaum de Polonia quatuor voluminibus, deinde Hispali ex officina Joannis de Cromberger 1537. iterumque ibidem apud Jacobum Cromberger 1551. fol. Tandem locupletius opera Joannetini Niño ejusdem ordinis anno 1627. in folio.

Cancionero de diversas obras del Reverendo Padre Fr. Ambrosio Montesino Obispo de Sardeña de la Orden de los Menores: ad Ferdinandum Regem cum epistola nuncupatoria, ex Toletana domo anno MDVIII. scripta, prodiit hoc ipso anno in 8. deinde Toleti apud Joannem de Aiala 1547.

Tribuit quoque ei Lucas Waddingus: *Sermones varios*: Medinæ publicatos 1586. in 4. quos non vidimus. Laudat Montesinum Lucius Marineus Siculus lib. VII. de *Laudibus Hispaniæ.*

AMBROSIUS DE MONTESINO, presbyter, Beatiæ in Bætica natus, nuncupavit olim D. Alphonso de Carvajal, Toparchæ VII. de Xodar:

Comentarios de la Conquista de Baeza, y nobleza de los Conquistadores de ella: quæ cum facultate Ordinarii Hispalensis anno MDLXXI. impetrata, manu scripta fuerunt penes Martinum de Ximena Jurado, *Annalium Giennensium* scriptorem.

AMBROSIUS DE MORALES, Cordubensis, natus anno XIII. aut circiter superioris sæculi patre Antonio medico & philosopho, cui apud Complutenses, cum primum ibi academia erigeretur, primæ Aristotelem docendi partes ob doctrinæ præstantiam obtigerunt. Avunculum habuit Ferdinandum Perezium de Oliva, virum Hispane disertissimum, quem loco suo laudabimus: fratrem Augustinum de Oliva, insignis literaturæ medicum, cujus filium Hieronymum juvenem ingenio & literis ornatissimum vocat ipse Ambrosius patruus in sua *Corduba.* Soror nostri fuit Cæcilia, ex qua & Ludovico de Molina, Archidonæ arcis in Bætica præfecto, natus est jurisprudentiæ nostratis decus illud eximium Ludovicus de Molina, senator Regius, *Primogeniorum Hispanorum* illustrator maximus: Antonius item de Morales, Tlascalensis in America episcopus, & ipse hanc eamdem viam, veluti familiæ propriam, editione monumentorum bene de posteritate audiendi prosequutus. Compluti Ambrosius, & Salmanticæ in domo Olivæ avunculi, doctus literas omnis generis, theologiæ etiam sub optimis præceptoribus Joanne Medina, qui Compluti, ac Melchiore Cano, qui Salmanticæ docebant, simulque pie vivendi studio dedit operam: adeo ut, si falsus non fuerit rumor ad Jacobi Thuani aures in Gallias usque delatus, vitæ Religiosæ inter Dominicanos sodales nomen dederit, unde tamen abscedere opus habuit in pœnam voluntarii eunuchismi, quo sibi ipsi ad exemplum Origenis Adamantii aliorumque, impotenti quodam castitatis amore, intulisse manus dicitur: de quo nil alibi a me lectum auditumve. Equidem apud eosdem Complutenses mansit presby-

byter, Humaniorum Literarum profeſſor, domique ſuæ inſtitutor plurium lectiſsimæ nobilitatis puerorum: in quibus nomen ſuum profiteri non dubitarunt, ſcriptiſque aut opere gratias educatori debitas conſignaverunt Bernardus de Roxas & Sandoval, Sanctæ R. E. Cardinalis, ac Toletanus antiſtes, qui beneficii memor cum teſtamentum conderet, ſepulcrum Moralis pro tanti viri dignitate ac meritis in honorificentiorem formam expenſis ſuis adôrnandi præceptum exequutoribus ultimæ hujus voluntatis impoſuit; Franciſcus Scribá Valentinus ex præcipua nobilitate, poſtea Societatis Jeſu ſacerdos; Petrus item de Alaba & Beaumont, Franceſi de Alaba filius, Navarrus, uterque ſcriptis notus; Didacus etiam Guevara Sereniſsimorum Rodulphi ac Erneſti, Bohemiæ Principum, cubicularius, juvenis morum integritate ac literis nobiliſsimus, cujus varia Latina poemata circumferuntur, interque alia elegans in præceptoris laudem Hiſtoriæ ipſius appenſum epigramma. Alphonſo item Ciaconio auditore, qui *Vitas* ſcripſit *Pontificum*, magiſter gloriatur. Sed quod præcipuum eſt Joannem Auſtriacum ipſum, Caroli Imperatoris filium, grammaticæ præcepta docuit. Interea cum Floriani Ocampi Zamorenſis obitus, qui rerum Hiſpanicarum univerſalem Hiſtoriam aggreſſus fuerat, & quinque jam libris editis continuaverat, hoc tam utile ac neceſſarium opus intercepiſſet, reaſſumpſit noſter ſpem, quam olim conceptam deterritus viri magni nomine atque amicitia præpeditus omnino abjecerat, hujuſmodi obſequium patriæ præſtandi: totuſque inde huic negotio intentus nihil non movit quo ad meditatam a ſe Hiſtoriæ formam, quam nulli non induſtriæ atque accuratioris diligentiæ compleſſent numeri, peregrinationibus, librorum antiquorum editorum ineditorumque lectione, ſubactique in hac re judicii virorum communicatione, Floriani jam laudati fundamentis ſuperædificans pervenire poſſet. Unde meritus fuit a Philippo Rege II. Hiſtoriographi Regii munus: quoque magis ad earum rerum tractationem, quarum ſacra, profana monumenta in veterum Galleciæ, Aſturumque, Legionenſiſque regnorum ſacrarum ædium, monaſteriorumque adytis, ſcriniis, tabulariis cuſtodiuntur, paratus atque inſtructus accederet miſſus fuit ab eodem Philippo Rege, quo nullum Hiſpania tulit rebus antiquis omnibus, ſacris, profanis in lucem vindicandis promovendiſque omnium diſciplinarum ſtudiis attentiorem, expeditioni huic doctæ ſimul ac piæ accinctus: cimeliaque omnia illius Hiſpaniarum anguli, quo reductum olim eſt quidquid Hiſpani nominis ingruentem Sarracenorum inundationem evaſerat, attente vidit legit conſideravit, mireque auxiliis inde perceptis eam maxime partem, quæ ſeptimi ſæculi, quo Maurorum jugum excutere cœpimus, ſubſequentiumque aliquot res perſequitur, locupletavit. Quare ut antiquitatum Hiſpanicarum vindicem meritis compellant elogiis docti viri: Baronius certe Cardinalis primas ei defert alicubi in hac laude: Joſephus Scaliger lib. II. de *Emendatione Temporum* eum *De Hiſtoria optime meritum*, mox & *Hiſpanæ peritiſsimum*: Thuanus libro XCIX. *Hiſtoriarum*, *In literis humanioribus, & antiquitate patria indaganda egregie doctum*: Abrahamus Ortelius in *Theſauro Geographico*, *Auctorem* ſibi *fide dignifsimum*, *Antiquitatum Hiſpanicarum diligentem Scrutatorem*: Petrus quoque Galeſinius in notis Martyrologii, eum & Reſendium *Omni doctrinarum laude præſtantes* vocant. Præter hos Ludovicus Nonius in *Hiſpania* ſua cap. XIX. diligentiæ ejuſdem acrique judicio in antiquitate indaganda plurimum perpetuo debituram agnoſcit Hiſpaniam. Nec minus Antonio Poſſevino probantur Moralis lucubrationes: videndus omnino hic lib. XVI. *Bibliothecæ ſelectæ* cap. XIV. Abſolvit penſum hoc Hiſtoriæ in patria jam ſeptuagenarius anno MDLXXXIII. vixitque ad nonageſimum uſque ſæculi. Utebatur vivens hoc ſymbolo, ſive pietatis teſſera, idque in omnibus quos poſsidebat libris inſcriptum legitur: *Tiempo fue que tiempo no fue*: excitans eo ſe ad æternitatis amorem ac deſiderium. Uſurpavit & ſacroſanctum Jeſu nomen, cui ſubſcriptum voluit: *Hinc principium, huc refer exitum*: appenſo hoc diſticho pietatis & elegantiæ non vulgaris:

Dulce mihi nihil eſſe precor, ſi nomen JESU
Dulce abſit, cum ſit hoc ſine dulce nihil.

Operum ejus en catalogum:

Coronica General de Eſpaña, proſiguiendo adelante los cinco libros que el Maeſtro Florian Docampo Coroniſta del Emperador D. Carlos V. dexó eſcritos: tribus voluminibus. Primum comprehendit Romanorum in Hiſpania imperium quinque libris, Compluti editum 1574. in folio. Secundum duobus aliis libris Gothorum dominium: ibidem 1575. Adjungiturque aureus tractatus:

De las Antigüedades de las Ciudades de Eſpaña con un Diſcurſo general, donde ſe enſeña como ſe deben hacer las averiguaciones para bien entender las antigüedades. Volumen III. continet reſtaurationem Hiſpanicam a captivitate Maurorum uſque ad Veremundi III. Regis tempora, quinque aliis libris: ſimulque:

Un Diſcurſo del Linage y decendencia del glorioſo Doctor Santo Domingo: itemque:

Diſcurſo ſobre los Privilegios, y lo que en ellos ſe debe conſiderar para aprovecharſe bien de-

dellos quien escrive nuestra Historia. Cordubæ 1586. fol.

Apologia por los Annales de Geronimo de Zurita. Cæsaraugustæ 1610. in fol.

Scripsit etiam:

La Vida, el Martyrio, la Invencion, las grandezas, y translaciones de los gloriosos niños Martyres San Justo, y Pastor. Compluti apud Andream de Angulo 1568. in 4.

Discurso sobre la Lengua Castellana: primum inter opera Ferdinandi Perezii Olivæ avunculi ab auctore ipso editum: deinde inter Francisci Cervantes de Salazar opera prelo commissum. His ipse Olivæ monumentis adjunxit ex penu propria Cordubæ anno 1585. 4.

Quince Discursos. Nempe primus: *Lo mucho que conviene enseñar lo bueno con dulzura de bien decir*. II. *La diferencia entre Platon y Aristoteles en la manera de enseñar*. III. *Quanto quiere Dios que hagamos lo que a nosotros es posible en todas las cosas*. IV. *Como Dios algunas veces obra en sus maravillas con solo su poder, y otras se sirve de instrumentos naturales*. V. *Quan diferentes cosas son grande ingenio y buen ingenio*. VI. *Que unos hombres valen mas que sus riquezas, y las riquezas de otros valen mas que ellos*. VII. *En que consiste principalmente ser un hombre necio*. VIII. *El gran daño, que es en el Juez proceder con impetu y con ira*. IX. *Quien ha sido estimado entre los Gentiles por hombre de mayor sabiduria*. X. *Una Consideracion Christiana de mucho consuelo tomada de Virgilio*. XI. *Un Error muy dañoso entre los hombres, desear muchas veces lo que no les conviene*. XII. *Como algunas veces las Estrellas tienen poderio sobre todo el hombre*. XIII. *Lo mucho que importa la buena crianza de los hijos*. XIV. *Quan agradable es a Dios, y quanto importa que los criados sean virtuosos*. XV. *Del admirable efecto del amor, quando transforma al que ama en el amado*. Item: *La Divisa para el Señor D. Juan de Austria, y el discurso sobre ella*. Necnon &:

La Tabla de Cebes Filosofo Thebano trasladada de Griego en Castellano, con el argumento, y breve declaracion de ella.

Anotaciones al Conde D. Pedro: sive ad ejus Genealogicum opus: laudat Gundisalvus Argote de Molina adhuc ineditas.

Tratado de la Casa de Cordova, y Aguilar: quem scripsit rogatus ab Excellentissima Domina D. Catherina de Corduba, Marchionissa de Priego, Excellentissimi D............ Marchionis conjuge: quem tractatum ad manum sibi fuisse, dum scriberet ejusdem nobilissimæ familiæ compendium ut vocat, Joannes Martinez de Rozas & Velasco, quo de atque ejus hoc opere adhuc MS. suo loco agemus, sæpius affirmat.

Latine etiam ejus hæc extare scio:

Cordubam, sive hujus Urbis descriptionem: tomo II. *Hispaniæ illustratæ* pag. 853. & in IV. pag. 319.

Epistolam brevem ad Andream Resendium: eodem tom. II. pag. 1021. apud Mylium 1600. 8.

Divi Eulogii Cordubensis, Martyris, Doctoris, & electi Archiepiscopi Toletani opera: itemque *Sanctissimi Martyris Vitam per Alvarum Cordubensem scriptam cum aliis Sanctorum Martyrum Cordubensium monumentis, scholiis illustrata* in publicum dedit, quæ extant similiter post priorem editionem in eodem corpore *Hispaniæ illustratæ* tom. IV. pag. 213.

De festo Translationis S. Jacobi Apostoli per universam Hispaniam celebrando Orationem, & Hispaniarum Juris ante quinque Clarissimos Judices Illustrissimos & Reverendissimos S. R. E. Cardinales in eadem causa productionem: edidit Cordubæ 1590. in 4. Joanni a Sancto Clemente Compostellano præsuli nuncupatam. Hunc cardinalis Gesualdus, unus e Congregatione Sacrorum Rituum Ecclesiasticorum, de Sixti V. Papæ mandato literis sollicitaverat ut quæcumque haberi possent fide digna de rebus ad Sanctum Jacobum Apostolum, ejusque in Hispaniam translationem pertinentibus testimonia instruendæ causæ ergo, quæ per eos dies in eo cœtu discutiebatur, ad se mitteret. Compostellanus id muneris Morali nostro imponens huic opusculo edendo causam dedit.

In Divum Ermenegildum Regem Martyrem Hymnum, duobus major septuagenario exametro carmine edidit post librum *Historiæ* XII. sive secundo volumine pag. 216.

Manuscriptum remansit iter illud sive expeditio sacra, de qua loquuti sumus, quam ipse *El Santo Viage* appellare voluit. Adeundus in scholiis ad vitam S. Eulogii, ubi de hoc agit: adservamus nos exemplum hujus operis transcriptum ex alio bibliothecæ Barberinæ. Manu item exaratum reliquit in archio Marchionum de Priego: *Relacion de la Casa de Cordova, y su origen*: cujus exemplum inde transcriptum se asservare D. Josephus Pellicer refert in Memoriali: *De la calidad, y servicios de D. Fernando de los Rios*. fol. 38. num. 58.

Non abstinebo manum a propulsanda injuria, quam insignem amplissimo huic nostræ Historiæ coriphæo Andreas Scotus facit in *Bibliotheca*, dum *Labi eum non raro* affirmare non dubitat, *præsertim cum veteres Romanas inscriptiones, quæ in Hispania visuntur plurimæ, explanare conatur, ut vel tricies in uno marmore vetustissimo, quod Barcinone spectatur, impegisse deprehendatur*: hæc ejus verba, quibus subjungit: *Quamobrem laudem gen-*

genti vindicavit in *Hiſtoria Joannes Mariana Societatis Jeſu*, *ſive ſtyli elegantiam*, *ſive fidem conſideres.* Latine quidem eleganterque ſcribendi laudem per me tulerit Joannes Mariana, dum ſua laus noſtro maneat Morali ſermonis vernaculi pure nec minus eleganter, atque ſine ulla affectatione elaborati; quem ipſe ante alios exiſtimabat monebatque excolendum eſſe, atque adæquandum ei gloriæ quæ a tot rebus pace belloque magnifice geſtis Hiſpaniæ acceſſerat. Præterea niſi Ambroſius Morales, & Stephanus Garibaius res a ſe labore improbo e tenebris in lucem productas, ac veluti ab oblivionis ſomno ſuſcitatas Marianæ ſubminiſtraſſent, profecto is neque integre neque fideliter neque adeo cum præcipua illa, quam Scotus ei tribuit, laude præ ceteris gentis noſtræ Hiſtoricis ſuum opus exegiſſet. Quod autem ad inſcriptiones attinet debuit quidem Scotus eam, in qua tricies impegit noſter, ne vagaretur cenſuræ ratio fructuſque, diſerte notare; at hæc aut nulla, aut ea eſt cujus meminit lib. IX. *Hiſtor.* cap. XXXVIII. Lucii Cæcilii Optati, quam quod fideli donare interpretatione arduum exiſtimavit, per ſumma tantum capita & per compendium explicuit, modeſte ut ſolet quæ ipſe non caperet excogitanda aliis relinquens. Et quidem tantum abeſt ut reprehenſionis ſic exaggeratæ capax hæc illius interpretatio ſit, ut vel coram iſtorum monumentorum peritiſsimis nullus dubitem pro Ambroſio cauſam dicere adverſus manifeſtæ calumniæ reum: quod pace dixerim viri eruditiſsimi, optimeque de Hiſpania noſtra meriti.

Sugillavimus hucuſque Andreæ Scoti cenſuram de male explicato a Morali antiquo Barcinonenſi lapide. Sed nondum hoc tempore innotuerat nobis hanc eum ab Antonio Auguſtino deſumſiſſe, qui tamen verbis ejuſdem Scoti Latinis ita in *Dialogo Antiquitatum* VIII. de re loquitur: *Nec bene recitat*, *nec interpretatur recte*, *quandoquidem vitioſe deſcriptam nactus eſt*, *ut amicus quidam tricies hic erraſſe deprehenderit*, & poſt pauca: *Non idem Morali propoſitum quod Cyriaco Anconitano*, *imo vera narrare ſtudet*, *animique ſenſa pie & candide profert*, *fateturque vitioſe tranſcriptam habuiſſe*: hæc magnus ille vir, modeſtius ſane quam Scotus.

AMBROSIUS NICANDER (vulgari forſan appellatione DE VICTORIA, id enim ſonat Græcæ formationis vox), *Toletanus*, *linguæ Latinæ in primis peritus*, *Laurentii Medicis Florentiæ Ducis auſpiciis humanitatis ſtudia in Florentino gymnaſio publico ſtipendio profeſſus eſt*, *Silium Italicum Hiſpanum Poetam*, *e vetuſtiſsimo exemplari Romano innumeris locis meliorem factum*, *eidem Principi dedicavit*: hæc Scotus in Poetarum claſſe. Hujus epiſtola ad Antonium quemdam Barberinum affixa viſitur quartæ decadi *Centuriarum* Amati Luſitani, data Anconæ XIII. Februarii MDLII. Conſtat quoque profeſſorem ibi eum fuiſſe ex nuncupatoria epiſtola tractatus *De Nautis*, *Navibus*, *& Navigatione Benevenuti Straccæ* juriſconſ. Anconitani ad Robertum Nobilem, cui quidem ad ſtudia animos faciens: *Habes* (inquit) *præceptores optimos*, *doctiſsimoſque viros*, *& famæ haud obſcuræ Nicandrum Toletanum*, *Didacum Luſitanum*, *& Dionyſium. Habes ætatem opportuniſsimam &c.* Ad hujuſmet Benevenuti tractatus *De Mercatura*, atque *Sponſionum* Nicander præfatur verſibus in editione Veneta anni MDLIII. Legitur & inter Petri Victorii epiſtolas quædam in libro I. ad noſtrum ſcripta, unde expiſcari poſſumus Bernardum quemdam Florentinum Victorii gentilem fuiſſe, qui in hac urbe Nicandrum domi ſuæ peregrinum excepit, & quibuſcumque potuit rebus ornavit. Expoſuit noſter carmine, ut Galeſinius refert in *Martyrologio* die IV. Maii in notis:

Martyrium S. Cyriaci Anconitanæ urbis Patroni. Correxit quoque atque edidit, uti jam diximus:

Silium Italicum: catalepſeſque addidit ſeu periochas in ſingulos libros. Et meræ nugæ ſunt quas Pſeudo-Luitprandus, & Pſeudo-Julianus in *Chronicis* ſuis Ficulneis vendere nobis voluerunt de Nicandro Toletano, noni eum ſæculi poetam confingentes: prior era DCCCLVI. poſterior autem numero CCCCXXI. Quorum ſuppoſititiæ Hiſtoriæ auctorum latentes dolos nos aliquando, ſi Deo placet, graſſari ulterius prohibebimus.

AMBROSIUS NUÑEZ, Luſitanus, Oliſiponenſis, Militiæ Jeſu-Chriſti eques, idem & doctor ac profeſſor medicus in Salmantina ſchola, unde honorifice dimiſſus cum Hiſpali tum Matriti medicinam fecit. In patriam deinde revocatus, ibidemque Protochirurgi Regiique medici auctus honore in publicum emiſit, LXXIV. jam annis natus:

Enarrationum in priores tres Libros Aphoriſmorum Hippocratis cum paraphraſi in Commentaria Galeni tomum priorem, Conimbriæ. 1603. in folio. Hac interpretatione ut utantur ad hos libros capiendos monet auditores ſuos Zacutus Luſitanus in *Introitu ad Praxim*, præcepto XV. eo quod tricas & controverſias ejus dilucide emedullet.

De Peſte item librum: Conimbricæ 1601. in 4. Hic vulgari Caſtellæ lingua prodiit Matriti 1648. cum hoc titulo: *Tratado univerſal de la Peſte.*

AMBROSIUS DE PEÑALOSA, Mondexarensis, Societatis Jesu presbyter, theologus doctor, ac professor cum in Hispania tum Viennæ apud Austrios primarius, Philippo IV. Regi nostro, Mariæque sorori Austriacæ Germanorum Imperatrici a concionibus: hac e superis ante diem erepta rediit in patriam scriptis olim duobus libris. Hi sunt:

De Christi, & Spiritus Sancti divinitate; nec non Sanctæ Trinitatis mysterio: contra Judæos, Photinumque, Socinum, Eniedinum, aliosque veteres ac novos Arrianos. Viennæ Austriæ apud Matthæum Formicano 1635.

Vindiciæ Deiparæ Virginis de peccato originali & debito illius contrahendi, rigore Theologico præstructæ, & a nemine hactenus ex professo discussæ. Antuerpiæ apud Hieronymum Verdusium 1650. in 4.

Obiit Matriti VI. Martii MDCLVI.

F. AMBROSIUS ROCA DE LA SERNA, patria Valentinus, ordinis Carmelitarum, Artium ac Theologiæ doctor ejusdem gymnasii, ibidemque Philosophiæ & apud sodales Theologiæ professor, egregius idem salutis animarum tam in confessionibus quam in concionibus & consultationibus promotor, provinciam ordinis Bæticam visitavit, comitiisque anni MDCXLII. provincialibus præfuit. Scripsit sub nomine *Gerardi a Jesu Maria* librum inscriptum:

Luz del Alma. Valentiæ apud Joann. Bapt. Marzal 1634. in 24. & alias usque ad ann. 1644. Deinde inscripto auctoris nomine ibidem apud Joann. Laurentium Cabrera 1657. & Matriti 1665. in 8. apud Andream Garzia de la Iglesia cum *Additionibus* F. Emmanuelis a Zurita ejusdem ordinis: tandemque Cæsaraugustæ 1679. in 4. Item:

Bosquejo de la Vida de San Andres Corsino, Carmelita, y Obispo de Fiesoli. Valentiæ apud Joannem Bapt. Marzal 1630. in 8.

Obiit diem suum XXIX. Maii MDCXLIX. ætatis suæ LII. cum Valentinæ suæ gentis nomine publicam apud Philippum IV. legationem gereret Matriti.

AMBROSIUS DE SALAZAR, Mariæ Mediceæ Reginæ Christianissimæ a secretis, & ab interpretatione Gallicæ linguæ, publicavit:

Almoneda general de las mas curiosas Recopilaciones de los Reynos de España. Gallico-Hispanice. Parisiis apud Antonium du Breul 1612. 8.

Tratado de las cosas mas notables que se ven en la gran Ciudad de Paris, y algunas del Reyno de Francia. Ibidem apud Didacum Bessin 1616. in 8.

Las Clavellinas de recreacion; varias historias, exemplos, sentencias, y avisos: Hispano-Gallicum opus. Rothomagi 1622. in 12.

Vergel del Alma, y Manual espiritual. Rothomagi 1613. in 24.

Grammatica quoque, nescio cujus linguæ, ei tribuitur, suspicor tamen Hispanicæ & Gallicæ.

Ambrosii de Salazar Murciani nomen præ se fert liber *De Armas de los mayores Señores de la España con las colores en cada escudo.* Parisiis 1642. in 4.

Tesoro de diversa leccion: Hispane & Gallice. Parisiis apud Ludov. Bovanger. 1637. Quo in libro alia sua opera ipse laudat, scilicet:

Antorcha de la conciencia: iisdem linguis.

Forma de escrivir cartas.

Espejo general de la Gramatica: iisdem duabus linguis.

Flores diversas, y curiosas.

Horas de Nuestra Señora: forte vernacula interpretatione redditas.

El honesto hombre: ex Gallico Fareti.

Sexaginta annis natum se esse ibidem admonet, & a triginta præceptorem egisse tam Regis quam virorum aliorum principum ac fœminarum, edidisseque ad eum usque diem XII. volumina.

F. AMBROSIUS DE SALAZAR, Dominicanus, cœnobii Salmantini alumnus, ad S. Gregorii Pincianum collegium sodalis, Dominico Soto viro clarissimo rude donato succenturiatus ut Salmanticæ ex primaria Theologiæ cathedra doceret, scripsit pererudita & ingeniosa:

In Primam partem S. Thomæ Commentaria: quæ immaturo fato abreptus prelo committere non potuit. Obiit namque anno MDLX. ætatis suæ XXXVIII.

AMBROSIUS DE SOMONTE, Metymnæ Campi natus, Jesuita, docuit in Societate Literas humaniores & moralem Theologiam, Lucroniique in collegio sodalibus præfuit. Ab eo extat proficuus valde libellus:

De la Preparacion de la conciencia para hacer con fruto una Confesion general. Sæpius excusum. Præparabat in *Evangelium S. Marci* tria volumina; sed prævenit eum mors in patria anno MDCLXV.

AMBROSIUS SUAREZ DEL AGUILA scripsit, forte ineditum:

Compendio de la nobleza de España.

ANASTASIUS.

ANASTASIUS PANTALEO DE RIBERA, Matritensis ut credo, ingenio vir fa-

faceto & urbano, elegantiarumque & jocorum uberrimo. Poetica facultate inter æquales sui temporis concedebat nemini, quoddamque sectatus fuit carmine jocandi, salesque & argutias effundendi genus, argutum scilicet elegans ingeniosum facetum, quo mire placebat, virisque principibus totique curiæ, in qua semper vixit, se se & opera sua commendabat. Prodiit libellus, quo hæc continebantur, hoc titulo:

Obras Poeticas de Anastasio Pantaleon. Cæsaraugustæ 1640. 8. Matriti 1648. 8.

F. ANASTASIUS VIVES DE ROCAMORA, Valentinus gente, patria Oriolensis, Carmelita, S. Theologiæ magister, & inter sodales professor, postquam Oriolæ atque Valentiæ rexisset domesticos provinciæ totius Aragoniæ impositus fuit anno MDCLIII. Segobricensis inde episcopus anno MDCLXI. die XXX. Maii creatus, elucubravit a se celebratam XVII. Maii MDCLXVI.

Synodum diœcesanam Segobricensem: quæ prodiit Valentiæ 1669. in 4. valdeque a viris doctis probatur, quam præcedit *Epistola* ejusdem *pastoralis* bene docta. Obiit in monasterio Undæ diœcesis Dertusensis die Sanctissimæ Trinitatis MDCLXXIV. jam solutus vinculo hujus Ecclesiæ a Clemente X. P. M. cum annorum LXXV. ætatis esset.

ANDREAS.

ANDREAS DE ALCANTARILLA, scripsit:

Instrumentos de Navegar.

ANDREAS ALCAZAR, aliis VALCACER, Guadalaxarensis, Medicæ artis professor in Salmantica academia primarius, scripsit:

Chirurgiæ libros VI. *in quibus multa antiquorum & recentiorum subobscura loca hactenus non declarata interpretatur.* Salmanticæ apud Dominicum a Portonariis 1575. in fol.

De Vulneribus Capitis librum. Ibidem 1582. in fol.

D. ANDREAS DE ALMADA, Lusitanus, doctor theologus Conimbricensis, & collegii S. Pauli sodalis (Portionista fidalgo vocant cives ejus) in eodem gymnasio Theologiæ cathedræ Vesperorum præfuit, & in ea emeriti adeptus est prærogativam cum privilegiis & stipendio Primarii Professoris, eamdem academiam rexit & reformavit, scripsitque:

De Incarnatione librum. Vide D. Nicolaum de S. Maria in *Chronico Canonicorum Regularium Lusitano* lib. X. cap. XV. num. 15.

ANDREAS ALOISIUS DE ZAMORA, inscriptus:

Positionibus Sacris de Augustissimo Sacramento Eucharistiæ rationibus illustratis legitur in quodam apud me librorum catalogo inter typis editos.

F. ANDREAS DE ANGELIS, Lusitanus, ex Tertio Ordine S. Francisci, scripsit, ut habeo ex relatione Georgii Cardosi ad Franciscum Haroldum Franciscanæ historiæ continuatorem missa:

Triumphum Mariæ Virginis. Olisipone 1600. in 4.

Lusitaneque:

A Historia Universal. Conimbricæ in 4.

ANDREAS DE ANGULO, Cordubensis, anno MDXLV. nobili stirpe editus, juris studium eo fructu exercuit ut non solum Caravacensem provinciam seu territorium juridicus rexerit, & nescio an alia hujusmodi; sed & ut funeri suo superesset doctissima ediderit:

Commentaria ad Leges Regias Meliorationum tit. VI. lib. V. Compilationis: primum anno 1585. typis mandata, deindeque accessionibus novis locupletiora iterum prelo Matritensi subjecta anno 1592.

ANDREAS ANTONIUS DE CASTRO, Lusitanus, Ourensis (ex Ouren oppido) medicus doctor, scripsit, cum medicus esset Brigantini Ducis:

De Febrium Curatione libros III. Villævitiosæ 1636. in fol.

De Simplicium Medicamentorum facultatibus. Ibidem.

De Qualitatibus Alimentorum, quæ humani corporis nutritioni sunt apta. Omnia hæc simul dicto anno apud Joannem Carvalho.

D. ANDREAS ANTONIUS SANCHEZ DE VILLAMAYOR, Palentinus, presbyter, Malacitana in urbe degens scripsit:

Exclamacion a los heroycos hechos del Eremita del Ayre, ave celeste, maravilloso Principe de los Stylitas S. Simeon. Hispali apud Thomam Lopez de Haro 1680. 4.

Dicitur & scripsisse:

Vida de Santa Maria Egypciaca.

ANDREAS DE ATIENZA, natus in oppido Zehegin diœcesis Carthaginensis, sodalis Jesuitarum humaniores literas per sedecim annos professus fuit, & scriptum reliquit, moriens Hispali XX. Maii MDCXXXVIII. ætatis octogesimo:

Commentarium in Epistolas D. Pauli ad Galatas: quod aliaque inedita mansere.

AN-

ANDREAS DE AVELAR, Lusitanus, scripsit:

Cronographia dos Tempos, sive *Repertorio dos Tempos*. Olisipone 1590. & 1594. & 1602.

D. ANDREAS DE AVILA, scripsit:

Maximas de Entendimiento Politico. Madriti 1657.

F. ANDREAS DE AZITORES, Palentiolanus (oppidi nomen Palenzuela est, dioecesis ut credo Palentinæ) monachus Cisterciensis ædis sacræ Vallis-Ecclesiarum, theologus professor, ad hæc philosophus eximius, magno vir ingenio & maturo judicio, edidit:

Theologiam Symbolicam, sive Hieroglyphicam pro totius Scripturæ Sacræ juxta primarium & genuinum sensum commentariis, aliisque sensibus facile hauriendis. Salmanticæ 1597. in 4. Primus hic erat tomus destinatione auctoris, qui quidem complectebatur opus integris aliis septem ab hoc diversis voluminibus, eo e vivis sublato ineditis relictis in monasterio jam laudato Vallis-Ecclesiarum, quod eidem fuit natale solum Religiosæ vivendi normæ. Item:

Vitam Sancti Bernardi eleganti carmine conscriptam (sive Latine sive Hispanice id enim non lego) tribuit nostro Chrysostomus Henriquez in *Phœnice reviviscente*, & ex eo Carolus Vischius in *Bibliotheca Cisterciensi*.

Obiit in monasterio S. Claudii regni Galleciæ anno MDXCIX.

ANDREAS BAIANUS, vulgari forma, ut credimus BAIAON, Indus, ex Lusitanorum gente in Goensi metropolitana urbe Orientis natus, bachalaurus ut vocant Conimbricensis, theologus, nec obscuri nominis orator ac poeta, Græcis non jejune nec Latinis vulgariter eruditus, Romæ degens multa conscripsit opera, nonnulla edidit, quorum seriem cum laude hominis, alias nobis ignoti utpote inter exteros viventis, ex Leonis Allatii viri eruditissimi *Apibus Urbanis*, sive de Viris illustribus, qui ab anno MDCXXX. per totum MDCXXXII. Romæ adfuerunt, ac typis aliquid evulgarunt, desumpsimus.

Oratio de S. Joanne Evangelista habita coram Paulo V. in Sacello Vaticano. Romæ prodiit 1610. in 4.

Oratio habita Velitris coram Populo & Clero in erectione ejus diœcesani Collegii. Ibidem 1612. in 4.

Panegyricus de Joanne Zamoscio Cancellario Poloniæ. Romæ 1617. in 4.

Panegyricus de Sancto Philippo Nerio, sine verbis, primum & novum Auctoris artificium, Urbiveteri dictus in ejus Basilica. Romæ 1619. in 4.

Elogium in Coronatione Urbani VIII. 1623.

Doctrina Cardinalis Bellarmini in Elegos Latinos traducta. Romæ 1612. in 8.

Epistola ad Joannem Baptistam Laurum: ab acris judicii viro Antonio Querengo, & aliis viris doctissimis commendata, quæ legitur in secunda *Epistolarum* centuria ejusdem Lauri. Perusiæ 1618. & Romæ in 8.

Poema inscriptum *Cardiographia*. Romæ apud Jacobum Laurum 1624. In forma cordis, in laudem cordis Sancti Caroli Borromæi.

Multa alia *Poemata* seu *Epigrammata*, quæ collegit atque edidit Patritius Factorius, qui & ipse suas lucubrationes adjunxit. Romæ 1614. in 4. Multaque composuit in laudem auctorum, qui opera sua divulgaverunt variis in locis: quamplura item *Elogia*, *Inscriptiones*, *Epitaphia* per annos circiter 20. alieno vel suppresso nomine auctoris.

Elogia, *Epigrammata*, & *Emblemata Andreæ Baiani opus posthumum*. Romæ editum in 8. annotatum legitur inter libros Raphaelis Trichetti du Fresne.

Hæc edita & publicata: quæ autem edenda penes se habuisse Allatius refert hæc sunt:

Orationum volumina duo.

Elogiorum, partim versu partim prosa; tom. II.

Epistolarum ad diversos volumen I.

Carminum diversorum volumina II.

Hortus Simplicium Puerorum, *Martyrum*, & *Confessorum*, *cum Neniis*, *Elogiis*, & *Historiolis*.

Iter Lauretanum: justo volumine elegiace.

Galateum: elegiace cum notis, & antiqua consuetudine.

In Aphtonium de Elementis Rhetoricæ, & *Rhetorica*.

De Opificio Epistolari: volumina II.

Aristoteles Christianus: sive de Logica, Physica, & Metaphysica per dialogum: volumina II.

Theatrum Sanctorum per XII. menses, & *per totidem scenas dispositum*, & *expositum, novum ab Auctore inventum*, *cum Iconibus, Odis*, & *Historiolis*: quæ omnia idem auctor scripsit pinxit & panxit.

Poema Epicum Ludovici Camoesii: Latine redditum hoc titulo: *Lusiadæ Indiæ Orientalis Argonautæ*.

Latius hæc cum nonnullis Andreæ elogiis, quibus exceptus fuit a viris sui ævi eximiis, Leo Allatius disserit. Sed videndus omnino est (post hucusque scripta mihi visus) Joannes Nicius Erithreus in elogio Baiani nostri parte I *Pinacothecæ*.

F. ANDREAS BALAGUER, ordinis Præ-

Prædicatorum Valentinæ domus, Albarracinensis primum, hinc Oriolensis antistes, subditis suis formavit:

Constitutiones Synodales: quarum meminit Vincentius Blasco parte prima *Historiæ Aragonensis*, lib. v. cap. xxiv. in fine, qui & eidem Andreæ attribuit, forte una cum constitutionibus vulgo communicatum:

Catalogo de los Obispos de Albarracin.

ANDREAS DE BARRIO-NUEVO MONTIEL, Bæticus, ex Loxa urbe Granatæ regni oriundus, in qua editus est anno sexagesimoquinto supra sesquimillesimum: a sacris cum esset in Illipulitani montis Ecclesia juxta ipsam urbem Granatam, quæ deinde Canonicorum collegio sacro adornata est a Petro Castrio hujus tunc Metropolitanæ Ecclesiæ, Hispalensis deinde integerrimo antistite, libellum exiguæ molis publicavit: *De la Misa rezada*, hoc est: De Missa recitanda; verum ad vicariam exercendam in patria Ecclesia præsulis operam non multo post accitus, argumentum a se dumtaxat delibatum plene tractavit, scilicet scribens:

Espejo de Sacerdotes, en que se ven las Ceremonias de la Misa rezada, y solenne, conforme al Misal de Clemente VIII. y Paulo V. Hispali apud Ludovicum de Estupiñan, 1625. 8.

ANDREAS BERNALDEZ, vulgo dictus El Cura de los Palacios, hoc est oppidi Los Palacios in tractu Hispalensi parochus, MS. reliquit:

Historia de los Reyes Catolicos. Quæ quidem magni habetur apud eos qui in Historica re testimonio æqualium & præsentium quanta fides præstanda sit non ignorant: fragmenta ejus quædam affert Rodericus Carus in *Chorographia Hispalensi*, & alii noviores. Hanc Historiam qui Roderici Cari olim fuit codex, nunc autem est D. Joannis Lucæ Cortesii, continet, cui affixa est nota quædam ejusdem Cari de auctore ejus, in qua senex ille probus & vere doctus admonitos lectores voluit falso citari a nonnullis hanc Historiam sub nuncupatione bachallauri de Medina, cum certo Andreæ Bernardi sit: cujus integrum nomen tum Andreæ Bernaldez, tum alias Andreæ Bernal se vidisse Parœcialibus Baptismorum ut vocant libris oppidi Los Palacios, ubi curio fuit, subscriptum ab anno scilicet MCCCCLXXXVIII. usque ad MDXIII. cum pertransiret illac Visitatoris munere ornatus, refert. Præterea cognovisse ait eum, domique hospites habuisse inter alios summos sui temporis heroas Rodericum Gironium, Gaditanum Marchionem, & Christophorum Colonum Indiarum Almirantem, quorum lineamenta oris & vestiendi morem describit accurate; neque ignarum sese Geographiæ ostendere, atque in primis veritati eum litare ait, multaque alibi non reperienda in hac Historia contineri. Cujus quidem auctor non alio, inquit, præmio quam curæ hujus animarum donatus fuit, locoque capellani inter D. Didaci Deza Hispalensis antistitis familiares.

ANDREAS DE BONILLA CALDERON, prior S. Pauli civitatis Ubedæ, scripsit:

De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento Discursum Theologicum. Beaciæ 1614. in 4.

Hispane etiam:

Del modo como se debe regir el Christiano para vivir buena, y concertada vida, y prepararse para una buena muerte. Granatæ apud Petrum de la Cuesta, 1619. in 8.

ANDREAS BOSCH, Catalanus, Perpinianensis, doctor legum, judexque ut vocant primarum appellationum in comitatu Ruscinonensi, secundarumque in comitatu Cæritaniæ, Tertiariorum S. Francisci regulam professus, dedit in publicum Catalanica lingua:

Summari, Index, o Epitome dels admirables, y nobilissims Titols de Honor de Catalunya, Rosello, y Cerdanya, y de les gracies, privilegis, prerogatives, preheminencies, llibertats, e immunitats que gosan segons les propries, y naturals lleys. Hoc est: De titulis, seu appellationibus honorificis, quorum usus est in Catalonia Ruscinone & Cæritania, ac de privilegiis & immunitatibus, quibus earum provinciarum incolæ secundum leges patrias gaudent. Perpiniani apud Petrum de la Cavalleria, 1628. in fol.

F. ANDREAS BRAVO DE LAGUNA, Franciscanus, scripsisse dicitur:

Monarquia espiritual, y temporal del Japon. Haroldus in additionibus MSS. ad Waddingi Scriptores.

ANDREAS BRUN, inscribitur auctor operi sic dicto:

Arte para aprender a escrivir. Cæsaraugustæ edito 1612.

D. ANDREAS CAPELLA, vulgo de Capilla, Valentinus ex ipsa urbe totius regni principe, Jesuitarum sodalis prius per aliquot annos, inter quos & novitiorum rectorem & Apostolicum Romæ pœnitentiarium exercuisse dicitur, deinde strictioris vitæ morem inter Carthusianos professus ab anno exacti sæculi LXIX. divinarum Scripturarum, triumque huic studio egregie deservientium idio-

idiomatum Latini Hebraici Græcique eruditione in paucis excelluit. Religiosæ vitæ norma fuit ac veluti exemplar. Quare magnus ille populorum rector Philippus Hispaniarum Rex II. inter alios, quos reformandis aliis & aliis Religiosis familiis destinavit, hanc ei provinciam commisit ut Cataloniæ provinciæ quædam cum Benedictinorum claustralium, tum canonicorum Regularium Sancti Augustini cœnobia visitaret Apostolica facultate instructus. Præfuit monasteriis pluribus, Portæ Cæli in Valentia urbe, Paularis juxta Segobiam, Neapolitano, Mediolanensi, demumque Scalæ Dei in Tarraconensi diœcesi, loco sibi Religiosæ hujus professionis natali. Provinciam item Lombardiæ visitavit. Factus tandem Urgellensis episcopus anno MDLXXXVII. rexit hanc Ecclesiam XXIII. integris annis piissime prudenterque usque ad annum MDCX. quo die Septembris mensis XII. vitam commutavit cum morte. Opera ejus hæc sunt. Latina:

In Hieremiam Prophetam Commentaria: quibus latina vulgata editio exponitur, & cum Hebraico origine, septuaginta Seniorum interpretatione, paraphrasique Chaldaica confertur. Edita sunt in Carthusiana Scalæ Dei domo typis Huberti Gotardi, 1586. in 4.

Hispana vero hæc:

Consideraciones de los Domingos del Año, y de todas las ferias de Quaresma, y de las Fiestas principales de los Santos. Compluti 1582. Cæsaraugustæ 1577. Matriti 1592. in 4. duobus tomis, sed adjuncto:

El Manual de consideraciones, y exercicios espirituales. Hoc totum Considerationum opus anno MDCVII. versum a se in Latinum Coloniæ edidit Antonius Dulchenius Agrippinensis, & ipse Carthusianus, apud Conradum Butgenium: Berlingeriusque Amorosus Venetiis 1605. in 16. Italice: atque alius Gallice.

Consuelo de nuestra peregrinacion. Ilerdæ apud Petrum Robles, 1574. in 8. sive ut credo: *De Passione Dominica.*

Carta, o Coloquio interior de Christo nuestro Señor al Alma devota: ex Latino Joannis Lanspergii Carthusiani. Compluti apud Joannem Gratianum, 1609.

Dos tomos de Sermones para los Domingos de Quaresma, y Festividades del Año: lingua Cataloniæ vernacula, nisi iidem sint cum superius laudatis.

Vidas, y excelencias de Maria Señora nuestra, y de S. Juan Baptista: adhuc ineditum manet, sicuti & liber alius:

De la Verdad de la Fe. Interfuit quoque in magna Carthusia Gratianopolitana cum aliis novem electis monachis formandæ collectioni statutorum, quibus Religiosus hic ordo utitur.

Lucas Waddingus in *Scriptoribus Ordinis Minorum* Andream Capellam *Sermonum Quadragesimalium* & *Dominicalium* auctorem, nescio a quo deceptus, albo huic Franciscanæ familiæ adscripsit. Andream Capellam propriis elogiis prosequuntur Theodorus Petreius in *Bibliotheca Carthusiana*, Antonius Possevinus in *Apparatu*, Aubertus Miræus vol. 2. *Bibliothecæ Ecclesiasticæ*, ac vitam aliquanto profusius dedit Josephus de Valles archidiaconus S. Laurentii, & canonicus Ecclesiæ Tarraconensis in sua *Carthusiana Historia Hispaniensi* dum viros celebrat illustres Carthusiæ Scalæ Dei.

F. ANDREAS CAPERO, domo ex oppido Castellon de la Plana regni Valentini, sodalis Carmelitarum, præfectus cum hæc scribimus Valentinæ domus, S. T. magister, edidit:

Sermones. Cæsaraugustæ 1679. & Valentiæ anno 1680. in 4.

ANDREAS DEL CASTILLO, natus in municipio Brihuega Toletanæ diœcesis, scripsit:

La Mogiganga del gusto en seis novelas. Cæsaraugustæ apud Petrum Malaga 1641. Ridiculum sic proditur argumentum inscriptione ridicula.

F. ANDREAS DE CASTRO, Burgensis, ordinis Minorum, de cujus vita innocentissime acta videri potest Franciscus Gonzaga in *De Origine & progressu Franciscani Ordinis* III. parte cap. XXXI. Edidit apud Indos occidentales:

Arte de aprender las lenguas Mexicana, y Matlazinga.

Vocabulario: *Doctrina Christiana*: *Sermones varios.* Matlazinga laudata lingua.

Obiit anno MDLXXVII. Gonzaga, Waddingus, Possevinus, Leonius.

ANDREAS CERON, Toletanus, Belgicæ militiæ centurio, MS. reliquit:

Relacion sumaria de algunas particularidades de Artilleria, con otras de milicia. In 4.

D. Thomas de Tamaio in *collectione librorum Hispanicorum.*

ANDREAS DE CLARAMONTE, Murcianus, comœdiarum scriptor suo tempore non spernendus, scripsit hujus tituli librum:

Letania moral. Hoc est metricas laudes Sanctorum qui Litaniis invocantur, aliorumque. Hispali 1613. in 8.

ANDREAS DE LA CUESTA, Ulmetanus, Græcæ linguæ professor Salmantinus,

nus, inscripsit se ejus libelli auctorem, quem sua in clericalem statum & in sacrorum hominum exemptionem iniquitas statim damnavit. Is est:

Alegacion sobre un desacato de un Clerigo a ciertos Ministros de D. Alvaro de Oca. Granatæ editus.

D. ANDREAS DAVILA ET HEREDIA, Dominus de la Garena, architectus militaris extra Hispaniam non sine fructu peregrinatus, varia hæc edidit:

Tienda de antojos Politicos. Valentiæ 1673. 8.

Arte de medir tierras. Ibidem 1674. 8.

Variedad con fruto.

Demonstracion del Espejo de Archimedes con que quemó la Armada enemiga. Matriti 1679. in 4.

Respuesta al Ente Dilucidado del P. Fuentelapeña Capuchino. Valentiæ 1678. in 4.

Las Plazas de Lorena.

Comedia sin Musica. Valentiæ 1676. 8.

ANDREAS DELI, seu potius DE LI, cum Cæsaraugustæ degeret, ex ea urbe Aragoniæ regni metropoli forsan oriundus, Catholicis Regibus Ferdinando atque Elisabethæ conjugi dicavit:

El Tesoro de la Pasion Sacratisima de nuestro Redentor. Item:

Vida de San Geronimo, y Santa Paula.

ANDREAS DE DIJON, indigitans se beneficiatum in universitate Victoriæ urbis interpretatus fuit ex Italico Cardinalis Bellarmini, non sine ejusdem approbatione:

La Declaracion del Symbolo. Pampilone apud Nicolaum de Asiain, 1621. in 8.

ANDREAS EBORENSIS, sive ANDREAS RODRIGUEZ, Eborensis, dum Olisipone negotiatur (ait Jacobus Mendez de Vasconzelos in *Andreæ Resendii vita*) horis subsecivis libros tractans exemplorum sententiarumque non pœnitendam sylvam a se collectam foras dedit, & Ludovico Granatensi theologo disertissimo inscripsit. Hoc est:

Sententiarum memorabilium cum ethnicarum, tum Christianarum tomos duos. Coloniæ apud Hermanum Millium, 1619. in 8. Olim primumque ut credimus anno 1557. Lugduni apud Paganum, deinde & Conimbricæ 1569. & Venetiis 1572. in 12. Frater hic fuit Thomæ Roderici a Veiga medici fama clari, teste in schedis suis Georgio Cardoso, qui & attribuit Andreæ *Sentencias en Latin, y en Romance.* Conimbricæ 1554. in 4.

D. ANDREAS FERNANDEZ DE OGASTEGUI, versam a se in vernaculam ex Gallica lingua dedit foras:

Novela de Leonora, y Rosaura anno 1669.

F. ANDREAS FERRER DE VALDECEBRO, patria ex oppido Calataiud Aragoniæ regni, Dominicanus, Matriti apud S. Thomam huic instituto addictus, S. T. M. Supremæ Inquisitionis patribus a censura Theologica, dum Compluti sodales cœnobii Matris Dei theologiam doceret edidit:

Historia de la maravillosa vida de la Venerable Madre, y esclarecida Virgen Rosa de Santa Maria de la Tercera Orden de Santo Domingo. Matriti apud Paulum del Val, 1666. 4.

Prius ediderat:

Gobierno universal, moral, y politico, hallado en la naturaleza de los Animales silvestres. Matriti 1658.

Gobierno general, moral, y politico de las Aves. Ibidem 1670. 4.

El Porque de todas las cosas. Matriti 1668. 8.

Actos penitentes. Compluti 1675.

El Superior: Politica para todo linage de Prelados. Ibidem 1663. in 4.

Triunfo de la Fama con Discursos Morales, y Politicos. Ibidem 1680. 4.

Vara vigilante.

Penas de Jesus Redentor.

El Superior Politico.

Llave de Oro de la Eternidad.

Parare se & alia Romam scripsit anno MDCLXVII. scilicet:

Historia de la Ciudad de Daroca con las Vidas de tres Santos de la Orden de Santo Domingo naturales de ella.

El Farol Sagrado.

Segunda Parte del Gobierno universal.

Los Problemas de Aristoteles con consideraciones morales para mayor exercicio de las Virtudes.

Necnon & continuare *Historiam Ordinis Prædicatorum* post Ferdinandum Castellum, cum sibi minus placeat in stilo *Continuationis* Joannis Lopez Monopolitani episcopi. Præsentatus est, ut domestico verbo utar, S. Theologiæ, & Marchionissæ de los Velez, Caroli Regis nostri educatricis, Aulicarumque virginum Reginæ nostræ domesticarum a confessionibus.

Tribui quoque ei a domesticis audio:

Vida de Fr. Juan de Portugal.

Orador Evangelico avisado, y prudente, sive *Monita ad Concionatores Evangelicos.* Ibidem eodem anno in 4.

F. ANDREAS FLORES, Bæticus, Prædi-

dicatorum sodalis (uti scriptum extat in *Historia Ordinis* IV. parte lib. II. cap. III.) Caroli V. Imperatoris voluntati obsequutus scripsit vulgari idiomate:

De la Doctrina Christiana. 1552. in 8. quem libellum instituendæ pueritiæ in posterum destinaverunt præsules Toletani, & quique in Gallæcia sacris præsunt. Accedit:

Devocionario : *Suma de las espirituales Cofradias* : *De los Juramentos*, *y Rosario de Nuestra Señora* : atque item:

Suma de toda la Escritura Sagrada en verso heroyco Castellano. Quamplura ex his tamen Petro Ortizio, eximio uti vocat theologo, Galapagaris in agro Matritensi parocho, deberi referre ut proprio eorum auctori non dissimulat.

D. Thomas Tamaius in *Collectione librorum Hispanorum* natales hujus adsignat oppido Toletanæ diœcesis Torrijos, eremitamque vocat Sancti Eugenii Toletani.

ANDREAS FLORINDO, Astigitanus, medicus doctor, navatæ olim a Martino de Roa, presbytero Societatis Jesu, operæ in eo libro superstruxit, cujus is titulus:

Adicion al libro de Ecija, *y sus grandezas.* Hispali apud Ludovicum Estupiñan 1631. 4.

ANDREAS DE FRIAS, Ecclesiæ collegiatæ urbis Baza regni Granatensis scholasticus, Complutensis necnon pro Toletano antistite Francisco Ximenio viro inclyto, atque item Auranensis in Africana ora, quam idem Ximenius urbem Catholici Ferdinandi auspiciis a potestate Maurorum cepit, Vicarius primus Generalis, auctor creditur fuisse:

Memorialis cujusdam, seu *Commentarioli* Latine conscripti *de expeditione hac Auranensi*, sive *Oranica* : quem Alvarus Gomezius lib. IV. *De rebus gestis Ximenii* innominato auctori, Petrus autem de Quintanilla Franciscanus in *Archivio Complutensi*, quod adjunxit *vitæ*, & *rebus gestis* ejusdem magni viri, necnon & in opere *Oranum Ximenii virtute Catholicum* inscripto, ubi commentariolum hunc edidit, ex conjectura tribuit. V. JOANNES qui idem est.

ANDREAS GARSIAS DE CESPEDES, mathematicus Regius, Indiarum archicosmographus in locum Petri Ambrosii Ondericii suffectus : patribus Indici senatus jubentibus in urbe Hispalensi cum hydrographicarum cartharum exemplar seu archetypon, quod in Regia Indicæ negotiationis domo adservatur, multis purgavit erroribus, confectis etiam aliis nauticæ rei accommodatioribus & correctioribus instrumentis, in quo Roderici Zamorani Hispalensis Regii etiam cosmographi opera se adjutum non diffitetur, tum nautas ipsos editis libris bene & ex arte gerendæ rei commonefecit, scribens:

Regimiento de Navegacion. Simulque:

Hydrographia, *y Theoricas de Planetas.* Matriti 1606. in folio apud Joannem de Cuesta.

Libro de Instrumentos nuevos de Geometria muy necesarios para medir distancias, *y alturas.* Adjunguntur duo tractatus : I. *De conducir aguas.* II. *De Artilleria.* Ibidem apud Joannem Cuestam 1606. in 4.

Ineditum reliquit : *El Islario general*, *esto es la Historia de todas las Islas del Mundo*, *su figura*, *y sitio.*

Theorica, *Practica*, *y uso del Astrolabio.*

Un Libro de Mechanicas : de quibus omnibus ad Regium senatum, ut moris est, ipse detulit impetraturus typorum copiam.

ANDREAS GOMEZ, Lusitanus, Conimbricensis, Jesuita, S. Scripturæ in collegio ejus academiæ professor, edidit vulgari forsan lingua:

De Festis singulis in Collegiis Provinciæ Lusitaniæ in Canonizatione SS. Ignatii, *& Francisci Xaverii celebratis.* Olisipone 1633. in 4.

Sermonem item *habitum in Theatro Inquisitorum contra Judaicam pravitatem.*

ANDREAS GONZALEZ, theologus & mathematicus, collegii Conceptionis Salmantini gymnasii rector, edidit:

Compathia y Symbolo de la Astrologia y Medicina, *y Pronosticacion del año de MDCIV. y consideracion Astrologica sobre la Maxima conjuncion.* Medinæ Campi apud Joannem Godinez 1604. in 8.

F. ANDREAS DE GUADALUPE, Franciscanus Excalceatus provinciæ Angelorum, Matriti a confessionibus Excalceatis Regiis monialibus & Commissarius Indiarum Generalis, scripsit:

Historia de la Provincia de los Angeles de la Regular Observancia de S. Francisco. Matriti 1662. in fol.

Mystica Theulugia sobrenatural.

Necnon in schedis reliquit, quamvis imperfectum:

De Virtutibus (Latinum opus) *atque earum Praxi* : quod Joannes Luengo penes se esse lib. V. cap. XXVIII. *Vitæ auctoris* affirmavit.

F. ANDREAS GUERRERO, Franciscanus, edidit:

Explicacion de las Rubricas del Misal, *y Breviario Romano.* Cæsaraugustæ 1629. 8.

ANDREAS GUTIERREZ, natus in oppi-

pido Zerezo diœcesis Burgensis, grammaticæ artis Salmanticæ atque alibi professor, scripsit:

Vida, Martyrio, y Translacion de S. Victores natural de la Villa de Zerezo. Burgis in fol.

Latine quoque, Ceræsianum se a patria appellans:

Artem Grammaticam. Cujus ipse meminit in altero opere seu systemate variorum auctorum a se editioni mandatorum, in quo continentur:

Disticha Catonis: *Floretum*: *Quinque claves Sapientiæ*: *Fabulæ Esopi*: *Hymni, quos canit Romana Ecclesia cum expositione aurea Jacobi de Lora Grammaticæ, atque Poeticæ artis Professoris, qui & Hymnos ipsos diligentissime correxit.* Omnia edita sunt Lucronii 1506. apud Guillelmum de Brocar.

ANDREAS GUTIERREZ DE LOS RIOS, scripsit qui a stemmatographis laudatur:

Tratado de la Casa de los Rios: MS. adhuc uti credimus. Nisi quod ab quorum intererat proferri in publicum quæ in hoc tractatu continebantur procurata ejus editio est in *Summario*, seu *Relatione* ut vocant *facti controversiæ*, *seu litis super statu Belmontis*; cujus rei auctorem habeo D. Josephum Pellizer Regium Historicum in memoriali: *Por D. Fernando de los Rios y Argote* fol. 10. num. 42.

ANDREAS HENRIQUEZ DE VILLEGAS, primarius theologiæ sacræ apud Complutenses professor, atque in rebus Fidei censor, scripsit:

Controversias de Deo Uno, idest de Dei Scientia, & Idæis, ac Voluntate; De Prædestinatione item atque Reprobatione Hominum. Compluti 1618. in fol.

Ad Divi Justi Complutensis primariæ Ecclesiæ fuit canonicus, ejusdemque gymnasii doctor theologus.

ANDREAS HIDALGO, edidit:

Exemplar de Castigos. Malacæ 1650. in 8.

F. ANDREAS HIERONIMUS DE MORALES, Augustinianus, post lustratam censorio munere Castellanam hujus ordinis provinciam, dum fratribus ad collegium Matritense, cui Maria Aragonia erectrix nomenclaturam a se vulgarem fecit, commorantibus præesset edidit:

Escarmiento del Alma, y Guia a la union con Dios. Matriti apud Didacum Diaz de la Carrera. 1657. in 8.

F. ANDREAS DE S. JOANNE BAPTISTA, Carmelitarum Nudipedum sodalis, vertit Hispanice Belgicum, seu ex Belgico Gallicum librum Adriani van Lyere, Antuerpiensis Jesuitæ:

De la Religion y Culto del Santo Nombre de Maria. 1640. uti refert Philippus Alegambe *de Scriptoribus Societatis* appendice in Adriano van Lyere. An hic autem certe Hispanus sit, quantumvis Hispane scripserit, non facile dixerim.

ANDREAS LAGUNA, medico patre Didaco Ferdinando a Laguna, viro nobili, Segobiæ natus anno ut creditur MCDXCIX. sub præceptoribus grammaticæ artis in patria meruit, quorum & parentum nomina in commentario ad librum Aristotelis *de Virtutibus* voluit posteris nota. Mox Salmanticæ dialecticam, inque Parisiorum urbe Græcas literas a Petro Danesio & Jacobo Tusano, medicinam vero præter alios a Joanne Ruelio didicit, creatus ibi tandem hujus artis magister. In patriam redux anno MDXXXVI. cum Compluti tum Toleti apud Carolum Cæsarem, quo tempore suavissimam conjugem Elisabetham Portugallicam in hac urbe amisit, medicæ rei cum magna doctrina atque eruditionis commendatione operam dedit, quousque factus doctor etiam Toletani gymnasii vestigia Cæsaris ad Belgas festinantis ut relegeret in præceptis habuit. Bona certe ejus gratia oportet factum quod circa annum MDXL. in Metensem Germaniæ urbem Andreas concesserit, atque eam quinquennio integro habitaverit magna quidem cum sua laude ac civium fructu: quippe qui eos non solum in sævæ pestis quandoque grassantis calamitate adhibito efficaci quodam remedio insigniter juvit, sed & vacillante in pluribus erga Ecclesiam & Cæsarem fide, nefariis sectariorum conatibus, uti ipse refert in *Dioscoridis Commentario* ad Philippum Principem, consilio præsenti & gratia, qua plurimum apud eos valebat, fortiter obstans suam Ecclesiæ reique publicæ illius urbis pacem atque auctoritatem conservavit. Inter hæc trium mensium sibi concesso, nec prius tamen quam reditum jurasset, commeatu in Colonienses divertit. Hujus temporis actio illa est, sive oratio præsentium bellorum deploratrix, quam in gymnasio ejusdemmet civitatis Coloniæ Agrippinæ habuit, scholæ totius voto ac precibus obsecundans, eloquentiæ ac doctrinæ luminibus illustrem: pleraque item alia in literis monumenta. Quinquennio autem Metensi jam exacto Italos cogitavit, quorum celebrem Bononiensem scholam in medicorum doctorum ordinem admissus, indeque Romam creatus in Divi Petri militia, cujus ante aliquot annos Leo Pontifex fue-

fuerat auctor, Eques Auratus Comesque Palatinus præsentia sua hoc primum tempore, qua potis est privatus homo urbem orbis principem, nobilitavit. Quo & post brevem aliam in Germania moram repetens ut Francisci Cardinalis Bobadillæ, magni literarum Mœcenatis, invigilaret saluti, hanc ipsam operam Julio III. Sacrorum apici, excitato ad illius famam, præstitit. His diebus operam vertendo atque explanando Hispanis hominibus *Pedazio Dioscoride* gratam atque laudabilem posuit, secedens, ut ipse monitum jure voluit, frequenter in Tusculani prædii locum, quod Tullii Ciceronis possessione conscriptisque ibi *Quæstionum Tusculanarum* libris usque hodie celebratur. A cujus Pontificis morte, quæ in annum incidit illius sæculi quintum supra quinquagesimum, Antuerpiam ad Philippum Regem delatus, Coloniæque iterum aliquot diebus resistens, monumenta sui utrobique reliquisse *Commentariorum in Dioscoridem*, *Apologiæ*que *in Cornarium* editione deprehenditur. Similiter & domum a tam prolixa peregrinatione aliquando reversi argumentum extat circa annum MDLVII. in eo titulo positum, quo ad Divi Michaelis in urbe Segobiensi parentis olim fato functi sepulchralem lapidem inscripsit. Manere ibi usque ad extremum vitæ diem voluisse eum credimus: & si demas Gallicum iter pro deducenda ad Regem sponsum Philippum Elisabetha Vallesia in comitatu .... Mendozæ Ducis Infantatus, ne hoc obsequio virum principem id provocantem defraudaret, ab eo factum, certe mansit. Verum in reditu principio anni sexagesimi hæmorrhoidum morbo appetitus extinguitur, inde ad tumulum paternum delatus. Extant plura, eaque utilissima doctissimaque, ab eo opera, quorum quæ ad medicinam attinent hæc in primis habentur:

Anathomica Methodus, sive de sectione humani corporis contemplatio. Parisiis apud Ludovicum Cyaneum 1535. 8.

Galeni omnium Operum, exceptis iis, quæ in Hippocratem composuit, Epitome. Venetiis primum edita anno ...... deinde Basileæ apud Isingrinium 1551. in folio. Lugduni apud Rovillium 1553. quatuor voluminibus in 8. Argentorati apud Zetznerum 1609. tandem Lugduni sumptibus Joannis Caffiu, & Francisci Plaignard 1643. folio. Quatuor nempe hujus epitomes quas fecit partibus *ita dilucide, clareque Galenum non raro percurrentem*, ut Amati Lusitani verbis utar, *perstrinxit, ut pro Galeno intelligendo, nullo altero enarratore opus habeant medici.* Quam ejusdem operam in hoc positam Paschalis Gallus *Medicæ Bibliothecæ* auctor *doctissimæ ac diligentissimæ* appellatione donavit; a Martino item del Rio in *Magicis disquisitionibus*, virisque aliis doctissimis eximie laudatam, cum & Hispani Galeni cognomentum ex eo præsertim opere apud æquales illius temporis medicos vulgo meruisse dicatur, uti Nicolaus Monardes in tractatu *de Lapide bezoaris* refert: quanquam neque id sine invidia ei obtigit ob Galenum sic detruncatum, cujus ne apex quidem non legendus est; quantumvis Oribasii similis fere celebretur opera in antiquis, *Compendii* scilicet *Galeniani*, cujus Photius in *Bibliotheca* meminit. Adjuncta est huic compendio:

Galeni Vita. Ad Joannem Aguileram Paulii III. Papæ medicum. Venetiis seorsim apud Hieronimum Scotum 1548. Itemque:

De Ponderibus, ac Mensuris libellus: quo abusum quemdam Hispanorum pharmacopolarum reprehendit, liquida quæque ad mensuram non vero ad pondus æquata dispensantium.

Epitome omnium rerum, & Sententiarum, quæ notatu dignæ in Commentariis Galeni in Hippocratem extant. Lugduni apud Bovillium 1554. in 8. Simulque:

De Contradictionibus, quæ apud Galenum sunt tractatus: qui tamen eo nomine displicuit summo viro Francisco Vallesio in argumenti similis quodam libello, quod nescire se auctor scripserit qua ratione istæ contradictiones explicari possent.

Annotationes in Galeni versiones, quæ ad suum tempus prodierunt. Venetiis 1548.

Methodus cognoscendi, extirpandique nascentes in vesicæ collo carunculas. Romæ apud Valerium & Aloysium Doricos 1551. in 8. Complutique apud Brocarium 1555. Videlicet remedium sibi a Philippo quoddam traditum commendat unice. In quo tamen adnotatione digna est Amati Lusitani admonitio *Centuria* IV. *curatione* XIX. auctorem quippe se se affirmat hujus remedii Philippo illi fuisse, quem tunc Damasci Syriæ agere hoc scribens intelligebat: qui quidem Philippus expertæ in quodam milite, & coram se ab Amato editæ, curationis merito atque inventione se se apud Lacunam improbe jactaverat. Cujus rei plures e Lusitania testes advocat, Georgium nempe Henricum Olisiponensem, Ludovicum Munium Conimbricensem medicos & philosophos nobilissimos, Emmanuelemque Lindum astronomiæ cognitione florentissimum, ingenue tamen & fatetur ipse ad finem Amatus accepisse olim se apud Salmanticam a professore medico ejus scholæ, præceptoreque suo Aldereto efficacissimum hoc remedium. Quod quidem adnotare libuit tum quia doctorum Hispaniæ virorum mentio semper jucunda atque hujus argumenti opportuna est, tum ne extra

Hi-

Hiſpaniam ad Philippum illum, fortaſſe exterum, inventi laus, quod tam ſalubre audit; divagetur.

Adnotationes in Dioſcoridis factam a Joanne Ruellio interpretationem. Lugduni apud Rovillium 1554. in 16. Ruellium nempe plusquam ſeptingenties, culpa inemendati quod ſequutus fuit exemplaris, a vero auctoris ſenſu abiiſſe modeſta quidem, & quæ olim auditorem decuit, cenſione confirmat.

Epiſtola Apologetica ad Joannem Cornarium: qua ejus in verſionibus e Græco factis quamplura errata propter infantiam utriuſque linguæ, medicæque artis non exactam cognitionem illi exprobat. Lugduni apud Rovillium 1554. in 8.

Victus ratio, Scholaſticis pauperibus paratu facilis & ſalubris: cui adjectus eſt libellus: *De Victus & exercitiorum ratione, maxime in ſenectute, obſervanda.* Pariſiis apud Jacobum Bogardum 1547. 8. Coloniæque apud Henricum Mameranum 1550. in 8.

De Articulari Morbo Commentarius. Romæ apud Doricos 1551. 8.

Compendium Curationis præcautionis morbi paſsim, populariterque graſſantis: hoc eſt vera & exquiſita ratio noſcendæ, præcavendæ, atque propulſandæ febris peſtilentialis. Argentorati apud Rihelium 1542. 8.

Galeni de Antidotis Epitome (hæc eſt ut credo majoris ſeu totius epitomes pars) extat cum Ægidii Everarti *de Herba Panacea* commentariolo. Antuerpiæ apud Joannem Bellerum in 16. anno 1587.

Hæc Latina medicæ artis opera ſunt. Sequitur:

Europa Ἑαυτοντιμωρουμένη, ſive *ſe ipſam torquens*: *Actio apud Colonienſes XXII. Januarii die, anno MDXLIII. coram frequentiſsima illuſtrium urbis totiuſque tractus hominum concione habita*: ibidemque edita eodem anno.

Vertit non minus ipſe multa e Græco fonte, quorum quidquid aliis eorumdem operum ab aliis factis interpretationibus a typographis editiones ſuas abſque delectu aliquo adornantibus, meritum & gratia poſt videatur habita, certe hi labores, cum & ſeorſim typis editi in vulgus ſint, aliorum etiam comparatione apud eos qui græce ſciunt laudem non ultimam ferunt. Hæccilli:

Ariſtotelis Φυσιογνωμονικῶν, *De Phiſiognomia* librum a ſe verſum Ludovico Guillardo Carnutum in Gallia præſuli dicavit, Pariſiiſque edidit apud Cyaneum 1535. Prodiit tamen cum alio interprete, eoque anonymo, is cum aliis Philoſophi principis commentariis. Item:

Ejuſdem Περὶ κόσμου, *De Mundo* librum. Compluti apud Brocarium 1538. ad Carolum Cæſarem. Et hic etiam in editionibus Ariſtotelis vel Petrum Alcyonium, vel Guilielmum Budeum habet interpretes.

Περὶ φυτῶν, hoc eſt, *De Plantis* libros (quos tamen Ariſtoteli adjudicant recentiores, & in his Julius Scaliger) ad Colonienſem urbem cum per eos dies ibi moraretur, edidit Coloniæ 1543.

Περὶ ἀρετῶν, *De Virtutibus* liber, qui inter opera ejuſdem Philoſophi circumfertur una cum ſcholiis doctiſsimis, Ferdinando Bohemiæ & Ungariæ Regi nuncupatus, ibidem editus fuit 1544. Adjungitur huic interpretationi *Epiſtola ad Adolphum Eichollzium J. Conſultum, Academiæ Rectorem* familiarem ſibi atque hoſpitem: in qua monet eum fidelius ſe verba auctoris ſententiamque Latio dediſſe quam Simon Grinæus fecerat, cujus interpretatio hujusmet opuſculi in vulgus edi ſolet.

Luciani dialogos duos dramaticos, nempe Τραγοποδάγραν, *Tragopodagran*, Ferdinando Lopezio ab Eſcuriali Cæſaris Prothomedico, & Ὠκύπουν *Ocypum* Gundiſalvo Pereſio, eidem a ſecretis, nuncupans una cum libello Ariſtotelis *de Mundo* typis Complutenſibus Brocarii prodire in lucem fecit anno 1538. Hos item Joannes Synapius & Jacobus Mycillus interpretati ſunt. *Tragopodagra* etiam una cum libello jam laudato *de Articulari Morbo* Romæ prodiit 1551. in 8.

Galeni librum de Hiſtoria Philoſophica (quamvis non omnibus certam magni parentis prolem) quampluribus editis & ineditis codicibus, præſertimque eo, quem ab Hadriano quodam Corono Græco antiquiſsimum, ipſius forte Galeni ſive alterius manu exaratum, acceperat, inter ſe collatis Sacro urbis Colonienſis dicavit collegio anno 1543. ibidem editum apud Joannem Aquenſem.

Geoponicon, ſive de Agricultura tractatum, hoc eſt Conſtantini Imperatoris Porphyrogennetæ, vel Dionyſii Uticenſis, quorum alterutri adjudicari ſolet, ſeu potius octo hujus operis ex viginti poſteriores libros, qui de natura animalium tractant modiſque eorum educandorum, Latine redditos Cæſari obtulerat: cujus etiam auſpiciis prelo eos ſubjecturus erat cum Janus Cornarius integram ſuam ejus operis verſionem divulgans, cura iterum, dimidiatumque hunc edendi cedere noſtrum Andream fecit. Nec diſsimulavit tamen quorumdam officiis invitatus quin loca aliqua utriuſque interpretationis, ſuæ & Cornarianæ, in examen eruditorum collata invicem proponeret, quæ *Adnotationes* una cum Græco auctore Coloniæ prodierunt anno 1543. in 8. ſive, ut Joannes Antonius vander Linden in opere ſuo *de Scriptis Medicis* af-

affirmat, una cum versione illius operis Latina, quippe aliis nos credere oportet qui editionem nusquam vidimus. Id vero adeo irritavit Cornarium ut stilum adversus Lacunam subinde, quoties aderat occasio, stringens *Apologeticam*, cujus facta jam mentio est, illius *Epistolam* immodestia dictionis provocaverit.

Judicium lege Gerardi Joannis Vosii *De Philosophia & Philosophorum sectis* lib. I. cap. VI. §. 23. *Græce hoc opus primus exhibuit Jo. Alexander Brassicanus : Latine vertit Janus Cornarius. Sed posteriores octo* (libros scilicet hujus qui sunt de natura & educatione animalium) *longe majori cura transtulit, atque una cum castigationibus suis edidit Andreas a Lacuna Segoviensis.* Hæc ille.

Ex Italo etiam in Latinum convertit:

Relationem ex Italia ad Germanos missam de Ostentis quibusdam Constantinopoli Junio, & Julio mensibus anni MDXLII. factis, rogantibus Coloniensibus ut morem gereret : simulque tractatus *De Turcarum origine, & successione, deque moribus pace belloque illius gentis* a se breviter elaboratos edidit Coloniæ 1542. Unde & Antuerpiæ 1544. Moguntiæque 1552. iterum ac tertio recusum opus est.

Hispanicam nostram quoque linguam locupletavit ea præsertim Dioscoridis editione, (quem auctorem Latinis & Italis Petrus Matthiolus, Gallis alius, & Germanis alius pariter communicaverunt) cujus hæc facies:

Pedazio Dioscorides Anazarbeo acerca de la materia medicinal, y de los Venenos mortiferos traducido del original Griego en Castellano &c. ilustrado con annotaciones, y con las figuras de innumerables plantas exquisitas y raras. Salmanticæ apud Cornelium Bonardum 1586. in folio, Valentiæque iterum apud Michaelem Sorollam 1636. in folio. Commentariis suis, & explanationi Græci auctoris plantarum omnium vocabula cum Latinæ atque Arabicæ, tum Castellanæ Lusitanæ Catalonicæ Italicæ Gallicæ ac Germanicæ linguarum apposuit. Vereque id opus eo ardore aggressus est, eaque industriæ cura prosequutus ut & Ægyptiacæ peregrinationi, quam non mediocre rei compendium allaturum existimabat, serio se accinxerit, & factum esset nisi Franciscus Vargas, Regius apud Venetos Legatus, in Venetiarum urbem eo consilio appulsum calidis officiis detinuisset. Adjutum se non parum egregio Matthioli ex Græco Itali interpretis labore fatetur noster in prooemio operis, quo nomine Matthiolus ei in editione Latina sequentibus annis a se facta debitas gratiarum vices rependit. Collatione item codicum, sive editorum sive manuscriptorum, præcipueque antiquissimi cujusdam sibi a Joanne Paez de Castro Chronographo Cæsareo exhibiti rem ait confecisse. Quare Hispanico idiomati possessionem hujus scriptoris septingentis plus locis libri illius fide restituti, atque adeo quam alibi gentium editus usquam sit sanioris, confidenter adrogat.

De la Preservacion, y cura de la Peste. Antuerpiæ 1556. in 8. Salmanticæ 1560. olim Latinum a se confectum.

Las quatro elegantissimas, y gravissimas Oraciones de Ciceron contra Catilina trasladadas en lengua Española. Antuerpiæ 1557. 8. apud Plantinum.

Debita laude prosequutus est Lacunam nostrum Matthiolus jam laudatus in prooemio, & ubi de *Bacara* herba tractat : Jacobus Middendorpius de *Academiis*, in *Toletana* lib. VII. & cui omnia hæc fere accepta referimus vir industrius, patriæque suæ clarorumque illius virorum egregius vindex, Didacus Colmenares in *Segobiensis urbis Historia*, sive in *Appendice de Illustribus Viris Segobiensibus.*

ANDREAS DE LAZARRA, ET CRUZATE, canonicus Regularis, nescio cujus formæ, typis Romæ edidit:

Theulugia mystica, y Espejo de la Vida eterna, por el qual son encaminadas las almas que desean alcanzarla : apud Jacobum Mascardum 1615. in 8.

ANDREAS DE LEON, Granatæ ortus, an incola? quorum prius in *Historia urbis Granatensis* Franciscus Bermudez a Pedraza scriptum reliquit, medicam & chirurgicam artem in ea urbe, atque item in aula Regis Hispaniarum Philippi Secundi expeditionis Lusitanæ exercuit tempore, cujus doctrinæ monumenta hæc reliquit:

De Anatomia.

Definiciones de Medicina ; diferencias, y virtudes del Anima con declaracion de los temperamentos, morbos, &c. y declaracion de pulsos, y orinas.

Examen de Chirurgia, avisos para Sangrias, y purgas. Hæc simul edita sunt Beaciæ 1590. in 4. Puto & anno 1605. variante titulo, *Varios Tratados de Medicina, y Chirurgia.*

Practica de Morbo Gallico en el qual se contiene el origen, y conocimiento de esta enfermedad, y el mejor modo de curarla. Pinciæ 1605. in 4.

ANDREAS DE LA LOSA, natus in oppido Fuensalida dioecesis Toletanæ, notarius ut vocant provinciæ in Regia audientia seu prætorio Hispalensis urbis, edidit metricum opus hoc titulo:

Verdadero Entretenimiento del Christiano, de

de las quatro Poſtrimerias del Hombre. Hiſpali apud Alphonſum Barrera 1584. in 4. & Pampilone per Carolum de Labayen 1617. 8. Item:

Batalla, y triumpho del Hombre contra los Vicios, en el qual ſe declaran los maravilloſos hechos del Caballero de la Clara Eſtrella. Hiſpali 1580. in 8.

ANDREAS LUCAS DE ARCONES, Granatenſis, Jeſuitarum ſodalis, eccleſiaſtes celeber, in collegio Sancti Pauli ejuſdem urbis Bibliorum interpres, cum & exteris ac poſteritati proficuus eſſe vellet edidit:

Iſaiæ Prophetæ elucidationem literalem, myſticam, & moralem: tomis duobus Lugduni apud Laurentium Durand 1642. in folio. Iterum apud Philippum Borde 1652.

Hiſpane etiam:

Vida de San Ignacio de Loyola Fundador de la Compañia de Jeſus. Granatæ apud Antonium Bene de Lazcano 1633. 4.

Obiit Granatæ XXVI. Auguſti MDCLVIII.

ANDREAS LUDOVICUS, ſive LUISIUS, vulgo LUIS, Luſitanus, Eborenſis, Societatis Jeſu, ſcripſit hiſtoriam Moyſis Luſitane, hoc titulo:

Moyſes Cortezaõ, Orador, & Paſtor: tomis duobus: morte tamen occupatus non publicavit. Eboræ deceſsit XXVIII. Decembris MDCXXXIX.

ANDREAS DE LUZON, ſacerdos ordinis Sancti Jacobi, Regiæ Majeſtati Philippo Secundo a ſacris, typis mandavit:

Reformacion de los Conventos de la Orden de Santiago. Matriti apud Petrum Coſsio 1587. in 4.

ANDREAS DEL MARMOL, Regiæ curiæ Matritenſis advocatus, edidit, relationem ſequutus Chriſtophori Marquez Carmelitæ, imo ipſius fere qui deſcribitur:

Excelencias, Vida, y trabajos del Padre Fr. Geronimo Gracian de la Madre de Dios Carmelita, recopilada de lo que eſcrivió de él Santa Tereſa de Jeſus, y otros. Pinciæ 1619. in 4. apud Franciſcum Fernandez.

ANDREAS MARTINEZ DEL LARROZO, cum in India ad orientem ſolem poſita verſaretur in manus Hollandorum cecidit, inter quos manſit tribus fere annis detentus. Edidit hoc titulo libellum:

Relacion de las Naos grandes, y pequeñas, y de las Fatorias, y fortalezas que los Holandeſes tienen el dia de hoy 6. de Junio 1619. en las partes de las Indias, y Moluco, y ſu trato, y comercio, y orden de ſus deſpachos. MS. fuit in bibliotheca Laurentii Cocci, cujus *appendicem* ad Antonii Leonii *Indicam Bibliothecam* manu ejuſdem Cocci exaratam penes me habeo.

ANDREAS DE S. MARTIN, teſte Antonio de Herrera, & Antonio Leonio in *Bibliotheca Indica* proxime laudata titulo XL. ſcripſit:

Del Deſcubrimiento del Eſtrecho de Magallanes.

F. ANDREAS A MATRE DEI, Palentinus, Carmelitarum Reformatorum ſacramentum Pinciæ dixit, & in collegio Salmantino una cum aliis egregiis theologicæ rei magiſtris ac *Theologici Curſus* auctoribus fabricæ huic ſedulam navavit operam. Continuaturus namque moralem partem, ait Franciſcus a Jeſu Maria, initium dederat evulgato de quibuſdam Sacramentis volumine uno, adjecit ipſe:

De Sacramento Ordinis, Sacramento Matrimonii, ac de Cenſuris. Salmanticæ 1668. Necnon &

Curſus Theologiæ Moralis Tractatus quatuor, De Legibus, De Juſtitia, & Dominio, De Reſtitutione, De Contractibus. Lugduni apud Laurentium Arnaud & Petrum Borde 1670. fol. Diffinitor fuit Generalis.

F. ANDREAS MENDEZ, ordinis Prædicatorum provinciæ Bæticæ, ſcripſit volumen grande:

De las Alabanzas de Nueſtra Señora, ſive conciones in quibuſdam ejus feſtis.

Claruiſſe hunc circa annum MDCV. ſcribit Alphonſus Fernandez ex *Hiſtoriis Ordinis.*

D. ANDREAS MENDEZ, laudatur a non nemine eo quod ediderit:

Diſcurſos ſobre la Centinela del Reyno de Chile. Limæ 1641. in 4.

ANDREAS MENDO, Lucronienſis, Jeſuitarum ſodalis, apud ſupremos Fidei per Hiſpaniam vindices miniſter a cenſura theologica, Salmanticæ docuit ſacras litteras, theologiamque ab ſchola & a moribus nuncupatam, rector collegiorum Ovetenſis & Salmanticenſis Hibernorum, ediditque tum ibi tum alibi:

Bullæ Sacræ Cruciatæ Dilucidationem. Matriti apud Mariam de Quiñones 1651. in folio, iterumque pluribus quæſtionibus & diſcuſsionibus adauctam Lugduni apud Horatium Boiſſat & Georgium Remeus 1668. in folio.

De Jure Scholaſticorum, & Univerſitatis ſive Academico. Salmanticæ 1655. in folio, & cum

cum *Additionibus* Lugduni ſumptibus Horatii Boiſſat 1668.

De Ordinibus Militaribus Diſquiſitiones Canonicas Theologico-morales, *& Hiſtoricas, pro foro interno*, *& externo.* Salmanticæ apud Sebaſtianum Perez 1657. in fol. & Lugduni apud Boiſſat 1668.

Stateram Opinionum benignarum in Controverſiis moralibus. Lugduni apud heredes Boiſſat in folio 1666. Simulque:

Criſin de Societatis Jeſu pietate, *doctrina, & fructu multiplici.* Lugduni apud Horatium Boiſſat & Georgium Remeus 1666. 12.

Epitomen Opinionum Moralium, *cum Diſcurſu circa Opiniones probabiles*, *& Appendice caſuum valde notabilium.* Lugduni in 4. ſumptibus Laurentii Arnaud 1673. 8. Eadem credo epitome ſequenti anno ex eadem officina in 8. prodiit, quam nos vidimus.

Vernacula quoque lingua:

Principe perfecto, *y Miniſtros ajuſtados; documentos politicos*, *y morales en emblemas.* Salmanticæ apud Didacum Coſsio 1657. Lugduni apud eoſdem Horatium Boiſſat & Georgium Remeus 1662. in 4.

Memorial ajuſtado de los fundamentos incontraſtables de la Inmaculada Concepcion de la Virgen Maria Nueſtra Señora. Valliſoleti 1640. in folio.

Quareſma: *Sermones para las Ferias mayores*, *Domingos*, *y Semana ſanta.* Matriti apud Paulum del Val 1662. in 4. & iterum ibidem.

Segunda Parte de Quareſma para los Lunes, *Martes*, *Jueves*, *y Sabados.* Matriti apud Melchiorem Alegre 1668. 4.

Vertit ipſe tamen poſtea in Latinum ſermonem, edique curavit:

Quadrageſsimam ſeu Conciones pro omnibus Quadrageſsimæ diebus & pro Paſchate Reſurrectionis. Lugduni ſumptibus Petri Chevalier 1672. in 4. Ad illuſtriſsimum virum Bartholomæum Areſium comitem, ſacrique ſenatus Mediolanenſis præſidem integerrimum, omnique laude majorem, nam & hoc tempore Mediolani agebat auctor Excellentiſsimi ducis Urſaonenſis Gubernatoris conſcientiæ ſecretis præfectus, idem duorum Regum Philippi IV. & Caroli II. concionator, Supremo rerum Fidei Hiſpanarum concilio a cenſura theologica: atque iterum apud Joannem Antonium Huguetan 1676. 4.

Aſumptos predicables. Matriti apud Mariam de Quiñones 1664.

Sermones varios. Ibidem apud Melchiorem Alegre 1668.

Sermones varios en celebridades de ocaſion, y Fieſtas particulares. Ibidem apud eumdem 1667. 4.

Aſumptos predicables aplicados a los Evangelios del Miſal. Ibidem apud Mariam de Quiñones 1664. in 4.

Segunda Parte de Sermones. Matriti 1668.

Expectantur alia ab ejus fecundo atque alacri ingenio, multaque doctrina.

F. ANDREAS DE MOGUER, ex Moguer oppido Bæticæ oriundus, profeſſus eſt Dominicanum inſtitutum Salmanticæ, ſcripſitque:

Hiſtoria de Santo Domingo de la Provincia de Mexico. MS. teſte Antonio Leonio in *Bibliotheca Indica.* Item:

Sermones: duobus voluminibus *de Tempore ac de Sanctis.*

Librum quoque *Exemplorum.*

Videſis Auguſtinum Davila Padilla in *Hiſtoria provinciæ Mexici Ordinis Prædicatorum,* qui notat hiſtoriam hujus provinciæ uſque ad tres quatuorve præfectos provinciales ab eo pertextam: ſcilicet in prologo & in fine libri ultimi.

F. ANDREAS DE LA MONEDA, S. theologiæ magiſter, Burgenſis monaſterii S. Joannis Benedictinorum ejus urbis ſodalis, poſt alias Hiracienſi abbatiali dignitate, quæ in regno Navarræ eſt, ornatus, ſcripſit:

Curſum Philoſophiæ. Burgis 1660. quatuor tomis, ut a domeſticis Romæ accepimus. Item:

Curſum Theologiæ Scholaſt. & Moralis. Ad mentem SS. Anſelmi, & Thomæ. Lugduni 1672. in fol.

ANDREAS MORAGUEZ, Majoricenſis, Jeſuita, humaniorum literarum profeſſor, edidit:

Elegiaca Poematia, *culto ſtylo.* Reliquit etiam Majoricæ:

Proſodiam luce typorum dignam, quód *Bibliothecæ Societatis* auctor ait.

Obiit in patria III. Januarii MDCXXXI.

ANDREAS DE MORALES, Cordubenſis ut credo, nobilium dedit illius nobiliſsimæ urbis familiarum catalogum origines & progreſſum, quod opus hi qui hodierno tempore his eruendis antiquæ hiſtoriæ theſauris enixe ſtudent, hoc titulo inſigne apud ſe eſſe jactare ſolent:

De las Caſas Iluſtres de Cordova. MS. ut videtur, ſive *Hiſtoriam urbis Cordubenſis*, quomodo appellat D. Joſephus Pellizer Regius archichronographus in libro nuncupato, *Memorial de la calidad*, *y ſervicios de D. Fernando Joſeph de los Rios y Argote* §. 1. fol. 3. cujus etiam ſecundum volumen laudat. Item:

Tratado de las Caſas de Sarmiento y Villamayor: cujus libri exemplar apud ſe eſſe affirmat idem D. Joſephus Pellizer Regius hiſto-

ri-

ricus in informatione *De la Casa de Sarmiento de Villamayor*. Sub nomine Andreæ de Morales scripsisse dicitur Martinus de Roa Jesuita librum:

De lo que hizo la Ciudad de Cordoba en servicio del Emperador Carlos V. en el tiempo de las comunidades. Cujus rei fides penes auctorem *Bibliothecæ Societatis* sit.

ANDREAS MUÑOZ, Conchensis natu, in Italia apud Camaldulenses mancipavit se vitæ Eremiticæ, atque scripsit Pio V. Papæ nuncupans:

Eremi Camaldulensis descriptionem, libris duobus: quæ edita est etiam in corpore *Italiæ illustratæ* Francofurti in officina Andreæ Cambieri 1605. fol.

ANDREAS MUÑOZ, a superiore alius, in Hispalensi rerum Indicarum Regia domo tormentariæ rei & fabricæ curabat negotium (Artillero mayor de la Casa de la Contratacion de Sevilla vulgo munus appellant) scribens:

Instruccion, y regimiento para que los Marineros sepan usar de la artilleria con la seguridad que conviene. Luciferi Fano 1642. 4.

F. ANDREAS DE S. NICOLAO, Americus ex Tunja Peruani regni oppido, Augustinianorum Reformatorum sodalis, cum hæc scribimus collegii Complutensis rector suæque Reformatorum congregationis chronographus, scripsit dum Romæ conversaretur:

Passerculi Solitarii planctum, sive Peccatoris ad Dominum conversionem. Romæ apud Joannem Petrum Collinium 1654. in 8. Item:

Proventum messis Dominicæ Patrum Excalceatorum B. Augustini Congregationis Hispaniæ. Ad Alexandrum VII. Papam, Romæ 1656. in 4.

Vernacula deinde lingua:

Historia general de los Religiosos Descalzos del Orden de Ermitaños de San Agustin. Matriti 1664. folio.

Designios del Indice mas dichoso sobre la Regla de San Agustin. Romæ 1656. 8.

Tesoro de Palermo, y su Monte Peregrino. Vida de Santa Rosolea. Matriti 1655. in 16.

Historia de Nuestra Señora de Copacavana. Matriti 1665.

Provincialis præfectus fuit Novi Regni Granatensis in meridionali America.

F. ANDREAS NUÑEZ DE ANDRADA, ordinis Eremitarum, auctor est libri sic inscripti:

Vergel de la Escritura divina. Opus quidem ab eo cœptum hoc fuit, sed pene in limine ut videtur derelictum, quandoquidem alphabeti ordinem sequutus ut communes locos Bibliorum adornaret, primam ejus partem non ultra limites primæ literæ promovit, atque ea quidem justo volumine edita est Cordubæ anno 1600. fol. apud Joannem Barrera.

F. ANDREAS DE OCAÑA, Franciscanus Excalceatus provinciæ S. Josephi, in eaque (ut domi vocant) Pater, publicavit:

Primera Parte de Discursos Eucharisticos. Matriti in typographia Regia 1622. in fol.

F. ANDREAS DE OLMOS, in oppido quodam natus Burgensis diœcesis, sodaliumque Minorum religionem Pinciæ professus doctrina, concionandique arte jam celeber Indos cogitavit, ibique colligendis ad Ecclesiæ gremium exhibendisque salutari pabulo illius tractus gentibus tres atque quadraginta exegisse continuos annos memoratur. Mediocris vir staturæ, subfusco colore, robustioris cujusdam naturæ dono præditus, constantissime intrepideque varias infidelium vel efferatissimorum, & in his eorum quos Chichimecas vocant, regiones incolarum adiit, magnosque fructus Deo fecit, Mexicanam, Totonacam, Tepuacam Vaxtecamque, diversas earum gentium linguas, feliciter assequutus, quibus nempe edidit:

De Finali Judicio doctissimum libellum.

Artem addiscendi Mexicanam linguam.

Dictionarium ejusdem.

Problemata quædam doctissima. Eadem Mexicana lingua.

Tractatum de Sacramentis.

Tractatum de Sacrilegiis.

Septem Sermones doctissimos continentem libellum: omnia lingua Mexicana, teste Francisco Gonzaga de provincia S. Evangelii referente in *De Origine, & progressu Ordinis Minorum.* Adjungit Antonius de Leone in *Bibliotheca Occidentali* titulo XVIII.

De los siete Pecados mortales. Lingua Vaxteca.

Artem, & Dictionarium linguæ Vaxtecæ.

Doctrinam Christianam, & Modum confitendi.

Artem, & Dictionarium linguæ Totonacæ.

Vulgari autem sua dedit:

Antiguallas de Nueva España. MS. teste Antonio de Leone titulo XVII.

Alfonso de Castro contra todas las Heregias: ex Latino auctoris in Hispanum metrice conversum.

Francíscus Gonzaga, Antonius a Leone, Antonius Daza in *Historia Ordinis Minorum* IV. part. lib. II. cap. XXVI. Lucas Waddingus

gus de *Scriptoribus Ordinis Minorum* auctores sunt.

ANDREAS ORDOÑEZ, medicus, scripsit:

Compendium perutile de sanguinis missione. Neapoli apud Lazarum Scorigium 1623. in 4.

F. ANDREAS DE ORTEGA, ordinis Seraphici, edidit:

Tratado del Camino del Espiritu. Toleti apud Joannem Ferrer 1550. in 8. Omisit Lucas Waddingus.

D. ANDREAS DE ORTEGA ET VALDIVIA, cantor Ecclesiæ Mechoacanensis in America septentrionali, scripsit:

Descripcion del Obispado de Mechoacan: quæ MS. penes Ægidium Gonzalez Davila fuit, uti ipse refert in *Theatro* hujus Ecclesiæ pag. 137.

ANDREAS DE OVIEDO, Carpetanus, in oppido Illescas, pari Matritum inter ac Toletum spatio, natus, Jesuita, Ignatii ipsius discipulus qui familiæ fuit parens, in Africa vastissimisque Abissinorum provinciis, destinatus eo dimissusque Ulissipone anno MDLVI. cum honorifico præsulis Hierapolitani titulo, una cum Joanne Nonio Barreto Æthiopiæ patriarcha consecrato & aliis, diu muneri sibi commisso propagandoque apud eas gentes Evangelio incubuit, factus & ipse per Barreti decessum patriarcha. Tandemque post egregiam positam plurium annorum operam, temporumque difficultatem fortiter devictam calculi doloribus extinctus fuit anno MDLXXVI. De quo plura Nicolaus Godignus lib. III. *De rebus Abissinorum*: & Balthasar Tellez *Chronici Societatis Jesu Portugalliæ* parte II. lib. VI. cap. XXXVIII. & sequentibus. Scripsit librum:

De Romanæ Ecclesiæ Primatu, deque erroribus Abissinorum, idiomate Æthiopico ut conjectura est translatum.

Multa item ex aliis linguis in eumdem sermonem convertit confirmandis Catholicis apta reducendisque schismaticis. *Duas* item *Epistolas* anno MDLXVIII. quas refert Guerrerus.

D. ANDREAS PASSANO DE HARO, S. Inquisitionis consultor, cappellanus Toletanæ cappellæ Novorum ut appellant Regum, amplissimo viro D. Balthasari de Moscoso & Sandoval cardinali archiepiscopo Toletano a secretis, scripsit:

Vida del Cardenal D. Balthasar de Moscoso y Sandoval Arzobispo de Toledo. Toleti in folio apud Franciscum Calvo 1670.

F. ANDREAS PEREZ, Legionensis, Dominicanus, ordinis sui generalis concionator, scripsit Hispaniæ proprio idiomate:

Vida de S. Raymundo de Peñaforte. Salmanticæ apud Petrum Taso 1601. 8.

Sermones de Quaresma. Pinciæ 1621. 4. apud Franciscum de los Rios.

Sermones de los Santos, duobus tomis: ibidem 1622. 4. apud Hieronymum Murillo.

Fertur apud suos auctor esse & illius libelli, quem Francisco Ubedæ Toletano typi adjudicant, *La Picara Justina* nuncupatum, cum liceret sic per ætatem insanire.

ANDREAS PEREZ, Jesuita, collegii Mexicani rector, scripsit:

Relacion de la muerte, y virtudes del Padre Juan de Ledesma, qui obiit anno MDCXXXVII.

ANDREAS PEREZ DE RIBAS, Cordubensis, presbyter Societatis, dum Novæ Hispaniæ Americanorum Jesuiticam provinciam regeret scripsit:

Historia de los Triunfos de nuestra santa Fe, conseguidos por los soldados de la milicia de la Compañia de Jesus en las misiones de la Provincia de la Nueva España. Matriti 1645. in folio.

Carta de la Muerte, y Virtudes del Padre Juan de Ledesma, que murió en Mexico el año MDCXXXVI. Mexici eodem anno. in 4.

ANDREAS PESCIONI, si non exter est, scripsit ex Gallico:

Historias prodigiosas de diversos sucesos acaecidos en el Mundo, escritos en Frances por Pedro Bovistau, Claudio Tesserant, y Francisco Belleforest, traducidos por Andrea Pescioni vecino de Sevilla. Matriti 1603. in 4. & 1607. in 8.

ANDREAS PINTO RAMIREZ, Lusitanus, Olisipone ortus, Jesuitarum sodalis, sub magisterio Francisci Mendozæ quid non doctum, quid non eruditum & amœnum didicisset? Præter concionatorium opus, cui deditum scivit *Bibliothecæ Societatis* auctor, theologiam quoque in patria sodales docebat anno MDCL. & inde in Salmantino collegio: qua in urbe, & quo alio cumque loco fuit, ingentem eruditionis famam collegit, quam mirum in modum edita in vulgus monumenta sacra, moralia, profana universo literatorum orbi confirmaverunt. Hæc scilicet foras dedit:

In

In Canticorum Canticum Salomonis dramatico tenore, literali allegoria, tropologicis notis illustratum. Lugduni apud heredes Gabrielis Boissat 1642. folio.

Christum Crucifixum. Lugduni 1640.

Dei-param ab Originis peccato præservatam. Lugduni 1642. in folio apud Boissat & Anisson.

Utriusque Principum Politices Paralella, justæ & iniquæ, ad caput XIV. Isaiæ Prophetæ. Lugduni apud Petrum Prost 1648. in folio.

Sacræ Scripturæ Selecta, sive Spicilegium sacrum explanandæ literæ, moribus illustrandis. Lugduni apud Petrum Prost 1648. fol.

Commentarium in Epistolas Christi Domini ad septem Episcopos Asiæ, quæ in Apocalypsi continentur. Lugduni 1652. in folio.

Lusit & honestissimam valdeque disertam fabulam Joannis Barclaii, veterumque sequutus exemplar, cui nomen imposuit:

Philalælia pro fide amicorum reciproca. Lugduni 1647. in 4. Historia ex Gallico est, nam in cod. MDCCCXV. Regiæ Parisiensis Bibliothecæ SS. Amici & Amelii vita extat, qui sunt hujus operis argumentum. In scriniis reliquisse dicitur imperfecta:

In Statium Papinium Scholia.

ANDREAS DE PORTONARIIS, famigeratus superioris sæculi typographus Salmantinus, in Hispania an alibi natus non facile dixerim, edidit ex officina sua in Hispanum conversos:

Los Asolanos de Pedro Bembo. Salmanticæ 1551. in 12.

ANDREAS POZA, Cantaber, Ordunienfis, causarum patronus apud Correctorem ut vocant del Señorio de Vizcaya, scripsit:

Hidrographia, Sumario de la esfera, instrumentos de la navegacion, marcas, latitud, y longitud. Juliobrigæ, seu Bilvao 1583. in 4. apud Mathiam Mares.

De la antigua Lengua, Poblaciones, y comarcas de las Españas, en que de paso se tocan algunas cosas de la Cantabria. Ibidem 1587. in 4. Latinum fecisse hoc idem opus videtur, quod nescio an imperfectum, certe ineditum reliquit hac inscriptione: *De prisca Hispanorum Lingua in gratiam eorum, qui nesciunt Hispanice, Paradoxon.*

Hic pater fuit Joannis Baptistæ Pozæ Jesuitæ, de quo suo loco.

D. ANDREAS DE PRADO, Seguntinus, edidit:

Meriendas del ingenio, y entretenimientos del Gusto: en seis novelas. Cæsaraugustæ 1663. 8.

ANDREAS REY DE ARTIEDA, Valentinus an Cæsaraugustanus? Poeta, quem Lupus Felix de Vega in *Lauru Apollinis* non perfunctorie laudat, foras dedit:

Los Amantes: tragoediam. Valentiæ 1581. in 8.

Discursos, Epistolas, y Epigrammas de Artemidoro, quo nomine, quasi anagrammatico, dignosci voluit. Cæsaraugustæ 1605.

ANDREAS RESENDIUS, vulgo DE RESENDE, ortus Eboræ anno MCDXCIII. Andrea Vasio Resendio, & Angela Eleonora Vasia Goes parentibus nobili loco inter suos natis, a matre nonnusquam usurpavit Angeli prænomen, quo signati, quos prima in ætate edidit, libri conspiciuntur: necnon & more sui temporis, uti Nebrissensis Antonius Ælius, uti alii aliter, sic noster Lucius Andreas Resendius cognominari amabat, ita & ipse in tabula quadam sepulchro matris affigenda inscribere non dubitavit. Adeo imitandæ vetustatis ardore capiebantur hi quos prima cepit, ante unum aut duo sæcula, rerum antiquarum cupido ut & familiarem appellationem nota aliqua veteris Romæ procuderent. Biennis patrem amisit, liberaliter tamen educatus in studiis a matre, cum primum per ætatem licuit Dominicanorum religiosæ familiæ in patria se aggregavit, eoque habitu indutus prius Compluti Antonium Nebrissensem, dein Salmanticæ Arium Barbosam Græcas & Latinas literas, theologiam quoque alios docentes audivit. Parisios inde Lovaniumque adiit, celebres academias, ingenii quod præstantissimum sortitus fuit magis ac magis excolendi causa, peregre colligens uti solet non eruditionis tantum, sed & prudentiæ atque experientiæ rerum opimos fructus. Petro Mascarenio, Regis sui apud Carolum Cæsarem Legato, adhæsit evocatus ut ab studiis ei esset, quæ efflictim amabat: cum eo aulam sequutus est, aulæque atque ipsi Carolo innotuit & carus fuit. Domum reversus post annum DXXXI. pedem figere opus habuit in curia Joannis Regis III. ludumque ibi aperire, a Rege ipso duobusque illius fratribus amplissimis S. R. E. cardinalibus Alphonso Henricoque ad eam professionem adactus, jussus interim bona cum Summi Pontificis venia justis de causis schema dimittere Dominicanorum, cujus tamen vel in morte ipsa studium retinuit, electo sibi in Eborensium Prædicatorum intimis ædibus sepulchri loco. Henricum præcipue jam laudatum Portugalliæ Infantem, postea & Regem, beneficum sibi expertus fuit, aliquot ab eo sacerdotiis, unoque Eborensis Ecclesiæ, & collegii canonicorum post alia, quod pingue in primis est, pro merito cohonestatus, cui & a con-

concionibus fuit, vulgari quippe lingua æque ut Latina erat disertus. Theologiam ad hæc semper coluit, ac dum epularetur patronus legebat is Pauli epistolas digno, ut imitarentur omnes Ecclesiarum Antistites, exemplo, dubiaque sibi a circumstantibus proposita docte atque ex tempore solvebat. Antiquitatis studio præcipue exarsit, adeo ut viatoriæ supellectilis, quandocumque iter acturus esset, ligo aliaque ferrea instrumenta portio ei perpetua fuerint, quibus, si quod antiqui ævi monumentum in via occurreret, propriis ipse impensis operave eruere de terra, atque a tenebris vindicare posset. Vereque, ut Romanis Portius Cato, Lusitanis ipse suis antiquitatis fontes reseravit. Dicendi genus floridum grave & nitidum sectatus, non sine aliqua reprehensione antiquiores quasdam pronunciandi atque scribendi formas quæ obsoletæ jam sunt, superstitiose usurpavit. Poesim quoque non sine magna laude exercuit Horatii æmulus, uti & harmonicam artem: eratque etiam compositionis musicæ bene peritus, neque contentus carmina pangere, eorum quoque modulationes componebat. Coluit amavitque inter exteros Erasmum Roterodamum, Conradum Goclenium Lovaniensem eloquentiæ doctorem, Joannem Vasæum Brugensem; e civibus suis Damianum Goesium, Jacobum Mænetium Vasconcellum jurisconsultum, Achilem quoque Statium dignum tanto præceptore discipulum. Opera ejus si legeris, omnes industriæ accuratissimæ ac reconditæ eruditionis numeros sive in sacra sive in profana re completos summa cum jucunditate experieris. Hæc illa sunt, & quidem in duplex volumen, quotquot lucem viderunt, præter unum aut alterum, conjecta ab Alnoldo Mylio Coloniæ anno 1600. in 8. Primo hæc continentur:

De Antiquitatibus Lusitaniæ libri IV. Præcedunt *Epistolæ* duæ de hoc ipso argumento, altera ad Alphonsum Emmanuelis Regis filium, altera ad Bartholomæum Frias de Albornoz jurisconsultum doctissimum, de quo nos suo loco agimus. Subjiciuntur Jacobi Mænetii Vasconcelli in quatuor hosce libros *Scholia* breviora. Hoc opus conscriptum fuit ab auctore circa annum MD...... primumque his typis vulgatum, deinde in magno *Hispaniæ Illustratæ* systemate iterum prodiit Francofurti 1603. secundo volumine pag. 892. Singulariter quoque commentatus fuit:

De Antiquitate Eboræ, vernacule quidem, nam is qui hic legitur commentarius Latinus ex versione est Andreæ Scoti viri doctissimi. Lusitanus prodierat ante plures annos, & quidem auctior ex secunda editione anno 1576. in 12. cum hoc titulo, *Historia da Antiguidade da Cidade de Evora.* Adjunxerunt Francofurtenses huic opusculo in hac sua editione Jacobi Mænetii Vasconcelli jurisconsulti Lusitani *De Eborensi Municipio* commentarium, sive Resendiani appendicem.

Secundo volumine hæc alia:

Poemata varia, hoc est:

Vincentius Levita, & martyr, Heroici Poematis libri duo, cum Scholiis ejusdem Resendii.

Ad Deum Patrem ob calamitatem Sectarum Ode.

Ad Christum Confessio, & ad Crucifixum.

Ad Gasparem Casalem Episcopum Leirenensem Epistola de Pastoris officio.

Encomium urbis Lovaniensis, cum aliis carminibus.

Erasmi Roterodami Encomium.

Ad Damianum Goesium, & alios Epistolæ.

Epicedion rapto Daciæ Principi, ad Cæsarem.

De Vita Aulica, ad Speratum Marcianum Ferrarium Lusitanum.

In Obitum Joannis III. Lusitaniæ Regis conquestio.

Ad Mariam Serenissimam Joannis III. Regis sororem eruditissimam Principem Epistola.

Ad Sebastianum Regem, ob Regni adeptum regimen.

Ad Philippum II. Hispaniæ Regem, ut arma in Mauros convertat.

Ad Lupum Scintillam Epistolæ duæ, & ad Petrum Sanctium tertia.

Cujus scilicet facultatis poeticæ laude nostrum excelluisse Nicolaus olim Clenardus hoc elogio, quod apud Joannem Vasæum sexto *Chronici* sui capite legitur, egregie confirmavit: *Andreas Resendius Poeta insignis tanta carminis majestate, tam nervosis inventionibus donatus ab Apolline, ut si in studio Poetico perduraret, tam nobilem Vatem haberet Ebora, quam genuit olim Corduba.*

Sequuntur historicæ epistolæ, scilicet:

De Era Hispanica, ad Joannem Vasæum, quam & innuit Didacus Covarrubias 1. lib. *Variar. Resolut.* cap. XII. quod de ratione computandi temporis ab annorum numero est.

Pro Colonia Pacensi, ad eumdem Vasæum, data Eboræ 1553.

Pro Sanctis Christi Martyribus Vincentio Olisiponensi Patrono, Vincentio, Sabina, & Christetide Eborensibus civibus, & ad quædam alia, Responsio ad Bartholomæum Quevedum S. Toletanæ Ecclesiæ Sacerdotem, doctissima quidem & bene prolixa, Eboræ data anno 1567. Ad quam epistolam libens refero quod de *Kalendario Eborensi*, & *Ulisiponensi* ab Andrea confecto asserit Miræus in *Bibliotheca Ecclesiastica.*

Ad Ambrosii Moralis Epistolam Responsio, in qua de Trajani pontis Alcantaræ urbis inscri-

scriptione aliisque, data Eboræ 1570.

Atque item orationes duæ:

Altera habita Conimbricæ in Gymnasio Regio, anniversario Dedicationis ejus die, IV. Kalendas Julii MDLI.

Altera in synodo Eborensi habita anno MDLXV. mense Februario, Præside Joanne Mello Archiepiscopo Eborensi. Omnia hæc iterum prodierunt Coloniæ ex officina Gerardi Crenemburgi hoc titulo, *Deliciæ Lusitano-Hispanicæ* 1613. in 8.

Præter hæc, quæ in laudata Mylii editione comprehensa sunt, & alia lucem viderunt seorsim, nempe:

De verborum Conjugatione Commentaria. Olisipone 1540.

Oratio pro rostris pronunciata in Olisiponensi Academia Kalendis Octobris 1534. in 4.

Narratio rerum gestarum in India anno MDXXX. juxta exemplum epistolæ, quam Henricus Cugna Dux Indiæ maximus misit ex urbe Cananorio IV. Idus Octobris Anni ejusdem. Secundo volumine *Hispaniæ illustratæ.*

Breviarium Eborense: de quo satius erit Joannis Vasæi in memorati *Hispaniæ Chronici* 5. capite verba subjicere: *Breviarium Eborense nuper Lucius Andreas Resendius Reverendissimi S. R. E. cardinalis, & Serenissimi Principis Infantis Portugalliæ Henrici Eborensis archiepiscopi auspiciis, ita nitori suo restituit ut non arbitrer aliud reperiri exactiori judicio concinnatum. Certe Sanctorum historias Hispanorum non alibi meliori fide scriptas reperias, quas ille ante annos multos perlustrata fere tota Hispania, tanquam quod futurum erat præsagiens, & summo studio perquisivit, & ex Ecclesiarum cathedralium libris, ubi quam emendatissime reperiri poterant, accuratissime descripsit.* Hæc Vasæus. De quo opere intelligendus est Petrus Galesinius in nuncupatione sui *Martyrologii*, ubi de Resendio, quem *doctrinarum antiquarum laude præstantem* appellat *virum*, *perlustratis eum omnis Hispaniæ basilicis cathedralibus, compertisque antiquis tabulis Sanctorum Hispanorum, historiam diserta oratione contexuisse* refert.

Vita S. Ægydii Scallabitani, sive de Santaren, Ordinis Prædicatorum: quam desumpsit ex alia Petri Paez ejusdem ordinis atque ævi semibarbara, quæ asservatur in ejusdem urbis monasterio. Hanc Parisiis editam Latine affirmat Ludovicus Cazegas in *Historia* vernacula *Ordinis Prædicatorum Provinciæ Portugalliæ* lib. v. cap. xi. Forte Antonius Senensis Lusitanus liberavit in eo fidem, quam dum *Bibliothecam* hujus Ordinis scripsit, obligaverat hoc Resendii opus edendi; aut est *Triumphus Christianus Romanos cunctos obscurans* Sancti hujus viri, quem ex Andreæ Resendii quatuor libris de ejus vita descripsit Stephanus Sampaius, atque edidit Parisiis apud Perier 1586. in 8.

Carmine etiam:

Adversus stolidos politioris literaturæ oblatratores: erudite & eleganter. Basileæ apud Frobenium 1531.

Genethliacum Principis Lusitanæ, quod in Galliis excussum fuisse in *Epitome Gesnerianæ Bibliothecæ* refertur.

Vernacula quoque lingua:

A Vida de santo lego Fr. Pedro, do Convento de Ebora: quam Antonius Senensis Latine descripsit.

A Architettura de Leon Baptista Alberto, quam ex auctoris vernaculo in Lusitanum, Henrici cardinalis nutu, vertit, quæque post mortem Resendii, ejusdem cardinalis jussu, & Didaci seu Jacobi Mænetii Vasconcelli cura, lucem vidit uti lego in Gasparis Statii tractatu *de Statiorum familia Eborensi*, ubi de *Simone Statio* agit.

Non dubito quin diversum fuerit & ex propria penu opus *De Architectura*, in quo conscribendo, Regis jussu atque auctoritate, totum versari se civibus suis Eborensibus affirmavit, mittens ad ædiles, procuratores &c. hujus urbis *De ejus Antiquitate* libellum.

Aliorum operum ipse meminit, tanquam a se edendorum, certe conscriptorum, aut saltem alii:

Libelli de Colonia Pacensi, ad Franciscum Nonium: lib. iv. *Antiquitatum*, ubi de *Pace Julia*, sive *Augusta.*

Epistolæ ad Joannem Barros: in qua se egisse *de Simena minime concubina, sed justa uxore Alphonsi VI. Castellæ Regis*, & quidem prolixe: eodem lib. iv. *Antiquitatum* sub titulo *De Urichiensi Agro.*

Apologiæ contra Visensem Episcopum, de Aquæ-ductu Eborensi a Sertorio fabricari jusso. Item:

De Aquæ-ductibus duorum librorum: quos Regi morem gerentem sese nuper scripsisse affirmat in opusculo *De Antiquitate Eboræ* cap. iii. ubi & superioris *Apologiæ* meminit.

De Coloniarum, & Municipiorum Jure: aut huic simili argumento copiosum & latum *Commentarium* brevi se in lucem emissurum in eodem opusculo reliquit scriptum cap. iv.

Sidonii item *Apollinaris* opera omnia, seu scripta se restituisse gloriatur lib. i. *Antiquitatum* cap. *De Barbariis populis.*

De Bracharæ urbis conditione: plusquam trecentorum versuum *Poemation* extabat superioribus annis penes Emmanuelem Severinum de Faria, cantorem Eborensem, virum eruditissimum, ut refert in *Historia Bracharensis Ecclesiæ* D. Rodericus de Acunha dum agit

agit de D. Didaco a Souza hujus Ecclesiæ antistite, cui nuncupavit opus auctor decem tantum diebus absolutum, atque omnibus numeris absolutissimum.

Officium, imo & *Vitam B. Gundisalvi de Amaranto* tribuit ei Joannes Marieta, & alii. *Officium* quoque *S. Elisabethæ Reginæ Portugalliæ* Aubertus Miræus in *Bibliotheca* sua *Ecclesiastica*.

Martyrologium Lusitanum, ejus gentis lingua, video ei tributum in *Historia Ordinis Prædicatorum* Monopolitani episcopi parte IV. lib. II. cap. III. Cujus tamen operis nullam habet mentionem proprius magis historicus Resendii rerum Ludovicus Cazegas jam laudatus. Plane hoc intelligi potest de Breviario Eborensi, aut imperfectum mansit hoc si quod fuit Martyrologium, aut plane adhuc latet. Video tamen hujusmet argumenti esse:

Epistolam MS. de Sanctis Lusitaniæ: quam Andreæ nostro attribuit Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano* XXIV. Maii lit. e.

Statura fuit procera (ait Jacobus Mænetius Vasconcellus in *vita Resendii* nostri) prægrandibus oculis, crispo capillo, colore subfusco, sed hilari, minimeque contracta fronte, in domesticos discipulosque severior. Obiit jam octogenarius anno MDLXXIII. laudatus dum viveret & post mortem ab doctissimo quoque inter præstantissimos Lusitaniæ suæ, imo totius Hispaniæ, literis atque omni eruditione viros: Nicolao scilicet ut vidimus Clenardo & Joanne Vasæo, Ambrosio item Morali lib. VIII. *Historiæ Hispaniæ* cap. XX. Osorio Silvensi episcopo in prooemio *Historiæ Regis Emmanuelis Portugaliæ*, Josepho Scaligero in *notis ad Eusebii Chron.* num. MDCCCCLXXVII. Jacobo Usserio *De Britannicarum Ecclesiarum primordiis* cap. XVI. pag. 747.

ANDREAS DEL RIO RIAÑO, scripsit:

Tratado de un Instrumento para conocer la Nordesteacion de la Aguja de Marear. Item:

Hidrografia en que se enseña la Navegacion por altura, y derrota, y la graduacion de los Puertos: 1585. 4.

D. ANDREAS DE LOS RIOS DE SANDOVAL, civis, & forte domo, Hispalensis, vir nobilis, dedit in lucem theologicum opus, scilicet:

Ordinem examinationis Orationum, quæ dicuntur in infirmitatibus, seu præcantationum, quæ Hispane dicuntur Ensalmos. Hispali apud Ludovicum de Estupiñan 1620. in 4.

Adjunguntur:

Carmina quædam: & Hispanus tractatulus:

De la Perfeccion, y significacion de los numeros por la composicion de sus partes.

ANDREAS RODRIGUEZ DE MATTOS, Olisiponensis, scripsit carmine:

Vitoria da restauraçaõ da Cidade de Ebora em ottava rima: quod poemation altera Ludovici Camoesi octoade inchoavit, altera conclusit. Edita fuit eo anno quo Lusitani eam urbem a Castellanorum manu recuperaverint.

ANDREAS DE ROXAS ALARCON, Matritensis, lusit:

Los Graciosos Sucesos de Tirsis, y Tirseo. Simulque:

Comedia de la Hechicera. Matriti apud Franciscum Sanchez 1581. 8.

F. ANDREAS RUIZ, Legionensis, ordinis Prædicatorum si credimus Ægidio Gonzalez Davila in *Theatro Ecclesiæ Legionensis*, scripsit:

Sermones: duobus tomis.

F. ANDREAS DE SALAZAR, Benedictinus monachus ex domo S. Æmiliani, scripsit nescio quid de *Quindenniis* (ita opus vocant) *Abbatiarum* omnium, quæ olim perpetuo conferebantur. Item:

Notas ad Regulam Sancti Benedicti. Romæ 1614.

Vernaculo etiam sermone:

Vida, y Milagros de San Gregorio Obispo Ostiense, y de Santo Domingo de la Calzada. Pampilone apud Joannem Oteiza 1624. in 4.

Desiit esse mortalis circa an. MDCXXXVIII.

ANDREAS SANCHEZ FAXEDA, scripsit:

La Divina Serrana de Formes Nuestra Señora de Espino. Segobiæ 1629. in 8.

ANDREAS SANZ DE ROCAMORA, scripsit:

Aparecimiento, y milagros de la Virgen del Buen Suceso, que está en la Villa de Madrid. Matriti 1638. in 8.

ANDREAS SEMPERIUS, vulgo SAMPERE, patria ex Alcoi Valentini regni oppido, medicus & rhetor in Valentiæ urbis lycæo, at potissimum sibi in hac postrema disciplina rhetoricæ artis nomen fecit. Nam (ut Scotus ait) forma erat egregia, ingenti statura, barbaque ad umbilicum promissa, firma latera ei fuerunt, & vox denique theatrum implens, omnes ut auditores, qui frequentes concurrerent, in sui admirationem, & in quam vellet partem persuadendo raperet. Hunc unum intuebatur Valentina acade-

demia, hujus aſpectu recreabatur, hujus doctrina & diligentia eloquentia florebat. Invitatus aliquando in Sardiniam inſulam publico ſtipendio docuit ibi rhetoricam, ſed reverſus in patriam, confirmata ſibi doctrinæ laude apud exteros, libellis in publicum datis, ibidem ante annum MDLXXII. ad plures abiit, meritus a Laurentio Palmyreno, cariſsimo olim ſibi capite, in oratione quadam Valentiæ hoc anno dicta, ut *Grammaticorum Ariſtarchus, rhetorum Gorgias, in antiquitate Varro alter, Latinarum Græcarumque literarum coriphæus, tertius Uticenſis Cato, eloquentiæ ac doctrinæ omnis inſtaurator* audiret; *cujus in labiis Ciceroniana dicendi facultas, in pectore Demoſthenica, in capite Platonica ſapientia reſidebant.* Edidit:

Grammaticæ Latinæ inſtitutionem III. *libris explicatam.* Semel atque iterum Valentiæ, tertio in Gallia, demum Valentiæ apud Petrum Huete 1575. in 8.

Methodum Oratoriam: necnon &

De Sacra concionandi Ratione. Simul Valentiæ 1568. in 8.

In Tabulas Rhetoricæ Caſſandri, &

In Ciceronis Brutum, ſive Oratorem. Valentiæ typis Mey.

Videſis de eo Andream Scotum in *Bibliotheca*, Palmyrenum in laudata *Oratione*, Eſcolanum in *Valentinæ Hiſtoriæ* lib. V. cap. XXIII. & lib. IX. cap. XLII. & Vincentius Marinerius in *Elegia ad priſcos & celebres Valentini Regni Poetas.*

ANDREAS SEMPLE DE TOVAR, Matritenſis, puerorum nobilium Regiæ aulæ inſtitutor in Latinis, theologus ipſe & eccleſiaſtes, hæc edidit in gratiam concionatorum lingua vernacula:

Sermones de Santos, y feſtividades. Matriti 1643. in 4. diverſum ab hoc opus:

Sermones varios de feſtividades, y Santos. Ibidem 1644. in 4.

Miſerere en Diſcurſos predicables para las tardes de Quareſma. Matriti 1644. in 4.

Sermones para los Domingos, Miercoles, y Viernes de Quareſma. Ibidem anno 1645. 4.

Dominicas deſpues de Pentecoſtes. Valentiæ 1646. in 4.

Primera, y ſegunda parte de Homilias varias de Quareſma. Matriti 1651.

Obiit diem ſuum in Regia curia circa annum MDCLII.

ANDREAS SERVETUS DE ANIÑON, Cæſarauguſtanus, juris artis profeſſor fuit Bononiæ, ſodaliſque Clementini Hiſpanorum collegii Nov. IX. anni MDXLIV. receptus, quo tempore publici juris fecit:

Diſputationes ad Tit. Inſtit. De Actionibus: ad Antonium Manrique de Valentia collegii rectorem. Bononiæ 1546. in 8.

Ad Titulum Inſtitutionum Juſtiniani De Obligationibus, ſequenteſque uſque ad Titulum Quibus modis tollitur obligatio: ad Franciſcum Vargas ſupremi Caſtellæ ſenatus fiſcalem. Ibidem 1548. in 8.

Tractatum de Succeſsionibus ab Inteſtato ſecundum Leges Aragoniæ. Ibidem 1558. in 4.

Item ſcripſiſſe refertur:

Hiſtoria de los Linages de Aragon: ut habemus in ſchedis ab Antonio de Fuertes ejuſdem collegii ſodalis relictis. De quo non parum dubito; cum nihil de hoc opere olim ad me retulerit cum Andreæ noſtri mentione vir hujuſmodi ſtudii curioſiſsimus Joannes Franciſcus Andreas Uſtarrozius, qui bibliothecam Aragonenſium adornabat.

Præterea & non inutilem dediſſe ipſum muſis operam Romana lingua ad me retulit, qui plura adſervabat dum viveret Serveti carmina, idem Joannes Franciſcus Andreas Uſtarrozius, chronographus regni ſui Aragonenſis. In curia regni Aragoniæ, quam civilem vocant, ſenator fuit. Obiit in eadem urbe, jacetque in templo maximo Salvatoris in capella Don Lupide Luna. Meminerunt hujus Joſias Simlerus in *Appendice Bibliothecæ Geſnerianæ*, & Valerius Andreas Taxander. Diverſus eſt Michael Servetus Hiſpaniæ haud minus pœnitendus ob impietatem quam Priſcillianus olim fuit:

F. ANDREAS DE SOTO, patria ex Sancti Facundi, Caſtellæ veteris municipio ſatis noto, Minorum ſodalis provinciæ Conceptionis, ſed e Recollectorum ut vocant ſeveriore ſecta & diſciplina: poſt lectam ſuis ex munere theologiam, triumque provinciæ cœnobiorum res integre adminiſtratas in Belgium ire juſſus fuit a confeſsionibus ut eſſet Eliſabethæ Claræ Eugeniæ, Hiſpaniarum Infanti, atque una cum Alberto conjuge Auſtriaco Belgarum Sereniſsimæ Principi. Quam ſibi commiſſam fere viginti annis curam geſſit laudabiliter non minus Deo, ut ſperamus, quam gubernatæ in conſcientiæ arcanis fœminæ lectiſsimæ, atque aliis omnibus approbata opera: quibus exemplo vitæ innocentiſsimæ, pariter atque ſaluberrimis doctrinæ nuſquam non emicantibus radiis prælucebat. Interim vices a Generali familiæ totius Miniſtro ſibi concreditas in Provinciis Argentinæ, Coloniæ, Hiberniæ, Angliæ, Flandriæ, inferioris Germaniæ S. Andreæ, atque aliis pro dignitate geſsit, religioſæ obſervantiæ merito vir, chriſtiana humilitate, atque abſtinentia, quam pluriumque ornamentis virtutum conſpectiſsimus. Pia multa edidit: nempe:

Vi-

Vida, y Excelencias del Gloriofo San Jofeph Efpofo de la Virgen Nueftra Señora. Pinciæ 1593. Bruxellifque iterum apud Joannem Mommartium 1600. in 8.

La Contemplacion de Chrifto Crucificado, y de los dolores que la Bienaventurada Virgen padeció al pie de la Cruz. Antuerpiæ 1604. Hunc librum Italis vulgarem fecit Raphael Fabrica, Jefuitarum fodalis, atque in urbe Venetiarum edidit. Gallis quoque non unius opera femelve fuit communicatus.

De la Converfion del Buen Ladron. Antuerpiæ 1606. 8. Translatus etiam in Italicum hic fuit liber.

Redencion del tiempo cautivo. Antuerpiæ 1606. in 8. Latinus idem nefcio cujus opera factus Coloniæ 1611. in 12.

De la verdadera foledad, y vida folitaria. Bruxellis apud Mommartium 1607.

Declaracion, y paraphrafis de las Lamentaciones de Ieremias. Bruxellis in eadem officina 1609. & 1615.

Vida, y Milagros, y Mifion a Efpaña del gloriofo Martyr Sant Eugenio: ex codice manu exarato Bronienfis, cujus abbas eft Namurcenfis epifcopus, monafterii, ubi & nunc ejufdem Sancti Martyris brachium a corpore divulfum adfervatur. Bruxellis 1612. in 8.

La Vida de San Alberto Cardenal. Bruxellis 1613. ex Latino opere Ægidii Leodienfis. Additiones fecit Aubertus Mireus Bruxellenfis.

Explicacion de la Bendicion del Cirio Pafqual.

De la Excelencia, y bienes de la Paz. Antuerpiæ apud Joachimum Trognefium 1621.

De la Congregacion de los Penitentes. Rectene an fecus huic opufculo, quod *De Congregatione Pœnitentum* Latine Waddingus appellavit, Hifpanum affixerimus titulum hi, quibus non invifus ut nobis liber fit, arbitrari poterunt. Certe Montibus Hannoniæ prodiit ex Ludovici Riccii officina 1607.

Del Origen de la Agua bendita, y antigüedad, y milagros que Dios obra por medio de los Agnus Dei.

Confuelo de Vivos, y Exequias de Difuntos.

Paraphrafis del Pfalmo XVIII. Beati immaculati in via.

Paraphrafis del Pfalmo CXXI. Lætatus fum, &c. Horum quatuor nec editionis annum nec locum exhibet Waddingi catalogus: omnia tamen Soti hæc opera translata effe in Teutonicam linguam, Antuerpiæque edita ipfi credimus Waddingo affirmanti.

Vida de Santa Ana: tribuit ei Antonius Daza in *Hiftoria Ordinis Minorum.*

Denatus eft piifsimo e vita exitu Bruxellis quinta die Aprilis anno MDCXXV. duobus major feptuagenario, fepultufque ante altare S. Crucis Bruxellenfis, quod Serenifsima Princeps in carifsimi capitis gratiam conftruxit pulchreque exornavit.

ANDREAS TAMAIO, Matritenfis, medicus & chirurgus Regius, publicavit:

Tratado de Algebra, y Garrotillo. Matriti apud Cofmam Delgado 1621. 8.

F. ANDREAS DE TOLEDO, ex ordine Sanctifsimæ Trinitatis, Toletanus, Caftellæ provinciæ præfectus, fcripfit:

Elogios del Santifsimo Nombre de Maria.

Obiit Matriti MDCXLVII.

F. ANDREAS DE TORDEHUMOS RIBERO, Auguftinianus, Mexici Indorum occidentalium fcripfit, fed Medinæ apud Hifpanos edidit:

Apologiam Theologicam de Interioribus animæ actibus, & libertate voluntatis humanæ applicationeque Sacrificii Altaris: 1581. in 8. Scopus auctoris eft ut probet intentionem fubditi in Euchariftiæ offerendo facramento intentioni prælati, cui obnoxius eft obedientiæ voto, prævalere.

ANDREAS DE VALDIVIA, medicus, fcripfit *de Pefte* tractatum, infcribens ei vocabulum vernaculi ufus nempe:

De las Landres. Hifpali 1601.

ANDREAS DE VALENCIA, Mexicano in regno Indorum occidentalium ac diœcefi Mechoacanenfi ex Hifpanis parentibus natus, Jefuita, Mexici atque Angelopoli philofophiæ ac theologiæ domi profeffor, fcripfit:

Vida del Padre Juan de Ledefma. Mexici.

Vida del Padre Alonfo Guerrero. Ibidem.

F. ANDREAS DE VEGA, Segobienfis, ductam ab utroque parente Gundifalvo a Vega & Guiomara Leonia generis nobilitatem, fuæ ætatis factus eximiis facrarum literarum fructibus, multaque rhetorices ac linguarum eruditione ftudio jugi ad Salmanticam perceptis, honeftiorem fibi ac patriæ reddidit. Durandum in eo gymnafio jam docebat creatus rite per eos dies facræ fcientiæ magifter, cum honore & loco ifto, atque aliorum fpe, quæ quidem pafcere honeftifsimum ac temperantifsimum quemque folent, repudiatis, nuncioque fæcularibus remiffo, in æde Francifcana ejufdem urbis amictu fe induens Minorum in tutiorem religionis portum recepit. Una hic cum Alphonfo Caftrenfi, celeberrimo illorum temporum theologo, commoratus, poftquam domefticos communi opera facris literis uterque imbuiffent, a Carolo

lo Imperatore, filioque ejus Philippo Principe, Tridentum destinati sunt ad sacram synodum Pontificio edicto anno MDXLV. convocatam. Sectariorum ibi proterviam, in justificatione animæ humanæ a peccato expiandæ a vera & orthodoxa fide discrepantium, Vega editis in urbe Venetiarum ante celebratam sextam, quæ hunc articulum expedivit, sessionem, quæstionibus xv. hisque aliorum quindecim librorum ope & accessione subtiliter docte ac profunde expositis, afflixit penitus & profligavit. In reditu se domui suæ ac cellulæ restituens, æquali omnium illius academiæ ordinum plausu, ejus meriti ac palmæ virum summe diligente ac suspiciente, ordinariis lectionibus intentus usque ad obitus diem vixit. Fertur is in annum incidisse MDLX. Andreæ Lacunæ, ac Dominico Soto, tribus cum nostro scilicet urbis Segobiensis splendidissimis luminibus, fatalem. Celebri huic Andreæ scripto hic titulus fuit appositus:

Doctrina Universa de Justificatione libris xv. absolute tradita, & contra omnes omnium errores defensa: quæ post alias parum emendatas editiones Coloniæ prodiit ex officina Cervini Galeni 1572. in folio, Petro Canisio, sanctissimo illo atque doctissimo Jesuitarum sodali, hunc ante alios tam utilis argumenti scriptorem, procurata diligenter curioseque hac editione, orthodoxis fidelibus cum præclaro Andreæ nostri elogio commendante. Id opus pro dignitate nunquam laudari posse Andreas Scotus in *Bibliotheca Hispana* retulit: quod quidem, ejusque auctorem laudant Michael Medina lib. I. *De Recta in Deum Fide* cap. IV. Henricus Sedulius *Commentariis in Vitam Sancti Francisci* cap. IV. uterque sodalis, uti sunt etiam Alphonsus Castrensis *Adversus hæreses* libris, & Franciscus Gonzaga in *De Origine Franciscanæ familiæ, atque progressu*. Gabriel item Vasquius, Robertus Bellarminus lib. V. *De Justificatione* cap. XIX. Possevinus in *Apparatu*, atque Waddingus *De Scriptoribus Franciscanis* scribens, qui a Bellarmini reprehensione quadam tueri sodalem conatur. Recussum fuit postea opus Ascaffeburgi, Moguntinæ in Germania diœcesis, apud Hermannum Miresium 1621. in folio, & alibi sæpe. Editio princeps, ut credo, Veneta est anni 1548. in 4. sive 1546. cum titulo *Decreti de Justificatione*, sive *Opusculi de Justificatione gratia, & meritis*.

Concionem ab eo *habitam ad PP. Concilii Tridentini Cinerum die anno MDXLVII.* edidit anonymus, sine loci mentione aut anni, in 4.

Postuma etiam videntur ex schedis illius edita:

Commentaria in aliquot Concilii Tridentini Decreta. Compluti 1564.

Commentaria in Psalmos. Ibidem 1599. Quorum utriusque meminit Lucas Waddingus, non vero Didacus Colmenares in *Viris Illustribus Segobiensibus*.

Expositionem item quamdam *in Regulam Sancti Francisci* (editamne an secus mihi dubium) Vegæ tribuit Ludovicus Mirandensis, idem tractans argumentum.

F. ANDREAS DE VEIGA, Lusitanus, sive in Palmella oppido, sive in Cetobriga urbe, vulgo Setubal, natus, aliis vero in quodam loco campi Toletani, Franciscanus sodalis ex Tertio Ordine, qui fama vitæ innocentissimæ miraculisque clarus obiit in monasterio S. Catherinæ urbis Scalabitanæ in Portugallia, CX. fere annis natus. Ex antiqui temporis professione (præceptor enim adhuc in sæculo manens fuit artis grammaticæ) reliquit Latino carmine:

Acetarium varias rerum materias continens. Olisipone 1571. 4.

Veigam summe laudat Georgius Cardosus in *Agiologio* I. die Aprilis, qui in relatione missa Romam opus vocat *Asceterium*.

ANDREAS VELAZQUEZ, medicus Arcensis (ducale oppidum est Arcos in Bætica territorioque sacro Hispalensi) librum edidit:

De la Melancolia, en el qual se trata de la naturaleza de esta enfermedad, y de sus causas, y symptomas. Hispali 1585. 8. apud Ferdinandum Diaz.

F. ANDREAS DE VILLA, Pincianus, ordinis S. Benedicti, atque ejus Visitator Generalis, qualificator ut vocant Supremi Sanctæ Inquisitionis concilii, abbas aliquando Pincianæ domus, habebat editioni parata superioribus annis, Ægidio Gundisalvi Davila teste:.......

Catenam Scholasticam. Necnon & vulgari lingua:

Historia del Monasterio de San Benito de Valladolid.

ANDREAS DE ZAMUDIO ET ALFARO, inscribens se Alcalde, Examinador, Protomedico general, y Medico de la Camara de la Santa Inquisicion edidit:

Orden para la cura, y preservacion de las Viruelas. Matriti apud Ludovicum Sanchez anno 1579. in 8.

Orden para la cura, y preservacion de las Secas, y Carbuncos. Ibidem 1599. in 8.

ANGELA.

ANGELA SIGÆA DE VELASCO, Di-

Didaci Sigæi Galli viri eruditi filia, Luisæ Sigæa soror, Toleti ut credimus, uti Luisia certe fuit & ipsa scriptum reliquit, nata, in Portugalliam cum patre & sorore veniens nupsit in Torresnovas, oppido nobili hujus regni & Olisiponensis diœcesis, Antonio de Mello Mogo, Petri Anes filio, qui Petrum Vas de Mello, comitem de Atalaia, non tamen e legitimo toro patrem habuit. Ex quo matrimonio vel nunc eo in loco extant successores, quorum in albo Lusitani collocant Bernardinum Senensem, ordinis Minorum Generalem Ministrum, ac Visensem deinde præsulem. Feminæ hujus morum sanctitatem doctrinamque, & in primis musicæ artis excellentem peritiam multi extollunt. Vasæus in *Chronici* sui cap. IX. Ludovicus de Angelis in libro *Jardin de Portugal* inscripto, Georgius Cardosus in *Agiologii Lusitani* tomo IV. etiam nunc inedito, Andreas Scotus, & alii. Plura scripsit *Artis* suæ *Musicæ* documenta & experimenta; cujus & filia Maria da Coluna insignium operum metricorum artifex fuisse dicitur. Obiit Angela Turribusnovis, jacetque in capella miraculosæ imaginis Christi Crucifixi Ecclesiæ parrochialis S. Jacobi, quæ ad conjugis ejus familiam jure fundationis pertinet. Omnia hæc habui a Reverendo Patre Fr. Emmanuele a Resurrectione, Augustiniano Excalceato, dum provinciæ suæ Portugalliæ negotia Romæ ageret, viro ejus regni rerum egregie gnaro, atque in eodem oppido de Torresnovas in lucem edito.

ANGELINUS.

ANGELINUS DE FUENTES ET GUZMAN, Hispanum indicat appellatio, Belgicarum copiarum miles, circa rem tormentariam occupatus eo in munere, quod idiotismus noster Gentilhombre del Artilleria del castillo de Gante appellat, MS. reliquit:

Discurso, y Relacion de los Gobernadores que en los paises de Flandes ha habido desde Carlos V. hasta D. Juan de Austria, y lo que en el gobierno de ellos ha sucedido.

D. Thomas Tamaius in *Collectione librorum Hispanorum*. MS. fuit in bibliotheca Olivariensi.

ANGELUS.

F. ANGELUS DALFAU, Catalanus, ex oppido Ostalrique Gerundensis diœcesis, Carmelita, ex peregrinatione Hierosolymitana reversus scripsit:

Itinerario de la Tierra Santa: quem librum, editioni jam paratum, occasione belli ea in provincia grassantis perdidit.

Obiit Barcinone I. Julii die MDCLXIII.

F. ANGELUS MANRIQUE, Didaci Medinæ Cisnerii ex Maria Manricia proles, claro utrimque loco, circa annum MDLXXVII. Burgis civitate inclita natus, Cistercio se in Hortensi monasterio etiam tum juvenis pietate ac literis imbuendum tradidit, atque eam progressionem discendi philosophorum ac theologorum doctrinas breviter fecit, ut quantus esset futurus provecta ætate facile jam ejus ævi argumenta commonstrarent. Sacræ scientiæ cum scholasticæ, tum expositivæ ut vocant singularem assequutus peritiam, utriusque in publicum insignia testimonia non uno loco dedit. Facto namque specimine sui claro satis in sacro declamandi officio, quod quidem ingeniosa valde urbanaque dictione, multaque rerum electissimarum instructus copia exequebatur, publicum tueri cœpit locum apud Salmanticenses docendi, ex quo ei injuncta collegii Lauretani, quod in hac urbe sodales habitant, præfectura magnæ hujus scholæ copiam fecit. Scotum ibi, deinde & Divum Thomam propriis cathedris, necnon moralem philosophiam professus, culmine tandem merito legendi ad primam, uti appellant, horam diei theologiam sistitur. Nec semel interim datus fuit collegis abbas, atque aliquando etiam Hispanæ totius familiæ Magister Generalis cooptatus. Hujus meriti virum genere literis prudentia morumque probitate jamdiu spectatum, sibique a concionibus, Philippus Rex noster IV. anno hujus sæculi XLV. Pacensi Ecclesiæ dedit antistitem, quæ quidem sedes eum tenuit quousque viam universæ carnis paucorum annorum episcopus ingrederetur. Hominem diceres, studiis sacris deditum domesticisque officiorum vicibus atque academicis occupationibus implicatum, nil agere aliud posse: adeo ut præcipuum ante alia haberi apud omnes debeant ingenii capacissimi, atque exquisitæ cujusdam Angeli nostri sedulitatis industriæque argumentum conscripti ab eo magna ex parte Latino atque eleganti sermone multaque diligentia Cisterciensis ordinis sui annales, plane absolvendi, si non præceps obitus telam ei vitæ atque operis abrupisset. Librorum ab eo editorum hæc series. Hispana lingua:

Laurea Evangelica hecha de varios discursos predicables: contiene varias consideraciones sobre aquellas palabras del Evangelio: Vos estis sal terræ, &c. sive *De Laudibus B. Bernardi* lib. III. Salmanticæ apud Artum Tabernier 1604. Iterumque ab auctore locupletiores 1610. in 4. variisque locis deinde recocti Barcinone, Olisipone, Cordubæque usque ad annum 1624. hoc est plusquam decies. Quos etiam lingua Gallica donatos in monasterio Camberonensi, Furnisque apud Capuc-

ci-

cinos se offendisse Chrisostomus Henriquez in *Phœnice* sua *reviviscente* reliquit scriptum, nempe anno 1612. 8.

Santoral Cisterciense, duobus tomis: quorum prior vidit lucem Burgis apud Baptistam Varesium 1610. Barcinone 1615. Pinciæ 1613. atque alibi: posterior Salmanticæ 1620. 4.

Meditaciones para los dias de la Quaresma: quas e suggestu proposuit olim Barcinone. Salmanticæ apud Franciscum de Zea 1612. 4. Valentiæ 1613. Cæsaraugustæ 1614. Nec tamen his totam Quadragesimam percurrit.

Santoral, y Dominical Christiano para las Fiestas de Nuestra Señora, y de otros Santos: duabus partibus, priore Pinciæ 1613. altera Salmanticæ 1620.

Discursos Predicables para todas las Fiestas de Nuestra Señora. Apud Varesium 1620. 4. Gallice hi prodierunt Parisiis. Forte hi discursus componunt priorem ex superioris operis partibus.

Meditaciones del Martyrio espiritual, que padeció la Virgen santissima en la Pasion de su Hijo. Hispali apud Franciscum de Zea 1612. in 4.

Kalendario de los Santos de la Orden del Cistel. Salmanticæ.

Apologia por la muger fuerte, sive pro libro quem *De Vita D. Mariæ Vela*, ordinis Cisterciensis virginis, Michael Vaquerus scripserat. Salmanticæ apud Antonium Vazquez 1620. 4.

Exequias, Tumulo, y pompa funeral, que la Universidad de Salamanca hizo en las Honras del Rey D. Felipe III. Salmanticæ apud Antonium Vazquez 1621. 4.

Sermon en la Beatificacion de S. Ignacio. Salmanticæ 1610. 4.

La Venerable Madre Ana de Jesus, discipula, y compañera de la Santa Madre Teresa de Jesus, Fundadora en las Provincias de Francia, y Flandes: ad Elisabetham Hispaniæ Infantem, Belgarum Gubernatricem. Bruxelis 1632. 4.

Discurso sobre el Socorro que puede hacer a su Magestad el Estado Eclesiastico. Salmanticæ 1642.

Latinorum majoris operæ, quique Auctoris famam præcipue tuentur:

Cisterciensium, seu verius Ecclesiasticorum Annalium a condito Cistercio: tomi IV. I. continet res gestas ab anno MXCVIII. ad MCXLIV. Lugduni 1642. in folio. II. res gestas ab hinc ad annum MCLXXIII. Ibidem eodem anno. III. ab anno MCLXXIV. usque ad annum MCCXII. inclusive, Lugduni 1649. sumptibus Laurentii Anisson. IV. pertingit usque ad annum........

Apologia pro Deiparæ Virginis immunitate ac innocentia originali: ad Innocentium X. Pont. Max. Incipit: *Mariam Virginem.* In fol.

Pontificale Hispano Cisterciense ejusdem non vidimus, nec Latinumne sit an vulgare certi sumus, fidem de eo habentes Joanni Caramueli in *Theologia Regulari* disputatione CXXIV. articulo CX. cui credit ut nos Carolus Vischius in *Bibliotheca Cisterciensi.*

Obiit Angelus in Pacensi sua urbe anno MDCXLIX. habens prelo parata (ut ipse affirmat in præfatione ad Annales) *Commentaria, & Disputationes in universam Summam Divi Thomæ Aquinatis*, per duos & triginta annos elaborata, & in Salmantino gymnasio auditoribus prælecta.

F. ANGELUS DEL PAS, Catalanus, Perpiniani ortum anno MDXL. perfectioris autem vitæ initium Barcinone apud Franciscanos sodales, sacramento ipsorum dicto, appellationeque Joannis Caroli, quæ lustrica sibi erat, reformata, magno cum Hispaniæ tum suæ Minorum fratrum familiæ bono sortitus est. Insignem brevi speciem sui domesticis ac provincialibus sive sanctitatis sive doctrinæ profectus quærerent, totoque vitæ spatio, quotidie magis illustriorem præbuit. Singulari fuit ingenio & memoria, cultumque iis varia linguarum notitia, eximiaque philosophicæ ac theologicæ rei totius cognitione, atque gymnastici usus peritia, supra quam credi potest dicive præstantem adjunxit. Nec minorem probitatis & innocentiæ laudem adeptus est, quippe qui jugiter castus nudipes sobrius asperrimæque sui tractationis conscius frequentabat maxime Deum precibus & contemplatione mentis. Ita se ad concionatoris sacri munus efformans Apostolicum, parem se in eo atque in ceteris officiis per Hispaniam ac per Italiam præstitit. Eo enim ad audiendam Pontificalis fastigii sententiam de commissa sibi provinciæ Reformatorum recens creatæ præfectura, strictioris vitæ cupidus litigator, accedens, Romæ usque ad extremum vitæ diem constitit carus æque tribus almæ Ecclesiæ principibus sacris, Gregorio XIII. Sixto V. & Clementi VIII. Penes quos summam sibi atque operibus suis gratiam ac venerationem, optime de iis, Christianaque pietate & sapientia meritus comparavit, cum Apostolicum nusquam cessaret exhibere verbo & opere, atque editis libris munus: ita ut perdoceri eum a Deo intime id quod in divinis commentabatur non vane crediderint pii sensus mortales, hominem Deo vacantem fere omnibus horis non multa aliunde quam ex familiari hac ipsius sapientiæ consuetudine in doctissimarum lucubrationum conscriptionem, quæque integrum sedulumque valde totisque diebus ac noctibus operi intentum clamant ar-

artificem, haurire potuisse existimantes. Eoque magis persuasio hæc emanavit in vulgus cum intellexissent alteram & alteram papyraceam chartam, seu saltem unam cum dimidia, implere eum commentariis quotidie solitum, statimque & sine exemplaris discrimine perquam emendatis, ita ut per Sacri Palatii Magistrum (rem oppido novam) ei licuerit, nulla illius nota aut sigillo, quod moris est, munita, prelo & oculis omnium committere. Ejus hæc extant pia doctaque admodum opera, ex parte jam typis commissa, ex parte autem & majore quidem etiam nunc inedita, quorum omnium Lucas Waddingus meminit.

Edita hæc, post mortem scilicet auctoris, fere omnia:

In Marci Evangelium Commentaria. Romæ 1623. folio.

In Lucæ Evangelium Commentaria : tomis duobus. Ibidem 1625. folio.

Edita hæc tria Romæ apud Alphonsum Ciaconem anno 1628. in folio dicuntur.

In Symbolum Apostolorum : volumen prius ex duobus, quæ auctor confecit, procurante ipso editum est paulo ante mortem typis Vaticanis anno 1596. folio.

Enchiridion divinæ scholasticæque Theologiæ distributum in duas partes, speculativam, & practicam : ad Ferdinandum Medicæum S. R. E. cardinalem, ordinis Minorum protectorem. Genuæ prodiit in 4. anno 1582.

Italica autem lingua hæc, quæ nos Latine designabimus Waddingi ipsius fide & verbis:

De digna & necessaria præparatione ad suscipiendum sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. Della Preparatione del Santissimo Sacramento del Altare. Romæ apud Guilielmum Faciotum 1595. in 8.

De Cœna Eucharistica, liber unus. Ibidem eodem anno.

De Oratione Jaculatoria. Romæ typis Vaticanis eodem anno.

De Cognitione, & Amore Dei. Ibidem eodem anno.

Quæ sequuntur omnia auctoris manu ipsius conscripta diligenter adservare se in proprio codicum MSS. archio testatur Waddingus, qui nec tacet de admiratione sibi injecta cum primum vidisset adeo felici calamo hæc omnia esse conscripta ut in tanta librorum mole paucissimas reperire sit lituras aut correctiones. Latina:

In Matthæum Commentaria.

In Joannem Commentaria.

In Symbolum Apostolorum : volumen secundum.

Commentaria in Abdiam Prophetam.

In omnia Evangelia de Tempore, & Sanctis breves annotationes.

Enchiridii expositionem, seu Commentaria: IV. libris.

De Fabrica Mundi, sive *De rerum omnium prima creatione* libros duos. Incipiunt : *Summa Dei bonitas fecit* &c.

De Cultu Sanctorum, & Oratione ad eosdem, eorumdem pro nobis intercessione, & de Reliquiarum reverentia : ad Franciscum Tagliacarnæum patritium Genuensem. Quod opus anno 1584. in cœnobio Sanctæ Mariæ Genuensis urbis formavit, cujus initium hoc est : *Assertio prima hæreticorum*, &c.

De Divino amore captando librum I.

De Confidentia hominis in Deum libros III. Ad Antonium Mariam Bracaleum patritium Genuensem : *Deum etsi appetant mortales,* &c.

De Parentum, & Filiorum amore reciproco libros VI. *Artifex rerum omnium* &c.

De restituenda disciplina vetusta Religionis S. Francisci tractatum : ad Ferdinandum cardinalem Medicæum : *Imperatus obmutui*, &c.

Ejusdem argumenti tractatum secundum: *Quoniam difficile arbitror*, &c. Item & tertium ad cardinales Congregationis de rebus Episcoporum, & Regularium.

De Reformatione Religiosorum in genere tractatum quartum : ad Felicem cardinalem de Montalto, qui mox fuit Papa Sixtus V. scriptum Genuæ anno 1583. *Non legi usquam reformationem*, &c.

Opusculum instructionis, seu admonitionis ad Jacobum Sanchez Franciscanum Commissarium Apostolicum destinatum Provinciæ Valentinæ. Incipit : *Longanimis, ac multum misericors*, &c.

Opusculum, quo commendat decretum prædictæ Congregationis, de tollendis omnium Regularium cœnobiolis, in quibus necessarius ad conservandam disciplinam regularem Religiosorum numerus haberi non possit. Cujus initium : *Propositum altera die*, &c.

De Instructione, & educatione Religiosorum opusculum : *Naturam, qui lumine*, &c.

De Auctoritate Cardinalis Protectoris lib. I.

Orationem funebrem in obitu Fratris Cæsaris Pergamensis ejus socii.

Hispanica:

Commentarios sobre la Tercera Regla de S. Francisco, seu potius *Discursos espirituales sobre la Regla de S. Francisco.* Barcinone apud Petrum Malo 1579. in 8.

Postremo loco hæc Italica:

De Fundamentis boni spiritus, & omnis perfectionis spiritualis : ad priorissam monasterii S. Andreæ Genuensis, anno 1582.

De Profectu, & splendore hominis spiritualis.

De Christi amore, quo pro nobis pati dignatus est.

Ti-

Titulus operis Italici : *Breve Trattato del cognoſcere & amare Iddio compoſto dal R. P. Fr. Angelo del Pas* , &c. *ad inſtanza dell' Illuſtriſsima Signora Claudia Rangone l' anno* 1586. Romæ apud Cameram Apoſtolicam 1596. in 8.

Addit ad hæc Waddingus: *Tabulas* , & *repertoria omnium fere Conciliorum inſignium, quorumcumque ſanctorum Patrum* , *illuſtrium Hiſtoricorum* , & *vitarum Sanctorum* , *præſertim a Laurentio Surio collectarum.* Adeoque (ſtatuit ille) tot libros legiſſe videtur ut nihil ſcribere potuiſſe , & tot ſcripſit ut nihil ei ſupereſſe temporis potuiſſe aliorum operibus perlegendis quiſque poſsit opinari.

Deceſsit Romæ ad S. Petrum in Monte Aureo die XXIII. Aug. menſis , anni MDXCVI. ſepultuſque eſt prope cornu Evangelii aræ maximæ in tumulo marmoreo eminentiore ſic inſcripto:

Conditur hac ingens meritis Pater Angelus urna:
Hiſpanus patria , *Religione Minor.*
Obiit Rever. Pater Fr. Angelus del Pas Perpinianenſis anno Domini MDXCVI. die XXIII. Auguſti.

Teſtimonium ſanctitatis dum viveret, poſt mortemque beatitudinis clariſsimo viro multa miracula exhibuerunt , cui quidem teſtimonio , ut oportebat , acquieſcens Summus Pontifex Clemens VIII. tertio poſt ejus mortem anno haberi juſsit rerum ab eo pie geſtarum , quod inaugurationis ſacræ pompam anteire debet , examen : ſine ſucceſſu tamen uſque ad præſens tempus. De qua re legeſis Antonium Dazam in *Hiſtoriæ Franciſcanorum* IV. parte , libro IV. capite XXXI. Vitæ ipſius geſta collegit Bonifacius Bonibellus, provinciæ Romanæ laicus ſive converſus ſtrictioris Obſervantiæ , qui ejus fuit per multos annos ſocius , reliquitque MSS. apud Waddingum.

ANNA.

D. ANNA , comitiſſa de Argil , quam, aliunde mihi ignotam , quod Hiſpane ſcripſerit Hiſpanis contribuo , dedit foras:

El Alma del Incomparable S. Aguſtin ſacada del cuerpo de ſus Confeſiones. Antuerpiæ apud Gerardum Volicaterum 1622. in 4.

Niſi anonymus aliquis Hiſpanus ex Annæ comitiſſæ vernaculo , qualis fuerit is , ſermone converterit.

D. ANNA DE CASTRO EGAS , raro alias in feminis , non tamen Hiſpanis , exemplo ſcripſit:

Eternidad del Rey D. Felipe III. in 8. Matriti 1629.

ANNA DE JESU , monialis cœnobii Granatenſis Incarnati Verbi , cui & præfuit, ut hiſtoricorum augeret numerum edidit:

Nacimiento , *y crianza de Doña Iſabel Davalos* , *por otro nombre Iſabel de la Cruz Abadeſa* , *y fundadora que fue de la Encarnacion de Granada.* Granatæ apud Franciſcum Heylan 1629. in 4.

ANNA MARIA DE S. JOSEPHO, Villacaſtinenſis , quod territorii ſacri Segobienſis municipium eſt non ignobile , anno MDLXXXI. nata , ſecundoque poſt ſexcenteſimum in ſodalitio monialium Excalceatarum Salmanticenſium , quæ Franciſci Patriarchæ vexillum ſequuntur , Deo renata. Præſtans quidem ardentiſsima in ſacrum , cui ſe dicaverat , ſponſum caritate , corporis maceratione , mentis abſorptæ a Deo exceſsibus, reliquoque virtutum choro his temporibus femina. Præcepto hæc ejus quem a confeſſionibus habebat , Joannetini ſcilicet Niño Franciſcani , *Rerum ſuarum* , & *vitæ narrationem epiſtolicam* ad eumdem remiſit , quæ una cum aliis ſanctitatis ejus teſtimoniis ab ipſo edita eſt Salmanticæ 1632. in 4. Obiit hæc ſacra virgo III. idus Martii MDCXXXII.

ANSELMUS.

F. ANSELMUS BAPTISTA , monachus Ciſtercienſis monaſterii de Huertas , vir pius, edidit:

Relacion de las Vidas , *y Triunfos de los Glorioſos Martyres S. Sixto Papa II. de eſte nombre* , *S. Inocencio* , *Santa Flora Virgen*, *y San Dionyſio* , *cuyos benditos cuerpos* , *y reliquias ſe reverencian en el altar mayor de Santa Maria de las Huertas.* Murciæ 1624. in 4.

De los Milagros de Nueſtra Señora de Loreto. Salmanticæ.

Arte de Amar a Dios , ex Italico *Joannis a Cruce.* Ibidem 1621. Cæſarauguſtæque 1633. in 16.

F. ANSELMUS DE FORCADA , Catalanus , ex Podio Ceretaniæ , ſive Puig-cerda municipio , Benedictinus monachus domus Monſerratenſis , cum in monaſterium veniſſet S. Petri de Arlanza Burgenſis diœceſis ſcribere aggreſſus eſt , quam etiam nunc premit:

La Hiſtoria del Monaſterio de Monſerrate, y Milagros de aquella Santa Imagen.

F. ANSELMUS GOMEZ , Benedictinus S. T. magiſter , qualificator (ita vocant) Supremæ Inquiſitionis , theologiæque moralis profeſſor in collegio S. Martini curiæ Matritenſis , edidit:

El Perfecto Examen de Confeſores Matritenſe. Sale a luz para utilidad de Confeſores, ali-

alivio de Examinadores , y obsequio de los Obispos. Matriti apud Melchiorem Alvarez 1674. in 4. & 1676.

Laudat aliud suum opus jam editum, *Tesoro Moral* nuncupatum, quod non vidimus, quod diversum est a *Summa Summarum* quam idem appellat, ac se conficere ait.

F. ANSELMUS MUÑOZ, Benedictinus, scripsit:

Relacion de las Fiestas que D. Antonio Vanegas de Figueroa Obispo de Pamplona hizo al Santisimo Sacramento año MDCIX. Pampelone 1609. 8.

F. ANSELMUS DE TURMEDA, scripsisse dicitur opus ita inscriptum:

Del Asno : quod prohibetur in Indice Librorum prohibitorum & expurgatorum Hispano.

ANTICH.

ANTICH ROCHA DE GIRONA, Catalanus, Gerundensis, publicus Barcinone professor philosophiæ, edidit:

In Aristotelis Organum logicum, ac *De Physica auscultatione* 1578. in 4.

Lexicon quoque *Latino-Catalanum ex Nebrissensis Castellano-Latino* : juncta opera cum Francisco Clusa humaniorum literarum in eadem urbe professore. Barcinone apud Claudium Bornatium 1561. in folio.

Prælectiones e Græcis Interpretibus haustas. Barcinone apud Claudium Bornatium 1573. Necnon Hispane:

Compendio para tener, y regir los libros de quentas de Mercaderes. Ibidem 1565. 8.

ANTONINUS.

F. ANTONINUS (vulgo ANTOLIN) PEREZ, ex ordine Sancti Basilii, sacræ theologiæ magister, scripsit:

Catenam Selectam veterum Ecclesiæ Patrum in loca quædam D. Matthæi explanata literaliter, & moraliter. Matriti apud Franciscum Marotum 1643. folio. Loci sunt : *Pugna, & victoria Christi in deserto* in cap. IV. *Dilectio Inimicorum* in cap. V. *Hypocrisis correctio* cap. VI. *Signa negata a Christo* cap. XII. *Petitio matris filiorum Zebedæi* cap. XX. *Parabolæ Vineæ* cap. XXI.

Vulgari quoque idiomate:

Asuntos predicables en las festividades de Nuestra Señora. Matriti 1646. in 4.

ANTONIUS.

ANTONIUS, quidam Lusitanus, urbis Guimaranensis medicus (si non male intelligo Gasparem Statium in LVI. *Antiquitatum suarum Lusitanarum* capite) scriptum in schedis reliquit tractatum:

Da Provincia de entre Douro e Minho, quem tacito nomine Vasæum laudare ait cum *Interamnem* hanc *Regionem* describit in *Chronico Hispaniæ* cap. VIII.

ANTONIUS ADRIANUS, (sic appellat D. Thomas Tamaius in *Magna Collectione Librorum Hispanorum*) alias ADRIANUS DE AINZA, edidit:

Espejo de Almutazafes, o fieles. Cæsaraugustæ apud Michaelem de Huesa. 1578. 4

D. ANTONIUS DE AGRAS, Panhormi nobilibus editus parentibus, D. Alphonso de Agras Albacetano, senatore Regio in supremo Italicarum rerum concilio, & in Siciliæ regno Patrimonii ut vocant præside, & D. Angela Spuig Sicula, abbas ipse S. Salvatoris de Placa, jurisconsultus, & bonarum omnium artium amator, Latine tam carmine quam prosa disertus, duobus Clementibus IX. ac X. Summis Pontificibus honorarius a cubiculo, propediem in lucem emittet:

De Donativo voluntario politico Diatriben. Romæ typis Fabii de Falco in 4. Cujus alteram editionem notis ornabit.

Parat quoque editioni aut perfecta aut affecta:

Panvini Epitomen Pontificum Romanorum & S. R. E. Cardin. auctam notisque illustratam : in folio.

Musæum Siculum, sive de veteribus Siciliæ Scriptoribus : in 4.

Siciliam Normannam, Suevam & Aragonensem in tres tomos distinctam, varios continentem auctores de rebus Siculis antiquos, partim antea editos, partim nunc primum edendos : in folio.

De Pambasilia & Basiliis, sive de summa & amplissima Principum potestate, ac de regalibus : folio.

De Privilegiis Ecclesiæ viduæ tum principis, tum inferiorum : in 4.

Politicum Historicum, seu methodum legendi Historias ad Politicam componendam.

D. ANTONIUS DE AGUIAR ET ACUÑA, Matritensis, Roderici Regii concilii Castellæ senatoris filius, Emmanuelis germanus frater loco suo a nobis laudandi, scripsit eleganter fabulosum opus:

Roselauro y Francelisa inscriptum, quod apud D. Joannem de Aguiar utriusque fratrem, S. Jacobi equitem, asservatur Matriti.

ANTONIUS DE AGUILERA, doctor medicus, Junqueræ natus, quod ad dioecesim........ sedis oppidum pertinet, in Gua-

Guadalaxara urbe commorabatur ſcribens:

Rudimentorum Medicinæ libros VIII. Compluti apud Joannem de Villanova 1571. in folio.

Vernacula quoque lingua:

Expoſicion ſobre las preparaciones de Meſue. Compluti 1569. 8.

Reperio etiam hujus nominis tributum homini opus:

De Varia curandi ratione.

F. ANTONIUS DE ALICANTE, Cappuccinus, ac provinciæ ſuæ Valentinæ ut vocant diffinitor, ſcripſit:

Aviſos al nuevo Predicador del Evangelio. Valentiæ apud Hieronymum de Villagraſſa 1660.

F. ANTONIUS DE ALVARADO, Benedictinus monachus, Pinciæ adgregavit ſe huic Religioſo ordini, concionumque habendarum exercuit miniſterium, Iracienſe quoque in Navarris cœnobium rexit. Poſteros cogitavit ſcribens:

Arte de bien vivir, y guia de los caminos del Cielo, duobus tomis. Pinciæ apud Franciſcum Fernandez 1603. 4. Iracii Navarrorum 1608. in 4. Iraciique iterum 1616. 4.

Arte de bien morir, y guia del camino de la muerte. Pinciæ apud Franciſcum Fernandez 1611. in 12.

Practica manual de la Vida Chriſtiana. Pinciæ 1610. 8.

Guia de los devotos, y eſclavos del Santiſimo Sacramento. Ibidem apud Franciſcum Fernandez 1613 in 8.

Ramillete de flores, y excelencias de Nueſtra Señora, y guia de los eſclavos de ſu penoſo deſtierro. Pampelone apud Nicolaum Aſſiayn 1617. in 8.

F. ANTONIUS ALVAREZ, Beneventanus, ordinis Minorum provinciæ Sancti Jacobi, concionibus ad populum in Salmantina domo habendis præpoſitus, edidit:

La Silva Eſpiritual, tribus partibus. Prima edita eſt Salmanticæ, deinde Valentiæ anno 1591. Secunda Valentiæ apud Philippum Mey 1590. & Salmanticæ 1594. Tertia *Additionum* Barcinone apud Gabrielem Lloberas 1595. & Valentiæ 1596. in 4. Quinta hujus operis editio prodiit ex Matritenſi officina anno 1597. in 4. Deinde & alibi 1605. & 1615. 4.

Primer tomo del Santoral, o Miſcellaneas. Salmanticæ apud Artum Tabernier 1607. 8.

ANTONIUS ALVAREZ, Beacienſis incola, publicavit militare ac juridicum opus:

Tratado ſobre la Ley de la Partida de lo que ſon obligados a hacer los buenos Alcaydes que tienen a ſu cargo Fortalezas, y Caſtillos fuertes. Valladoliti 1558. 8.

ANTONIUS ALVAREZ, medicus doctor, hujuſque artis Compluti Pinciæque profeſſor, edidit:

Epiſtolarum, & Conſiliorum Medicinalium primam partem. Neapoli apud Horatium Salvianum 1585. 4. ad D. Petrum Gironium, Oſſunæ ducem, Neapolitani regni proregem, cujus medicus fuit, Didacique epiſcopi Tranenſis frater. Adjunguntur in fine:

Defenſiones pro Joanne Altimaro in Salvi Sclani Apologiam.

ANTONIUS ALVAREZ DE ALCOZER, Toletanæ urbis decurio, ſcripſit ſed non edidit:

Chronica de Eſpaña, tribus tomis: a tempore Ferdinandi Regis Magni uſque ad Caroli Cæſaris, hoc eſt annum MDXX. Extat in 4. MS. inter libros qui excellentiſsimi comitis Villumbroſani olim fuere.

D. ANTONIUS ALVAREZ DA CUNHA, Luſitanus eques nobiliſsimus, Goæ in India natus, penes ſe habere dicitur antiqua plura MSS. ſchediaſmata & codices, magnuſque eſſe curioſorum hominum fautor ac mæcenas. Scripſit hactenus vulgari lingua:

Obeliſco Baptiſmal no nacimento da Princeſa de Portugal.

Da Batalha do Canal librum, & alia plura.

Dos Suceſos militares que as Armas de Portugal tiueram deſde o anno MDCXL. te o anno MDCLXXIV.

Fr. Emmanuel de Reſurrectione in *Addit. ad Catalogum Script. Luſitanorum* Georgii Cardoſi.

ANTONIUS ALVAREZ FERREIRA, Luſitanus, ex oppido Chaves diœceſis Bracharenſis, Jeſuita, obiens inter Caſtellanos Metymnæ Campi VII. Septemb. MDCLXII. ſcripſit diſcipuli cujuſdam opera edendos:

Sermones de Quareſma. Madriti apud Mariam de Quiñones 1657. in folio.

ANTONIUS ALVAREZ SUAREZ, Luſitanus ut videtur, edidit:

Rimas. Oliſipone 1628.

Elogio funebre nas Exequias do Marques Ambroſio Eſpinola. Antuerpiæ in 4.

ANTONIUS DE ANDRADA, Luſitanus, ex oppido Oleiros prioratus Cratenſis, ſacerdos Societatis Jeſu, expeditionem ſacram

cram a se in regionem quamdam Orientis factam literis consignavit, scribens:

Nuevo descubrimiento del Gran Catayo, o Reynos de Tibet en el año de MDCXXIV. Olisipone apud Antonium Piñeiro, & Matriti apud Ludovicum Sanchez. Italice quoque Romæ apud Franciscum Corbelletum 1627: in 8. & Neapoli apud Ægidium Longum eodem anno. Venetiis item per Damianum Zenarium 1646. in 4. De hoc ipso itinere scripta est alia ejus *Epistola*, quam edidit primo volumine *Virorum Illustrium Societatis* Joannes Eusebius noster Nierembergius. Legesis Alegambium in *Bibliotheca*, & Sotuellum qui eam locupletavit. Mortuus est cum magna sanctitatis opinione Goæ XIX. Martii MDCXXXIII.

ANTONIUS ANDREAS DE MORAIS, Lusitanus, natus in oppido Torresnovas dioecesis Ulisiponensis, prior commendatarius Ecclesiæ S. Petri ejusdem oppidi, & concionator celebris, reliquit:

Sermões, duobus tomis.

Poesias, quoque ut credo Lusitanæ suæ linguæ.

F. ANTONIUS DE ANGELIS, Lusitanus ex sacro ordine Sanctissimæ Trinitatis, sacræ theologiæ magister, ordinis sui provinciæ Lusitanæ aliquando præfectus, sæculari sacraque eruditione conspicuus, linguarumque Hebraicæ Chaldaicæque notitia imbutus, Latinas musas feliciter coluisse atque artem non minus musicam egregie dicitur calluisse. Hic voluminum quinque auctor fertur in monumentis sui ordinis, quorum uni consignant argumentum hoc & inscriptionem:

De Transmigratione filiorum Israel. Alii vero:

Compendii Indulgentiarum ordini Sanctissimæ Trinitatis a Summis Pontificibus concessarum.

Vita decessit Matriti, dum litem ordinis sui procurator ibi ageret, anno MDCXIV.

F. ANTONIUS AB ANGELIS, Lusitanus, Franciscanorum Tertii Ordinis sodalis, vir pius, & studiosus admodum erga Deiparam Virginem devotionis propagator. Scripsit Lusitanice Waddingo auctore:

Triumfos da gloriosa Virgen Maria.

F. ANTONIUS AB ANNUNTIATIONE, edidit:

Manual de Padres espirituales. Compluti 1675. 4.

ANTONIUS DE ARANA, Societatis Jesu sacerdos, edidit nostræ gentis proprio idiomate ut Alegambius ait in *Bibliotheca*:

Vida del Padre Andres de Oviedo de la Compañia de Jesus Patriarca de Ethiopia.

F. ANTONIUS DE ARANDA, Franciscanus, Castellæ provincialis præfectus, Serenissimarum Mariæ Ungarorum & Bohemorum Reginæ, Joannæque Lusitaniæ Principis, Caroli Cæsaris filiarum, a confessionibus fuit minister, pietatis nomine commendatissimus. Circa annum MDXXX. sacra illa nostræ salutis Hierosolymitana loca supplex & venerabundus insidebat, cujus descriptionem reversus literis tradidit. Ejus namque est:

La Verdadera descripcion de la Tierra Santa, como estava el año de MDXXX. Compluti 1531. in 8. apud Michaelem Eguia. Item Compluti 1563. Waddingus aliam editionem laudat Complutensem anni 1587.

Præterea scripsit:

Tratado sobre las siete palabras que se leen en el Evangelio haber dicho Nuestra Señora, sive, *Loores de la Virgen Nuestra Señora.* Compluti 1557. 8.

Loores del dignissimo lugar del Monte Calvario en que se relata todo lo que Nuestro Señor Jesu Christo hizo, y dixo en él. Compluti apud Joannem Brocar 1551. in 4.

Relacion de la Vida del Reverendissimo Señor D. Fr. Francisco Ximenez de Cisneros Cardenal Arzobispo de Toledo. Hanc sequutus est, anonymi auctoris nomenclatura donatam *Franciscani* videlicet *Turrilacunensis*, Alvarus Gomez in *Rebus* illius *gestis*. Turrilacunensis ergo patria fuit.

ANTONIUS DE ARAUJO, ex insula S. Michaelis una ex Tertiariis ditionis Lusitaniæ regni in Brasilia, Jesuitarum presbyter ejusque gentis operarius, scripsit, seu verius, ab aliis cœptum addidit & absolvit:

Catecismo de la Lengua del Brasil. Olisipone: quo nil usquam in eo genere perfectius esse censeri ait Nathanael Sotuellus.

Decessit anno MDCXXXII.

F. ANTONIUS ARES, ex ordine Minimorum Sancti Francisci de Paula, transtulit in Castellæ sermonem:

Los Dialogos de la Naturaleza del Hombre, del Maestro Raymundo Sebunde. Matriti apud Joannem de la Cuesta 1616. 4.

Et e propria etiam penu dedit:

Del Ilustre Origen, y grandes excelencias de la misteriosa Imagen de Nuestra Señora de la Soledad de Madrid. Matriti 1630. 8.

ANTONIUS DE ARGUELLO, notarius urbis Taurensis, scripsit:

Tra-

Tratado de Escrituras, y contratos publicos con annotaciones. Matriti apud Joannem de la Cuesta 1620. in 8.

F. ANTONIUS DE ASCENSIONE, vulgò DE LA ASCENSION, Carmelitanus Excalceatus, scripsit:

Viage del Nuevo descubrimiento que se hizo en la Nueva España por el Mar del Sur desde el Puerto de Acapulco hasta el Cabo Mendocino año de MDCII. yendo por General Sebastian Vizcaino. Fuit MS. in bibliotheca V. C. D. Laurentii Ramirez de Prado.

F. ANTONIUS AUDICENA, Cantaber, ordinis Minorum Regularis Observantiæ, in lucem dedit Latina lingua:

Conciones Quadragesimales. Pampelone 1601. in 4.

ANTONIUS AUGUSTINUS, patriam habuit Cæsaraugustam Aragoniæ regni metropolim, patrem Antonium Augustinum ejusdem regni procancellarium, quo munere qui censetur supremo rerum Aragonensium Catalanarum Valentinarumque senatui præest in Regia curia: matrem Ildephonsam Albanellam: fratres vero Petrum & Joannem & Isabellam, quorum primus Oscensis Ecclesiæ fuit præsul, Isabella autem Ferdinandi Cardonæ ducis conjux. Præceptore usus est in grammaticis Joanne Quadra, Bononiensi aliquando ad S. Clementem Hispanorum sodali. Complutum missus biennium in hac schola, uti Salmanticæ septennium deinde, insumpsit juris studio dans operam. Nec eo contentus Italiam, Bononienseque clarissimis hujus doctrinæ præceptoribus ea tempestate plenum gymnasium cogitans, eo se, annuentibus indulgentissimis parentibus, contulit. Ibi & Patavii Andream Alciatum, Paulum Parisium, Marianum Sozinum, Ludovicum Gozadinum, Augustinum Beroium, Joannem Antonium Alexandrinum se adeptum esse audivisseque juris utriusque professores in epistolarum nonnullis, quas penes me habeo manuscriptas, refert, quædam de ingenio istorum doctrinaque, ac docendi methodo lectu adjiciens non injucunda: in quibus Paulum Parisium ceterorum omnium, qui simul cum eo profiterentur, in docendi hac methodo agnoscit ac vocat principem. Interea & Joannem Fasolum frequentavit Græcas in Bononiensi eadem academia literas docentem, quas ad jura intime cognoscenda omnino esse necessarias testatum ipse scripto relinquere non dubitavit, animo quasi præsagiens in se ipso magnum quoddam & fulgentissimum juris utriusque lumen dispellendis barbariei tenebris, restituendisque nitori suo tam sacræ quam profanæ jurisprudentiæ monumentis per eam studiorum contentionem atque industriam accendi. Quibus & humanioribus quibusque literis vacavit, maxime æstivis mensibus, Lazarum Bonamicum & Romulum Amasæum, claros utriusque linguæ professores, familiariter habens. Interim & XXVII. Januarii anni MDXXXIX. sodalibus adscriptus Clementini Hispanorum collegii dedit plane huic literarum domui quo ante alios omnes, quos per tria jam sæcula produxit viros omni scientiarum genere ornatissimos, dum fuerit literis honos & pretium suum, gloriabitur. Discurso jam academico stadio Florentiam venit comite Joanne Metello Sequano, homine eruditissimo, cujus opera usus est in percurrendo Pandectarum Florentinorum volumine, manu olim scripto, ibique adinstar thesauri adservato, cumque Norica & Haloandri editionibus fidelissime ac diligentissime conferendo. Unde ei nati sunt *Emendationum, & Opinionum Juris Civilis*, quibus magna ejus pars ex iisdem Pandectis declaratur & emendatur, libri, judicio ingenioque præstantes, quibusque a juvene vix quinque supra viginti annis nato in publicum emissis Italiam, quanta est, sui nominis implevit fama, brevique libello ingentium quorumcumque monumentorum, etiam a præstantissimis auctoribus venientium, laudes & meritum adæquavit. In quo exemplum Andreæ Alciati sequutus, qui a consueta & injucunda juris explanandi forma ad variarum & observationum & lectionum amoenitates primus discessisse videtur, exemplo fuit & ipse aliis, Gallorum præcipue Belgarum atque Hispanorum doctissimis, polymathiam & philologiam in juris commentaria, quorum a limine procul esse antea jubebantur, inducendi, veramque & germanam veterum multiplicis doctrinæ virorum jurisprudentiam in eum, quem hodie jam tenet, locum sive fastigium restituendi. Lælium in eadem urbe Florentia Taurellum, egregium disertumque ejus ætatis jurisconsultum, cujus & plures ad Augustinum datæ epistolæ penes me sunt, atque item Petrum Victorium eruditione satis spectatum devinxit sibi studiorum similitudine, uti & cives suos Didacum Mendozam, virum clarissimum, Regium apud Venetos legatum, & ab ultimis usque Lusitaniæ finibus Hieronymum Osorium, qui tantum Augustini judicio deferre solebat ut ab eo monitus de nonnullis, quæ in *De Nobilitate Christiana* libris minus sibi placuissent, sine ulla interpellatione se ea mutaturum in editione eorum responderit literis ad nostrum datis, quas cum aliis adservo. Romam tandem adveniens statim a Paulo III. Pontifice Maximo ejus sæculi anno XLIV. in-

inter XII. viros litium totius orbis Christiani judicandarum, sive Sacri & Apostolici palatii auditores (in Ludovici Gomezii pontificio Sarnensi donati locum, uti Guido Pancirolus *De Claris Legum Interpretibus* lib. II. cap. CLXXXVIII. & Andreas ait Scotus, quod male convenit cum promotione Gomezii ante annos X. ex *Italiæ Sacræ* monumentis explorate cognita, nisi creatus etiam episcopus collegio isto non decessit) postulante Cæsare Carolo allectus, implevit omnes numeros integerrimi & prudentissimi judicis. Propterea Julius III. intimis eum consiliis adhibitum, in Britanniam quoque destinavit summa auctoritate legatum quo tempore inter Mariam Reginam & Philippum Hispaniæ Principem conjugium pactum fuit, non eo successu quem Christianorum spes conceperat: cujus muneris Augustino commissi Hieronymus Osorius meminit, adversus Gualterum Haddonum Elisabethæ postea Britanniarum Reginæ a secretis scribens, & Latinus Latinius in epist. ad Andream Masium IV. idus Februarias MDLV. *Cum* (inquit) *ut gratias Regi Reginæque Pontificis nomine ageret quod eorum opera regnum illud ad receptum Dei cultum, sedisque Apostolicæ observantiam revocatum est; tunc præsertim ut in componendis rebus, quæ sacerdotibus sacrorumque ministris dicatæ erant, tanquam jurisconsultus legato adesset.* Romæ deinde redditus Paulo IV. in Ecclesia regnante, præsul ab eo Allifanus renuntiatus in Germaniam ire jussus est anno MDLVII. ad Ferdinandum Imperatorem. Cumque in Ecclesiam suam ab hac legatione rediisset, a Philippo II. bona Pontificis venia in Siciliam ablegatur lustrandæ censorio jure huic insulæ: quo munere defuncto Pius IV. Regiæ nominationi uti juris est deferens, Ilerdensis urbis cathedram opportuno illo Ecclesiæ contulit tempore, quo synodus sanciendæ inter Christianos paci Tridentum ex omnibus illius oris convocabatur. Egregiam ibi noster operam navavit, ut pote talium rerum consultissimus, expediendis utiliter sacri conventus negotiis, reversusque in sedem suam totos XVI. annos pascendo institutis optimis vitæque exemplo gregi, doctissimisque adornandis atque in publicum emittendis lucubrationibus invigilavit, quousque tenente jam Petri cathedram Gregorio XIII. anno ejus sæculi LXXVI. præsul Tarraconensis, Cataloniæ metropolitanus, renuntiaretur, integro adhuc decennio urbi huic nobilissimæ, novæque sponsæ venerabili omni memoria Ecclesiæ convicturus. Decessit enim fere septuagenarius anno MDLXXXVI. Vir quem nulla digne celebrare unquam poterit eloquentiæ facultas. Dabo tamen aliqua ex innumeris promiscue elogia, quibus præstantissimi omnium nationum & professionum homines judicium de Augustino suum ad posteritatis memoriam consignaverunt. Andreas Scotus agmen ducat, qui nondum Societatis Jesu adscriptus sodalibus, in ejus domo per biennium liberaliter, utpote eruditissimus ab eruditissimo, habitus vixit. Memoriam itaque ejus pene incredibilem, studiorum contentionem, virtutesque in perfecto viro, & quod plus est Christiano antistite, laudandas, integritatem nempe ac temperantiam, comitatem gravitati conjunctam, animi æquabilitatem, castitatis curam, in pauperes beneficentiam adeo ut & vasa sacra pignori dare, & libros etiam, quovis sibi thesauro pretiosiores, in rebus arctis annonæque caritate divendere non gravaretur multis laudat Scotus, adjungens quæ de studiis maxime ad nos pertinent: *Maxima in illo* (ait) *cognitio antiquitatis, summa scientia juris antiqui, legumque Romanarum & familiarum; multæ in eo, ut Romæ natus videretur, literæ & elegantia sermonis latini. Ciceronem etiam senex legebat assidue ut eloquentiæ principem; juris vero tanta in eo accuratio ut veterum aliquis, præstantissimorumque prudentum, Paulus, Ulpianus aut Papinianus ab inferis extitisse ac revixisse, vel animam ex Pythagoræ sententia recepisse illorum videretur. Quanta porro historiarum antiquarumque rerum Græciæ & Italiæ explicata cognitio! Jus Pontificium & Civile ita illustravit, hoc adolescens, senex illud, ut principem illum jurisconsultorum, nostrique ævi florem delibatum uno ore gentes omnes prædicent.* Hæc ille. Paulus autem Manutius in *Epistolis* ad eum scriptis, secundo libro *Epistolarum*, Varronem ab eo emendatum & ad se missum gratulatus: *Quantus* (in prima ait) *quantus es, totus labor, totus industria es*: in secunda *universæ arcam antiquitatis vocat*: tertia *in scriniis ejus conditos rerum antiquarum thesauros asservari* ait: quarta demum *acerrimi* eum *ac severissimi judicii, exquisitæque ac multiplicis omnium pene literarum scientiæ virum* appellat: Laurentius Pignorius epist. XLVII. *Profanæ atque Ecclesiasticæ antiquitatis peritissimum*: Didacus Covarrubias XVIII. *Practicarum* capite: *virum consensu omnium insignis eruditionis & diligentiæ*: Franciscus Sarmientus Giennensis episcopus *De Redditibus Ecclesiast.* parte... c. I. n. 17. *totius antiquitatis paratissimum promptuarium*: Jacobus Augustus Thuanus lib. LXXXIV. *Historiarum sui temporis*, *magnum Hispaniæ lumen*, aliaque. Hieronymus Blancas in Aragonensium rerum commentario: *cui Romanam antiquitatem* (de nostro Augustino ait) *tractanti Italia ipsa cedit; cujus admirabilem quamdam incredibilem ac pene divinam*

in

in antiquis legibus interpretandis scientiam omnium mortalium fama percelebrat; cui incorrupto totius orbis judicio, ipsorumque doctissimorum virorum inter ipsos consensu tributum est ita, ut cum immensam illius aciem ingenii tantum omnes admirentur, eum in omnibus scriptis, in omni literarum varietate non modo sibi ipsis, ac iis qui hodie vivunt, sed iis qui multis ante sæculis fuerunt libenter anteponant; cui denique nullus honos tribui non potest. Hæc ille, & alia post mortem Augustini, ubi de Joanne Lanuza, XLVI. Justitia ut vocant Aragoniæ tractat. Janus necnon Gruterus in præfatione *Inscriptionum* Antonio Augustino obiter laudato his versibus plaudit:

Opponit unum quem viris prioribus
Ætas recentis temporis.

Onuphrius Panvinius *integerrimum* eumdem *atque eruditissimum* vocat in *Fastorum* prooemio, eique primum eorum librum nuncupat, multa exinde ei accepta referens. Adrianus Turnebus lib. XXIII. *Adversar.* cap. XVII. *eruditissimum, & optime de literis elegantioribus meritum*: Jacobus Menochius *recuperandæ possessionis* remedio XV. num. 5590. *juris verum alterum instauratorem*: quem imitatus Aubertus Miræus in *Bibliotheca Ecclesiastica, juris civilis & pontificii instauratorem*: uti Stephanus Pighius in *Notis ad Valerii Maximi* lib. II. cap. VII. *virum suo sæculo summum* appellant: quemadmodum & Cæsar Baronius tomo XI. ann. 1097: 40. *Eruditione rerum sacrarum sua ætate in Hispania facile principem*: & Joannes Leunclavius in prologo ad *Collectionem Ecclesiasticarum Constitutionum*, quas ipse *Paratitla* vocat, *doctissimum omnium episcoporum qui nostro vixere sæculo.* Legitur opus hoc & prologus laudatus vol. 2. *Biblioth. Juris canon. veteris.* Franciscus Bosquetus Narbonensis episcopus in *Notis* ad epist. I. lib. I. Innocentii Papæ III. *virum nunquam satis laudatum* vocat: Stephanus Baluzius in præf. ad *Reginonem de Eccles. disciplinis*; *illustrissimum & excellentissimum in omni genere laudis.* Ezechiel Spanhemius in *Dissertationum de præstantia & usu numismatum antiquorum* præfatione *virum* appellat, *si quisquam alius sua ætate, Romanæ & antiquitatis & jurisprudentiæ studiis excultum egregie ac perpolitum, judicii autem, quod pluris adhuc facio, exacti valde ac limati*: Ægidius Menagius *Amœnit. Juris Civilis* cap. 9. *acutissimi virum ingenii, & doctrinæ singularis.* Lipsius lib. III. *Var.* c. XXII. *ingenio ac judicio in veterum scriptis tanto fuisse* ait, *quantum in paucis cognovisset.* Ant. Faber lib. V. *Conjectur.* c. ultimo *doctissimum & magni nominis jurisconsultum* vocat & in epist. operis nuncupatoria. Legesis Cujacium lib. XII. *Observat.* cap. XXVIII. & XXIX. Ant. Fabrum lib. V. *Conject.* cap. XX. num. 5. Anastasium Germonium *Animadv. juris* lib. I. cap. I. in principio. Paulum Merulam in *Cosmographiæ* parte II. lib. II. cap. VIII. Sforzam cardinalem Pallavicinum in *Historia Concilii Tridentini* parte II. lib. XVII. cap. VII. num. 15. Plura alia sunt Victorii, Aldorum, Scaligeri aliorumque magno numero non nisi amplissimis concepta verbis præconia. Unde sibi accidisse, quod hominibus etiam doctis & vigilantibus usuvenire solet, humanum ut aliquid per errorem admittant, persuaderi se facile patietur religiosus juxta atque eruditus, mihique ob egregias animi virtutes admodum carus Joannes Bona, Cistercienfium Reformatorum Generalis per Italiam olim præfectus, cum in *notitia auctorum*, qua instruere voluit in vestibulo *Harmoniæ* suæ *Psallentis Ecclesiæ* lectores, Antonio nostro Augustino sic in omni literarum doctrina, maximeque antiquitatis & canonicarum sanctionum, a summis utriusque juris professoribus, philosophiæ ac rerum antiquarum omnis eruditionis principibus celebrato, *non multam in expendenda temporum ratione, & Canonum veritate accurationem* magna injuria attribuit. Nos jam conceptam ex hoc amici nostri minus æquo judicio mœstitudinem solari ac depellere conabimur, subjicientes amoebæa nostri Augustini ac Latini Latinii carmina, hactenus non edita inter Latinii opera, quæ ante paucos annos sub auspiciis eminentissimi cardinalis Francisci Mariæ Brancaccii, literatorumque mæcenatis, Romæ prodierunt Dominici Magri, canonici Viterbiensis, amici nostri, eruditissimi atque optimi cura & studio.

ANTONIUS AUGUSTINUS
Ad Latinum Latinium.

Lucebant olim soles mihi candidiores,
Docte Latine, tuis
**Octavique patris dictis cum pectus onustum*
Sæpe foret variis:
Ultima nunc fessum vastis Hispania terris
Sole cadente tenet.
O mihi felices (frustra suspiria duco)
Præteritosque dies!
Viximus, antiquas cum urbis lustrare ruinas
Romuleæ licuit,
Et Capitolinas pacati prendere turres
Aurea templa Jovis.
Innumeros illis varia de gente triumphos
Legimus e tabulis;
Censores cum Consulibus, Populique Magistris
Ordine quemque suo:
Inde forum, sacramque viam, mysteria Pyrrhi
Dicere dulce fuit.

* Pantagathi nempe.

Quid memorē veteres Janos, atq; amphitheatrū,
Balnea, templa, domos?
Dulce fuit doctus cum conviva abdita quæque
Protulit in medium.
Laudamus multos, sed Fulvius atque Faernus
Omnia ferre negant.
At quid ego? verbosos ætas reddit amicos,
Care Latine, tuos.
Vive memor nostri: mihi Flaccus stillat in aurem:
Pulvis & umbra sumus.

ANTONIO AUGUSTINO
Archiepiscopo Tarraconensi
Latinus Latinius VII. idus Februarii
MDLXXVII.

Vix juvat, Antoni, sine te monumenta piorum
Vel Turriani, aut Hosii,
Montanive tui, vel Castri scripta Leonis
Armata dente & unguibus
Volvere: mirarique sacris e fontibus hausta
Documenta, queis Canisius
Et veteres ritus, & mystica sacra tuetur
Adversus hæreses novas.
Olim cana meos mutarunt tempora sensus,
Urbisque cineres, & virum
Concelebrata diu magnorum nomina, resque
Gestas, inanis otii
Insanique laboris opus vere esse putavi.
Suisne busta marmorum
Admiranda, Deus! collapsa theatra, domosque
Mandavit? an Patricios
Plebeiosque notis cives discernere certis?
O vana mens mortalium!
Scilicet hoc tandem regni cælestis ad aulam
Fessos reducet exules.
Viderit hæc Pyrrus 1, videat quoq; Fulv. 2; at me
Non Petrus id Ciaconius,
Nec mihi jam dudum conjunctos inter Iberos
Thomas Michael 3 perdocent,
Quorum lecta piis solers industria acrisque
Ad Gratiani vulnera
Non sananda modo, sed restituenda nitori
Fructus perennes parturit.
Hos ego censores vitæ, morumque magistros
Libenter, Antoni, sequor,
Dum tu sacra Dei peragis mysteria, dum te
Superba Tarraco patrem
Agnoscit venerans, attentisque auribus audit
Christi docentem dogmata,
Queis sine nemo potest veram sperare salutem.
O te beatum septies,
Qui vanas hominum curas, sterilesque labores,
Quæ cæcus amat amor sui,
Sprevisti docilis primo sub flore juventæ
Christi sequens vestigia!
Te procerū veneranda cohors post funera tandem
Inter sacratos præsules
Non procul a Domini sublimi sede locandum
Expectat avida tui. Vale.

1 Ligorius scilicet magnus antiquarius.
2 Ursinus.
3 Michael Thomasius, Ilerdensis episcopus.

Extant quidem inter Latinii opera epistolæ aliquot ad Augustinum volumine altero, quod nuper typis editum fuit.

Extat & alia quædam ad eum data a Joanne Verzosa, viro disertissimo, lib. I. ejus *Epistolarum*, metricarum quidem, hoc initio:

Dum reus inconcinnus abest, actorq; superbus,
Antoni, quid agis rerum, Augustine?

Librorum ab Augustino confectorum, illustratorum seriem ex Andrea Scoto, nonnullis additis, subjunximus.

De Humanitatis studiis hi sunt atque Historia:

In M. Terentium Varronem de lingua latina emendationes & notæ. Romæ 1557. Dordrechti 1619. in 8.

In Sext. Pompeium Festum Notæ. Primus scilicet omnia Festi fragmenta collegit & edidit, addita etiam Pauli epitome, ubique tamen quæ Festi, quæque Pauli essent admonens initio libri, collocatis fragmentis Verrii Flacci, & in fine annotationibus additis. Venetiis & Parisiis. Venetiis quidem 1560. apud Zilletum: & cum Josephi Scaligeri annotationibus Parisiis 1575. in 8.

Familiæ Romanorum XXX. cum Fulvii Ursini *Familiis*. Romæ 1557. in folio. Lugduni apud Franciscum Fabrum 1594. in 4.

Fragmenta veterum Historicorum, ab eo & Fulvio Ursino collecta. Antuerpiæ 1595. 8.

Epistola ad Hieronymum Blancam de Cæsaraugustanæ patriæ communis Episcopis, atque Conciliis, cum *Fastis Aragonensium rerum* a Blanca edita.

Hispano etiam sermone:

Los Dialogos de las Medallas, inscripciones, y otras antigüedades. Tarracone apud Philippum Mey 1587. in 4. sive etiam prius 1575. in 4. Qui postea Italice sunt redditi a Dionysio Ottaviano, editique in folio, & in 4. Romæ 1592. & 1600. Tandemque Latine ab Andrea Scoto, qui *undecimum* addidit *decem* Augustini *Dialogis*, *De Prisca* nempe *Religione, ac Diis gentium.* Antuerpiæ typis Ærtsii 1617. in folio.

De Jure Civili sequentes:

Emendationum, & Opinionum Juris civilis libri IV. Adjungitur *Ad Modestinum*, sive *De Excusationibus liber singularis, & ad Lælium Taurellum J. C. De Militiis Epistola.* Lugduni 1544. in 4. & 1560. Ibidemque apud Antonium de Harsi 1574. 8. Venetiis quoque apud Juntas 1543. & Basileæ 1544. atque Heidelbergæ 1594. in 8.

De Legibus, & Senatusconsultis: cui adjunxit *Notas* Fulvius Ursinus, ediditque Romæ apud Dominicum Basam 1583. in 4.

Pro-

Prodierunt deinde Parisiis in folio 1585. & Lugduni in 4. 1592. Simul quoque sunt *Legum antiquarum*, *& Senatus Consultorum fragmenta.*

De propriis nominibus τοῦ πανδέκτου *Florentini, seu Pandectarum* cum *Notis*. Tarracone apud Philippum Mey 1579. in folio.

Constitutionum Codicis Justinianei collectio. Ilerdæ 1567. in 8. Nempe Græcæ constitutiones, quæ in eo desiderabantur, ex multis Græcis codicibus bibliothecarum Romanæ, Florentinæ, & Venetæ: sive quas ex Joanne Metello Sequano Lugdunenses librarii extorserant, Cujaciusque in editione *sexagesimi Basilicon libri* publicavit.

Novellarum Juliani Antecessoris Epitome, cum *Notis* & *Constitutionibus* Græce, eodem Augustino interprete. Ilerdæ in 8. 1567. & in folio.

Leges Rhodiorum Navales emendavit, ut epitomator inquit Gesneri.

De Jure Canonico, & rebus sacris:

Antiquæ Collectiones Decretalium cum eruditis *Notis*. Ilerdæ 1576. in folio apud Petrum Robertum, & Joannem a Villanova. Romæque apud Dominicum Basam 1583. 4. Parisiisque 1609. & 1621. folio.

Canones Pœnitentiales cum *Notis*. Tarracone 1581. Venetiisque apud Felicem Valgrisium 1584. in 4. & cum *Epitome Juris Pontificii* mox laudanda. Parisiis 1641. in fol.

Dialogi XL. De Emendatione Gratiani, sive libri duo. Tarracone 1586. in 4. Parisiisque apud Petrum Chevallier 1607. in 4.

Novam autem editionem, cum vetus hæc rara admodum esset, opusque præstantissimum ab omnibus desideraretur, fieri curavit vir amantissimus Antonii Augustini, pariterque eruditissimus Stephanus Baluzius Tutelensis Gallus, qui tam additiones quasdam ad ea, quæ olim Augustinus obsfervaverat, quam ad Augustinum notas adjecit. Franciscus Muguetus anno 1672. Parisiis in 8. edidit.

Notæ in Canones LXXII. ab Hadriano Papa adversus falsos accusatores, & oppressores Episcoporum, & Pontificum in gratiam Ingelramni Mediomatricum Episcopi Romæ tunc degentis collectos, & communicatos Indictione IX. anno DCCLXXXV. Prodierunt hi *Canones* cum notis tomo V. *Conciliorum* ex editione Binii pag. 567. & sequentibus.

Constitutionum Provincialium Tarraconensium libri V. Tarracone apud Philippum Mey 1580. in 4. Quibus præter antiqua Gothorum temporis concilia, quidquid constitutionum, postquam in libertatem se citerior Hispania vindicavit, archiepiscopi in conciliis Provincialibus vel Sedis Apostolicæ legati sanxerunt, juxta Decretalium ordinem continentur.

Constitutiones Provinciales, & Synodales Tarraconensium. Tarracone in 4.

Epitome Juris Pontificii veteris, in tres partes divisa: *De Personis*, *De Rebus*, & *De Judiciis*. Quarum prima edita fuit Tarracone 1586. in folio. De cujus operis fine, utilitate & excellentia videsis cognominem auctoris Antonium Augustinum, Jesuitam, in præfatione ad integram hujus epitomes editionem Parisinam anni 1641. quæ facta est duobus voluminibus in folio, sumptibus Michaelis Soly, Matthæi Guillemont, & Gervasii Alliot, adjunctis in posteriore *Canonibus Pœnitentialibus*, de quibus supra loquuti sumus. Sed & alia editio Romæ curata fuit ejusdem *Epitomes* anno 1614. auspiciis Pauli V. Pontif. Max. juxta Augustini MSS. codices, qui jussu Sixti V. & operam navante Antonio Carrafa bibliothecæ Vaticanæ præposito, allati ex Hispania & in eadem bibliotheca sunt repositi. Ad calcem vero secundæ partis egregium legesis

De quibusdam veteribus Canonum Ecclesiasticorum Collectoribus judicium ac censuram. Prodiit tandem in editione *Recentiorum Rotæ Romanæ Decisionum*, seu potius in *Theodosii Rubei Singularium ex Sac. Rotæ Romanæ Decisionibus selectarum* volumine I. pag. 149.

Repertorium sive Epitomatarum Decisionum Rotæ, duobus libris distinctum, quod sæpius (uti Rubeus ait) ab eadem Rota in causarum decisionibus, & ab aliis doctoribus allegatur.

Decisiones quoque ejusdem Augustini fuerunt in bibliotheca Olivariensi duobus voluminibus distributa, nisi fallit ejus catalogus. Itemque in bibliotheca Francisci Peña.

De Fermento apud Innocentium I. Papam epistolam I. ad Decentium cum Latino Latinio contulit: inter cujus epistolas altero jam volumine editas quædam extat hujus argumenti ad Latinum data.

De Citationibus Augustini opus laudat Hieronymus Gonzalez in *Reg. VIII. Cancellariæ* glos. 9. §. 1. in *annotationibus contra nullitates* &c. num. 54. Item ejus:

Annotationes in utroque jure, & *Annotationes Rotales*, atque item *verborum Repertorium* alii laudant; quæ adversaria potius, quam perfecta aliqua aut perficienda opera per me sint.

Super Cancellariæ etiam *Regulas* nonnihil commentasse videtur. Eum namque in aliquot ex his laudat Rota in decisionibus ab Alphonso Garsia adductis in tractatu de *Beneficiis* parte XL. capite 1. numero 71. & parte XII. capite 2. numero 289.

Epistolas plures ad amicos dedit, prelo quidem dignissimas, quarum bonam partem penes me habeo.

Non-

Nonnulla etiam alia Augustini nomen præferunt, uti in catalogo bibliothecæ doctoris Soræ Aragoni:

Institutiones Juris Canonici, ineditæ si credimus Pancirolo in *De claris legum Interpretibus* libro secundo.

Necnon &:

Historia Conciliorum nondum suo tempore editorum, quam scripsisse eum refert Hieronymus Romanus de la Higuera in *Historia* adhuc MS. *Toletanæ urbis, & regni* lib. IX. cap. IX. & laudatus Pancirolus, qui & ad *Hadrianum lib. singularem*, itemque in *Pandectas Florentinas Indicem verborum* inter nondum edita Augustini commemorat.

Elaborabat & ad *Edictum perpetuum* opus, cujus meminit Lælius Taurellus in literis ad nostrum datis XIII. kal. Septemb. MDXLVI. apud me MSS. Item *Dialogos*, in quibus, ut ipse ad Bernardum Boleam scribens testatur: *Quæstiones acriter a doctoribus juris agitatas conscribo, quibus mei mediocritatem ingenii in inveniendis, collocandisque & diluendis argumentis, cognitionem Latinæ linguæ, si quam habeo, ex ornanda quæstione, & ad Tullianam Socraticamque imitationem deducenda, quoad per me fieri potest, ostendo. Si quæris* (subjungit) *quicum in his disputem? tecum primum, cui magnam eorum partem debeo, cumque Ruizio* * *& Sora opinor, condiscipulisque aliis meis, qui post tuam profectionem, Bononiam, inque meam venerunt familiaritatem.* Meditatus itidem fuit eorum, qui in collegio Bononiensi unquam vixerunt, vitas uno libello comprehendere, quod in alia ipse ait epistola ad Joannem eumdem Soram.

* Petrum Ruizium de Moros, de quo nos alibi: & Joannem Soram cives suos intelligit.

Tratado o Dialogo de los Linages de España, sub ejus titulo adservatur MS. in bibliotheca, quæ fuit comitis de Villaumbrosa, una cum Didaci Hernandez de Mendoza *Nobiliario*.

Ut finiam, contentus pro lectoribus Augustini amantibus ad luculentiorem Andreæ Scoti descriptionem intendisse digitos: *Summa in eo viro corporis fuit dignitas, statura procera, egregia corporis membrorumque habitudo, robusta ad extremam ætatem valetudo ac firmitas, incessus gravis, in aspectu gravitas comitati conjuncta, in sermone lepos concinnaque brevitas. Jocis etiam urbanis interdum & salibus utebatur, sed cum literatis hominibus. Ocelli perexigui, & flava coma: hebetata, ut fit assiduis lucubrationibus, oculorum acie vitreis itaque perpetuo usus est. Denique in toto corpore ea dignitas eluxit, quam imperio dignam Euripides judicavit,* ait Scotus.

Jacet in æde maxima Tarraconensi sub hoc epitaphio:

D. O. M. S.
Ant. Augustino domo Cæsaraug.
Romæ olim in Urbis & Orbis luce
XII-Viro Litium judicandarum
Ex Allisano, & Ilerdensi Episcopo
Tarracon. Archiep. in pauperes munifico
Bene de Antiquitate & Literis merito
In hoc Ædis Sacræ D. Theclæ Virg. & M.
A se ampliato membro, & ad Aram
In spem resurrectionis quiescenti
S. P. Q. Tarracon. P. H. C. & Colleg. Canon.
poni curarunt.
Vixit annis LXX. M. III. D. III.
Obiit damno publico
Pridie Kalendas Junias
MDLXXXVI.

Bibliothecæ, quam possidebat tam Græce quam Latine manuscriptorum librorum, atque ex libris editis mixtæ, catalogum typis vulgavit Martinus Baylo, canonicus Tarraconensis, Tarracone 1586. in 4. apud Philippum Mey.

ANTONIUS AUGUSTINUS, Antonii hujus viri clarissimi jam laudati nescio ex quonam latere nepos, Martini quem suo loco celebramus frater, Jesuita, scripsit:

Suma Chronologica de las acciones mas ilustres del Arzobispo D. Antonio Agustin; ex Tractatu justo in compendium redacto.

Hæc nota habeo ex relatione Joannis Francisci Andreæ de Ustarroz, Aragoniæ Chronographi, dum viveret, diligentissimi.

F. ANTONIUS AUGUSTINUS, Aragonensis, ultima Augustinorum domus, quæ Antonium Augustinum præsulem Tarraconensem & alios fama claros viros in lucem protulit, mascula propago: post matrimonium in spem successionis frustra semel contractum, dum secundas cogitat nuptias ad Religiosum statum a Deo vocatus in S. Engratiæ Cæsaraugustano cœnobio Hieronymianorum se instituto addixit, meruitque aliquando ob studium pietatis, sacræque doctrinæ in sacris concionibus vulgo probatum Philippi IV. Regis cooptari ecclesiastes, ac post triennium, die scilicet VII. Julii MDCLXV. Albarracinensis in Aragoniæ regno suo creari episcopus. Edidit:

Epitome de la Vida, virtudes, trabajos, extasis, y revelaciones del Venerable Padre F. Domingo de Jesus Maria (en el siglo Ruzola) General de la Sagrada Religion de los Carmelitas Descalzos: fere ex Joannis Caramuelis *Dominico*, sive ejusdem argumenti opere. Cæsaraugustæ apud Joannem de Ybar 1669. in 4.

Carta Pastoral, o Sumario de la Vida del Venerable Sacerdote Juan Bautista Beltran Cu-

Cura de la Villa de Alcora en el Reyno de Valencia : ſcilicet ex juſto opere Joannis Baptiſtæ de Sorribas , Carmelitæ. Gerundæ 1665.

Idea de la Conſtancia Chriſtiana : ſcilicet vitam S. Euſtachii Martyris ex Italico Joannis Baptiſtæ Mancini converſam eleganter. Matriti 1662. in 8. Agebat hoc anno MDCLXX. ætatis annum LIII. cum ad æternam vitam Junio aut Majo menſibus vocatus fuit.

ANTONIUS DE AYALA , Hiſpalenſis, Jeſuita , paratam prelo habuiſſe ſuperioribus annis dicitur *Bibliothecæ* domeſticæ auctore:

Roſam Jericho : opus nempe *de Beata Virgine.* Vixiſſeque adhuc anno MDCXLIII. apud *Marianam Bibliothecam* Hypoliti Maracii lego ; ſed naufragio periiſſe dum ex Peruvio Mexicum navigaret circa annum MDCXXVI. refert auctor renovatæ *Bibliothecæ.*

ANTONIUS AYERVE DE AYORA, Regii prætorii Granatenſis advocatus , utilem reſecandis litibus tractationem inſtituit:

De Bonorum partitionibus. Compluti 1596. folio.

F. ANTONIUS DE AZEVEDO , Gallecus , Aurienſis , Eremitarum Sancti Auguſtini ſodalis , ſacræ theologiæ magiſter, ſcripſit:

Catecifmo de los Myſterios de la Fe con la Expoſicion del Symbolo de los Santos Apoſtoles. Barcinone 1589. 4. Perpiniani 1590. 4. Cæſarauguſtæ 1592. 4.

Cronica de la Orden de San Auguſtin. 1607. ſi Thomæ de Herrera *Alphabeto Auguſtiniano* credimus.

ANTONIUS DE AZEVEDO SAA , Luſitanus , convertit in vernaculam Caſtellæ linguam:

Los Sermones de las Feſtividades de los Santos , del Doctor Franciſco Fernandez Galvaõ. Matriti apud viduam Alphonſi Martini 1615. Item ejuſdem:

Sermones de Quareſma. Ibidem apud Ludovicum Sanchez 1615. 4.

F. ANTONIUS BACELAR , Luſitanus, ordinis Minorum provinciæ S. Jacobi , ſcripſit opus hujus tituli:

Defenſa Evangelica del Parenteſco de Santiago con Chriſto. Conimbricæ 1631. 4.

ANTONIUS BALVAS BARONA , Segobienſis , poeta , variorum carminum collectionem fecit in eo libro , quem a ſe ipſo nuncupavit:

El Poeta Caſtellano. 1627. 8.
Obiit anno MDCXXVIII. ætatis ſuæ LXIX.

F. ANTONIUS DE BAÑALES , Franciſcanus provinciæ Sancti Jacobi , ſcripſit:

Diſcurſos predicables de la Dignidad Sacerdotal , y Sacramentos de la Igleſia. Mediriæ Campi 1604. in 4.

Sermones varios .... Vivebat anno MDCVII.

F. ANTONIUS DE BARAHONA , Auguſtinianus , ſacræ theologiæ magiſter , populari ſermone dedit foras ut credo:

Doctrina moral , y eſpiritual.

Jacet Matriti tumulatus ad Sancti Philippi apud ſodales.

ANTONIUS DE BARAHONA , Petri de Gratia Dei ex fratre aut ſorore nepos, quem Caroli V. Cæſaris Heraldum omnes norunt , edidit ipſe cum apud eumdem Cæſarem miniſterium idem exerceret genealogicum opus , nuncupatum:

Vergel de Nobleza : alias *Roſal de Nobleza* , quomodo eum librum vocat Gundiſalvus Argote de Molina in opere ſuo celeberrimo *De la Nobleza de la Andalucia* , qui & ejuſdem laudat manu ſcriptum aliud:

De Linages , y noticia de Baeza.
Forte ex ea urbe oriundus fuit. Joannes Bilches , Jeſuita , Beacienſis , in opere ſuo *De Sanctis Epiſcopatus Giennenſis* 1. parte , capite XIII. inſignem virum vocat , floruiſſeque circa annum MDL. necnon & ſcripſiſſe:

Tratado de Santa Euſemia Martyr Caſtulonenſe.

ANTONIUS BARBERAM , Aragonus, ſacræ theologiæ magiſter , almæ Cæſarauguſtanæ Eccleſiæ prior ut vocant & canonicus , manu exaratam reliquit in archio ejuſdem Eccleſiæ aſſervandam:

Hiſtoria Ecleſiaſtica de Zaragoza. Meminit hujus operis Didacus Eſpes in ſimili alia etiam MS. quæ magni habetur , ejuſdem Eccleſiæ *Hiſtoria.* Lanuza item vol. 1. cap. XLI. *Hiſtoriæ* ſuæ *Eccleſiaſticæ Regni Aragoniæ,* & in *Vita Sancti Martyris Petri Arbues de Epila* capite 1. Joannes Franciſcus Andreas de Uſtarroz regni ejuſdem chronographus in *Vita Sancti Dominici de Val* capite x.

F. ANTONIUS BARNUEVO , Benedictinus monachus , abbaſque monaſterii Deiparæ Virginis de Valvanera , ſcripſit uti lego in monumentis ſeu relationibus domeſticis:

Vida del Vener. P. Fr. Sebaſtian de Villoslada , Abad que fue de S. Martin de Madrid.

AN-

ANTONIUS BARRETO, Lusitanus, qui a secretis fuit marchioni de Cascais, comiti de Monsanto & de Villanova, scripsit:

Hum Libro de Familias, qui MS. circumfertur.

F. ANTONIUS DE BEJA, Lusitanus, ex Pace Julia, seu hodierna Beja urbe nomen sortitus .... dedit foras:

Traduçaõ da Epistola de S. Chrysostomo: Nemini læditur, ofrecida a Reinha Dona Leonor. Olisipone 1522. Item:

Tratado de Astrologia judiciaria. Georgius Cardosus in schedis ad *Bibliothecam Lusitanam.*

ANTONIUS BELLVER, canonicus Ecclesiæ Majoricensis Balearium insularum, lectorque ibi theologiæ primarius, integro & magno volumine scripsit:

Apologiam ad Sixtum V. P. M. & Philippum Hispaniarum Regem, pro Raimundi Lulli asserenda doctrina: quam Lucas Waddingus volumine III. *Annalium ordinis Sancti Francisci* ad annum MCCCXV. numero II. se vidisse affirmat.

ANTONIUS BERNALDO DE QUIROS, Turrilacunensis, Jesuitarum sodalis, Pinciæ in Ambrosiano Societatis collegio professor primarius ac studiorum præfectus, supremique sacræ Inquisitionis senatus patribus a ministerio censuræ theologicæ, concionator Regius, hactenus edidit ex prælectionibus suis scholasticis:

Selectas disputationes de Deo & Angelis in primam partem S. Thomæ, voluminibus duobus. Lugduni apud Philippum Borde & socios 1654. & 1658. in folio.

Disputationes item *selectas in Primam secundæ S. Thomæ.*

De Incarnatione in Tertiam Partem.

Ejusdem credo est alius commentarius:

De Prædestinatione: in folio Lugduni etiam & is typis mandatus.

Opus Philosophicum: hoc est cursum integrum, *Logicam* scilicet, *Phisicam*, *de Cœlo, Generatione & corruptione*, *Anima*, *Metaphysicam*, ac *de opere sex dierum.* Lugduni apud Philippum Borde & socios folio 1656. Ad superos abiit x. Junii MDCLXVIII.

F. ANTONIUS BERNART, Augustinianus, domus oppidi Exerica præfectus, edidit:

Compendio de los Confesores, y Penitentes: ex *Manuali* Martini doctoris Navarri. Compluti per Joannem Iñiguez de Lequerica 1581. in 8.

ANTONIUS DE BERRIO, Giennensis, vulgari Castellæ sermone interpretatus est, ac Federico Henrici a Ribera, Tarifæ marchioni voluit nuncupata summi philosophi problemata. Quod opus MS. vidi hoc titulo:

Translacion de los Problemas de Aristoteles.

ANTONIUS BETANCOR, sive alius latens sub hoc nomine, Lusitanus, Brigantinæ tyrannidis defensor, scripsit:

Anti-Dianam, sive Admonitionem Apologeticam ad Rev. P. Antoninum Dianam circa suum Tractatum de Potestate exauctorandi Reges decimæ parti suarum Resolutionum nuper additum. Anno 1653. prodiit in 8.

ANTONIUS BECERRA, Giennensis, sacerdos cappellæ addictus Deiparæ Virgini dicatæ, cujus antiqua imago propter vetustam annorum plusquam ducentorum traditionem descensus Mariæ Sanctissimæ in S. Ildephonsi, cui cappella ipsa adhæret, Ecclesiam summa omnium illius urbis atque diœcesis mortalium veneratione colitur: hanc historiam patrataque ibi a Deo miracula comprehendit scribens:

De la Descension de la Virgen Santissima Nuestra Señora, y de la visita que hizo a la Iglesia de S. Ildefonso de la Ciudad de Jaen el año MCCCCXXX. y de la Milagrosa Imagen de Nuestra Señora de la Capilla. Giennii 1639. in 8.

F. ANTONIUS DE BRAGA, Lusitanus, ordinis Seraphici provinciæ Sancti Antonii Reformatorum, custos aliquando Brasiliensis provinciæ, scripsit Lusitane:

Flores de Santo Antonio colhidas do seus sermoẽs: unam, & alteram partem: cujus operis editionem promittit relatio quædam e Lusitania Romam missa.

F. ANTONIUS BRANDAON, Lusitanus, Cistercienfium familiæ in domo totius Portugalliæ principe, quam de Alcobaza indigitant, in quo oppido natus fuit, olim adscriptus, post sacræ scientiæ in eadem domo atque item in collegio Conimbricensi professionem, ejusque academicum insigne vindicatum, hujusmet monasterii abbas, qui idem totius congregationis Lusitanæ audit præfectus, designatur. Exarserat is totus, atque impetu quodam animi jam diu ferebatur ad accendendam resumendamque novo instaurato cursu patriæ historiæ lampada, Bernardi Britti Lusitanorum & familiæ suæ chronographi clarissimi obitu intermortuam. Jureque id, ne laus de patria sic benemerendi intra claustra cœnobii Alcobaciensis cum Britto nata, solidos absoluti operis fructus in exteri

ri alicujus gremium reponeret. Copiam ſane id non agendi omnino ſibi negatam ſenſit ex quo Rex eum in Emmanuelis Meneſii locum ſuffecit, quem Portugallia Regium habuerat recenſque amiſerat archichronographum. Decem fere annis quam multa hujus regni Eccleſiarum & Monaſteriorum archia, Regiumque in primis Oliſiponenſe, diligenter excuſſit, variiſque demum atque utiliſsimis ſemotæ vetuſtatis rerumque olim geſtarum monumentis firmum ac ſpecioſum Hiſtoriæ corpus, quod priores partes Britti duas conſequeretur, formans non ſine magno civium atque exterorum plauſu in vulgus dedit. Ejus nempe tomi duo viderunt lucem:

Terceira parte da Monarquia Luſitana que contem a Hiſtoria de Portugal deſdo Cõde D. Henrique ate todo o Reynado do Rey Dom Affonſo Henrriquez. Oliſipone in ipſo Divæ Virginis Exulis cœnobio, cui tunc præerat auctor, 1632. folio.

Quarta parte da Monarquia Luſitana, que contem a Hiſtoria de Portugal deſdo tempo do Rey D. Sancho I. ate todo o Reinado do Rey Dom Affonſo III. Oliſipone eodem anno.

Obeunte ante diem Antonio reliquæ Hiſtoriæ deſiderium bona ex parte mitigat Franciſcus, ejuſdem inſtituti monachus, Antonii ut credo ex fratre nepos, qui familiarem gloriam egregie ſuſtentat in hujus magni operis continuatione, cujus quidem aliquam partem ſuperioribus annis publicavit:

Elogios dos Reys de Portugal.

F. ANTONIUS BRAVO DE LAGUNA, Hiſpalenſis, monachus Cartuſianus domus Hiſpalenſis, atque ejus quæ Cazallæ in montibus Marianis eſt aliquando præfectus, Viſitatorque ut vocant Portugalliæ, edidit:

Parecer para todos los Ordinarios, y Viſitadores de Conventos de Monjas. Matriti 1634. in 4.

Advertencias por los privilegios del orden Cartuſianenſe. Hiſpali apud Franciſcum de Lyra 1632. 4.

Declaracion Apologetica por los Eſtatutos de la miſma Orden. Ibidem eodem anno in 4.

Reſolucion de Jueces en cauſas civiles, y criminales. Ibidem 1633.

Latine autem:

Juris Allegationes pro Prælatorum cujuſcumque Religionis juriſdictione aſſerenda in ſubditorum ſuorum cauſis judicandis, & criminibus uſque ad degradationem puniendis. Ibidem eodem anno in 4.

ANTONIUS DE BURGOS, Salmanticenſis, juris utriuſque doctor Bononienſis, inter ſodales Sancti Clementis Hiſpanorum, toto terrarum orbe celebris ab Ægidio cardinali Albornozio extructi collegii admiſſus anno MCCCCLXXXXIV. ac publicos illius ſcholæ ab omni memoria inclitæ profeſſores in prima commendatione apud ſui temporis fuit æquales. Ejus cum laude meminit Philippus Decius conſilio CLXXIX. in cujus locum canonum jus docendi matutinis horis Patavii XXVIII. Junii anno MDIX. ſucceſsiſſe dicitur. De quo cur ſilet epitaphium infra dicendum? Necnon & vir ille clariſsimus, Hiſpaniæ perpetuum decus Bæticæque, Joannes Geneſius Sepulveda dum claros Clementini iſtius collegii, cujus pars ille fuit, commemorat qui ætate ſua adhuc ſuperſtites eſſent ſodales, hæc de noſtro ait: *adhæc Antonius de Burgos Salmanticenſis, cui Doctorum conſenſus primas in Juris Pontificii cognitione defert: cujus diſceſſum mirum eſt quam ægre tulerit Academia Bononienſis, ubi honeſtiſsima conditione Jus Pontificium publice docebat, cum eſt a Leone X. Pont. Max. hujuſmodi opinionis fama commoto Romam accerſitus, ut ejus doctrina ac judicio in maximis rebus uteretur.* Hæc ille. Meminerunt & Marcus Mantua Benavidius in *Epitome Hominum illuſtrium* litera A. & Joannes Philippus Thomaſinus *De Gymnaſio Patavino* lib. II. cap. III. Salerni quoque ac Romæ eum docuiſſe ait idem Marcus Mantua nuper laudatus. Edidit autem:

Super utili, & quotidiano Titulo de Emptione, & Venditione in Decretalibus. Ticini 1511. Parmæ 1574. Venetiiſque 1575. 8. Lugduni 1575. folio.

In alios quoque Decretalium titulos textuſque, quorum index Repetitionum Juris Canonici nomenclaturam exhibet: nempe

In Rub. De Conſtitutionibus. Tomo 2. Repet.
In Cap. V. eod. titulo. Tomo 2.
In C. Cognoſcentes, eodem tit. Tomo 2.
In C. Cum omnes, eodem tit. Tomo 2.
In C. Eccleſiarum, eod. tit. Tomo 2.
In C. Cum acceſsiſſent, eod. tit. Tomo 2.
In C. Eccleſia S. Mariæ, eod. tit. Tomo 2.
In Rub. De Reſcriptis. Tomo 2.
In C. Sicut Romana, eod. tit. Tomo 2.
In C. Ex parte, eod. tit. Tomo 2.
In C. Cæterum, eodem tit. Tomo 2.
In C. Inter cæteras, eod. tit. Tomo 2.
In C. De Quodvultdeo, De Judiciis Tomo 3.
In C. Decernimus, eod. tit. Tomo 3.
In C. Quanto, eodem tit. Tomo 3.
In C. At ſi Clerici, eod. tit. Tomo 3.
In C. Intelleximus, eod. tit. Tomo 3.
In Rub. De Emptione, & Venditione: in C. Placuit: c. Ut menſuræ: c. Cum dilecti: c. Pervenit: c. Ad noſtram: c. Cum cauſa: c. Si venditori, eod. tit. Tomo 4. Quæ omnia comprehenſa ſunt in editione ſeparata commentarii ſuper hoc titulo ſupra laudati.

In schedis MSS. D. Antonii de Fuertes, qui Clementinorum sodalium memorias in unum collegit, alia duo ei tribuuntur, scilicet:

Contra Hæreticos, in 4.

Consilia item *varia*.

Repetitionem in Rub. De Appellationibus eum scripsisse constat ex *Commentario* ejus *in cap. Canonum de Constitutionibus*. num. 281.

Reliquas illius laudes, gestaque munera, & diem obitus continet lapis quidam in hospitali domo *Sancti Jacobi*, quam *in Augusta* seu *Incurabilium* Romæ vocant, cujus insignis benefactor fuit.

D. O. M.

Antonio de Burgos, Salmantino, utriusque Signaturæ Referendario, utriusque juris consultissimo, qui Bononiæ jus Pontificium per XX. *annos publice professus a Leone X. P. M. in urbem accitus, Signaturæ Gratiæ sub illo, sub Hadriano VI. & Clemente VII. PP. MM. magnam doctrinæ, probitatis, & ingenii famam præbuit. Vixit annos* LXXV. *Obiit die* X. *mensis Decembris MDXXV. Joannes Matth. Episcopus Veronensis ex testam. posuit.* Hic est Joannes Matthæus Guibertus vir clarissimus. Romæ certe obiit, non Bononiæ ut Guidonis Pancirolæ *De Claris Legum Interpretibus* lib. III. cap. LIV. legitur, qui male intellectis Sepulvedæ verbis discessum ab academia Bononiensi e vivis decessum interpretatus est.

ANTONIUS CABEZON, Matritensis, Philippi Regis Hispaniarum II. a sacris minister, & cubicularius musicus, reliquit filii cura edendum apud Franciscum Sanchez typographum:

Libro de Musica para tecla, harpa, y viguela. Matriti 1578. in folio.

Jacet ad D. Francisci Matritensis, hac eleganti inscriptione apposita:

Hic situs est felix Antonius ille sepulchro,
Organici quondam gloria prima chori.
Cognomen Cabezon cur eloquar? inclyta quando
Fama ejus terras, spiritus astra colit.
Occidit, heu! tota Regis plangente Philippi
Aula: tam rarum perdidit illa decus.

Obiit anno ætatis suæ LVI. die XXVI. Martii MDLXVI.

D. ANTONIUS CABREROS DE AVENDAÑO, Matritensis, jurisconsultus, edidit, nondum ut ipse ait trieteride completa ætatis, varia literarum amœniorum multijugæque lectionis conditura juris opus, scilicet:

Methodicam delineationem de Metu. Matriti 1634. folio.

De Pœna Tripli, quoque in 4. Ibidem 1635.

Europœgnion, seu Ver sacroprofanum: hoc est Verni temporis laudationem. Ibidem 1637. in 4.

Interpretationem ad Jurisconsultum Cajum lib. I. ad leges XII. *Tabul*. Matriti 1638.

Panegyricum quoque *ad Comitem de Castrillo*.

Vota pro salute Principis (Balthasarem Carolum intelligo): quod opus laudatum lego Jacobi Albani Ghibbesii poetæ eximii quodam carmine, Romæ nuper inter alia ejus *Lyrica* edito. Alia non novimus.

His studiorum fructibus dignum se gerendo magistratu & publica re ostendens, adeptus fuit ut ad Corunienses senator ire, & post aliquot annos ad Granatenses criminalium causarum judicem transferre se juberetur.

F. ANTONIUS DE LA CALANCHA, Augustinianus, sacræ theologiæ magister, in Peruano Indorum occidentalium regno ejusque urbe Argentina, quo & natales refert, professus hunc ordinem, & in Limensi schola doctor theologus, in lucem edidit:

Coronica moralizada del orden de S. Agustin en el Piru. Barcinone apud Petrum de la Cavalleria 1639. in folio. Forte eadem est Latine reddita Joachimi Brulii ord. August. *Historia Peruana ord. Eremit. S. August.* anno 1650. in folio, teste mihi Labbæo in *Bibliotheca Bibliothecarum*, edita.

De los Varones ilustres de la Orden de S. Agustin. Hoc opus laudari scio, quod non vidi, nisi contentum sit in *Chronico*.

Latine autem:

De Immaculatæ Virginis Mariæ Conceptionis certitudine. Limæ Indorum 1629. 4.

D. ANTONIUS CALDERON, Beaciensis, nobili loco natus, vir theologiæ totius sacrarumque ac profanarum artium peritissimus, in patria olim publico munere Philosophum docuit; unde Salmanticam accersitus ut inter sodales collegii Conchensis in academico stadio decurreret, sacras literas ibi, obtentis docendi partibus, ex cathedris Scoti & S. Thomæ interpretatus est tam in gymnasio quam in Ecclesia ipsa Salmanticensi, cum sacerdotium canonicum in depugnato egregiis animis ingeniorum certamine sibi obtigisset, quod Sacræ Scripturæ docendæ partes juxta ritum ecclesiasticum habet commissas. Hinc ad Ecclesiæ Toletanæ amplissimum ordinem simili alio doctrinæ experimento admissus, non diu post Serenissimæ Mariæ Teresiæ, Galliarum jam Reginæ Augustissimæ, Hispaniarum eo tempore Principis, institutioni præficitur, sanctimonialium insuper Matritensium Dominicæ Incarnatio-

nis archiſacerdos renunciatus. Nominaverat demum, Summoque Pontifici commendaverat eum jam Philippus Rex noſter IV. ad obtinendas ſacras infulas in albo epiſcopali, Granatenſem Eccleſiam paſtore orbatam anno quinquageſimo tertio ſupra milleſimum ſexcenteſimum ei deſtinans. Sed intercesſit ſponſæ utilitati ac votis Eccleſiæ almus e cœlo ſponſus Antonium ſibi mancipans ſequenti anno, priuſquam honorem metropolitanæ dignitatis amplisſimum delibare poſſet. Mortuus quippe eſt ante diem XII. Januarii MDCLIV. qua Romæ, tanquam viventis, propoſitio ſolemnis fuit facta. Ediderat quædam, meditabatur majora. Prodierunt nempe hæc in vulgus:

Pro Titulo Immaculatæ Conceptionis Beatisſimæ Virginis Mariæ adverſus duos Anonymi libellos Romæ natos *liber unus*. Matriti apud Petrum Diaz de la Carrera 1650. 4. Satisfactum eleganter docteque hoc libro duobus his aliis Anonymi cujuſdam in defenſionem, ut præ ſe ferebant, Decreti cujuſdam a Sancta Inquiſitione Romana temere appellati, quo Immaculatæ Conceptionis titulus interdicebatur. Vulgaverat olim, cum Beaciæ adhuc in Academia verſaretur, ſimilis argumenti ſed vulgare opuſculum, ſcilicet:

Las Fieſtas que la Inſigne Univerſidad de Baeza celebró a la Inmaculada Concepcion de la Virgen Nueſtra Señora, con la carta que la dicha Univerſidad eſcribió a Su Santidad, y el ſingular Eſtatuto hecho en favor de la Concepcion. Beaciæ 1618. in 4.

Confecta ſive affecta habuiſſe, ac propediem editurum fuiſſe, alia hujuſmet propoſiti & voti opuſcula, certum eſt iis qui ſuper Immaculatæ Conceptionis titulo differentem legerunt. Refert enim ſe ipſe ad

Aſſertorem Dominicanum Immaculatæ Conceptionis, hoc eſt catalogum eorum qui ex ordine Prædicatorum hanc ſententiam tenuerunt, in quo & ait ſe tractare quid diverſis temporibus in ordine Dominicano circa feſtum Conceptionis contigerit, & quibus de cauſis. Item:

De Statu controverſiæ circa Conceptionem Deiparæ Virginis. Necnon &

De Origine Sacri Cultus, & Officii Eccleſiaſtici Conceptionis Immaculatæ.

Poſtumum prodiit aliud, nempe:

De las Excelencias del glorioſo Apoſtol Santiago unico, y ſingular Patron de Eſpaña entre los demas Apoſtoles: prior pars duobus libris conſtans, cui poſteriorem quatuor aliis libris diſtinctam adjunxit Hieronymus Pardo, expræfectus provinciæ Hiſpanienſis Clericorum Regularium Minorum, Matritique lucem videre juſsit apud Gregorium Rodriguez anno 1657. in folio.

Hiſtoriam hujuſmet *de Sanctis Urgabonenſibus* MS. alii laudant, inter quos Joannes Tamajus in *Martyrologio Hiſpano* IV. Septembris.

ANTONIUS DE CAMPOS, ſcripſit:

De Ceſſatione a divinis tractatum.

ANTONIUS CARDOSO DE AMARAL, Luſitanus, ex oppido Ruivaes, diœceſis.... priorem ſe vocat S. Laurentii Scalabiſci, ac profeſſorem juris canonici in eo libro, quem hoc titulo in lucem edidit:

Summa, ſeu praxis Judicum, & Advocatorum a Sacris Canonibus deducta, & ipſiſmet conformata. Oliſipone apud Antonium Alvarez 1610. folio.

ANTONIUS CARNERO, cum a rationibus eſſet Catholici Regis noſtri copiarum militarium in Belgio hiſtorico opere complexus eſt quidquid ab initio tumultuum Belgicorum cum contra Batavos, tum contra Gallos ad annum uſque hujus ſæculi nonum, quo factæ induciæ ſunt cum Hollandorum ordinibus, actum patratum eſt. Nempe in vulgus edidit:

Hiſtoria de las guerras civiles que ha havido en los Eſtados de Flandes deſde el año de MDLIX. haſta el de MDCIX. Bruxellis 1625. in folio.

ANTONIUS DE CARRION, ſi non patria, incolatu ſaltem Hiſpalenſis eſt, poeta elegans, cujus quidem ad calcem *Odarum Roderici de Santa-Ella* editæ ſunt aliæ:

Odæ in Deiparæ Virginis laudem, eidem Roderico nuncupatæ, atque eæ optimæ notæ. Hiſpali apud Jacobum Cronberger 1504. 4.

ANTONIUS DE CARTAGENA, medicæ artis profeſſor, Complutenſis, qui & Galliarum Delphini ejuſque fratris Aurelianenſis ducis, pro patre Franciſco Rege obſidum Caroli Cæſaris, dum in Berlangæ arce detinerentur, ſalutem juſſus fuit curare. Dedit foras:

De Signis Febrium, & *Diebus criticis.* Compluti 1529. folio. Simulque:

De Faſcinatione. Ibidem. Et:

De Febri peſtilenti. Compluti 1530. in folio.

Promiſerat cum ſuperiora ederet, *De ſingulis noſtri corporis membris* commentarium alium, de quo nihil ultra ſcio.

Elegantia morum fuit in primis (Alvaro Gomezio auctore in *De Rebus geſtis Franciſci Ximenii* quarto libro) *commendabilis, vultuſque quadam hilaritate præditus, qua mire animos ægrotantium recreabat, atque ea de cauſa principibus viris, ad quorum morbos curandos perſæpe miſſus erat, valde gratus.*

ANTONIUS CARVALHO, Lusitanus, Olisiponensis, Societatis Jesu presbyter, cum rhetorum & philosophorum præcepta, tum sacras literas Eboræque Conimbricæque ex prima etiam docuit cathedra. Ecclesiastis munus egregie obivit. Tandemque diem suum obiit anno MDCL. ætatis vero LX. Scripsisse refertur præclaros

In Primam secundæ partis Sancti Thomæ Commentarios. Item in *Secundam secundæ* parabat cum ei manum mors injecit.

Hoc ipsum nomen præfert:

Un Discurso sobre si conviene que los Predicadores reprehendan Principes, y Ministros. Olisipone 1627.

ANTONIUS CARVALHO DE PARADA, archipresbyter ut vocant, & primus custos turris Tumuli (Guarda mor da Torre do Tombo audit vernacule) quæ est archium Regium Portugallicum, scripsisse dicitur:

Vida do Servo de Deos Bartholome da Costa Tesoureiro da Se de Lisboa. Laudat auctorem hoc ex opere Cardosus in *Agiologio* XXVII. Martii, pag. 334.

Arte de reynar. Hoc opus laudat D. Franciscus Emmanuel epistola I. centuriæ IV.

F. ANTONIUS DE CASTAÑEDA, Pinciæ natus, atque in ea urbe Dominicanis sodalibus aggregatus, scripsisse dicitur:

Sermones varios, unico volumine

ANTONIUS DE CASTELLANOS, laudatur vulgo auctor historiæ illius sub hac inscriptione vulgaris:

Coronica del Maestre de Santiago D. Alvaro de Luna: quæ typis edita est Mediolanensibus in folio absque auctoris nomine, anno 1546. Quæ quidem, si stilum consideramus quo scripta est, majorem antiquitatem præ se fert quam ea est cujus temporis scriptores nunc, laudamus. Inter Anonymos hunc etiam reperiet lector.

F. ANTONIUS DEL CASTILLO, Bæticus, Malacitanus, Franciscanorum Reformatorum provinciæ S. Joannis Baptistæ sodalis & pater, Commissarius Generalis Terræ Sanctæ, præfectusque aliquando cœnobii Bethleemitici, pie & curiose post alios plures, nec inutiliter, egit sacrorum locorum nostræ salutis topographum, scribens:

El devoto Peregrino, Viage de Tierra Santa: ad Philippum IV. Regem Catholicum. Matriti 1654. in 4. Iterumque ibidem typis Regiis, ad Petrum Manerum ex Ministro Generali Franciscanæ familiæ Turiasonensem episcopum, 1656. 4. Tandemque ad Reginam Catholicam directum anno 1664. 4.

Carus adeo hic aulæ nostræ fuit dum viveret ut fere nunquam ab ea multis ante mortem annis discederet, quæ tandem virum piissimum, & ab omni aulica labe impollutum, abstulit Augusto mense aut circiter anni MDCLXIX. proxime elapsi.

D. ANTONIUS DEL CASTILLO, Salmantinus nisi fallor, versibus formavit:

El Adonis. Salmanticæ 1632.

ANTONIUS DEL CASTILLO, Lusitanus, Regii Olisiponensis sive regni totius archii custodum primus (Guarda mor da Torre do Tombo, ut nuper diximus, in Portugallia vocant), scripsit:

Comentarios do cerco de Goa e Chaul anno MDLXX. Olisipone 1573. in 8.

Hic ut existimo idem est Antonius del Castillo Regius Sebastiani Lusitaniæ Regis historicus, cujus

Elogio do Rey D. Gioaõ de Portugal III. do nome: quod tandem edidit in libro *Noticias de Portugal* inscripto valde doctus, & patriæ amans vir Emmanuel Severinus de Faria, cantor Eborensis Ecclesiæ.

ANTONIUS DE CASTRO, Societatis Jesu presbyter, publicavit:

Fisonomia de la Virtud, y del Vicio al natural sin colores, ni artificios: Primera Parte. Valladoliti 1676. in 4. apud Josephum de Rueda. Promitit alteram partem.

F. ANTONIUS DE CAZERES ET SOTOMAYOR, ex oppido Cazeres, quod in Extremadura satis notum est ac nobile, oriundus, Granatæ vero claris parentibus natus, in Salmanticensi cœnobio Dominicanorum se familiæ applicuit, Complutique ad Divi Thomæ collegium mansit. Philippo hujus nominis III. Regi Catholico, etiam tum Principi, fuit a confessionibus, indeque Asturicensis præsul. Vir multa lectione sacræ paginæ ac veterum Ecclesiæ Patrum, vulgari lingua disertus & eloquens, qua scilicet scripsit:

Paraphrasis de los Psalmos: Philippo Regi III. dedicans. Olisipone 1616. folio prodiit postuma ex officina Petri Crasbek.

Sermones, duobus tomis. Valentiæ 1611. In folio edita fuit secunda pars, prima vero adhuc desideratur.

Obiit anno MDCXV. ætatis climacterico LXIII.

ANTONIUS DE CAZERES PACHECO, vir nobilis, forte Civitatensis domo cum ex hac urbe Aloysiam de Chaves, Francisci hujus familiæ principis filiam, uxorem du-

duxerit, dominus ipſe ſeu toparcha de Poſteros, juriſconſultus ac theologus, clariſsimus vir (quo nomine ab Antonio Queſada xx. cap. *Juris quæſtionum* accipitur) & ab omnibus ſuſpiciendus, edidit:

De Prætura Urbana libellum in 8. Necnon et:

In Hereſiarchas Germaniæ Orationes IV. ſcilicet: *ad Reginam Galliæ, & Regni Proceres* duas: *ad Principes Germaniæ* unam: *ad Populum Germanum* unam: Romæ editas anno 1570. ut habetur in *Bibliothecæ Geſnerianæ Epitome.*

F. ANTONIUS DE CEA, Luſitanus, ſcripſit:

Hiſtoria de Monſerrate e Varoẽs iluſtres deſte Convento. Benedictinus forte e Luſitania allectus in ſodalem magni hujus Cataloniæ provinciæ monaſterii. Cardoſus in ſchedis.

D. ANTONIUS CERVERA DE LA TORRE, patria ex Civitate Regia in Oretanis, clericus Regularis ordinis Calatravæ, juris canonici profeſſor Salmantinus, ordinis ſui ſacriſta ut vocant major, Regique Philippo hujus nominis II. a ſacris miniſter. Bonæ Principis ſui memoriæ obſequi volens poſteris nota fecit ultima illius geſta, decertatamque fortiſsime & potentiſsime cum fatali morbo ſive morborum congerie luctam, ſcribens:

Teſtimonio autentico de las coſas notables que paſaron en la dichoſa muerte del Rey D. Felipe II. Valentiæ 1599. in 4. Matritique apud Ludovicum Sanchez 1600. in 4. cum additionibus. Latine vertit Franciſcus Guillimanus, ediditque Friburgi Briſgoia 1609. in 4.

ANTONIUS CIANCA, domo Abulenſis, edidit cum notarium in ea urbe ageret:

Hiſtoria de la Vida, invencion, milagros, y translacion de S. Segundo primer Obiſpo de Avila, y recopilacion de los Obiſpos ſuceſores ſuios, &c. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1595. 4.

Parabat integram hujuſmet urbis hiſtoriam, quæ lucem non vidit.

F. ANTONIUS DE CIUDADREAL, in hac urbe natus quæ in Oretanis eſt, aſſeclam S. Patris Franciſci profeſſus fuit Toleti: poſtmodum in Yucatanicam Novæ Hiſpaniæ provinciam delatus ſemiſæculo fere in ea manſit, ita ut incredibilem propriæ ejus gentis linguæ, quæ dives in paucis fertur & elegans, peritiam aſſequutus ſit, qua quidem ſcripſit:

Sermones de Sanctis, & per annum.

Vocabularium; Necnon & majus opus, ſcilicet:

Calepinum, ſex ingentibus voluminibus: quæ quidem adſervari in ducis Infantatus bibliotheca (Carracenſi credo), aliudque exemplum in ejuſdem urbis Franciſcana domo ſcribit Bernardus Lizana in *Hiſtoriæ ſacræ Yucatanicæ* cap. XVI.

D. ANTONIUS COELHO GASCO, ſcripſit:

Nobleza de Galicia. Laudatus a Fr. Philippo de la Gandara in ſimilis argumenti opere.

ANTONIUS COLLAZO, Luſitanus, Vidigueiræ natus, procurator Societatis Jeſu pro Luſitania & India in curia Regis Catholici, edidit a ſe converſam:

Relacion de lo ſucedido a los Padres de la Compañia de Jeſus en la India Oriental, y Japon en los años de MDC. y MDCI. ex Luſitanico Ferdinando Guerreiro. Pinciæ 1604. 4. Item:

Relacion de lo ſucedido en los años MDCVII. y MDCVIII. ejuſdem auctoris.

Adiciones a la Hiſtoria de Etiopia de Fr. Luis de Urreta, 1611. in 4. Caſtellæne an Portugalliæ ſermone non exprimit Philippus Alegambe, qui & ait ſuppreſſo eumdem ſcripſiſſe nomine:

Vida del P. Gonzalo Silveira. Necnon et:

Relacion ſuccinta de la vida, y muerte de tres ſantos Martyres, Paulo, Juan, y Diego Japones de la Compañia de Jeſus.

ANTONIUS COLMENERO DE LEDESMA, medicus & chirurgus Aſtigitanæ urbis in Bætica provincia, ſcripſit:

Tratado de la naturaleza, y calidad del chocolate, Matriti 1631. Hunc Gallice vertit & annotationibus illuſtravit Renatus Moreau, profeſſor medicus Pariſienſis, dialogumque proprium adjunxit, atque edidit Pariſiis apud Sebaſtianum Cramoyſi 1643. in 4. Marcus etiam Antonius Severinus Tarſenſis Latio donavit, typiſque commiſit Norimbergæ apud Wolfgangum Enderum 1644. in 12.

F. ANTONIUS A CONCEPTIONE, Luſitanus, Vimaranenſis, ordinis fratrum Prædicatorum, ob pium in Catharinam Senenſem, ejuſdem inſtituti clariſsimam ſanctitate virginem, quem ferebat affectum, Senenſis cognominari ſolitus, Oliſipone liberalium artium, deinde apud Conimbricenſes theologiæ ſacræ peracto curriculo, philoſophiam ſodales in urbe principe ante alia docuit. Hinc Lovanium, quo ſtudiorum cauſa ire per ſuperiores licuit, translatus, ibique

que honoribus academicis insignitus, studiorumque apud domesticos præfectus, undecim aut circiter annos in hac restitit schola florentissima, quo tempore in illustrandis necessaria observatione D. Thomæ quatuor partibus *Summæ Theologicæ*, atque item aliis libris operam laudabilem posuit. Anno MDLXXV. Romam venit, quæ peregrinatione sibi & aliis sine aliquo fructu esset meditari jam tum cœpit de *Chronico* sui ordinis componendo, quod tandem duobus ante mortem annis apud Britones in Gallia Lusitano Principi Antonio, propter adfectatum istius gentis regnum exuli, cujus & ipse partes secuutus fuerat, nuncupavit. Ejus extant plura in rem ordinis sui, theologiæque studiosos nec vulgaria merita. Nempe edidit:

In Theologiæ Summam D. Thomæ Aquinatis marginales notas, & indicationes omnium cujuscumque generis auctorum, quos ille non laudato loco adducit, testimoniorum, unde unumquodque petitum sit: quo quidem in labore adjutum se a schedis eruditi cujusdam sodalis Bruxellensis ingenue fatetur. Notæ istæ *Partibus* Romæ excusis affixæ sunt, atque item Plantinianæ editioni, nec tamen sine nostri querela quod epistola ipsius nuncupatoria & ad lectorem alia, ex quibus laboriosæ hujus observationis dignosci voluit se esse auctorem, incuriane an malignitate? ab editione hac posteriori exulare jussæ sunt. Lugdunenses quidem in editione anni 1575. alteram epistolam sine auctoris nomine, quod tantumdem est, apposuere.

In Quæstiones ejusdem S. Doctoris *disputatas, & quæ his conjungi solent*, similes *notas*. Antuerpiæ apud Bellerum 1571.

Catenam auream D. Thomæ super IV. Evangelia recognovit, cum antiquissimis exemplaribus conferens, nitorique suo restitutam paribus in margine *notis* illustravit, typisque Plantinianis edidit. Item Parisiensibus 1577. in folio.

Ejusdem *Angelici Doctoris in Genesim commentaria*, reperta a se in quodam cœnobio fratrum Minorum apud insulam Flerim, typis commisit in Belleri officina, quæ deinde Lugduni Parisiisque prodierunt. Dicavit hoc opus noster Medinæceli duci, per id tempus Belgii gubernatori designato.

Chronicon fratrum Prædicatorum. Parisiis 1585. in 8. Simulque:

Bibliothecam ordinis fratrum Prædicatorum: hoc est de illius scriptoribus.

De Evictione Religiosorum: universa quæ ad absolutam religionis formam spectant exactissime comprehendens. Lovanii 1571. in 12.

Homilia, seu meditationes quasdam Henrici Lusitaniæ Infantis Serenissimi, S. R. E. Cardinalis ex vulgari in Latinum vertit unaque cum *Humberti tractatu de tribus essentialibus votis Religionis*, atque *duabus* aliis *concionibus*, ut justum esset volumen: publicavit Lovanii 1575.

Vitas SS. Patrum ordinis Prædicatorum ex Surio Carthusiano selegit, atque edidit Lovanii 1575. & Parisiis 1585.

Librum fratrum Prædicatorum ordinis inter illos doctrina Virorum insignium nomina, & eorum quæ scripto mandarunt opusculorum titulos, & argumenta complectentem. Parisiis 1585. in 8. sed hæc *Bibliotheca* est jam laudata.

Opusculum fratris Humberti V. Magistri Generalis ordinis Prædicatorum de Eruditione Religiosorum correxit ad exemplarium MSS. fidem, testimoniisque PP. quæ in illo citantur ad marginem illustravit, ediditque Lovanii apud Rutgerum Velpium 1576. in 16. alias 1575. in 8.

Edita hæc. Inedita sequuntur, de quibus testimonium dedit ipse in *Bibliotheca* sua:

Theologicum opus, in quo plures quæstiones præsertim De Fide.

De Quintuplici Hominis statu.

De comparatione Virtutum, & Vitiorum, magna ex parte jam confectum eo tempore quo de se id enuntiabat opus.

Anonymum alium *librum* similiter *Theologicum*, de cujus inscriptione adhuc deliberabat.

Vitam Serenissimæ Joannæ Principis, Alphonsi & Elisabethæ Lusitaniæ Regum filiæ, monialis Dominicanæ collectam a se ex quibusdam annalibus, in linguam Latinam convertit: atque item Latinas fecit *Sancti Petri Gundisalvi, Sancti Gundisalvi Amarantei*, ac *B. Petri conversi vitam & res gestas.*

Chronicon generale ab anno Christi M. usque ad suam ætatem.

Librum Divi Thomæ Commentariorum in Machabæos, una cum illis *in Genesim* a se repertorum editionem parabat, quam Antuerpiæ anno 1573. prodiisse legimus, simulque *Cæsarii Arelatensis Episcopi septemdecim sermonum ad Monachos*, quorum exemplum ex bibliotheca quæ Seripandi cardinalis fuerat Neapoli adeptus est.

Obiit Antonius Senensis anno MDLXXXVI. ut apud Alphonsum Fernandez, alium *Dominicanæ Bibliothecæ* confectorem, legimus.

F. ANTONIUS A CONCEPTIONE, Lusitanus, captivorum redemptor ex ordine Sanctissimæ Trinitatis, scripsit Lusitana lingua:

Martyrium septem Puerorum, qui pro veræ Fidei confessione in Marochiana urbe morti impensi sunt.

Te-

Testem habeo Joannem de Figueras in *Chronico* hujus ordinis pag. 408. & Georgium Cardosum in *Agiologio* die xx. Maii, qui Marrochii auctorem decessisse refert, nuncupasseque hunc librum nuper laudatum Alberto Austriaco, Portugalliæ tunc proregi. Idem tribuit ei Lusitanum aliud opus de miseriis captivitatis Lusitane sic appellatum:

Tratado que contem o miserrimo estado de escravidaõ.

ANTONIUS CORDESES, Catalanus ex oppido Olot dioecesis Gerundensis, Jesuitarum sodalis, quem non mediocriter celebrant domestici magnæ in Deum pietatis, & in proximos caritatis nomine, Aragoniæ provincialis præfectus, edidit Philippo Alegambio teste:

Catecismo. Valentiæ. Nisi idem opus sit cum sequenti:

Catecismo, o Suma de la Religion Christiana: quem ex Gallico P. Edmundi Augerii in Hispanicum vertit Laurentius Palmirenus, Cordesius vero noster correxit locupletavitque, atque edidit Matriti apud Franciscum Sanchez 1575. 4.

Itinerarium Perfectionis Christianæ. Florentiæ tacito auctoris nomine: expresso autem Messanæ 1626. ab aliquo in Latinum conversum cum ipse Hispane scripserit.

MS. reliquit:

Tratado de las tres vias, Purgativa, Iluminativa, y Unitiva, quem vidi anno MDCLIX. in bibliotheca collegii Tarraconensis Societatis Jesu.

De la Mortificacion: *De la Oracion*: *De los siete Sacramentos*: *De los Preceptos del Decalogo*: *Luz del Alma.*

Obiit præpositus domus professæ Hispalensis anno MDCI. ætatis LXXXII.

F. ANTONIUS DE CORDUBA, nescio an sic dictus quod natalibus ex ea urbe fuerit, Franciscanorum fratrum sodalis qui communem observantiam sectantur in Castellæ provincia, ejusdemque semel atque iterum post alia obita inferioris ordinis munera provincialis minister, ad regularis disciplinæ laudem incredibile sacrarum literarum studium adjunxit. Erat enim dum viveret, ut idoneus quidam atque ei æqualis testis loquitur, *tanquam Pythium quoddam Theologiæ oraculum, ad quem omnes auxilii & consilii gratia ventitabant, ut veluti inter Pytagoreos sic jactaretur: Ille dixit.* Adeoque studiis invigilare solitus dicitur ut raro post matutinarum precum vigilias, ut in more est ceterorum, captaturus de novo somnum lecto se traderet, imo id totum quod ad lucis adventum usque esset temporis evolvendis libris insumeret, quod Franciscus Gonzaga in eo opere scripsit quo *de Origine Franciscani ordinis, & progressibus* tractat. Antonii opera hæc sunt:

Quæstionarium Theologicum, sive Silva Casuum Conscientiæ. Hoc quinque partes continet:

I. *Est de variis quæstionibus*:

II. *De Ignorantia*:

III. *De Conscientia*:

IV. *De Fide, & Ecclesia, & Potestate Papæ.*

V. *De Indulgentiis.* Toleti 1578. Ingolstadii 1593. Demum Venetiis apud Baretium de Baretiis 1604.

Ex his quædam seorsim prodierunt: nempe.

Arma Fidei, sive loca communia, & fundamenta generalia ad omnes Hæreticos convincendos de suis erroribus, quæ apud ipsos etiam indubitata sunt, fidei principiis: ad Bernardum Fresnedam Conchensem episcopum. Compluti apud Andream de Angulo 1562. in 8. Quod idem opus est cum eo, quod *de Fide, & Ecclesia &c.* in *Quæstionario* prodiit.

De Indulgentiis: etiam Compluti editum est ab Joanne Brocario 1554. Ingolstadii 1582. & 1585. & iterum 1592.

Deinde & alia a primo hoc opere diversa, scilicet

Expositio Regulæ Fratrum Minorum. Lovanii 1554. Matriti 1616. Parisiis 1621. 8.

Additiones in Compendium Privilegiorum Fratrum Minorum Alphonsi de Casarubios, quæ una cum *Compendio* ipso vulgatæ sunt Neapoli 1595. 4. Venetiis 1603. 4.

Annotationes in Dominicum Sotum de Ratione tegendi, & detegendi Secretum. Compluti 1553. Nempe hujus argumenti libellum editurus jam fuit nisi anteverteret Sotus, cujus tamen operæ voluit operam suam in *Annotationes* transformatam attexere.

De Detractione, & famæ restitutione libellus, una cum superiore editus apud Joannem Brocar Compluti 1553. 4.

Commentaria in quatuor libros Magistri Sententiarum. 1569. Compluti ut credimus. Hujus meminit Waddingus.

Vernacula quoque lingua:

Tratado de Casos de Conciencia. Toleti 1584. in 8. & 1575. 8. Compluti 1592. Cæsaraugustæ 1561. 8.

De Conceptione B. Virginis tractatum Antonii Cordubensis laudat frater Joannes a Carthagena in *Arcanis Deiparæ* lib. I. homilia V.

Expositionem Casuum Prælatis reservatorum Antonius noster MS. reliquit. Incipit: *Quot, & qui sunt, &c.* item Hispane.

Texto del Derecho Canonico, y de su division. Incipit: *El decreto tiene tres partes.* De quibus monuit me P. Haroldus in *Supplem.* *Wad-*

Waddingi. Jacet Antonii Cordubensis corpus in monasterio Guadalaxaræ urbis.

ANTONIUS CORDUBA DE LARA, Cordubensis, in Salmantina academia & studio utriusque juris per viginti annos versatus, Bartholomæani majoris collegii toga, atque adeo academica Licentiæ (ut vocant) laurea ornari meruit. Hispalensis mox prætorii auditor seu judex fuit anno MDLXXIV. renuntiatus. Quo onere ut dignum se Didaco Covarrubiæ, supremi tunc Castellæ senatus præsidi, atque antistiti Segobiensi ostenderet, commodum præstiterat edito, eidemque nuncupato, commentario:

In Legem Si quis a liberis, ff. de Liberis agnoscendis, sive de re alimentaria. Hispali 1575. folio. Venetiisque 1580. folio.

Regium postea creatum curiæ Granatensis senatorem anno hujusmet sæculi octuagesimo in libro quodam Bartholomæani collegii, seu catalogo illius sodalium lego. Quod munus gerens de vita abiit.

ANTONIUS CORONEL, Segobiensis, professor philosophus in urbe Parisiorum, atque in collegio gymnasioque Montisacuti Ludovici germani fratris collega, Caroloque Imperatori Augusto a concionibus sacris fuisse dicitur. In philosophica re secundum illius ætatis captum, quæ quidem, ut Agellii verbis utar, *syllogismorum captionumque dialecticarum laqueis strepebat*, hæc elucubravit, scilicet:

Tractatum Syllogismorum. Parisiis apud Ascensium 1517. Eum credo, cujus aliqua pars (subindicante, libelli saltem ostenso nomine, auctorem Ludovico Vive cum scriberet in *Pseudo-Dialecticos*) intempestive, & inter pocula ad thermas S. Martini, eo cum aliis sodalibus præsente, simulque his data opera cantillantibus ut auctori obstreperent, concepta, atque abortiva edita fuit.

Tractatum Exponibilium: ad fratrem Franciscum Fernandum Coronel, quem *animi generositate & rei militaris disciplina eruditissimum* vocat. Parisiis apud Dionysium Roce 1511. in folio.

Rosarium Logices. Parisiis 1517.

In Posteriora Aristotelis Commentaria. Parisiis. Item Lugduni 1529. in folio.

Quæstiones Logicas secundum viam Realium, & Nominalium, hoc est ad Porphyrii Prædicabilia, & Aristotelis librum Prædicamentorum. Parisiis 1509. per Olivar. Cenaut, & Compluti 1540. folio.

De Consequentiis, librum a se scriptum advocat ipse in *Rosario logico.*

Floruit circa annum MDX.

Marinæus Siculus lib. XXV. *de Memorabilibus Hispaniæ* insigni ornavit elogio duos hosce fratres, ac de Antonio ait: *Antonius autem, qui fuit post Ludovicum secundus, motus zelo & amore Christianæ religionis & Catholicæ fidei secessum elegit, ubi contra Lutheranam hæresim scriberet, ubi supra vires humanas se se fatigans in adversam incidit valetudinem, qua nimirum conflictatus a vita discessit.*

D. ANTONIUS CORRAL ET ROXAS, edidit:

Expulsion de los Moriscos de Valencia. Pinciæ 1612. in 4.

F. ANTONIUS CORREA, Lusitanus, ex Trinitariorum quos vocant Religiosa familia, laudatur eo quod scripserit:

Fama postuma do Venerabel Padre Fr. Antonio da Conceiçaõ. Meminit Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano* die V. Maii lit. n. & die XI. lit. c.

ANTONIUS CORREA DE SAA, Lusitanus. *Senator Regius* (ait Emmanuel Caldas Pereira in nuncupatoria epistola operis sui *De Nominatione Emphiteutica*) *jurisconsultus excellentissimus*:

In libros V. ordinationum Criminalis Fori, & judicialis Aulæ, quamdam veluti Isagogem eleganti stylo, & multis Rhetorum flosculis aspersam dextro omine auspicatus, postquam prælo suas vigilias commiserat, paucis paginis absolutis, decessit. Hæc ille, adjungens tamen, quod non satis video quo modo componam cum superiore nota de editione: *viri hujus nullum opus perfectum extat præter fragmenta quædam eximium futuri operis argumentum.*

D. ANTONIUS COSTA, Aragonensis, toparcha de Corbinos, Ballestar, & Pallarols, eleganti brevitate multa ex rerum usu collecta præcepta complexus, scripsit:

Vida de Numa Pompilio, segundo Rey de los Romanos, escrita por texto de Plutarco, y ponderada con discursos. Cæsaraugustæ apud heredes Petri de Lanaja 1667. in 8.

D. ANTONIUS DE COVARRUBIAS ET LEYVA, Toletanus, Didaci Castellæ præsidis germanus frater, non civile tantum jus magna cum sui nominis laude professus fuit in academia Salmanticensi, sed insignem totius antiquitatis cognitionem, perfectissimamque Græcæ linguæ notitiam habuisse dicitur. Siquidem Andreas Scotus Græce & ille doctissimus harum literarum *doctiorem eo in Hispania neminem* vidit. Ad Tridentinam synodum cum fratre missus, reversus inde jus dixit inter supremi senatus Castellæ togatos

pa-

patres, quo in munere excellentem memoriam cum doctrina conjunctam, eloquendique venustatem ante alios Regi suo commendavit adeo ut, Scoto eodem affirmante, instar omnium ei fuerit; sed tamen cum factus esset propter auditus tarditatem huic parum idoneus muneri, sacro in collegio Ecclesiæ Toletanæ canonicus & Scolarcha, quæ dignitas academiæ præfecturam continet, ab eodem magno Rege, eodemque singulari doctorum hominum fautore collocatur. In qua vixit studiis assidue vacans, firma valetudine, & ingenti corporis forma usque ad LXXVIII. ætatis annum, diu fratri superstes. Scripsit:

Derecho que el Señor Rey Felipe II. tuvo a la Corona de Portugal. MS. cujus operis etiam Scotus meminit.

Moliebatur (idem ait Scotus) *in Aristotelis Politicorum libros octo commentarium, & quidem post Sepulvedam, Victorium, & Perionium, quem ab heredibus asservari arbitror, & utinam lucem aspiciat!*

Didacum fratrem in *Variarum Resolutionum* libris concinnandis adjuvisse dicitur, egregiis humanitatis observationibus & notis. Obiit stranguria oppressus & nausea XII. kal. Januarias anni MDCII. Granatæ eumdem Pinciæque gessisse munus senatoris, antequam in Regiam curiam evocaretur, alicubi lego. *Omnis antiqui juris, Philosophiæ, Græcæque linguæ peritissimus* audiit iterum ab Andrea Scoto in *Præfatione Pomponii Melæ* editionis. Idem initio *Notarum ad Suasoriam primam Senecæ* locum huius auctoris restitutum ei referens *hominem* vocat *omni doctrinæ genere, & juris scientia excellentem.* Sicut *Hispaniæ suæ magnum lumen* Justus Lipsius in epistola ad eum data, quæ LXXVII. est *Centuriæ ad Italos & Hispanos.*

Joannes Grialis item in prooemio ad editionem Matritensem *S. Isidori Hispalensis operum* refert Alvarum Gomezium in emendandis hujus *Originibus* egregia usum fuisse opera Antonii Augustini archiepiscopi Tarraconensis, Petrique Ciacconi Toletani & aliorum, *in primisque* (verba Grialis subjungimus) *Antonii Covarrubiæ nostrorum omnium quotquot fuere undecumque doctissimi & elegantissimi viri communicatione.* In elogio Didaci Covarrubiæ verba producimus D. Balthasaris Sebastiani Navarri ex *epistola in laudem Thesauri Castellanæ linguæ* ad Dominum Sebastianum de Orozco & Covarrubias ejus auctorem directa, quæ una cum opere isto edita fuit, ubi exaggeratissime Antonii nostri eruditionem laudat. Justus Lipsius iterum *cent. I. epist. XLV.* ad Andream Scotum data, de literis sibi ab Antonio Covarrubia nuncupatis ita censet: *Deus bone! quæ illa ad me epistola! mentior si ab aliquot annis literas vidi magis literatas. Imbutum profecto arcana doctrina pectus illud oportet quod promittam docta.*

ANTONIUS CRESPIN, edidit:

Destierro de Ignorancias. Cæsaraugustæ 1587. in 4.

ANTONIUS DE CRUCE, Lusitanus, Olisiponensis, materno idiomate scripsit laudatus a Zacuto:

De Chirurgia. Olisipone 1608.

F. ANTONIUS DE CRUCE, scripsit:

Peregrinacion del Alma a la Celestial Jerusalem. Matriti 1668. 4.

D. ANTONIUS CUELLO, Matritensis, eques Divi Jacobi, D. Francisci a Cueva, Albuquercii ducis excellentissimi qui Siciliæ nunc præest, domesticus, editis aliquot Hispanis *Comœdiis* non vulgariter placuit. Extinctus est virilem adhuc ætatem agens circa annum MDLII.

F. ANTONIUS DAVILA, Augustini Davila Padilla germanus frater, Dominicanus provinciæ Mexici ut in *Historia Ordinis Prædicatorum* lib. IV. cap. LV. quartæ partis lego, scripsit:

Arte para saber la lengua Mexicana.

Videri potest laudatus Augustinus in *Historia* sua *Provinciæ Mexicanæ Ord. Prædicatorum* lib. II. cap. ult.

F. ANTONIUS DAZA, Pinciæ ortus, apud Franciscanos Religiosam vitæ normam professus, minister fuit provinciæ Conceptionis & custos, quæ modestissimæ in hac familia honorum nuncupationes sunt, Pincianique cœnobii præfectus. Negotia ultramontanorum omnium sibi concredita, munus gerens ut vocant Procuratoris & Commissarii Generalis, in curia sub Gregorio XV. P. M. tractavit. *Vir*, (ut Lucæ Waddingi verbis utar, hominem sibi dum Romæ ageret amicitiæ nexu conjunctissimum celebrantis) *pius, ac disciplinæ regularis observantissimus, vitæ solitariæ, paupertatis & orationis perquam sitibundus, sui instituti ferventissimus zelator, conscribendis præcipue domesticis rebus memoriæque posterorum commendandis mancipavit animum stilique operas, hæc utilis curæ monumenta relinquens:*

Historia de las llagas de S. Francisco. Matriti 1612. 4.

Discurso de la Purisima Concepcion de Nuestra Señora. Matriti 1621. & 1628.

Vida del Bienaventurado P. F. Pedro Rega-

galado. Ibidem apud Joannem Laſſo de las Peñas 1627. in 12. Quam recognoviſſe notiſque illuſtraſſe D. Franciſcum de Ocampo, S. Claræ Neapoli conſiliarium, ait Waddingus, Mediolanique edidiſſe anno 1634. 4.

Vida de Sor Juana de la Cruz de la Tercera orden de San Franciſco. Matriti 1613. in 4. apud Ludovicum Sanchez. Italis communicavit Paulus Bruſantinus, Trevigiique edidit Angelus Rhegetinus 1619. in 8.

Quarta parte de las Chronicas de la orden de S. Franciſco, ſive continuationem hiſtoriæ Minorum a Marco Uliſiponenſi, Portus in Luſitania epiſcopo, hucuſque perductæ. Pinciæ apud Joannem Godinez 1611. in folio.

Exercicios eſpirituales para los que viven vida ſolitaria: quæ quidem Italice non ab uno traducta prodiiſſe Romæ apud Bartholomæum Zannetum 1616. in 16. auctioraque in 8. cura patrum provinciæ Mediolanenſis, Mediolani apud Philippum Giſulphi 1643. Waddingus ſcribit.

Exercitia item *ſpiritualia S. Franciſci*: Romæ excuſſa anno 1625. in 16. & etiam Hiſpanice, laudat Petrus Alva in *Militia Conceptionis.*

Excelencias de Valladolid: quem librum neſcio an ediderit foras. Certe D. Thomas Tamajus in *Collectione librorum Hiſpanorum,* nil de editione addens ſic inſcribit: *Grandezas de Valladolid, y Vida del Venerable Padre F. Pedro de Villacreces*; quæ abſque dubitatione diſtincta ſunt, ſimul tamen compacta.

Vida de Juan Duns Scoto. Hanc apud ſe eſſe ait Petrus Alva.

Teſoro de la Inmaculada Concepcion de Nueſtra Señora: collectum ex variis opuſculis MS. apud eumdem Alvam qui affirmat in *Militia Conceptionis.*

F. ANTONIUS DELGADO TORRENEIRA, ordinis Minorum provinciæ Caſtellæ, vicarius, & a ſecretis præpoſito Franciſcanæ familiæ in partibus Indiarum, cum in Olcadibus (Ocaña hodie vocant) ſodalibus ipſe præeſſet, edidit:

Vitoria de sí miſmo. Matriti apud Thomam Junti 1595. in 8. Edidit item:

Regla, y arancel de Prelados. Toleti apud Thomam de Guzman 1598. in 8. Reperio etiam idem forte opus alio titulo: *Aviſos, y documentos para Prelados.* Toleti apud eumdem 1579. in 8.

Latiali quoque ſermone:

De Milite Chriſtiano.

ANTONIUS DIAZ, Legionenſis, preſbyter, elucubravit:

Vida de S. Ariſtobolo Zebedeo primero Obiſpo de Leon, ad Joannem Toletanum hujus urbis præſulem. Legione apud Auguſtinum Diaz de Valdivieſſo 1670. in 4.

ANTONIUS DIAZ, Hiſpanus domo aut certe origine cenſendus eſt, qui juriſconſultum Romanum Papæque Referendarium operi inſcribens ſeſe publicavit Romæ ut credimus, cum in libro quem vidimus in Barberina bibliotheca proſpectus deſit:

De Bello: *ſeu Diſputationem*, *An liceat Chriſtianis bellum gerere*, in 4.

F. ANTONIUS DE S. DOMINICO, Luſitanus, Conimbricenſis, in familia fratrum Prædicatorum ſplendidiſsima, gymnaſioque patriæ urbis ampliſsimo theologiam totis quadraginta annis, ex iiſque pluſquam viginti ex primaria cathedra, magno cum fructu & laude docens tempore ſuo valde fuit celebris. Extare ab eo referunt Alphonſus Fernandez in *Bibliotheca Dominicana*, & Joannes Lopezius Monopolitanus epiſcopus in *Hiſtoria Ordinis Prædicatorum* III. parte. lib. I. cap. LX.

As Vidas dos Santos da orden de S. Domingo; ſeu verius *Ordinis Chronicon*: cujus meminit & Georgius Cardoſus in *Agiologio Luſitano* XVIII. Martii pag. 223.

As IV. Poſtrimerias del hombre. Necnon & Latine:

Ad Partes omnes Summæ Theologiæ D. Thomæ Apoſtillam.

D. ANTONIUS DE DUEÑAS, juriſconſultus Matritenſis, & in eadem curia Regia cauſarum patronus, edidit, ſive cum additionibus propriis publicavit:

Axiomata Juris utriuſque, in quo opere deſudarunt Simon Barboſa, deinde Auguſtinus Barboſa, poſtremoque ante Antonium hunc Gabriel Alvarez de Velaſco. Matriti apud Didacum Garziam 1644. in 4.

ANTONIUS DURAN, ſtipendiorum plurium apud Indos, & Orientalem qui a Luſitanis luſtratur orbem miles, ſcripſit:

Cercos de Mozambique defendidos por D. Eſtevan d' Atayde Capitan General, y Governador de aquella plaza. Matriti 1633. 4.

F. ANTONIUS DE ENCARNAZAON, vide DE INCARNATIONE.

ANTONIUS DE ESCALANTE, edidit:

Auxilio Real de los Pobres. Matriti 1637.

ANTONIUS DE ESCOBAR, Pincianus miles in Luſitanica ſub mortem Henrici Regis expeditione, retulit in commentaria:

La

La felicissima Jornada de la Mageſtad del Rey D. Felipe II. en la conquiſta del Reyno de Portugal. Valentiæ 1586. in 4.

F. ANTONIUS DE ESCOBAR, Luſitanus, Conimbricenſis, ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, ſcripſit Luſitanorum idiomate:

Chriſtais da Alma. Oliſipone apud Joannem da Coſta 1676.

A Vida do Cõdeſtable D. Nuno Alvarez Pereyra: cujus forte auctor fuit Gaſpar dos Reis, Carmelita.

Novelas de Gerardo. Oliſipone.

ANTONIUS DE ESCOBAR ET MENDOZA, domo Pincianus, Societatis Jeſu ſacerdos, multa lectione ac diligentia vir, quem concionatoris egregii laude exornat auctor *Bibliothecæ Societatis* minus recte eum Burgenſem natu referens: quamplura induſtriæ ſuæ documenta publicitus dedit, ſtudioſorum theologiæ moralis, expoſitivæ, concionatoriæque progreſſus inſigniter promovens. Nimirum vernacule:

Examen, y practica de Confeſores, y Penitentes. Quod quidem opus ob utilitatem & commodam brevitatem ſæpius excuſum, trigeſimum jam nonum prelo ſubjectum dicitur anno 1647. in 12.

Necnon verſibus juventutis opus unum & alterum:

San Ignacio de Loyola, Poema heroyco. Pinciæ apud Franciſcum Fernandez 1613. in 8.

Hiſtoria de la Virgen Madre de Dios deſde ſu puriſima Concepcion haſta ſu glorioſa Aſuncion, Poema heroyco. Pinciæ apud Hieronymum Murillo 1618. in 8. Deinde hoc titulo, *Nueva Jeruſalem Maria.* Ibidem 1625. in 16.

Latine vero:

In VI. caput Joannis De Auguſtiſsimo ineffabilis Euchariſtiæ arcano, moralibus myſticiſque annotationibus reſerato. Pinciæ 1624. folio.

Ad Evangelia Sanctorum Commentarios Panegyricis moralibus illuſtratos. VI. tomis, quorum:

I. *Lignum Vitale, Chriſti vita* inſcribitur: prodiitque ex officina Lugdunenſi Petri Proſt 1642. in folio.

II. *Lignum Vitale, Chriſti ſolemnia.* Ibidem eodem anno.

III. *Lignum Vitale, Maria Deip.* Ibidem.

IV. *Lignum Vitale, Apoſtoli.* Lugduni 1648. in folio.

V. *Religionum Fundatores.* 1648. in folio.

VI. *Lignum Vitale, Angeli, Martyres, Confeſſores, divæ Fæminæ, omnes Divi, Defunctorum obſequia.* Ibidem 1648. in folio.

In Evangelia temporis Commentarii panegyricis moralibus illuſtrati. Sex voluminibus. Lugduni apud heredes Petri Proſt, Philippi Borde, & Laurentii Arnaud in folio.

I. *Lignum Vitæ, Chriſti miracula*, anno 1647.

II. *Lignum Vitale, Chriſti perſecutiones*, eodem anno.

III. *Lignum Vitale, Chriſti Colloquia.* 1648.

IV. *Lignum Vitale, Chriſti Sermones.* 1649.

V. *Lignum Vitale, Chriſti profetiæ.* 1648.

VI. *Lignum Vitale, Chriſti parabolæ.* 1647.

Vetus & novum Teſtamentum literalibus & moralibus Commentariis illuſtratum. Novem voluminibus. Lugduni ſumptibus Philippi Borde, Laurentii Arnaud, & Petri Borde.

I. Continet *Quinque Libros Moſsis, Geneſim, Exodum, Leviticum, Numeros, ac Deuteronomium.* 1667. folio.

II. Complectitur *Libros Joſue, Judicum, Ruth, & Regum.* 1652. in folio.

III. *Librum I. & II. Paralipomenon, duos Eſdræ, Libros Tobiæ, Judithæ, & Eſtheris.* 1667.

IV. *Librum Job, & Davidis triplici volumine Pſalterium*, eodem anno.

V. *Quinque Sapientialium libros, Proverbia, Eccleſiaſten, Canticum Canticorum, Sapientiam, & Eccleſiaſticum*, eodem anno.

VI. *Prophetas maiores*, eodem anno.

VII. *Duodecim Prophetas minores & Machabæos*, eodem anno.

VIII. *Commentarii literales & morales in Novum Teſtamentum. Continet Evangelia & Acta Apoſtolorum*, eodem anno.

IX. *Continet D. Pauli Epiſtolas, & Joannis Apocalypſim*, eodem anno.

Sermones Veſpertinales. Lugduni in 4. excuſſos audio.

Librum Theologiæ moralis, XXIV. Societatis Jeſu Doctoribus reſeratum, quem in examen Confeſſariorum digeſsit Antonius de Eſcobar, & Mendoza. Ita fert editio Lugdunenſis 1646. in 8. niſi idem opus ſit cum *Examine Confeſſariorum* jam laudato.

Univerſæ Theologiæ moralis Problemata, duobus tomis: prior *Generalia principia*: poſterior *De Sacramentis, Baptiſmo, Confirmatione, Euchariſtia, Pœnitentia* agit. Lugduni in folio 1652. Quos ſequuti alii ſunt ita inſcripti:

Univerſæ Theologiæ moralis receptiores abſque lite ſententiæ, necnon controverſæ diſquiſitiones: tomus III. duabus partibus conſtans, quarum altera *De Jubilæis, De Euchariſtia, De Miſſæ Sacrificio, De Extrema Unctione, & De Ordine*: poſterior *De Sponſalibus, & Matrimonio* agit. Lugduni apud Philippum Borde 1663. folio.

Ejuſdem volumen IV. *ſuper Decalogi præcepta.* Ibidem eodem anno.

Ejusdem Theologiæ Moralis volumen v. duabus partibus : quarum prior *Justitiam & Jus*, sive *Contractus* : altera *v. Ecclesiæ præcepta* exponit.

Ejusdem volumen vi. duabus partibus, quarum prior *De Virtutibus Theologicis* : altera *de Censuris Ecclesiasticis* concepta est. Ibidem eodem anno.

Ejusdem volumen vii. & ultimum *De triplici Statu Ecclesiastico, Regulari, & Sæculari.* Ibidem eodem anno.

Summulam Casuum Conscientiæ. Pampelone apud Joannem de Oteiza 1626. in 16.

Advenit nuper Romam, ubi hæc annotamus:

In Canticum Commentarius, sive de Mariæ Deiparæ elogiis. Lugduni typis Laurentii Arnaud & Petri Borde 1669. in folio. Cujus operis promittit auctor, septuaginta fere natus annos hoc tempore, alteram partem, qua de ejusdem Deiparæ conceptu immaculato idem *Canticum* exponere debebit. Ornat quidem editionem hanc auctoris effigies, ut alias, sed cum hac epigraphe : *Antonius de Escobar & Mendoza, Soc. Jesu, fere septuagenarius, post quadraginta tria volumina edita alia undecim digerit.* Quo viso dolendum nobis fuit omnium fertilissimi pectoris fructuum rationem *Bibliothecæ* huic constare nostræ nondum potuisse.

Cessit e vivis Vallisoleti iv. Julii MDCLXIX. ætatis suæ LXXXI.

ANTONIUS DE ESLAVA, Navarrus, ex Sanguessa municipio, scripsit:

Primera Parte de las Noches de Invierno. Pampelone apud Carolum de Labayen 1609. in 8. Bruxellis 1610. in 4. apud Rogerium Velpium.

F. ANTONIUS DE ESPINOSA, Dominicanus, dedit in vulgus:

In summulas Commentaria, ut refertur in *Historia hujus Ord.* p. III. lib. II. cap. XC. Forte idem qui dedit vernacula lingua:

Reglas de bien vivir, y menosprecio de mundo, y Lecciones de Job, 1552. in 4.

F. ANTONIUS DE FALA, Lusitanus, ita forsan ab oppido Fala Conimbricæ vicino nuncupatus, ordinis S. Dominici, scripsit vernacule:

A Vida de Santa Rainha Dona Horraca ou Urraca molher del Rey D. Afonso : editam anno 1569. Ubi ait se scripsisse *A Chronica dos Reys de Portugal.* Itemque:

A Vida dos Infantes que jaciam sepultados no Real Convento de Alcobaza. Videndus auctor *Monarchiæ Lusitanæ* quartæ partis cap. XIX. §. 2. & cap. XVIII. §. 2.

ANTONIUS FARFAN DE LOS GODOS, Hispalensis, ordinis S. Joannis Hierosolymitani, atque in eo commendatarius ut vocant atque Balliuus, edidit:

Discursos en defensa de la Religion Catholica contra la secta de los alumbrados. Hispali 1623.

Chronico. MS. vidit Rodericus Caro.

D. ANTONIUS FAXARDO, scripsit:

Resumen Historial de las edades del mundo. Genealogia Real, y Origen de las Religiones Eclesiasticas, y Militares. Matriti 1671. in 4.

D. ANTONIUS DE FELOAGA ET OZCOYDE, Navarrus, Pampilonensis, I. V. consultus, & ad Sancti Jacobi, quod ab erectore Archiepiscopo nomen sortitum fuit collegio, Salmanticensis academiæ sodalis, legumque Romanarum professor, præstanti ingenio & studiorum amœnitate conspicuus. Pinciæ Fiscalis advocati munere functus est, deinde etiam senatorio : unde in curiam ascitus patrocinium suscepit Regiarum rationum, cum advocatus Fisci, tum senator. Demum anno MDCLVII. advocatiam etiam Fiscalem aliam suscepit in supremo Indiarum concilio, non diu tamen ea fruiturus, quippe mors ei majorum spem intercepit. Edidit præter minuta alia:

Phœnicem Juridicam, sive unicam Relectionem ad cap. primum. De his, quæ vi &c. Pinciæ 1649. 4.

Ad l. Quisquis C. ad Leg. Jul. Majest. Pinciæ.

Variarum Quæstionum Juris volumen expectatur postumum.

Denatus est Matriti XXIV. die Novembris anno MDCLVIII. equestri Jacobæo stemmate ante aliquot annos suscepto, Francisci a Feloaga, Castellæ senatoris amplissimi, germanus frater.

F. ANTONIUS FEO, Lusitanus, ordinis fratrum Prædicatorum, quem in monasterio suscepit urbis Olisiponensis : sacrarum literarum cognitione, habendique pro dignitate ad fidelem populum de verbo Dei conciones eximia laude suo tempore claruit. Extant ab eo Lusitanica lingua:

Tratados Quadragesimais e da Paschoa. Olisipone apud Georgium Roderici 1612. folio. Hos cum Thomas Antillon Albarracinensis, tum etiam Franciscus Morago, ex Mercenariorum redemptionis captivorum ordine, in Castellæ proprium idioma verterunt. Editæ sunt hæ versiones Ilerdæ 1613. Pinciæque 1614. folio. Gallice quoque prostant in 8.

Sermoes de Nossa Senhora. Olisipone 1615. in folio.

Tra-

Tratados das festas, e vidas dos Santos: duabus partibus. Olisipone apud Petrum Craesbek 1612. & 1615. in folio. Hos etiam interpretatus est nostro idiomate Castellano D. Alphonsus Mexia Galeote, Beaciensis, editque Beaciæ apud Marianam de Montoya 1617. folio.

Sermoẽs dos Santos Apostois, & da Santa Cruz.

ANTONIUS FERNANDEZ, Lusitanus, Olisiponensis, Jesuita, in Æthiopiam devectus anno MDCIV. ad salutem Æthiopum procurandam scripsit:

Flagellum mendacii, sive De erroribus Æthiopiæ tractatum: typis Æthiopicis, quos Urbanus VIII. ad Alphonsum Mendez Æthiopiæ patriarcham submisit, Goæ excusum anno MDCXLII. in 4. Chaldaico sermone.

De Immunitate Ecclesiastica libellum Æthiopice.

Opus sex dierum: eadem lingua.

Instructionem de Jejunio, eadem lingua: in quam & convertit *Rituale Romanum*: cui addidit *Ordinarium, & Cæremoniale Missalis cum aliquot Missis pro festis præcipuis, &c.* Et *Calendarium festorum mobilium juxta computum anni Æthiopici* ut cum Romano conveniat.

Item Æthiopice dedit:

Præcepta pro audiendis confessionibus.

Vitam Mariæ Virginis, ut asserit Joannes Nadasi in *Annalibus Marianis Societatis Jesu*, num. 1133.

Librum Synodorum. Emendavitque ex parte librum, cui titulus est *Fides Patrum.*

Obiit Goæ MDCXLII.

ANTONIUS FERNANDEZ, Lusitanus, Conimbricensis, Societatis Jesu, doctor theologus, & apud Eborenses in publico gymnasio Bibliorum sacrorum interpres. Ad Indos transiit, Goæque domum professorum rexit; unde reversus in patriam diu concionatoris munere functus laudabiliter fuit. Edidit multorum annorum opus:

Commentarios scilicet *in visiones Veteris Testamenti cum paraphrasibus capitum, e quibus eruuntur.* Lugduni tum anno 1617. tum anno 1622. folio, typis Jacobi Cardon &c.

Reliquit etiam:

Commentarios MS. *in Isaiam Prophetam.*

Obiit Conimbricæ XIV. Maii MDCXXVIII.

ANTONIUS FERNANDEZ, Lusitanus, vernacule scripsit:

Descricaõ de entre Douro e Minho. Fr. Emmanuel a Resurrectione.

D. ANTONIUS FERNANDEZ ALVAREZ DE MIRANDA, canonicus Legionensis, natus in oppido Benllera ejusdem dioecesis, edidit.

De la Antigüedad de la milagrosa Imagen de Nuestra Señora de Campo Sagrado.

ANTONIUS FERNANDEZ DE CORDOVA, ex eadem urbe, Jesuitarum sodalis, edidit:

Instruccion de Confesores: tribus partibus. Granatæ in officina Martini Fernandez Zambrano 1621. in 12.

Obiit Granatæ anno MDCXXXIV.

ANTONIUS FERNANDEZ DE GUEVARA ET ADORNO, dedit in lucem:

Dominicæ Passionis octo supra quadraginta Homilias. Matriti 1636. in 4. Venetiisque apud Christophorum Thomasium 1637. in 4.

ANTONIUS FERNANDEZ DE MOURA, Lusitanus, Bracharensis presbyter, D. Alexio Menesio, Indiæ Orientalis olim primati, cum exinde metropolitanæ huic totius regni maximæ sedi præesset a sacris & a concionibus, scripsit:

Examen Theologiæ moralis, quatuor partibus. Prima est *De Præceptis Decalogi.* Secunda *de Mandatis Ecclesiæ.* Tertia *de ejusdem Sacramentis.* Quarta *de Materia Peccatorum.* In calce adjungitur *De operibus Misericordiæ.* Bracharæ 1613. 4. Coloniæ apud Petrum Henn. 1616. 8. Lugduni 1620. in 8. Olisipone 1625. Iterum Olisipone & Lugduni apud Claudium Larjot 1627. 8. tertioque 1648. Rothomagi 1639. Coloniæque 1641.

ANTONIUS FERNANDEZ DE OTERO, in oppido Mogro natus, quod in montanis Sanct-Andreanis territorii sacri Burgensis est, Pinciæ cum e cathedra, tum in causarum forensium defensione jura pertractans, atque item canonicus doctor, edidit:

De Pascuis, & Jure pascendi tractatum in duo volumina divisum. Pinciæ 1632. in folio.

Hujus credo fratres erant germani ejusdem cognominis duo, qui hoc ipso tempore quædam in literas retulerunt, Alphonsus Fernandez, & Hieronymus Fernandez de Otero, canonicus ille Doctoralis Pincianus, alter Fidei quæsitor Hellerenensis.

ANTONIUS FERREIRA, Lusitanus, doctor sacræ theologiæ, edendum reliquit postumum opus, scilicet:

Nuevas advertencias a la letra, y moralidad de los Evangelios de Quaresma de Miercoles, Viernes, y Domingo. Matriti 1657. urgente operas typographicas Gaspare Escala-

da

da & Castillo Medinensis Ecclesiæ canonico.

ANTONIUS FERREIRA, Lusitanus, Olisiponensis, dum Conimbricæ studiis humanioribus ac prudentiæ civili daret operam, excitante Francisco Saa de Miranda, egregio Lusitanorum poeta, musas & ipse excoluit: nec factus senator Regius (Desembargador vulgo audit) dedignatus est severiora interim studia cum earum delitiis & amœnitatibus laudabiliter commutare. Vixit sub Sebastiano Rege, obiitque immatura morte, filio relinquens curam ea edendi quibus invideri publica lux typorum minime debuit. Hic tamen pene infans relictus, non nisi quadraginta jam natus annos exequutus fuit propositum communicandi cum posteritate lucubrationes parentis metricas & elegantiæ plenas, spirituque & animositate vigentes poetica. Exierunt tandem hoc titulo:

Poemas Lusitanos do Doutor Antonio Ferreira dedicados por seu filho Miguel Leite Ferreira ao Principe D. Felipe nosso Senhor. Olisipone apud Petrum Craesbek 1598. in 4. Nempe *Sonetos. Odes. Eclogas. vn Epithalamio a os Principes de Parma Alexandro Farnesio, y D. Maria de Portugal. Cartas* duos libros. *Epitaphios. Castro, Tragedia.*

Didaci Bernardez poetæ eximii, ejusdem gentis, elegia de Ferreiræ obitu digna quidem lectu est.

F. ANTONIUS FERRER, Valentinus patria, Joannis filius (quem in Algeriensi captivitate hera ejus adversus constantem propositi non temerandæ cum infideli castitatis irritata fustibus occidi fecit) Excalceatorum provinciæ S. Joannis Baptistæ ordinis Minorum familiam eximia virtutum Apostolicarum dignitate decoravit. Concionibus tam in templis quam sub dio habitis, & in pœnitentiæ sacramenti administratione innumeris mortalibus viam salutis munivit, Christiana humilitate ac prophetico spiritu doctrinam mirabiliter commendantibus. Scripsit:

Arte de conocer, y agradar a Jesus. Oriolæ apud Ludovicum Beros 1620. 4.

Sodalibus præfuit guardianus, & provinciæ minister: de quo agit in *Historia hujus provinciæ* Antonius Panes.

ANTONIUS FLORES DE BENAVIDES, Beaciensis decurio, equestris rei & artis non mediocriter ut fama est peritus, sive ad status formam protensis sive ad sessionis contractis genibus equo veheretur. Ex Italico ad idioma nostrum transtulit:

Las Reglas de la Cavalleria de la brida, y para conocer la complexion, y naturaleza de los Cavallos, y doctrinarlos para la guerra, y servicio de los hombres, de Federico Grison Napolitano. Beaciæ apud Joannem Baptistam de Montoya 1568.

Item ejus est:

El Tratado de la Tribulacion: quem Italicum olim scripserat, unde is desumpsit, N. Cacciaguerra. Beaciæ 1575. Ilerdæque 1582. apud Petrum de Robles in 8.

La Historia de Francisco Guichardino desde el año de MCDXCII. hasta su tiempo. Beaciæ apud Joannem Baptistam de Montoya 1581. folio.

ANTONIUS FONS, Catalanus, Urgellensis, inter Jesuitas puerorum institutioni vacavit, ediditque pro eorum commodo:

Fontem Verborum & Phrasium. Barcinone apud Sebastianum Matthæi 1637. Theologiæ fuit etiam professor, & collegii Urgellensis rector.

ANTONIUS A FONSECA, Lusitanus, Olisiponensis, medicæ artis doctor, scripsit tractatum:

De Epidemia febrili grassante in exercitu Regis Catholici in inferiore Palatinatu anno MDCXX. & MDCXXI. Mechliniæ apud Henricum Jaie 1623. 4.

F. ANTONIUS DE FONSECA, Lusitanus, Olisiponensis, in fratrum Dominicanorum religiosa & inclita familia sacrarum literarum notitia ac declamandi coram Christiano cœtu docte atque utiliter fama sic inclaruit ut e Conimbricensi schola, in qua profitebatur theologiam doctorali pileo conspicuus, Joannes Rex III. Portugalliæ in curiam vocaret, eique munus Regii concionatoris injungeret. Publici juris factæ ab eo sunt:

Annotationes in Thomæ de Vio Cajetani Cardinalis super Pentateuchum Commentaria; insuperque ejusdem *Cajetani vita*, quæ quidem una cum commentariis ipsis editæ sunt Parisiis apud Joannem Parvum 1539.

In libros etiam *Josue*, *Regum*, & *Paralipomenon* elucubrasse scribit auctor *Historiæ Dominicani Ord.* Hispanicæ parte III. lib. I. cap. IX. & parte IV. lib. III. cap. III. Meminit quoque Sousa in *Hist.* ejusdem *Ordinis Regni Portugalliæ* parte I. lib. III. cap. XXXVIII.

F. ANTONIUS DE FONSECA, Lusitanus, ordinis Minorum, Antonius de Fonseca Conde olim dictus, dum laicus adhuc militiæ addictus viveret, edidisse fertur *Varia Spiritualia opera*, & item *Poetica & Historica.* Cujus rei auctor nobis fuit Emmanuel de Resurrectione Augustinus reformatus

in

in additionibus ad catalogum Portugalliæ ſcriptorum Georgii Cardoſi.

ANTONIUS FRANCISCUS CARDIM, Luſitanus, ex oppido Viana diœceſis Eborenſis, Societatis Jeſu ſacerdos, Japonicæ provinciæ in Urbe procurator, cujus nomine plures expeditiones ſacrarum miſsionum in iiſdem Japonenſibus, Sinis, Siamenſibus, Cocinenſibus, Tanquinenſibus cum laude exercuit, ſcripſit:

Faſciculum e Japonicis floribus ſuo adhuc madentibus ſanguine. Romæ 1646. in 4.

Catalogum omnium in Japonia pro Chriſto interemptorum.

Mortem quatuor Legatorum ex Hiſpanico, ſeu Luſitanico, de quo jam dicimus.

Relationem glorioſæ mortis quatuor Legatorum Luſitanorum a Civitate Macao miſſorum in Japoniam cum LVII. *Sociis, Nangaſachii pro Chriſti fide capite plexorum.* Uliſipone 1643. in 4.

Relationem de Provincia Japoniæ Societatis Jeſu, oblatam Innocentio X. P. M. Romæ apud Andream Fei 1645. in 8. & Gallice Pariſiis 1645.

Deceſsit Macai die xxx. Aprilis MDCLIX.

F. ANTONIUS DE S. FRANCISCO, Matritenſis, ex Reformatis fratribus Deiparæ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum, Caſtellæ provincialis, ſcripſit:

Elucidarium Fidei: adverſus omnes hæreſes.

Sobre la Regla de San Aguſtin: Hiſpano ſermone. Duo hæc MSS. reliquit moriens Matriti circa annum MDCLI.

F. ANTONIUS FREIRE, Luſitanus, eremita Auguſtinianus, teſtante Thoma de Herrera in *Alphabeto Auguſtiniano* quatuor volumina ediderat. Nempe huic ego tributum video Luſitano ſermone:

Primor e Honrra da vida Soldadeſca no eſtado da India. Oliſipone 1630. Georgio Cardoſo auctore *Agiologii Luſitani.*

Manual dos ...... editum anno 1620. in 4. ejuſdem forſan eſt.

ANTONIUS DE FREITES, Africanus, ex aliqua e Luſitanorum coloniis, ſcripſit:

Primores politicos e Regalias do Noſſo Senhor Rey D. Joam o IV. Oliſipone per Emmanuelem de Sylva 1641. 4.

D. ANTONIUS DE FUENMAYOR, patria ex oppido Veteris Caſtellæ Agreda, quam Ptolemæi, Feſti & quorumdam numiſmatum Graccurim noviores credunt: doctorem de Fuenmayor, Regium ſupremi Caſtellæ concilii ſenatorem, Beatricemque Pimentellam habuit parentes, a quibus magna cura educatus, iiſque præceptoribus in eruditionem fuit traditus quales ad eximiam literarum cognitionem tendenti puero, indoliſque ingeniique præſtantiſsimi munire viam poſſent. In literarum, quibus ad humanitatem informamur, ſtudiis, & ad quæ ſe vocari intelligebat præcipuas curas & labores collocavit, volvendis præcipue hiſtoricorum veterum chartis, ut ſuccum inde ac ſpiritum traheret pro effingendis aliquando ſimilibus vigiliarum ſuarum monumentis poſteritatem omnem, imo & antiquitatem provocaturis. Atque ejus quidem ingenium ante tempus maturuiſſe videtur, ne fruſtra vixiſſet, neve ſibi ipſi tantum, cujus dies æterna fati lex intra breviorem circulum coegerat. Nondum enim triginta annos natus erat in Palentina quidem Eccleſia jam canonicus, archidiaconuſque ut vocant de Campos, cum vix oſtenſus inter ipſa virtutum famæque incrementa nobis fuit ereptus. Aureum edidit, virtuteque magis quam pondere æſtimandum opus, in quo quidquid natura & ars boni perfectique ad hiſtoriam conferre potuerunt, ſive Cæſaris Julii puritatem, ſive Salluſtii accurationem, ſive Cornelii brevitatem uberrimam in partes voces, emicare videtur, ſcilicet:

Vida, y Hechos de Pio V. Pontifice Romano. Con algunos notables ſuceſos de la Chriſtiandad del tiempo de ſu Pontificado. Matriti 1595. in 4. Cæſarauguſtæ 1633. & alibi ſæpe. In tertia Matritenſi editione libris VI. auctoris additus eſt ſeptimus *De las Informaciones hechas para ſu Canonizacion, y milagros que ha hecho.* Profecit maxime Antonius noſter ex relatione ſibi rerum Pii geſtarum facta ab Illuſtriſsimo D. Franciſco de Reinoſo epiſcopo Cordubenſi, qui olim fuerat ejuſdem Pontificis camerarius ſecretus & archidapifer, cui clariſsimo epiſcopo ipſe fuit domeſticus. Præterea *Bibliothecæ Pontificiæ* auctor tribuit noſtro *De vitis Pontificum* diverſum opus, de quo nil aliud novimus. Extat noſtri auctoris Latinum epigramma in eumdem Pium P. M. poſt partam de Turcis navalem victoriam perquam elegans, quod hic apponere lubet.

Qui Dominum te Urbis fecit, Pie, fecit & orbis,
Atque dedit dias jus reſerare fores.
Inferni ſuperique tenes, Pie, ſceptra Deorum.
Quid ſupereſt? Pontus. Jam Deus eſto maris.
Hem! pelagi immitem pulſaſti claſſe Tyrannum:
Cedunt Romano tertia regna Jovi.

ANTONIUS DE LA FUENTE MONTALVAN, ſcripſit poeticum opus: credo

No-

Noches inscriptum. Dialogisticum fuisse id constat mihi ex Hieronymo de la Higuera in historia MS. Toletanæ urbis & regni, qui laudat hunc librum ex dialogo primo ubi de apibus agit.

F. ANTONIUS DE FUENTE LA PEÑA, vir in sæculo nobilis, oriundus ab hoc oppido ut suspicari facit Capuccinorum mos, quorum est sodalis, appellandi se a natali loco, provinciæ Castellæ aliquando præfectus, scripsit de singulari quodam argumento, quod curiosis quampluribus e natura ductis observationibus adornat, opus ita inscriptum:

El Ente elucidado, o Discurso unico novisimo que muestra hay en la naturaleza Animales irracionales invisibles, y quales sean. Matriti typis Regiis 1676. in 4. Sive de natura eorum quos antiqui ethnici Lemures sive Larvas, nos Duendes, Itali vero Spiriti folleti appellant, quos e genere Angelorum esse qui cum Lucifero ceciderunt vulgus credit.

D. ANTONIUS DE FUERTES ET BIOTA, Aragonus, ex oppido Uncastillo dioecesis Pampilonensis, juris utriusque doctor, ad Sanctum Clementem Hispanorum in Bononiensi urbe collegium sodalis togatus, postquam unam & alteram juris Pontificii cathedram, & in his vespertinam, in hoc gymnasio administrasset, Neapolim se conferens in Calabria ulteriore Regiæ curiæ auditorem ab anno MDCXXXIII. deinde in urbe metropoli ab anno MDCXXXV. caussarum criminalium judicem egit in magna ut vocant curia Vicariæ. Hinc in Belgium ivit, ac sub marchionis Castelli Roderici præfectura Delegatum uti appellant militarem exercuit, ornatus interim, anno scilicet MDCXLVIII. Mediolanensi magistratus extraordinarii quæstura. Juris civilis & canonici non mediocrem adeptus cognitionem in schola, praxim deinde ex negotiorum diuturno usu didicit, atque utrumque studium humanioribus & amoenioribus literis pluribus, tamquam amplæ & magnificæ domus ornamento, instruxit. Cujus omnigenæ ejus doctrinæ monumenta hæc in publicum extare novimus:

Commentaria in Tit. C. de usucapione pro emptore. Bononiæ typis Clementis Ferronii 1626. in 4.

Tractatum de Appellationibus a Subdelegatis: in 4. Bononiæ 1630.

Orationem ad S. P. Q. Bononiensem; dum ad Vespertinam Juris Pontificii cathedram in Bononiensi Archigymnasio deligitur. Ibidem apud Nicolaum Tebaldinum 1632. 4.

Additiones aureas ad Speculum Principum Petri Bellugæ: quæ quidem una cum *Camilli Borrelli* vulgatis *additionibus* in postrema editione Antuerpiana prodierunt e domo Francisci Bibieni 1655. folio.

Canonicarum lectionum libros quatuor: in 4. Bononiæ 1633.

Apologiam pro succesione Regni Portugalliæ adversus Velascum de Govea ipse auctor laudat, quam non vidimus.

Brevem & exemplarem pro parente allegationem, id est pro inclyto, insigni, ac majore Collegio S. Clementis Hispanorum Bononiæ. In eadem urbe 1628. in 4.

Additiones ad Historiam Joannis Genesii Sepulvedæ de rebus gestis Cardinalis Albornotii laudantur a collega D. Antonio Perez de Navarrete, marchione della Terza, in *Historia* vulgari *de las Grandezas del Cardenal D. Gil de Albornoz* lib. I. cap. IX. & XI.

Allegationem pro Marchionibus de Tarazona se scripsisse auctor ipse refert in *Antimanifiesto*, quod jam laudamus art. IV. in Notis.

Item Hispane:

Antimanifiesto de Portugal. Brugis Flandrorum 1640. 4

Alma, o Aphorismos de Cornelio Tacito. Antuerpiæ apud Jacobum Meursium 1651. in 8.

Voto de la admirable, y pura Concepcion de la Virgen Maria nuestra Señora, &c. Bruxellis 1660. in 4. Quod & Latinum ibidem eo ipso anno editum fuisse credimus.

Historia de la Imagen de nuestra Señora del Pilar de Zaragoza. Bruxellis 1654. in 8.

Vida del Profeta Moysen: in 8. Bruxellis 1657.

Relacion a su Magestad de las Fiestas, y certamen que el Colegio hizo al nacimiento del Principe D. Baltasar el año de MDCXXIX. in 4. Bononiæ 1630. Inedita reliquisse dicitur:

La Historia del Cardenal triunfante, o XV. años de guerras del Eminentissimo Señor Cardenal Albornoz, que comenzaron del año de MCCCLIII. hasta el de LXVII.

Catalogo de todos los Privilegios, y de los Colegiales que ha habido en el Colegio de San Clemente desde el año de MCCCLXV. hasta el de MDCXXXVII.

Epitome de los Reyes de Aragon.

Epitomen de Origine, progressu & successione Regnorum.

Manifestationem de non admittenda legatione Joannis Brigantini pseudo regis in Portugallia.

Nescimus certe an ea prodierint, quorum ipse meminit in *Aureis additionibus*, scilicet: *Historia* eadem *Pilariensis* Latina: item *Theatrum Hispanicum*: *Allegatio de Titulis, & qualitatibus, &c.* Promisit quoque in *votis de Conceptione Commentarium in Bullam* Six-

Sixti, Sixtinam nuncupatam, ſive *de feſto Conceptionis* a Sixto celebrari juſſo: item Hiſpanicum aliud opus *Hiſtoria de la Inmaculada Concepcion.*

ANTONIUS GALLO, natus in oppido S. Crucis de la Zarza diœceſis Toletanæ, factis in militari opere triginta duorum annorum ſtipendiis, centurio jam & pedeſtris aciei inſtructor (Sargento mayor vulgo) edidit:

Deſtierro de Ignorancias de todo genero de Soldados de Infanteria. Matriti apud Franciſcum Martinez 1639. 4.

ANTONIUS GALVAON, Luſitanus, Eduardi cronographi Regii filius, proprio ſuæ gentis idiomate ſcripſit, quæ ita Caſtellæ lingua ſonat:

Hiſtoria del Deſcubrimiento, y naturaleza de las Islas del Moluco, decem libris. MS. Cujus ex Joanne Baptiſta Labaña Antonius de Leon meminit in *Bibliotheca Indica*, & Seraphinus de Freitas *De juſto Imperio Luſitanorum Aſiatico* cap. XVIII. num. VIII. Hanc ipſe auctor Joannis III. Regis juſſu conſignavit Damiano Goeſio, Regio hiſtorico, apud quem deperditus fuit codex magna Luſitanæ hiſtoriæ jactura, quod & refert Georgius Cardoſus XI. die Maii lit. e.

Tratado de los caminos por donde ſolia venir la eſpeceria de la India, con los deſcubrimientos hechos haſta el año de MDL. Editum hoc opus anno 1563. in 8. affirmat idem Antonius de Leon.

ANTONIUS DE GAMA, Luſitanus, juriſconſultus, ac ſenator Regius, in collegio Bononienſi Hiſpanorum olim ſodalis, unde eum Joannes Portugalliæ Rex III. ad gerendam rempublicam evocavit, qui *doctiſsimus* & *inſignis ſenator* a graviſsimis ſcriptoribus jure audit: *celeberrimus & doctiſſimus conſiliarius* ab Ignatio Lopez de Salcedo in *notis ad Praxim Canonicam* Joannis Bernardi Diaz cap. LXXIV. *Doctiſsimus S. Palatii ſenator* a Franciſco de Caldas Pereira *De Renovat. Emphiteuſis* lib. I. quæſt. III. num. I. in fine: *inſignis ſenator* a Melchiore Phœbo deciſ. VI. num. IX. tomo primo. Hujus ſunt:

Deciſiones Supremi Luſitaniæ Senatus. Oliſipone 1578. folio. Francofurti 1599. folio. Deinde cum *Additionibus* doctiſsimis Blaſii Diaz de Mena juriſconſulti Carrionenſis. Matriti 1621. folio. Antuerpiæ 1650. folio.

Tractatus de Sacramentis præſtandis ultimo ſupplicio damnatis, ac de teſtamentis, anatomia & eorum ſepultura: ſeorſim primo Oliſipone 1554. 4. Matriti deinde cum *Deciſsionibus* laudatis.

F. ANTONIUS GENEBRADA, Barcinonenſis, ordinis ſancti Dominici, tranſtulit in Caſtellæ ſermonem:

El Boecio de Conſolacion, o Vergel de Conſolacion. Hiſpali apud Joannem Varela 1511.

ANTONIUS GOMEZ, Talavera, quod ſplendidum archipræſulis Toletani municipium Tago flumini adjacens eſt, oriundus, dum viveret apud Salmanticenſes multam ex juris ſtudio laudem reportavit, qua nunc vel mortuum, nilque de humanis rebus deque mortali hac (ut ſic dicam) immortalitate famæ ſollicitum, perquam tamen bene de nobis deque omni juris prudentia utiliſsimis editis lucubrationibus meritum non fraudamus. Veſpertinis horis civilia jura Salmantinæ interpretatus eſt juventuti ex propria cathedra, qui alter a primo docendi locus eſt ſecundum præſcriptas academiæ leges. Quo tempore non minus pietate atque innocentia morum, quam doctrinæ judiciique ſingularis merito ſe inſinuavit in omnium animos, ſibique decus peperit famæ ad omnem poſteritatem, magna ſui cum laude nominis permanſuræ. Monumenta quippe ejus hæc ſtudioſorum juris omnium manibus ſinuque fere nuſquam excidunt:

Variarum Reſolutionum Juris Civilis, Communis & Regii libri III. Salmanticæ 1552. folio: qui deinde doctiſsimis *annotationibus* Emmanuelis Soarez a Ribeira Luſitani egregie locupletati prodierunt Salmanticæ anno 1579. Venetiis 1572. in 4. Francofurti 1573. in folio. Ibidemque anno 1584. & 1597. folio. Venetiis etiam 1582. 4. & 1602. in 4. Eodemque anno Lugduni ex officina Horatii Cardon in folio. Genevæque 1622. & 1631. folio. Cujus operis præconium ſubjiciam verbis ipſis Ribeiræ gloſſographi: *Cum omnis juriſprudentia*, inquit, *in eo ſolum verſetur, eo ſolum tota ſpectet ac referatur ut poſtremæ ſolemnes morientium voluntates ratum ac firmum effectum ſortiantur, lites juſte terminentur, facinora ſtatis ac rationi conſentaneis pœnis compeſcantur, ſic noſter omnes has tres juris partes diligenter docteque, atque enucleate pertractavit ut nullam omnino quæſtionem, quæ praxi atque uſui forenſi inſervire queat, prætermiſiſſe videatur: ceteras vero intrincatas juris commentitii quæſtiones, quæ non ad vitæ leges ſed ad meram & vanam ſcientiæ oſtentationem pertineant, conſulto intactas reliquit.* Hæc ille prudenter diſerteque.

In leges Tauri Commentarius. Salmanticæ 1555. folio. Et cum *additionibus* Didaci Gomez Cornejo. Lugduni 1602. Antuerpiæ 1624. folio. Venetiis ad ſignum Columbæ 1591. 4.

Duo hæc opera Lugduni duobus voluminibus excuſerunt tandem Horatius Boiſſat & Geor-

Georgius Remeus 1661. in folio, una cum notis Emmanuelis Suarezii ad *Variarum* libros.

ANTONIUS GOMEZ, alius a superiori eoque recentior, jurisconsultus itidem, dum præfecturam administraret totius ditionis comitatus Fuensalidæ dedit in lucem publicam:

Dilucidam, veram, & Fidelem Bullæ sanctæ Cruciatæ explanationem. Cui subjunxit:

Motus proprii Pii V. Pontificis Maximi de Censibus interpretationem. Compluti apud Joannem Iñiguez de Lequerica 1593. in 4.

ANTONIUS GOMEZ DE MONTENEGRO, qui se doctorem appellat, Bartholomæanique Salmantini collegii sodalem, scripsit:

Genealogia del Rey D. Felipe II. y excelencias del Reyno de España. MS. in bibliotheca comitis de Villaumbrosa.

ANTONIUS GOMEZ DE OLIVAN, (aliis OLIVERA, uti eum appellat D. Franciscus Emmanuel cent. IV. epist. 1.) Lusitanus, ex oppido Torresnovas, edidit Castellane, ut credo:

Idilios, y otros versos. Olisipone apud Petrum Craesbek 1617. 8.

F. ANTONIUS GONZALEZ DE ACUÑA, Peruanus, ex Regia urbe Lima, ordinis Prædicatorum S. T. M. Provinciæ suæ negotia gesturus venit Romam, statimque gratus extitit Joanni Baptistæ de Marinis, Magistro Generali, qui eum sibi a secretis esse jussit, impiger & industrius vir, doctrinæque theologicæ non vulgaris. Commiserat editioni, dum hæc Romæ scribimus, Latine:

Compendium admirabilis vitæ B. Rosæ de S. Maria Limanæ ordinis Prædicatorum. Romæ typis Tinassii 1665. in 24. ex justa hujus argumenti historia Leonardi Hansen, ejusdem ordinis, provincialis Angliæ.

Vulgari autem lingua Italiæ, usus interprete Italo, cum Visitator & Vicarius Generalis provinciarum regni Neapolis missionarios sodales officii sui instruere vellet:

Breve dichiaratione della nostra santa Fede Catholica. Neapoli apud Novellum de Bonis 1662. in 12.

Santo Domingo en el Piru, o Compendio de la Historia de la Provincia de San Juan Bautista del Piru del orden de Predicadores. Matriti 1660. 4.

Parat prelo Hispana lingua:

La Vida de la Venerable Madre Rosa de Santa Maria.

Historia general de la Provincia de San Juan Bautista del orden de Santo Domingo. Hodie in India Occidentali episcopus est Caracensis (de Caracas vulgo).

ANTONIUS GONZALEZ NOVAES, Lusitanus, Elvensis Ecclesiæ canonicus, scripsit:

Relaçaõ de la Se de Elvas, e memorias de seus Bispos. Olisipone 1635.

ANTONIUS GONZALEZ DE ROSENDE, Pincianus, e Regularibus Clericis qui Minores dicuntur, professor theologiæ Complutensis, inter domesticos præfectus provinciæ Hispaniæ, & Assistens ut vocant Generalis, Regius ecclesiastes, & consultor seu qualificator theologus apud patres Supremi negotiorum Fidei senatus, edidit:

Memorial por la Inmaculada Concepcion de Nuestra Señora. Matriti 1645. De quo auctores *Armamentarii Seraphici* parte 1. pag. 47. Idem credo cum eo libro *Instancia de la aclamacion comun para la difinicion de la Pureza de Maria Santissima Señora Nuestra,* in folio.

Scripsit eleganter:

Vida, y virtudes del Ilustrissimo, y Excelentissimo Señor D. Juan de Palafox y Mendoza, Obispo de Osma. Matriti apud Julianum de Paredes 1666. in folio. Atque iterum locupletiorem, editam Matriti 1671. folio a Luca de Bedmar.

Latine vero:

Disputationes Theologicas tribus tomis absolutas: quorum I. *De Justitia Originali.* II. *De Peccato originali.* III. *De Justitia gratuita, circumscribentibus tres status, quos de facto Natura Humana subiit, integritatis, ægritudinis & medicinæ.* Prodiit tomus primus *De Justitia Originali*, hactenus editus, Lugduni apud Joannem de Brugieres 1677. folio.

Idem, ut credimus, vertit in vernaculam ex Italica lingua:

El Tarquino del Marques Virgilio Malvezzi. Matriti 1634.

F. ANTONIUS DE GOVEA, Lusitanus, ex Transtagana provincia, dioecesique Eborensi, aliis ex Urbe Pacensi (Beja vulgo) ordinis Eremitarum Divi Augustini, sacræ theologiæ lector, apud Indos ad orientem solem positos divertens, Goensis primariæ Lusitanæ Indiæ urbis administravit cœnobium. Cirennensis post episcopus factus his libris ad nos pertinere voluit, vernacule scriptis:

Jornada do Arcebispo de Goa Dom Frai Aleixo de Meneses Primaz da India Oriental, quando foi as serras do Malabar, e lugares em que moraom os antigos Christiaõs de S. Thome &c. Conimbricæ 1606. in folio. Deductum nempe opus ex MSS. tractatibus

Fran-

Francifci Roz, Societatis Jefu presbyteri, atque Angamalenfis epifcopi, & Melchioris Blafii Frere, Scholaftici almæ Goanæ fedis, qui primatem fuum in ea facra expeditione comitati funt. Vertit hoc Gallice Joannes Baptifta a Glano, Leodienfis, Auguftinianus, Suertio tefte in *Athenis Belgicis*. Accefsit colophonis vice:

O Sinodo Diocefano da Igreza, e Bifpado de Angamale dos antigos Chriftiaõs celebrado pello mifmo Arcebifpo. Item:

Miffa de que ufaõ os antigos Chriftiaõs de S. Thome, purgada dos erros, & bafphemias Neftorianas pello mifmo.

Caftellæ proprio fermone dedit:

Gloriofo Triunfo de tres martyres Efpañoles, dos en Perfia, y uno en Argel. 1623. in 8. apud Joannem Gonzalez.

Hiftoria de la vida, y muerte, y milagros del gloriofo Patriarcha, y Padre de pobres San Juan de Dios fundador de la orden de la Hofpitalidad. Matriti apud Thomam Junti 1624. 4. Tertio Gadibus anno 1647. in 4. Tandem locupletior prodiit Matriti 1669. in 4.

Vida de Santa Clara de Montefalco. Matriti apud viduam Alphonfi Martini 1626. 4. Georgius Cardofus in *Agiologio Lufitano* die VIII. Maii lit. h. Antonio a Govea tribuit hujus infcriptionis opus *Afia extrema*, quod nefcio an intelligam de expeditione illa Alexii archiepifcopi fupra memorata.

Decefsiffe audio Matriti in curia.

ANTONIUS DE GOVEA, Lufitanus, ex oppido Cafalenfi diœcefis Vifenfis, Jefuita, Indicæ ad orientem mifsionis plufquam XXXVI. annorum operarius, hoc eft Sinicæ, quo tempore irruentibus Tartaris in iftud regnum omnis ejus politia turbata fuit. Ab iis nempe una cum aliis XXIV. facerdotibus mifsionariis, XIX. fcilicet ex Societate, IV. ex Prædicatoribus, I. ex Minoribus fodalibus in carcerem conjectus, ac diu detentus, ex ea caufam juffus fuit dicere, ac tandem poft fexennium declarationem innocentiæ religionis Chriftianæ ab ea gente & ejus magiftratu juridice reportavit. De qua re fcripfit, ediditque characteribus Sinicis & Latinis:

Innocentiam victricem, five fententiam Comitiorum Sinici Imperii pro Innocentia Chriftianæ Religionis lata juridice per annum MDCLXIX. & Sinico-Latine expofitam. In urbe Quam-cheu provinciæ Quam-tum 1671. in folio. Cujus editionis duo exempla Romam perlata funt anno 1674.

Scripfit etiam dum in provincia Pockien commoraretur Lufitanice:

Hiftoriam Sinicam Societatis Jefu, quæ MS. in Lufitania affervatur tefte Nathanael Sotuello in nova *Bibliotheca Societatis*.

ANTONIUS GOVEANUS, vulgo Lufitanorum (unde patria fuit, natus quippe in Pace Julia fi Beia hæc eft hujus temporis) DE GOVEA, in familia editus eft mufis veluti facra, in qua, ut Cafsiodorus alicubi ait, tot probatos quam natos vere dixeris. Nam tres fimul Goveanos fratres, Martialem, Andream, & Antonium noftrum Jacobus patruus in Barbarana fchola Parifienfis gymnafii, fumptibus Joannis Portugalliæ Regis III. exhibitos, eo fuccefu habuit ut nemo eorum non ingenii cura ad faftigium gloriæ fuerit connixus. Martialis Grammaticam, de qua arte commentatus eft, & poefim maxime Ovidianam coluit, ut loco fuo dicimus. Andreas cum laudatæ Barbaranæ fcholæ, mox & gymnafio præfuiffet Burdigalenfis urbis, in Lufitaniam accitus Conimbricenfibus, recens ab eodem Joanne Rege auctis academia, datus fuit Gymnafiarcha. In Antonio autem natu minimo & doctrina & ingenium confectariaque horum fama præcipue floruit. Burdigalæ, ludum habente Andrea fratre, Latinas literas, exinde jus circa annum MDXXXIX. Tolofæ docuit. Parifiis mox apud Jacobum patruum, iterumque Burdigalæ profeffus, Cadurci demum fubftitit juris civilis anteceffor, in fummo laudis atque exiftimationis loco pofitus. Quod cum profpexiffet ipfa ab Augufta Taurinorum Sabaudiæ dux, hominem juvandæ eximiis virtutibus ac fingulari ingenio reipublicæ natum ad fe evocavit, libellorumque fupplicum præeffe curæ, & a confiliis fibi effe jufsit. Hoc munere fungebatur adhuc anno fæculi præteriti nonagefimo quinto, fub quem Thefaurus junior in XIX. *quæftione forenfi* tertii libri, ejus cum laude meminit; ut perfpiciatur jam Eliam Venetum, dum fcribit ad Andream Scotum, qui in *Bibliotheca* ejus adducit epiftolam, non bene conjectaffe vix fexaginta annos natum fuiffe Antonium e vivis Taurini exemptum. Nam qui potuit fexagenarius tantum mori quem fuperftitem exeunte fuperiore fæculo, & jam circa annum ejufdem XXXIX. Tolofæ jus profitentem cognovimus? Extat quidem Thuani monumentis hiftoricis Goveanus nofter viris ævi fui maximis in non parum perfpicuo judicii atque prudentiæ teftimonio contributus. Nam de academicis profefforibus, feu puerorum in literis inftitutoribus Petrum Ronfardum, poetam Galliæ maximum, dicere folitum effe refert numquam non characterem qui ibi contrahitur, longo licet exacto vitæ intervallo, retinere eos, nec pædagogicam omnino exuere umquam poffe; fed excipiebat Ronfardus quatuor fuæ ætatis, familiarefque fi-

fibi homines, Georgium Buchananum, Hadrianum Turnebum, Marcum Antonium Muretum, & Antonium Goveanum: hæc Thuanus *Hiſtoriarum* lib. LXXVI. *Docti* etiam *viri, ſibique perſamiliaris* appellatione vocat eum Jacobus Menochius in *De Arbitrariis judicum* lib. I. cap. II. licet poſtea eodem lib. I. quæſtione LXXIX. eruditum quidem, *ſed non parum audacem* agnoſcat. *Magni judicii atque eruditionis virum* Antonius Queſada in *Quæſtionibus juris* appellat. Joſephus Scaliger, ut conſtat ex libello *Prima Scaligeriana* dicto, & a T. Fabro in lucem Ultrajecti 1670. edito, *doctus erat*, inquit, *vir Goveanus, & valens dialecticus, optimus poeta Gallicus, nec enim Hiſpanum judicaveris, adeo bene Gallice loquebatur.* Adjungitque ejus diſtichon in *Wallium Senatorem Tholoſanum* hocce:

Dum tonat, in cellas propero pede Wallius imas
Confugit: in cellis non putat eſſe Deum.

Cui tamen Wallius repoſuit:

Antoni Goveane, tua hæc Marrana propago
In cœlo & cellis non putat eſſe Deum.

Loco nempe maledicentiam opponens. Idem inter optimos recentiorum poetas alibi (pag. 101.) conſtituit, Latinos nempe.

Plures alii varie laudant, omneſque uno ore celebrant. Profecto actum eſſet optime cum legalis ſcientiæ ſtudioſis, ſi quale ingenium intulit talem Goveanus juri illuſtrando atque explanando intuliſſet induſtriam. Quare princeps ille juriſconſultorum noſtræ ætatis Cujacius adoleſcens ingenium ejus admirabatur, ſed indiligentia hominis, quod in vita ipſius Cujacii legitur, notata nihil deterritus eſt, deterritum iri ſe dicens a jure tractando, ſi homo Luſitanus tanto ingenio tamque ſubtili labores civilium ſtudiorum ſerio ſuſcipere ac ſubire voluiſſet. Opera ejus, pars in jure, pars in rhetoricis philoſophicis atque eloquentiæ ſtudiis verſantur. De jure brevia, ſed inſignia opuſcula omnia volumen unum non magnæ molis continet, ut confirmetur magis Cujacii de eo judicium.

Hæc ſcilicet:

Ad Titulum de Juriſdictione omnium Judicum in Digeſtis: quas Antonius de Quintanadueñas in ſimilis *De juriſdictione* operis *præfatione*, & lib. I. tit. VII. *Diligentes apprime & eruditas lucubrationes* vocat, *& nihil his eruditius commentariis, nihil ſe legiſſe*, ait, *cultius atque floridius.* Cum ſine his foret (Schifordegerus inquit in nuncupatoria ſecundi libri *ad Fabrianos commentarios* epiſtola) *plurima, quæ ad juriſdictionem Romanam pertinent, hodie ignoraremus.* Adverſus hoc opus tamen ſcripſiſſe fertur quidam Evardus Henrriſon, ut in *Elencho auctorum juris* legitur.

Variarum juris lectionum libri duo: qui etiam prodierunt una cum Vaconii Vacuna, Antonii Contii, Jacobi Rebardi, Rainaldi Corſi, Nicolai Belloni ſimilibus monumentis. Coloniæ apud Gymnicum 1575. folio.

De Subſtitutionibus.

Ad Legem Falcidiam.

Ad Legem Gallus D. de liberis, & poſthumis. Simul edita in folio apud Antonium Vincentium Lugduni anno .... & 1599. in 8. ſæpeque ſæpius aliis in locis.

Scripſit etiam:

In Trebellianum Tractatum. Quæ commentaria vidiſſe Antonium Fabrum teſtatur Schifordegerus lib. II. tractat. II. quæſtione I. in fine.

Reliqua varia ſunt, videlicet:

Epigrammata quædam & epiſtolæ quatuor, quæ Gryphius edidit Lugduni 1539. quæ item prodierunt cum fragmentis *Polybii* hiſtoricis *de rerum publicarum formis & Romanorum præſtantia* in 4. apud eumdem Gryphium.

Virgilii opera caſtigavit, & *Terentii comœdias* ſuis verſibus reſtituit, edíditque apud eumdem Gryphium 1541. *Terentius* prodiit cum hac Goveani emendatione Francofurti 1579. in 8. & 1593. in 16. In hunc poetam & commentarios promiſsit, uti & integram *Ariſtotelis Organi* translationem.

In Ciceronis quædam opera commentatus eſt. Nempe in *Topica* Pariſiis. *In duos priores libros Epiſtolarum ad Atticum.* Ibidem 1543. *In libros de Legibus.* Ibidem apud Thomam Riccardum. *Enarrationem in orationem contra Vatinium.* Ibidem 1545. Item in eam pro *Q. Ligario*: atque aliam pro *Lege Manilia.* Quæ in bibliotheca Imperatoria eſſe innuit Draudus in *Bibliotheca* pag. 1446. in principio.

Porphyrii quinque vocum introductionem eleganter tranſtulit, a Gryphio editam 1541.

Reſponſionem dedit *adverſus Petri Rami calumnias pro Ariſtotele.* Pariſiis 1543.

Obiit relinquens Manfredum filium, qui etiam ille apud Pedemontii principem publico munere functus eſt. De eo inter ſcriptores Pedemontanos agit Andreas Roſſotus Ciſtercienſis, qui etiam Monteregali Inſubrum jus civile eum docuiſſe refert, & laudatorum operum numero *Criticam Logicæ partem certantem cum M. Tullii Topica* adjungit.

ANTONIUS GRACIAN, Didaci filius qui Philippo II. a ſecretis fuit, ad exemplum patris & ipſe Græcas literas coluit ut & ſufficeret vertendo ex Græco ſermone:

Hieron Alexandrino de los Pneumaticos, o maquinas que ſe hacen por atraccion de vacio. MS. in folio. D. Thomas Tamajus in *Collectione librorum Hiſpanorum.*

D. ANTONIUS GRAÑA ET NIETO, Sal-

Salmantinus, juris utriusque doctor, Canonicum in academia diu interpretatus est etiam e vesperorum, imo & e primaria ut vocant, cathedra, ediditque:

Catenam jurium utriusque Jurisprudentiæ, sive in librum secundum Decretalium commentarios. Vallisoleti 1642. folio.

Postea in prætorium Corunienfis urbis missus senator:

Catenam jurium utriusque Jurisprudentiæ, sive in librum III. Decretalium integros, & absolutos commentarios per singula ejusdem capita. Matriti apud Melchiorem Sanchez 1662. in folio.

Ejusdem Catenæ tomum tertium. Matriti.

F. ANTONIUS DE GRATIA (vulgo DE GRAZA) Lusitanus, Thomarensis, ordinis S. Benedicti, scripsisse dicitur dialogum *De entre Douro e Minho*: descriptionem credo, nihil certi ex Cardosi schedis expiscatus.

F. ANTONIUS DE GUEVARA, Franciscanorum sodalis, Bertrando a Guevara, Bertrandi alterius domini de Escalante filio, Elviraque Noronia & Calderon, antiquæ nobilitatis parentibus in Alaba provincia editus, Neapoli, sive ut alii volunt Pinciæ in Hispania ad ordinem Minorum se aggregavit, magno ei ornamento gentique ævoque futurus. Duodecim annos natus in curiam a parente adductus fuit, ibique educatus: nec nisi post Elisabethæ Reginæ obitum, clarissimæ illius Hispaniarum heroinæ, in Religiosi gremium ordinis tamquam in portum se recepit. Plane is cum ad literas theologicas, eruditionemque sacræ ac profanæ historiæ ingenium satis acre ac perurbanum attulisset, post gubernatam diversis in cœnobiis familiam, statim atque in aula Cæsaris opus Evangelicum facere, ac veterum sodalium consuetudinem, qui in Caroli Augusti comitatu erant, ad pietatis traducere commercium cœpit, mirum in modum omnibus sese carum & gratum in paucis reddidit. Ornatus quippe concionatoris Regii munere sic alte in omnium animos insinuavit facundiæ suæ prudentisque urbanitatis, qua in tractando salutis negotio, habendisque familiariter ac decore viris principibus utebatur, dotes ut certatim eum omnes, quibus coram non esset, ad literarum commercium provocarent. Cujus rei testes sunt disertissimæ, nullisque non sententiarum, acuminum, facetiarum flosculis consperfæ epistolæ, quæ in omnium ore, & sinu Europæ cunctis fere linguis communicatæ ac typis editæ circumferuntur, quantumvis stilus hominis non usquequaque placeat, neque in gymnasio rhetorum solidam reportaverit eloquentiæ laudem. Cum præcipue Alphonso Garsiæ Matamoro & Andreæ Scoto (qualis judicii ac doctrinæ viris!) affectata nimirum ab eo antithetorum sibi mutuo respondentium perpetua cura displiceat maxime. Horum enim prior Matamorus in *de Academiis, & doctis viris Hispaniæ*, libello ingenue existimat virum fuisse *miræ facundiæ, & incredibilis ubertatis naturæ; sed omnium rerum momenta*, ait, *quod poetis objecit Persius, raris librat in antithetis, doctas posuisse figuras laudari contentus. Fulgurat interdum & tonat, sed non totam (ut olim Pericles Athenienfis) dicendo commovet civitatem, & dum nihil vult, nisi culte, & splendide dicere, sepe incidit in ea, quæ derisum effugere non possunt. Qui si illam*, subjungit, *extra ripas effluentem verborum copiam artificio dicendi repressisset, & graviorum artium instrumento locupletasset, dubito quidem an parem in eo eloquentiæ genere in Hispania esset inventurus.* Cui rhetoris eximii judicio acquiescere illos decet qui Hispane magis quam Lucas Waddingus sciunt. Hic quippe, vir alioqui eruditione ac omnigena doctrina præstans, dum Franciscanos scriptores laudat Andreæ Scoti simile huic criterium, uti livoris partum, non jure proscribit. Demus tamen aliquid auctoris ævo, quando scilicet non bene adeo fundata ea Hispani sermonis, quæ nunc in summo est, puritatis & eloquentiæ forma, hisce aurium lenociniis, quæ ex antithetis & syllabarum paritate veniunt, quasi extollere se ex socco ad cothurnum nitebatur: uti olim fatiscentis jam Latinæ linguæ vitia crebris vocabulorum & periodorum figuris abscondi, subtrahique imminenti ruinæ sequior ætas credidit. At illud commiseratione potius quam excusatione indiget talis famæ virum putasse licere sibi adinventiones proprii ingenii pro antiquorum proponere & commendare, fetus suos aliis supponere, ac denique de universa omnium temporum historia, tamquam de Æsopi fabulis portentosisve Luciani narrationibus, ludere. Adeo in lubrico esse omnem veterum factorum fidem causabatur ut non aliis, diceret, quam sacrorum Bibliorum historiis præstandam. Nempe hoc velamenti genus sibi, a tam parum æquo de præstantissima arte judicio, tunc quæsivit cum e Sorienfis scholæ cathedra vir eximiæ eruditionis, Petrus Rua, eum de fide in historiis præstanda non semel datis admonuit expostulatoriis literis: cujus rei etiam nomine doctissimus ille *Theologicorum locorum* scriptor libri secundi sexto capite in Guevaræ hoc, indignum eo ac dignitate ejus, sive judicium, sive quod magis credere est ingenii luxuriantis licentiam acri quod decuit oratione invehitur. Quod quidem judicium quo-

quoque fuit magni viri Antonii Augustini *Dialogo x. Antiquit. Alter*, ait, *fuit Antonius Guevara, qui scire se antiquas Romanasque historias fingit, eaque comminiscitur quæ nec visa nec audita mortalibus, nemo ut divinare queat in quos ille libros inciderit. Nova itaque nomina scriptorum excogitavit, somniaque venditat, obtruditque quæ apud nullum reperias auctorem. Jure ergo ille ob hanc licentiam male audit.* Hæc Augustinus ex Scoti versione. Quo quidem nomine inter alios Guevaram ipsum reprehendit Thomas Reinesius epist. XXXVIII. ad Rupertum, & Gaspar Barthius ad lib. *Theb.* IV. v. 394. & Alderetus lib. I. *Antiquit.* cap. 4. Præsertim cum chronographi munus Regio beneficio apud Carolum exerceret, neutiquam debuit eam, qua ornabatur, historiarum professionem sic deprimere ut propria confessione sibi ipsi quoque & monumentis suis fidem apud posteros derogaret. De cetero vir fuit, dum viveret, inter nostrates, mortuusque beneficio librorum quos in vulgus dedit, certatimque politica quæque natio in suos per translationem adoptavit, eximiæ celebritatis; *præstantissimumque*, ut Barthii laudem verbis ad lib. *Theb.* I. v. 415. *Hispaniarum sidus.* Meritus a Principe suo, postquam una cum eo magnam Europæ partem peragrasset, multasque principum & rerum publicarum curias, ut ipse de se ad *Contemptum vitæ Aulicæ* præfatus refert, adiisset, curiosoque oculo contemplatus esset, cum ad Accitanæ tum ad Mindoniensis Ecclesiæ sacram præfecturam adscisci. Qua dignitate aliquot annis gesta, obiit tandem Pinciæ Aprilis decima die anni a redempto orbe MDXLIV. Ita inscriptum est ejus sepulcro, cui ipse formaverat epitaphium vivens, exaratumque fuit cum appendice hoc modo:

Carolo V. Hispaniarum Rege imperante
Illustriss. D. D. Fr. Antonius de Guevara
Fide Christianus, natione Hispanus,
Patria Alabensis, genere de Guevara,
Religione S. Francisci, habitu hujus Conventus,
Professione Theologus,
Officio Prædicator, & Chronista Cæsaris,
Dignitate Episcopus Mindoniensis.
Fecit An. Dom. MDXL.
Posui finem curis, spes, & fortuna valete.
Obiit Anno MDXLIV. x. Aprilis
Ipso cœnæ Domini die,
Et sepultus est apud Franciscanos in suo
Episcopatu.

At nescio unde Arcturus a Monasterio, *Franciscani Martyrologii* auctor, rem aliis indictam, inauditam acceperit, Antonium ut Guevaram Octobris die XXIV. in albo eorum collocaret quos Apostolica Petri sedes Beatos esse atque appellari debere, acceptis prius exquisitissimis probationibus, rite sanxit. Inter hujus opera illud maximo apud omnes Europæ gentes in pretio est, quod auctor nuncupare voluit:

Relox de Principes: *o Marco Aurelio*: sive ejus Imperatoris vita & res gestæ, quasi ab ipsomet Cæsare conscripta; seu verius tota quidem (ut verbis utar Gerardi Joannis Vossii in commentario *de Historicis Græcis*) supposititia, ac genuinus Guevaræ ipsius fetus, qui turpiter os oblevit lectori, plane contra officium hominis candidi, maxime episcopi. *Habet interim*, ait, *plurima lectu nec inutilia nec injucunda, in primis viro principi, unde & Horologium Principum inscribitur. Veram historiam*, subjungit Vossius, *Antonini de vita sua edidit primus Græce e bibliotheca Palatina editam Gesnerus, Latine vertit Gulielmus Xilander, ejus postea translationem ad incudem revocavit vir clarissimus Mericus Cassaubonus, Isaaci filius, eruditas præterea notas & emendationes addidit.* Deinde post hanc Vossii notam Græce & Latine edidit cum doctis & luculentis annotationibus Thomas Gatakerus Londinensis Cantabrigiæ 1652. Tandem Italicam ejus versionem, ab Eminentissimo S. R. E. cardinali Francisco Barberino, Purpuratorum Patrum decore, factam e Græco, Romæque ab officina Jacobi Dragondelli anno 1675. emissam, in manibus habemus. Ipse etiam Mericus in prologo sic feliciter Guevaræ suam contigisse fictionem confirmat, omnium sit ut hic liber ubique gentium celebratissimus, Europeique omnes suo uniuscujusque idiomate loquentem, thesauri adinstar, habeant, mirificeque ejus possessione fruantur. In Germania certe Latinus prodiit, innumeris aphorismis & notis, tamquam Tacitus alter esset, locupletatus. Friderici Guilielmi Saxoniæ ducis jussu hanc editionem adornavit Joannes Vankelius Torgæ 1611. in folio, quæ Lipsiæ recocta est anno 1615. in folio etiam, & 1624. & nuper Francof. 1664. Hispanica, nisi fallor, princeps editio est Pinciana ex officina Nicolai Tierri anno 1529. quam sequutæ sunt Hispalensis apud Jacobum Cromberger 1532. & aliæ. Italice vertit atque edidit Mambrinus Rosseus anno 1548. in 8. Gallice alius Parisiis 1588. 8. quam cupide nimis in nobilium sinu ac manibus gestatam suo tempore fuisse memoria tenebat Andreas Scotus. Ereptum sibi e manibus, cum adhuc imperfectum opus esset, atque vulgatum Hispali primum, deinde iterum tertioque in Portugallia & Aragonia, queritur auctor in editione illa, quam ipse primam procuravit, in prologo: ubi ex Coloniensi urbe remissum ad se refert, eodem tempore quo *Marcum Aurelium* ex Florentia acceperat, *Augusti Cæsaris bellum Canta-*

bri-

bricum decem libris comprehenſum, quod ipſum Auguſtum habet auctorem; at hoc gemellum eſt *Aureliani* operis opus. Propter quod, & ejus alia *doctum, fingendisque ad veterum res narrationibus ingenioſum ſcriptorem* vocat Barthius ad lib. *Theb.* VI. v. 798.

Non minus celebratur aliud ſcilicet:

Epiſtolas familiares: tribus libris. Pinciæ olim 1539. formis Joannis de Villaquiran, Complutique poſt alias editiones typis Joannis Gratiani 1600. in 4. Italice convertit, excudique Venetiis fecit Dominicus Catzeli (in *Geſnerianæ Bibliothecæ epitome* eſt Dominicus Gazulo, nobilis Hiſpanus, forte Gaztelu) anno 1545. in 8. Deinde ibidem 1564. in 4. & 1585. Tertium librum vertit Alphonſus Ulloa. Galli quoque habent, & magni habent, duos ſcilicet priores libros opera Joannis de Guterry, tertium Antonii Pineti, Lugduni 1560. apud Bartholomæum Molin in 4. uti refert Antonius Verdier in *Bibliotheca*, qui magnis laudibus auctorem & opus, ceteraque ejus extollit. Quartum & quintum vertit Joannes de Barraud, Pariſiiſque edidit apud Robertum le Fizalier 1584. in 8. eodem Verderio teſte. Waddingo etiam auctore Joannes Battandus, ordinis Minorum, eodem Gallico ſermone epiſtolas reddidit. Hæ quoque, ut ſuſpicamur, Latine redditæ ſunt, atque anno 1641. in 8. Coloniæ typis mandatæ. Barthius de his epiſtolis ad lib. *Theb.* II. v. 173. *Cujus epiſtolas*, ait, *bonarum rerum plenas libenter legimus, licet inſint multa quæ hiſtorias pro lubitu trahant vexentque, paullo minore licentia quam qua idem Antoninum ſuum ex meris nebulis finxit.*

Simul in uno volumine edita prodierunt quæ ſequuntur:

Prologo ſolemne en que el autor toca muchas hiſtorias.

Una decada de las vidas de los X. Ceſares Emperadores Romanos deſde Trajano a Alexandro.

Del Menoſprecio de la Corte, y alabanza de la Aldea, ad Joannem III. Luſitaniæ Regem. Edita eſt hæc pars ſeorſim Compluti 1592. in 8. Majores ſeſe huc quam alio doctrinæ & eloquentiæ vires contuliſſe auctor ipſe in præfatione gloriatur: quare & vulgo ſic placuit ut quatuor præcipuis Europæ linguis converſum ex Hiſpanico, Gallice, Italice, atque Germanice, Genevæ in lucem editum nobis referatur anno 1591. in 16. Vidimus ſecundam editionem anni 1605. apud Tourneſium.

Aviſo de Privados, y Doctrina de Corteſanos, ad Franciſcum de los Cobos, qui in Principis gratia tunc maxime florebat, eidem a ſecretis, militiæque Sancti Jacobi maximum in Legionenſi ditione commendatarium. Prodiit etiam mox Compluti 1592. Italice Venetiis 1562. Hic erit prorſus liber, quem Waddingus refert prodiiſſe Antuerpiæ cum hoc titulo, *Deſpertador de Corteſanos*, anno 1605. ex officina Plantiniana.

De los Inventores del marear y de muchos trabajos que ſe paſſan en las Galeras Ad eumdem Franciſcum de los Cobos. Hunc tractatum Gaſpar Barthius, Hiſpanæ linguæ ſcriptorum admirator & laudator eximius, *veridicum & admodum facetum* vocat ad verſ. CCCCXXXVIII. lib. IX. Guilielmi Britonis *Philippidos*. Gallice vertit Antonius Pinetus, editque cum epiſtolis Lugduni 1560. Omnia hæc, ut dixi, ſimul edita ſunt Pinciæ apud Joannem de Villaquiran anno 1539. in folio. Et tandem Matriti 1673. in 4. apud viduam Melchioris Alegre.

Sacra hæc etiam:

Monte Calvario: ſive de myſteriis Dominicæ Paſsionis, ac de verbis Domini in cruce pendentis: duabus partibus. Salmanticæ 1542. & 1545. & 1582. Compluti 1563. cum *annotationibus* Alphonſi de Arazo ut Waddingus, de Aorazo ut Valerius Andreas nominant. Italica editio Venetiis prodiit 1563. in 4. Ibidemque apud Vincentium Valgritium 1567. Tum apud heredes ejus 1575. Demum 1605. in 8. apud Sebaſtianum Combi. Prior pars interprete Alphonſo Ulloa, poſterior autem Petro quodam Lauro editæ dicuntur quoque Venetiis 1570. & 1571. in 4. & 8. Gallica Pariſiis 1571. 8. & Lugduni in 12. nempe ex Franciſci Belleforeſti verſione: quam edidit quoque Pariſiis Gervaſius Mallot 1575. in 8. Ex hoc uno & eodem opere duo Waddingus parum attendens fecit, nempe ut diſtincta referens *Montem Calvarium*, ſeu *Meditationes de Chriſti cruciatibus*, ac *de ſeptem verbis in cruce ab eo prolatis.*

Oratorio de Religioſos, y exercicio de virtuoſos. Pinciæ apud eumdem Villaquiran 1542. Salmanticæ 1574. & prius apud Joannem Perier 1570. in 8. Venetiis Italica donatum urbe apud Jacobum Giolitum 1567. Deinde 1605. Item Gallice in 16.

Conſcribebat pro munere *Imperatoris* ſui *hiſtoriam*, cujus ipſe meminit in argumento Cæſarianæ decadis jam laudatæ: ex eoque id confirmatur quod in teſtamento ejus Ægidius Gonzales Davila, dum præſules Mindonienſes in *Theatrum ſuum Eccleſiaſticum* producit, haberi refert, reſtitutum iri a teſtamenti exequutoribus juſsiſſe eum Cæſari ejus anni ſalarium, eo quod nil hiſtoriæ, quam de rebus ab eo geſtis formabat, hoc intervallo temporis appoſuiſſet. Claudam elogium hoc Gaſparis Barthii elogio ad lib. *Theb.* IV. v. 394. *Inſignis ſcriptor, audax fictor, confidens narrator, magnus exhortator, præcla-*

clarus doctor, utilis consolator, disertus concionator Antonius Guevara.

Diversus a nostro est, quamvis confundant Waddingus & Hieronimus Ghilinus in *Theatro hominum literatorum* Italico, Antonius Guevara, de quo jam agimus.

ANTONIUS DE GUEVARA, quem male quidam cum Mindoniensi antistite confundunt, Philippo II. Hispaniarum Regi cum a sacris esset, priorque, ut vocant, Sancti Michaelis de Escalada in tractu Legionensi, aulæ pertæsus in secessum quemdam, ut sibi & libris vitam viveret, sese contulit, atque continuit quidem eo in loco dum scriberet e lectione sacrarum scripturarum, quas familiares sibi valde fecerat, ea quæ sequuntur:

In Habacuc Prophetam commentarios, ad Gasparem Quirogam Toletanum archipræsulem, *doctos* illos, *variisque antiquitatum, linguarum, & historiarum notis refertos* ut Andreas Scotus: *eleganter, pios, atque eruditos* ut Antonius Possevinus loquuntur. Præfatur ibi se conscriptos habere, an editi sint nescio:

De vulgatæ Latinæ lectionis auctoritate, & de Sacrosancti Concilii Tridentini super hoc decreto volumen justum. Item:

Literalem expositionem in primum caput Geneseos.

In Psalmos Davidicos breves *annotatiunculas*. Prodierunt laudati commentarii primum Matriti 1585. 4. Deinde 1593. in folio. Augustæ Vindelicorum 1603. 4. Antuerpiæque apud Belleros 1609. 4. Franciscus Sancius Brocensis, vir eruditissimus, huic nuncupavit e Salmantica urbe anno MDXCI. *Annotationes* suas *in Artem Poeticam Horatii*, quas ibi edidit eo anno, ubi eum vocat *virum & natalium splendore perillustrem, & virtutum ac literarum conceptu præclarum*: annotatque eum de altera *Commentariorum in Habacuc* editione, auctiore quidem ea & limatiore, tunc temporis cogitasse.

ANTONIUS HENRIQUEZ GOMEZ, Lusitanus, inter Gallos degens, atque ordinis S. Michaelis equitem, consiliarium & œconomum Regium ordinarium se appellans scripsit versibus non inelegantibus:

La culpa del primer Peregrino, a la Serenisima Princesa Madama Margarita de Lorena Duquesa de Orleans. Rothomagi apud Laurentium Maurry 1644. in 4.

Prosa vero oratione:

Luis dado de Dios a Luis, y Anna; y Samuel dado de Dios a Elcana, y Anna: ad Ludovicum XIII. Regem. Parisiis apud Renatum Baudry 1645. in 4.

Politica Angelica, primera parte dividida en cinco dialogos. Rothomagi 1647. in 4. apud Laurentium Maurry.

La Torre de Babilonia. Rothomagi 1649. 4. & Matriti 1670.

El Siglo Pitagorico, y Vida de D. Gregorio Guadaña. Rothomagi 1644. 4. Et iterum 1682. in 4. apud Laurentium Maurry.

Idem videtur auctor ejus operis quod *Academias morales de las Musas* inscriptum prodiit Matriti ex officina Josephi Fernandez de Buendia 1660. in 4. Continet varia *Carmina*, & *Cœmedias IV.* nempe: *A lo que obliga el honor*: *La prudente Abigail*: *Contra el amor no hay engaños*: *Amor con vista, y cordura.*

ANTONIUS DE HERRERA TORDESILLAS, Cuellarensis, Roderici a Tordesillas atque Agnetis de Herrera filius, Roderici alterius antiquioris pronepos, quem sub initia Regis Caroli populus Segobiensis, decurionem urbis suæ ac procuratorem a comitiis Castellanis reversum, seditionis atque iræ præceps vivum traxit laqueoque suspendit. Post apprehensas hic inter nos priores literas, studiis humanitatis bene excultus ac dives Italiam cogitavit. In qua cum Vespasiano Gonzagæ Mantuani ducis fratri adhæsisset, tam ibi, quam deinde in regnis Navarro & Valentino, quæ quidem vir ille princeps in nostra Hispania pro Rege administravit, ei a secretis, atque arcanorum illius omnium particeps fuit. Quo diem suum obeunte Philippus II. Rex Catholicus commendatum sibi ab eo in supremis tabulis Antonium conscribendis Americanarum rerum commentariis præfecit (archichronographum Indicum hoc munus vocant, opimo stipendio dotatum) Castellæ simul chronographum inter alios desumens. Has partes sub Regibus tribus Philippis II. III. & IV. sic integre ac laudabiliter gessit, ea industria & contentione animi molem rerum ingentem versavit ac digessit, prudentia sinceritateque maxima usus, nemo ut alius Hispanorum in re historica pluribus libris res nostras, seque ipsum ab oblivione & interitu vindicaverit. Hi sunt vernacula omnes lingua concepti:

Historia general de los hechos de los Castellanos en las Islas, y Tierra firme del mar Oceano: quatuor voluminibus, quorum priora duo quatuor librorum decades ab anno MCCCCXCII. usque ad MDXXXI. reliqua duo totidem alias ab hinc usque ad annum MDLIV. comprehendunt. Horum primo volumini præmittitur *La Descripcion de las Indias Occidentales* cum tabulis Geographicis. Typis Regiis omnia sunt Matriti anno 1601. excussa, deinde iterum apud Joannem Cuesta

ta ibidem 1615. folio. *Descriptio* hæc *Novi Orbis* Latina, Gaspare Barleo metaphraste, typis Amstelodamensibus prodiit anno 1622. folio. Qua in re *Non alius majori fide & industria observavit fines provinciarum & magnitudinem, maris tractus, promontoria, insulas, fluminum flexus, ostia & portus, lacuum amplitudinem, regionum situm ratione tum vicinorum tractuum, tum etiam cœli: item proventus singularum, quæque ad urbes & propugnacula pertinent*: uti de Herrera & hac ejus *descriptione* censet Gerardus Joannes Vossius *de Scientiis mathemat.* cap. XLIV. §. 34.

Historia general del mundo del tiempo del Señor Rey D. Felipe el segundo, desde el año de MDLIX. hasta su muerte: tribus tomis. Matriti 1601. & 1612. in folio.

Historia de lo sucedido en Escocia, y Ingalaterra, en quarenta y quatro años que vivió la Reyna Maria Estuarda. Ibidem 1589. in 8. Olisipone apud Emmanuelem de Lyra 1590. in 8.

Cinco libros de la historia de Portugal, y conquistas de las Islas de los Azores en los años de MDLXXXII. y MDLXXXIII. Ibidem 1591. in 4. apud Petrum Madrigal.

Historia de lo sucedido en Francia desde el año de MDLXXXV. que comenzó la liga Catholica hasta en fin del año de MDXCIV. Ibidem 1598. in 4. apud Laurentium de Ayala.

Informacion en hecho, y relacion de lo que passó en Milan en las competencias entre las jurisdicciones Eclesiastica, y Seglar desde el año de MDXCV. hasta el de MDXCVIII. in 4.

Tratado, relacion, y discurso de los movimientos de Aragon. Ibidem 1612. in 4. typis Regiis.

Exequias de la Reyna Doña Margarita de Austria en Segobia. Quod opusculum typis excussum esse Didacus Colmenares, Segobiensis urbis chronographus, refert in cap. XLVIII. §. VIII.

Comentarios de los hechos de los Españoles, Franceses, y Venecianos en Italia; y de otras Republicas, Potentados, Principes, y Capitanes famosos Italianos, desde el año de MCCLXXXI. hasta el de MDLIX. Matriti 1624. in folio.

Manuscriptum vidimus aliud opus de rebus Turcicis hac inscriptione:

Coronica de los Turcos, la qual principalmente sigue a la que escrivió Juan Maria Vicentino Coronista de Mahometo Baiacit; y Suleiman Señores de ellos, Philippo II. nuncupatum. Hoc servat Matriti D. Christophorus de Zambrana, Calatravensis ordinis eques, instructæ satis bibliothecæ dominus, amicus noster, manu exaratum, proprioque signo auctoris ipsius roboratum. In cujus fine notatum ab auctore legimus, Decembris vigesima die anni MDXCVIII. hoc opus se absolvisse.

Interpretatus quoque est ex variis linguis. Ex Latino:

Los cinco libros primeros de los Annales de C. Cornelio Tacito. Matriti 1615. in 4. apud Joannem de la Cuesta.

Ex Italico Joannis Boteri:

Los diez libros de la Razon de estado, con tres libros de la causa de la grandeza, y magnificencia de las Ciudades. Matriti 1593.

La Historia de la guerra entre Turcos, y Persianos Joannis Thomæ Minadoi. Matriti 1588. in 4.

La Batalla espiritual, y arte de servir a Dios con la corona, y letania de la Virgen Maria. (Italicum opus cardinale de Fermo auctore) Matriti 1601. in 8.

Ex Gallico:

Advertencias que los Catholicos de Ingalaterra embiaron a los de Francia en el cerco de Paris, incerto auctore: 1592. in 8.

Denatus est IV. kalendas Aprilis, feria ipsa quinta majoris hebdomadæ, anno MDCXXV. plusquam septuaginta sex numerans ætatis; quo ipso tempore alebat spem succedendi in ejus locum qui ex eis, quorum Rex fidem participatione secretorum adprobatam habebat, primus obiisset. Huic quippe loco Philippus Quartus Rex eum decreto suo destinaverat; sed spem & votum una cum vita mors dispulit, non viri famam, quæ longe lateque per eas regiones, quas peragravit stilo, ac per Europam integram nomen illius dissipavit. Hujus nomine insignitum epistolarum volumen extitisse in Olivariensi bibliotheca legitur in ejus catalogo.

F. ANTONIUS DE HINOJOSA, Dominicanus, sacræ theologiæ magister, & a censuris rerum fidei quæ in Supremo Inquisitionis senatu discutiuntur, in lucem dedit:

Directorium Decisionum Regularium, &c. *concernentium sacrum ordinem Prædicatorum cum supplemento.* Matriti 1627. in 4.

ANTONIUS HONCALA, Yanguensis, quod oppidum vulgo audit Yanguas in territorio sacro Calagurritano, doctor theologus, Ecclesiæque Abulensis canonicus, a concionum sacrarum cura & ministerio, vir piissimus, egregiaque doctrina atque eruditione in paucis clarus. Meruit olim in grammaticis sub Antonio Nebrissensi, quem alicubi *Varronis Hispani* merito appellat honore: in theologicis, ac veræ sapientiæ studio sub Gundisalvo Ægidio. Atque is Antonium nostrum, grammaticæ arti deditum, vixque ultra cogitantem, ad graviora studia, solidamque ab se-

ſeriis ſtudiis gloriam, conſilio ſuo, veluti Socrates olim Platonem, revocavit erexitque jacentem: quem ipſe mentis profectum Honcala ei nonnullibi acceptum refert. Ante alia edidit:

Grammatica Propægnia: *ſeu luſus pueriles in grammatica re, atque in aliquot Scriptorum, ſive ſacrorum, ſive profanorum loca obſervationes*: quæ ſic placuerunt Joanni Siliceo, tunc in ſcholis verſanti, ut & carmine id teſtatus ſit elegantiſsimo. Quod, quia rara ſunt exemplaria hujus operis, continetque non parvam laudem Honcalæ noſtri, atque item Silicei auctoris tam idonei poetæ, hic referam.

Exiguus quamquam, multo nec codice turgens,
Hic tibi multa liber dogmata caſta dabit.
Condita divinæ pandit myſteria chartæ,
Aſſerit & vatem Mantua pulchra tuum.
Nomina confirmat triplici ſurgentia greſſu,
Ancipites numeros, Theſpiadumque modos.
Plurima, quæ vulgo nondum percepta latebant,
Explicat, & vario ſchemate cuncta micant.
Quantus erit ſacros pergat ſi promere ſenſus,
Qui in rebus parvis Honcala tantus adeſt?

Edidit item eodem Siliceo, jam Toletano antiſtite ſacræque R. E. cardinali, promovente:

Commentaria in Geneſim. Compluti 1555. in folio. Quæ ſimul & auctorem Franciſcus Vargas, Carolo Imperatori a ſacris, Latinus poeta elegans, hoc tumultuario & fere extemporali, quod dicit, carmine celebravit. Fragmentum dabo, ne integrum apponam, quantumvis caſtum ſatis & diſertum.

Accipe nunc Geneſim cunctarum exordia rerũ,
Quæque ſub antiquo delituere chao.
Omnia diſcernit, diffinit, diſſerit alte,
Omnia quæ in ſacris ſunt tibi tecta notis.
Hebræa Græcis jungit, Chaldæa Latinis,
Quadruplicis linguæ culmina ſolus habens.
Doctũ opus, excellens, eloquens, ſublime, diſertũ
Muſarum arcanis dogmata preſſa choris
Quid moror? exiguũ eſt quidquid mea carmina
Concinnant, meritis inferiora tuis. (laudis
Perpetuus vitæ candor, ſine crimine mores,
Et labor illuſtris viribus ingenii.
Hæc Honcala tuum celebrant per ſæcula nomẽ,
Veraque perpetuæ ſymbola laudis habent.
Quod ſi fata tuis ſervant promiſſa Camœnis,
Non poteris, quamvis jam moriare, mori.

Præterea ſcripſit:

Opuſcula XVII. De rebus variis Theologicis. I. De Virtute Religionis. II. De Juſtitia. III. De Stipendio Sacerdotum pro ſacrificii oblatione, deque digna celebratione. IV. De Exequiis & ſuffragiis defunctorum. V. De Matrimonio. VI. De Fide. VII. De Baptiſmo. VIII. De Bona, & mala concupiſcentia. IX. De Conſcientia. X. De Quibuſdam ſacræ Scripturæ locis. XI. De Expoſitione peregrinarum dictionum, quæ in divinis officiis decantantur. XII. De Ratione vitandi ſermonis ingrati apud populum. XIII. De Officio Paſtoris, ac ratione inſtituendi, paſcendi, ac gubernandi gregis dominici. XIV. De Jejunandi ratione. XV. De Fuco & colorum abuſu in fæminis. XVI. De Ratione conſequendi peccatorum remiſsionem. XVII. De Pœnitentia, & dolendi ratione pro peccatis. Compluti 1551. & Salmanticæ apud Portonarios 1553. in folio. Edidit quoque Philippo Regi nuncupatum:

Pentaplum Chriſtianæ pietatis, hoc eſt v. hos libros:

I. Antitheton de virtutum, ac vitiorum gradibus.

II. Stauricon, ſive de arcanis Dominicæ Crucis Sacramentis.

III. Apothias, hoc eſt, interitus; ſeu de miraculis per crucis ſignum editis.

IV. Epinicium: *quod expugnatæ Tuneti urbis victoriam enarrat.*

V. Eulogicon, qui eſt de ſpiritualibus dictionibus. Deceſsit, & ad ſuperos evolavit anno MD......... de cujus animæ beatitudine Divæ virgini Thereſiæ a Jeſu, quæ ipſa eam in libris ſuis inter coelites a ſe viſam refert, graviſsimo teſtimonio credimus. Exuviæ cuſtodiuntur in cathedrali Abulenſi Eccleſia.

Manuſcriptus ſervatur alicubi Honcalæ tractatus:

De Dæmone ſub hirci forma a larvis adorato.

Laudatur & Antonii Honcalæ *de Decimis* opuſculum, in *collectanea* ad hunc tit. in Decretalibus ab Auguſtino Barboſa.

D. ANTONIUS HURTADO DE MENDOZA, nobili loco in montanis Burgenſibus natus, Calatravenſis eques, inque iſto Militari ordine ampliſsimo commendator ut vocant de Zurita. Propter ingenii acumen, urbanitatemque amœniſsimam, qua dote fere omnes æquales ſui temporis longo intervallo prætergreſſus eſt, qui magno numero in curiam confluxerant, Regiæ cum fuiſſet familiæ adſcriptus facile inſinuavit ſe in Philippi IV. Regis gratiam, totique aulæ placere cœpit, gratuſque in paucis eſſe. Pangendo quippe vulgaris linguæ carmine, cum ad actiones comicas, tum ad alia quæque muſarum oblectamenta, ſic excelluit ut, quantumvis ſtudiorum præſidio carens, amœnitates omnium venerum atque venuſtatum in verſus ſuos deduxiſſe videri poſsit. Neque facile dixeris in lyrico hoc genere quis eo melior ac perfectior exstiterit, ſive in ſententiis pondus & ingenium, ſive in oratione majeſtas & nervi, ſive in facetiis & aulico jo-

jocandi caractere urbanissimi ac festivissimi sales considerentur. Regi nostro Philippo a secretis fuit, & pars Supremi sanctæ Inquisitionis senatus. Edidit:

Comedias septem octove, quæ propter egregias suas dotes in exemplar similium compositionum adduci solent. Matriti omnes alio & alio tempore typis commissæ. Prosaque quoque oratione:

La Fiesta que se hizo en Aranjuez a los años del Rey nuestro Señor D. Felipe IV. con la comedia de Querer por solo querer. Matriti 1623. in 4.

Convocacion de las Cortes de Castilla, y juramento del Principe nuestro Señor D. Baltasar Carlos primero de este nombre año de MDCXXXII. Matriti 1632. 4.

Manu exarata circumferuntur alia:

Memorial de la Casa del Marques de Cañete.

De la Grandeza de España: hoc est de privilegiis Magnatum, quos Grandes vocant. Quod in Hispania jam editum audio una cum Petri Salazar *Del Origen de las Dignidades de Castilla.*

Relacion de los efetos de las Armas de España el año de MDCXXXVIII. Et varii generis carmina, quæ ab ingeniosis hominibus magni æstimantur.

ANTONIUS IGNATIUS DESCAMPS, sive DE CAMPS, Catalanus, Perpinianensis, Jesuita, consultor Apostolicorum Fidei judicum, docuit rhetoricam & philosophiam, & XII. annis theologiam, rector colegiorum Manrresæ & Perpiniani, scripsit Hispanice:

De la Congregacion de Nuestra Señora del Socorro. Perpiniani 1666. in 4.

Vida del Venerable, y excelente Doctor el Padre Francisco Suarez, duobus tomis. Ibidem apud Joannem Figuerolam 1671. & 1672.

F. ANTONIUS ILERDENSIS (sic ex conjectura emendavi pro Iledensis, quomodo Lucas Waddingus vocat, eritque vulgari cognomento de Lerida) Franciscanus provinciæ Aragoniæ, vir doctus in philosophia, in sacraque theologia & divinis scripturis versatissimus, scripsit:

Collationes pro mortuis per totum anni circulum, in quibus applicat exequiis defunctorum præcipuas totius anni Epistolas & Evangelia tam de Tempore quam de Sanctis. Incipiunt: *Hora est jam nos de somno surgere* &c. Extant MSS. in bibliotheca Toletana Franciscanorum, in codice pervetusto pergameno, signato lit. z. num. LXXVIII. Hæc Waddingus in *Bibliotheca* sua *ordinis Minorum*: cujus quia ætatem ignoramus, reticetque ille, nos hunc in locum conjecimus.

F. ANTONIUS DE INCARNATIONE, Lusitanus, ordinis Prædicatorum, scripsisse dicitur vernacule:

Relaçaõ do principio da Christiandade nas ilhas de Solor, quod opus laudat Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano* die XVI. Martii pag. 198. Itemque:

Relaçaõ dos serviços que ficera a Deos & a este Reyno a Religiaõ de San Domingos no Oriente. Meminit idem die XXVI. Maii pag. 319. & XXVII. ejusdem, pag. 334.

F. ANTONIUS DE JESU, Lusitanus, patria ex oppido Aveiro, Carmelitarum Excalceatorum sodalis, de quo videri potest Georgius Cardosus in *Agiologii Lusitani* tomo II. die XXVII. Martii, scripsit atque ineditas reliquit, vulgari Castellæ lingua ut credimus:

Cartas Espirituales.

Obiisse tamen eum non die XXVII. Martii, ut Cardosus credidit, in Malacitana urbe; sed die XIX. Januarii affirmavit nobis P. Fr. Emmanuel a Resurrectione, Augustinianus Excalceatus provinciæ Portugalliæ, qui rem examinavit.

F. ANTONIUS DE JESU MARIA, Matritensis, Carmelita nudipes, scripsit post unum & alterum ejusdem Spartæ ornatorem:

Vida de D. Baltasar de Moscoso y Sandoval, Cardenal Arzobispo de Toledo. Matriti apud Bernardum de Villadiego 1680. in folio. Item:

Manifiesto de la injusta persecucion que padecen los Catholicos Romanos en Ingalaterra, carta escrita por un gran sujeto de Londres a otro Residente en Colonia, traducida en Castellano del Latin. Ibidem 1680. 4.

Vidimus apud eum:

El Boecio de Consolacion, noviter e Latino conversum, qui typis jam committitur.

F. ANTONIUS JOANNES ANDREAS DE S. JOSEPHO, patria ex Valentia urbe, antiquo sæculi nomine Joannes Andreu, Franciscanus Excalceatus provinciæ S. Joannis Baptistæ Valentini regni ex doctore theologo, & professore XXII. annorum ejus urbis gymnasii: vir Apostolici fervoris in seminando Dei verbo, de quo agit Fr. Antonius Panes in *Historiæ hujus Provinciæ* I. parte, lib. XI. cap. XLIII. Edidit:

Historia de la Imagen de Christo crucificado, que se guarda en la Iglesia de Santa Tecla de la ciudad de Valencia. Valentiæ 1625.

Iterumque apud viduam Joannis Chryfoftomi Garriz 1631. 4.

ANTONIUS JOANNES ANDREU, gente Valentinus, facræ theologiæ & ingenuarum artium doctor, & publicus metaphificæ interpres, edidit:

Philofophiæ Peripateticæ encomium : eloquentifsimum & eruditifsimum ut ait Petrus Auguftinus Morla in *Emporii juris* fui præfatione anno MDLIII.

ANTONIUS JOANNES ASTOR QUINQUARBOREUS, vulgo........ Catalanus, ex Dertufenfi urbe, juris utriufque doctor, facrorumque canonum in Ofcenfi gymnafio interpres, cum a profefforio munere vicarium doctifsimi illius viri Jofephi Stephani, præfulis Oriolani, ageret, data commodum occafione ab epifcopo fuo atque Ecclefiaftico ejus urbis fenatu, non bene inter fe convenientibus, publicavit:

Refponfum, five tractatum de Synodo Diœcefana per Epifcopum indicenda, deque illius Statutis condendis fine confenfu Capituli. Tarracone 1604. 4.

Idem poftea in Tarraconenfi diœcefi vicariam antiftitis operam adminiftravit.

D. ANTONIUS JOANNES DE CENTELLAS, Valentiæ natus ex nobilifsima Scintillarum familia, eques militiæ Calatravenfis, poft adminiftratos in patriæ urbis curia fenatoris ac Regentis ut vocant magiftratus Neapolim juffus fuit venire ad gerendam Regiæ Cameræ præfecturam (quam propria hujus regni appellatione Lugartenien te de la Regia Camara de la Sumaria nuncupant) quæ ab anno MDCLXII. una cum confiliarii Collateralis, ita vocant, munere, quibus adjunctus ante non multum tempus fuit marchionis de Centellas titulus, multoque magis propriæ virtutes integerrimum virum, doctrina & dignitate atque his honoribus laudabiliter geftis clarum, quo tempore hæc fcribimus, ornant illuftrantque. Pro magiftratus fui prærogativis edidit ante aliquot annos:

Defenfa Juridica en la pofefion calificada de la precedencia del Regente Don Antonio Juan de Centellas &c. *opugnada del Regente Don Francifco Ortiz.* Itemque:

Difceptacion Legal-hiftorica del Regente Don Antonio Juan de Centellas, &c. *con el Regente Donato Antonio de Marinis fobre la precedencia en el Colateral, y en todos los Actos.*

ANTONIUS JOANNES GARCIA DE CARALPS, in alma Ecclefia Barcinonenfi, atque illius facro collegio falutaris pœnitentiæ imponendæ adminifter canonicus, decretorum & facræ theologiæ doctor, Subcollectorque ut vocant Apoftolicus, edidit:

Hiftoria de S. Oleguer Arzobifpo de Taragona, y Obifpo de Barcelona. Barcinone 1617. in 4. Item Latine:

De Canonizatione Sanctorum ; in honorem Sancti Ollegarii Tarraconenfis Archiepifcopi, &c. Ibidem apud Gabrielem Graels 1618. in 4.

ANTONIUS JOLIUS, vulgo JOLIS, Aufetanus, ex Cataloniæ principatu, apud Petrum Joannem Nunnefium, virum eruditifsimum, in grammaticis eo ufque procefsit ut & ipfe aliquando hanc artem publice docuerit. Extant ab eo collecta:

Adjuncta Ciceronis, five quæ verba Cicero fimul dixit, tamquam finonima, aut vicini fenfus. Barcinone apud Jacobum Cendrat 1579. in 8.

ANTONIUS LAURENTIUS, Lufitanus, Pacenfis, egregius, ut cives ejus affirmant, juris utriufque doctor, multa volumina in fcriptis reliquit, quorum hactenus lucem vidit nullum.

D. ANTONIUS LAZARUS DE VELASCO, Valentiæ urbis civis, fcripfit relationem juftorum, quæ perfoluta funt in ea urbe Philippo IV. Regi Hifpaniarum e vivis fublato, relationi infcribens:

Funefto Geroglifico, enigma del mayor dolor &c. *en las honras del Rey D. Felipe Quarto.* Valentiæ apud Hieronymum Vilagraffa 1666. in 4.

ANTONIUS DE LEBRIXA, vulgo NEBRISSENSIS dictus (quippe vernaculæ formæ cognomento Lebrixa nunc audit vetus Nebriffa in æftuariis Betis amnis fita) anno MCCCCXLIV. ex Joanne Martinez de Cala & Hinojofa, Catharinaque de Jarava & Loxo parentibus mediæ, ut ipfe ait, conditionis in lucem editus, poftquam in patria ipfa grammaticæ ac dialecticæ artium rudimenta laboriofe admodum didiciffet, Salmanticæ per quinquennium in mathematicis Apollonio, in phificis Pafchali de Aranda, in ethicis Petro Oxomenfi operam dedit. Inde in Italiam ætatis anno undevicefimo tranftulit fe liberalium omnium difciplinarum avidus, quarum ftudia nondum apud nos e rogo veteris oblivionis & barbariei caput extulerant. Hujus omnia fere gymnafia colluftraffe eum refert Jovius in *Elogiis*, confirmatque Petrus Martyr Anglarienfis in epigrammate ad eumdem fcripto. Quæ fane pere-

re-

regrinatio fructus adeo uberes illi in ſinum detulit Latinæ Græcæ Hebraicæque linguarum, ingenuarumque omnium artium eruditionis ut & Hiſpaniæ honos audire, atque in ore omnium illius ævi literatorum eſſe ſit promeritus. Bononiæ ad Sancti Clementis Hiſpanorum inter ſodales vixit, quorum albo eum Joannes Geneſius Sepulveda in Albornotii fundatoris vita non ſine juſta commendatione intulit. Galeotum Martium ibi docentem audivit, cujus hominis in lucubrationibus grammaticis ipſe ſæpius meminit. Theologiæ itidem, utriuſque juris, atque ipſius medicæ artis penetraſſe adyta commentationibus doctis & utilibus harum doctrinarum manifeſtum poſteris fecit. Homo vere ad ſtudia & laborem quaſi formatus, utpote cui difficilia quæque cogitandi, nihil quod arduum non eſſet aggrediendi, aut quod ſibi negotium non faceſſeret in vulgus edendi more genius ſuus præcordia finxerat, qualem in *Apologetico ad Ximenium* Toletanum præſulem tribuere ipſe ſibi non dubitavit. His artibus locuples reverſus eſt, poſt decennium peregre factum, allectus Hiſpalim Alphonſi Fonſecæ, qui in hac urbe antiſtitem gerebat, literis: quo veniens adiit & patriam, carminibuſque inter alia metrica ejus editis ſalvere juſsit & celebravit. Exceptus in familiarem, habituſque liberaliter ab archiepiſcopo, cum e cathedra docuit Latinam linguam (cujus quidem rei memoriam duplex conſervat Petri Nonnii Delicati epigramma, cui diſcedens Antonius lampada hanc docendi tradidit) tum de reformanda ſerius grammatica doctrina, inſtituendaque nova arte, ſeu deturbandis e ſuggeſtu muſarum, excutiendiſque e juventutis manibus Paſtranæ, Alexandri, Catholici, Galteri, Everardique artibus, qui late in ſcholis hoc tempore dominabantur, primum cogitaſſe dicitur. Joannis Paſtranæ operis, cui primas deferebant noſtri, Antonius ipſe ſæpe meminit, qui & Alexandri de Villa Dei, Franciſcani, artem non ſemel in *De Dictionum peregrinarum accentu* impugnat planeque averſatur. Tolerabilius paulo forſan fuit Joannis Balbi, Genuenſis, Dominicani, *Catholicon*, æque tamen barbarum, lexico & arte conſtans. Præterea Galteri, ſeu Galfridi Angli, commentaria in Joannis de Galandia Grammaticam, Everardique, alias Græciſtæ Bethunenſis dicti, ſimile ejuſdem ſtudii opus denſiſsimis quoque barbariei tenebris obſidebantur. Quibus omnibus, atque eorum ſequacibus bellum noſter indixit, alter tamquam Hercules monſtrorum domitor, primuſque ſignum ab ipſa Minervæ extulit arce ad inſtauranda literarum ſtudia. Neque id tamen ſine lectiſſimorum Italiæ hominum conſilio, ex quibus Georgium Merulam, Galeotum Martium, Philelphum juniorem, Franciſcumque Nolanum virum eruditiſsimum variis ipſe appellat locis: hiſque Hermolaum Barbarum, Picum Mirandulanum, Angelum Politianum, atque Jovianum Pontanum Ledeſma, noſtri auditor, in fragmentis de vita illius adjungit. Inſurrexerunt ſtatim, pedem contra ferentes, quotquot in Hiſpania his literis cenſebantur; cuidamque ex Valentinis profeſſoribus, cui Amigueto nomen, commodaſſe ingenium & calamum dicitur Ludovicus Vives, ætate adhuc & judicio præcox, qui tamen maleſanæ præceptoris æmulationi paulo poſt renuntians proripuit ſe & ipſe foras hanc eloquentiam & ingenuas artes, quas in Antonio olim improbaverat, longe a patria atque inter exteros conquiſitum. Acceſſit quoque ſequentibus annis Ferdinandi Nonnii Pinciani, Alphonſique Alvarezii, ſummorum in hoc ſtudio virorum, commendatio inſtituti hujus grammatici novæque artis, quando ſcilicet alteram ejus editionem, poſt viginti integros annos haud parum, locupletiorem atque ornatiorem publicavit. Sed ut rei inſiſtamus, Fonſeca non diu ſuperſtite Salmantino ſeſe gymnaſio Antonius obtulit, honorificeque exceptus fuit; ſtatimque (an poſt aliquod tempus?) duabus cathedris ac duplici ſalario ornatus, grammaticæ altera, poeticæ altera, quod nemini ante eum contigerat. Duodecim hujus profeſsionis annos arrogat ſibi in Dictionarii præfatione. Inter hæc deſtinatum a Catholicis Regibus Joanni filio præceptorem, immatura hujus Principis mors in ſtatu continuit. Attamen prolixa & laborioſa profeſsione fatigatus, atque otii cupidus quo poſſet commentando multis proficere, anno ſcilicet MCDLXXXVIII. aut circiter, conditionem ſibi a Joanne Stunica, ſummo Alcantarenſis militiæ præfecto, oblatam præ Salmantina illa habuit; in cujus domo aliquot annis manens grammaticas præceptiones ad incudem revocavit, Dictionarium pluraque alia compoſuit. Princeps interim docendi locus, quem toto profeſsionis tempore adeptus numquam fuerat vacuum, poſſeſſore ſpoliatus invitavit de novo eum ad Salmantinam ſcholam, quem ſine competitore fere obtinuit. Manens ibi uſque ad annum ſuperioris ſæculi quartum præcipuus in aliis habitus fuit a Rege Ferdinando Catholico, cui partes committeret rerum ſuarum hiſtoriam conſcribendi. Huic curæ ut faceret ſatis, aliis vacuus, curiam incolebat anno MDVIII. quo ad Chriſtophorum Scobarem, diſcipulum in Sicilia degentem, cogitare ſe hinc abſcedere, atque in locum quo ſcripta ſua perficere poſſet ſecedere ſcribit. Per eos dies aggreſſus eſt amplisſimus ille præſul Toleta-

tanus Ximenius trilinguem Bibliorum editionem, in qua corrigenda & disponenda cum aliis viris, eruditione trium linguarum præstantibus, apud Gomezium Toletani historicum non ultimus Nebrissensis noster laudatur. Hunc tamen sic secundum propitiæ, atque faventis fortunæ cursum interrupit ei præposterum quoddam juventutis academicæ, cui datum est Salmanticæ, sibi ut magistros in locum decedentium eligat, circa illius res judicium. Mortuo enim Titio (alii Petrum Vitinnem vocant) sibi olim æmulo, cum sive ambitione sive alio animo (verbis id refero Martini de Ibarra discipuli in ejus vita quæ cum Arte circumfertur) pulpitum illius, sive docendi locum repoposcisset, nescio magistratuumne indignatione, quod toties academiæ munera abiens rediens aspernatus videretur, an fortuna, quæ strenuis quoque raro parcit, ab ambitiosiore discipulo scholasticorum suffragiis superatus voto excidit. Quam contumeliam senex impatienti animo ulciscens, Ibarra subdit, ita Salmantica discessit, quasi neque cineribus quidem, quod olim Scipio Romæ comminatus fuerat, ingratam patriam, laudis nempe & honorum, revisurus: quod ipsum Alvarus Gomezius in Ximenii vita, & Amatus medicus Lusitanus ad *Centuriæ* quintæ finem, illius nomine conquerentes, memoriæ prodiderunt. Rediit ergo ultro ad Ximenium, quem olim deseruerat, eodem Gomezio referente (quod incertum mihi qua tempestate fuerit factum) tamquam ad portum anno ejus sæculi XIII. ut in Complutensis academiæ gremio, sine ullo procellæ metu, quodcumque ævi superesset conquiesceret. Excepit illum Ximenius perhumaniter, & quod habitum fuit hoc tempore amplissimum honorarium constituit. Interpretatus est ibi ad mortem usque magna cum auditorum frequentia bonorum auctorum libros, quod & a Petro Mota discipulo in notis *ad Ludovici Vivis exercitationes* annotatum reperio: conditione numquam uti volens sibi a patrono oblata quiescendi genioque indulgendi, cujus sic de Hispania, & literis benemeriti hominis otio emerito ingenua hæc merces debebatur. Plura Gomezius de humanitate qua eum Ximenius semper habuit. Apoplexi tandem oppressus vita decessit secunda die Julii anno MDXXII. ætatis suæ LXXVII. non LXX. in quo Scotus, nec XC. circiter, in quo Ibarra falsi sunt. Ejus academia Complutensis non honorifice tantum funus duxit, sed & ei, tamquam amplissimo benefactori, quotannis parentare diu consuevit. Statura fuit corporis mediocri, sed bene compacta, vultuque majestatem præ se ferente, & qui studiis deditum hominem ostenderet: voce gracili, exilibus cruribus, parvisque oculis Aristoteli, quod ex Laertio notum, similis fuit. Prænomine Ælii usus est, in Beticæ suæ provinciæ Romanis monumentis frequenti, ad imitationem illius ætatis hominum qui antiquitatem admirabantur; nec tamen derelicta lustrica & Christiana appellatione, quod fecerant Petrus Calaber, Joannes Pontanus, Jacobus Sanazarius, Petrus Valerianus adsumptis sibi Pomponii Leti, Joviani Pontani, Actii Sinceri, Pierii Valeriani nominibus, quo magis Romani, hoc est ethnici, quam Christiani viderentur. Grammatici nomen usurpasse eum quoque, sicut & Angelum Politianum, notavit Ludovicus Vives in secundo *De causis corruptarum artium* libro, cum posset jure alia quævis aliarum scientiarum nomina. Sustulit Antonius ex Elisabetha Solisia, Santii Montesinos de Solis equitis Salmantini filia, liberos sex masculini sexus: Marcellum & Alphonsum, Sancti Jacobi hunc, Alcantaræ illum ordinum equites, cujus Marcelli, utpote scriptoris, loco suo meminimus; Santium sive Xantum jurisconsultum; Fabianumque & Sebastianum gemellos, eruditione utrumque præstantem; ultimumque Antonium: sequioris item sexus unicam, quæ Joanni Romero nupsit, Hispalensis prætorii judici, docta & ipsa Latinas literas & poesim. Auditores Antonii ac discipulos fuisse summos quosque ejus temporis in Hispania viros ambigere non sinunt tam ipsius quam eorum monumenta: Franciscum nempe ipsum Ximenium, Ferdinandum Nonnium Pincianum, Florianum Docampium, Martinum Azpilcuetam Navarrum, Joannem Genesium Sepulvedam, Joannem Andream Straneum Valentinum, pluresque alios. Plane ab exteris æque & Hispanis celebratur is non vulgaribus elogiis: Erasmo scilicet Roterodamo in *Apologia ad Jacobum Stunicam*, ubi *eruditissimum virum* vocat, cujusque *gloriæ*, ait, *merito* atque *ex animo* se *favere*; similiterque in *Ciceroniano* qui & in quadam ad Ludovicum Vivem epistola *Principem* vocat eum, *& ornamentum academiæ Complutensis, per quem tantum nomen hæc universitas consequuta est*; deindeque *egregium senem* vocat, *planeque dignum qui multos vincat Nestores*: Marinæo Siculo, Paulo Jovio, Joanne Vasæo, Alphonso Matamoro qui *magnum Hispaniæ Aristarchum, præclarumque oratorem, multæ & variæ lectionis, cœlestis necnon ingenii, & eminentis doctrinæ virum, Romanæ togæ gloriam* cum in *Apologetico*, tum in quartum *Grammaticæ* librum appellat: Floriano quoque Docampo, Petro Medina, Andreaque Scoto. A Paulo item Merula *Cosmographia* parte II. lib. II. cap. XXIIII. dum ad Nebrissam ejus patriam pervenit, *Hispaniæ totius ornamentum*

tum audit. Extat inter alia Arii Barbosæ metricum nostri elogium, idque elegantissimum, quod Scotus adducit. Raimundus item Palasinus, Alvigensis ut audio, vir doctissimus, Antonii nostri æqualis perquamque familiaris, in *methodo legendi, & studendi auctores*, adjunxisse eum *literis pietatem eximiam, ac Dei timorem*, quod juxta sapientis effatum initium est sapientiæ, multa illius cum laude refert. Præter hos Antonius Honcala *doctissimum Hispaniæ Varronem*, Alexius Vanegas in prooemio *ad Velleris aurei*, opus Alvari Gomezii, *Camillum Hispanum Latini sermonis* jure appellant. In manibus tandem sunt noviorum Didaci Covarrubiæ lib. IV. *Variarum* cap. ultimo: Antonii de Padilla in L. *Et per agrum* num. 22. c. de *Servitutibus*: Joannis Genesii Sepulvedæ jam laudati: Stephani Garibai lib. 13. *Hist. Hisp.* cap. 7. & lib. 18. cap. 1. Floriani Docampi lib. 4. cap. 28. Joannis Marianæ lib. 26. cap. 5. Ludovici Nonnii in *Hispania sua*: Roderici Cari in *Cosmographia Hispalensis Conventus*: Jacobi Gaddii: Ghilini aliorumque de nostro censiones. De vita illius commentati sunt Martinus Ibarra & N. de Ledesma, qui vulgo prostant, seriusque hac tempestate D. Balthasar de Gadea & Aranda Granatensis, cui tamen multa exciderunt temere narrata, quæ ex ipsis auctoris operibus, ceu ex fidissimis historiæ suæ monumentis convincuntur. De quorum non paucis admonuit nos Granatæ, dum in ea urbe essemus, Thomas Leonius Jesuita, per mihi carus doctrinæ & morum nomine.

Opera Antonii nostri commode partimur in classes: Grammatica videlicet, Philologica, Poetica, Historica, Juridica, & Medica, tandemque Sacra. Grammatica:

Introductiones in Latinam Grammaticam, seu de Sermone Latino cum commentariis ejusdem auctoris, editæ cum antea, tum cum largioribus hypomnematis, multisque aliis tum ipsius tum aliorum eadem de re operibus & additamentis secundum Cantabricum & Salmantinum prototypum, acri Martini Ibarræ Cantabri (ut titulus præ se fert) lima cruciatæ. Barcinone apud Joannem Rosembak 1523. in folio. Et cum commentariis doctorum virorum Compluti 1524. Lugdunique apud Jacobum Juncti 1541. Christophori nempe Scobaris, Francisci Ruizii, Raimundi Palasini, Andreæ Vaurentini, Hieronymi Sanguini accessionibusque non paucis, maxime ex Baptista Mantuano, aliisque primæ classis auctoribus, quibus etiam Hilarii Bertulphi scholia sunt appensa. Hic titulus & contenta in editione hac Lugdunensi. Tolosæ item editæ sunt per Guidonem Boudeville 1545. folio. Animadvertendum tamen est Artem Grammaticæ, qua nos utimur ut Flandri Simonis Verepæi, Lusitani & plures aliæ nationes Emmanuelis Alvari, quantumvis ab Antonio appellatam, a Joanne Ludovico de la Cerda, Societatis Jesu, viro eruditissimo, formatam esse; cujus ipse ut proprii operis meminit in *Commentariis Virgilianis*: id quod fugit Vossium, aliosque non e plebe grammaticos, Antonio hanc artem non sine laude attribuentes. Vereque ipsa toto coelo differt ab Antonianis præceptionibus; sed cum emolumenta, quæ ex editione Artium seu Grammaticæ Antonianæ perciperentur, archinosocomio Matritensi adjudicata olim essent, permissum sive provisum fuit Ars ut hæc reformata Cerdæ, cum vetere Nebrissensis appellatione, ut prius ederetur, ne opus esset novo Regis privilegio. Eoque magis necessarium & fructuosum fuit hoc doctissimi Cerdæ consilium, quod Antonius in his grammaticis institutionibus plura admiserit juxta captum barbari illius sæculi, nec omnino sententiam suam aperuerit quam in vulgus probandam diffideret; secus atque in commentariis fecit, in quibus cum doctoribus sermonem instituebat, ubi quid quaque de re sentiret liberius & apertius pronuntiavit: quod ex vero, & ex Antonii ipsius confessione in oratione quadam, pro eodem Antonio publice habita Salmanticæ, admonuit Franciscus Martinus Lusitanus, quæ edita est in eadem urbe anno 1588. quo forsan pertinet Antonii querela, cujus Franciscus Sancius meminit in prologo *Minervæ*. Hæ olim Introductiones editæ sunt cum titulo: *Introductionum Latinarum*, sine anni mentione, Zamoræ apud Antonium de Centenera, Latino-Hispanæ, columnatim, Elisabethæ Serenissimæ Hispaniarum Reginæ dicatæ. Alia editio hunc præ se fert titulum: *Ad Artem Literariam Introductiones cum notis Christophori Scobaris Bœtici viri eruditissimi.* Et in fine: *Ælii Antonii Nebrissensis Grammatici doctissimi Latinæ Introductiones, cum ejusdem Commentariis, & aliis ipsius quibuscumque opusculis: necnon L. Christophori Bœtici Scobaris in iisdem Introductionibus expositiones, una cum quibusdam ipsius opusculis.* Venetiis prodiit 1512. Tertiam cum duabus superioribus editionem servat Ecclesia Hispalensis in bibliotheca sua, quæ fuit Ferdinandi Colon, ita inscripta: *Introductiones in Latinam Grammaticam cum longioribus glossematis, ex impressione Cantabrica*: anno 1513. Est ibidem una cum *Dictionario*, paullo post laudando, ligata ejusdem *Ars literaria cum expositione ex Hispalensi exemplari, per eumdem Antonium novissime correcta, sumpta, cum figuris Antonii Mancinelli, ubi non modo quæ Donatus, verum quæ Fabius Quintilianus*

nus

nus & alii de Figuris diseruerunt , ille dulci quodam stilo discerpsit. Elisabethæ Principi suæ dedicata. Lucronii 1503. folio.

Repetitiones aliquot ex more composuit: cujus quidem moris adsignavit ipse rationem in octava earum , quæ *de Numeris est.* Quare non , juxta consuetudinem aliorum , memoriter suas repetitiones ederet , sed & scripto recitaret , & typis promulgaret , hanc esse ait causam : quod *Nicolaus V. Papa sollicitatus a Joanne Camargo , Salmantinæ universitatis procuratore , super impetranda contractione jubilæi* (veterum præceptorum emeritam ab onere docendi requiem intelligas) *a viginti ad quindecim annos ; Nicolaus ad nomen jubilæi , ergo , inquit , professores in Hispania non temporarii sunt , & ad tempus conducti ut inter nos? Nunc demum , inquit , intelligo quod magistri & doctores Hispani non componunt lecturas , quia videlicet , cum semel cathedras adepti sunt , extra fortunæ aleam positi somniculose munus suum exequuntur.* Hæc Nicolaus. Quo excitatus noster, Repetitionibus his multiplicis argumenti in vulgus editis , palam esse omnibus voluit se non ut segni otio marcesceret , sed ut operi suo semper instaret , publici professoris partes nomenque suscepisse.

Ex his aliquæ sunt de re Grammatica.

Repetitio prima scilicet *De Vi , & Potestate literarum.* Salmanticæ 1507. Quod opusculum (Scobarius ad auctorem scribit) *non Siculi modo , sed & Itali tanti faciunt ut Latium apud Hispanos renasci , cum id viderent, persancte testarentur.*

Repetitio secunda De Corruptis literarum vocibus.

Repetitio nona De Accentu latino , aut latinitate donato. Salmanticæ habita III. idus Julii MDXIII. Hispali edita eodem anno in 4.

Repetitio decima De Peregrinarum dictionum accentu. Præter has Grammatica quoque sunt:

De falsa Pronuntiatione : nisi aliquod sit ex superioribus opusculis.

Differentiarum Epitome ex elegantiis Laurentii Vallæ.

Ortographia Latina.

Barbarismus Donati cum expositione.

De Punctis , quibus orationis clausulæ distinguuntur.

De Constructione octo partium orationis, quæ pars forte *Introductionum* est *Grammaticæ.*

Nomina numeralia dividua , ordinalia , & adverbia numerandi. Omnia hæc laudat Gadea.

De literis , & Declinatione Græca.

De literis Hæbraicis : de quo opere in Sacris.

Institutiones Græcæ linguæ. Hujus autographum se vidisse in bibliotheca Salmantinæ academiæ , idque opus apud Cantabros , Lucronii ut credimus , typis editum scripsit olim Andreas Resendius in *epistola ad Quevedum.*

Lexicon , sive parvum Vocabularium , in quo breviter invenire est vocabula scholasticis valde necessaria. Septem foliorum libellus, Barcinone , una cum *Arte , & Commentariis* , 1523.

Dictionarium Latino-Hispanicum , & Hispanico-Latinum , cujus ipse meminit ad Scobarium scribens anno MDVIII. uti nondum publicati. *Quartum opus* (ex his quæ edere parabat) *est Vocabularium* , inquit , *collectum ex nominibus , reliquisque partibus orationis, opus immensi laboris , quippe quod in septingentas duplices chartas sit explicatum.* Opus istud direxit primum ad Joannem Stunicam S. R. E. cardinalem , & Hispalensem archiepiscopum , cum Alcantaræ militibus præesset. Primum , ut credimus , prodiit Hispali absque anni nota. In epistola nuncupatoria ad Joannem Stunicam *Interpretationem* opus vocat *dictionum ex sermone Latino in Hispaniensem.* In fine legitur : *Hoc opus explicitum est atque impressum Hispali* , quo forsan tempore Antonius ludum grammaticæ artis habebat in Ecclesiæ Hispalensis metropolitanæ parœcia veteri (Sagrario viejo nunc audit) & capella Deiparæ Virginis a Malo-granato dictæ, cujus ibi aperiendi facultas data est ei a capitulo dictæ Ecclesiæ literis vel hodie extantibus , quas in monumentis ejus se vidisse D. Joannes a Loaisa , portionarius & bibliothecarius , scripto mihi affirmavit. Deinde iteratam ejus editionem, plusquam decem millibus vocabulis locupletiorem , Michaeli Almazano, Ferdinando Regi Catholico a secretis , nuncupavit. Dictionaria scilicet tria *Latino-Hispanicum , Geographicum , & Hispano-Latinum:* quæ edita vidimus Complutensibus formis anno 1532. in folio. Dictionarium hoc locupletatum fuit a pluribus , ac sæpissime editum: quo comprehensa hodie sunt *Dictionaria* alia duo ejusdem auctoris , de quibus ipse ibidem ad Scobarium refert : *Alterum opus pertinet ad Cosmographiam , in quo rediguntur in lexicon ex ordine alphabetico omnia quæ ad illam artem pertinent* (de quo nuper diximus). *Tertium opus est De Nominibus propriis virorum & fæminarum , sive illi sint clari, sive obscuri , narrans summatim quid egregium cuique acciderit.* Hæc Nebrissensis. Granatæ anno 1554. Compluti , Granatæ iterum 1585. Antuerpiæ apud heredes Stelsii 1572. Hispali apud Alphonsum Rodriguez 1612. Lugduni 1655. & aliis locis prodiit. Gallice etiam versum prodiisse scio anno 1532. cui & multa

ta Joannem Bellerum addidiſſe Valerius Andreas notavit in *Catalogo Scriptorum Hiſpanorum.* Hujus Dictionarii, jam tempore ſuo deſiderati, Paulus Jovius meminit in Antonii elogio. Tribuit quoque noſtro *Vocabularium Latino-Italicum* Ferdinandus Gadea : quæ forte eſt Italica ab homine illius gentis nata Dictionarii ejuſdem interpretatio.

Hiſpanica etiam lingua:

Gramatica ſobre la lengua Caſtellana ad Eliſabetham Reginam. Salmanticæ 1492. in 4. Deinde Compluti 1517. in 4.

Arte en Eſpañol, hoc eſt diſtinctum a ſuperiore, ſcilicet Latinæ linguæ Ars vernacule ſcripta. Nam Antonius ipſe ad Joannem Stunicam in præfatione Dictionarii, Hiſpanienſem ſe ex Latina feciſſe Artem ſuam Reginæ juſſu ex regione verſuum annotavit. Nempe inclita hæc heroina bellis in Hiſpania jam confectis, etſi multis magniſque negotiis occupata, grammaticæ tamen lectionibus operam dedit : *In quibus per unius anni ſpatium tantum profecit ut non ſolum Latinos oratores intelligere, ſed etiam libros interpretari facile poſſet* uti Lucius Marinæus inquit, de Reginæ moribus & religione ſcribens, *Hiſtoriarum* libro XXI. Meminit etiam hujus Artis Gundiſalvus Argote de Molina in libello inſcripto *El Conde de Lucanor.*

Elegancias Romanzadas, *ex Stephani Fliſci variationibus*, ſive *orationis ſynonymis.* Antiquariæ 1586. in 4. Tribuit quoque ſibi auctor Hiſpanum aliud opus grammaticum, ſcilicet quo:

Dictiones Hiſpanas, & Barbaras Hiſpanitate jam donatas interpretatus eſt, addita ſingulis in eodem ſermone quam breviſsima enarratione, nempe in prologo *Dictionarii Hiſpano-Latini.*

Philologica hæc:

Repetitio VI. de Menſuris. Salmanticæ habita III. idus Julii MDX.

Repetitio VII. de Ponderibus. idibus Junii MDXI.

Repetitio VIII. de Numeris III. idus Junii MDXII. Simul hæ tres prodierunt Compluti apud Michaelem de Eguia 1529.

De Aſſe : Latine & Hiſpanice ad Eliſabetham Reginam.

Collationes Antiquitatum, ad Joannem de Fonſeca Palentinum epiſcopum, Hiſpali ut dicitur editæ.

De Digitorum ſupputatione. Granatæ 1535.

Coſmographia : ad D. Joannem Stunicam, archiepiſcopum Hiſpalenſem, cujus operis meminerunt Geſneri *Epitome*, & Palmirenus. *Introductorium in Coſmographicos libros* Pariſiis editum fuiſſe lego.

Artis Rhetoricæ compendioſa coaptatio ex Ariſtotele, Cicerone, & Quintiliano. Compluti apud Eguiam 1529. in 8. Et Granatæ 1583. ad cardinalem Ximenium.

Ecphraſes in Virgilii opera admodum familiares, & rudibus tirunculis ad intelligendum facillimæ. Granatæ 1546. 4. Hujus poetæ opera manu ipſius Nebriſſenſis deſcripta vidit olim in monaſterio de la Mexorada, cœnobitarum Hieronymianorum prope Ulmetum Caſtellæ veteris, Ambroſius de Morales, quod ipſe refert in libello adhuc MS. *El Santo Viage* inſcripto.

Auli Perſii Satyræ cum interpretatione. Lucronii apud Michaelem de Eguia 1529. 8. Lutetiæ apud Stephanum.

In Juvenalem quoque ſcripſiſſe dicitur, uti et:

Annotationes in obſcuriora Plinii. Et:

Locos communes de variis rebus. Item:

De componendo Horologio : cujus meminit *Epitome* Geſneri.

Poetica hæc:

Vafre dicta Philoſophorum carminibus latinis reddita, ad Joannem Fonſecam Pax-Auguſtanum epiſcopum.

Epithalamium in nuptiis clariſsimorum Luſitaniæ Principum Alphonſi, & Eliſabethæ, quod auctor in ipſa feſtorum dierum celebritate præſens luſit.

Salutationes aliquæ ad Patriam.

De Profectione Regum ad Compoſtellam. Omnia hæc cum Marinæi quibuſdam & Fabiani, auctoris filii, ad Artem patris, ac in fabulam, quæ de Crepidine Amantium (la Peña de los Enamorados juxta Archidonam vulgo) dicitur, Granatæ 1534. in 4. Et Antiquariæ cum notis 1577.

Hiſtorica vero:

Decades duæ Rerum a Ferdinando, & Eliſabetha Hiſpaniarum Regibus geſtarum. Has Santius ſeu Xantus filius, juriſconſultus, Granatæ edi curavit poſtumas anno 1545. Quæ inde Francofurti anno 1579. ſeorſim editæ, iterumque in volumen primum *Hiſpaniæ illuſtratæ* conjectæ ſunt. Lucius quidem Marinæus Siculus initio libri XX. & Alphonſus Garſias Matamorus in *Apologetico* interpretationem tantum hanc eſſe Ferdinandi Pulgaris vernaculæ eorumdem Regum *Hiſtoriæ* non dubitanter ajunt. Quamvis Vaſæus Sepulvedaque ſolidam inventionis laudem noſtro tribuant, Andreas Scotus materiam ſaltem ei ſuppeditaſſe Pulgarem moneat. Plane inter ſe conveniunt hujus vulgares, & Antonii Latinæ lucubrationes. Quo magis mirari ſubit de ipſius Antonii animoſitate, qui in prologo ad Ferdinandum Catholicum anno MDIX. ſcripto ſe his, quæ ſcripturus erat, aut interfuiſſe cum gererentur, aut ab iis qui interfuerunt ea accepiſſe, & quaſi divinaret fore ut aliquando hanc operam navaturus eſſet,

esset, ita omnia inquisisse, explorasse, ac notavisse gloriatur, inventori certe & auctori quam interpreti accommodatioribus verbis. Meditabatur forsan Pulgaris Latina a se facta propriis quibusdam aliis locupletare, simul & continuare historiam ex quo ille desierat ad sua usque tempora. Tenuitatem vero stili non injuria accusant Matamorus & Scotus, Antonii senectam excusantes; sed & hæc ipsa historia in Hispanum conversa prodiit Pinciæ apud Sebastianum Martinez 1565. in folio.

De Bello Navariensi, hoc est *Navarrensi*, libri duo: qui simul cum superiori historia prodierunt. Ferdinandus Gadea laudatus attribuit quoque nostro historicum aliud, nempe *Ilustres Varones de España, y cosas aumentadas en ella*, quod sub nomine cujusdam D. F. de Padilla circumferri ait. Ipse autem Antonius recordatur in *Repetitione de peregrinarum vocum accentu* Historici alius operis a se formati, scilicet:

Genealogiæ domus, ac familiæ Eminentissimi Domini Cardinalis Joannis de Zuñiga Hispani.

Juridica & Medica:

Latina vocabula Juris civilis vocibus Hispanis interpretata, quod & Gallis præstitit Budeus. Diversum ab hoc opere est:

Lexicon Juris civilis contra quosdam insignes Accursii errores. Salmanticæ 1511. uti lego in Laurentii Ramirezii a Prato docto schediasmate de *Liberalibus studiis* fol. 31. Lugduni 1537. Parisiisque 1594. Venetiis tum 1599. apud Joannem de Albertis in 8. tum apud Petrum Bertenum 1606. in 8. Accessit tractatus *de Ratione studii.*

Annotationes in Pandectas video ei tributas in quodam ejus operum catalogo, ubi laudatur hujus rei testis Antonius Augustinus lib. II. *Emendationum* cap. XI. apud quem nihil huc attinens reperio. Extare tamen eas nullus dubito; imo ibi §. 4. vers. *Incipit igitur* facere ipsum audio:

Observationum Juris a se conscriptarum mentionem.

Lexicon Artis Medicamentariæ. Compluti apud Brocar 1518. una cum Dioscoride ab Antonio correcto, quæ pars Dictionario magno postea coagmentata fuit, teste Fabiano auctoris filio in epigrammate ad lectorem.

Sacra demum, sive Grammatico & Philologico-sacra:

In Sedulii Poema de Christi miraculis Paraphrasis. Compluti 1524. in 4.

Aurelii Prudentii Clementis libelli cum commento. Lucronii apud Brocar 1512. in 4. Et cum scholiis Sichardi. Antuerpiæ anno 1540. in 8. Tandem in editione Joannis Veitzii.

In Aratorem Actorum Apostolorum Parafrastem se parata habere commentaria retulit ad Scobarium anno MDVIII. scribens.

In Mantuanum quoque nescio quid, Ferdinando Gadea teste.

De Literis Hæbraicis cum quibusdam annotationibus in Scripturam Sacram. 4.

Quinquagenas tres locorum Sacræ Scripturæ non vulgariter enarratorum. Harum primam & secundam quis pessum casus dederit ab ipso auctore audire est in *Apologia pro se ipso* ad Ximenium: *Duas*, ait, *commentationes in sacras literas elaboravimus, alteras quas Palentinus episcopus, qui postea fuit archiepiscopus Hispalensis* (Didacum Dezam Dominicanum intelligo) *dum hæreticæ impietatis in Hispania quæstorem ageret, per censuræ illius impotentiam, accedentibus Principum nostrorum jussis, extorsit, non tam ut probaret improbaretve, quam ut auctorem a scribendi studio revocaret: alteras quas prioribus illis substituimus suppressimusque, ut alio tempore magis opportuno ederentur. Nam bonus ille præsul in tota quæstione sua nihil magis laborabat quam ut duarum linguarum, ex quibus Religio nostra pendet, neque ullum vestigium relinqueretur, per quod ad dignoscendam in rebus dubiis certitudinem pervenire possemus. Apologiam autem hanc scripsimus,* subjungit, *quo tempore apud Quæstorem Maximum impietatis accusabamur, quod ignari sacrarum literarum ausi sumus sola grammaticæ artis fiducia incognitum opus attrectare.* Hæc ille.

Apologia, nuper laudata, *earum rerum quæ sibi objiciuntur*: ad Ximenium cardinalem.

Segmenta ex Epistolis Pauli, Petri, Jacobi, & Joannis, necnon & Prophetis, quæ in re divina leguntur per anni circulum, collegit in unum volumen, & scholiis illustravit; quod Granatæ prodiit 1545. imo & prius anno 1516. quæ editio est in bibliotheca Coloniana Hispalensis Ecclesiæ.

Orationes quæ in universali Ecclesia per totum annum decantantur recognovit: quæ editæ sunt 1549.

Hymnos quoque, ac *expositionem* adjunxit. Granatæ 1541. 4.

Homilias diversorum Auctorum in Evangelia, quæ diebus Dominicis decantantur accuratissime revisit, collatis variis exemplaribus restituit, aureamque expositionem adjecit. Ibidem 1549.

Sanctorum acta, seu vitas quasdam, olim descriptas, cum *additionibus marginalibus*. Prodierunt Lucronii apud Michaelem de Eguia 1527.

Utilissime in his recognoscendis & emendate edendis eo tempore impendebat operam suam auctor quo reviviscere sacra incipiebat eruditio: quæ quis hodie uti tenuia & inutilia minus pie aut prudenter contempserit? Ex-

Extant in bibliothecæ Vaticanæ codice n. 970. inter alias aliorum:

Homiliæ ejus tres, ut ab eo qui vidit accepimus.

Perierunt, ut credere par eſt:

De Seſtercio latino libellus, Ferdinando Gadeæ notus.

Repetitiones III. quæ deſiderantur: nempe *tertia*, *quarta*, *&* *quinta*, niſi jam inſertæ ſint *Grammaticæ*, uti inſertæ ſunt illæ *De Accentu*, & *de Dictionum peregrinarum accentu.*

De liberis educandis Gadea meminit: quem libellum in 4. editum fuiſſe alicubi a nobis lectum.

Etymologiæ Verborum, *&* *Grammaticæ rationum*, *ſive cauſarum* opus habere ſe editioni paratum ſcripſit in *Dictionarii* præfatione.

ANTONIUS LEITE, Luſitanus, domo Uliſiponenſis, Jeſuita, vernacule edidit:

Hiſtoria da Apariçaon, e milagres de Noſſa Senhora de la Lapa. Conimbricæ 1639. in 8.

Scripſit commentarium vulgaris linguæ genealogicum:

Da Familia dos Leites e de outros que com ella ſe aparentaõ: duobus voluminibus in folio, quorum prius ſe habere manu exaratum affirmavit nobis Romæ F. Emmanuel a Reſurrectione, Auguſtinianorum Portugalliæ nudipedum in Urbe procurator, amicus noſter. Item:

A Vida do Santo Theſoureiro do Comercio Diego da Sylveira: quam penes ſe, atque a ſe amplificatam editioni paratam habere idem Emmanuel nos docuit.

ANTONIUS DE LEON CORONEL, poſtquam fuiſſet in patria, Segobienſi urbe, Latinis literis imbutus, Salmanticæque utriuſque juris ac philoſophiæ ſcientiam adeptus, peregre, hoc eſt Bononiæ apud Italos, doctoratus honore ſuſcepto, intente admodum artibus mathematicis vacavit, quouſque ſacerdotio quodam in collegio ſacro Segobienſi (portionarium vocant) Pii IV. P. M. indulgentia ditatus in patriam remearet. A collegis poſtea in præcipuum ordinem Eccleſiæ promotus, ibique ad annum uſque nonageſimum primum ſupra ſexquimilleſimum fuit ſuperſtes: Scripſit in jure:

Commentaria in Titulos D. De Servitutibus, *&* *ſi certum petatur.*

In Titulos Codicis de pactis, *&* *tranſactionibus.* Salmanticæ apud Gaſtii heredes 1581. *De ultimis voluntatibus* commentarium etiam tum, cum hæc in vulgus mitteret, ſe editurum pollicitus eſt.

ANTONIUS DE LEON PINELO, apud Indos occidentales in Peruana provincia natus, cum in Hiſpaniam transfretaſſet in ſupremo Indiarum ſenatu plures annos exegit referendis ad patres cauſis ex munere intentus. Ingentem in hac occupatione Indicarum rerum notitiam, totiuſque politici atque Eccleſiaſtici regiminis Novi illius Orbis cognitionem adeptus eſt, maxime poſtquam concepit animo ſcriptis editis patriam hiſtoriam, & jus ipſum, quod ibi gentium conformiter ad earum mores dicitur, non ſine Regio nutu, in certum ordinem redigere atque exornare. Patuit namque ei ab hoc tempore non Indicum modo, quod Matriti eſt, ſed etiam Septimancenſe, publicum omnium quotquot a Regibus noſtris gubernantur regnorum, archion Regale, ubi vaſtiſsima ſolemnium quorumcumque inſtrumentorum, quæ poſterorum memoriam juvare poſſunt, accuratiſsime tamen digeſta ſupellex cuſtoditur: unde, & jugi, attentaque atque indefeſſa, cum Indicæ hiſtoriæ, tum aliorum variæ doctrinæ librorum lectione uſque eo profecit ut magno ævi & patriæ compendio vixiſſe videatur. Nec tamen Philippum IV. Regem noſtrum, ſic juſtum benefactorum remuneratorem, decuit ejus meriti virum longe a politicis muneribus, quæ præmia virtutum ſunt, diutius habere. Et tamen expediebat ſumme, ut affectis utiliſsimis laboribus poſtremam manum imponeret, retineri eum in curia adhuc, nec ad gerendos magiſtratus alio ablegari. Quare honorarius in Hiſpalenſi rerum Indicarum ſenatu judex, abſque tamen eo ſe conferendi neceſsitate, deinde etiam in locum Ægidii Gundiſalvi Davila, nuper demortui, Summus, ut vocant, Indiarum Chronographus, quod quidem munus propter lucrum honoremque in paucis ambiri ſolet, magno omnium, qui literas amant pretioque habent, plauſu deſignari promeruit. Edidit quidem typis:

Epitome de la Bibliotheca Oriental, *y Occidental*, *Nautica*, *y Geographica.* Matriti 1629. apud Joannem Gonzalez in 4. Nempe majoris operis ſynopſim ſeu compendium, in quo ſigillatim de unoquoque Indicæ hiſtoriæ ſcriptore judicium ſuum in medium proferre, & ad rationis verique obruſſam quidquid ſolidum non tinniret aurum exigere meditatum habuit, ut ipſe de ſe in præfatione teſtatur, confirmatque Joannes frater in *Apologetico* ad opus *excurſu.*

Relacion de las fieſtas de la Congregacion de Lima a la limpia Concepcion de nueſtra Señora. 1618. Limæ Indorum.

Poema de la Concepcion puriſsima de Nueſtra Señora: excuſſum Limæ laudat Alva in *Milicia Conceptionis.*

Tratado de confirmaciones Reales de enco-

miendas, de oficios, y casos que se requieren para las Indias Occidentales. Ibidem ex eadem officina 1630. 4.

Velos antiguos, y modernos en los rostros de las mugeres; sus conveniencias, y daños; ilustracion de la Real Pragmatica de las Tapadas. Matriti apud Joannem Sanchez 1641. 4.

Qüestion moral si el chocolate quebranta el ayuno eclesiastico: Tratase de otras bebidas, y confecciones que se usan en varias Provincias. Matriti apud viduam Joannis Gonzalez 1636. in 4.

Oracion Panegyrica a la Presentacion de Nuestra Señora. Matriti apud Petrum Diaz 1650. 4.

Por la Pintura, y esencion de pagar alcavala, una cum *Dialogis de Pictura* Vincentii Carducci. Ibidem 1633. 4.

Vida del Ilustrissimo, y Reverendissimo D. Toribio Alfonso Mogrovejo Arzobispo de la ciudad de los Reyes de Lima. Ibidem 1653. 4. Quæ Romæ, ut cognituris de sanctitate hujus viri clarissimi ad negotium solemnis inaugurationis ejus, Christiano ritu expediendum, Purpuratis Patribus magis in promptu esset, Italice prodiit conversa a Michaele Angelo Lapi anno 1655. in 4.

Discurso sobre la importancia, forma, y disposicion de la Recopilacion de las Leyes de las Indias: 1623. in folio. Collegit quoque atque edidit simul:

Acuerdos del Consejo de Indias. Matriti 1658.

Affecta habere se aut perfecta hæc alia opera, quæ sequuntur, ipse testatur in *Bibliothecæ epitome*, & alibi.

Tomo primero de la Recopilacion de las Leyes de Indias.

Fundacion, y grandezas historicas, y politicas de la ciudad de los Reyes Lima &c.

Historia de la Villa Imperial del Potosi, descubrimiento, y grandeza de su rico cerro.

Gobierno espiritual Eclesiastico de las Indias, de quo opere adeundus ipse auctor in *Bibliotheca Indico-Occidentali* titulo XXI.

El Patriarcado de las Indias.

El Gran Canciller de las Indias: sive de hoc munere libellum, quod obtulit Olivariensi comiti, cancellario Indiarum recens creato. Idem titulo XXI.

Consejo Real, y Supremo de las Indias: su origen, y jurisdiccion, y los Presidentes, Consejeros, Fiscales, y Secretarios, que desde su fundacion ha tenido. Idem ibidem.

Comentario de la Region de Ophir de Gaspar Barreiros traducido de latin con comento proprio. Latinum Barrerii editum fuit una cum *Chorographia* ejusdem Lusitane scripta Conimbricæ 1561. 4. Iterumque cum *Joannis Isaaci Pontani discussionibus historicis.* Hardevici Geldrorum 1637. 4. De hac Leonis translatione ipse adeundus est in *Bibliotheca Geographica* pag. 175.

El Paraiso en el Nuevo Mundo: typis forte jam hoc die commissum.

La Virgen Santissima en España: quod opus laudat Petrus Alva in *Militia Conceptionis*, atque item sequentia ejusdem argumenti in honorem Deiparæ:

Annales Immaculatæ Conceptionis ab Orbe condito ad nostra tempora.

Bibliothecam, seu Catalogum Marianum, in quo per LXXII. *classes, & plusquam* XXX. *Appendices, omnes Marianos scriptores distribuit*: opus insigne (ut Alva inquit) Latino sermone scriptum.

Musæum Marianum, hoc est Catalogum omnium Auctorum, quorum proprium, & speciale argumentum est agere in toto libro de Sacratissimæ Virginis vita, encomiis, miraculis, &c.

Kalendarium Marianum, ubi, adinstar *Ephemeridum* Ferreoli Locrii, Antonii de Balinghen, & Georgii Colvenerii, per singulos dies anni agit *de Festis sacratissimæ Virginis Mariæ* per totum terrarum orbem celebratis.

Compendium Devotionum erga Beatissimam Virginem Mariam.

De la Vida de JESUS en el vientre de su madre Maria. Versionem scilicet opusculi Aloysii Novarini Mediolani 1636. 12. publicati.

Annales, o Historia de la Villa de Madrid hasta el año de MDLVIII. Asservatur MS. in bibliotheca quæ fuit excelentissimi comitis de Villaumbrosa, Castellæ senatus præsidis, in folio.

D. ANTONIUS DE LIMA, Lusitanus, claris in eo regno parentibus natus, scilicet Didaco Lopezio a Lima, Vimaranensis arcis præfecto, Serenissimique Joannis II. Regis Portugalliæ archipincerna, atque Elisabetha a Castro, domina de Castrodaire, ferventi studio sese totum tradidit ut perspectissimos haberet suæ & aliarum per Lusitaniam integram familiarum majores: utque non sibi tantum sed posteris vixisse videretur, continuare aggressus est usque ad suam ætatem magnum illud Hispanæ nobilitatis chronicon, seu verius thesaurum, ante aliquot sæcula inventum a Petro Lusitaniæ Infante, ad quod omnes provocare solent quos hæc studia, sic propria nobilium hominum, delectant. Circumfertur opus hoc, etiamnum manuscriptum, hoc titulo:

Linages de Portugal: cujus autographum servat Matriti D. Hieronymus Ataidius, comes de Colares; olimque, dum viveret, Bernardus episcopus Abulensis, comitis frater,

An-

Antonii uterque nepos. Antonii Limici Andreas Resendius in epistola ad Quevedum meminit.

D. ANTONIUS LIÑAN ET VERDUGO, scripsit:

Avisos de los peligros que hay en la vida de Corte: Novelas morales, y exemplares escarmientos. Matriti apud viduam Alphonsi Martini 1621. 4.

ANTONIUS LUPIUS (credo LOPEZ) Lusitanus, poeta, cujus mentio extat in *vita Hieronymi Osorii* Silvensis episcopi, descripsit eleganter carmine (ait Osorius junior hujus auctor)

Bellum, quo Mauri Mazaganum in Africa oppidum obsederunt. Et

Mysterium Sanctæ Crucis: opus præclarum: hunc in domo sua habuit Silvensis ille clarissimus antistes.

ANTONIUS LOPEZ LEITAM, Lusitanus, protonotarius Apostolicus, in monasterio Deiparæ Virginis Immaculatæ Ulisiponensis urbis a confessionibus minister, edidit:

De Judicio finium regundorum. Olisipone 1654. in 4. apud Emmanuelem de Silva.

ANTONIUS LOPEZ DE VEGA, Lusitanus, majorem vitæ partem Matriti in curia egit, carus cunctis, & in pretio habitus ob studiorum philosophiæ ac poetices, necnon & historiæ antiquæ & novæ excellentiam, simul & modestiam. Elucubravit propria Castellanorum lingua, quam egregie calluit:

Heraclito, y Democrito. in 4.

El Perfecto Señor, Sueño Politico con otros discursos, y las Poesias ultimas. Matriti 1626. 8. & 1652. 4. Præcesserat nempe:

Lyrica Poesia, sive opera ejus metrica. Matriti 1620. 8.

Vivebat adhuc fere septuagenarius anno MDCLVI.

ANTONIUS LUDOVICUS, Olisiponensis, medicus, exquisitæ hujus artis doctrinæ multam Græcanicæ Latinæque historiæ cognitionem, atque utriusque linguæ peritiam adjunxit. Testimonio sunt in re medica:

Erotematum, sive Commentariorum in libros de crisibus Galeni libri III.

Erotematum numeri ternarii libri VI.

Erotemata de difficili respiratione.

Erotematum de usu respirationis: a superiore diversus liber.

De Corde lib. I. in quo Aristotelis quamplurimi errores explicantur, plurimæque quæstiones enodantur.

De eo quod Galenus animam immortalem esse dubitaverit: aliaque minutiora.

Versi quoque ab ipso Galeni, medicorum principis:

De Ptisana liber.

De eo quod sit animal quod in utero continetur.

De prænoscendo: liber antea nusquam editus. Quibus adjunxit:

De erroribus Petri Apponensis in Problematis Aristotelis exponendis: ex penu sua. Hæc omnia simul edita sunt, Joanni de Barros nuncupata, Olisipone 1540. in folio.

De Occultis proprietatibus libri V. Ibidem 1540. folio. Et ex officina Ludovici Rodriguez 1543. in folio. Adjungitur:

De empyricis, & miscellaneis quibusdam liber unus. Item:

De Pudore libellus, de quo mox dicimus.

Problematum lib. V. opus *absolutum, jucundum, varium* (uti laudatur in *Epitome Gesnerianæ Bibliothecæ*) cujus quidem apud alios bibliothecæ medicæ scriptores nulla mentio: nisi idem sit cum superiore *De occultis proprietatibus*, neque enim hoc usquam vidimus ut distincte affirmateque id tradere valeamus.

Præter hæc novissimus bibliothecæ medicæ formator, sive operis de *Scriptis medicis* Joannes Antonius vander Linden, trium aliorum Ludovici operum meminit, simul cum aliis priore illo volumine editorum. Scilicet:

Annotationum aliquot in Aphorismos Hypocratis.

Expositionis in Aphorismum XVI. primæ sectionis apud eundem.

Expositionis in definitionem, quam de humoribus Avicenna assignat.

Præterea idem auctor est:

Panegyricæ Orationis Joanni III. Lusitaniæ Regi nuncupatæ. Olisipone iisdem typis 1539. in 4. Pulcherrimum, & multa rhetoricæ artis experientia naturalique facultate confectum opus auctorem, mihi hactenus ignotum, abunde jam, cum in medica incidi, commendaverat. Scripsit item extra rem medicam, Valerio Andrea teste.

De Pudore librum unum: in quo multa recondita ex varia Græcorum historia referuntur. Vertit quoque in Latinum Michaelis Pselli *Allegorias tres in Tantalum, Sphingem, & Circem*: item *De comparatione divitiarum, & paupertatis*: item *Sotadem, quod vita pluribus sit plena malis*: aliaque. Antuerpiæ apud Michaelem Hillennium 1537.

ANTONIUS LUDOVICUS RIBERO, scripsit:

Es-

Eſpejo del Cavallero de ambas sillas. Matriti 1671. 4.

ANTONIUS LULLUS, vulgo LULL, Balearis, rhetor, ſummis ornatus laudibus a Gerardo Joanne Voſsio, noſtræ ætatis philologo atque hiſtorico clariſsimo, totius antiquitatis & encyclopædiæ penu, in *de Arte Rhetorica* libris, quem & *virum doctiſsimum, optimumque* & *cultiſsimum rhetorem* quampluribus locis appellat. Datam quoque ad eum epiſtolam VIII. kal. Maii 1570. cum eximiæ ejus eruditionis diſerta laude inter Latini Latinii non diu typis editas habemus. Scripta ejus hæc numerantur etiam in *Bibliothecæ Geſnerianæ Epitome.*

Progymnaſmata Rhetorica: ad Franciſcum Baumenſem. Baſileæ apud Joannem Oporinum 1550. Auctioraque anno 1551. Et Lugduni 1572.

De Oratione liber. Baſileæ ex officina Henrico-Petrina in folio.

Præparatio Græca in Baſilii Magni libellum De exercitatione Grammatica: 1553. Vide *Epitomen Geſnerianam* verbo *Baſilius.*

D. ANTONIUS DE LUNA, toparcha locorum de Carraſcal & Caſtro Ximeno, ſcripſit pro nomine majoris ſui D. Alvari a Luna:

Defenſa del Maeſtre D. Alvaro de Luna: quam laudat D. Joſephus Pellicer in *Informatione de la Caſa de los Sarmientos* fol. 82.

D. ANTONIUS LUPIAN ZAPATA, gente Valentinus, patria Segobricenſis, inter Benedictinos monachos, quibus navabat egregiam operam in illuſtrandis rebus eorum domeſticis, a multis jam annis habitabat: totus literis & procudendis induſtriæ ſuæ monumentis intentus, cum hoc ipſe de ſe ad me retulit, hactenuſque habere ſeſe in ſchedis MS. editionem expectantia ea quæ ſequuntur opera:

De los Pueblos, Igleſias, Monaſterios, y Hoſpitales de Eſpaña XXII. libris.

Dos Compendios de las dicciones Latinas, Hebreas, y Griegas.

Theatro de la Santa Igleſia de Burgos.

Eſpaña primogenita del Myſterio de la Puriſsima Concepcion de Nueſtra Señora.

Principes, y Obiſpos en Eſpaña.

Latine quoque:

Hautberti Hiſpalenſis Chronicon cum annotationibus: quod eſſe jam editum poſt Antonii annotatoris mortem ad nos delatum fuit.

Walamboſum Merium cum annotationibus.

Chronicon Exilienſe.

Atque item ſcribere ſe *la Hiſtoria del Monaſterio de San Millan de la Cogolla.* De quorum omnium operum perfectione judicium eruditi homines ferent, quando typorum luce donabuntur, ſi mors auctoris, quæ ante paucos annos contigiſſe dicitur, in cauſa ſit ne publicentur.

Vida de la Reyna Doña Berenguela madre del Santo Rey D. Fernando el III. de Caſtilla, y Leon. Hanc hiſtoriam ei tribuit D. Joſephus Pellicer in *Bibliotheca ſuorum operum* fol. 163. & D. Didacus Ortiz de Zuñiga in *Annalibus Eccleſiaſticis & Sæcularibus* Hiſpalenſis urbis ad annum 1152. num. 9.

De mala autem fide hujus hiſtorici conſuli meretur D. Didacus Ortiz de Zuñiga in iiſdem annalibus Hiſpalenſibus anno 1252. num. 34.

F. ANTONIUS DE LUQUE, Americanus, Panamenſis, ordinem Prædicatorum ingreſſus eſt in provincia S. Joannis Baptiſtæ Peruana, ſacræque theologiæ magiſter jam creatus edidit:

Apologia, o defenſorio del Roſario a coros. Hiſpali. Reliquiſſe in ſchedis dicitur *In Metaphyſicam* & neſcio quid *in S. Thomam.*

ANTONIUS DE MACEDO, Conimbricenſis, Franciſci frater, cujus loco ſuo meminimus, Jeſuita, ad S. Petrum in Urbe pœnitentiarius Apoſtolicus. Juſſu Joannis IV. Portugalliæ in comitatu Legati, ad Sueciæ Reginam deſtinati, eo venit, & ab ea humaniſſime habitus redire rogatus fuit Romam cum literis ad præpoſitum generalem Societatis, quibus poſtulabat (ait Natanael Sotuellus in renovata *Societatis Bibliotheca*) Sereniſsima Chriſtina mitti ad ſe duos patres Italos, viros doctos, ſed habitu diſsimulato, quibuſcum de Religione conferre poſſet. Miſsi ſunt itaque confeſtim duo, ſcilicet Franciſcus Malines qui tunc theologiam prælegebat Taurini, & Paulus Caſatus qui matheſim profitebatur Romæ. Sed remanſit Antonius Romæ in officio pœnitentiarii ad Vaticanam baſilicam. Reverſus inde in Luſitaniam novitiorum magiſter & probationis domus fuit rector, edidit:

Luſitaniam Inhelatam & Purpuratam ſeu *Pontificibus & Cardinalibus illuſtratam.* Pariſiis apud Sebaſtianum Cramoyſi 1663. in 4.

De Vita & moribus Joannis de Almeyda Societatis Jeſu Presbyteri. Patavii 1669. ac denuo Romæ apud Franciſcum Tizonum 1671. in 12.

Theſes Rhetoricas varia eruditione refertas. Funcalii Maderæ inſulæ 1637.

Elogia nonnulla & deſcriptionem Coronationis Sereniſsimæ Chriſtinæ Sueciæ Reginæ ligata & ſoluta oratione. Stocholmii 1650.

Denatus dicitur Patavii anno MDCLXXXII.

AN-

ANTONIUS MADEIRA, Lusitanus, canonicus doctoralis Visensis Ecclesiæ, canonum doctor, edidit Lusitane:

Regra de Sacerdotes. Conimb. 1603. in 4.

ANTONIUS MALDONADO, Regius fiscalis conventus juridici Mexicani, ordinavit:

Reportorio de cedulas, provisiones, y ordenanzas Reales: ut refert Antonius de Leon in *Bibliotheca Indica* tit. XXII. Occidentalis partis.

F. ANTONIUS DE SANCTA MARIA, olim Garsias de Aguilar Almaraz, Placentinus, ex sodalibus Excalceatis provinciæ Franciscanorum S. Gabrielis, quem Lucæ Waddingi verbis laudare ac describere potius est: *Nobilibus hic parentibus natus, ab incunabulis virtutibus ac literis operam dedit: metro vulgari & Latino, itemque utraque soluta oratione excelluit, doctorque in utroque jure evasit. Romam profectus, illic ob ingenii sagacitatem, adhuc nempe in sæculo constitutus, multis cameræ Apostolicæ muniis præclare functus est; donec obtento beneficio in patriam reversus, ibique aliquot annis animarum curæ intendens, altioris demum vitæ desiderio incitatus frater Minor factus est in monasterio Sanctæ Mariæ de Angelis provinciæ Sancti Gabrielis. Postea anno MDLXXIII. Minister provincialis factus est. Decessit anno MDCII. die XVIII. Julii, ætatis LXXXI. quorum XL. in Religione sine peccati mortalis sorde dicitur transegisse.* Hæc Waddingus. Consulesis Alphonsi Fernandez *Annales Placentinos* lib. III. cap. XXVIII. & Joannem a Sancta Maria in *Chron. provinciæ S. Josephi* secunda parte. Hujus opera hæc sunt:

Espejo espiritual sacado de las obras de Ludovico Blosio con otros dos tratados: el uno, Consolacion que hace nuestro Señor Jesu Christo a una alma aflixida, y otro: Una compendiosa instruccion de la vida espiritual: etiam ex Blosio. Compluti 1584. Matriti 1596. 8.

Manual, o sumario de la Regla de los frailes Menores. Matriti 1591. Cordubæ 1593. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1598. in 32. Valentiæ 1603. 16.

Vida de San Francisco.

Vida de San Antonio de Padua en octavas anno 1588. in 8.

F. ANTONIUS DE SANCTA MARIA, Carmelitarum nudipedum sodalis ex Hieronymiano, quod prius fuerat, monacho, pluribus domi muneribus, plurima de verbo Dei ad concionem dicendi laude clarus, scripsit:

Sacrarum Concionum in festis Beatæ Virginis: justum volumen.

Mersus obiit mari, cum ad Guineam Africæ zelo ductus propagandæ religionis transfretaret, anno MDLXXXII.

F. ANTONIUS DE SANCTA MARIA, Lusitanus, Olisiponensis ex Reformatis Augustinianis congregationis Portugalliæ, concionator Apostolicus magni inter suos cives nominis, & suæ congregationis chronographus, varia edidit, e quibus laudata hæc vidimus:

Sermones.

A Vida e Historia da B. Magdalena Japonesa Mantellata da Ordem de Santo Agostinho. Olisipone 1676. Teste mihi in additionibus ad Cardosi catalogum scriptorum Portugalliæ Fr. Emmanuele a Resurrectione, ejusdem congregationis.

F. ANTONIUS MARQUES, Catalanus, Urgelensis, ex ordine S. Augustini, sermones, quos ad Perpinianensis Ecclesiæ collegium sacrum olim habuerat, scripto consignavit, operi inscribens:

Asuntos predicables sobre los tres mayores estados de la Iglesia, es a saber del Sacerdote, Predicador, y Obispo. Tarracone 1636. 4.

ANTONIUS MARTINEZ, medicus, edidit:

De la complexion de las mugeres. Medinæ 1529. in 8.

D. ANTONIUS MARTINEZ DE AZAGRA, sacerdos Ecclesiæ Calagurritanæ theologusque, scripsit:

Camino a la union, y comunion con Dios, recogido de diversos autores de la Compañia de Jesus. Compluti 1630. in 8.

Reliquisse dicitur inedita:

Historia de la Ciudad de Calahorra.

Vida del Rey D. Alonso el VIII. llamado el Noble. Quæ opera servant forsan ejus heredes.

Obiit anno MDCXXXVII.

ANTONIUS MARTORELLUS, Lusitanus (ignotum nobis viri medici nomen) cujus tamen auctoris habere se statim laudanda opera, in schedis relicta, scribit Joannes Antonius vander Linden in opere *de Scriptis medicis.*

Commentaria in primum Galeni librum de Pulsibus ad Tyrones, qui inscribitur de pulsibus ad Theuthram &c.

Commentaria in librum Galeno adscriptum de Urinis.

F. ANTONIUS A MARTYRIBUS, vulgo DE LOS MARTYRES, ordinis Minorum

rum Reformatorum provinciæ Sancti Josephi, atque in ea concionator, & ut sonat munus domesticum, pater, scripsit:

Vida, y obras maravillosas de la Virgen, y Esposa de Jesu-Christo Agueda de la Cruz, Beata del orden de Santo Domingo: ad Serenissimum Ferdinandum Hispaniarum Infantem, Toletanum archipræsulem. Matriti apud Didacum Flamenco 1622. in 4.

F. ANTONIUS A MATRE DEI, olim, ante sacramentum religionis inter Carmelitas nudipedes Pinciæ dictum, Antonius de Olivera nuncupatus, domo ex Legionensi urbe: progressionem adeo magnam in studiis theologicis, quæ a schola indigitantur, nedum in philosophicis fecit ut e secreto Salmantinæ domus suæ gymnasio, ubi sodales tantum docebat, fama viri in publicum academiæ illius amplissimæ theatrum magna cum doctrinæ atque ingenii commendatione foras erumperet, vigiliæque ejus, si quæ haberi per domesticorum manus possent, magni ab omnibus, vel in hoc literarum omnium proventu, qui Salmantinis auditoribus in gremium cadit, æstimarentur. Hic, suppresso licet nomine, verus auctor est:

Complutensis Artium Cursus, ut vocant: qui quatuor voluminibus prodiit Compluti in 4. ab anno 1624. Lugdunique anno 1651. folio & 1637. 4. Primum scilicet *Summulas, & Logicam*. II. *libros Phisicorum*. III. *libros de Anima*. IV. & ultimum *De Generatione, Cælo* &c. comprehendit. Opus hoc Magistri Generalis jussu in collegio Complutensi Cyrillo, patriarchæ sacro, atque ejus nomine dissposuit noster sodalibus domesticis quo expeditius possent Thomæ Aquinatis vestigia relegentes philosophicam disciplinam uno omnibus vase propinatam haurire. Attamen Logica hujus systematis alium habet auctorem, scilicet Michaelem a Trinitate, Beaciensem, ejusdem instituti, cui, ut colophon haud deesset, hujus sectæ alius Blasius a Conceptione, Gallus, Methaphisicam elucubravit, atque edidit Parisiis 1640. 4. Necnon & noster foras emisit:

Cursum Salmanticensem Theologicum usque ad tria priora volumina perductum: quorum primum *Primæ Partis* Angelici præceptoris eas quæstiones illustrat, quæ ad usque de Trinitate pertinent argumentum: secundo hæc materies *De Trinitate sanctissima*, tertio demum *De Angelis* quæstiones continentur. Hi prodierunt 1631. 1637. 1647. Salmanticæ in folio. Parisiis 1640. folio: ubi & editum est volumen aliud *in Primam secundæ* anno 1647. Item & quintum, ut annotamus in Dominico a Sancta Teresia, horum auctore.

F. ANTONIUS A MATRE DEI, diversus quidem ab eo cujus supra meminimus, ejusdem tamen Carmelitarum Reformatorum instituti, Pincianus natalibus, olim in Salmantino S. Eliæ collegio theologiæ professor, Abulensis hinc cœnobii præfectus, necnon Visitator & Vicarius Generalis familiæ Indiarum incolæ: cum inde reversus Salmantinum collegium regeret, prelo subjecit:

Præludia Isagogica ad sacrorum Bibliorum intelligentiam, in quibus de essentia & existentia Sacræ Scripturæ, de libris protocanonicis, & deuterocanonicis, deque eorum auctoribus secundariis, de linguis, quibus scripti, & in quas translati, & de cujusque translationis auctore & auctoritate agitur. Accessit:

Tractatus appendix de notitia & usu eruditionis profanæ, ubi stabilitur ex Scriptura & Patribus talem notitiam & usum licitum esse ac decentem. Lugduni sumptibus Laurentii Anisson 1669. in folio.

De Concionatoria arte editurum se aliquid promittit.

F. ANTONIUS A MATRE DEI, Conchensis, e milite Reformatus sodalis Carmelitarum factus in Castellæ novæ provincia, Hispane foras dedit librum:

Del Patrocinio de Nuestra Señora en los Reynos de España. Matriti 1668. in 4.

ANTONIUS DE MAZUELO, Regis qui se appellat familiarem, edidit ex interpretatione sua:

Breve Compendio, y tratado de las señales de Naturaleza de Polemon Ateniense. Mediolani 1593. in 8.

F. ANTONIUS DE MEDINA, Franciscanus ex provincia Sancti Jacobi, compilasse dicitur apud Bibliothecæ hujus sacri ordinis auctorem Waddingum:

Privilegia, Bullas, & Concessiones omnes Pontificias in gratiam ordinum Mendicantium; Salmanticæque edidisse anno 1506.

F. ANTONIUS DE MEDINA, nescio an a superiore alius, publicavit:

Estaciones, y mysterios de la Tierra Santa: anno 1573. 8. Hoc opus in Italicum vertit Petrus Bonfanti, excuditque Florentiæ 1590. in 4. apud Georgium Marescottum.

D. ANTONIUS DE MENDOZA, Eneci Mondexarensis marchionis filius, Didaci Mendozæ frater, dum novæ Hispaniæ in Indiis occidentalibus præesset conscribi fecit, non ipse conscripsit, librum:

De las cosas naturales, y maravillosas de nueva España. Quo nomine Antonium albo scriptorum inseruerunt auctor *Epitomes Gesne-*

nerianæ Bibliothecæ, & alii. Vide Antonium Leonem in *Bibliotheca Indica.*

D. ANTONIUS MIRA DE AMESCUA, Bæticus, Accitanus (Acci vetus Guadix hodierna urbs eſt) Philippo Regi III. Catholico, & ejus filio Regi noſtro Philippo IV. atque item Ferdinando Sereniſsimo Hiſpaniarum Infanti, prioris filio poſterioris fratri germano, a ſacris fuit. Poeta vere natus, & qui ætate ſua, talium hominum feraciſsima, quando nempe actionum comicarum laus apicem ſuum tenuiſſe videtur, priorem locum nec ipſi comœdiarum Hiſpanicarum parenti Lupo ceſsit. Nam quamvis facilitate & copia, numeroque actionum is quotquot in omni memoria, ſive Latinorum ſive Græcorum uſquam fuerunt, longo intervallo ſit prætergreſſus, dulce ac nervoſum pariter dicendi genus Antonii, caſtitatem & proprietatem verborum, ſenſuum acumen, adinventionum veneres, ceteraſque comici genii dotes, natus quantumvis in muſico hoc cœlo velut alter ætherius ſol, neutiquam potuit vivus, nec uſquam poterit, dummodo ii qui poſt nos victuri ſunt nonnullo judicio vigeant, obſcurare. Comœdiæ ejus ſeorſim pluries, in aliquotque volumina compactæ deinde prodierunt, quarum nec numerum nec titulos memoria teneo.

ANTONIUS MIXANGAS BRAVO DE SOBREMONTE, ſcripſit:

Trabaxos que padeció la Virgen Santiſsima en vida, y muerte, y paſion de ſu Hijo, bien y Señor nueſtro. Matriti 1642. in 16.

F. ANTONIUS DE MOLINA, in oppido Villanova Infantum natus, Antonium Molinam & Franciſcam de Herrera, oppidi ejuſdem cives, parentes habuit. Profeſſuſque ordinem fratrum Eremitarum Salmanticæ anno MDLXXV. jam inter ſuos theologiæ lector, Sorianæque domus præfecturam gerens Cartuſianis monachis in aſperiorem vitæ diſciplinam ſe dedit antiquo inſtituto renuntians. Huic quidem familiæ ſacræ in celebratiſsimo Burgenſis diœceſis cœnobio, quod Miraflores idiotiſmus noſter appellat, nomine dato eximium pietatis ac doctrinæ ſpecimen aliquando poſteris fecit in opere, quod una omnium voce, uno omnium ſenſu atque exiſtimatione in paucis laudatur, nempe:

Inſtruccion de Sacerdotes, en que ſe da doctrina muy importante para conocer la alteza del ſagrado oficio Sacerdotal, y para exercitarle debidamente: pluſquam vicies editum Barcinone, Hiſpali, Matriti, Gerundæ, & aliis locis. Poſt ſeptimam vero editionem Hiſpanienſem Latinitate id donavit Nicolaus Janſenius, Belga, Dominicanus, ediditque Coloniæ Antuerpiæque 1618. in 8. & 1644. in 8. Gallicum quoque fecit Renatus Gaultier & Rothomagi publicavit, Pariſiiſque 1643. Lugdunique 1639. in 8. Anglicum Joannes Floydus, Jeſuita, Audomaropoli 1613. & 1652. 8. De Italica etiam interpretatione alicubi legi. Nec reticebo (id quod hujus operis laudem maximam, pietatemque egregii cujuſdam antiſtitis non vulgarem continet) D. Vigilii Quignonii edicto ſuæ diœceſis Pincianæ clericis intimatum olim fuiſſe debere in poſterum in unaquaque Eccleſia hujus libri exempla ſingula, ubi veſtes ſacræ aſſervarentur, catenulæ alligata, & palam cunctis ſacerdotibus haberi propoſita, ut ne cui veſtium copia daretur qui poſt ſextum ab edicti promulgatione tranſactum menſem non totum a capite ad calcem perlegiſſet. Item ſcripſit:

Exercicios eſpirituales para perſonas ocupadas deſeoſas de ſu ſalvacion. Burgis 1613. in 16.

Exercicios eſpirituales de las excelencias, provecho, y neceſidad de la oracion mental reducidos a doctrina, y meditaciones, ſacados de los ſantos Padres, y Doctores de la Igleſia. Burgis 1615. 4. Cæſarauguſtæ 1616. Matriti 1653. atque alibi ſæpius. Italice id opus vertit Cæſar Mellottus, canonicus Sancti Laurentii in Damaſo. Mediolani 1634. in 8.

Vidimus manu exaratas ab eo literas ad eum, qui tunc temporis Philippi Regis III. confeſsiones excipiebat, anno ſcilicet MDCII. datas beneque prolixas: De eximendis ab omni vectigalium genere viris, poſſeſsionibuſque Deo ſacris. Jacent pii viri exuviæ in eadem ſacra Miraflorenſi æde, anno ſcilicet MDCXIX. rebus humanis exempti.

ANTONIUS MONIS DE CARVALHO, Luſitanus, eques ordinis Jeſu-Chriſti, & commendatarius de Vimioſo, ſenator cancellariæ Portuenſis, dum in curia Pariſienſi Joannis Brigantini apud Sereniſsimum Galliarum Regem cauſam ageret, intenderetque omnes ingenii nervos ut communem utriuſque regni eam eſſe comprobaret, emiſit foras:

Francia intereſada con Portugal en la ſeparacion de Caſtilla. Pariſiis apud Michaelem Blagcart 1644. in 4.

ANTONIUS DE MONREAL, Bellomontanus, Jeſuita, vir, ut Alegambius ait, candidi ingenii, laboris indefeſsi, antiquitatis omnis ſedulus perveſtigator, ſcripſit:

Commentaria in Sacram Scripturam: tribus voluminibus diſtincta, omnigena eruditione referta; ſed non edidit, nedum expolivit morte præventus quæ abſtulit eum an-

no MDCII. in oppido Villænovæ Infantum. Teruntur tamen ii doctorum manibus non sine emolumento.

F. ANTONIUS MONTES DE PORRES, ordinis........ confecit atque edidit:

Suma de Antonino Diana en Romance. Matriti 1657. folio.

ANTONIUS DE MONTORO, in bibliotheca Coloniana Hispalensis Ecclesiæ asservatur codex ejus carminum vernaculæ linguæ antiquioris, in folio. Ætas ignoratur.

ANTONIUS DE MORAES, Lusitanus, Certamensis, in Societatem ingressus anno sæculi superioris MDLXXXVII. philosophiam ac sacras literas docuit: rectorem insuper egit in collegiis Bracarensi & Olisiponensi, in professa quoque hujus urbis domo præpositum. Parata prelo habebat cum *Bibliotheca Societatis* foras data est:

De Passione Christi Domini.

De Ornatu Summi Pontificis.

Conciones Domesticas.

Conciones publicas Quadragesimæ, Adventus, & de Sanctis.

Sed obiisse anno MDCXXXIX. in nova Sotuelli editione dicitur. Laudant Lusitani editionem:

Concionum in Festa Deiparæ: 1643.

ANTONIUS MORENO, cosmographiæ professor in Regia domo Hispalensi negotiationis Indicæ, scripsit librum:

De Perspectiva: cujus editionis spem fecit Benedictus Daza in opere suo *Del uso de los antojos.*

ANTONIUS DE MORGA, juris doctor, in Philippinas, extremæ Asiæ insulas non dudum inventas & armis occupatas, perductus ut gubernatoris vices gereret anno MDXCVIII. institutæ ibidem Regiæ curiæ senator sive triumvir fuit cooptatus, quo munere functus dicitur non sine laude alacris cujusdam prudentiæ, virtutisque etiam bellicis expeditionibus compertæ. Jam vero ad prætorium urbis Mexicanæ inter quatuor viros rerum criminalium vindices fuerat translatus quando edidit:

Sucesos de las Islas Filipinas. Mexici 1609. in 4. ex officina Hieronymi Balli.

ANTONIUS DA MOTA, Lusitanus, Olisiponensis, Regis Portugalliæ Sebastiani, fatis ob infelicitatem Africanæ expeditionis omni memoria celebrandi, orator habuit Romæ:

Orationem ad Gregorium XIII. P. M. Regis sui nomine, uti lego in *Pontificia Bibliotheca.*

F. ANTONIUS DE MOURA, Lusitanus, ex ordine Hospitalariorum Beati Joannis de Deo, edidisse fertur:

Vida del Beato Juan de Dios. Matriti 1632.

F. ANTONIUS DE MOYA, Augustinianus, edidisse dicitur:

Virgilio concordado: cujus tertiæ partis editionem circa annum 1663. (Matriti ut credimus) laudatam nuper vidimus in catalogo recens editorum in Hispania librorum.

F. ANTONIUS A NATIVITATE, Olisiponensis, eremita Augustini sectator, familiæ suæ per Lusitaniam provincialis præfectus, extare fecit:

Stromata Œconomica totius sapientiæ stamine texta; sive de Regimine domus opuscula nullius non literaturæ elaborata impendio. Ulisipone 1653. folio. Parisiisque 1656. folio.

Scripsit quoque, uti legitur in *Alphabeto Augustiniano*, vernacula credo lingua, quæ deinde Castellana facta est:

Silva de sufragios por las Animas del Purgatorio. Cæsaraugustæ 1648.

Laudat quoque Georgius Cardosus *Agiologii Lusitani* volumine tertio die v. Maii, lit. h. Antonii a Nativitate, quem haud alium a nostro existimo:

Louvores da Eremitica familia de S. Agostinho. Item XXIV. ejusdem Maii mensis lit. f.

Montes, e coroas da Religiaõ.

F. ANTONIUS DE NATIVITATE, Lusitanus, ex familia Reformata Sancti Francisci provinciæ Sancti Antonii, parata habere dicitur:

Commentaria in Evangelia festorum priorum sex anni mensium. Quod novimus ex relatione Romam transmissa.

F. ANTONIUS NAVARRO, Ellerenensis, in Sancti Stephani Salmantina celeberrima Dominicanorum domo professus ordinem religiosum frequentibus ad populum habendis concionibus laudem est adeptus, ex quibus aliqua typis mandavit. Nempe:

Sermones de Sanctis. Matriti 1593. in 4. Hujus operis volumen primum hactenus vidimus, nempe a festo Divi Andreæ ad Resurrectionem Dominicam.

Denatus est anno MDXCIII. Matriti, relinquens (ut Joannes ait Marieta) imperfecta alia, aut inedita.

F. ANTONIUS NAVARRO, Matritensis-

tensis, ex familia Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, in qua & chronographi & concionatoris (ita vocant) generalis administravit munera, publici juris fecit:

Abecedario Virginal de todas las grandezas del nombre de Maria. Matriti apud Petrum Madrigal 1604. 4.

El Conocimiento de sí mismo : Primera parte. Matriti apud Joannem de la Cuesta 1606. 4.

Historia, y milagros de Nuestra Señora de la Caridad de Illescas.

Promiserat alia, quorum in publicum editionis notitiam desidero.

ANTONIUS NAVARRO LARRATEGUI, Serenissimo Principi Sabaudiæ Philiberto a secretis erat cum caritate patriæ ductus elaboravit, ediditque:

Epitome de los Señores de Vizcaya. Augustæ Taurinorum 1620. 4.

ANTONIUS DE NAXARA, Lusitanus, Olisiponensis, doctrinæ mathematicæ non mediocriter callens, edidit:

Navegacion especulativa, y practica, reformadas sus reglas, y tablas por las observaciones de Ticho Brahe : Navegacion, y puntos por el globo, y carta plana. 1628. in 4. Olisipone.

Suma Astrologica, y arte para enseñar a hacer pronosticos de los tiempos, &c. Olisipone 1632. in 4. Et nuper Matriti 1669.

ANTONIUS NUÑEZ DE MIRANDA, natus in oppido Zacatecas Mexicani regni, Jesuita, scripsit:

El Dia derecho : quo quidquid bonus sodalis Purissimæ Conceptionis Deiparæ, quibus præerat, quotidie agere debebit continetur. Mexici apud viduam Bernardi Calderon. Atque eodem tempore:

Instituto, y Reglas de la Congregacion de la Purissima Concepcion. Ibidem.

ANTONIUS DE OBREGON ET ZEREZEDA, canonicus Ecclesiæ Legionensis, Philippo Regi II. Catholico a sacris, edidit:

Los Triunfos del Petrarca en la medida, y numero de versos que tienen en el Toscano, con su glosa. Salmanticæ 1581. 8. Deinde:

Discursos sobre la Filosofia moral de Aristoteles. Pinciæ 1603. folio.

ANTONIUS OLIVAN, Catalanus, in Porta oppido Ceretanorum natus (sive in Querol ejusdem tractus loco, ut Andreas Bosch lib. I. *De Titulis honoris Cataloniæ, Ruscinonis ac Ceritaniæ* vernacule scripto cap. xx.) Barcinonensis urbis civis (ut appellat mos gentis) honoratus : juventutem studio juris non Ilerdæ tantum, sed & in Tolosana Aquitanorum urbe excoluit, in prioreque illa academia legalem ipsam artem de superiore loco docuit. Abreptus tamen inde ad praxim forique æstuantis fragorem, doctor jam Ilerdensis creatus, Barcinone aliquot annis mansit, causasque actitavit; quod quidem postea munus, & nugatoriam (ut ipse appellare non erubuit) forensium controversiarum dimicationem pertæsus, quasi theoricam juris resumpturus concessit in Salmanticam. Ea in schola instructus vera perfectaque docendi methodo rediit ad suos, Ilerdæque iterum interpretandi jus Romanum partes avide arripuit. Sed tandem acturus caussarum patrocinium, unde se olim subtraxerat, Barcinonem repetiit. Qua cura diu & usque ad quinquagesimum ætatis annum gesta, Regius Barcinonensis senator creari tandem meruit. Edita quædam ab eo sunt in jure diligenter & docte. Scilicet:

Commentaria de Actionibus, duabus partibus : quarum altera ad juris artem cognitionem & scientiam, quæ vulgo theorica dici solet, altera ad usum & exercitationem forensem spectat. Barcinone apud Gabrielem Graels 1606. folio. Postuma hæc quidem ab Hippolyto Montaner, auctoris genero, typis commendata, & additionibus locupletiora facta:

In Usaticum, Alium namque &c. De jure Fisci lib. x. Constitutionum Catalonicarum commentarii. Quibus accessit:

Brevis summa, & explicatio jurium Regalium, quæ Rex Aragonum, & Comes Barcinonensis exercet cum debita moderatione in bonis, & personis Ecclesiasticis provinciæ Cataloniæ. Ibidem apud Gabrielem Graels & Gerardum Dotis 1600. 4.

Obiit hac ipsa in urbe, & honore, quin fisci patrocinium voluerit in Regia suprema curia, summoque Aragonensium rerum concilio suscipere, multam a viris doctissimis industriæ ac doctrinæ laudem post fata promeritus.

F. ANTONIUS OLIVAN MALDONADO, Cæsaraugustanus, ordinis fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, vir pietate & sacrarum literarum studio venerabilis, edidit apud Hieronymum Margarit:

Govierno Moral de la Alma. Barcinone 1623. duobus tomis in 4.

Inedita autem in Cæsaraugustanæ domus bibliotheca reliquit:

Sermones de Quaresma : duobus libris.

Sermones de Santos : duobus aliis libris: aliaque.

Abiit e vita hac mortali anno MDCXXXI.

F. ANTONIUS ORMAZA, Dominicanus, cum Ovetensi Sancti Dominici cœnobio præesset patrio sermone scripsit:

Vida de San Jacinto. Pinciæ 1594. in 4. apud Didacum Fernandez.

ANTONIUS ORTIZ, ignotus alias mihi, publicavit:

Relacion de la venida de los Reyes Catolicos al Colegio Ingles de Valladolid en el mes de Agosto de MDC. y la colocacion en el mismo Colegio de una Imagen de nuestra Señora maltratada de los hereges. Matriti 1600. in 4.

D. ANTONIUS ORTIZ DE ZUÑIGA, Bellalcazarensis in provincia Estremadura, nobili loco natus, edidit:

De Metu mortis librum. Matriti 1656. in 8.

D. ANTONIUS OSORIO DE LAS PEÑAS, inscribitur auctor concionum systemati hujus tituli:

Sermones de las maravillas de Dios en sí mismo. Matriti 1649. Credo & iterum ibidem 1668. nisi altera sit ejusdem operis pars.

ANTONIUS OSORIUS, Asturicensis, marchionis istius urbis filius, Joannis Alvari Osorii, Legionensis episcopi, germanus frater, Jesuitarum ordinem ingressus in collegio Medinensi humaniores docuit literas annis duodeviginti, quo munere sese instruxit ad accurato sermone Latino scribendum:

Ferdinandi Toletani Albæ Ducis vitam & res gestas. Libris VIII. ac duobus tomis, Salmanticæ editis apud Melchiorem Estevez 1669. in 8.

Meditari dicitur & expolire *Annales Hispaniæ ab obitu Regis Catholici usque ad nostra tempora*: eodem Latino idiomate ut credimus.

ANTONIUS DE PADILLA, Joannis de Padilla & Mariæ de Acuña, comitum de Buendia, filius unicus, sæculo nuntio remisso Jesu Societatem fuit amplexus sub Francisco Borgia tunc Generali Præposito, in catalogum Sanctorum jam relato, theologiam Vallisoleti docuit, ejusque urbis & Salmanticæ collegiis præfuit, concionator excellens, scripsisse dicitur:

De Efficacia Gratiæ, Conciliorum & SS. PP. auctoritatibus firmatum opus, quod Vallisoleti in collegio S. Ambrosii asservatur MS.

Oratio ejus, quam Salmanticæ habuit, *in Beatificatione S. Parentis Ignatii* extat in libro a Salmaticensi collegio de festis ibi celebratis edito.

Denatus est Vallisoleti XXVIII. Novembris MDCXI.

D. ANTONIUS DE PADILLA MENESES, veteribus ac prænobilibus familiis Talaveræ in Carpetanis prognatus, utpote qui Franciscum Menesium illius oppidi decurionem, Mariamque Padillam habuit parentes, tam literarum ac civilis præsertim doctrinæ, quam dignitatis & munerum gestorum nomine semper laudabitur. Is cum Salmanticæ sub idoneis præceptoribus (e quorum numero Joannem Oroscium alicubi appellat, ipse a Francisco Sarmiento, Gienensi episcopo, *Selectarum* lib. 8. uti auditor olim laudatus) juris studii legitimum exegisset tempus, in Divi Jacobi togatorum collegio, quod Archiepiscopi erectoris titulum præ se vulgo fert, lectissimæ sodalitatis habitum capessivit. Facta ibi professoriæ exercitationis per aliquot annos militia, doctrinæque non vulgaris collecta laude, foro tandem gerendæque reipublicæ admovetur. Donec in supremo Castellæ senatu, qui ordo est judicum apud nostrates honorificentissimus, merito suo locum fuit adeptus. Inde ulteriores etiam dignitatis gradus, quorum rari, atque hi undique spectatissimi compotes fieri solent, magna cum vivacis ingenii, raræ prudentiæ, atque integritatis laude pressit. Ordinum quippe Militarium concilio Regio, nempe ab anno MDLXXIII. usque ad MDLXXVII. atque item Indico post Joannem Ovandum præesse jussus, inter eos jam numerabatur ex quorum censu Philippus Rex Secundus, talium rerum providentissimus, virum aliquem summum in Spinosæ cardinalis demortui locum Castellæ prætorio imponendum fuerat delecturus. Plane quædam Lievanæ, senatoris gravissimi atque integerrimi, ad consultationem Regiam super hac ipsa præsidis electione responsio in vulgus emanavit, qua inter alia, cum attribuisset Padillæ nostro quidquid animi dotium gerendo esset huic præfecturæ muneri satis superque, brevioris dumtaxat staturæ ejus indecorum causatus, alium censet omnibus, etiam corporis, absolutum numeris a Rege quærendum qui in tam sublimi loco positus, atque omnium oculis expositus pro decoro ac dignitate vices illius gereret. Doctissimorum illius temporis virorum abstineo in præsentiarum verbis, nostrique laudationibus, quas cum hominis dignitas, gestique ab eo supremi magistratus potuerint quidem aliqua ex parte a laudatoribus obnoxiis expressisse, idonea magis operum ab eo relictorum fide libentius utor.

Heccilla sunt tribus tomis edita:

In quædam Imperatorum Rescripta & nonnulla Jurisconsultorum responsa commentaria. Salmanticæ anno 1563. in folio, Venetiis 1579. folio. Marpurgique 1599. in 8.

Ad

Ad Titulum Cod. de Tranſactionibus. Salmanticæ 1566. folio.

Ad Titulum Cod. de Fideicommiſsis commentarius, ad Didacum Spinoſam Regii ſenatus præſidem. Matriti apud Alphonſum Gomez 1568. folio.

Fama eſt conſcium eum Regii teſtamenti, quod Luſitaniam cogitans Rex condiderat, Annæ Auſtriacæ Reginæ inſtanti ut morem gereret arcanum de non commiſſa ei poſt viri obitum gubernatione regni revelaſſe; cujus imprudentiæ nomine pergravi aſperrimaque Philippi reprehenſione male mulctatum in morbum, qui ab angore animi (ut ſolet) letalem quamdam vim contraxerat, incidiſſe, pauloque poſt e vita migraſſe. Hujus rei auctor eſt Ludovicus Cabrera de Corduba in *Hiſtoria* laudati Regis lib. XIII. cap. XII.

F. ANTONIUS DE PADOA (Franciſcanus forte) inter Luſitanos ſcriptores a Cardoſo laudatur in ſchedis, eo nomine quod concilium (Tridentinum intelligo) verterit e Latino in Luſitanum, & ſuper eo ſit aliquid commentatus.

ANTONIUS PAEZ VIEGAS, Luſitanus, Pacenſis, laudatur a Georgio Cardoſo in *Agiologio Luſitano* die VIII. Maii, lit. a. ex eo quod ſcripſerit:

Principios de Portugal: ſive Hiſtoriam in folio editam.

F. ANTONIUS PANES, Bæticus, Granatenſis ut credimus, ex Franciſcanis Reformatis provinciæ Sancti Joannis Baptiſtæ regni Valentiæ, eleganter ſcripſit:

Chronica de la Provincia de San Juan Baptiſta de Religioſos menores deſcalzos: duabus partibus. Valentiæ apud Hieronimum de Vilagraſſa 1666. in folio.

Vidimus quoque eo auctore:

Vida del eſclarecido Varon, y iluſtre Sacerdote Franciſco Geronimo Simon MS.

ANTONIUS DE PARADA, Luſitanus, neſcio quis, edidit:

Arte de Reynar. Oliſipone 1644. in folio.

Juſtificaçaõ dos P......... 1643. in folio.

Cardoſus in ſchedis.

ANTONIUS DE PAREDES, compoſuit:

Rimas. Cordubæ apud Salvatorem de Cea 1623. 8.

ANTONIUS DE LA PARRA ET ARTEAGA, Villarobledanus, Clericus Regularis ex Minorum, ut vocant, inſtituto, magno cum plauſu in collegiis familiæ ſuæ Complutenſi & Salmantino ſacræ ſcientiæ profeſſor fuit, Matritenſis domus S. Philippi Nerii præfectus, viſitatoriſque & aſsiſtentis provincialis muneribus functus eſt. Edidit ex prælectionibus Salmantinis hucuſque, quod ſciam:

De Sacramentis in genere & in ſpecie. Matriti 1668. in folio apud Melchiorem Sanchez.

De Incarnatione divini Verbi & conſequentibus ipſam. Ibidem eodem anno.

F. ANTONIUS PASCHALIS, Franciſcanus provinciæ Valentinæ, ſcripſit, Waddingo teſte in *Bibliotheca Minorum*:

De la Oracion mental, y via unitiva. Valentiæ 1611. in 4.

Platicas, y exercicios eſpirituales. Valentiæ 1622. 4.

Philocoſmia eſpiritual. Ibidem 1616. folio. In Caſpe, oppido regni Aragoniæ, aiunt natum.

ANTONIUS PELLIZER, Aragonus, Joſephi parens Regii archichronographi, de quo loco ſuo ſatis, poeſim coluit & hiſtorica ſtudia, cujus rei producebat filius jam laudatus idoneos teſtes in ſchedis adhuc jacentes:

Epitome de las Hiſtorias de Eſtevan de Garibay.

Poema de la Batavia rebelde.

D. ANTONIUS PELLIZER DE TOVAR, Joſephi Regii hiſtorici V. C. germanus frater, eques Jacobæus, Legionis præfectus, atque equitatus, quem Dracones vocant, gubernator in Catalonico bello, quod tandem eum extinxit in obſidione Barchinonenſi, ſcripſit *Diarium hujus belli* duobus tomis, quorum ſecundus cum auctore periit, primus vero penes fratrem manſit, qui ejus meminit in *Bibliotheca ſuorum operum* fol. 146.

F. ANTONIUS DE LA PEÑA, fratrum Prædicatorum ſodalis, orator ſacer ætatis ſuæ nobiliſsimus, Catholicorum Regum Ferdinandi & Eliſabethæ confeſsionibus fuit præpoſitus, deinde & Fortunatarum inſularum pontificatui. Ad nutum hic Franciſci Ximenii S. R. E. cardinalis, antiſtitis Toletani, vertit ex Italico:

Las Epiſtolas, y oraciones de la Bienaventurada Virgen Santa Catalina de Sena del orden de Predicadores. Compluti apud Arnaldum Guilielmum Brocar 1512. in folio. Scripſit item:

La Vida de la miſma Santa bienaventurada, y de otras Santas Virgines de la orden de Santo Domingo. Salmanticæ apud Petrum Laſſo anno 1588. in 8. Videſis *Cronicon Domi-*

minicanæ familiæ Hiſpanum parte IV. cap. II. & III.

Dedit præterea primus foras Ricoldi, ejuſdem ordinis theologi, librum *contra legem Saracenorum*, quem (verba ejus ſunt) *de ſub modio eduxit, arteque impreſſoria communicavit.*

Vida de Soror Juana de Orbieto, y de Soror Margarita del Caſtillo. Medinæ Campi apud Franciſcum del Canto 1569. in folio: comprehenditur jam in ſuperius laudata Catharinæ & aliarum vita.

D. ANTONIUS DE PERALTA, Tlaſcalenſis ſeu Angelopolitanæ in Nova Hiſpania Eccleſiæ canonicus, ut vocant, Magiſtralis, edidit:

Hiſtoria de Tobias, diſcurſos morales, y politicos: circa annum 1669.

F. ANTONIUS PEREGRINO, Luſitanos inter ſcriptores theologos, nullo tamen indicato ejus opere, celebratur a D. Franciſco Emmanuele, Luſitano equite erudito, epiſtola prima Centuriæ quartæ.

ANTONIUS PEREIRA, Luſitanus forſan, laudatur in bibliothecæ Oxomenſis indice quod ſcripſerit:

Vida de S. Joaõ Baptiſta: Luſitana lingua MS.

ANTONIUS PEREIRA MARRAMAQUE, Luſitanus ut credo, ſcripſit aliqua opuſcula in Indice, ut vocant, Expurgatorio Hiſpaniæ prohibita, ſcilicet:

Sobre aquel verſo de David, Lex Domini immaculata, &c.

Sobre el poder del Sumo Pontifice en materia de las encomiendas de las ordenes militares: ac neſcio quid aliud.

ANTONIUS PEREZ, Luſitanus, chirurgus, ſcripſit:

Suma, y examen de Cirugia. Valentiæ apud Silveſtrum de Eſparza 1634. in 8.

ANTONIUS PEREZ, oriundus ex oppido Sancti Dominici de Silos, atque ejuſdem cœnobii Benedictinorum ſodalium alumnus, pluribus adminiſtratis domi & inter ſuos muneribus, in Salmantinoque Sancti Vincentii martyris collegio moderatis aliquot annis egregie ſtudiis, Præfectus Generalis Benedictinæ congregationis per Hiſpaniam fuit renuntiatus. Epiſcopus tandem promeruit Urgellenſibus dari in Cataloniæ principatu, unde ad Ilerdenſem, indeque ad Tarraconenſem metropolitanam Eccleſiam fuit translatus. Summopere autem deſiderans in patriam reverti obtinuit calidis precibus, ubi opus erat interpoſitis, ut Abulenſis in Caſtella ſedes, viduata per hoc tempus antiſtite, curæ ejus committeretur: proceſsiſſetque etiam ultra ad ampliorum Eccleſiarum regimen niſi mors eum Matriti, Pontificias expectantem adhuc adſumptionis ſuæ ad prædictam Eccleſiam ſolemnes literas, juſsiſſet debitum illud perſolvere, quod inter ſe mutuum habent nativitas & mortalitas. Vir fuit memoria noſtra inter paucos celebris, ſive eam theologiæ partem ſpectare velimus quæ ab ſcholis cognominata eſt, ſive eam quæ mores hominum informat, ſive tandem illam quæ in debellandis fidei hoſtibus, componendaque ad pietatis ſenſus Chriſtiana republica ſacrarum literarum & omne genus ſtudiorum eruditionem exercet. Cujus in teſtimonium laudis clariſsima reliquit editorum librorum monumenta, ſcilicet:

Lauream Salmantinam; ſive certamina ſcholaſtica, & expoſitiva pro acquirenda laurea Salmantinæ Academiæ, ſive Magiſterii gradu, & pileo ejus inſigni. Salmanticæ apud Tabernier 1604. folio.

Commentaria in Regulam Sancti Benedicti: duobus tomis. Lugduni 1624. in 4. apud Ludovicum Proſt. Barcinone 1632.

Pentateuchum fidei, ſive volumina V. De Eccleſia: De Conciliis: De Scriptura Sacra: De Traditionibus ſacris: De Romano Pontifice. Matriti 1620. folio.

Authenticam fidem Pauli ſuper primam, & ſecundam Corinthiorum, controverſiis Catholicis agitatam, pariterque diſcuſſam. Barcinone 1632. folio.

Authenticam fidem Matthæi controverſiis agitatam, & diſcuſſam. Barcinone eodem anno: tum deinde *Authenticam fidem IV. Evangeliſtarum.* Lugduni 1626. 4. *Adverſus omnes Hæreticos, Ethnicoſque Philoſophos.* Simulque:

Authenticam fidem Actuum Apoſtolorum, & Epiſtolæ ad Romanos.

Familiæ ſuæ cum præeſſet Generalis Præfectus vulgari lingua publicari fecit ad concionatorum uſum:

Apuntamientos Quadrageſimales: tribus tomis. Barcinone 1608. apud Sebaſtianum Cormellas in 4. Pinciæque 1610. 4. Præceſſerat ſimilis argumenti aliud, nempe:

Apuntamientos de todos los ſermones Dominicales, y Santorales deſde primero de Diciembre, y de Adviento haſta principio de Quareſma. Medinæ Campi 1603. 4. apud Chriſtophorum Laſſo.

Obiit Matriti kalendis Maii, anno Redemptoris nati inter homines MDCXXXVII. ætatis ſuæ LXXVIII.

ANTONIUS PEREZ, medicus & chirurgus Regius, ſcripſit:

Tra-

Tratado de Peste, y sus causas, señales, y curacion. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1598. 8.

ANTONIUS PEREZ, Gundisalvo parente natus, quo a secretis olim usus fuit Imperator Germanorum Hispaniæque Rex Carolus, homo extitit, si quis alius, superiore sæculo laboriosus, & adversis suis clarus, quemque, ut Plinius de Basso quodam ait in epistolis, discriminum fama, notumque periculis nomen favorabilem fecit. In curia Regia Matritensi eum suscepit parens, cumque per ætatem licuit his disciplinis omnibus tradidit, quæ viri aulæ destinati ad gerendam apte rempublicam solent instruere animum: eruditione in paucis, rerumque usu ipse præstans, quique filium sibi successorem in tractandis rerum arcanis spe opinioneque, ut comprobavit exitus, non vana augurabatur. Erat enim Antonius ingenio promptus, eloquens, aulicæque urbanitatis plenus, negotiisque tractandis veluti natus: adhæc liberalis, sumptuosus, vultusque & corporis conformatione animo, quem gestabat, æquali. Initiatus fuit arcanorum conscientiæ secundas gerens Gabrielis de Zaias, a secretis, ut vocant, Status ministri, quo tempore ut videtur carmine sic describebat eum Joannes Verzosa, poeta magnus, in epistola ad ipsum data:

Complutũ egregiis, Padua & Salmãtica primũ
Doctrinis aluere animum: hunc corporis apti
Commendat species: patris fortuna benigna
Ad res præclaras verosque invitat honores:
Omnis amat te nostra cohors, arcana potentis
Dum Regis tractas juvenis gravitate senili.

Italiæ nempe tractabat negotia in eodem ministerii a Status secretis munere, de quibus tandem fere solus ad Regem suum Philippum, hujus nominis Secundum, retulit sacraque ab eo excepit oracula, summa apud eumdem gratia florens. Nisi quod aliquando ex hoc culmine humanæ felicitatis præcipitavit, ob nescio quas causas, in Regis odium. Quod ut declinaret in regnum Aragoniæ primo, ubi turbis causam dedit non nisi sumptuosa expeditione aque immisso exercitu sedandis, deinde in Gallias ad Henricum Regem IV. fugam arripuit. Exceptus ab eo & benigne habitus vitam in exilio propagavit, calamo se & infortunium suum pluribus exaratis lucubrationibus aut solari, aut notum orbi reddere conatus. Cujus saltem postremi voti compos fuit factus ex quo ejus libros, & calamitatum narrationes cunctæ legunt releguntque politiores Europæ gentes. Maxime autem placent ejus politica, & quidquid vel in epistolis vel alibi de hoc studio exaravit. Quo nomine a Christophoro Besoldo audit *Politicorum prudentissimus*: ab aliisque honorificentissimis elogiis commendatur vir hujus artis, quam *robustorum* appellare ipse solebat *stomachorum cibum*, callentissimus, cujusque non theoricam tantum in libris, sed & praxim in negotiosissima illa maximi ac prudentissimi Regis aula didicit. Præcipua ejus opera edita sunt uno volumine, reliqua manu circumferuntur exarata. In illis sunt:

Relaciones: continent calamitosissima auctoris tempora.

Memorial que presentó del hecho de su causa en el juicio del Tribunal de Justicia, que llaman de Aragon.

Aforismos de las relaciones.

Cartas a diferentes personas. Cui accessit:

Epistolarum Latinarum ad Comitem Esexium singularem Angliæ Magnatem, & alios centuria una.

Aforismos de las cartas Españolas, y Latinas.

Segundas Cartas.

Aforismos de las segundas Cartas.

Hæc omnia prostant Genevæ ex officina Samuelis Chovet anno 1654. post antiquiores alias editiones. Seorsim editæ sunt *Primeras cartas con Aforismos Españoles, y Italianos*, Parisiis in 4. *Segundas cartas, y mas Aforismos*, ibidem apud Franciscum Hubi 1603. in 8. *Aforismos de las Relaciones, y cartas primeras, y segundas, y algunas mas en Frances, y Español*, Parisiis apud Joannem Lebic 1605. in 12. *Relaciones* 1598. 4. & 1624. 4. *Epistolam quamdam* ad amicum scriptam *de conservanda Principis gratia* commentario illustravit Italico Camillus Baldus, ut Naudæus refert in *Bibliographia* sua *Politica.* Quæ vero typis nondum commissa sunt, præ seque nomen auctoris nostri ferunt, hæc novimus:

Matriti in Villumbrosana bibliotheca duo asservantur MSS. codices *Epistolarum.* Item:

Historia del Rey D. Felipe II. quæ Petro Mattheo tribuitur, Antonii Perezii esse creditur. MS. reperitur in eadem bibliotheca.

Norte de Principes, Privados, Presidentes, y Embaxadores. Hoc tamen opus alieno sub nomine in lucem emissum refert D. Thomas Tamajus.

El conocimiento de las Naciones. MS. in eadem bibliotheca Villumbrosana.

Apuntamientos militares.

El Secretario.

ANTONIUS PEREZ, Pontireginensis, in Pampilonensi dioecesi (Puente la Reyna oppidum vocant), Societatis Jesu, cum Pincianus, tum Salmantinus demumque Romanus in collegio ejus urbis theologiæ professor, acuto admodum ingenio vir, magnæque in-

inter professores Romanos existimationis, cui vir summus Sfortia, cardinalis Pallavicinus, in *Vindicationibus Societatis* cap. 36. insigne testimonium præstitit ingenii mortalium, quos ille novisset aut in Societate floruissent, nulli secundi, religioneque ac pietate inclyti. Reliquit posteritati edenda post mortem:

In Primam Partem S. Thomæ Tractatus quinque sive Theologiæ Tomum Primum, Romæ editum typis Angeli Bernabo dal Verme 1656. in folio.

De Justitia & Jure & Restitutione & Pœnitentia. Ibidem apud Varesium 1658. folio.

In Secundam & Tertiam Partem D. Thomæ Tractatus sex, De Vitiis & Peccatis. De Divina Gratia auxiliante. De Justificatione Impii. De Virtutibus Theologicis. De Incarnatione Verbi Divini. De Perfectionibus Christi. Lugduni sumptibus Laurentii Arnaud, & Petri Borde folio 1669. adjuncta doctissimi *Auctoris vita*, in eaque elogiis de eo dictis a Sfortia Pallavicino S. R. E. demum cardinali, & Honorato Fabri S. I. presbyteris, abunde ex scriptis suis orbi jam notis.

Vivens ediderat:

Conclusiones Theologicas de Deo Trino & Uno. Romæ 1648. folio.

Obiit auctor, non diu postquam ab Urbe rediisset in Hispaniam, in oppido Corral de Almaguer anno MDCXLIX.

D. ANTONIUS PEREZ NAVARRETE, Lucroniensis, eques D. Jacobi, marchio de la Tertia, Bononiæ olim sodalis in collegio Clementino, anno MDCXXIX. eo admissus, cui & academiæ præfuit juris canonici primarius antecessor: Tranensis audientiæ, ut vocant, deinde & vicariæ judicis gesto Neapoli munere ad senatum, quem vocant Sanctæ Claræ, translatus est, deinde ad Collateralis regentem, quem & hodie locum tenet. Scripsit:

Scholasticas Juris quæstiones: in 4.

De Actionibus: in 4.

De Amicitia: in 8. Cujus ipse meminit auctor in *Historiæ Cardinalis Albornotii* statim dicendæ, lib. 1. cap. 11. lit. l. in notis. Item:

Repetitionem in cap. 1. *de Probationibus.* Bononiæ 1630. in 4.

Memoriale in favorem Collegii S. Clementis.

De Nobilitate. Meminit ipse auctor in *Historiæ Cardinalis Albornotii* lib. 1. cap. v. lit. p. in notis, pag. 19.

Vernacula etiam lingua:

Las Grandezas del Restaurador de los estados de la Iglesia el Eminentisimo, y Reverendisimo Principe, y Señor Cardenal D. Gil de Albornoz. Item:

Genealogia de la casa de Albornoz. Recordatur hujus ipse auctor in *Historiæ* nuper laudatæ lib. 1. cap. iv. lit. o. in notis.

Relacion de las Fiestas de Napoles por el nacimiento de D. Felipe Prospero.

Laudatum aliud ejus opus *De Dono Regi præstando tempore imminentis belli*, apud Joannem Franciscum San-Felicium in Additionibus ad suas Decissiones 1. & 2. voluminis fol. 69. Item aliud:

Defensa de la Jurisdicion militar, apud Thomam Brandolinum in quadam allegatione, cujus meminit collector elogiorum auctoris paullo post laudandus.

Integrum libellum vidimus a Vincentio Milone confectum cum hoc titulo:

Historiadores Españoles, Italianos, y Franceses que refieren en sus generales historias los servicios particulares de D. Antonio Perez Navarrete Marques de la Tercia &c. Neapoli excusum in 4.

D. ANTONIUS PEREZ DE RUA, Cæsaraugustanus, dum Romæ versaretur incidit in fatalem Philippo Regi nostro annum, scribereque inductus funeralem pompam, exequutus id est perquam apposite & eleganter:

Funeral hecho en Roma a la gloriosa memoria del Rey D. Felipe IV. en nombre de la Nacion Española. Typis Jacobi Dragondelli 1666. in 4. prodiit Romæ.

D. ANTONIUS PEREZ SIGLER, Salmantinus, vertit carmine Hispanico, absque tamen rhythmi ulla lege nisi quod octoadibus nonnumquam utitur:

Los Quince libros de las Transformaciones de Ovidio con sus alegorias. Salmanticæ apud Joannem Perez 1580. 4. Deinde Burgis apud Varesium 1609. in 8. Hic ipse jurisprudentiam professus videtur fuisse, Talaveræque (diœcesis Toletanæ oppidum est) advocati munus exercuisse, unde formatus fuit ab eodem auctore:

Manipulus florum Juris Pontificii, & Cæsarei, necnon & Regni Hispaniarum quadraginta consiliis ornatus. Neapoli apud Ægidium Longum 1641. in folio. Quo libro refert se sub tribus Regibus Philippis II. III. & IV. clientibus has locasse operas.

ANTONIUS PEREZIUS, vulgo PEREZ, ex Alfaro ad Iberum fluvium oppido oriundus, duodecim annorum adolescens una cum patre in comitatu Serenissimorum Principum Alberti & Isabellæ in Belgium delatus, jura didicit Lovanii, jurisque suscepit titulum. Inde, postquam adiisset plures Galliæ Italiæque academias, Belgio redditus, in eademque Lovaniensi schola doctor utriusque juris renuntiatus, legum ordinarius professor constituitur, mox supremus judex Re-

Regii, ad Palatinatum Rheni destinati, exercitus: quo exauctorato pensum resumpsit academicum. Ediderat olim:

Institutiones Imperiales erotematibus distinctas & explicatas. Lovanii 1634. & 1639. in 8. typis Everardi de Witc. Amstelodami 1647. & 1651. in folio, & 1662 in 12. Et una cum *Valerii Andreæ Desselii erotematis Juris Canonici.* Coloniæ in 12.

Prælectiones, sive Commentarios in libros novem Codicis Justinianæi. Lovanii typis Cornelii Cœnestenii in 4. Et auctiores apud Everardum de Wite 1642. in folio. Amstelodami 1647. in 12. & 1661. apud Elzevirios.

Prælectiones in tres posteriores libros Codicis: quæ simul cum præcedentibus prodierunt Amstelodami apud Elzevirios in 4. anno 1661. Vidimus quoque *Perezium augmentatum*, hoc est, *Antonii Perezii juris Consulti Prælectiones in XII. libros Codicis Justinianæi, observatis maxime utilibus ex jure practico, publico, & Camerali, locupletatum a Hulderico Eybenio.* Coloniæ apud Andream Bingium in 4. *Alberti Parresii Hispani in Codicem Justinianæum erotemata* Arnhemii edita apud Lausonium in 8. anno 1617. Draudus laudat falsus in nomine. *Antonii* item *Perezii Assertiones Politicas, aliarumque utriusque juris resolutiones* Coloniæ editas anno 1613. in 4. invenio laudari a nonnemine. Hujusne an alterius ambiguum mihi hactenus.

Edidit quoque:

Jus publicum, quo arcana & jura Principum exponuntur: tum prius, tum Francofurti una cum *Principe* Hippolyti a Collibus 1668. in 16.

In quinque & viginti Digestorum libros. 1669. in 4.

ANTONIUS PICHARDO VINUESA, Segobiæ, Bætico parente Joanne de Almonte Pichardo, natus anno MDLXV. juri operam, jactis prius, quod summe expedit, philosophiæ tam naturalis quam moralis, dialecticæque fundamentis, addixit. Cumque in lyceo Hispalensis urbis Iustiniani codicem pene puer docuisset, Salmanticam veniens, ibique in utroque jure (quod nulli alii ante se contigisse nonnusquam jactat) licentiæ lauream, ut proprio verbo utar, adeptus, in candidatorum albo professus nomen est, atque unica ingenii laborisque virtute, ac viribus innixus omnes usque ad primarium & nobilissimum Cæsarei juris professorum obtinuit locum. Nempe Institutionum cathedræ, qui primus est merendi gradus, anno MDXCIV. impositus, supremæque antemeridianæ anno demum MDCXII. ante impletum academicæ militiæ tempus, quod emeritis accensendus expectabat, unus e Pincianæ Regiæ curiæ judicibus cooptatur. Quod munus decennio jam gerens e vita demigravit x. kal. Februarias anni MDCXXXI. ætatis suæ LXIII. in templo Clericorum Regularium Minorum sepultus. Scripsit:

In quatuor Institutionum Justiniani libros commentaria: duobus tomis, tum alibi, tum Pinciæ ex quarta editione anni 1630. Genevæ 1657. folio. In posteriori tomo continentur præter commentaria laudata:

Practicæ Institutiones, sive manuductionum juris Civilis Romanorum, & Regii Hispani ad praxim liber singularis. Item *Disputationes tres*:

De Moræ commissione, & emendatione: seorsim Salmanticæ 1589. folio.

De Nobilitatis inter virum, & uxorem communicatione.

De Stipulationibus judicialibus, judicium sisti, judicatum solvi. Seorsim hæc prodierant, priusquam ad *Institutionum* calcem seu volumen posterius sisterentur, Salmanticæ 1606. cum titulo, ut suspicor, *Practicarum, scholasticarumque disputationum.* Præterea editæ sunt Salmanticæ:

Lectiones Salmanticenses, seu Anniversaria relectio in titulum Digestorum De adquirenda, & omittenda hæreditate, apud Didacum Cussio 1621. in 4.

Ad Legem Gallus D. de Liberis & posthumis. Pinciæ 1622.

Ad Rubricam, & l. Cum filio XI. D. de Leg. I. & l. Cum ita §. in fideicommisso. De Legatis II. Salmanticæ apud eumdem 1625.

In L. Si ante acceptum judicium. D. judicatum solvi. Salmanticæ 1600. 4.

Reliquit etiam MS. *Remedio de los sobornos en las Cathedras*, sive, de cohibenda subornantium competitorum ambitione.

D. ANTONIUS PIMENTA DE AVELLAR ET VALENZUELA, Lusitanus, ex oppido Torres-novas diœcesis Olisiponensis, jurisconsultus ac doctor academiæ Eborensis, theologus & mathematicus, prior Ecclesiæ S. Petri ejusdem oppidi de Torres-novas, scripsit:

Osservaçaõ do Cometa do anno MDCLXVI. aliaque ejusmet generis astrologica sub variis nominibus. Necnon et:

Antiguidades da Villa de Torres-vedras, quem in schedis adhuc servat. Cujus rei auctorem habeo F. Emmanuelem a Resurrectione, provinciæ suæ Portugalliæ Augustinianorum Reformatorum olim Romæ procuratorem, mihique ob insignem rerum regni ejus notitiam in magno pretio habitum dum in Urbe uterque versaremur.

Libro da Familia dos Pimentas, Avellares e Valenzuelas, eodem auctore.

ANTONIUS PIMENTEL, Lusitanus, scripsit:

Manual da Alma. Olisipone 1644. Cardosus qui Theatinum appellat.

ANTONIUS DE PINO, Lusitanus, ut ex schedis ad *Bibliothecam Lusitanam* Georgii Cardosi habemus, edidit *Metrica* quædam anno 1656. apud Hollandos, nec dicit Latinane an vernacula sint.

ANTONIUS PINTO, Lusitanus, Conimbricensis, ut credere par est, professor, habuit apud universam ejus urbis academiam Kalendis Octobris anni MDLV.

Orationem de scientiarum omnium, magnarumque Artium Laude, Joanni Lencastrio, duci de Aveiro, dicatam, cum edita fuit Conimbricæ a Joanne Alvaro, typographo Regio, eodem anno.

Idem videtur auctor:

Orationis in obedientia D. Ferdinandi Menesii pro Sebastiano Rege Summo Pontifici Pio V. anno MDLXVI. oblata, quæ edita quoque fuit.

ANTONIUS PINTO PEREIRA, Lusitanus, scripsit vulgari lingua:

Historia da India do tempo que a governou Dom. Luis de Ataide. Conimbricæ in folio, apud Nicolaum Carvalho 1617. post triginta annos editum opus cura Michaelis Crucii, sodalis ordinis Jesu Christi.

ANTONIUS PINUS PORTODOMEUS, Lusitanus, vulgari cognomento, ut credimus, de Pina Portodome, quem minus recte Bartholomæum indigitavit Matamorus, Parisios cum aliis adolescentibus a Joanne III. Rege, consilium in hac re Jacobi Goveani, scholæ Barbaranæ præfecti apud Parisienses, sequuto, fuit remissus ut expensis Regiis in hoc gymnasio eo genere disciplinarum imbueretur, quæ ad formandas conciones sacras, & inter exteras & barbaras gentes Christi fidem disseminandam sternere viam possent. In rhetorica arte multum ibi profecit, dehinc triennium philosophiæ incubuit, diligentia quoque singulari juventutem erudiit. Postea etiam ad episcopatum evectum fuisse, pervenit ad Andreæ Scoti aures. Scripsit:

Ad Fabii Quintiliani Oratoriarum Institutionum librum III. (sane difficilem) *scholia.*

Homilias item quasdam edidisse fertur. Laudat hunc Matamorus in *De Academiis, & doctis viris Hispaniæ* libello, Andreas Scotus & Aubertus Miræus in suis *Hispaniæ, & Ecclesiastica Bibliothecis.*

ANTONIUS PIQUER, alias PIQUET, Societatis Jesu, in vernaculam nostræ gentis linguam vertit Antonii de Balinghem Latinum opus:

Diario, o Kalendario de Nuestra Señora. Cæsaraugustæ 1654. in 4.

ANTONIUS POLO, Aragonus, ex Alfocea, oppido ad Iberum fluvium haud procul Regia urbe posito, unde se ipse Phocensem ubique nominat, rerum domino Carolo Cæsare humanioribus literis apud Cæsaraugustanos, editisque his operibus claruit:

Annotationibus Grammaticis in IV. & V. librum Antonii Nebrissensis, seu de Syntaxi, & Prosodia. Cæsaraugustæ apud Petrum Bernuz 1555. & antea 1540. in 4. Fertur simul: *Repetitio quædam de literarum quarumdam apud Latinos pronunciatione.*

Cænotaphio in obitu Caroli V. Imperatoris Cæsaraugustæ celebrato. Cæsaraugustæ anno 1588. in 4.

ANTONIUS POLO, theologus doctor, & canonicus Conchensis, tractatum sic inscriptum edidit:

Contra Sacerdotes Concubinarios. Venetiis apud Petrum Lyechtenstein 1529. in folio. Sic lego in *supplemento Epitomes Bibliothecæ Gesnerianæ.*

Nil video cur hic non sit Antonius Polus, cui inscripta est Joannis Verzosæ epistola lib. I. ejus *Epistolarum*, quæ incipit:

Degunt hic vitam, Pole, infeliciter, & se
Plerique ignorant.

ANTONIUS PONCE DE SANTA CRUZ, Alphonsi doctoris medici filius, Pinciæ natus, ad ejusdem urbis scholam doctrinæ cum in aliis, tum præcipue in philosophicis ac medicis literis profectus refert. Quare & ibi ex primaria cathedra medicam artem docuit usque dum Philippus Catholicus Rex IV. permotus fama viri in curiam evocavit, cui inter alios experientissimos juvandæ ac restaurandæ naturæ artifices salutis suæ curam concrederet. Adeptus fuit tandem ætatis longevæ beneficio primum inter collegas locum (protomedici vocant) atque item Covarrubiæ in territorio Burgensis Ecclesiæ abbatiam, quæ quidem possessorem locupletat, nec tamen, ut aliis similibus Ecclesiasticis beneficiis solemne est, certo loco addicit. Testes nobis reliquit egregiæ suæ doctrinæ atque eruditionis opera hæc:

Opusculorum Medicorum, ac Philosophicorum volumen primum, quod hæc continet:

In Avicennæ Primam Fen. I. libri.

Hippocraticam Philosophiam, sive de his, quæ Physice scripta sunt ab Hippocrate.

De Pulsibus Disputationes; quibus Galeni &

& Avicennæ doctrina philosophice perpenditur: quibus adjunxit Alphonsi parentis *De Melancholia* libellum. Matriti apud Thomam Juntam 1622. folio. Deinde:

Prælectiones Vallisoletanas in librum Hippocratis Coi de Morbo sacro. Matriti 1631. folio apud Ludovicum Sancium.

De Impedimentis magnorum auxiliorum in morborum curatione libros III. ad tirones. Matriti ex typographia Regia...... Barcinone 1648. 8. Patavii demum 1652. in 12.

In Libros Galeni de Morbo, & symtomate. Ibidem 1637. folio.

Vulgari quoque lingua olim ediderat:

De las causas, y curacion de las Fiebres con secas pestilenciales, ad Ludovicum Mercatum, Regium Philippi Regis III. protomedicum. Pinciæ apud Petrum Merchan 1600. 8.

Apponam de Antonii nostri operibus his omnibus Ferdinandi Cardosi doctoris medici judicium, rectum an secus aliis remitto, quorum de hujusmodi rebus notio est. Hic in *Tractatu de febre syncopali*, *Inter opera ejus*, ait, *judicio nostro eminet Hippocratica philosophia relata: subsequitur libellus de Impedimentis magnorum auxiliorum. Pars naturalis juventutis redolet labores, quod ipse non diffitetur, parum exculta, nec stilo placet. Liber de morbo & symtomate vastum & confusum opus. De morbo sacro doctius disputat. Liber de Pulsibus cum Petro Garsia contendat, cujusnam est: sunt enim verba eadem, sensus idem, mutatum nihil; sed semper in isto viro laudavi varie literaturæ notitiam, politiorisque eruditionis copiam, illo docendi modo sicco & sterili carentem quo Hispani apud exteras nationes male audimus.* Hæc ille.

Pro sua *de Animatione fœtus tertio die* opinione Thomas Fienus, Antuerpiensis, vir in medicina admodum clarus, adversus Santa Crucium nostrum disputavit, edito Lovanii hujus argumenti libello anno 1629. in 8. Denatus est Antonius octogenario major, labante jam memoria sensibusque imbecillis, minus ad praxim exercendam aptus, anno........

F. ANTONIUS PONS, Dominicanus, sacræ theologiæ magister, edidit:

Milagros del Santisimo Sacramento. Valentiæ ex officina Chrysostomi Garriz. 1613. 8.

ANTONIUS PORRAS, artium magister, theologus doctor, canonicus (ut vocant) magistralis Placentinæ Ecclesiæ, visitatorque hujus episcopatus, nuncupavit ejusdem sedis antistiti, qui per id tempus erat, D. Guterio Carvajalio:

Tratado de la Oracion. Compluti apud Joannem Brocar in 4. Desideratur editionis annus, nisi idem sit cum impetratæ ad editionem Regiæ facultatis, scilicet 1551.

F. ANTONIUS DE PORTALEGRE, Lusitanus, ordinis S. Francisci provinciæ Pietatis, Mariæ Portugalliæ Principis minister a pœnitentiæ sacramento, dedit foras, nomen ipse occultans:

A Paixaõ de Christo metrificada: tam Lusitane quam Castellane 1548. Et postea Conimbricæ 1581.

D. ANTONIUS DE PORTUGAL, Ludovici Portugalliæ Infantis filius nothus, satis superque toto terrarum orbe propter ærumnas suas ac tentatam imprudenter regni illius tyrannidem celebris, scriptam reliquit de vita sua historiam, exemplo ductus magnorum virorum, ut se ipsum in exilii sui calamitate solaretur. Quam apud Emmanuelem, filium Antonii ipsius, manu exaratam vidit Joannes Caramuel noster hoc titulo:

Primeira, e segunda parte da Historia do Rey Dom Antonio. De quo opere, & auctore ejus contentus ero verba adjungere ipsius Caramuelis in prooemio sui *Philippi Portugalliæ Regis*, &c. *His omnibus* (scilicet epistolis, & supplicibus libellis, tum literis patentibus, instrumentisque aliis, quorum exempla, beneficio Emmanuelis de Portugallia proxime nominati, ad eum pervenerant, ipsa demum Historia, quam nunc laudamus) *constituo*, ait, *rarissimæ eruditionis thesaurum. Fuit Antonius felix calamo, politicæ scientiæ doctissimus; ut videant posteri non sufficere scientias aut artes, licet excellentissimas, ut jus tyrannidi subjaceat, & veritas ab eloquentiæ hypocrisi opprimatur.* Hæc ille.

Pseaumes de D. Antoine de Portugal prostant Parisiis 1619. in 16. Gallice. Latineque *Psalmi Confessionales*. Parisiis 1616. in 16.

F. ANTONIUS A PURIFICATIONE, Lusitanus, Portuensis, eremita Augustini sectator, sacræ theologiæ lector emeritus, provinciæ suæ Lusitanæ visitator & chronographus, dum opus justum apparat ære sculpi fecit argumenti synopsin, quod sibi proposuerat exornandum, hac inscriptione:

Theatrum Triumphale provinciæ Lusitaniæ ordinis Eremitarum Sancti Augustini, anno 1634. Aliquot annis elapsis adimplevit fidem obligatam, publici juris facto Lusitanice:

Chronica da antiquissima provincia de Portugal da ordem dos Eremitas de Sancto Agostinho, Primeira parte. Olisipone apud Emmanuelem Silvam 1642. folio. Deinde:

Chronica da Provincia de Portugal &c. *Parte segunda: con hũa addiçaõ no cabo, na qual se responde a os principaes lugares da Bene-*

nedictina Lusitana. Ibidem apud Dominicum Lopez Rosa. 1656. folio.

Latine etiam dedit:

Chronologiam Monasticam Lusitanam: quam laudat non semel Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano.*

Item Lusitane ut credo:

Martirologio Monastico Lusitano: cujus meminit idem Cardosus.

Rursus Latine:

De Viris illustribus provinciæ Portugalliæ Eremitarum S. Augustini tractatum: cujus, uti jam publicati, auctor meminit parte II. Chronici lib. V. tit. III. §. XXII.

D. ANTONIUS DE QUESADA, jurisconsultus, Salmanticæ in schola eruditionis atque ingenii dotibus sese, dum viveret, suspiciendum præbuisse vigiliarum ipsa editione, omni æqualium testimonio gravius atque sincerius manifestavit. Professorem gessisse eum ordinarium nec indicatur aliquo ejus loco, nec ego aliunde didici. Quemadmodum nec de patria certum quid affirmare possum facile credulus, ipse licet Antonium parentem Bletissa, sive Ledesma, nobili ad Tormim fluvium municipio, oriundum decimo septimo quæstionum juris laudet capite, honorem ei Guatemalensis Indorum præfecturæ a Carolo Cæsare collatum referens, atque ibi gentium in virili adhuc ætate vita defunctum adjungens. Scripsit ad Didacum Covarrubiam, supremi senatus principem, erudite atque subtiliter, nec sine auctorum & argumentorum, quod raro solet, examine atque delectu:

Diversarum quæstionum juris librum singularem. Salmanticæ 1573. ex officina Joannis Baptistæ a Terranova in folio. Quem jam ediderat, quinque alios ejusdem argumenti se subjecturum affirmans, cum a doctissimo viro Martino Antonio del Rio in *Medæam* notis *Hispanus* audiebat *juris consultus sibi amicissimus, cujus nobilitatem eruditio & virtus nobilitarent.*

D. ANTONIUS DE QUEVEDO ET HOYOS, patria ex oppido Reynosa in montanis Castellæ veteris, advocatus Matritensis, edidit:

Libro de Indicios, y tormentos: sive torturæ reorum praxim. Matriti apud Franciscum Martinez 1632. 4.

D. ANTONIUS DE QUINTANADUEÑAS, Burgensis, imperialia & canonica jura, quæque ornamenta liberalium artium debent iis, ne frigeant aut ne sordescant, admoveri serio cum didicisset, scholam Ognatensem sodalis togatus, rector, princepsque pontificii juris professor decoravit. His præsidiis variæ ac multiplicis literaturæ instructus ad forum, verasque lites in curiam venit; cumque aliquot annis per crebra & gravia disceptata prudenter negotia habilem se tuendæ reipublicæ ostendisset, Philippus Rex III. Catholicus consultorem, ut vocant, Siciliæ proregum, & Patrimonii Regii protectorem creavit. Quo in munere bene gesta re, ductaque inde uxore Melchiora Marulli Pati, baronissa de la Floresta, locuplete ac nobili femina, in patriam tandem revocatus Regios inter senatores Italicos sedere jussus est. Scripsit perornate, perque erudite, cum ab schola nondum discessisset:

Ecclesiasticon libros IV. Salmanticæ 1592. in 4. Quorum primus *Institutiones rei beneficiariæ* continet: II. *De bonorum Ecclesiæ successione, atque commercio*: III. *De Clericis absolute ordinandis, aut non*: IV. *De prohibita beneficiorum multitudine* disputat.

De Jurisdictione, & Imperio libros duos. Matriti apud Ludovicum Sanchez, 1598. 4.

Ad plures abiit circa annum MDCXXVIII. Florestæ marchio jam creatus: sive, ut Aubertus Miræus, nescio a quo doctus, XV. Novembris MDCXXVI. repentina morte.

ANTONIUS DE QUINTANADUEÑAS, patria ex Norba Cæsarea, quæ nunc est in Extremadura regione urbs Alcantara, nobilissimæ hujus equestris militiæ sedes, professione vitæ Jesuita. Hispali ad Societatem admissus fere semper ibi egit, ac decessit tandem, amplissimæ urbi valde proficuus, quippe qui crebro ad populum sub dio, ut in more habent hujus instituti homines, pie atque ardenter concionabatur, pœnitentium confessiones domi forisque frequentissime excipiebat, supplicio ultimo addictis, quasi ex munere sibi imposito, ad latus aderat & usque ad patibulum comitabatur. Cum vero in moralibus studiis, quorum vere anima & vita praxis est, jugi lectioni experientiam diuturnam attentamque adjunxisset, monumentis doctrinæ suæ, qui vivus non poterat, voluit etiam post obitum ad posteros, non vacuus aut ingratus, pertingere: iisque non theologicis modo, sed & historicis, nam & his literis non parum delectabatur. Hæc cilla. Partim Latina:

Singularia Theologiæ moralis ad septem Ecclesiæ Sacramenta. Quibus accedit *Ad celebriora christiani Orbis Jubilea* appendix. Hispali typis Francisci de Lyra 1645. folio. Venetiis postea apud Tomasinum 1649. in folio.

Singularia Moralis Theologiæ ad quinque præcepta Ecclesiæ, necnon ad Ecclesiasticas censuras & pœnas: opus postumum. Matriti apud Paulum Vall. 1652. folio.

Ver-

Vernacula partim lingua, & quidem moralia:

Instruccion de Ordenantes, y ordenados. Hispali 1640. 12. & 1643. ibidem.

Casos ocurrentes en los Jubileos de dos semanas. Hispali 1641. 16.

Retiro de las conversaciones profanas de monjas. Matriti 1631.

Explicacion de la Bula de Urbano VIII. contra el uso del tabaco en los Templos. Hispali apud Simonem Faxardo 1641. in 4.

Historica hæc:

Vida de la Infanta D. Sancha Alfonso del habito, y orden de Santiago, hermana del Santo Rey D. Fernando. Matriti 1631. in 4.

Nombre santisimo de Maria, su excelencia, significados, y veneracion, y efectos. Hispali typis Francisci de Lyra 1643.

Gloriosos Martyres de Osuna, Arcadio, Leon, Donato, Nicephoro, Abundancio, y nueve Compañeros suyos. Ibidem 1632. in 4.

Santos de la Ciudad de Sevilla, y su Arzobispado. Ibidem ex officina Francisci de Lyra 1637. 4.

Santos de la Ciudad de Toledo, y su Arzobispado, excelencias de su Santa Iglesia, fiestas que celebra en su ilustre coro. Matriti 1651. folio.

Evocatus Hispali ad id conficiendum, de quo proxime dictum fuit, opus ab Eminentissimo D. Balthasare a Moscoso & Sandoval S. R. E. cardinali amplissimo, ac Toletano antistite dignissimo, vix eo perfecto atque typis edito in hanc urbem redierat cum in letalem incidit morbum, qui eum fere sexagenarium abstulit Augusto mense anni MDCLI.

D. ANTONIUS RAMIREZ DE MENDOZA, qui Salmanticæ in Conchensi collegio sodalis, & in Granatensi curia fuit senator Regius, scripsisse dicitur:

Consiliorum, seu Informationum volumen.

Additiones ad secundam partem commentariorum Didaci Perez ad Regium, ut vocant, *Ordinamentum.*

Ægidius Gonzalez de Avila in *Historia Salmanticensi*, & in *Theatro Ecclesiæ Salmantinæ* auctor est.

ANTONIUS RAMIREZ DE VILLASCUSA, magister artium, scripsit more suæ ætatis:

Abreviationes Parvorum Logicalium in 4. absque loci annive mentione. Extat in bibliotheca Coloniana Hispalensis Ecclesiæ.

ANTONIUS RANQ, nescio quis, auctor laudatur operis:

Cataluña ilustrada nuncupati.

F. ANTONIUS DE REMESAL, Gallæcus, ex oppido Allariz, sodalis Dominicanorum, in Salmantina domo hunc ordinem professus, ad Indos veniens ex archiis cœnobiorum & urbium, variorumque relationibus fide dignis composuit:

Historia de la Provincia de S. Vincente de Chiapa, y Guatimala de la orden de Santo Domingo con los principios de las demas Provincias desta Religion de las Indias Occidentales, y lo secular de la Governacion de Guatimala. Matriti 1619. in folio.

Adjutum se in describendis hujus provinciæ originibus fatetur schedis seu historia olim a Thoma de Turre ejusdem familiæ conscripta. Verum & promisit ipse *Annotationes*, seu *Commenta in Divi Thomæ sermones*, quo opere se impendisse ait quidquid in re theologica, Græcoque & Hebraico sermone profecisset.

F. ANTONIUS DE LOS REYES, Dominicanus, scripsit in occidentali plaga:

Arte de la lengua Mexicana. Forte diversum opus ab alia Arte *linguæ Mixtecæ*, quam scio excussam fuisse Mexici anno 1593. 4. ubi vocat se auctor vicarium in Tapuzculula.

F. ANTONIUS RIBEIRA CHIADO, Franciscanus Portugalliæ regni, dedit foras:

A Regla Geral de San Francisco em trovas, hoc est versibus; unaque:

Um Auto (sic appellamus comœdiam sacram) *da natural Invençaon.*

ANTONIUS DE RIBERA, sacerdos, chorique minister in Toletana Ecclesia, librum nomine suo foras dedit hujusmodi:

Copilacion de los despachos tocantes a la translacion del bendito cuerpo de San Eugenio martir primer Arzobispo de Toledo hecha de la Abadia de San Denis en Francia a esta Iglesia con la relacion del viage de D. Pedro Manrique Canonigo de la misma Santa Iglesia por el dicho cuerpo, y el solemne recebimiento que se le hizo en la Ciudad de Toledo. Toleti 1566. in 4.

ANTONIUS DE RIBERA quidam, scripsisse dicitur:

Defensionem Sacrosanctæ Synodi Tridentinæ libris v. comprehensam adversus Hæreticos. Olisipone 1595. Ita in *Catalogo* suo Valerius Andreas Taxander.

ANTONIUS DE RIBERA, scripsit:

Poema de la limpia Concepcion de Nuestra Señora. Hispali 1616. in 4.

F. ANTONIUS DEL RINCON, ordinis

nis Minorum ut scribitur in Franciscanis chronicis vulgaribus lib. XVI. cap. XXXIII. scripsit, Waddingo & Daza testibus:

Monumenta ordinis, sive de viris illustribus: ter excussa ut Waddingus ait. Secunda editio est Salmanticæ anno 1511. 4.

ANTONIUS DEL RINCON, Americanus, Angelopolitanus, Jesuita, edidit:

Grammatica, o Arte de la lengua Mexicana. Mexici 1595. 8.

Obiit Mexici MDCI.

ANTONIUS DE RIOS, centurio, atque aciei instructor, scripsit:

Discurso de la Cavalleria ligera. Bruxellis in 8.

ANTONIUS DE ROBLES CORNEJO, doctor medicus, edidit, Antonio Leone in *Bibliotheca Indica* teste:

Simples Medicinales Indianos.

ANTONIUS RODERICUS, edidit:

Platica espiritual de virtudes, y oracion mental. Cæsaraugustæ 1601. 8. Oscæ apud Petrum Bluson 1623. in 4.

Del Rosario. Ibidem 1603.

ANTONIUS RODRIGUEZ, Salmantinus, mathematicarum artium professor, scripsit:

Practica, y Theorica para contar por guarismo de repente, y reduccion de todas las monedas, y pesos de diferentes Reynos. Salmanticæ apud Joannem Beneaut 1596. 12.

ANTONIUS RODRIGUEZ DAVALOS, ex Æneæ Sylvii Latino fonte derivatum a se in vernaculum dedit:

Dichos, y hechos notables, y graciosos, y elegantes del sabio Rey D. Alfonso de Aragon, y de Napoles. Antuerpiæ 1554. in 8.

ANTONIUS RODRIGUEZ PORTUGAL, haraldus Regius inscribitur operi hujus tituli.

Chronica llamada el Triunfo de los nueve preciados de la fama, en la qual se contienen las vidas de cada uno, y los excelentes hechos en armas, y grandes proezas que cada uno hizo en su vida. Con la vida del muy famoso Cavallero Beltran de Guescin Condestable que fue de Francia, y Duque de Molina nuevamente trasladada de linguage Frances en nuestro vulgar Castellano por el honorable Varon Antonio Rodriguez Portugal principal Rey de Armas del Rey Nuestro Señor: ad Joannem Tertium Lusitaniæ Regem. Olisipone apud Germanum Gallarde in folio. 1530.

ANTONIUS ROIS ET ROZAS, Cantaber, ex Vergara oppido provinciæ Guipuscoæ, in Hispanum e Latino idiomate convertit:

La Ciudad de Dios de San Augustin. Matriti 1614. folio. Nuper Antuerpiæ apud Hieronimum Verdussen 1676. folio. Scripsit item, nisi alius sit:

Espejo de Perfeccion. Matriti apud Alphonsum Martinez 1619. 16.

F. ANTONIUS ROJO, oriundus ex oppido Pinto dioecesis Toletanæ, ordinis S. Francisci de Observantia, lector emeritus, & qualificator, ut vocant, S. Officii, Complutensis domus bis præfectus, & provinciæ suæ Castellæ custos, scripsit:

Vida de San Diego de Alcala. Compluti apud Franciscum Garcia 166.. in 4.

ANTONIUS ROLIN, Societatis Jesu, scripsit:

Vida, doctrina, y muerte del Venerable Padre Alonso Rodriguez.

F. ANTONIUS DE SANCTO ROMANO, Palentinus, ordinis Sancti Benedicti, quem ad D. Zoili monasterium in Carrionensi nobili municipio fuit professus, scripsit:

Historia General de la India Oriental; los descubrimientos, y conquista que han hecho las armas de Portugal en el Brasil, y en otras partes de la Asia, y Africa desde su principio hasta el año de MDLVII. Pinciæ 1603. in folio per Didacum Perez.

Jornada, y muerte del Rey D. Sebastian de Portugal: ex Hieronymi Franchi commentariis. Ibidem eodem anno in 4. apud Joannem Iñiguez.

F. ANTONIUS A SANCTO ROMANO, alius a superiore, Granatensis, Eremitarum Divi Augustini sodalis, Conchensis domus aliquando præfectus, sacræque fidei judicibus a censuris, scripsit:

Consuelo de Penitentes: duobus tomis. Salmanticæ 1583. in 8. Idem est opus:

Mesa franca de espirituales manjares. Hispali apud Andream Pescioni 1585. 8.

De la Historia de nueve Santos Augustinos de Mexico.

ANTONIUS ROSCIUS, vulgo ROS, Perpinianensis, juris consultus eximius, ornamentoque aliarum disciplinarum liberaliter instructus, idem Regius senator in curia principatus Cataloniæ, scripsit:

Memorabilium libros III. Barcinone apud Claudium Bornatium 1564. in 4. *De rebus forensibus* in tribus aliis *Memorabilium* poste-

ſterioribus libris ſe tractaturum edixerat.

D. ANTONIUS DE ROXAS, edidit, ſi alius eſt a ſuperiore Antonio Rois & Rozas:

Eſpejo de Perfeccion. Matriti 1604. Sed & alia duo opera prohibentur in Indice librorum prohibit. & expurg. Hiſpaniæ Antonio de Roxas inſcripta, nempe:

Vida Eſpiritual. Matriti apud viduam Alphonſi Martini 1629.

Luz de la Noche obſcura, y preparacion Euchariſtica para bien morir. In eadem officina 1630.

F. ANTONIUS ROZADO, Luſitanus, ordinis Sancti Dominici, comiſſarius, ut vocant, Sancti Officii, publicavit propria lingua:

Tratados em louvour do Santiſſimo Roſario, e ſobre o Cantico de Noſſa Senhora. Oliſipone 1622. in 4.

D. ANTONIUS RUBIÑOS DEL MONTE, Gallæcus, Mindonienſis, Salmanticæ in collegio Bartholomæano togatus ſodalis, deindeque in Caurienſi ſacra æde canonicus, opus confecit, quod typis nondum commiſſum fuit, ſcilicet:

Sumario de las grandezas del origen, y deſcendencia de los Principes de Auſburg Archiduques de Auſtria, y Emperadores de ambos emisferios. Pulcherrima forma id conſcriptum, & perfectiſſimis pictoriæ rei figuris calamo ductis exornatum Matriti adſervat D. Gaſpar Ibañez a Segobia, amicus noſter, Alcantarenſis eques, marquio Acropolitanus, toparchaque oppidi de Corpa, inſtructiſſimæ omnis generis ſelectorum librorum bibliothecæ poſſeſſor, eruditorumque operum artifex non inelegans, quem amicitiæ conſcientia prolixius laudare prohibet.

F. ANTONIUS RUBIO, Legionenſis, ordinis Sancti Franciſci provinciæ S. Jacobi, eo tempore quo adverſus ſcripta Eraſmi Roterodami doctus quiſque de theologorum Hiſpanorum numero, religionis non obſcure cauſam agens, editis libris depugnabat poſtremus ipſe elucubravit, viſis jam Stunicæ, Carabajalis, Bedæ item Natalis Pariſini, Albertique Pii Carporum comitis operibus:

Aſſertionum Catholicarum adverſus Eraſmi Roterodami peſtilentiſſimos errores libros IX. Salmanticæ editos a Joanne de Canova 1567. in folio.

Meminit auctor habiti apud Pincianos Regio nutu de Eraſmi ſcriptis graviſſimorum quamplurium theologorum conſeſſus, e quorum numero Franciſcus erat Caſtellus Minorita, nulli, ut inquit, vel concionandi vel diſputandi laude ſecundus. *Habuit etiam* (verba ipſius Rubionis audis) *ibidem pulcherrimam adverſus Eraſmum orationem antiquo Romanoque ſtilo ac more quidam Fr. Franciſcus Meneſius, vir ſingulari ingenio religione atque eruditione præditus, & inter Minores cœnobii S. Franciſci Salmanticenſis minimus apud ſe, maximus tamen apud omnes. Cujus orationis ſegmentum, ab Eraſmianis ex ore dicentis excriptum (nam humillimus vir noluit ne tantillum quidem cuiquam dare), ut ad ſe miſſum Eraſmus vidit in hanc vocem admiratus prorupit: nunquam putarem talem ac tantum in Hiſpania eſſe virum.* Hæc ille. Quæ nos pro viri & orationis merito deeſſe noluimus in hoc catalogo, qui talia Hiſpanæ noſtræ gentis decora oblivioni avet eripere, immortalitatique conſecrare.

ANTONIUS RUBIO, patria Rodenſis, Jeſuita, Mexici Novæ Hiſpaniæ philoſophiæ theologiæque docendæ operam diu navavit, reverſuſque in Hiſpaniam Compluti conſedit, obiitque VIII. Martii MDCXV. ætatis ſuæ LXVII. vir doctrina eximius, atque editis de tota philoſophia libris. Nempe in lucem dedit:

Commentarios in univerſam Ariſtotelis Logicam, ſive *Logicam Mexicanam*: duabus partibus. Coloniæ 1605. apud Millium.

Eorumdem Commentariorum compendium, in gratiam Academiæ Complutenſis: quæ publico decreto ſuis profeſſoribus eos juventuti explicandos præſcripſit, curavitque decretum hoc ſuum auctoritate Regia firmari, ſi non fallit Alegambius in *Bibliotheca Societatis.* Valentiæ id prodiit 1607. Et Coloniæ 1609. & 1615.

Commentarios in VIII. libros Ariſtotelis de Phyſico auditu. Matriti 1605. Et in breviorem ſummam redactos Valentiæ & Coloniæ 1610. & 1616.

Commentarios de Ortu, & Interitu, ſeu de generatione, & corruptione rerum naturalium. Tum alibi, tum Coloniæ apud Chrithium anno 1619.

Commentarios in libros de Anima. 1613. & 1621.

Prodierunt etiam poſtumi:

Commentarii in libros Ariſtotelis de Cœlo, & Mundo. Coloniæ typis Chrithii 1617. Omnia hæc quinque voluminibus in 8. ediderunt Lugdunenſes anno 1625.

ANTONIUS RUIZ DE MONTOYA, Limenſis, Jeſuita, ſtrenuus in Paraguajana provincia operarius, & non unius collegii rector, ſcripſit:

Teſoro de la lengua Guarani. Matriti 1639.

Arte, y Vocabulario de la lengua Guarani. Ibidem 1640.

Ca-

Catecismo en la misma lengua. 1640. 8. Matriti.

Historia de la conquista espiritual de la provincia del Paraguai. Matriti 1639. 4.

Superstiti etiam tunc hos tribuit libros *Bibliothecæ Societatis* auctor. Sed tandem obiit magna sanctitatis fama Limæ, dum ex Hispania ad Paraquarenses suos remearet, xi. Aprilis MDCLII.

ANTONIUS RUIZ DE MORALES ET MOLINA, Cordubensis, Ambrosii de Morales summi viri ex Cæcilia sorore nepos, Ludovici de Molina Regii senatoris, cujus egregii extant *de Primogeniis Hispanorum* commentarii, germanus frater, ordinis S. Jacobi presbyter in cœnobio Hispalensi, propter propria & propinquorum de republica merita obtinuit ut Mechoacanensibus prius, deinde Tlascalensibus in America Septemtrionali daretur antistes. Scripsit:

In Benedicti Ariæ Montani Rhetoricam annotationes. Antuerpiæ editas 1572. 8. Item vernacula lingua:

Regla de la orden de Santiago. 1565. folio.

Historia de la orden de Santiago. Extat Ambrosii Moralis avunculi Latina ad hunc epistola quorumdam sacrorum de Sanctis Cordubensibus monumentorum nuncupatoria volumine 4. *Hispaniæ illustratæ* pag. 344. Memineruntque ejusdem cum laude Hieronymus Gudiel *en el epitome de los Girones*: Ægidius Gundisalvi Davila *in Theatro Ecclesiastico Indico*, & *Ecclesia Angelopolitana*, sive *Tlascalensi*: tum etiam *Bibliothecæ Gesnerianæ* epitomator: & Athanasius de Lobera in *Legionensis urbis Historia* cap. VIII.

D. ANTONIUS DE SAAVEDRA GUZMAN, Mexicanus sive patria sive incolatu, scripsit:

El Peregrino Indiano: poema de rebus gestis Ferdinandi Cortesii. 1599. Matriti apud Petrum Madrigal.

F. ANTONIUS SAGARRO (vereor ne Aubertus Miræus parum fideliter cognomen hoc expresserit), Catalanus, Carmelita, reliquisse dicitur in conventu Barcinonensi:

De viris illustribus Carmeli librum, domesticis magni habitum: obiisseque diem suum anno MDCXX. cum Perpiniani sodalibus præesset.

F. ANTONIUS SAINER, Matritensis, sodalis Eremitarum Sancti Augustini provinciæ Castellæ, magister theologus, in Lusitania ejusque urbe principe per eos dies morabatur quando anno MDCXL. res ibi publicæ turbaverunt, quæ illius temporis gesta reversus ad nos literis tradidit scribens:

Historia de el levantamiento de Portugal. Cæsaraugustæ 1644. in 4.

ANTONIUS SALA, Aragonus, ex valle de Aran vocato in Pyrenæis montibus, doctor philosophus ac theologus, professorque philosophiæ in Barcinonensi academia, edidit:

Cursum Artium, ut vocant, ex quo *in Isagogen Porphyrii commentarius* prodiit Barcinone 1618. 4. *In Aristotelis Physicam.* Ibidem 1619. 4. Reliqua nondum vidi.

ANTONIUS SALAMANCA, picturas statuarum, columnarum, colossorum, templorum, theatrorum, arcuum, portarum, sepulcrorum, quæ Romæ ex antiquitate adhuc visuntur, expressit, Georgio Fabricio referente in *Roma sua.* Ita lego in epitome *Bibliothecæ Gesnerianæ*, cujus auctoritatem sequutus delineatorem, Hispano appellatum cognomento, scriptoribus ut is fecit, Hispanisque ut æquum esse videtur, contribuo. Idem Romæ edidit *Helvetiæ descriptionem, seu Tabulam geographicam* teste Josia Simlero in *Descriptione Vallesiæ* lib. I. pag. 43. editionis Leidensis anni 1633.

F. ANTONIUS DE SALAZAR CAVALLERO, Dominicanus, edidit:

Discursos Funebres predicables. 1655. Matriti in folio.

ANTONIUS DE SALDAÑA, natus in oppido Mazagaon, Lusitanorum in Africa colonia & arce, ad Indos veniens Societati Jesuitarum sese addixit, missusque ad colendam in Salsete peninsula Christi vineam lingua ejus populi, quam Concanicam vocant, scripsit:

Miracula S. Antonii de Padua. Item:

Exemplorum Librum de Christo Crucifixo. Racholi.

Paraverat prelo, sed inedita remanserunt:

Vocabularium ejusdem Linguæ Concanicæ.

Insignia beneficia Angelorum Tutelarium.

Baculum Pastoralem pro Sacramentis administrandis, & Parochialibus muneribus obeundis.

Obiit diem suum Racholi ejusdem peninsulæ secunda die Decembris MDCLXIII.

ANTONIUS SALT, Valentinus, sacerdos, sacræ theologiæ, ut dicunt, licentiatus, edidit:

Santuario Lauretano de la Virgen Nuestra Señora. Laureti 1647. in 8. Quod etiam Italicum prodiit Maceratæ 1654. 8. apud Seraphinum Paradisi.

F.

F. ANTONIUS DE SALZEDO, Palentinus, ordinis Prædicatorum, quem in patria fuit professus, sacræ theologiæ magister, ad S. Gregorium Pinciæ urbis olim sodalis, theologiæque præceptor in Segobiensi domo, edidit:

In Librum primum Magistri sententiarum. Pinciæ 1656. Ac vernacule:

Sermones de Santos: Matriti apud Morras 1669. 4.

ANTONIUS SANCHEZ CABAÑAS, reliquit in schedis manuscriptam:

Historia de Ciudadrodrigo : quæ servabatur in bibliotheca D. Laurentii Ramirez de Prado viri clarissimi, ut ipse de possessione sua locuples narrat testis in *Notis ad Luitprandi Chronicon*, anno DCLVII. ad finem.

D. ANTONIUS SANCHEZ DE HUERTA, Pincianus, jurisconsultus, philosophus ac poeta disertus & ingeniosus, plures fabulas in theatro spectandas dedit. Porro jam ex eo tempore de nobis bene ac de literis meritus fuit cum Philippi Regis nostri Catholici nomine orationem, ut moris est, obsequii & eloquentiæ plenam ad Gregorium XV. recens inauguratum pro Emmanuele Stunica Montis-Regis comite ad id officium delegato, decima septima Maii die MDCXXII. habuit, quæ quidem Romæ edita est eodem anno.

ANTONIUS SANCHEZ TORTOLES, scripsit:

Segundo Ramillete de divinas flores. Matriti 1671. 12.

El Entretenido, repartido en catorce noches de Invierno. Ibidem 1673. 4.

F. ANTONIUS DE SANCTIS, vulgo DOS SANTOS, Lusitanus, scripsit:

Mensam Ciborum. Anno 1637. teste mihi Georgio Cardoso in schedis, apud quem cujusnam is fuerit religiosæ sectæ minime legitur.

ANTONIUS DE SANDOVAL, si cognominis indicio credimus, noster est saltim origine, quod infrequens in habitatore aut incola Daniæ regni. Hic, teste mihi in libello de *Scriptis Danorum* Alberto Bartholino Thomæ fratre, scripsit, nescio cujus propositi:

Epistolam ad Alexandrum VII. P. M. Hanfriæ 1661. in 4.

Epistolam ad Philippum IV. Hisp. Regem. Ibidem eodem anno.

D. ANTONIUS SARMIENTO DE MENDOZA, Burgensis, ex Calatravæ militia equestri, prætor fuit cum alibi, tum Conchæ ac Cordubæ, Ferdinando insuper Infanti & cardinali Hispaniarum domesticus ab inferendis epulis (Gentilhombre de la boca noster idiotissimus vocat) necnon & Serenissimi Joannis Austriaci junioris oeconomus. Edidit non sine successu:

La Hierusalem del Tasso traducida en octava rima. Matriti 1649. 8.

Diem vidit extremum anno MDCLI.

ANTONIUS SERON, Bilbilitanus, presbyter, poeta laureatus, nam ita se indigitat, reliquit ineditum:

Silvarum Librum ad Cynthiam, anno 1546. Codicem MS. apud se habet comes S. Clementis Cæsaraugustæ.

F. ANTONIUS DE SERPA, Lusitanus, Strictioris Observantiæ professor in Franciscanorum provincia Pietatis, concionator celebris, edidit:

Eucharisticam Chronologiam ab ipso Mundo condito per figuras legis naturæ depictam, & enarratam : duobus voluminibus. Parisiis apud Sebastianum Cramoysi 1648. folio. Electum episcopum Cochimensem in Orientis India refert Georgius Cardosus in *Agiologio* die XXVIII. lit. G.

ANTONIUS SERRANO, edidit:

Del Modo de rezar el Rosario de Nuestra Señora, como se reza en la Iglesia de S. Juan de Madrid. Matriti 1638. in 16.

F. ANTONIUS DE SETUBAL, Lusitanus, ex familia Seraphica provinciæ Portugalliæ, a Waddingo illaudatus, edidit vernacule:

Coroa de douze estrelhas da Virgem Senhora nossa. Olisipone 1632. in 4. sive 1630.

ANTONIUS DA SILVA, Lusitanus, ex oppido Aveiro, sodalis Jesuitarum, quatuordecim annis tum rhetoricam & humaniores literas, tum theologiam docuit, scripsitque Lusitane:

Compendio da Vida que S. Francisco Xavier fez na India. Ulisipone in 8.

Obiit Scalabi XVIII. Aprilis MDCLXVI.

ANTONIUS DE SILVA, Gallæcus, cum adhuc in fasciis esset in Hispania comica poesis dedit foras:

Primeras Tragedias Españolas Nise lastimosa : y Nise laureada Doña Ines de Castro y Valladares Princesa de Portugal. Matriti 1577. in 8. apud Franciscum Sanchez.

ANTONIUS DE SILVA ET SOSA, Lu-

Lusitanus, dum inter Suedones versaretur auram captabat aulæ istius scribens:

Juicio, o Vaticinio politico al Reyno de Suecia debaxo de la conduta del muy alto, y poderoso Principe Carlos Gustavo su Rey. Holmiæ 1655. in 12.

F. ANTONIUS DE SOBARZO, ex ordine Minorum, editioni habebat paratum annis superioribus a Petro Alba in *Militia Conceptionis* laudatum volumen:

De Sacra Scriptura impleta, non impleta, & aliquando adimplenda.

F. ANTONIUS SOBRINO, Salmanticensis, natus ex incomparabili femina Cæcilia Morillas, de qua commodior alius nobis erit dicendi locus, ex primo officiali Gabrielis de Zayas, qui Philippo II. Regi a secretis fuit, sodalis factus Franciscanorum nudipedum in cœnobio S. Bernardini Matritensis, quamdiu in vita fuit tam ibi quam in multis, quibus præfuit, suorum cœnobiis, tandemque in urbe Valentia, cunctis se vitæ morumque ac virtutum omnium quæ in religioso homine expetuntur, emendatissimum præbuit exemplar: quarum utique merito supernaturalia dona plurima, patrandorumque mirabilium gratiam a Deo fuit consequutus. De hoc ne pauca dicam, consulere tibi, lector, magnum erit operæ pretium Antonium Panes in *Historia provinciæ S. Joannis Baptistæ Minorum excalceatorum* parte I. lib. VI. cap. VII. Scripsisse plura dicitur vere mystica, tantoque spiritualis theologiæ magistro digna; vidit tamen hactenus lucem unus liber:

De la Vida espiritual, y perfeccion Christiana. Valentiæ apud Joannem Chrysostomum Garriz 1612. in 4.

Servatur a domesticis, thesauri adinstar, manu propria Sobrini exaratum tribus voluminibus contentum opus sic inscriptum:

Tesoros de Dios revelados a la Venerable Madre Francisca Lopez, cui a confessionibus fuit: de cujus rebus vitaque piissime gestis legesis eumdem historicum provinciæ Sancti Joannis Baptistæ.

Transmisit eum ad superos decima dies Julii mensis MDCXXII. ætatis suæ LXVIII.

F. ANTONIUS DE SOLIS, ordinis Minorum provinciæ Sancti Jacobi, scripsit:

Consuelo de los Estados. Medinæ Campi typis Francisci del Canto 1576. in 8.

Waddingus hunc non laudavit.

D. ANTONIUS DE SOLIS, Placentinus, Exc. N. a Toleto & Portugallia, Oropesano comiti, quo præside habetur nunc trium ordinum militarium Castellæ senatus, in Navarræ Valentiæque regnorum præfecturis operam olim cum approbasset a secretis urbanus ipse & ingenio præstans, eruditioneque non leviter tinctus, majorum capax visus fuit quam ut poeticam ex comœdiis laudem quam assequutus fuit summam, unice jactaret, exindeque laureolam quæreret. Vere enim summus sui generis est poeta, atque hoc tempore dignus quem nemini eorum postponamus, qui comœdias Hispanas præstantissime usquam scripserunt. Si autem sales, & scurriles jocos spectemus, quæ partes sunt in comœdia nostra parasiti cujusdam famulive, quem hic urbanissime ingeniosissimeque, plerumque homonymis verbis, quorum refertissimus est sermo noster, loquentem inducit, vix aliquem habeo huic conferendum. Sed ne deesset ei materies ingenium & stilum fructuose exercendi, commisit Rex Philippus circa annum MDCLXI. archichronographi Indiarum bene dotatum munus, quod Antonius de Leon Pinelus decedens nuper orbum reliquerat. A quo elegantissima expectamus ingenii floridissimi documenta, præter:

Comœdias seorsim editas plures, quæ nescio an in volumen conjectæ adhuc ierint. Inter quas eminet propter causam & magnificentiam actionis:

Los triunfos de Amor, y Fortuna. Fiesta Real que se representó a sus Magestades en el coliseo del buen Retiro al feliz nacimiento del Serenisimo Principe Felipe Prospero: in 4.

ANTONIUS DE SOTOMAYOR, haraldus (Rey de Armas nos vocamus) Philippi Regis II. scripsit:

Libro de Escudos de Armas: quem laudat Gundisalvus Argote de Molina in catalogo auctorum quibus est usus ad formandam suam *Bæticæ nobilitatis Historiam.*

F. ANTONIUS DE SOUSA, Olisiponensis, ordinis fratrum Prædicatorum, sacræque theologiæ magister, Regio ac supremo sanctæ Inquisitionis regni Lusitaniæ senatui a consiliis, vir magnæ apud suos auctoritatis, reddidit se notum etiam exteris utiliter docteque de re morali libros exculpens qui sequuntur:

Aphorismos Inquisitorum: quatuor libris. In quorum limine est: *Vera historia de Origine sanctæ Inquisitionis Lusitaniæ adversus imposturas cujusdam Saavedræ, qui Legatum Pontificium mentitus in hoc Regnum invexisse eam falso creditur.* Affigitur his: *Quæstio unica de Testibus singularibus in causis fidei.* Olisipone anno........ Turnoni deinde in Galliis anno 1633. 8.

Opu-

Opusculum circa Constitutionem Pauli V. In Confessarios ad actus inhonestos fœminas in confessionis Sacramento allicientes ; in quo nonnullæ aliæ difficultates ad alia Apostolica decreta contra non Presbyteros missas celebrantes , ac confessiones audientes enodantur. Olisipone 1623.

Relectionem de censuris Bullæ Cœnæ. Olisipone 1615. 4. apud Petrum Craesbek in 4.

ANTONIUS DE SOUSA DINIZ , Lusitanus , Scalabi natus , scripsisse dicitur:

Discurso genealogico da Familia dos Sousas. Matriti 1642. Fratri suo Feliciano ordinis Eremitarum dicatum:

Rimas varias : in 4.

Discursos de sua vida.

Compendio general das cousas do Mundo. Cardosus.

ANTONIUS DE SOUSA MACEDO, Lusitanus , Christi militiæ torquatus eques, post variarum historiarum cognitionem juris artem professus fecit sibi locum in publica urbis Olisiponensis & regni munera. Senator enim fuit in supremo Lusitaniæ concilio , expeditorque , ut vocant , gravaminum & appellationum , tandemque delectus fuit a secretis status Alphonso , qui Lusitaniam nuper tenuit. Viginti duorum annorum adolescens edidit , ac Philippo IV. Hispaniarum Regi nuncupavit:

Flores de España , Excelencias de Portugal , en que brevemente se trata de lo mejor de sus Historias , y de todas las del mundo desde su principio hasta el año de MDCXXX. Olisipone 1631. folio. Deinde vulgari lingua:

Olisippo : poema Lusitanum. Olisipone 1640. Quo ipso anno , turbata in Lusitaniæ regno publica pace , invasoris Brigantini ducis propugnandum jus suscipiens , publicavit:

Lusitaniam liberatam ab injusto Castellanorum dominio , restitutam legitimo Principi Serenissimo Joanni IV. Londini 1645. in folio, cum prius emisisset vulgari sermone Castellano:

Caramuel convencido en su libro intitulado Philippus Prudens &c. Hic Joannes Caramuel est Cisterciensis , deinde Benedictinus, Campaniæ episcopus , deinde Viglevani.

Fundaçaõ de Lisboa. Hujus meminit D. Franciscus Emmanuel epist. IV. cent. IV. nisi idem opus sit , ut suspicor , cum poemate *Olisippo.*

Armonia politica dos documentos divinos com as conveniencias d' estado , exemplar de Principes no governo dos gloriosissimos Reys de Portugal. Hagæ Comitis apud Samuelem Broun 1651. in 4

Ave & Eva. Olisipone apud Antonium Craesbek de Mello 1676.

Proposta per mandado de sua Magestade a Junta dos Eclesiasticos , Cathedraticos e outras persoas doutas e Ministros dos Tribunais no Convento de S. Francisco de Lisboa en 8. de Marzo de 1663. Olisipone eodem anno apud Henricum Valentem de Oliveira.

Decisiones Supremi Senatus Justitiæ Lusitaniæ & Supremi Consilii Fisci , & Patrimonii Regis. Olisipone typis Henrici Valentis de Oliveira 1660. Ubi se appellat S. Jacobi de Sonselas commendatarium in eodem Christi ordine , Regis consiliarium e supremo consilio Fisci ac Regii Patrimonii , & judicem Justificationum Regni.

Scripsisse dicitur in forma Mercuriorum, sive relationum mensalium omnia quæ in bello Lusitano-Castellano a tempore acclamationis Joannis IV. Regis contigere : de quo certiores nos fecit Rever. P. Fr. Emmanuel a Resurrectione , Augustinianus Excalceatus , Romæ dum esset sua congregationis Portugalliæ procurator , ejusdemque primus commissarius.

F. ANTONIUS DE SPIRITU SANCTO , Lusitanus , ex oppido Monte-Mor o velho diœcesis Conimbricensis , Carmelita nudipes , theologiæ morum primarius inter sodales diu lector , deinde totius Excalceatorum congregationis pro Portugalliæ provincia diffinitor generalis , edidit:

Directorium Spirituale , tribus partibus : in quibus *de Privilegiis Regularium , de obligatione eorumdem , & de Regimine Præfectorum Regularium* tractat. Lugduni apud Joannem Antonium Huguetan , & Marcum Antonium Ravaud 1661. folio.

Directorium Regularium. Lugduni novissime iisdem sumptibus 1670. folio.

Directorium Confessariorum , duabus partibus : quarum prima est *De Sacramentis & Censuris in specie & in genere.* Ibidem 1668. in folio.

Directorii Confessariorum altera pars *continens decem Decalogi præcepta , & totam materiam de Justitia & jure , ubi etiam de Contractibus tam in genere quam in specie , non solum secundum jus commune , sed etiam juxta leges Lusitanas , imo & Hispanas agitur , & Ecclesiæ præcepta elucidantur.* Ibidem 1671. folio.

Consulta varia Theologica , Juridica , & Regularia pro conscientiarum instructione circa controversias qua Auctori tam Olisipone, quam Matriti & aliis locis fuere proposita. Accessit:

Primatus seu Principatus Eliæ. Ibidem 1671. folio , sumptibus Joannis Antonii Huguetan & Guillermi Barbier.

Promisit in secundo , & tertium

Directorium humanæ Politicæ, *& Ecclesiasticæ Hierarchiæ* : quod nescio an prodierit.

F. ANTONIUS SUAREZ, ordinis Cisterciensis, Lusitanus, edidit voluminibus duobus:

A Jornada que fez a Hierusalem anno 1560. Ita lego in schedis Georgii Cardosi ad *Bibliothecam Lusitanam*, quam meditabatur.

D. ANTONIUS SUAREZ DE ALARCON, Lusitanus, sed Lusitania exul una cum Joanne Suarez de Alarcon parente, comite Turrium-veterum, postea marchione de Trocifal, ne in alius quam Philippi IV. Portugalliæ Regis verba jurarent, eques ipse Calatravensis militiæ, juvenis modestus & studiorum amans, qui cum vigessimum septimum ætatis annum ageret in flore hoc ætatis extinctus est. Dedit olim nuncupationem libro *Relationum genealogicarum familiæ Marchionum de Trocifal*, quem parens a se confectum primogeniti sui nomen præseferre voluit, de quo in Joanne Suarezio agemus. Alterum vero opus, de quo jam dicimus, quia eo auctore ratum sit ambigendi rationem non habemus, scilicet:

Comentarios de los hechos del Señor Alarcon Marques de la Valle Siciliana, y de Renda, y de las guerras en que se halló por espacio de cinquenta y ocho años. Madriti apud Didacum Diaz de la Carrera 1665. in folio.

ANTONIUS TAMARIZ, Carmonensis ut credo, unde DE CARMONA ei cognomentum, presbyter, edidit:

Relacion, y Descripcion del Templo Real de la ciudad de la Puebla de los Angeles en la Nueva España, y su Cathedral. Angelopoli 1649. in 4.

F. ANTONIUS TAVARES, Lusitanus, ex urbe totius regni metropoli, Carmelitarum ordinis, scripsit, ignotum mihi quo sermone:

De Virtutibus SS. Ignatii a Loyola, & Francisci Xaverii.

Floruisse dicitur circa annum MDCXXII.

ANTONIUS TAVARES DE TAVORA, Lusitanus, canonicus Olisiponensis, Regiusque, dum læva nondum erat Lusitanorum mens, eleemosynarius, vir multiscia historiarum & bonarum artium eruditione, parata habebat superioribus annis, ac propediem edenda:

Libro dos Prelados de la Se de Lisboa : *& das antiguidades da mesma Cidade.* Necnon:

Tratado del Osset antigo. Quo in loco mira res in Baptismali lavacro contingebat, Sanctusque Hermenegildus fertur a Patre Leovigildo obsessus : quem eumdem cum Osseloa, hujus temporis ad Vougam flumen oppido, esse confirmat, ut refert Antonius Brandaon in prologo ad tertiam partem *Monarchiæ Lusitanæ*, & lib. x. cap. XVIII.

Opusculum aliud *de Patria Sanctæ Antoninæ martyris in oppido Cea de la Sierra de Estrella in Lusitania* : quod morte illius disparuit. Georgius Cardosus laudat in *Agiologio Lusitano* I. die Martii pag. II.

ANTONIUS TEIXEIRA, Lusitanus, scripsit.

Naufragio de Fernaõ de Albuquerque. Olisipone 1600. in 4. Cardosus.

ANTONIUS TENREYRO, Lusitanus, vernacule descripsit iter quod ipse fecit, nempe:

Itinerario da India a Portugal per terra anno MDXX. 1565. in 16. Conini apud Joannem Barros.

F. ANTONIUS DE SANCTA TERESIA, Lusitanus, Olisiponensis, ordinis Reformatorum S. Augustini congregationis Portugalliæ, theologus & ecclesiastes probatus, scripsit:

A Vida do Veneravel Padre Antonio da Conceiçaõ da Congregaçaõ de S. Joaõ Evangelista do Reino de Portugal, natural da Villa de Pombal. Emmanuel de Resurrectione in Additionibus ad catalogum Scriptorum Portugalliæ Georgii Cardosi.

D. ANTONIUS TERRONES DE ROBRES, Tudensis forsan præsulis Francisci Terrones ex latere nepos propinquusve, atque Iliturgitanus ut suspicor, hoc est, domo ex urbe Anduxar Bæticæ provinciæ, ejusdem urbis decurio (a numero Veintiquatro vulgus vocat) scripsit:

Vida, Martyrio, Translacion, y milagros de S. Euphrasio Obispo, y Patron de Andujar, origen, antigüedad, y excelencias de esta Ciudad privilegios de que goza, y varones ilustres en Santidad, letras, y armas que ha tenido. Granatæ apud Franciscum Sanchez 1657. in 4.

ANTONIUS DE TORQUEMADA, scripsit:

Jardin de Flores curiosas, en que se tratan algunas materias de Humanidad, Filosofia, Teulugia, y Geografia, con otras cosas curiosas. Salmanticæ 1570. Metimnæ-Campi apud Franciscum del Canto 1587. Deindeque 1599. in 8. Antuerpiæ item apud Nutium. Italice a se conversum hoc opus edidit Celius Male-

spi-

ſpina Venetiis apud Altobellum Salicætum 1590. in 4.

Don Olivante de Laura: novum ſcilicet heroa ex eorum grege, qui Amadiſii ſequuntur vexilla. Super hoc tamen ad judicium provoces velim ingenioſiſſimi illius viri Michaelis Cervantæi, quod de expurgandis damnandiſve hujus farinæ libris velut in cubiculo factum ridiculi ſui herois *D. Quixotii a Mancha*, in *de* hujus *rebus geſtis* facetiſſimo opere interpoſuit. Ejuſdem credo ſunt, certe idem nomen præferunt:

Los Coloquios Satyricos: in oppido Bilbao 1584. 8. & 1553. 8. & 1584. 8. 1553. 8.

El Ingenio, o juego de Marro, de punta, o Damas. Valentiæ 1547. 4. Gabrieli Chapuis Turonenſi attribuit Antonius Verdier in *Bibliotheca* verſionem Gallicam operis inſcripti *Hexameron ſex dierum*, Lugduni editum ab Antonio Marſy 1582. quod idem judico cum *Horto Florum* jam laudato. Domeſticus fuit Excellentiſſimorum comitum de Benavente.

F. ANTONIUS DE LA TORRE, Præmonſtratenſis, familiæ ſuæ aliquando generalis præfectus in Hiſpania, atque abbas perpetuus monaſterii Sancti Joachimi Matritenſis, confectum habebat, ut a fide dignis accepi:

Un Tratado de las fundaciones de los monaſterios de ſu orden: qui hactenus non vidit lucem.

ANTONIUS DE TORRES, Gumielenſis in Burgenſi diœceſi, Societatis Jeſu, ſcripſit pie:

Manual del Chriſtiano. Cæſarauguſtæ 1613. in 16. Et Pinciæ apud Joannem Godinez 1614. in 12.

ANTONIUS TRANCOSO, Luſitanus, ſcripſiſſe dicitur, Cardoſo teſte in ſchedis ad *Bibliothecam Luſitanam*:

In Ariſtotelis Ethicorum libros: MS. in fol.

ANTONIUS DE TRILLO, Guadalaxarenſis, rerum ſuo tempore in Belgio geſtarum memoriam conſervare cupiens dedit foras:

Hiſtoria de la rebelion, y guerras de Flandes. Con unos diſcurſos en materia de guerra, y eſtado, ſacados de las hiſtorias Griegas, y Romanas. Matriti 1592. in 4. Nempe ab initio tumultuum ſub Margarita Parmenſi uſque ad Joannis Auſtriaci adventum.

F. ANTONIUS TUDANCA, Franciſcanus, de quo mentio non fit in *Bibliotheca Scriptorum* hujus familiæ, ſcripſit:

Diſcurſos predicables a varios intentos. Matriti 1605. in 4.

ANTONIUS DE VALDES, dedit in lucem:

Diſcurſos predicables de la Dignidad Sacerdotal, y Sacramento de la Igleſia. Medinæ Campi 1604. in 4.

ANTONIUS DE VALENCIA, neſcio quis, aut unde homo, laudatur a Ludovico Caravajalenſi in *Theologicis* ſuis *ſententiis* eo quod ſcripſerit:

In Magiſtri ſententiarum libros.

F. ANTONIUS DE VALENCIA, ordinis Alcantaræ ſacerdos, & ſacriſta ſui conventus, Regiæ Majeſtati a ſacris, compilavit ac digeſſit:

Las Diſiniciones, y eſtablecimientos del Orden de Alcantara. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1609. in folio.

F. ANTONIUS VARAJAON, Luſitanus, ordinis Prædicatorum, ſcripſit Luſitane ut ſuſpicor:

Vida de Alberto Magno e Paraiſo d' alma. Oliſipone 1633. in 12.

ANTONIUS VASCONZELLOS, Oliſiponenſis, Jeſuitarum ſodalis, collegii & academiæ Eborenſis olim rector; vir ut *Bibliothecæ Societatis* auctor ait *ob inſignem doctrinam, religionem, & generis claritatem in Luſitania notiſſimus*, edidit Latine:

Anacephalæoſes, id eſt, ſumma capita actorum Regum Luſitaniæ: quibus adjecit *Epigrammata in ſingulos Reges ab inſigni poeta Emmanuele Pimenta*, illorumque effigies ad vivum in ære expreſſas. Simulque:

Deſcriptionem Regni Luſitaniæ cum compendio rerum illuſtrium, quæ in eo viſuntur tam ad humanum cultum ſpectantium, quam ad divinum. Demum:

Philippi III. Regis Catholici expeditionem Luſitanicam, & orationem, qua illum Eborenſis Academia conſalutavit. Antuerpiæ apud Belleros 1621. 4. De opere autem *Anacephalæoſeon* movit noſtro litem Franciſcus Home de Abreu in *Cholobulomanactio* ſuo.

Luſitanice etiam edidit:

Tractado do Anjo da Guarda, ſive de Angelo Cuſtode. Eboræ apud Franciſcum Simonis 1621. 4.

Relationem perſecutionis Japonicæ annis MDLXXXVIII. & MDLXXXIX. editam Caſtellana lingua 1591. in 8. tribuit Antonio Vaſconzellos *Bibliothecæ Indicæ* auctor Antonius Leonius.

Deceſſit Eboræ XII. Julii MDCXXII.

ANTONIUS VAZQUEZ, Luſitanus, ex ſodalitio ſacro Clericorum Regularium Mi-

Minorum, Matriti degens edidit a se interpretata opera hæc Italica:

Vida de San Felipe Neri: majorem partem ex ejusdem argumenti libro Petri Jacobi Bacci. Matriti 1651. 4.

La Conjuracion del Conde Juan Luis Fiesco ex Augustino Mascardo. Ibidem 1640. in 4. sub nomine Antonii Velazquez.

Las dos centurias, y avisos politicos de Trajano Boccalini. Ibidem in 4.

Vida de Alexandro..... Papa.

El Capuchino Escoces sub alieno nomine.

ANTONIUS VAZQUEZ DE CHAVES, jurisconsultus Lusitanus, scripsit:

Biformem Tractatum De Usucapionibus & Præscriptionibus, sive ad cap. *Si diligenti*, hoc tit. in Decretalibus, & *De exactione ac repetitione Dotis.* Matriti 1617. apud Andream de Parra & Gasparem Canoya in 4.

F. ANTONIUS VAZQUEZ DE ESPINOSA, Bæticus, ex oppido Castilleja de la Cuesta Hispalensis agri, Carmelitarum Hispalensium sodalis, fidei censor theologus, magnusque Indorum catechista ut a domesticis audit, scripsit vulgari sermone:

Confesionario general, luz, y guia del Cielo para poderse confesar &c.

Circunstáncias para los tratos, y contratos de las Indias del Peru, y Nueva España.

Sumario de Indulgencias. Matriti apud Joannem Gonzalez anno 1623. in 8. Unum idemque opus, a typographo perperam in tria discerptum, plenum pietate atque eruditione opus. Atque item majori mole aliud affectum reliquisse dicitur moriens, scilicet *Indiæ descriptionem*, valde laudatam ab Antonio Leonio in *Bibliotheca Geografica. Es obra grande*, ait, *y de muchas noticias, y la mas copiosa que en la materia habia salido, y en casi toda depone su autor de vista.* Hujus specimen extat in tabella quadam geographica Transpontini sodalium Carmelitarum Romanæ domus, eo a nescio quo perducta.

Edidit etiam:

Viage, y navegacion del año de DCXXII. que hizo la flota de Nueva España, y Honduras. Malacæ apud Joannem Rene 1623. 8.

Vivis exemptus est anno MDCXXX.

ANTONIUS VELA, vertit in Hispanicum ex Genesio Sepulveda:

La Historia de los Hechos de D. Gil de Albornoz: de quo vide in Joannis Genesii Sepulvedæ mentione.

F. ANTONIUS DE VELASCO, Hispalensis natu, instituto autem Redemptorum Virginis Deiparæ sodalis, sacræ theologiæ magister, eximiusque ecclesiastes, vir pietatis & prudentiæ nomine dignus cui statutorum constitutionumque ordinatio committeretur, ad quarum normam virgines Deo sacræ, recens in ordinem domumque Hispalensem Assumptioni Deiparæ sacram receptæ, componerentur. Sub quibus legibus Deo servientes in eum perfectionis apicem brevi ascenderunt, quem admirata hujus temporis æqualis B. Virgo Theresia de Jesu, Carmelitarum Reformatarum, tam feminarum quam virorum, parens clarissima, non alio nomine quam *Horti deliciarum Dei* cœnobium celebravit. Prodierunt:

Las Constituciones del monasterio de la Asuncion de Sevilla. Anno 1575.

Edidit quoque:

Super Psalmum Miserere mei Deus. Anno 1570.

Claruit Antonius, navavitque utilem adeo suis monialibus operam sub undetricesimo hujus familiæ generali præfecto anno Domini MDLXXV. corpusque demortui jacet in eodem monasterio. Regula hæc aliquantulum temperata per Philippum Guimeranum XXXVI. generalem præfectum vel nunc perfectissime ibi observatur.

D. ANTONIUS VELAZQUEZ, dedit Hispane ex Italico fonte:

Vida de Alexandro III. Papa. Matriti 1658. in 8.

ANTONIUS VELAZQUEZ PINTO, ex Clericis Regularibus, qui Minores audiunt, in collegio Salmantinæ urbis cum præpositus, tum studiorum præfectus & primarius theologiæ professor, S. Inquisitionis, ut vocant, qualificator in supremo Matritensi consilio, & archiepiscopatus Toletani examinator synodalis. Obiit Matriti, cum suos ibi ad Spiritus Sancti præcipuam domum rexisset, vir pietate ac piorum hominum directione ingentis apud æquales famæ, quam liber de communionis quotidianæ utilitate, cujus insignis fuit promotor, numquam non posteritati commendavit. Hic titulus:

Tesoro de los Christianos que para cada dia les dexó Christo en el verdadero Mana Sacramentado. Sæpius Matriti in 4. Quinta editio prodiit anno 1668.

Decessit circa annum MDCLXIX.

ANTONIUS VELEZ, Lusitanus, Portalegrensis, Eboræ studiorum Societatis, cujus sacræ familiæ fuit, præfectus, eruditum procudit exemplis illustratum ex probo quoque auctore:

Commentarium in Emmanuelis Alvari Grammaticam latinam. Eboræ 1599.

Obiit

Obiit Eboræ xx. Martii die MDCIX.

D. ANTONIUS DE VERA ET ZUÑIGA, si non fallitur Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano* xxiv. Aprilis pag. 715. scripsit:

Historia de Santa Isabel Reyna de Portugal. Forte est D. Joannes Antonius de Vera & Zuñiga.

ANTONIUS DE VIANA, domo ex Tenerife insula, quæ inter Fortunatas valde celebris est, patriæ amori obsequens poëmate non ineleganti laudes illius comprehendit, titulo hoc indito:

Antigüedades de las Islas Fortunadas de la Gran Canaria, conquista de Tenerife, y aparecimiento de la Imagen de Candelaria. Hispali apud Bartholomæum Gomezium 1604. 8.

ANTONIUS DE VIANA, medicus, & apud classiarios milites Hispanicarum triremium, qui limitem nostrum a Barbarorum incursione custodiunt, olim chirurgus, postea in Hispalensi nosocomio, quod a fundatore Joanne Cervantæo S. R. E. cardinali nomen sortitum fuit, in vulgus edidit:

Espejo de Chirurgia: Primera parte en tres Exercitaciones de Theorica, y Practica, que tratan de los tiempos del apostema sanguineo &c. Olisipone 1631. 4.

ANTONIUS DE VIEIRA, Lusitanus, Olisipone natus, Bahiæ tamen S. Salvatoris in Brasiliæ regno inter sodales Jesuitarum Deo renatus. Ea conciones habendi fama hoc tempore celebris est Lusitaniæ Regius ecclesiastes ut non vereantur plurimi hujus artis primoribus comparare. Ejus certe conciones in pretio maximo apud omnes sunt; quin dictatæ aut habitæ majoris sint quam lectæ: neque enim tam eloquentiæ dotes voce loquentem, quam selecta & propria dictio, nusquam verbis indulgens, sed rebus inhærens, & insigne in exponendis Sacræ Scripturæ locis argumentoque adaptandis acumen ac felicitas scribentem, sive auditorum sive lectorum judicium exquiratur, commendant. At nec declamanti deest, pro dignitate famæ ejus & muneris, cum jucunditate audientium dicendi facultas; sed vere concionantis illius cogitatis intime mens profundius quam seu verbis seu actione aures & oculi, & quæ pars ingenii hujusmodi rhetoricis capitur, deliramentis gaudet, solidiusve perfruitur. Plures sane illius conciones in publicum exiere, sive Lusitanæ, sive ex Lusitanis Castellanæ redditæ, aut etiam Italicæ dictæ ab eo Romæ, qua in urbe vidimus eum cum plausu magno, nec semel aut bis coram gravissimis atque ingeniosissimis curiæ principibus viris, atque ipsa, heroinarum speculo Christina Suecorum rata Regina, quæ ut Catholice viveret ac moreretur sceptris & solio cessit, & sub Pontificum conquiescit umbra, atque adeo majori quam prius fastigio insidet, propria Italiæ lingua nec ineleganter verba facientem.

Conciones quidem *sex* Lusitane olim publicatæ sunt Olisipone a Dominico Lopez 1645. 4. Nescio an ceteræ jam hoc tempore.

Conciones autem seu Sermones Hispane jam loquentes Matriti prodiere tomis quatuor 1664. in 4. & sequentibus.

Concio Historica & Panegyrica habita in die natali Reginæ Portugalliæ. Olisipone 1668. Hanc Gallicam reddidit Antonius Verius, Jesuita.

Concio gratulatoria ob felicem partum ejusdem Reginæ. Eboræ 1669.

De Stigmatibus S. Francisci: Italica in domo Congregationis Sanctorum Stigmatum me præsente dicta. Romæ apud Varesium 1672. 4.

De B. Stanislao Costka: in domo Quirinali Novitiatus coram Sueciæ Serenissima Regina, cui etiam interfui. Ibidem 1675. in 8.

Las cinco piedras de la honda de David. Matriti 1676. 4. sive quinque sermones Romæ habitos in domo Virginis Lauretanæ, sive S. Salvatoris in Lauro coram Serenissima Sueciæ Regina, & ex Italico Castellane conversas.

F. ANTONIUS VIGO, Lusitanus, ex oppido Abrantes, ordinis Mercenariorum, & Hispalensis academiæ doctorum decanus, scripsisse dicitur:

De modo orandi. Cardosus.

ANTONIUS DE VILLALOBOS, scripsit:

De Esphera. Hujus nomine hominis insignitus liber quoque olim fuit MS. in bibliotheca Olivariensi

Compendio de Geographia inscriptus.

ANTONIUS DE VILLEGAS, specimen dedit studii poetici, rudi adhuc rhythmorum Hispanorum ætate, in eo opere quod inscripsit:

Inventario de obras en metro Castellano. Metimnæ Campi 1565. in 4. & 1577. in 8. Ex quo oppido oriundum eum affirmat D. Thomas Tamaius in *Collect. libror. Hispanor.*

F. ANTONIUS VINCENTIUS DOMENEC, patria ex oppido S. Gabrielis de Grions marchionatus Cabreræ & Gerundensis dioecesis in Cataloniæ principatu, anno præteriti sæculi LIII. natus, juvenis, ut se ale-

alere poſſet, in Figueras oppido ejuſdem ſacri territorii literas formare, & grammaticam pueros docere opus habuit poſtquam theologiæ ſtudia apud Barcinonenſes compleviſſet. Ceterum voto religionis olim facto, ut per indultum Apoſtolicum ſe exſolveret Romam venit. In redditu validiſſima tempeſtate maris jactatus denuo ſe idem jugo ſubjecit, quod bona venia excuſſerat ſacrorum parentis. Quod votum Barcinone adimplevit, inter Dominicanos ad Divæ Catherinæ Martyris receptus. Philoſophiam theologiamque ibi cum docuiſſet religioſiſſimam familiam, quæ veræ ſanctitatis doctrinæque veluti patria eſt, clariſſimarum undique virtutum ſplendore, necnon & mirabilium curationum, natura ubi morbis ceſſiſſet, privilegio mirifice illuſtravit: ipſeque, ut in album noſtrum venire poſſet, Cataloniæ totius Sanctorum hiſtoriam nobis reliquit, quam ut conficeret quo poſſet melius ac diligentius, omnia iſtius principatus, quater eum luſtrans, chartophylacia excuſſit publica. Hæc eſt:

Hiſtoria general de los Santos, y Varones iluſtres del Principado de Cataluña. Barcinone apud Gabrielem Graels 1602. folio. Vertiſſe quoque eum e S. Antonino *Sanctorum Dominicanorum vitas* Valerius Andreas in *Catalogo* annotavit.

E vivis exceſſit III. kalendas Novembris anno MDCVI. ætatis ſuæ LIII.

ANTONIUS XIMEN, Valentinus, Segobricenſis, cum Salmanticæ cauſa ſtudiorum verſaretur edidit, Ferdinandoque Cordubenſi academiæ rectori; D. Alphonſi de Aguilar filio, nuncupavit:

De Tormis inundatione, poema. Anno 1500. in 4.

F. ANTONIUS XIMENEZ, in oppido la Guereña Placentinæ dioeceſis natus, fratrum Minimorum Sancti Franciſci de Paula ſodalis, domeſticam juventutem in collegio urbis Hiſpalenſis ſacras literas docuit, ſimulque ſtudiorum fuit moderator. Aſcetica hæc dedit vulgari lingua:

Santos Exercicios para los tres dias de carnestolendas. Hoc eſt in Pſ. IV. ſermones VI. Hiſpali 1618. & 1619.

Erudicion Evangelica, y Arancel divino de todas las coſas eternas, y temporales tocantes a la ſanta oracion del Pater noſter: tribus partibus. Ibidem 1619. & 1627. in folio.

Dulzura de oracion para recreacion del alma. Ibidem 1619.

Vida de San Franciſco de Paula.

Tratado de la Puriſſima Concepcion de la Virgen Maria Nueſtra Señora. Ibidem 1616. in 4.

Latine etiam opus confecit ſic inſcriptum, *Idea totius Status Religioſi*, cujus quarta pars typis fuit commiſſa hoc titulo:

Peritia curationis Status languentis religioſi. Hiſpali 1644. in 4.

Huic, ni fallor, Alphonſus Fernandez in *Hiſtoria urbis Placentinæ* attribuit *ſermones de los Santos del ſacro Monte de Granada*, Rodericum tamen non Antonium appellans, eidemque eamdem cum noſtro patriam & vitæ inſtitutum aſſignans.

F. ANTONIUS DE YEPES, natus in oppido cognomine agri Toletani, Benedictinus monachus, ſuæque Hiſpanæ congregationis chronographus, multa induſtria, ſedulaque & laborioſa peregrinatione collegit, dextreque diſpoſuit ordinis ſui hiſtorica omnia monumenta a principio ejus uſque ad multam ætatem in generalis hiſtoriæ corpus, adjunctis in gratiam eorum qui antiquitatem amant quampluribus veteribus privilegiis, bullis, ſcripturiſque aliis nondum editis, quorum nomine præter exactam ipſius hiſtoriæ formam valde laudatur. Titulus operis:

Hiſtoria general de la orden de S. Benito. Centuriis ſeptem, & totidem voluminibus, quorum primam & ſecundam edidit Mathias Mares in monaſterio Iracienſi 1609. in folio. Tertiam Nicolaus de Aſsiayn 1610. Pampelone. Quartam Pinciæ Franciſcus Fernandez 1613. Quinta & ſexta prodierunt annis 1615. & 1617. Septimam vero poſt auctoris obitum publici juris fecit Hieronymus Marthones, Pincianæ S. Benedicti domus abbas, Pinciæ apud Franciſcum Fernandez 1621. in folio.

Tranſtulit hiſtoriam hanc in ſermonem Latinum, aut verius in compendium redegit, Gabriel Bucellinus Germanus ejuſdem ordinis. Expectatur proximis nundinis Francofurtenſibus Gallica editio ejuſdem Hiſtoriæ, ex interpretatione Domartini Rethelois, Toloſæ apud Joannem Laurentium & Joannem François in folio. Laudatur quoque ab Antonio relictum opus aliud, quod appellare ſolent:

El Itinerario. Relationem ut ſuſpicor expeditionis ſuæ philohiſtoricæ per omnes Hiſpaniæ provincias.

Catalogo de los que han eſcrito en la orden de S. Benito por la inmaculada Concepcion, tribuit ei Petrus Alba in *Militia Conceptionis.*

Deceſſerat jam anno MDCXXI.

ANTONIUS DE ZAMORA, alias NUÑEZ DE ZAMORA, Salmanticenſis, doctor medicus atque artium magiſter, ejuſque inſignis academiæ medicorum decanus, Po-

Podaliriæ hujus artis, & mathematicarum disciplinarum studio & exercitatione ante non multos annos valde celebris. Eo tempore quo ad capiendum animi cultum in eo gymnasio versabamur antemeridianis horis principem medicinæ cathedram, promeridianis eam, quæ geometriæ & aliarum matheseos partium præcepta tradit, magna cum sua laude senex admodum, sed adhuc sensibus & ingenio vegetus, administrabat. Extant ab eo typis editæ:

Repetitiones duæ super cap. I. & III. Galeni de differentiis Symptomatum. Salmanticæ 1621. 4.

Aurea expositio ad Textum Hippocratis in Libro de Aere, aquis, & locis. Ibidem 1625. 4.

Credo & hujus est:

De Cometis liber.

Scripsit etiam vulgari lingua:

Prognostico del Eclipse del Sol, que se hizo el año de MDC. a X. de Julio, y del de la Luna a XXIX. de Enero. Salmanticæ 1600. in 4.

Et, quia *fortes creantur fortibus* ex Horatii annotatione, parentis hodie memoriam, & erga istam scholam merita tuentur, noveque gliscentibus meritis augent duo ejus filii Josephus & Franciscus de Zamora, juris professores, magnæ uterque in literis & omni eruditione apud omnes famæ.

D. ANTONIUS ZAPATA, Matritensis, Francisci comitis de Baraxas filius, quem supremus Castellæ senatus habuit olim præsidem, episcopus primum Gaditanus, deinde Pampilonensis, mox Burgensis archiepiscopus, S. R. E. cardinalis a Clemente VIII. P. M. creatus, tum prorex Neapolitani regni, atque inde, cum in curiam rediisset Regis nostri, Sanctæ Inquisitionis concilii præses, Catholicæque Majestati a consiliis status. Vir omnibus (ut verbo dicam) virtutum his honoribus parium, honorumque his virtutibus debitorum numeris perfectus & absolutus. Pro instruenda quidem Bibliotheca nostra hic reliquit:

Un Discurso de la obligacion en conciencia, y justicia, que los Prelados tienen de proveer las dignidades, y beneficios Eclesiasticos en personas que puedan, y quieran, y tengan intencion, y proposito de residir, y perseverar en ellos, y ordenarse, y cumplir con las demas cargas, y obligaciones anexas a las tales prebendas: typis quidem editum ut audio.

Desiit esse mortalis XXIII. die Aprilis anni MDCXXXV. ætatis autem suæ LXXXIV.

APOLLONIUS.

F. APOLLONIUS DE JESU (alias de SANCTA MARIA) olim Antonius Diaz, Ulisiponensis, Augustinianorum Reformatorum sodalis, composuisse dicitur:

Constitutiones pro Fratribus suæ Recollectionis Portugalliæ, & Italiæ: quæ Romæ ac Mediolani, & alibi prodierunt. Panhormi in Sicilia diem obiisse dicitur.

ARCHANGELUS.

F. ARCHANGELUS DE ALARCON, in Turri Sillana Hispaniæ Tarraconensis (ait Waddingus) nobili genere ortus, Capuccinorum sodalis, regularis disciplinæ ac virtutum laude celebris, ordinis sui commissarius aliquando generalis, obiit Barcinone anno MDXCVIII. Scripsit versibus, ut audio, in laudem Dei Genitricis Mariæ:

Vergel de Plantas divinas. Barcinone 1594. in 8. & 1603. in 8. uti refert idem *Waddingus de Scriptoribus ordinis Minorum* Zachariam Boverium sequutus, qui *Capuccinorum historiam* conscripsit.

ARIAS.

ARIAS GONZALO, jurisconsultus, si non alius latet sub hoc nomine, auctor est libelli, cui titulus:

Memorial en defensa de las mugeres de España, y de los vestidos, y adornos que usan. Olisipone 1636. in 4.

ARIAS PINELUS, vulgari formatione PINHEL, Lusitanus, jurisconsultus egregius, Salmanticæ olim Antonium Gomezium & Martinum Azpilcuetam Navarrum præceptores adeptus, cum maturuisset annis judicioque, uberes hujus disciplinæ fructus sibi & patriæ produxit. Joanne quippe III. Lusitanorum Rege auctore impositus fuit apud Conimbricenses muneri exponendarum civilium legum postquam nescio quid aliud doctrinæ genus (excidit namque hujus rei nota ab Andreæ Scoti monumentis), canonicum forsan jus, plusquam decennio ibidem professus fuisset. Salmanticæ quidem fama celebri memoratur Arium eo se contulisse, relicta Conimbrica, Emmanuelem Costam sequutum, qui vetus Arii ob doctrinæ præstantiam apud eorum utriusque cives æmulus in hanc scholam ad principem docendi juris civilis locum honorifica invitatus conditione se contulerat, quasi vereretur noster fieri posse, æmulationis ut stimulo defecta virtus & contentio studiorum, frigesceret. Quare accepto etiam a Salmanticensibus honorario vespertinæ ut credimus ejusdem civilis juris cathedræ assignato, Lusitanum alterum jurisprudentiæ lumen scholæ huic amplissimæ secum feliciter invexit, nec nisi post antemeridianas, hoc est, primarias hujus professionis

nis partes egregie obitas in patriam rediit cohoneſtatus a Rege ſuo ſenatoria ſupremi Uliſiponenſis collegii dignitate ; quod Emmanuel Soarez a Ribeira in editionis Venetæ commentariorum Pineli de *Reſcindenda venditione* procemio , ſeu nuncupatoria ad Paulum Leonium epiſtola , adnotatum voluit. Extant igitur ab Aria noſtro:

Ad Rubricam , & Leg. II. C. de reſcindenda venditione Commentarii elaboratiſſimi. Primum apud nos , deinde Venetiis una cum *adnotationibus* laudati Emmanuelis Soarez a Ribeira viri doctiſſimi 1570. in 4. Francofurti 1596. in 8. Tandem Rintelli 1667. in 4.

De Bonis maternis commentarius : olim in Hiſpania , deinde Francofurti apud Nicolaum Baſſeum 1585. Utrumque hoc opus edidit Salmanticæ Mathias Gaſtius anno 1573.

Obiit Pinelus manu leviter cæſa interemptus , quod ejus fatum Joannes Merulus Toletanus elegantiſſimo epigrammate deploravit. Extat id apud Scotum. De eodem viro ſunt hæc doctiſſimorum Hiſpanorum elogia: Didacus Covarrubias *Ariæ Pineli* (ait alicubi) *diligentiam , & candorem in aliorum ſcriptis perſcrutandis non poſſum non mirari.* Antonius Queſada in quæſtionum juris libro *egregius ille ſenex Arius Pinelus* de illo ait. Gaſpar item Baenza de *Decima Tutoris* ſcribens cap. XIV. num. IV. *Pinelus* (inquit) *vir optimus , virtutis amator inſignis , ab exacta diligentia , multaque & accurata lectione & gravitate judicii omnia attentius excutientis laude dignus.* Cenſuram quoque de Pinelo factam inter doctiſſimos illius ævi juriſconſultos refert Joannes Garſia in *commentariis de Nobilitate* gloſſa VI. §. I. num. LVI. in fine. Demum Emmanuel Soarez jam laudatus, ejus diſcipulus , *doctiſſimum* ſæpius vocat ac *diligentiſſimum juris enucleatorem , doctiſſimum graviſſimum ac diligentiſſimum juris interpretem.*

ARIAS DE VILLALOBOS , ſcripſit:

Epitafios a las Exequias de la Marqueſa de Villamanrique Vireyna de Nueva Eſpaña. Mexici 1619. 4.

Obediencia que Mexico dió al Rey D. Felipe IV. con un diſcurſo en verſo del eſtado de la miſma Ciudad deſde el mas antiguo de ſu fundacion , imperio , y conquiſta haſta hoy. Mexici anno 1623. in 4.

ARIUS (vulgo ARIAS) BARBOSA , Luſitanus , parenti Ferdinando Barboſæ ex Catherina Figueredo uxore in oppido Aveiro Portugalliæ natus , cum Salmanticæ rudi adhuc illo XIV. ſæculo literis puer vacaſſet pretioſiorum , quæ in Italia expoſita cuivis erant, mercium avidus eo pertranſiit , Florentiæque Angelum Politianum ſtudioſiſſime aliquot annis frequentans in utraque lingua Latina Græcaque ſic profecit ut reverſus Salmanticam publice in academia ex cathedra rhetoribus deſtinata hujus artis præcepta , atque utriuſque linguæ eloquentiam docuerit. In quo Antonium Nebriſſenſem ſocium habuit, qui tamen quidquid uſquam Græcarum literarum apud Hiſpanos eſſet, ab uno Aria emanaſſe in præfatione ſuarum *Introductionum Grammaticarum* ingenue affirmavit. His duobus ampliſſimum iſtud gymnaſium , indeque Hiſpania tota , debet barbariei , quæ longo apud nos bellorum dominatu in immenſum creverat , extirpationem , bonarumque omnium diſciplinarum divitias. Quas Arius noſter ex antiquitatis penu per vicennium integrum auditoribus ſuis larga & locuplete vena communicavit , in poetica facultate Græcanicaque doctrina Nebriſſenſi melior , a quo tamen in varia multiplicique lectione ſuperabatur. Extat ad eum epiſtola Petri Martyris, *Ario* ſcilicet *Luſitano Græcas Literas Salmanticæ profitenti valetudinario* inſcripta , quæ ultima eſt libri I. Ambivit aliquando grammaticæ docendæ partes , indignatus pueris ſic egregiè de hujus artis re ac præceptis illudi. Victus tamen ab Spinoſa quodam (ut refert ipſe in epiſtola ad Marinæum Siculum de hac re data , quæ inter Siculi alias libro ſecundo edita fuit) haud deſpondit animum , impotenterve , ut Nebriſſenſis , repulſam excepit ; ſed ad completum uſque profeſſionis , ſolenneque vicennium , quod adveniens emeritos reddit , tempus manſit , quotidie magis ſe atque ingentia de Salmantinis ſtudiis merita huic gymnaſio commendans. Quo nomine eum non vulgaris notæ laudibus proſequuti ſunt Petrus Martyr Anglarienſis lib. I. epiſt. ultima , ad eum data anno MCCCCLXXXIX. unde conſtat eum jam tunc Salmanticæ Græcarum literarum eſſe profeſſorem , Andreas Reſendius in *Encomio Eraſmi* metrico , & in *Epiſtola ad Quevedum Toletanum* proſaica, Antonius Honcala Abulenſis in *Grammatica Propægnia* , Antonius item Nebriſſenſis ſodalis præter *Introductionum* laudatam præfationem *in Apologetico pro ſuis Quinquagenis* , Lilius Giraldus in *de Poetis* quodam *Dialogo*, & Andreas Scotus florentiſſimo elogio : qui tamen ex Reſendio minus recte Ariæ tribuit Salmanticenſem quadraginta annorum profeſſionem , quæ vicennalis fuit ut ex quodam auctoris epigrammate conſpicuum redditur, monetque Martinus de Figueredo , ſenator Regius , in nuncupatoria *commentarii* ſui *in Plinii ſecundi Prologum* epiſtola. Ab academico iſto otio evocatus fuit in Portugalliam ut Alphonſum (quod ipſi credimus in præfatione ſuorum carminum) & forſan , ut alii addunt,

dunt, Martinusque in his Figueredus, Henricum, Joannis Tertii Regis germanos fratres, literas doceret. Quo per septennium continuato munere senex tandem patriæ se inclusit, quod ex epigrammatum quoque præfatione constat. Hoc tempore elucubravit:

In Aratoris Presbyteri Poema de Apostolorum rebus gestis commentarium prolixum, difficiles hujus poetæ nodos pertractantem, *quo lecto*, ait Scotus, *non philologum modo, sed & philosophum fuisse ac theologum ejus auctorem jures.* Salmanticæ in folio.

Præcesserant duo alia minutiora, sed docta: *De Prosodia*, scilicet, *Relectio, seu de re Poetica, ac recta scribendi ratione.* Simulque:

Epometria, sive *Relectio* alia, *quam* (Honcalæ utor verbis) *habuit ille* (Salmanticæ) *magnificam, doctam uberemque, in qua multa questus est quod non modo musice, temporum vitio, indignam passa est jacturam duorum generum enharmonici & chromatici, cum tempestate nostra vix diatonico cantetur; sed etiam quod periere vocum syllabarumque tum poeticæ tum communes pronuntiationes.* Hæc Honcala. Prodierunt Salmanticæ in 4.

Quodlibeticas quæstiones de re qualibet Valerius Andreas huic adtribuit in catalogo, quod quidnam sit nondum capimus.

Editus fuit quoque:

Epigrammatum seu Operum ejus *Poeticorum* elegantissimus libellus in 8.

Resendii elogium quin hoc loco appendam mihi temperare nequeo. Ex *Encomio Erasmi* hæc sunt:

Hispanique sacer meritis honor orbis Areius,
Magnis cui debet quantum nunc Pallados illic
Cultior usus habet, docuit nam primus Iberos
Hippocrenæo Grajas componere voces
Ore; etenim quidquid frugis nunc Itala regna,
Græcia quódá habuit, quidquid patriæq; suisque
Importavit & a Galli stribligine tandem
Asseruit, fierique dedit sermone Quirites.

F. ARIUS, sive ARIAS CORREA, Lusitanus, ordinis S. Dominici, scripsisse dicitur:

Super priora aliquot capita Libri I. Regum.

Super Aggæum Prophetam.

Super Epistolas S. Pauli Apostoli ad Titum, & Philemonem.

Refert ex Ludovico de Cacegas, Dominicanorum Portugalliæ chronographo, Georgius Cardosus in schedis *Bibliothecæ Lusitanæ*, quam parabat.

ARIUS (vulgo AYRES) VARELLA, Lusitanus, Elvensis, juris doctor, turbatis Lusitaniæ rebus Ecclesiæ hujus urbis gubernator, & vicarius generalis, docte & curiose scriptam servabat (si credimus D. Francisco Emmanueli *cent. III. epist. 71.*)

Historia da Cidade de Elvas.

ARNALDUS.

ARNALDUS ALBERTINUS, Majoricensis, in ejusdem urbis Ecclesia canonicus, postquam inquisitor Apostolicus cum Valentiæ tum in Siciliæ regno illibatæ servandæ religioni invigilasset, designatus interim Pactensis (non Pacensis ut Possevinus & Miræus alicubi credidisse videntur) in eodem regno antistes, discedente inde Ferdinando Gonzaga prorege, vicariam suscepit administrandæ reipublicæ curam anno superioris sæculi XXXVIII. necnon totius Siciliæ generalis renuntiatus fuit fidei rerum judex. Scripsit:

Repetitionem novam, sive commentaria Rubricæ, & capitis I. de Hæreticis lib. VI. Valentiæ 1534. folio. Venetiisque 1587. & inter *Repetitiones Juris Canonici.*

Quæstionem de secreto, quando debeat, & non debeat revelari. Valentiæ 1528.

De agnoscendis assertionibus Catholicis & Hæreticis tractatum. Panhormi primum 1553. in folio. Deinde Romæ semel, atque iterum anno 1572. in 4. Tandemque inter *Tractatus Doctorum* Venetiis tomo IX. parte II. fol. DXX. Postumum scilicet, cum enim auctor tractatum hunc tripartitum edidisset, *Speculum Inquisitorum* inscriptum, adferreturque triremibus ut committeretur typographorum operis, naufragio periit major pars: ex nonnullis autem chartarum foliis, quæ servata sunt, hoc opus formavit nescio quis famæ auctoris favens.

Denatus fuit anno MDXLV. jacetque in sedis suæ Pactensis Ecclesiæ capella, Deiparæ Virgini de Gratia dicata, ut refert D. Rochus Pirrhus in *Notitiis Ecclesiarum Siciliæ* in *Pactensi.*

ARSENIUS.

F. ARSENIUS DE ASCENSIONE, Lusitanus, domo ex oppido Torres novas, ordinis Eremitarum Excalceatorum S. Augustini, cum in Italia diu egisset creatus fuit procurator causæ canonizationis Servi Dei Joannis de S. Guilielmo, ejusdem ordinis, in oppido Monte Cassiano Marchæ Anconitanæ nati, & e corpore mortis hujus anno MDCXXI. ad cœlum sanctissimæ vitæ in præmium, ut pie credimus, translati, librumque de sancti viri rebus Italice scripsit hujus tituli:

Vita del' Ammirabile Servo di Dio P. F. Giouanni di S. Guglielmo Sacerdote professo della Congregatione di Scalzi Augustiniani. Firmi apud heredes Joannis Francisci de Monti 1630. in 8.

Vida de Sor Domenica de Paraiso inedita mansit. Dicitur & *Pro Concilio Tridentino adversus Paulum Servitam* non breves Pontificio jussu lucubrationes confecisse, quibus usum fuisse Sforzam cardinalem Pallavicinum Lusitani asserunt.

ARTAL.

D. ARTAL DE ALAGON, comes de Sastago, ex primaria regni Aragoniæ nobilitate, composuit:

Catecismo de lo que el christiano está obligado a saber, creer, y obrar con una declaracion universal de la doctrina christiana. Cæsaraugustæ apud Laurentium de Robles anno 1584. in 8.

Concordia de las leyes divinas, y humanas, y desengaño de la iniqua ley de la venganza. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1593. in 8.

ASSENSIUS.

ASSENCIUS HENRIQUEZ, scripsit:

Casamiento de los Reyes de Francia, y Navarra. Burdigalæ 1615. Forte Hispaniam pro Navarra corrigendum sit.

ATHANASIUS.

ATHANASIUS DE AYALA, Ferdinandi veterani militis filius, vigintiquatuor ipse annorum militia fretus tirones instruendi munus cœpit, scribens:

El Visoño instruido en la disciplina militar. Matriti 1616. in 8. Hic idem, an alius scripsit opus genealogicum

De la Casa de Ayala. MS. hactenus ut credimus?

F. ATHANASIUS CUCHUS, Cantaber, Cisterciensis monachus monasterii de Sobrado, in collegio Complutensi meruit viri docti famam scribens nonnulla nondum edita, in quibus tractatus celebratur *De Translatione Episcoporum.* Videri potest Carolus Vischius *Bibliothecæ Cisterciensis* auctor in *Complutense Collegium* & in *Dionysio Cucho*, Athanasii fratre.

F. ATHANASIUS DE LOBERA, natus in oppido Herce diœcesis Calagurritanæ, & vallis de Arnedo, ut ipse affirmat cap. xx. Historiæ Legionensis mox laudandæ, Cisterciensis monachus cœnobii Montis Ramorum in Gallæciæ regno, sacræ theologiæ doctor, historiarum præcipue lectionem & studium frequentavit non sine fructu, Regiique chronographi munus ob id sibi a Philippo II. Hispaniarum Monarcha delatum sensit. Scripta hæc in vulgus emissa ab eo sunt:

Historia de la Ciudad de Leon con las vidas de los Santos Froilan Obispo de Leon, y Atilano de Zamora monges del monasterio de Moreruela. Pinciæ apud Cordubas 1598. in 4.

Chronologia de los Reyes de España. Ex eadem officina 1602.

Epistola Historial al Rey de España D. Felipe II. Matriti 1601. in folio.

Vida del Bienaventurado F. Benito de Salamanca Monge del monasterio de Moreruela. Cum prodiit in Hispania, tum in *Fasciculo* Chrysostomi Enriquez distinctione XXXI. Dies ejus XXX. Decembris.

Vida del B. Ignacio monge de Moreruela. De quo videndus Henriquez in *Menologio*, prima die Februarii. Ineditum reliquisse dicitur majoris momenti opus apud Gondomaris comitem, idque ut arbitror Hispanicum, scilicet:

Coronica grande del Reyno de Galicia.

Obiit Pinciæ anno MDCV. Hæc de illo referunt Chrysostomus Henriquez in *Phœnice reviviscente*, & Carolus Vischius in *Bibliotheca Cisterciensi.*

ATHANASIUS DE OTEYZA ET OLANO, natus in oppido Cigales Vallisoletanæ diœcesis, juris utriusque doctor, primariusque legalis doctrinæ apud Pincianos in gymnasio professor, idemque in prætorio causarum defensor, multiplici eruditione contextum opus foras emisit nuncupatione hac:

Paralipomenon, & electorum juris civilis, selectarumque antiquitatum: tomus prior Pinciæ 1646. in folio.

Ad plures abiit ante annum MDCLXI.

F. ATHANASIUS PEREZ, Cisterciensis monachus coenobii Ursariensis (vulgo de Osera), vir pius & doctus, paratum habebat editioni librum satis grandem:

Illustrium Exemplorum, cum obiit anno MDCXLV. asservarique apud suos refert Vischius in *Bibliotheca Cisterciensi.*

AUGUSTINUS.

AUGUSTINUS DE ALMAZAN, Matritensis, vertit ex Italico:

El Momo de Leon Baptista Alberto. Matriti apud Joannem de Medina 1553. in folio. Alias lego Matriti 1598. in 8.

AUGUSTINUS ALPHONSUS, nescio quis, edidit:

Hazañas de Bernardo del Carpio: metricum opus ut spero, anno 1585. 4.

F. AUGUSTINUS ANTOLINEZ, Pinciæ editus anno MDLIV. in patria induit se Augustinianorum habitu, in eademque sacrarum literarum publicus fuit professor, mox

mox Salmantinus theologiæ doctor primarius, & aliquando emeritus, provinciæ suæ sodalium ter aut quater præfectus. Anno dein MDCXXIII. Præsul Civitatensis, sequentique post repudiatam ne ad exteros iret cathedram Ecclesiæ Tarraconensis, antistes creari meruit Compostellanus. Scripserat vir juxta pius atque doctus:

Historia de Santa Clara de Montefalco de la orden de San Agustin. Salmanticæ apud Susannam Muñoz 1613 in 4.

Vida de San Juan de Sahagun, ejusdem ordinis, cui addictissimus vixit. Salmanticæ 1605. in 8. Italice vertit Paulus Trassinellus, ediditque Bononiæ 1615. in 8. *Vitas* quoque *aliarum Sanctarum sui ordinis*, aliaque plura MSS. servari Coloniæ apud Petrum Loy, sacræ theologiæ licentiatum, affirmat in *Elogiis virorum illustrium Eremitarum* Cornelius Curtius.

Tractatum scripsisse, in quo docuit quod *Beata Virgo Maria ab instanti suæ Conceptionis viderit divinam essentiam*, scribit Joannes à Sancta Maria Toletanus in *libello supplici ad Innocentium X.* & ex eo Petrus Alba in *Militia Conceptionis.*

Obiit post biennium in pontificatu Compostellano exactum XIX. Junii MDCXXVI.

AUGUSTINUS BARBOSA, Lusitanus, Guimaranensis (Guimaraens oppidum est Interamnensis provinciæ, quod jura sacra Bracharam petit) patrem habuit Emmanuelem Barbosam, Regium advocatum, qui olim *in Lusitanorum ordinationes* seu constitutiones *Regias commentaria* elaboravit, gentilem præterea Petrum Barbosam V. C. cujus docti & uberes in titulum *Soluto matrimonio* &c. in Pandectis, atque item *de Judiciis* commentarii per manus circumferuntur. Doctus vero ipse Augustinus intra Lusitaniam artes, quæ ad fori & magistratus dignitates viam sternunt, præcipueque utriusque juris disciplinam, instructusque ad id studium singulari ac mirabili memoria, eo maxime intendit, suasque in publicum proficiendi cogitationes direxit ut scribendo, ac de juris rebus commentando æquales simul ac posteros demereretur. Cui laudabili proposito in exitum commodius digneque magis perducendo inserviisse non parum schedæ manuscriptæ patris Emmanuelis videntur; nisi in editioni *Commentariorum* ejus *in Lusitanas ordinationes* affixa nota de se ipse & operibus suis, non de Emmanuele uti videtur, sit loquutus. Romam cogitandi, ac pro patria interim commutandi consilio hæc scilicet Augustini mens & frugi votum omnino causam dedit: illustraturus nempe sacros canones suis lucubrationibus, deesse sibi aut in iis desiderari Romanæ praxis cognitionem, deque Ecclesiæ juribus extra Ecclesiæ curiam docere noluit, ne indiligentiæ causam in foro Romano dicere aliquando juberi posset, qui forte animo præsagiebat se studiis ac meditationibus suis in posterum edendis fora omnia esse completurum. Sub Pauli ergo Papæ V. pontificatus finem Urbem ingressus, benignum sibi statim sortitus est Pontificem, N. cardinali Millino commendatore, obtinuitque ab eo in propria Guimaranensi Ecclesia dignitatem, cui thesauri seu vasorum sacrorum cura commissa est. Nec tamen aut amore patriæ, aut fruendi inter cives hujus honoris, illicce revocari se permisit a frugali, sed in publicum fructuosa plurium annorum urbana habitatione, in pannis quippe & egestate vitam exegit. Habitasse quidem dicitur in taberna diversoria, angusto humilique cubiculo (verba audis Jani Nicii Erithræi, seu potius Joannis Victorii de Rossi in *Pinacotheca* altera, cujus duodevicesimus loculus nostrum suscepit) *ad D. Andreæ ad Sepes* (*Sant Andrea delle Fratte* vulgo audit Minimorum fratrum ædes) *Non bis, sed semel tantum in die cibum capiebat. Libris omnino carebat: memoria erat summa, singulari, incredibili: hæc erat illi pro bibliotheca; imo hæc omnes omnium bibliothecas superabat. Quidquid in Urbe bibliopolarum est arcta sibi familiaritate devinxerat, non alio vinculo nisi vitæ probitate atque innocentia, morumque suavitate, quibus facile se in hominum gratiam insinuabat. Itaque quotidie modo in hac modo in illa bibliopolæ cujuspiam taberna a mane usque ad vesperam sedens totum se librorum, quibus maxime opus esset, lectioni tradebat, quæque legebat memoriæ custodienda mandabat; cujus tanta erat vis ut domum rediens, non solum eorum quæ legisset, fixas in animo sententias, verum etiam versuum ordinem numerumque referret, literisque mandaret.* Hæc Erithræus. Credamus porro ipsi de se affirmanti, saltem ex quo libros typis Romanis mandare cœpit, nocturnas horas studiis & lucubrationibus, diurnas vero typographicarum operarum curæ impendere consuevisse. Tandem circa annum MDCXXXII. reversus in Hispaniam, Matriti eodem vitæ genere contentus vixit, dijudicandis ex commisso sibi munere causis Ecclesiasticis, librisque procudendis intentus usque ad annum hujus sæculi XLVIII. quo eum destinavit Philippus IV. Rex noster Uxentinum Hydruntinæ provinciæ episcopum. Rediens igitur Romam, quæ illi egregium olim pepererat nomen, protonotariatusque Apostolici, sacræque Indicis congregationis consultoris ornaverat titulis, indutus inibi fuit honore & infulis pontificiis XXII. Martii anno M-

MDCXLIX. At cito eum e mortali sede ad immortalem Deus evocavit , vix enim septem effluxerant menses ab eo die quo primum salutatus fuit antistes , cum sexaginta annis natum immatura mors ad superos evolare fecit. Sepulcrum ejus , quod in Uxentina Ecclesia est , inscriptione ornavit Simon Vasius Barbosa germanus frater , Guimaranensis canonicus , quam in Ferdinandi Ughelli *Italiæ sacræ* nono volumine legere est. Plane libris suis jurisprudentiam , & canonum sacrorum studiosos mire instruxit , ut pro integra bibliotheca , Pontificii saltem juris, unus Barbosa deservire posse videatur. Nempe edidit:

Remissiones Doctorum super varia loca Concilii Tridentini. Primum Olisipone anno 1618. in 4. Deinde Toleti. Brixiæ 1620. Antuerpiæ, ac sæpius Lugduni in 8. Demum sub titulo: *Collectanea eorum Doctorum , qui in suis operibus Concilii Tridentini loca referentes illorum materiam incidenter tractarunt* , ad Antonium Sotomayor , Damascenum præsulem summum, in Hispaniæ regnis fidei censorem. Lugduni apud Laurentium Durand 1642. in folio.

Castigationes , & additamenta ad commentaria Emmanuelis Barbosæ parentis in Ordinationes Regias Lusitaniæ : quæ ipse capularis jam auctoris famam posteritati commendaturus , ab oblivioneque vindicaturus , additis quibusdam e propria penu , publicavit Olisipone 1620. in folio.

Remissiones Doctorum de Dictionibus , & Clausulis. Romæ 1621. in 4. quas deinde in *Variarum juris tractationum* corpus conjecit.

Pastoralis sollicitudinis ; sive de officio , & potestate Episcopi tripartitam descriptionem. Romæ 1622. Dein Parisiis , & alibi , tum Lugduni auctiorem 1629. in folio , & 1641. in folio apud Laurentium Durand prioribus locupletiorem , demumque apud Philippum Borde 1650. folio.

Formularium Episcopale , in quo continentur formulæ ad Episcopalem jurisdictionem rite , exacteque administrandam , quas ex Actis Ecclesiæ Mediolanensis , & Archiepiscopatus Bononiensis collegit , nonnullis acceptis a Julii Lavorii formulario universali.

Varias juris tractationes , hoc est , v. sequentes tractatus:

De Axiomatibus juris usu frequentioribus.

De Appellativa Verborum utriusque juris significatione.

De Locis communibus argumentorum juris.

De Clausulis usu frequentioribus.

De Dictionibus usu frequentioribus : ad D. Gasparem de Guzman Olivarum comitem. Lugduni 1631. in fol. Ibidemque typis Laurentii Arnaud 1644. Argentoratique 1652. in 4.

Pastoralis sollicitudinis , sive de officio , & potestate Parochi tripartitam descriptionem. Romæ apud Guilielmum Faciotum 1632. Lugduni apud Durand 1634. in 4.

De Canonicis , & Dignitatibus , aliisque inferioribus Beneficiariis Cathedralium , & Collegiatarum Ecclesiarum eorumque officio , tam in Choro , quam in Capitulo tractatum. Romæ apud Franciscum Castelletum 1632. in 4. Lugduni apud Laurentium Durand 1634. 4. Locupletiorem adhuc in eadem officina 1640. folio.

Juris Ecclesiastici universi lib. III. Philippo IV. Hispaniarum Regi nuncupatos. Lugduni 1634. in folio apud Durand. Locupletioresque apud heredes Petri Prost 1645. in folio. Quibus inter cetera Barbosæ opera doctus atque eruditus quisque palmam defert. Quid vero de his libris Barbosæ adjudicandis , & cuique alii tribuendis refert in Urbe vulgatum fuisse Joannes Victorius de Rossis, sive Janus Nicius Erithræus laudatus , illic quam hic legi malo.

Praxim exigendi pensiones. Cui accesserunt:

Vota decisiva , & consultiva Canonica , libris duobus. Barcinone apud Gabrielem Nogues 1635. folio. Lugduni apud Laurentium Durand 1636. Et postea 1643. folio.

Collectanea Bullarii , aliarumve summorum Pontificum Constitutionum , necnon præcipuarum Decisionum , quæ ab Apostolica Sede, ac Sacris Congregationibus S. R. E. Cardinalium Romæ celebratis usque ad annum MDCXXXIII. emanarunt. Lugduni apud Laurentium Durand 1634. in 4. Venetiisque per Jacobum Sarzinam 1636. 4. Deinde sub titulo : *Summæ Apostolicarum Decisionum.* Lugduni apud heredes Petri Prost 1645. Genevæ apud Joannem de Tournes 1650. in folio.

Collectanea Doctorum , tam veterum , quam recentiorum in jus Pontificium universum , tomis VI. scilicet:

I. *In quo duo priores Decretalium libri continentur.* Lugduni apud Durand 1637. in folio. Locupletior apud heredes Petri Prost 1647. in folio , ad Urbanum VIII. P. M. uti & sequentes.

II. *Continet III. & IV. Decretalium libros.* 1637. & 1647. iisdem typis , & augmento.

III. *Librum V. Decretalium* continet.

IV. *Quinque libros Sexti Decretalium , Clementinas , & Extravagantes omnes.*

V. *Decretum Gratiani.* Omnes hi prodierunt ex officina Laurentii Durand 1637. Auctioresque ex heredum Petri Prost 1647. in folio.

VI. *Selectas interpretationes juris Canonici,*

si-

sive prætermissa, *& additamenta ad collectanea Doctorum in Jus Pontificium universum.* Prodiit primum Lugduni typis heredum Petri Prost, Philippi Borde & Laurentii Arnaud 1648. D. Joanni Chumazero magno Castellæ præsidi nuncupatas.

Collectanea ex Doctoribus, *tum priscis*, *tum recentioribus in Codicem Justiniani*, duobus tomis, quorum prior tres primos libros, posterior autem quartum & quintum libros continet. Lugduni apud Gabrielem Boissat & socios 1638. Iterumque apud heredes Petri Prost 1648. in folio. Diu post ejus mortem Simon Vaz Barbosa, Augustini frater, atque ejusdem Vimaranensis Ecclesiæ canonicus, foras prodire fecit:

Repertorium juris Civilis, *& Canonici*, ex variis Augustini scriptis collectum. Lugduni sumptibus Joannis Antonii Huguetan & Guilielmi Barbier 1668. folio.

Scripsit quoque in adolescentia:

Dictionario Lusitanico-Latino. Bracharæ 1611. in folio.

F. AUGUSTINUS DE BENAVENTE, Benedictinus monachus, Pincianæ domus concionator, cui semel atque iterum præfuit, sacris fidei judicibus a censura theologica. Scripsit duobus tomis sic nuncupatum opus:

Luz de las luces de Dios, *resplandor de las llagas de Christo*, *empleo del pensamiento christiano.* Primus tomus prodiit anno 1628. Pinciæ in 4. apud viduam Francisci de Corduba, secundus vero anno 1647. in eadem urbe & monasterio typis Antonii de Rueda. Pincianus audit patria.

AUGUSTINUS BERNAL DE AVILA, patria ex oppido Magallon Cæsaraugustanæ dioecesis, sodalis Jesuitarum, sacræ theologiæ doctor, & in Cæsaraugustana academia professor, Græcæque Latinæque linguarum peritia instructus, sacræ suæ disciplinæ perfecte gnarus studia hæc sua emanare in vulgus editis libris fecit:

Disputationes de Divini Verbi Incarnatione. Cæsaraugustæ ex officina typographica nosocomii Regii 1639. in folio.

Alieno quoque nomine:

Lucubrationes de Philosophia universa, auctore adhuc vivo typis mandatas fuisse affirmat *Bibliothecæ Societatis* scriptor.

Postumæ prodierunt ex aliis operibus, cum Græce tum Latine conscriptis, inter schedas ejus repertis:

Disputationes de Sacramentis in genere, *& de Eucharistia*, *& de Ordine in particulari.* Lugduni apud Philippum Borde & socios 1651. in folio.

AUGUSTINUS BERNARDUS DE QUIROS ET VILLADA, Hispalensis, doctor theologus, scripsit:

Manual de los fieles devotos de la sagrada Comunion, *y Apologia en defensa de la debida veneracion a este santisimo misterio.* Barcinone 1631. in 8.

AUGUSTINUS BRAVO, Villafranchensis, Regius cappellanus, ordinis, nisi fallimur, Sanctæ Mariæ de Calatrava, ordinavit juxta mentem concilii seu capituli generalis anno MDC. celebrati:

Las Difiniciones de la Orden de caballeria de Calatrava. Valladoliti apud Ludovicum Sanchez 1603. in folio.

F. AUGUSTINUS DE CARRION PONZE ET MEDINA, ordinis Minorum, edidit:

Sermones varios de festividades de Nuestra Señora, *y Santos.* Toleti 1654. & 1660. in 4.

D. AUGUSTINUS COLLADO DEL HIERRO, medicus doctor, poesim non infeliciter exercuit, amoeno vir ingenio & facetiarum fertili. Granatæ diu commoratus fuit, ubi & diem extremum vidit. Extant ejus præter minuta alia:

Apolo, *y Dafne*: in 8.

Poema de Teagenes, *y Cariclea* (ex Græco Heliodori) *en Quintillas.*

AUGUSTINUS CRAVALIZ, Guipuscoanus, ex S. Sebastiani oppido nobilissimo, scripsit anno MDLXIV.

Discurso sobre las Precedencias de España, *y Francia*, occasione ut videtur suscitatæ tunc primum hujus controversiæ. Extat MS. in folio in bibliotheca comitis de Villaumbrosa.

F. AUGUSTINUS DAVILA PADILLA, Mexicanus, ordinis Prædicatorum, sacræ theologiæ magister, Philippi Regis III. Catholici fervidus atque facundus ecclesiastes, insulæ Sancti Dominici tandem creatus archiepiscopus. Scripsit:

Varia Historia de la Nueva España, *y Florida*: seu verius, *Historia de la Provincia de Santiago de Mexico de la orden de Predicadores*, quam posteriorem inscriptionem editio præ se fert anni 1596. in 4. & 1625. in folio; priorem autem illam ultima editio Pinciana anni 1634. folio.

D. AUGUSTINUS EMMANUEL DE VASCONCELLOS, Lusitanus, eques ordinis Jesu Christi, diserte & cum judicio scripsit:

Vi-

Vida de D. Duarte de Meneſes tercero Conde de Viana. Y Suceſos de ſu tiempo: lib. v. Oliſipone 1627. 4.

Suceſion del Señor Rey Don Felipe II. en la Corona de Portugal. Matriti apud Petrum Tazum 1639. in 8.

Vida, y acciones del Rey D. Juan el II. decimotercio de Portugal. Ibidem eodem anno in 4. Gallice is liber loquitur, neſcio cujus opera, qui ſe nullo prodidit nomine, Pariſiis apud Ludovicum de Vandoſme venalis editus anno 1641. in 8.

Cujus regni rebus turbatis quadrageſimo hujus ſæculi anno forte immixtus, dum conſpiraſſet cum aliis principibus regni viris ad excutiendam novam dominationem, infeliciſſimi, quantumvis magni auſus pœnas capite luit truncato Oliſipone in foro maximo ſequenti anno MDCXLI.

D. AUGUSTINUS FERNANDEZ BENITO, ſcripſiſſe dicitur:

Del Credo, y los myſterios de la Fe: circa annum 1666.

AUGUSTINUS GAVI, Luſitanus, certe Luſitane ſcripſit:

Vida do Cardenal Rey D. Henrique.

AUGUSTINUS DE HERRERA, Hiſpalenſis, Societatis Jeſu, literarum humaniorum profeſſor in patria, ſcripſit:

Del Origen, y progreſſo en la Igleſia Catolica de los ritos, y ceremonias que ſe uſan en el ſanto ſacrificio de la Miſſa. Hiſpali apud Franciſcum de Lyra 1642. in 4.

Origen, y progreſſo del Oficio Divino. Ibidem 1645. in 4.

Commentarios breves in Syntaxin Antonii Nebriſſenſis. Ibidem 1635. ſub alieno tamen nomine.

Reliquit prelo paratum:

De Origine Religionum.

Obiit Hiſpali peſtilenti anno 1649.

AUGUSTINUS DE HERRERA, ex oppido S. Stephani de Gormaz Oxomenſis diœceſis, Jeſuita, profeſſor theologus Complutenſis primarius, Regius concionator, edidit:

Tractatus in Primam Partem D. Thomæ de Scientia & voluntate Dei, & de Prædeſtinatione, tribus tomis. Compluti apud Franciſcum Garcia 1671. 1672. & 1675. in 4. Item:

Tractatum de Trinitate. Ibidem 1674. 4.

Tractatum de Angelis. Ibidem 1675. 4.

AUGUSTINUS DE HOROZCO, Eſcalonenſis, Gadium civis, edidit:

Diſcurſo hiſtorial de la preſa, que del Puerto de la Maamora hizo la Armada Real de Eſpaña año de 1614. Matriti 1615. apud M. Serrano.

Hiſtoria de la glorioſa vida, y martyrio de los glorioſos Santos martyres Servando, y Germano Patrones de la Ciudad de Cadiz. Gadibus 1619.

F. AUGUSTINUS DE JESU MARIA, Valliſoletanus, Carmelitarum Excalceatorum ſodalis Paſtranæ hanc reformationem profeſſus, lector olim Complutenſis theologiæ, domui Toletanæ præerat cum, oratores ſacros inſtruere volens arte concionandi monſtrata, edidit:

Arte de orar evangelicamente. Conchæ 1648. in 4.

Plura alia ſcripſiſſe dicitur, modeſteque ſupprimere. Vivit enim adhuc, aut ſaltem vivebat nuper Novæ-Caſtellanæ ſuæ provinciæ iterum rector, uti in catalogo Scriptorum, cujus infra meminimus cum ad Franciſcum de Sancta Maria deveniemus, hujus familiæ ſcriptorem, legitur.

F. AUGUSTINUS DE S. ILDEPHONSO, natus in oppido Toboſo ditionis ordinis Sancti Jacobi, Auguſtinianus nudipes Caſtellæ provinciæ, domum Nicolao Tolentinati ſacram adminiſtrans Compluti edidit:

Theulugia miſtica: ſciencia, y ſabiduria de Dios, myſterioſa, obſcura, y levantada para muchos. Compluti 1644. 4.

Vivebat in patria anno MDCLII.

F. AUGUSTINUS LOPEZ, Ciſtercienſis monachus domus Vallisbonæ in Caſtellæ regno, ea morum integritate, vitæque religioſæ obſervantia, dum viveret, commendabatur ut ceteris idoneus magis ad conſcribendam ſanctimonialibus, quæ hoc propoſitum ſuſceperant, ſtrictioris regulæ præcepta exiſtimaretur. Confirmavit ergo præſenti conſilio & admonitionibus, officium hoc ſibi a ſuperioribus delatum exhibens, virginum harum Ciſtercienſium vota, ordinavitque:

Las Conſtituciones de la orden de Ciſtel conforme al fervor de ſus primeros, y antiguos hijos: quarum confirmationem cum ab Apoſtolica ſede impetraſſet ſolida reformationis fundamenta jecit in monaſterio Sanctæ Annæ Pinciano. Prodierunt eæ Pinciæ 1595. in 4. Duaci deinde 1633. Et in Chryſoſtomi Henriquez *Liliis Ciſtercienſibus*. Flandrico idiomate prodierunt etiam Bruxellis in 8. apud Gobardum Schoevaerdts.

Dedit quoque Hiſpano ſermone donatum:

Boecio de Conſolacion, cum annotationibus propriis. Pinciæ 1598. folio, & 1604. apud Joan-

Joannem de Bustillo. Adjunguntur tractatus duo auctoris, scilicet:

Exemplos de Fortaleza.

De los Peligros de las Dignidades, y daños de la Ambicion. De quibus adiri potest laudatus Henriquez in *Phœnice* suo.

Decessit anno MDCXIV. in monasterio Olivæ.

AUGUSTINUS DE MENDOZA, Lusitanus, edidit:

Cerco de Mazagaon. Olisipone anno 1607.

AUGUSTINUS DE MORLANES, Cæsaraugustanus, Didaci de Morlanes filius, quem suo loco dicimus, vir valde doctus, qui in supremo Matritensi Aragonensium rerum senatu judicandi obtinuit vices, scripsit:

Alegacion sobre la antigüedad, y preeminencias de la Iglesia de Santa Maria del Pilar de Zaragoza. Cæsaraugustæ 1605. folio: quamvis hoc opus Didaci parentis esse fama sit. Vide quæ de eo infra dicemus.

D. AUGUSTINUS MORETO, scripsit ante aliquot annos tam cum aliis quam solus comœdias, quæ in theatris nostris editæ laudem ei pepererunt. Abstinuit tamen hoc scribendi genere ex quo sacris fuit initiatus, quod instituto vitæ omnino debebatur. Prodierunt quidem aliquot uno volumine:

Comedias de Moreto, primera parte. Matriti 1654. in 4.

F. AUGUSTINUS NUÑEZ DELGADILLO, Bæticus, in Cabra oppido diœcesis Cordubensis natus, Carmelita, sacræ theologiæ magister, præstantissimo ingenio, memoria felicissima, multaque verborum ac sententiarum copia, præfervidoque opimos operæ fructus colligendi desiderio egregius concionator, scholasticæ necnon theologiæ in urbibus Corduba, Ursaone, Granata, Valentia, Cæsaraugustaque professor magni nominis, quod ultimo loco dictum gymnasium publice docturo hospiti novam cathedram duplicato stipendio adornatam creavit. Scripsit plura, sed edidit tantum:

De la Victoria de los justos celebrada por David en el Psalmo XVII. cujus argumenti quatuor volumina se daturum promiserat. Primum Granatæ excussum vidimus 1618. apud Martinum Fernandez Zambrano in 4.

Primera, y segunda parte de sermones de Quaresma. Matriti 1629. in 4.

Breve declaracion del Arte de Raymundo Lullo. Primum Compluti 1622. Deinde Granatæ 1623. 8.

Abecedario espiritual: ad Margaritam Infantem. Matriti.

Habebat editioni parata, ut ipse testatus fuit, cum primum *Victoriæ justorum* opus foras emisit, *Desposorios de Christo, y el alma sobre el Psalmo XLIV.* quinque tomis: *Estados del Alma*, quinque partibus: *Hambre de Dios*, libro singulari: *Brevedad de la vida*, 1. *Fortaleza del Alma*, 1. *Humildad, y sus excelencias*, 1. *Lazos de amor sobre el Pater noster*, 1. *Querellas de amor*, 1. *Inconstancia de Fortuna sobre el Evangelio del Rico avariento*, 1. *Toques divinos sobre el Evangelio del Prodigo*, 1. *Provechos de la comunion*, 1. *Concepcion de Nuestra Señora sin pecado original*, 1. *Del amor de Christo al alma*, 1. *Espuela de amor divino*, 1. Latine quoque: *In primam partem D. Thomæ*, volumen unum. Quæ quidem omnia doctissimi viri monumenta sodales forsan Matriti adservant; ibi enim vidit diem vitæ extremum XXVIII. die Julii anno MDCXXXI. ætatis suæ LIX. Cujus funus spisso nobilium atque sacrorum hominum defuncti sanctimoniam acclamantium comitatu processit.

F. AUGUSTINUS OSORIO, Lusitanus, ordinis Eremitarum, Aragonensem provinciam gubernavit præfectus, atque in Ilerdensi gymnasio docuit theologiam, scripsitque:

Vida del Bienaventurado S. Juan de Sahagun. 1614.

Sermones de Adviento, Festividades, y Santos hasta la Purificacion. Barcinone apud Laurentium Deu 1635. in 4. Adventuales has conciones Italice vertit Angelicus Aprosius, Vintimiliensis, sub nomine Oldauri Scioppii, ediditque Venetiis apud Guerilios 1643. in 4.

Sermones de Quaresma. 1642.

Tractatum quoque *de Conceptione Deiparæ Virginis immaculatæ* tribuit Augustino Osorio Augustiniano Fr. Petrus Alba in *Militia Conceptionis.* Venetiis editum 1648. in 4. Sed hic pars est supra laudati Adventus.

AUGUSTINUS PEREZ DE OLIVANO, *quem* (ut versus loquitur positus in fronte libri) *genuit frondens sub campo Bætis amœno*, magister philosophus, scripsit:

In Posteriora Aristotelis. Parisiis in 4. 1506, antiquo charactere.

AUGUSTINUS DE QUIROS, Bæticus, Iliturgitanus (Anduxar urbem idiotismus noster appellat) nobili genere ortus, Societatis Jesu sacerdos, humanis ac sacris literis apprime instructus, Græce sciens Hebraiceque; post grammaticæ præcepta domi per quadriennium tradita, atque inde humanitatis studii professionem, sacris libris explican-

dis XI. totos annos impendit. Beatiano ſemel, Granatenſi autem collegio bis, tertiæ quoque (ita Alegambius ait, niſi in errore cubat) domui probationis præfuit, necnon & provinciæ Bæticæ integræ cenſor, ſive (ut appellant) qualificator Sanctæ Inquiſitionis apud Hiſpalenſes, Granatenſes, Cordubenſes judices. Mortuus eſt cum magnarum commendatione virtutum Mexici XIII. die Decembris MDCXXII. ætatis ſuæ LVI. cum eo transfretaſſet provinciam Mexicanam viſitaturus cenſoria poteſtate. Scripſit unico volumine:

Commentarios exegeticos literales in poſtremum Canticum Moyſis. Et:

In Iſaiæ caput XXXVIII. & Canticum Ezechiæ.

In Prophetas Nahum & Malachiam.

In Epiſtolas S. Pauli ad Epheſios & Coloſſenſes.

In Epiſtolas catholicas Jacobi & Judæ. Hiſpali primum commentaria hæc in Biblia (omnia forſan) prodierunt. Deinde Lugduni ex officina Proſtii ſive anno 1624. quod apud Draudum legitur, ſive anno 1633. in 4. quod in *Bibliotheca Societatis*, ſive utrumque.

Brevem quoque *Diſcurſum contra affectatores antiquarum & obſoletarum vocum*: Hiſpanice ut Alegambius ait.

F. AUGUSTINUS DE REBENGA, ſodalis Redemptorum Deiparæ Virginis de Mercede, morum integritate, carniſque aſpera tractatione commendatiſſimus, academiæ Complutenſis conſervator fuit ac judex. Legitur eo auctore libellus manu adhuc exaratus, quem apud ſe habere Petrus de Sancto Cæcilio, ejuſdem ordinis Reformatus, in MS. opere *De Scriptoribus familiæ ſuæ* teſtatum voluit, hac inſcriptione ſeu initio:

Seis coſas le convienen al Religioſo que deſea aprovechar mucho en la virtud &c.

Documenta quædam ſalutaria noſtri auctoris Melchior Rodericus de Torres, Roſſenſis epiſcopus, in *Agricultura ſua* tractatu II. cap. VIII. §. VI. illic videnda collegit. Claruit circa annum MDLXI.

AUGUSTINUS DE ROXAS, comœdus inter primos ſæculi iſtius ac ſuperioris, venuſta dialogorum compoſitione hiſtrionici gregis munera moreſque deſcribens, laborioſiſſimæ iſtius vitæ conditionem domeſticus teſtis in publicum produxit. Libellum a dialogiſtis iter pergentibus, quæ nota ejus tempeſtatis comœdorum nomina ſunt, appellari voluit, nempe:

Viage entretenido. Matriti apud Alphonſum Gomez 1583. in 8. Ilerdæ 1611. in 8. Itemque Matriti 1603. & 1614. in 8.

Extare quoque ſub ejus nomine manuſcriptum:

El buen Republico, ſive ſic nuncupatum opus, affirmavit D. Thomas Tamayo in *Collectione librorum Hiſpanorum*: quod in *Indice Hiſpano librorum prohib. & expurg.* omnino prohibetur.

F. AUGUSTINUS SALUZIO, Bæticus, Xerezienſis, Dominicanorum fratrum ſodalis, eximiuſque Philippi III. Hiſpaniarum Regis eccleſiaſtes, ea quoque prudentiæ ac religioſæ vitæ fama ut viſitandis provinciæ Bæticæ fratribus, quos vocant D. Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum, deligi meruerit. Ejus nomine inſcribitur:

Un diſcurſo acerca de la juſticia, y buen gobierno de Eſpaña en quanto a los eſtatutos de limpieza de ſangre, y ſi conviene, o no, alguna limitacion en ellos. Hic jam publicatus fuit una cum reſponſione ſeu ſolutione Salutii argumentorum, edita ab Hieronymo de Cruce, Cæſarauguſtæ 1637. in folio. Habeo apud me MS.

Un Tratado breve de las monedas que ſe hallan en la ſagrada Eſcritura, ſacados de ellas ſu verdadero valor, y el que tienen cotejadas con las de oro, y plata que ſe uſan en Eſpaña, y reducidos a eſtas los valores, y peſos de todas las coſas que en la ſacra Eſcritura ſe aprecian, y valuan. Nuncupaturus erat D. Franciſco Pacheco, epiſcopo Cordubenſi, eo tamen præmortuo miſit libellum ad Alphonſum de Torres, Malacitanæ Eccleſiæ decanum, anno 1594. Incipit: *Habiendo ſido las coſas todas criadas.*

Tribuitur quoque ei paſſim:

Un Tratado de los Predicadores. MS.

F. AUGUSTINUS DE SBARROYA, Cordubenſis, ordinis Prædicatorum, ad Sancti Thomæ Hiſpalenſis urbis collegium ſodalis atque ſtudiorum moderator, ad quem Dominicus Sotus, princeps ille theologorum ſui temporis, coram ſe aliquando diſputantem, admiratus hominis acumen, fertur exclamaſſe: *O felix ingenium infeliciter natum!* quaſi extra natale ſolum literarum ortus eſſet qui non apud Caſtellæ clariſſima gymnaſia literarum exercitationibus impendi meruiſſet. Concionatoria non minus laude celebrem familiaria referunt monumenta. Scripſit:

Expoſitionem Summularum Petri Hiſpani. 1533. folio.

Dialecticas Introductiones trium viarum placita Thomiſtarum videlicet, Scotiſtarum, & Nominalium complectentes: duabus partibus, quarum prior anno 1533. altera vero 1535. Hiſpali prodierunt in folio.

Nempe huic auctori Ludovicus Carvajalius, Fran-

Franciſcanus, vir doctiſſimus, in elogio *Dialecticis Inſtitutionibus* his præfixo, veræ non fucatæ doctrinæ laudem tribuit, qui jam adverſus ſophiſtas diu lateque regnantes bellum gerere auſus eſſet. Edidit etiam vernaculo ſermone:

Purificador de la conciencia. Hiſpali 1550. in 8. Complutique apud Ludovicum Gutierrez. Italicum quoque vidimus Julio Conſtantino, præpoſito Recanatenſi, interprete. Venetiis 1581. in 16.

Deſiit inter homines eſſe anno MDLIV.

F. AUGUSTINUS SUAREZ, Carmelitanus ut credimus, edidit:

Statuta Fratrum de Monte Carmelo. Hiſpali apud Fernandum Diez 1573. in 4.

AUGUSTINUS TEXADA, Antiquarienſis in Bætica, doctor theologus, & in Granatenſis almæ ſedis collegio ſacro portionarius, ſacris & amœnioribus ſtudiis ævo ſuo celebrabatur. Edidit, ut fertur, exiguæ molis opus, quod nondum vidimus, nempe:

Hiſtoria de Antequera. Poeticæ quidem artis, qua valuit, facultas in eo ſæpius affatimque apparet volumine, quod *Flores illuſtrium Poetarum* compilator inſcripſit.

Denatus eſt VII. idus Septemb. MDCXXXV. ætatis ſuæ LXVII.

F. AUGUSTINUS DE TOLOSA, Auguſtinianus, edidit:

Aranjuez del Alma: celebratum id opus carmine eleganti Lupercii Leonardi de Argenſola, quod inter hujus opera legitur.

F. AUGUSTINUS DE TORDESILLAS, Franciſcanus, ſcripſit:

Relacion de ſu viage deſde Manila a la China. Quam edidit Joannes Gonzalez de Mendoza 1585.

F. AUGUSTINUS DE TRINITATE, Luſitanus, ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, cujus profundam doctrinam Toloſana & Burdigalenſis academiæ admiratæ ſunt, abhinc ſeptuaginta annis peculiarem edidit:

Tractatum pro Immaculata Virginis Conceptione. Verba audiſti Joannis a Sancta Maria, Toloſani theologi, in *Libello ſupplici ad Innocentium X. P. M.* de hoc eodem argumento. Hic partes ſequutus Antonii Portugalliæ, Ludovici Portugalliæ Infantis nothi, Gallicum exilium patriæ antepoſuit, ibique floruit, quem *Alphabeti Auguſtiniani* auctor tria volumina publicaſſe ſcribit. Præter id jam laudatum nempe:

In S. Thomam, & *in Magiſtrum ſententiarum.* In academia Conimbricenſi, priuſquam e Portugallia abiret, Scotum docuit, obiitque Toloſæ Tectoſagum veſpertinus theologiæ profeſſor, ac totius ſcholæ rector anno MDLXXXIX. uti in *Cronico Provinciarum Auguſtinianorum Portugalliæ* lib. VII. tit. I. §...... refert Antonius a Purificatione.

AUGUSTINUS VAZQUEZ, medicus, ſcripſit Salmanticæ, ubi profeſſor fuit:

Queſtiones medicas practicas, & Chirurgicas: apud Joannem & Andream Renaut fratres 1589. in 4. auctore Joanne Antonio vander Lindem *De ſcriptis medicis.* Docuit anatomen in gymnaſio iſto nobiliſſimo. Idem tamen Joannes Antonius in ultima & locupletiore operis ſui editione, ſub nomine ejuſdem Auguſtini Vazquez, hæc nove laudat:

Obſervationum medicinalium haud vulgarium lib. IV. His adjuncti ſunt:

Conſultationum cum diverſarum Regionum Medicis habitarum, & epiſtolarum de variis rebus Medico-Philoſophicis differentium libri duo. Ulmæ apud Joannem Gerlinum 1649. 4.

Necnon & hujuſmet tituli *Obſervationum Medicinalium* volumen alterum, aut certe aliam editionem Ulmenſem anni 1651. in 4. Quæ non video quomodo conveniant præteriti ſæculi ſcriptori; niſi editionem aliquam Hiſpanam Germani ante oculos habuerint, aut poſtuma hæc auctoris opera nunc primum ſic peregre lumen viderint.

AUGUSTINUS DE VERGARA, edidit:

Orationem funebrem in morte Philippi II. Hiſpaniarum Regis. Et:

Orationem alteram *in feſto Sancti Lucæ*: habitas Pinciæ 1599. Erant in bibliotheca D. Joannis Bertrandi a Guevara, Compoſtellani antiſtitis, cujus per manus it catalogus.

AUGUSTINUS DE ZARATE, Carolo Imperatori & Hiſpaniarum Regi a computatione ſeu ratiocinio gratiarum (Contador de Mercedes Hiſpane dicimus) in Americam quæ ad meridiem eſt, ut tabulas reddituum publicorum diſcuteret, & reliqua exigeret miſſus, eo tempore quo gliſcente in dies incolarum ſeditione Peruanæ res erant turbatiſſimæ, curioſe obſervavit collegitque unde in patriam redux ſcriberet:

Hiſtoria del deſcubrimiento, y conquiſta del Peru. Antuerpiæ 1555. in 8. Hiſpalique 1577. in folio: quam Italice convertit Auguſtinus Cravaliz in 8. editam, itemque Alphonſus Ulloa noſter a ſe verſam Venetiis publicavit apud Giolitum 1563. in 4.

AUSIAS.

AUSIAS IZQUIERDO, Valentinus ut ſpero, & bibliopola, edidit:

Hiſtoria, y fundacion de Nueſtra Señora del Puig de Valencia. Valentiæ apud Joannem Navarrum 1575. in 8.

B

BALTHASAR.

D. BALTHASAR DE ALAMOS ET BARRIENTOS, in Veteris Caſtellæ oppido ſatis noto Medina-Campenſi natus, Salmanticæ jam doctus juris artem apud Antonium Perezium, Philippo Regi II. a ſecretis, paterna ſibi familiaritate obnoxium, negotia publica tractavit, æque his, patronique judicio de ſe, atque amori parem ſe oſtendens. Perezio autem loco iſto, quem apud Regem obtinebat, deturbato, extraque fines regni exulem agente, hoc ipſo fulmine tactus noſter carcerem vinculaque totos undecim annos, eo quod eſſet amici quam temporis amantior, ſuſtulit. Demum a ſucceſſore Philippo III. ſecundum quod fuerat ei ſupremis tabulis parentis juſſum, cuſtodia exſolutus longe a republica, nec tamen eam gerentibus ingratus, vixit, uxore ducta per id tempus Matriti, unde ſibi prolem ſed muliebrem proſpexit. Tandem reipublicæ iterum admotus ab Olivarienſi duce, penes quem vicarium Philippi Regis noſtri IV. tunc adoleſcentis, erat imperium, Carceris ut vocant, hoc eſt criminalis curiæ, ſimulque in Bellicæ rei concilio fiſcalem advocatum geſſit, Indici poſtea ſenatus patrem, demumque Regii patrimonii ſenatorem. Eques fuit Divi Jacobi, rara ingenii judiciique perſpicacia & maturitate; at vero quod ſermoni ſubobſcurum quid copia ipſa perfunderet, ideo ſcriptis quam viva oratione melior. Obiit octo jam & octoginta annis natus. Supereſt tamen memoria ejus in ſequentibus libris:

Aforiſmos Politicos a las obras de Cayo Cornelio Tacito. Matriti 1614. in folio: quos quidem jam ſibi familiares fecit Italia, hujus ſtudii providentiſſima, interpretem gerente Hieronymo Caninio de Anghiari, unaque cum *Tacito* Italico Venetiis edente anno 1620. in 4.

Aſt alia hæc inedita adhuc ſunt:

Advertimientos al govierno: libellus duci Lermæ ſub initium Philippi III. cujus gratia is vigebat, oblatus.

El Conquiſtador: hoc eſt præcepta de expeditionibus in novas orbis plagas rite juſteque conficiendis.

Puntos politicos, o de Eſtado. De quibus omnibus idoneum teſtem ſortitus ſum D. Garſiam Tellum Sandovalium, civem meum, eumdemque Balthaſaris generum, Calatravæque ordinis equitem.

BALTHASAR ALTAMIRANO, patria ex oppido San Lucar la mayor Hiſpalenſis ſacri territorii, profeſſione juriſconſultus, Sanctæ Inquiſitionis, uti vocant, commiſſarius, edidit:

Tractatum de Viſitatione circa Textum in cap. III. Concilii Tridentini ſeſſ. XXIV. De Reformatione. Hiſpali apud Andream Peſcioni 1589. in 8.

BALTHASAR ALVAREZ, in oppido Corvera diœceſis Calagurritanæ editus anno MDXXXIII. Duobus vicenario major Jeſuitarum fit ſodalis, inter quos aduſque ſæculi iſtius octogeſimum, ætatis autem ſeptimum & quadrageſimum, pluribus adminiſtratis muneribus vixit ea quidem ſanctimoniæ fama ut beatiſſimæ illi Tereſiæ a Jeſu virgini, quæ jam in Sanctorum albo deducta eſt, intimatum ſit divinitus nullum in terris ad tam excelſum, atque ille, faſtigium perfectionis eo tempore aſcendiſſe, cum porro aliæ ſanctitate illuſtres animæ, & quædam mox Eccleſiæ faſtis inferendæ, per hoc ipſum tempus ſupereſſent. At noſter in Bellomontano oppido diem vidit extremum, cujus res geſtas populari ſermone duxit vir alius ſanctitate etiam morum ſpectatus Ludovicus Pontanus, ejuſdem inſtituti. Pia hæc ſcripta Balthaſaris extant una cum vita illius, quam memoramus, edita olim Matriti anno 1615. quæ in Latinum converſa Germani anno ſequenti Coloniæ ediderunt in 8. his inſcriptionibus (nam vulgares non ſunt ad manum):

Relatio de modo ſuæ Orationis: ad Præpoſitum Generalem.

Tractatum, quo diluit difficultates ſibi contra eum propoſitas.

Tractatum de modo, & ratione loquendi de rebus ſpiritualibus, contra depravatas phraſes Illuminatorum, qui anno MDLXXV. in Bætica multas ejus generis pernicioſe atque hæretice uſurpabant.

BALTHASAR ALVAREZ alter, Luſitanus, Societatis Jeſu, theologiæ in Eborenſi academia profeſſor & cancellarius, concinnavit:

Indicem expurgatorium librorum ab ortu Lutheri ad ſua uſque tempora: qui auctoritate D. Fernandi Martinez Maſcareñas, Algarbiorum epiſcopi, ſupremique per Luſitaniam inquiſitoris, fuit publicatus.

Obiit Conimbricæ anno MDCXXVIII.

BAL-

BALTHASAR ANDREAS, Aragonus, jurifconfultus, canonicique in Cæfaraugustano gymnafio profeffor, edidit:

Ad Decretum Concilii Tridentini de Immaculata Virginis Conceptione additionem: latam & eruditam ut inquit F. Petrus Alba in *Militia Conceptionis.*

Genealogiam quoque *Regum Aragoniæ*: tefte mihi Joanne Francifco Andrea Uftarroz.

Obiit anno MDCXXXV.

D. BALTHASAR DE ANGULO, fcripfit:

El Filofofo de la Aldea. 1625. in 8.

F. BALTHASAR AB ANNUNTIATIONE, Lufitanus, ordinis S. Joannis Evangeliftæ regni Lufitaniæ, ejufque generalis præfectus, fcripfit:

Brevem Tractatum de rebus hujus Ordinis: quem laudat Georgius Cardofus in *Agiologio* XXVII. Martii pag. CCCXXXII.

F. BALTHASAR ARIAS, Dominicanus, facræ theologiæ magifter in Valentina domo, edidit facræ theologiæ magifter cum effet:

Difcurfos predicables en las feftividades de los Santos, que con mayor folemnidad celebra la Iglefia. Valentiæ 1614. in 4. per Joannem Chryfoftomum Garriz.

BALTHASAR DE AYALA, gente nofter, imo & patria ut credo, Belgii autem incola, adeo ut civem fuum Antuerpia agnofcat. Hic, cum prima ftudiorum lineamenta duxiffet, affidue Romanæ hiftoriæ fcriptores evolvebat, eos juri civili cui potiffimum operam navabat, quandoque velut delitias interponens, unde brevi temporis fpatio eam juris, hiftoriæ, omnifque antiquitatis notitiam eft affequutus quam ea ætate vix alius. Annos plures in Alexandri Farnefii fortiffimi ducis exercitu judicis militaris munere perfunctus eft, eam laudem meritus quod five laureatus, five togatus, femper fe bonum virum, civem, & patritium exhibuerit. Dum vero ad majora honoris culmina (jam enim in fuprema curia Mechlinienfi Regii fenatoris titulo infignitus fuerat) evocatur, gradum fiftere coegit humanæ felicitatis linea mors, pluresque annos, fi naturæ ordinem confiderabat, promittentem, cum vix triginta & fex exceffiffet, fpe fefellit. Quæ quidem verba funt Laurentii Beierlinck in *Cronologico opere* fuo ad annum MDLXXXIII. Reliquit eruditionis fuæ teftem:

De Jure Belli, & officiis bellicis, & difciplina militari: opus tribus libris divifum, editumque Duaci 1582. in 8. Et Antuerpiæ apud Nutium anno 1597. in 8. Lovaniique in 8. una cum Martini Laudenfis tractatu *de Bellico jure* anno 1648.

F. BALTHASAR CANPUZANO, Americanus, Limenfis, ad Guadalaxaram Hifpaniæ urbem genus fuum referens, Auguftinianus fodalis, provinciæ fuæ Peruanæ præfectus, deinde in Romana curia procurator generalis, & affiftens ut vocant generalis fui ordinis pro Hifpaniarum regnis, edidit, uti ab eodemmet Romæ accepimus:

El Planeta Catolico fuper Pfalmum XVIII. five *de Jure Indiarum.* Matriti 1646. in 4.

Antigüedad de Guadalaxara. Matriti 1661. folio.

Item fub nomine D. Francifci de la Carrera:

El Sumo Sacerdote. Romæ 1655. 4.

Converfion de la Reyna de Suecia. Ibidem in 4.

Noche, y Dia: Difcurfos fobre la Pefte. Ibidem.

Filofofia, y Anillo de la muerte: five paraphrafin feu interpretationem opufculi aurei fummi facrorum apicis Alexandri VII. P. M. Romæ 1657. in 24.

Habere fe perfecta mihi retulit:

Notas fobre la definicion del myfterio de la Inmaculada Concepcion de Nueftra Señora.

Miniftro Zelofo, Difcurfos fobre la vida de Elias.

La Buena Suerte.

España Perfeguida.

Alma, y Cuerpo, de las calidades de un Nepote de Papa.

Obiit Romæ apoplexi correptus V. Aprilis MDCLXVI.

BALTHASAR DE CEPEDA, edidit:

Jornada de Larache por D. Juan de Mendoza Marques de San German. Hifpali 1615.

Teftamento, y ultima voluntad de un fiel devoto acerca del myfterio de la Inmaculada Concepcion. Hifpali 1617. 4.

Lunario, y Pronoftico general de lo fucedido el año de 617. cerca de la limpieza de la Concepcion de Nueftra Señora. Ibidem eodem anno.

Vide Petrum Alba in *Militia Conceptionis.*

BALTHASAR DE CESPEDES, fummi viri Francifci Sancii Brocenfis gener, & in primaria rhetorices & eloquentiæ Salmantina profeffione fucceffor, fcripfit, fed non edidit, quæ MSS. apud me funt:

De Rhetorica facultate libellum: quem auditoribus dictavit Latinum, fed & idem Hifpane converfum. Item:

Dif-

Discurso de las letras humanas, llamado el Humanista.

Sintaxis en Castellano.

Relacion de las Honras que hizo la Universidad de Salamanca a la Reyna Doña Margarita. Salmanticæ 1611. 4.

BALTHASAR COLLAZOS, patria ex oppido Paredes de la Nava, scripsit:

Comentarios de la fundacion, conquista, y toma del Peñol, y lo acaecido desde el año de MDLVII. hasta MDLXIV. Valentiæ typis Joannis Mey 1566. in 8.

Diecisiete Coloquios, y Discursos de varios asuntos. Videlicet inter alia: *Que se sustenta con trabaxo la honra sin hacienda. Trabaxos de la guerra, y lo mal que se medra. Que el oficio de Legista, y Mercader es noble. Que el mundo siempre ha sido de una manera. La vida de galera. Grandezas de Sevilla. Declaracion de algunos oficios, y nombres militares.* Olisipone apud Emmanuelem Joannem 1578. 8.

BALTHASAR DIAZ, Lusitanus, ex insula Madera, Joannis Regis III. ætate floruit, plurium *Comœdiarum* vernaculæ Portugalliæ linguæ auctor. Cardosus.

BALTHASAR DE ECHAUE, Guipuscoanus, ex Zumaja oppido, Mexici Americanorum domicilium fixerat scribens:

Antigüedad de la lengua de Cantabria. Mexici Neo-hispanorum 1607. 4. apud Henricum Martinez.

BALTHASAR ELISIO DE MEDINILLA, Toletanus, poeta, sacrum opus reliquit posteris, cujus nomine a pluribus, maximeque a Lupo Felice a Vega in *Lauro Apollinis*, celebraretur, nempe:

Limpia Concepcion de la Virgen Señora nuestra: quinque libris octoadum (octavas nos dicimus) Matriti 1618. 8. apud Alphonsum Martinez.

MSS. reperiuntur *Rimas, y Prosas* in 4. Item:

Discurso del remedio de las cosas de Toledo, in folio. Item:

Descripcion de Buenavista, recreacion en la Vega de Toledo: ab Toletano præsule D. Bernardo de Roxas adornatam, teste D. Pedro de Roxas, comite de Mora, Historiæ Toletanæ lib. 1. cap. 10.

In bibliotheca Villumbrosana Matriti servatur codex MS. hujus tituli:

Varios borradores de Baltasar Elisio de Medinilla, en que se contienen diferentes asuntos en verso latino, y castellano, y en prosa. MS. in folio. *Fiestas que se celebraron en Toledo en la Translacion de Nuestra Señora del Sagrario.* MS. in 4. Ibidem. *Versos a lo divino.* Ibidem.

Item: variorum Carminum codex alius, ut ex indice laudatæ bibliothecæ fol. 113. apparet.

BALTHASAR DE ESCOBAR, magister uti se nuncupat (philosophus aut theologus) Regius mystes in cappella Neapolitani palatii, edidit:

Alientos de flores espirituales para la freqüente comunion. Neapoli apud Joannem Dominicum Roncallum 1638.

BALTHASAR ESTAZO, Lusitanus, Eborensis, publicavit:

Rimas Sacras sive *Morais*: vernacula Lusitanorum lingua.

BALTHASAR GAGO, Lusitanus, e primis Jesuitarum sodalibus qui Evangelii lumen orientalibus populis invexerunt. A Francisco Xaverio, eorum Apostolo, Japonicæ missioni destinatus, plusquam octo annos in Bungensi regno aliisque fructuosissime impendit, edito etiam libro adversus gentilium sacerdotes Japonica lingua, in quo quantum inter Japonum sectam & Christianam disciplinam sit intervallum perspicuis rationibus demonstravit, quem Bungi Rex sibi oblatum sic probasse fertur ut & sigillo suo in speciem auctoritatis impresserit. Leguntur item ejus:

Epistolæ tres ex Japonia, & India.

Abiit ad plures Goæ Indorum anno MDLXXXIII. ætatis LXXV.

BALTHASAR GALVAON, Lusitanus, Olisiponensis, poesim amavit & professus fuit, scribens *Comœdias* & varia metrica, Lusitane ut credimus. Cardosus.

BALTHASAR GOMEZ DE AMESCUA, Toletanus ut credo, jurisconsultus, & inter togatos, qui Neapoli Patrimonio Regio invigilant, senator, demum adsumptus in proregis Siciliæ consultorem obiisse dicitur relicto ad posterorum usum:

De Potestate in seipsum Tractatu. Panhormi apud Societatem in folio. Ad hunc extat data Justi Lipsii epist. LXIV. *Cent. IV. Miscellanearum.*

BALTHASAR GONZALEZ LOBATO, Lusitanus, Tavirensis in Algarbiorum provincia, scripsit:

Quinta e sesta Parte de Palmerin e D. Clarisel. Cardosus.

BALTHASAR HENRIQUEZ, Lusitanus, prior ut vocant, de Louçaõ, in Lusita-

tanum vertit ex Latino Roberti cardinalis Bellarmini:

Escada pera subir a Deos : hoc est, *De Ascensione mentis in Deum* librum : quæ interpretatio typis prodiit Olisiponensibus anno 1618. in 8. Auctor rei Georgius Cardosus in schedis, qui & alibi Melchiorem vocat.

F. BALTHASAR JOANNES ROCA, Dominicanus ex domo urbis Valentinæ, dedit in publicum:

Vida de S. Luis Beltran 1608. in 8. Valentiæ.

Sumario de la devocion , y Cofradia del Rosario , y del nombre de Jesus. Valentiæ 1596. 8.

F. BALTHASAR DE SANCTO JOANNE, Lusitanus, ordinis Prædicatorum, scripsisse dicitur, nescio quo idiomate:

Vitam Sancti Ægidii Santarenensis Dominicani : addito ejusdem officio. Claruisse hunc circa ann. MD. scribit Alphonsus Fernandez.

F. BALTHASAR LIMPO, Lusitanus, Pacensis, ordinis Carmelitarum, Olisipone, dum ibi esset academia, theologus professor primarius, atque a Joanne III. Portugalliæ Rege (cujus uxori Catharinæ Reginæ a confessionibus sacramentalibus fuit) prius in Portuensem episcopum circa annum MDXXXVII. deindeque anno MDL. in Bracharensem archiepiscopum electus. Adstitit etiam tunc Portuensis Tridentini sacri concilii sub Paulo III. P. M. celebrati nonnullis sessionibus, obiitque Bracharæ. Coegit formavitque:

Diœcesanam Synodum Episcopatus sui Portuensis celebratam anno MDXL. Quæ typis edita fuit in eadem Portuensi urbe anno 1541.

Meminit Rodericus de Cunha in *Catalogo Episcoporum Portuensium* Lusitane scripto II. parte cap. XXXV. Reformavit quoque *Missale* Bracharensis Ecclesiæ, edique curavit Lugduni anno 1558. Tribuit quoque eidem Georgius Cardosus in schedis *Bibliothecæ* quam adornabat *Lusitanæ* librum quem *Insinanças Religiosas* nuncupat.

F. BALTHASAR LIMPO, Lusitanus, nepos sororis viri clarissimi Balthasaris Limpi, præsulis Bracharensis, ejusdem cum eo Carmelitarum instituti assecla, præfectus provinciæ Portugalliæ & Algarbiorum anno MDCXXXVII. creatus, scripsit vernaculo sermone:

Doce fugas de David de seu imigo Saul. Olisipone 1642. folio. Laudat hunc librum Petrus de Alba in Appendice *Militiæ Conceptionis.*

BALTHASAR LOPEZ, Mexicanus, ex villa S. Michaelis, Jesuita, obiit procurator suæ provinciæ in Oceano, dum Romam veniret, anno MDCL. vir doctus, scripsit:

De Jure Societatis quo immunis est a decimis solvendis. Hispali, & Cæsaraugustæ inde 1648. in folio.

De Potestate Judicis conservatoris Societatis. Mexici 1647.

Orationem Latinam habitam a se in initio studiorum. Mexici.

BALTHASAR DE MOGOLLON, patria ex urbe Caceres in Vettonibus sive Extremadura, Hispalensis tamen civis, & in hujus urbis gymnasio professor juris, edidit:

Tractatum de iis , quæ vi , metusve causa fiunt. Hispali apud Franciscum Perez 1600. 4. Et Panhormi 1623. in 4.

BALTHASAR DE MORALES, ex oppido la Rambla Cordubensis diœcesis, peditum centurio, edidit de iis, quibus interfuerat:

Dialogos de las Guerras de Oran. Cordubæ 1593. 8. apud Franciscum de Cea.

F. BALTHASAR NAVARRETE, Pincianus, ordinis Prædicatorum, in patriæ urbis cœnobio iis adnumeratus, quod & aliquando præfectus rexit. Sanctum Thomam interpretandi munus e primaria cathedra, quam dux Lermæ, Franciscus Roxas Sandovalius, a se fundatam in Pinciano gymnasio Dominicanis fratribus consignaverat, summa omnium hominum probatione primus exercuit. Deinde in collegio Complutensi prælectionum atque studiorum præfectus totam academiam illustri sui fama, perspicuisque eximiæ doctrinæ argumentis complevit, editis nempe commentariis hac inscriptione:

Controversiæ in Divi Thomæ , & ejus scholæ defensionem : tribus partibus. Prima complectitur *materias , quæ tractari solent a quæstione I. usque ad XVI. Primæ partis*, atque hæc edita est Pinciæ apud Petrum Lasum 1605. folio. Secunda continet *speciales difficultates , quæ tractari solent a quæstione XIX. ad XXV. ejusdem primæ partis.* Ibidem 1609. folio. Tertius tomus, qui *a quæstione XXVII. usque ad LXIV.* pertingit, lucem vidit Pinciæ in cœnobio ipso Sancti Pauli, anno 1634.

F. BALTHASAR PACHECO, domo ex Ledesma, oppido Salmantinæ diœcesis, Minorum fratrum provinciæ a Michaele Archangelo nuncupatæ sodalis, varia opera edidit,

dit, ut post insinuatam e superiori loco diu pietatem etiam libris prodesset qui monumentorum ordinis sui fide vir erat probatissimis moribus, vitæque ad exemplum aliorum integerrime transactæ. Hæc scilicet:

Catorce Discursos sobre la Oracion sacrosanta del Pater noster. Salmanticæ 1585. 1596. 4. 1603. 4.

Espejo de Sacerdotes, y de todos los ministros de la Gerarquia Eclesiastica. Matriti 1611. 4. apud Ludovicum Sanchez.

Compendio de servir al Altar el ministro en la Misa rezada. Ibidem eodem anno in 16.

Sobre el Simbolo de los Apostoles. Salmanticæ 1603.

De los Juramentos: Declaracion del segundo mandamiento. Salmanticæ 1595. Auctiusque iterum anno 1600. apud Andream Renaut.

Sermones para las Dominicas de Adviento hasta la Quinquagesima inclusive. Salmanticæ 1605.

Sermones para las festividades de los Santos. Eodem anno.

Meditaciones del amor de Dios. Salmanticæ 1582. Ejus quoque est Latina

Ad Theologos exhortatio ad studium Juris Canonici, & methodus cognoscendi Rubricas. Salmanticæ 1614.

F. BALTHASAR PAEZ, Lusitanus, Olisiponensis, ordinis fratrum Redemptorum Sanctissimæ Trinitatis, renuntiatus fuit Conimbricæ doctor theologus, indeque Ulisiponem adductus ut Biblia sacra sodalibus interpretaretur. Ad hoc enim studium adeo ei animus incaluit, perindeque omnes rationes suas composuit ut & in ecclesiastem sui temporis clarissimum, & in doctissimum & subtilissimum sacræ Scripturæ interpretem evaserit. Regiæ Majestati fuit a concionibus, itemque violatæ religionis judicibus a censuræ ministerio, quodque eruditionem ejus rerumque olim gestarum cognitionem indicat ordinis etiam sui chronographus. Extant ejus hæc opera:

In Epistolam S. Jacobi Apostoli commentarius. Tum Ulisipone anno....... Tum recognitus ab eo & plus tertia parte auctus Lugduni apud Horatium Cardon 1620.

Commentaria in Canticum Moysis, Exodi cap. xv. cum annotationibus moralibus. Ulisipone apud Petrum Craesbek 1618. in folio. Antuerpiæ apud Belleros 1619. 4.

In Canticum magnum Moysis, Audite Cœli quæ loquor, commentaria: duobus tomis. Ulisipone 1620. typis iisdem.

In Canticum Ezechiæ, Isaiæ cap. xxxviii. Ulisipone apud eumdem anno 1622. folio. Lugduni apud Ludovicum Prost eodem anno in 4.

In Canticum Isaiæ, Confitebor, &c.

Vulgari etiam sermone Lusitano:

Sermones de Quaresma: duobus tomis. Olisipone 1631. 1633.

Sermones de Semana Santa: duobus aliis voluminibus.

Sermones de Nossa Senhora, & do Santissimo Sacramento: duobus aliis.

Sermones extraordinarios.

Ad plures abiit tertio idus Martii, anno MDCXXXVIII. in Olisiponensi monasterio relinquens in schedis:

Tertium Tomum in Moysis majus Canticum, & id quidem perfectum. *In Beatæ Virginis Canticum*, cui tamen ultimam non apposuit manum.

BALTHASAR PEREZ DEL CASTILLO, Burgensis natu, & in patria Ecclesia canonicus, Gallica quædam monumenta nobis communicare volens edidit:

El Teatro del Mundo de Pedro Bovistau: ex Gallico auctoris in vernaculam linguam translatum. Itemque ex eodem:

Un Discurso de la excelencia, y dignidad del Hombre. Compluti apud Andream de Angulo 1566. & 1574. in 8. Pinciæ apud Didacum Fernandez 1585. 8.

Guilielmo de Choul, discursos de la Religion, y milicia Romana: ex Gallico item Hispane loquentem. Lugduni 1579. 4. Item e penu sua:

Estado en que Dios llama a cada uno. Salmanticæ 1578. 8. apud Mathiam Gast.

Oraciones, y meditaciones escogidas en diversos libros, y autores aprobados por la Santa Catolica, y Apostolica Iglesia Romana. Qui liber nota prohibitionis configitur in *Indice* nostro Hispano.

BALTHASAR PORREÑO, Conchensis, presbyter, & olim curio in Sacedon & Corcoles, qui episcopali vice in totius diœcesis lustratione fungi aliquando jussus fuit, Petro Portocarrerio, hujus sedis antistiti summoque rerum fidei vindici, olim a sacris & ab eleemosynis, necnon Huetensis ad Sanctum Stephanum parochus, ligata & soluta numeris oratione pleraque scripsit, a Lupo Vega summo Hispaniarum poeta in *Lauru Appollinis* laudatus. Hæc scilicet:

Los Oraculos de las Sibillas. Conchæ 1621. 4. apud Dominicum de Iglesia.

Vida, y hechos del Cardenal Don Gil de Albornoz. Ibidem 1623. in 8. apud eumdem.

Discurso de la Vida, y martyrio de la gloriosa Virgen, y martyr Santa Librada Española, y Patrona de la Iglesia, y Obispado de Sigüenza. Ibidem 1629. 8.

Dichos, y hechos del Rey D. Felipe II. Hi-

Hispali 1639. in 8. apud Petrum Gomez de Pastrana.

Elogios de los Cardenales de España. Hujus libri meminit auctor *Bibliothecæ Pontificiæ* Ludovicus Jacobus a Sancto Carolo, cujus exemplum cum uniuscujusque insignium coloribus suis variegatorum descriptione apud nos est ex bibliotheca amplissima Francisci cardinalis Barberini desumptum, editione dignissimum opus.

Libro de la limpia Concepcion de Nuestra Señora. Conchæ typis Dominici de la Iglesia 1620. 4.

Laudat & ipse Balthasar sequentia opera, quæ quidem nondum vidimus typis edita:

Historia de los Arzobispos de Toledo. Hæc duobus voluminibus comprehensa adservatur in Ecclesiæ Toletanæ bibliotheca. Inscriptam hanc ita esse: *Historia Episcopal, y Real de España* legimus apud auctorem *Archivii Complutensis* pag. 91. quod cum *Vita D. Francisci Ximenii Cardinalis* editum fuit Panhormi anno 1653. atque eamdem dicatam esse decano & capitulo Toletanæ Ecclesiæ, atque ex ea profecisse plures eo noviores qui commentariis suis hoc argumentum pertractarunt.

Tratado de la venida de Santiago a España.

Vida del Cardenal D. Pedro Gonzalez de Mendoza. Quem quidem librum, Francisco Mendozæ, Aragonensi architalasso, eidemque præsuli Seguntino dicatum, obitu ejus intercedente amisit. Vidi etiam MS. Matriti in Benedictina domo Deiparæ Virginis Montis-Serrati:

Elogios de los Infantes que han sido Arzobispos de Toledo: ad Serenissimum Hispaniæ Infantem S. R. E. cardinalem, Toletanum præsulem, Ferdinandum Austriacum.

D. BALTHASAR DE PRADO, natus in oppido Mayorga Legionensis diœcesis, Canonicus Regularis Sancti Augustini cum in collegio Salmantino Sanctæ Mariæ de la Vega, in quo sacros canones fuit professus, cum in amplissimo S. Isidori Legionensis urbis ejusdem Canonicorum ordinis conventu, vocatus hinc ad exercenda munera inquisitoris Apostolici primum Balearium insularum, dein Barchinonensis dicasterii sacri. Scripsit:

Librum singularem ad Textum in Leg. Si is qui pro emptore D. De Usurpationibus & usucapionibus, ubi plura de natura possessionis Philosophica, & Academica methodo enucleantur, discutiuntur, explanantur. Barcinone apud Hyacinthum Andreu 1677. in 4.

Ad Leg. Cum Hæredes XXIII. *D. de Adquirenda possesione Librum unum*: sive parergon ad prælaudatum commentarium *ad Leg. Si is qui pro Emptore.* Barcinone apud Antonium de la Cavalleria 1678. 4. ad ducem Bornevillanum, Cataloniæ proregem.

BALTHASAR RAMIREZ, scripsit: *Discurso de Albeiteria.* Matriti 1655.

BALTHASAR DE RIENDA, collegiatæ Ecclesiæ Sacri Montis Granatensis canonicus, edidit pie:

Tesoro Espiritual, y exercicio muy meritorio del Rosario de la Virgen Maria Nuestra Señora a Coros, en que se exercita la oracion mental, y vocal, con un exercicio para la oracion mental para tener dolor de los pecados, avisos para la comunion, y actos muy meritorios para prevencion de bien morir. Granatæ apud Balthasarem de Bolivar 1669. 8.

D. BALTHASAR DEL RIO, Palentinus, Romæ apud Pontifices Julium II. & Leonem X. gratia floruit: quorum ultimi cubicularium, atque itidem archidiaconum Cesenatensem, Mindoniensemque apud Gallæcos scholasticum, protonotariumque Apostolicum in ea sese inscripsit, quam gravitate plenam efficaciaque olim habuit:

Orationem ad Leonem X. & Sacrosanctum Lateranense Concilium de expeditione contra Turcas ineunda: Romæ die XVII. *Junii mensis anno MDXIII.* Hanc ipse, dedicans Ferdinando Regi Catholico, typis excussit Jacobi Mazochii eodem anno, eademque ipsa in Urbe in 4.

Hispali jacet in sacello quodam ædis sacræ maximæ, sumptuose quidem a se adornato cum & titularis de Escala antistes, & archidiaconus & canonicus Hispalensis in hac eadem alma sede commoraretur. Blasius Ortizius, canonicus Toletanus, in *Itinerario Hadriani VI.* Papæ cap. 8. episcopum Scalensem vocat, canonicum & archidiaconum Hispalensem, in dictando & loquendo æque Carpetanam & Latinam linguam satis elegantem.

D. BALTHASAR DE ROMANI, gente Valentinus, vertit ex Provinciali ut vocant, seu Limosina veterum Catalanorum & Valentinorum lingua *Ausiæ Marc*, poetæ elegantissimi, carmina in Hispanam, hoc titulo palam nota:

Ausias Marc en Catalan, con traduccion en Castellano hecha por D. Balthasar de Romani. Valentiæ 1539.

BALTHASAR DE SEGOVIA, sartoris artem, quem exercebat, alios docuit scribens:

Libro de Geometria del Oficio del Sastre. Barcinone 1617. 4. Catalana ut suspicor lingua.

F. BALTHASAR SORIUS, vulgo SORIO, Valentinus, Dominicanis sodalibus in D. Honufrii Valentiæ urbis cœnobio adsociatus, Aragonensem ordinis sui provinciam utiliter rexit, erecta scilicet cum facultate Caroli Cæsaris Hispaniarum Regis Dertosana academia & collegio. Centenario major de vita decessit anno Nativitatis Dominicæ MDLVII. multiplicis eruditionis laude, propagandæque in primis rerum familiæ suæ ad posteros memoriæ atque existimationis merito clarus. Opera hæc reliquit:

De Viris Illustribus ordinis Prædicatorum provinciæ Aragoniæ.

Mariale; de laudibus Beatæ Virginis Sermones. Dertosæ 1538.

In Psalmum XLIV. Eructavit cor meum &c. Homilias X. ad ducem Calabriæ.

Sermonum de Sanctis, ac de tempore volumen unum.

De septem blasphemiis super Beata Virgine, & Joseph: ad episcopum Ilerdensem. Valentiæ 1511. Barcinone 1522.

De Unica Magdalena adversus Jacobum Fabrum Stapulensem, qui Magdalenas plures adstruebat. Cæsaraugustæ 1521. Auberti vero Miræi *Bibliotheca* non hujus anni sed 1517. editionem laudat. Hoc ipso tempore & Jodocus Clichtoveus Parisiensis theologus, & Marcus de Grandi-valle Sancti Augustini canonicus ad Sanctum Victorem, ut Scotus monet, hoc idem argumentum & causam a Sorio susceptam de scripto & ipsi propugnabant.

BALTHASAR DE SOTOMAYOR, Toletanus, edidit:

Grammatica para leer, y escribir la lengua Francesa conferida con la Castellana con un vocabulario copioso de ambas lenguas. Compluti apud Robles 1565. in 8.

BALTHASAR TELLEZ, Lusitanus, Olisiponensis, Jesuita, philosophiæ apud Conimbricenses, deinde theologiæ in patria collegioque D. Antonii primarius professor, provinciæ Portugalliæ aliquando præfectus, ac domus professæ Olisipone præpositus, vir probus, elegantisque doctrinæ ac sermonis laudem ab iis qui legerunt lucubrationes ejus haud vulgarem adeptus, scripsit:

Summam universæ Philosophiæ cum quæstionibus, quæ inter Philosophos agitantur. Olisipone apud Laurentium de Amberes 1642. in folio. Mox Parisiis duobus voluminibus 1644. in 4. Item Ulisipone novis curis recognitam, quatuor tomis 1652. in 8.

Chronica da Companhia de Jesus da Provincia de Portugal: duobus tomis. Olisipone. Prima pars prodiit anno 1645. Secunda vero anno 1648.

Historia geral de Etyopia a alta: ubi de gestis ibi a patribus Societatis. Conimbricæ apud Emmanuelem Diaz 1660. in folio: quam celeberrimo commendat præconio Georgius Cardosus in Agiologio XI. Maii lit. M.

Manuscriptam vero relictam ab eo *Historiam Societatis in Oriente* alicubi legimus.

Magnas auctoris laudes continet epist. I. *cent. III.* epistolarum D. Francisci Emmanuelis, equitis Lusitani, quæ prodiit etiam una cum tertia *Chronici* parte.

Obiit Olisipone octogenarius XIX. Aprilis MDCLXXV.

BALTHASAR DE VALVERDE HOROZCO, doctor medicus Hispalensis urbis, scripsit pro controversia suo tempore nata, utrane potius adhibenda esset e brachio aut e pede sanguinis missio:

De Sanguinis missione. Hispali 1653. 4.

F. BALTHASAR DE VITORIA, Salmantinus, ordinis Minorum, in ejusdem urbis domo exercens munus concionum ad populum habendarum: compendiarium & utile opus composuit his qui Latine non sciunt de falsa ethnicorum religione, sive de mythologia veterum, hoc vulgari nomine:

Teatro de los Dioses de la Gentilidad: duobus tomis in 4. Salmanticæ 1620. & 1623. apud Antonium Ramirez & Didacum Cussio.

In vivis adhuc eum fuisse anno MDCXXX. Lucæ Waddingo credimus.

BAPTISTA.

F. BAPTISTA, Lusitanus, minister Lusitanæ provinciæ ordinis Sanctissimæ Trinitatis, scripsit volumen:

De Privilegiis sui ordinis. Olisipone excussum, laudatumque a Bernardino de Sancto Antonio in *Epitome* hujus Religionis.

D. BAPTISTA CIVERA, Carthusianus domus Valentinæ Porta Cœli nuncupatæ, collectionem scripto fecit *Virorum Illustrium* laudatæ *domus Portæ Cœli.* Auctore Josepho Valles in opere suo: *Primer Instituto de la Cartuxa, y fundaciones de las Casas de España*, pag. CCCXXXVIII.

BAPTISTA FRAGOSO, Lusitanus, patria ex oppido Silvis Algarbiorum provinciæ, Jesuitarum sodalis, vir nostra hac ætate literarum theologicarum totiusque juris scientiæ merito eruditissimos quosque e veteribus provocans, Olisipone, Eboræque in academia sacram scientiam professus est, Bracharensibus rerum fidei judicibus a censuræ munere. Viderunt hactenus publicam ty-

typorum lucem volumina tria, cujus operis hæc inscriptio & argumentum est:

Regimen Reipublicæ Christianæ ex Sacra Theologia, & ex utroque jure ad utrumque forum, tum internum, tum externum coalescens, tribus partibus, nempe:

Prima Pars Principum, & Magistratuum civilium gubernationem, potestatem, jurisdictionem, & obligationes comprehendit. Lugduni edita apud heredes Gabrielis Boissat, & Laurentium Anisson 1641. in folio.

Secunda Principum, & Pastorum Ecclesiasticorum jurisdictionem, & obligationes amplectitur: ubi late *de Religiosis*. Ibidem apud Laurentium Anisson 1648. in folio.

Tertia Pars Œconomiam continet, ac patrumfamilias in filios, & domesticos, & filiorum, ac domesticorum in parentes, ac dominos obligationes explicat. Ibidem apud Philippum Borde, & Laurentium Arnaud, & Claudium Bigaud 1652. folio.

Hæc tamen opera post obitum auctoris omnia prodierunt, quippe in medio conatu comparandi eis ab editione publici usus copiam ad superos fuit vocatus anno MDCXXXIX. ætatis autem LXXXVIII.

BARNABAS.

BARNABAS DE BUSTO, Puerorum Regiorum pædagogus sive præceptor, scripsit:

Introductiones Grammaticas. Salmanticæ 1533. in 8.

BARNABAS DE COBO, ex oppido Lopera dioecesis Giennensis, Societatis Jesu sacerdos, paratam habere fertur apud *Bibliothecæ Societatis* auctorem:

Historia de la India.

F. BARNABAS GALLEGO DE VERA, Matritensis, Prædicatorum sodalis, sacræ theologiæ magister, post sacræ istius scientiæ professionem in Matritensi collegio, habendis ad populum ordinariis concionibus ibidem impositus edidit, unaque cum Joannis a Cruce *Directorio*, toties prelo commissо, publicavit:

Tractatum de conscientia. Matriti 1648. folio. Deinde Hispanice:

Explicacion de la Bula de la Santa Cruzada. Ibidem 1652. folio. Rursus Latine:

Controversias Logicales in defensionem doctrinæ D. Thomæ. Post principem editionem...... recussæ sunt Coloniæ 1638. in 8.

F. BARNABAS DE MONTALVO, congregationem Cisterciensem Hispanam, cujus erat sodalis, monasterio Montis Sion prope Toletum adscriptus, diligenti rerum olim a Cisterciensibus gestarum hinc inde observatione, conscriptoque hujus sacræ familiæ chronico, non parum nobilitavit. Prodierat ergo prima ejus pars cum e vita migrans solida spe tum ipse decidit, tum nos frustravit. Nempe:

Chronica del orden del Cistel I. Parte. Quinque libros continet, editaque est Matriti anno 1602. in folio apud Ludovicum Sanchez. Secunda atque etiam Tertia pars decem libris comprehensæ, jam ab auctore ante obitum absolutæ, in schedis etiamnum MSS. extant, ut & liber alius *De los Varones ilustres de la orden de San Benito.*

Hæc de Barnabæ nostri scriptis F. Chrysostomus Henriquez in *Phœnice* suo, indeque *Bibliothecæ Cisterciensis* novus scriptor Carolus Vischius.

BARNABAS MORENO DE VARGAS, Emeritensis, in patriæ senatu perpetuus decurio, multum Emeritæ ipsius urbis, totiusque Hispaniæ diligens elucubravit:

Historia de la Ciudad de Merida: in 4. 1632.

Discursos de la Nobleza de España. Matriti apud viduam Alphonsi Martini anno 1622. 4.

Latine autem:

Paulum Diaconum de vita, & miraculis Patrum Emeritensium cum *notis* dedit. Matriti 1633. 4.

F. BARNABAS DE PALMA (huic loco nomen in Bætica, unde oriundum credo) nudipes laicus, Francisci patriarchæ assecla in provincia Angelorum, nulla literarum nulla vel characterum formandorum notitia instructus veram sapientiam, quæ a Deo intime docetur, sacris revelationibus illustratus meruit adipisci. Rudis ergo, nec ullius disciplinæ sæcularis sciens, adeo acute solideque ea, de quibus consulebatur, sacrorum Bibliorum loca explanare consueverat ut velut paraphrastes quidam arcanorum Dei mysteriorum vulgo existimaretur. Scripsit quoque Latino sermone libellum

Vita Spiritus inscriptum: quem postea typis edi curavit dux Bexarensis.

Epistolas item plures, facundia & eruditione (ut Lucas ait Waddingus in *Bibliothecæ Franciscanæ* opere) refertas.

Supremum obiit diem in Bethleem coenobio dioecesis Cordubensis, miraculis etiam post mortem clarus.

D. BARNABAS DE RESA ET HOROZCO, Calatravensis ordinis sacerdos, dum in collegio ejusdem Salmantino jurisprudentiæ vacaret studio pro adipiscenda li-

licentiæ, ut vocant, laurea publicam habuit, posteaque edidit:

De Vera, & unica Nobilitate ex Ambrosii mente noviter enucleata coram gravissimo Patrum senatu ad Interpretationem Textus in cap. illud 40. *distinctione singularem & accuratam Relectionem.* Salmanticæ apud Hyacinthum Taberniel 1629. 4.

F. BARNABAS DE ROSALES, Hieronymianus monachus, edidit, Calabriæque duci proregi Valentiæ regni nuncupavit:

Relectionem de tribus Pœnitentiæ partibus: in 8.

Vixit sub Ferdinando Catholico & Carolo, Hispaniarum Regibus.

BARNABAS RUIZ VANEGAS, presbyter, Mexicanus, scripsit:

De Institutione Sacramentorum, de peccatis ecclesiasticis: librum singularem. Mexici 1631. 8.

BARNABAS SERRA, Catalanus, juris utriusque doctor, ac Regiæ curiæ Barcinonensis senator, scripsit utilissimum librum hujus tituli:

Annotationes decissivas non minus utiles quam necessarias ad causam debatorum, quæ in Curiis generalibus Cataloniæ inter brachia quandoque suscitari solent (debata enim antiquo patrio vocabulo controversiæ hujusmodi, seu dissensiones appellantur) quibus quidem facile quisquam percipere poterit quam perniciosus in his sit abusus: ad Philippum II. Regem. Barcinone 1563.

BARNABAS SOLER, Morellæ Valentinorum grammaticæ artis ludum moderabatur scribens:

Magistral sobre la Syntaxis del Maestro Juan Torrella. Valentiæ 1619. 8.

BARNABAS VERGES, notus mihi ex Leonis Allatii *Apibus Urbanis*, unde scio edidisse eum Romæ lingua Hispanica:

Directorio Espiritual: in quo (ait ille) *festa mobilia, aliaque totius anni indicantur, necnon Ecclesiæ, Reliquiæ, Cœmeteria, & alia loca sacra Romæ, & extra muros.* 1631. 12.

F. BARNABAS DE XEA, Dominicanus, nescio quid edidit, unde inter scriptores Conchensis urbis in *Historia* ejusdem veniat laudatus pag. CCCIX.

BARTHOLOMÆUS.

BARTHOLOMÆUS ANTIST, Valentinus, apud eam gentem eruditione mathematicarum artium commendatur: quod utique decuit eum hominem qui præceptorem laudare potuit Hieronymum Muñozium hujus doctrinæ, si falsi non sunt ejus ævi æquales, inter eos primum & principem. Scripsit, quæ in bibliotheca F. Vincentii Justiniani Antistii (dubium mihi an propinqui) sodalis Dominicani mansit inedita:

Geografia universal del Mundo. Et hanc passim laudat Gaspar Escolanus in *Valentinæ urbis & Regni historia*, præcipueque lib. I. cap. XXI.

Necnon & Augustinus Morla in præfatione *Emporii Juris* tribuit ei:

Almanach, ad historiam, astrologiam, & cosmographiam eruditissimum.

BARTHOLOMÆUS DE ATIENZA, jurisconsultus, in supremo Castellæ concilio senator existens opus illud *Collectionis novissimæ Hispanicarum legum* Regio mandato suscepit absolvendum: quod perfecit post successivas operas in eo positas cum Petri Lopezii Alcozerii, curiæ Valladolitanæ advocati, tum doctoris Escuderi, Regii Castellæ senatus & cameræ, tum denique Petri Lopezii ab Arrieta, Castellæ senatoris, ut in prooemio ejusdem *Collectionis* refertur.

BARTHOLOMÆUS DE AVIÑON, nescio quis, dicitur scripsisse:

La Vida de San Luis Beltran: quam Italica versam dedit lingua Julius Cæsar Cavallier Romæ 1623. in 8. uti legimus in catalogo librorum Sapientiæ Romanæ.

BARTHOLOMÆUS BARRIENTOS, Granatensis, artium magister, earum literarum, quibus dedit nomen humanitas, Salmantina professione haud ignotus, mathematicas quoque disciplinas in eadem schola docuit, in his utriusque studii monumentis superstes:

Lima Barbariei, & Synonymis Latinis. Et:

Annotationum Sylva. Salmanticæ 1570.

Partium Orationis Sintaxeos libro: necnon ejus libri *Epitome.* Ibidem 1571. in 8.

In Christophori Calveti Stellæ Aphrodisium expugnatum notis. Ibidem 1566. 8.

In Somnium Scipionis M. Tullii Ciceronis Commentario: quem tribuit ei Valerius Andreas in *Catalogo script. Hisp.*

Cometarum explicatione atque prædictione: Ibidem 1574. in 8.

Opusculis liberalium artium: *De Periodorum, sive ambituum distinctionibus*: *De Periodis ordinandis*: *De monetis antiquis ad Castellanas pecunias reductis*: *De coloribus & eorum significatis*: *De kalendis.* Salmanticæ 1569.

In bibliothecæ D. Joannis Bertrandi de Gue-

Guevara, Compoſtellani præſulis, catalogo ſic ſcriptum lego inter MSS. codices : *Abecedario de Barrientos en tres cuerpos*, quod opus fortaſſe noſtri eſt. In bibliotheca quoque Olivarienſi MSS. fuerunt *Barrienti* (nullo alio addito nomine) *Coſmographiæ* quædam fragmenta in folio.

BARTHOLOMÆUS BRAVO, natus in oppido Martin-Muñoz Abulenſis dioeceſis, Jeſuita, ſcripſit in grammaticis:

Compendium Marii Nizolii, ſive Theſauri M. T. Ciceronis hiſpano idiomate ſingulis verbis latinis adſcripto. Cui adjungitur:

Dictionarium plurimarum vocum, quæ in Ciceronis ſcriptis deſiderantur. Pinciæ 1627. in 4. *Theſauri verborum ac phraſium* appellatione olim editus fuerat Cæſarauguſtæ 1597. in 4. Matriti 1611. in 8. Credo & *Vocabularii* Valentiæ etiam anno 1606. in 4. Huic tamen magnam acceſſionem fecit Petrus de Salas, loco ſuo videndus.

De Octo Partium Orationis conſtructione: cujus vidimus Pincianam tantum editionem anni 1640. Forte in editione Granatæ 1606. inſcriptum iis fuit *Commentaria linguæ latinæ.* Tribuit quoque ei *Bibliothecæ Societatis* auctor:

De conſcribendis epiſtolis. Burgis 1601. 8.

De Arte Rhetorica, nempe hoc titulo:

De Arte Oratoria ac de ejuſdem exercendæ ratione Tullianaque imitatione, varia ad res ſingulas adhibita exemplorum copia, libri V. Metymnæ a Campo 1596. 8.

De Proſodia Progymnaſmata.

Varia Poemata.

F. BARTHOLOMÆUS DE BUSTAMANTE, Peruanus, Limenſis, ex familia fratrum Minorum, ſcripſiſſe dicitur apud Ægidii Gundiſalvi Davila *Theatrum Eccleſiaſticum Indico-meridionale*, dum de Eccleſia Limenſi refert:

Tratado de las Primicias del Piru en ſantidad, y letras.

BARTHOLOMÆUS CAIRASCO DE FIGUEROA, Fortunatarum inſularum, quæ ab Hiſpanis habitantur, decus (nam e Canaria præcipua iſtarum oriundus fuit), nobilibus naſcitur parentibus anno MDXL. Literas & maxime poeticam artem apertis, ut dici ſolet, muſarum januis adbibit; patriæ linguæ jam aliquod ornamentum moliens, quod quidem præſtitit, merito ſuo Divini attributionem, qua ſolet numinis ille afflatus vates agitans aptiſſime denotari, vulgo conſequutus. Sacerdotalem ſtatum amplexus, in cathedrali Canarienſi Eccleſia priorem egit, vixitque in patria ſenex emeritus, prolixo relicto opere, quo geſta Sanctorum ſecundum faſtos Eccleſiaſticos heroico carmine modulatur. Huic titulus eſt:

Templo militante, Flos ſanctorum, y triunfos de las virtudes: tribus voluminibus, Philippo hujus nominis III. cum Principi, tum Regi jam Hiſpaniarum dicatis. Priora duo Oliſipone anno 1614. tertium autem anno 1628. in eadem urbe prodierunt.

Præter varia carmina idem *Hiſtoriam fruſtra tentatæ Canariæ Inſulæ per Franciſcum Draconem Anglum* carmine conſcripſit, cujus auctographum ipſius libellum Ægidius Gonzalez Davila, Regius hiſtoriographus, penes ſe habuiſſe affirmat in *Theatro Eccleſiæ Zamorenſis*, Ferdinandi Suarezii a Figueroa epiſcopi res memorans.

F. BARTHOLOMÆUS DE CARRANZA ET MIRANDA, quod poſtremum cognomentum a patrio oppido regni Navarræ Miranda de Arga inditum ei fuiſſe ſcribit Stephanus Garibay lib. XXX. *Hiſtoriæ Hiſpan.* cap. XV. Dominicanorum inſtitutum amplexus eſt in provincia Caſtellæ ac ejus Benalaquenſi cœnobio, quod intus Guadalaxaram urbem translatum poſtea fuit. In collegio Pinciæ urbis Gregoriano theologiam docuit, theologiæ item ſtudiis præfuit ea prudentiæ ſingularis, profundæ doctrinæ, atque innocentis vitæ fama ut Philippo, Caroli Cæſaris filio, Hiſpaniarum Principi, ad ſuſcipiendam Britannam ſponſam, & cum ſponſa dotalitium regnum properanti unus ante alios idoneus viſus fuerit quem hæreſi jam tot annos inibi gentium falſa exiſtimatione doctrinæ ſuperbienti, atque inanibus pſeudoevangelicæ novitatis argumentis armatæ, vindicem veritatis opponeret, confringendiſque opere & verbo abominabilium dogmatum idolis præficeret. Egregie id noſter præſtitit coadjutoribus uſus viris Dominicanæ ſuæ familiæ, rerum ſacrarum peritiſſimis, quoad potuit per breve illud Britanno-Eccleſiaſticæ, ſive Eccleſiaſtico-Hiſpanæ expeditionis, & Mariæ ac Philippi Catholicorum Regum imperii tempus, auctoritate ſumma, qua pollebat, quidquid erat erroribus morbidum ad ſanitatis viam reducens, expiata in primis academia Oxonienſi, concrematiſque hæreticorum libris, expulſis contumacibus, reconciliatiſque cum Romana Eccleſia innumeris, quos priorum temporum calamitas tranſverſos egerat. Hujus meriti viro, Mariæque Reginæ a confeſſionibus miniſtro, ſupremum quemque deberi dignitatis apicem jure exiſtimans Rex Philippus, qui parenti ſucceſſerat, locum ſupplere eum Joannis Silicei, Toletani archiepiſcopi, Maio menſe anni MDLVII. ſublati e vivis, voluit: quo ſummo Hiſpanæ to-

totius Ecclesiæ honore conspicuus, Carolo Cæsari in extremis posito Christiani omnis officii exhibitione præsto fuit. Hic tamen vir tantus, sive scriptis sermoneque theologorum illius temporis existimationi non usque adeo attemperatis, sive in deteriorem sensum ea interpretantibus æmulis, pietatis causam dicere habuit opus, primum in Hispania, deinde Romæ, quo perductus venit sub Pio V. atque Græghorio XIII. Summis Pontificibus, & post plures annos sententiæ aures præbere; qua, propter quasdam præsumptiones tantum, legitimis aliis deficientibus admissæ impietatis probationibus, jussus fuit abjuratione reatus omnem suspicionem diluere. Obiit tandem paulo post in Romano Sanctæ Mariæ supra Minervam cœnobio secunda Maii die MDLXXVI. ea servata usque ad obitum æquanimitate, mentisque in tot improsperis tranquillitate ut nec leve aliquot impatientis, quærulive aut iniqui adversitatibus animi documentum familiaribus unquam dederit. Epitaphium quod sepulturæ ejus fuit inscriptum ceteris virtutibus hanc modeste adjunxit. Id tale est.

Bartholomæo Carranza, Navarro,
Dominicano,
Archiepiscopo Toletano, Hispaniarum Primati,
Viro genere, vita, doctrina, concione, atque
Eleemosynis claro,
Magnis muneribus a Carolo V.
Et Philippo Rege Cathol. sibi commissis
Egregie functo,
Animo in prosperis modesto, in adversis æquo.
Obiit anno MDLXXVI. die secunda Maii,
Athanasio & Antonino sacra,
Ætatis suæ LXXII.

Reliquit doctrinæ suæ hæc monumenta:

Summam Conciliorum, & Pontificum a Petro usque ad Julium III. succincte complectentem omnia, quæ alibi sparsim tradita sunt. Venetiis 1546. ad D. Didacum Hurtadum de Mendoza V. C. Caroli ad Venetos, & ad Tridentinos patres oratorem, qui eleganti epistola Carranzæ gratias habuit dedicationis. Prodiit quoque Salmanticæ 1551. in 4. Venetiis apud Jacobum Vitalem 1573. 8. atque Lugduni 1600. Ad hanc Summam *Additiones* scripsit Franciscus Silvius Hanno, Duacique edidit 1639. in 8.

Controversiam de necessaria residentia personali Episcoporum, & aliorum inferiorum Pastorum Tridenti per eum explicatam, Mediomatricum in urbe, ut ajunt, editam, Venetiisque 1547. Lugduni 1550. in 16. Et Antuerpiæ 1554. Simul ejusdem:

Concionem habitam ad Synodum Tridentinam prima Dominica Quadragesimæ anni MDXLVI. Hispane vero:

Catecismo: ingenti volumine. Bruxellis apud Mutium 1558. in folio. Qui liber auctori suo infortunii tota causa fuisse dicitur, quare prohibitus est in Romano Indice.

Instruccion para oir missa. Antuerpiæ apud Plantinum 1555. sive Latinum sit opus hujus inscriptionis: *Instructio ad Missæ Sacrificium audiendum*, de quo nondum mihi liquet.

De Patientia item librum nostro tribuunt domestici testes.

Res ejus gestas, vitæque catastrophem plures memorant, quos videsis: Antonius scilicet Herrera in *Historia Philippi II.* atque in ejusdem libro IV. cap. XXV. Ludovicus Cabrera de Cordova: Joannes item de Vera, comes de la Roca, in *Epitome Caroli V.* Alphonsus Fernandez in *Concertatione Prædicatoria* ad ann. MDLV. & *Historiæ Eccles. sui temporis* lib. III. cap. XXIX. tandemque in libello *de Scriptoribus Dominicanis.*: Joannes Lopez, Monopolitanus episcopus in *Historia ejusdem ordinis* Hispana, lib. I. cap. XV. & lib. II. cap. III. quartæ partis: Didacus de Castejon, Turiasonensis præsul, in opere inscripto *Primacia de la Santa Iglesia de Toledo*, in archiepiscoporum & Carranzæ vita: Sforza Pallavicinus S. R. E. cardinalis eruditissimus ac disertissimus, *Historiæ Concilii Tridentini* lib. XIII. cap. IX. §. 4. & libro XIV. cap. XI. §. 4. & lib. XXI. cap. VII. §. 7. Christophorus de la Camara, episcopus Canariensis & Salmantinus, in *Catalogo Episcoporum Canariensium*, in Melchioris Cani mentione, quem adversatum Carranzæ fuisse vulgaris fama est. Didacus certe Covarrubias, vir gravissimus, *Variarum* lib. XIII. cap. XIII. *virum* appellat eum *eruditione, pietate, Christianisque moribus insignem.* Eisengreinus in *Catalogo Testium Veritatis*, *unum omnium sapientissimum, tam in sæcularibus quam in divinis scripturis eruditum, tanta ingenii ubertate, tanta dicendi copia, tam divino orationis genere effulgentem ut miraculum sui omnibus præbuerit.* Bellarminus quoque non mediocriter laudat tom. I. *Controversiarum*, controv. VII. lib. II. cap. VIII. Matamorusque in *Apologetico de Academiis, & literatis Hispaniæ viris*, atque alii plures. Vitam ejus speciali opere comprehendisse dicitur Petrus Salazar de Mendoza jussu D. Gasparis de Quiroga Carranzæ, in sede Toletana successoris, uti scriptum reperio apud Alphonsum Fernandez in laudata *Concertatione Prædicatoria*, quam forte inclusit commentariis suis Turiasonensis episcopus.

BARTHOLOMÆUS CARVAJAL, notarius Granatensis, edidit:

Instruccion, y memorial para Juezes. executores. Granatæ 1585. in folio. Alias: *para Escrivanos, y Jueces.* Ibidem 1580. 4.

Huic velivoli currus fabricam apud nos tri-

tribuit D. Franciſcus de Pedraza in *Hiſtoria urbis Granatenſis.*

F. BARTHOLOMÆUS DE LAS CASAS ſive CASAUS (utraque enim hac forma nobilem hanc familiam, & a tempore ipſo receptæ a Mauris Hiſpalis, ut fama fert, in hac urbe commoratam vulgus indigitat) Hiſpalenſis natu, dicitur primum in famulatu Chriſtophori Columbi, puer admodum, anno MCDXCIII. in novum orbem Americanum veniſſe cum magnus hic expeditionis dux clariſſimæ iterum eo delatus eſſet, quod ex ore ejuſdem Bartholomæi ſe audiviſſe Auguſtinus Salucius Dominicanus, ſatis idoneus teſtis, in tractatu *de monetis Hebræorum*, nondum uſque dum typis edito, ſcriptum reliquit. Certum quippe alias eſt Antonium, Bartholomæi parentem, in Columbi tunc comitatu fuiſſe, unde reverſus anno MCDXCVIII. ſimul cum genitore, Hiſpali in patria ſacrorum ſtudiis canonum collocatis adoleſcentiæ annis, ad faciendum animarum proventum una cum aliis ſacerdotibus iterum ad Indos ſe contulit. Exſcendenſque in Hiſpaniolam ut vocant, ſeu S. Dominici inſulam aliquot in ea annis reſtitit, ſacerdoſque ordinatus fuit, acceptis in clientelam, ut moris eſt, incolis Zaguaramæ oppidi Cubæ alius inſulæ. Cui tamen renuntiavit conſcientia deterritus, concipienſque jam animo id propoſitum, quod uſque ad ultimum vitæ ſpiritum conſtantiſſime perſequutus fuit, omnimodam Indorum libertatem juvandi; quam iſta & aliis non innocentibus dominandi artibus, in eo æſtuantis & exundantis ad novas res, divitias, imperium gentis ambitu & impotentia, a domitore populo ſæve obrutam vehementiſſime dolebat. Id primum egit in Hiſpaniam delatus circa annum præteriti ſæculi quintum decimum. Fruſtrante tamen ei ſucceſſum Ferdinandi Regis Catholici per id tempus obitu, deinde aliis & aliis difficultatibus in Hiſpania atque ipſa America negotium, quod pervicaciſſime continuabat, retardantibus, pertæſus tandem ſæculi Dominicanos inter Hiſpaniolæ inſulæ ſodales Religioſi ſtatus ſacramento ſe obſtrinxit. Quo ſchemate indutus Hiſpaniam rurſus viſitavit quo tempore in ditionem noſtram Peruanæ gentes primum redigebantur, veritus ne impotenter injuſteque a noſtris hominibus Indi illi tractarentur: quorum indemnitati ut vidit ſanctiſſimis legibus proviſum, provinciam ac cœnobium ſuum, indeque Mexicum cogitavit. In ejus & Guatemalæ urbium cœnobiis theologos, & ſacræ Scripturæ interpretes ſibi perfamiliares fecit. Guatemalenſem antiſtitem juvit eximie, cujus auſpiciis denuo iterum ad Carolum Cæſarem deſtinato, exarſit quidem totus animus, antiquumque pietatis votum, ad Indigenarum percrebeſcentes per illum orbem calamitates quotidie magis magiſque commotæ. Tempore hoc in aliis terrarum oris Carolus peregrinabatur; ſed eo ſe in Hiſpaniam poſt triennium conferente, nil tardavit induſtrius vir atque impiger quin dominatus impotentiam, ſævitiam morum, præcipitiſque avaritiæ pernicioſiſſimos ubique inſultus noſtræ gentis, Indorumque miſerrimam ac pluſquam ſervilem conditionem ſupplicibus libellis coramque in Cæſaris animum infunderet. Qui ad indignitatem rei permotus, ingentemque illam tam longe lateque propagati imperii gloriam peſſimorum quorumdam hominum turpiter geſtis defloratam intime dolens, præſtantibus multis divini atque humani juris doctrina viris, in Valliſoletum convocatis, rem ſerio examinandam, totiuſque expeditionis Indicæ diſquirenda jura commiſit. Quo in conſeſſu adverſantes ei partes gerente ſummo eruditione, doctrina atque eloquentia viro Joanne Geneſio Sepulveda Cordubenſi, theologo ac Cæſareo chronographo, non ſolum perſuaſit, ſed & pervicit tandem plene ut in libertatem Indi aſſererentur, ſanctiſſimiſque legibus innumero illi populo juſte innocenterque in ditione habendo in poſterum caveretur. Ab eo tempore ad S. Gregorium, ordinis ſui Valliſoletanum collegium, manens plura excogitavit, ſcripſit, ſuppeditavitque Regiis adminiſtris pro hujus arduæ rei perfectione; pluribus conſulentibus aures præbuit; vereque earum legum, quæ anno MDXLIII. pro recte Indorum adminiſtrando imperio ſancitæ ſunt, veluti auctor haberi debet. Jam poſt inſignia tot facta ſuæ doctrinæ ſingulariſque virtutis experimenta præſul ut Chiapenſis creari permitteret, poſtquam recuſaviſſet Cuſco urbi Peruani regni epiſcopus dari, vix rei neceſſitate ac domeſticorum precibus exorari potuit. Hac per aliquot annos adminiſtrata Eccleſia, necdum videns ſe voti compotem, quod per tot hominum rerumque diſcrimina, totieſque pernavigato Oceano ad felicem exitum juxta deſtinationem animi ſui haud perductum dolebat, contulit ſeſe ultimum in Hiſpaniam: quo perveniens epiſcopatum ſuum bona Summi Pontificis gratia quamprimum renuntiavit, contentuſque nuncupatione dignitatis ab anno MDLI. aut circiter uſque ad MDLXVI. ætatis ſuæ XCII. quo Matriti obiit, egregiis virtutum exemplis famam jam olim collectam ſuſtentavit. Scio magnis animis adverſus noſtrum ſtetiſſe ſcripſiſſeque tum Geneſium jam laudatum, tum Bartholomæum de Frias Albornotium, Geneſiumque quamplurimis doctiſſimorum theologorum ſuffragiis confirmaſſe ſuam ſententiam, non

ut

ut sæva enormiaque excusarent aliquo modo, aut elevarent malesanorum hominum gesta, sed ut in bello contra juris naturæ violatrices, prorsusque barbaras gentes, atque in his omnibus, quæ bella consequi solent, nihil non jure actum, admissumve publicis sanctissimorum Regum auspiciis commonstrarent. Incurrisse tamen horum scripta in publicam censionem, in causaque obtinuisse Casam ambiguum non est. Excusari quoque multa posse rei necessitate, atque bellico jure ab Hispanis gesta, quibus crudelitatis reatum atque enormitatis Bartholomæus tribuit, aut exaggerata alia in malum, quibus non ipse interfuit, simile vero est, ac notat non semel Bernardus Perez del Castillo in *Mexicanæ Historiæ* cap. VII. & LXXXIII. & CXXV. Multis de nostro agunt: Vincentius de las Casas Dominicanus in *Historia* MS. *Novæ Hispaniæ*: Joannes de Torquemada Franciscanus lib...... *Monarchiæ Indicæ* cap.... Antonius de Herrera variis in locis, quæ in unum collegit D. Joannes de Solorzano lib. II. *de Jure Indiarum* cap. I. num. XXVII. Alphonsus Fernandez ordinis Prædicatorum lib. I. *Historiæ Ecclesiasticæ nostri temporis* cap. VI. Franciscus Lopez de Gomora in *Historiæ Peruanæ* cap. LXXVII. præcipueque Augustinus Davila Padilla in *Mexicanæ Dominicanorum historiæ* lib. I. cap. XCVII. usque ad CVII. & Antonius Remesal per totam *Historiam provinciæ Chiapensis* ejusdem ordinis usque ad ultimum libri V. caput. Hæc illius scripta nobis innotuerunt, omnia fere ad eumdem directa scopum:

Principia quædam ex quibus procedendum est in disputatione ad manifestandam, & defendendam justitiam Indorum. Et vernacule:

Brevisima Relacion de la destruicion de las Indias: quæ & Latine, & aliis linguis jam hodie loquitur. Gallice namque conversam fuisse a Jacobo Migrodde, Antuerpiæque editam per Franciscum Raphelengium testatur Verderius in *Bibliotheca*. Italice etiam vertit Jacobus Castellanus, atque edidit Venetiis Marcus Ginammus 1630. in 4. Latine quoque apud Batavos excussam vidimus. Germanica etiam prostat Heidelbergæ edita cum figuris anno 1665. in 4.

La Disputa, y controversia entre el Obispo, y el Doctor Gines de Sepulveda sobre que el Doctor contendia, que las conquistas de las Indias contra los Indios eran licitas, y el Obispo por el contrario defendió, y afirmó haver sido, y ser imposible no ser ilicitas, tyranicas, injustas, y iniquas; la qual question se ventiló, y disputó en presencia de muchos Letrados, Teologos, y Juristas en una congregacion, que mandó su Magestad juntar el año de MDXLII. en Valladolid.

Las replicas que el Obispo hizo contra las soluciones de las doce objeciones que el Doctor Sepulveda hizo contra el Sumario de su Apologia.

Treinta Proposiciones muy juridicas, en las quales sumaria, y sucintamente se tocan muchas cosas pertenecientes al derecho, que la Iglesia, y los Principes Christianos tienen, o pueden tener sobre los Infieles de qualquier especie que sean: mayormente se asigna el verdadero, y fortisimo fundamento, en que se asienta, y estriba el titulo, y señorio supremo, y universal que los Reyes de Castilla, y Leon tienen al Orbe, que llamamos Occidentales Indias, por el qual son constituidos universales Señores, y Emperadores en ellas sobre muchos Reyes. Apuntanse tambien otras cosas concernientes al hecho acaecido en aquel Orbe notabilisimas, y sabidas, &c.

Tratado que el Obispo compuso por comision del Consejo Real de las Indias sobre la materia de los Indios, que se han hecho en ellas esclavos; el qual contiene muchas razones, y autoridades juridicas, que pueden aprovechar a los Lectores para determinar muchas, y diversas questiones dudosas en materia de restitucion.

Entre los Remedios que el Obispo refirió por mandado del Rey en los ajuntamientos que mandó hacer su Magestad de Prelados, y Letrados, y personas graves en Valladolid el año de MDXLII. para reformacion de las Indias, el octavo en orden es el siguiente, donde se asignan veinte razones por las quales prueba no deberse dar los Indios a los Españoles en encomienda, ni en feudo, ni en vasallage, ni de otra manera alguna, si su Magestad, como desea, quiere librarlos de la tirania, y perdicion que padecen &c. Forte hæc pars est, quæ sub titulo Italico *Il supplice Schiavo Indiano*, ex interpretatione Marci Ginammi edita est Venetiis apud eumdem Ginammum 1636. in 4.

Avisos para los Confesores de las Indias.

Tratado comprobatorio del Imperio Soberano, y Principado universal, que los Reyes de Castilla, y Leon tienen sobre las Indias.

Omnia hæc edita sunt Hispali anno 1552. in 4. Præter hæc, allata fuisse anno MDXCVII. a collegio Gregoriano Pinciæ urbis in bibliothecam Regiam S. Laurentii ad Escuriale ista alia refert Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro Ecclesiastico Chiapensis Ecclesiæ*. Antonius de Remesal in *Historiæ Provinciæ Dominicanorum Chiapensis* lib X. cap. XXIV. horum omnium, ut in Gregoriano collegio adhuc servatorum, meminit.

Apologetica Historia sumaria quanto a las calidades, disposicion, descripcion, Cielo, y suelo de estas tierras, y condiciones naturales, politicas, republicas, maneras de vivir, y costumbres de estas gentes de las Indias Occiden-

dentales, y meridionales, cuyo imperio soberano pertenece a los Reyes de Castilla. Ingenti volumine DCCCXXX. foliorum, auctoris manu exarato, quod opus insigniter laudat omnimodæ eruditionis nomine Antonius de Remesal laudatus. Diversumne sit quod sequitur opus, ambiguum mihi, quamvis pro diverso laudetur, scilicet:

Una Historia general de Indias: tribus voluminibus, quorum primum DCXXIV. Davilæ, at alterum Remesali CXCVII. foliis scriptum est, de tertio nil dicitur. Qua usum fuisse Antonium de Herrera in sua *Universali Indiarum Historia* idem annotat Remesal. Hæc Historia, sive ejus exemplum est penes excell. Dom. D. Petrum de Guzman, comitem de Villaumbrosa, Castellæ senatus præsidem; non uno volumine, nam alterum inscribitur *Cronica de las Indias*, alterum *Historia de las Indias.*

Diez y seis remedios contra la peste que entonces comenzaba, y a toda priesa iba destruyendo las Indias. Quorum octavum remedium (ait Remesal) anno 1552. Hispali typis mandari fecit.

De Thesauris: opus Latinum CXCII. foliis.

De Cura Regibus Hispaniarum habenda circa Orbem Indiarum, & de unico vocationis modo omnium gentium ad veram religionem. LXIII. foliis.

Sumario de lo que el Doctor Sepulveda escrivió contra los Indios. XCIV. foliis.

Doce quadernos de las disputas que tuvo con el Obispo de Darien, y el Doctor Sepulveda. CLXXXIV. foliis.

De Juridico, & Christiano ingressu, & progressu Regum nostrorum in regno Indiarum. LXI. foliis.

Confessionario. XXXII. foliis: quod cur distinguam ab opere edito, *Avisos para los Confesores de las Indias?*

Alias laudari solent ejusdem Casæ:

Testamentum scilicet, & *Codicillus*: quos duos libros Philippo Regi II. ante mortem obtulit, quorum meminit Emmanuel Rodriguez volumine II. *Quæstionum Regularium* quæst. XCIX. artic. IV.

De Promulgatione Evangelii: Latino & vulgari sermone. Forte aliquod est ex supra laudatis opus, aut illud quod Antonius Remesal CCLXXII. foliis constare ait, conscriptumque ab eo fuisse: *Sobre el hacer los esclavos de la segunda conquista de Xalisco, que mandó hacer D. Antonio de Mendoza Virrey de la Nueva España año de MDXLI.*

De Juvandis, & fovendis Indis: magnæ molis opus, quod servatur in bibliotheca Dominicanorum Mexicani cœnobii. Horum duorum meminit Augustinus Davila Padilla in *Historia provinciæ Mexicanæ ordinis Prædicatorum* lib. I. cap. XCIX.

Utrum Reges jure aliquo subditos a Regia Corona alienare possint nostri auctoris nomine insignitum tractatum laudat D. Thomas Tamajus in *Collectione librorum Hispanorum.*

D. BARTHOLOMÆUS DE CASTRO, Burgensis natu, genere nobilis. Urbani VIII. P. M. beneficio, cui, dum Romæ post Bononiensia juris & theologiæ studia commoraretur, iterumque eo rediens procurator Ecclesiarum Hispaniæ, in pretio habitus fuerat, sacerdotium sacri Segobiensis collegii, quod cum alio Burgensis Ecclesiæ commutavit, necnon & in eadem Burgensi Ecclesia dignitatem archidiaconatus Berovifcensis, amplam & divitem consequutus est. Editam scimus ab eo:

Orationem, quam Romæ habuit ad Urbanum VIII. nomine Ducis de Alcala Oratoris Regis Catholici: ut scribit *Bibliothecæ Pontificiæ* auctor.

Rebus humanis exemptus est an. MDCXL. ætatis XLVIII.

BARTHOLOMÆUS CUCALA; sacræ theologiæ magister, ejus libri auctor inscribitur, qui editus est Cæsaraugustæ apud Didacum Fernandez hoc titulo:

Baculus Clericalis, sive de disponenda ejus conscientia, qui Eucharistiam sumpturus est. Anno 1548. in 4. Simulque ibi editus est:

Un Tratado para ayudar a bien morir los que estan in articulo mortis. Reperio autem editionem hujusmet operis Hispanam sic inscriptam: *Baculus Clericalis, como se ha de disponer el Sacerdote.* Ibidem apud Augustinum Millan 1552. in 4.

F. BARTHOLOMÆUS DIAZ DE ENZINAS, Toletanus, Carmelita, Laurentii frater qui ex eodem ordine ad episcopatum Uxentinum regni Neapolitani anno MDCLIX. fuit assumptus, philosophiæ ac theologiæ Toletique Complutique apud suos professor, scripsit:

Camino facil de agradar a Dios. Compluti apud Antonium Vazquez 1641.

Mortuus est Maio mense MDCXLIII.

BARTHOLOMÆUS DIAZ GIRAL, judex ut vocant Ecclesiæ in curia Hispalensis archipræsulis, scripsit:

Informacion Juridica contra los que sienten que Nuestra Señora fue concebida en pecado original. Hispali 1615.

BARTHOLOMÆUS DE ESCOBAR, Hispalensis, nobili genere natus, Societatem am-

amplexus eſt in India occidentali annum agens decimum ſeptimum, ibique in urbe Lima climacterico denatus eſt, cum aliis virtutibus, tum ad extremum triennio integro invicta ad viroſum in facie ulcus patientia clarus. Conciones plures Latine conſcripſit, quarum hic elenchus:

Conciones Quadrageſimales, ac de Adventu. Quibus acceſſerunt:

Conciones de Chriſti Teſtamento, & Codicillo. Et:

Pro XL. horis in Quinquageſima. Lugduni apud Horatium Cardon 1617. 4.

Conciones de feſtis Domini. Muſſiponti 1625. 4. Pariſiis 1624.

Conciones ſuper omnes Beatæ Virginis feſtivitates. Pariſiis apud Sebaſtianum Cramoyſi 1624. in 4.

Sermones de Hiſtoriis Sacræ Scripturæ: volumine uno.

Hiſpanice etiam:

Sermones de la Concepcion de Nueſtra Señora. Oliſipone 1622. 4.

Virum pro dignitate laudat *Bibliothecæ Societatis* auctor.

BARTHOLOMÆUS FERRAN, alias FERRAS, Luſitanus, Oliſiponenſis, in militari exercitio didicit unde ſcriberet verſibus:

Hiſtoria em Eſtancias do Cerco de Goa, Chaul &c.

F. BARTHOLOMEUS FERREIRA, Luſitanus, ordinis Prædicatorum, librum edidit:

De his, qui de Fide Catholica male ſentientes aliquid ſcripſerunt, vel inter Catholicos Tractatus aliquid de ſuo interpoſuere, circa annum MD. Alphonſus Fernandez *De Scriptoribus Dominicanis* auctor eſt.

BARTHOLOMÆUS FRIAS DE ALBORNOZ, Talabricenſis, legum doctor Urſaone creatus, quam juris artem in Mexicana etiam Indorum occidentalium academia profeſſus eſt, ſane ut ſummi ingenii, ac plane monſtroſi, ſic & memoriæ ſpecimen ſæpe dedit. Extat ad eum Andreæ Reſendii Luſitani viri clariſſimi epiſtola, quæ quidem ſummæ apud omnes hominis exiſtimationis, quam vel in Luſitania collegerat, locuples teſtis eſt. Necnon & alii ſummum laudis gradum Bartholomæo adjudicant: in quibus Franciſcus Sanctius Brocenſis in *Arte diſcendi brevi tempore Latinam linguam*, vernacule conſcripta, *virum doctiſſimum, atque in linguis omnibus perfectiſſimum* appellat. Scripſit equidem populari ſermone ut prodeſſet pluribus, argumentis vero & rationibus a natura ductis, qua maxime nituntur:

Arte de los Contratos. Valentiæ apud Petrum de Huete 1573. in folio. Ad Didacum Covarrubiam ſummi ſenatus præſidem, olimque præceptorem. Quod tamen juris opus aliis ſcio non placuiſſe, & in iis Ignatio Lopez de Salcedo, Complutenſi profeſſori canonum primario, ut videre eſt in ejus *Addition. ad Practicam Canonicam Bernardi Diaz* cap. LXXVI. §. *Et memoria quidem teneo* &c. Ejuſdem extabat penes Gundiſalvum Argote de Molina liber MS.

De los Linages de Eſpaña: quem ipſe laudat in *Catalogo MSS. librorum*, quibus fuit uſus in conſcribenda *Nobilitatis Bæticæ Hiſtoria.*

Necnon ſcripſit:

Un Tratado de la converſion, y debelacion de los Indios. Qui juſtis de cauſis ab Apoſtolicis cauſarum Religionis judicibus fuit prohibitus, ſi Auguſtino Davila Padilla credimus in *Hiſtoria Mexicana ordinis Prædicatorum* lib. I. cap. CIII.

F. BARTHOLOMÆUS GARCI-ORDOÑEZ, Franciſcanus, edidit opus hoc argumento & titulo:

Arte Politica de deſempeño breve, y perpetuo de Principes, y Poteſtades, ſin extorſion, ni daño de alguno: fuente de oro, y plata, y verdadera alquimia de Reyes. Pinciæ 1602. 8.

BARTHOLOMÆUS GARSIAS DE NODAL cum fratre GUNDISALVO, Gallæci, Ponti-Veterenſes, poſt facta ſtipendia multa, ſtrenueque navatam Regi ſuo diu operam in nautica militia expeditionis novæ duces ad regionem Magallanicam navigaverunt, a qua reverſi quidquid actum fuiſſet, in literas diaria ratione miſerunt. Libelli titulus hic:

Relacion del viage que hicieron los Capitanes Bartolome Garcia de Nodal, y Gonzalo de Nodal hermanos al deſcubrimiento del Eſtrecho nuevo de S. Vicente, y reconocimiento del de Magallanes. Matriti 1621. in 4. Nautica hæc expeditio annis MDCXVIII. & MDCXIX. undecim menſium ſpatio facta eſt.

F. BARTHOLOMÆUS GARZIA, Franciſcanus provinciæ Aragoniæ, edidit:

Fieſtas de S. Pedro de Alcantara, y Santa Madalena de Pazzi en ſu Canonizacion. Cæſarauguſtæ 1670. in 4.

F. BARTHOLOMÆUS GARCIA DE ESCAÑUELA, Franciſcanus, ſodalis provinciæ Granatenſis, lector jubilatus, Regiuſque concionator, cum hæc ſcribimus Novæ Viſcaiæ Americæ ſeptemtrionalis præſul, edidit:

Pa-

Panegyricos de las heroicas virtudes, y vitorias del Rey D. Fernando el Santo. Matriti 1671. 4.

Exemplar religioſo en la vida, y muerte del Reverendiſimo Padre Fr. Andres de Guadalupe. Quam concionem editam reperies ad calcem ejus vitæ, quam Joannes Luengus edidit.

BARTHOLOMÆUS GUERRERO, Luſitanus, ex patribus Societatis, ſcripſit patria lingua:

Breve Noticia do Reyno de Portugal e ſuas conquiſtas: teſte mihi Georgio Cardoſo in ſchedis ad *Luſitanam Bibliothecam*, quas vidi MSS. nec dicit an editus liber fuerit. Item:

Jornada dos vaſallos da Coroa de Portugal pera ſe recuperar a cidade do Salvador na Bahia de todos os Santos, tomada pellos Hollandeſes a oito de Maio 1624. & *recuperada ao primeiro de Maio de* 1625. Oliſipone apud Matthæum Pinarium 1625. 4.

Poſtumum vero prodiit opus, cui edendo immortuus fuit auctor, nempe:

Glorioſa coroa d' esforçados Religioſos da Companhia de Jeſu mortos pella Fee Catolica nas conquiſtas dos reinos da Coroa de Portugal. Hoc eſt de martyribus Societatis in Luſitanicis expeditionibus. Oliſipone 1642. Hæc eſt quam *Coronam Regni Luſitaniæ* vocat Alegambius in Appendice.

F. BARTHOLOMÆUS GUERRERO, Franciſcanus provinciæ S. Michaelis Regularis Obſervantiæ, ſacræ theologiæ lector in cœnobio Placentinæ urbis, edidit:

De Controverſia Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ Virginis. Matriti apud Didacum Flamenco 1620. Luſitanum fuiſſe credidit Cardoſus, ut in ſchedis legimus ad *Bibliothecam Luſitanam.*

BARTHOLOMÆUS HIDALGO DE AGUERO, Hiſpalenſis, medicus doctor, ea præſertim chirurgicæ peritiæ felicitatiſque in quibuſvis vulneribus curandis apud ſuos inclaruit fama, ut vix eſſet aliqua vel deſperatæ ſanitatis plaga cui non is mederi certo ac mirifico artis ſucceſſu poſſe videretur. Vulgata fuit ad poſteros ævi illius hæc perſuaſio, qua ducti ejus gregis plures, qui ob levia quæque hac in urbe quam alibi frequentius ad arma provolare ſolent, Deo ſe ac doctori Hidalgo commendatos velle claro ac velut auſpicato clamore, cum res manibus erat agenda, teſtabantur. Viæ particularis vulnera curandi, ſive primæ intentionis ſua ætate inſtauratorem appellant qui hominem laudant, qua de re ſimultates cum Joanne Fragoſo geſſit. Extant eo auctore:

Teſoro de la verdadera Cirugia, y via particular contra la comun. Hiſpali apud Franciſcum Perez 1604. folio. Quo varii tractatus, & in his *Antidotarium generale* continentur. Hic tamen poſtumus a Franciſco Ximenez Guillen, auctoris genero, Hiſpalenſi medico doctore, in lucem emiſſus fuit liber. Prodierant vero jam ab anno 1584.

Aviſos de Cirugia contra la comun opinion. Rurſuſque adverſus Fragoſum contradictorem:

Reſpueſta a las Propoſiciones que el Licenciado Fragoſo enſeña contra unos aviſos &c.

Deceſſit in patria ſextum ſuper ſexageſimum agens annum, quinta die Januarii MDXCVII.

D. BARTHOLOMÆUS DE HUMADA MUDARRA, Bæticus, Rondenſis, collegiatæ Eccleſiæ Talaverenſis, Toletanæ ſubjectæ, cantor, juriſconſultus, edidit:

Scholium, ſeu brevem Interpretationem ad Gloſſam in primam, & ſecundam Partitarum partem conditam per eximium Doctorem Gregorium Lopezium Senatorem Regium. Matriti apud Quirinum Gerardum 1588. in folio.

Obiit octogenarius circa ann. MDCXXIV. aut circiter.

BARTHOLOMÆUS IZQUIERDO, edidit:

Tradicion de la Santa Veronica de Jaen.

BARTHOLOMÆUS JOSEPHUS PASCHASIUS, Valentinus, interpretatus eſt in Latinum e Græco:

Pachimerii Logicam. Adjungens orationem:

De interpretandi Ariſtotelem ratione. Quæ edita ſunt Francofurti apud Joannem Vekelium 1591. in 8. una cum aliis Petri Joannis Nunneſii, & Joannis Baptiſtæ Monllorii.

In patriæ urbis academia fuit poſtea ſacrarum literarum profeſſor primarius, cum & eſſet ſacræ theologiæ doctor. Laudant eum Scotus, & Petrus Auguſtinus Morla in præfatione *Emporii Juris* ſub nomine Joſephi Paſchalis.

F. BARTHOLOMÆUS DE LEDESMA, patria ex oppido Nieva juxta Ledeſmam diœceſis Salmantinæ oppidum, Dominicanorum ordini Salmanticæ ad D. Stephanum aſſociatus, ac in novum orbem tranſvectus Mexicanæ academiæ primariam cathedram ea doctrinæ laude moderatus eſt ut Guaxacenſis in his iiſdem oris promeritus ſit epiſcopus a Rege deſignari, quam Eccleſiam non parum cohoneſtavit erecta ibidem, ſodalibuſque commiſſa, cathedræ adminiſtratione, qui morum ſive moralem theologiam au-

auditoribus explanarent. Scripsit, præter alia quæ in mari perierunt opera:

Super quartum librum Magistri Sententiarum, sive de Sacramentis, commentarium. Salmanticæ....... Denuoque a se ipso recognitum anno 1585.

Possevinus in *Apparatu* librum sic inscriptum nostro attribuit:

Summarium ad Christianam Religionem, & pietatem spectans.

Denatus est anno humanæ salutis MDCIV. teste in *Indico Ecclesiastico Theatro*, mentioneque hujus Ecclesiæ præsulum, Ægidio Gonzalez Davila.

BARTHOLOMÆUS LEONARDUS DE ARGENSOLA, Cæsaraugustanæ urbis metropolitanæ Ecclesiæ, Deo Salvatori sacræ, canonicus, ipse Barbastri natus, ingenio præcellenti & singulari, Hispanæ castigatioris ac purioris linguæ cognitione & usu non alium forsan habuit in hoc regno parem quam Lupercium, germanum fratrem, natu majorem. Eadem quippe via grassati ambò ad gloriam summum quemdam in poetica laude, necnon & in studio historico, gradum obtinuerunt, meriti a provincialibus suis uterque, unus fere post alterum, chronographi Aragoniæ munere ornari; at insuper totius Coronæ ut vocant, sive regnorum Aragonensis ditionis, Bartholomæus noster delectus fuit a Rege historicus. Cui responsurus muneri continuationem aggressus est magni Annalium viri clarissimi Hieronymi Zuritæ operis, quam elegantissimo stilo, quatuor tamen annos dumtaxat regni Caroli V. Cæsaris continentem, pertexuit, posteris relinquens, veluti dimidiatam Veneris imaginem olim Apelles, sic cœptam ipse Historiæ fabricam, cui nemo hactenus artificem manum imponere ausus est. In quo valde laudamus Joannis Francisci Andreæ Ustarrozii, ultimi Aragoniæ chronographi, judicium modestiamque, quem hæc consideratio a continuanda Argensolæ Historia deterruit, Zuritæque potius telæ suam attexendi propositum ingeneravit dum Aragoniæ res describendas ex munere suscepisset, quod ipse alicubi refert. Serenissimæ Mariæ Austriacæ Imperatrici erat a sacris dum ipsa viveret, Villæque Formosæ rector, reliquitque hæc tantum ingenii sui monumenta, partim poetica, partim historica:

Primera parte de los Annales de Aragon, que prosigue los del Secretario Geronimo Zurita desde el año de MDXVI. del nacimiento de Nuestro Redentor. Cæsaraugustæ 1630. in folio apud Joannem de Lanaja.

Conquista de las Islas Molucas: ad Philippum III. Hispaniarum Regem Catholicum. Matriti apud Alphonsum Martinum 1609. in folio.

Vida, y martirio de San Demetrio escrita por Simeon Metaphrastes en Latin, y traducida por mandado de la Emperatriz Doña Maria de Austria. Quam vidimus MS. inter schedas D. Laurentii Cocci, Umbri, viri eruditi, qui super hoc ipso argumento magnum opus aliquod meditabatur Matriti dum viveret. Initium hujus libri: *Tenia el cetro imperial de los Romanos Maximiano* &c.

Metrica ejus continentur libello, qui editus fuit hoc titulo:

Rimas de Lupercio, y del Dotor Bartholome Leonardo de Argensola. Cæsaraugustæque prodiit post auctorum obitum cura Gabrielis Leonardi de Albion & Argensola, Luperci filii, ex officina Regii nosocomii Cæsaraugustani, anno 1634. in 4. Hoc est par fratrum poetarum quavis laude majorum, sive purissimæ dictionis formam, sive ejusdem facilitatem, jucunditatem, simulque nervos & virtutem, sive tandem judicium eruditionemque consideres, qua expressisse videntur, ac nostris hominibus communicasse quidquid boni & perfecti Latinorum poetarum omnes libri continent; adeoque perfectissima hac dicendi forma inter se pares, ac velut gemelli sunt, quasi uno atque eodem animo vixerint, uno atque eodem ore sint loquuti.

Reliquit MSS. *Comentarios para la Historia de Aragon*: qui liber in tabulario publico hujus regni custoditur, pertingens ab anno MDCXV. usque ad MDCXXVII. uti refert Joannes Franciscus Andreas, jam laudatus, in *Notitiis auctorum MSS.* Ejus quoque nomini adscribitur inter libros Raphaelis Trichetti du Fresne, Galli, quorum editus est catalogus:

Una Carta en Respuesta a la de D. Juan Briz Martinez Abad de S. Juan de la Peña de algunos desengaños para una nueva Historia del Reyno de Navarra. Cujus Epistolæ & Historiæ mentionem facimus in Joanne Briz Martinez. Ad Bartholomæum nostrum directa Lipsii epistola quædam est, *Centuria IV. Miscellanearum LXV.* nempe.

F. BARTHOLOMÆUS DE LETONA, ordinis Minorum, provinciæ S. Evangelii Americæ septemtrionalis lector emeritus, cœnobii Angelopolitanæ urbis præfectus, & aliquando in curia Romana pro venerabilis patris Sebastiani de Aparicio sanctitatis causa promovenda ejusdem provinciæ procurator, scripsit:

Perfecta Religiosa, Vida de la Madre Geronyma de la Asuncion de la orden de Santa Clara, Fundadora, y primera Abadesa de las Descalzas de Manila. Angelopo-

poli apud viduam Joannis Borgiæ 1662. 4.

F. BARTHOLOMÆUS DE LOAYSA, Bæticus, Antiquarienſis, ordinis Carmelitarum provinciæ Bæticæ, Cordubæ ſodales docuit ſacros libros, ſcripſitque cum in Carmona urbe degeret:

Los Triunfos de la Reyna de los Angeles: ſive de immaculata ipſius Conceptione. Hiſpali per Gabrielem Bexarano 1616. 4.

Sermon de Santa Tereſa en la fieſta de ſu Beatificacion: quæ cum aliis ejuſdem argumenti concionibus edita fuit Matriti 1615.

BARTHOLOMÆUS LOPEZ ENCISO, Tendillenſis, ſcripſit adverſus zelotypiæ furorem hoc titulo:

Deſengaño de zelos. 1586. in 8. apud Franciſcum Sanchez.

BARTHOLOMÆUS LAURENTIUS, vulgo LORENTE, natus in oppido Longares Aragoniæ regni, quod ſacra jura Cæſarauguſtam petit, Joannem Nunneſium, Valentinum, virum clariſſimum, in philoſophicis, in aliis alios præceptores habuit. Sacerdotio deinde obtento ad ædem ſacram Deiparæ de Columna, ejuſdem Cæſarauguſtanæ urbis, canonicum & priorem (ea munerum nomina) illius egit, optime de ipſa meritus, præcipuoque apud cives ſuos loco habitus quod & ſtrenue dignitatem ejus Romæ defenderit, multaque in vulgus doctrinæ ac eruditionis fama celebraretur. Quare & eum, non multo ante mortis tempus, Aragoniæ regnum ſtilo ducendis ex munere rebus ſuis chronographum allegit. Extat ejus opera collectus:

Indice de los autores que tratan de la venida de Sant-Iago a Eſpaña. Cæſarauguſtæ 1591. quem Petrus Joannes Nunneſius, is quem laudavimus, in prologo *Conſilii* ſui *de ſtudio Philoſophico*, atque item alii omnes, qui adventum Divi Jacobi ad Hiſpanias pro debito aſſerere uſquam conati ſunt, præcipue laudant.

Vida de San Braulio Arzobiſpo de Zaragoza: ſine ejus tamen nomine. Latet adhuc in ſchedis, quæ noſtrum præfert auctoris nomen, vulgari idiomate conſcripta:

Hiſtoria de la antigüedad, y dignidad de la Santa Igleſia del Pilar de Zaragoza.

BARTHOLOMÆUS MARRADON, medicus doctor in Marchena oppido dioeceſis Hiſpalenſis, edidit in lucem:

Dialogo del uſo del Tabaco, los daños que cauſa &c. *y del chocolate, y otras bebidas*. Hiſpali apud Gabrielem Ramos 1618. 8.

F. BARTHOLOMÆUS DE MARTYRIBUS, Oliſiponenſis, anno ſæculi ſuperioris decimo quarto probis parentibus & honeſtis naſcitur, ut quam primum ætate juſta eſſet, Dominicanorum inſtituto in monaſterio urbis patriæ adſcriberetur. Inde in collegio Sancti Dominici, quod Rex Emmanuel in eadem civitate erexerat, philoſophiam, uti & in Victorienſi Regio (de la Batalla vulgare ei nomen eſt) cœnobio per viginti annos eamdem artem, ac theologiam docuit. Interim ad magiſterii gradum, aliosque domeſticos familiæ honores receptus in utriuſque theologiæ, tam ſcholaſticæ quam myſticæ, quæ vera ſapientia merito ſuo audit, ſtudiis mire profecit. Eboræ poſtea ſacras literas Antonio, Ludovici Infantis filio, incertum quot annis, dictavit, ea parentis ac diſcipuli gratia ut ad Benficenſis monaſterii, quod prope Uliſiponem in ſepoſito & amœno loco ſitum eſt, præfecturam vocatus Regii ſanguinis alumnum doctrinæ cauſa ſecum ferret, & cum magna cura formandorum ingenii atque morum haberet. Incidit in annum hujus ſæculi octavum ab quinquageſimo Balthaſaris Limpi, Carmelitæ, archiepiſcopi Bracharenſis, mors, quam dignitatem Ludovicus Granatenſis, ſummus ille doctrina vir & pietate, ſibi a Catherina Regina, cui erat a confeſſionibus, & penes quam Regii pupilli Sebaſtiani tunc vices erant, oblatam cum admittere noluit, tum auctor fuit Reginæ ut humeris Bartholomæi ſodalis, qui Benficæ præerat, imponeret. Hoc munus, a pleriſque primæ nobilitatis ambitum, ut ſponte capeſſeret nullus exorari potuit, quare & præcepto fuit expugnandus. Tridentum advocatus ad concilium duobus ab hinc annis, eam doctrinæ, integritatis ac religionis famam ibi collegit ut in ſupremo Eccleſiæ conſeſſu nulli congregatorum ex toto orbe Chriſtiano theologorum ſive literis ſive ſanctitate, quam plurimum opinione, concederet. Reformationem ordinum Eccleſiaſticorum, cujus præcipua fuit patrum cura, incredibili contentione animi ac pervicacia, eloquentiaque promovit. Romam per intervallum quoddam ſeſſionum, moxque, dimiſſo concilio, iterum atque iterum veniens Pio IV. P. M. ejuſque ex ſorore nepoti Carolo, cardinali Borromæo, qui in ſanctiſſimum virum poſt evaſit, in paucis fuit carus, a quo, ſcilicet ſummo Eccleſiæ præſide, dignus eſt habitus quem in aliquot curiæ abuſus coram, ſed modeſtiſſime invectum, non æquo animo audiret tantum, ſed & ſuaſori, auctorique prudentiſſimo atque integerrimo transformationem in melius eorum condonaret. Bracharæ redditus poſt triennium integrum, redigendis in ordinem rebus ſecundum concilii canones totus incumbere; conciones ad populum

lum frequentes habere, dioecesim singulis trienniis integram utilissima visitatione lustrare, egenos pascere, nudos induere, sibi parcissimus, pauperibus munificentissimus, vir quidem pietate, liberalitate, abstinentia, corporis macerandi perpetua cura, Christianaque libertate & gravitate, omnium denique virtutum numeris absolutus. Tandem annum agens octavum & sexagesimum, ut sibi gravissimum dignitatis onus Pontificis nutu, deponeret, impetravit a Philippo Hispaniæ ac recens Lusitaniæ Rege, inque oppidum ejus dioecesis Vianam secedens, monasterio quod ipse ordinis sui fratribus erexerat, per octennium includitur, expetitis dilectæ sibi Rachelis amplexibus fruiturus, jam ante mortem sibi beatus, quæ demum sequuta est anno MDXC. ætatis LXXVI. Sepultura ejus, exuviæque miraculis claruerunt. Hæc scripta emanarunt ad nos viri sanctissimi:

Stimulus Pastorum. Quem librum Carolus, cardinalis Borromæus, ex quodam exemplo sibi ab auctore, dum Romæ una essent, relicto in urbe hac fecit per heredes Julii Accolti anno 1582. typis excudi: mox Ludovicus Granatensis a Borromæo per nuntios acceptum Ulisipone; deinde & Parisienses tertium anno 1583. recuderunt. Extat & alia Parisiensis editio anni MDCXLIV. in 12. apud Petrum de Breche. Imo & Ulisiponensis, ut videtur princeps, anni 1565. in 8.

Compendium spiritualis doctrinæ ex variis Sanctorum PP. sententiis collectum. In quo mysticæ theologiæ regulis perfectionis viam fideles edocentur. Latinus prodiit liber Ulisipone apud Antonium Riberium 1582. 8. Matritique 1598. Parisiisque 1601. Hispanice autem conversus opera Placidi Pacieci de Ribera, coenobii Benedictinorum Hispalensium abbatis, Pinciæ anno 1604.

Introductionem ad Veram sapientiam laudat Georgius Cardosus in schedis MSS. ad *Bibliothecam Lusitanam*, cujus libri alias nullam invenio mentionem.

Lusitanice vero:

Cathecismo da doutrina christam: sic utilis & proficuus ut & publicari fecerit per Lusitaniam Sebastianus Rex, & Castellanum dare utile duxerit Emmanuel Rodriguez, Franciscanus V. C. editum Salmanticæ 1602. in 4. Hic liber, & superior Lusitanice prodierunt Romæ anno 1603. imo & 1617. necnon Castellæ idiomate a Joanne Aristizabal, Sancti Jacobi equite, conversus. Matriti 1654.

Inedita alia reliquit, tam vulgaria quam Latina, scilicet:

Collationes spirituales CL.

In Psalmos, & Cantica feriarum.

In Hieremiam, & alios Prophetas annotationes.

Puncta tangentia Jura, & casus conscientiæ.

Varias sententias ad Sacram Scripturam pertinentes.

Doctrinas, & regulas mensæ religiosæ.

Epitomen Chronicorum Mundi.

Compendium Historiarum Ecclesiasticarum. Cujus originalem codicem se vidisse affirmat Georgius Cardosus in schedis MSS. ad *Bibliothecam Lusitanam*: hoc erat velut epitome Pontificiæ Historiæ.

Narrationem gestorum in Concilio Tridentino. Item *Itinerarium*, seu relationem itineris sui ad Tridentinum, auctore eodem Cardoso.

Reliqua Lusitanico sermone:

Tratado de Praticas devotas pera os Prelados quando daõ ordens.

Praticas espirituales sobre os evangelios das festas de tudo o anno. Quas tamen una cum Cathecismo in vulgarem Castellæ linguam conversas edidit Emmanuel Rodericus, jam laudatus, & alia Historica: quæ quidem diligenter collegit recensuitque, vitam summi viri elegantissimo Portugalliæ stilo ducens, vir disertissimus Ludovicus a Sousa, Dominicanus, quemadmodum & Castellæ idiomate non minus eleganter Ludovicus Munnozius, pius juxta disertusque illustrium hac nostra ætate sanctorum aliquot historiographus. At cur eidem sanctissimo antistiti non attribuemus?

Bracharense Provinciale Concilium IV. Pontif. D. N. Pii V. anno II. regni vero potentissimi piissimique nostri Regis Sebastiani hujus nominis I. anno X. Præsidente Illustrissimo ac Reverendissimo in Christo Patre Fr. Bartholomæo a Martyribus Archiepiscopo & Dom. Bracharensi, hujus Provinciæ Metropolitano, & Hispaniarum Primate, considentibus Reverendiss. in Christo PP. Roderico Pinario Portugallensi, Joanne Soarez Conimbricensi, Arganilli Comite, Antonio Pinario Mirandensi Comprovincialibus Episcopis. Bracharæ apud Antonium a Maris 1567. in 8.

F. BARTHOLOMÆUS DE MEDINA, ab oppido patrio Veteris Castellæ Medina de Rioseco sic cognominatus, fratrum Prædicatorum ordinem Salmanticæ in æde sacra Divi Stephani, literis & religione spectatissima, professus est. In collegio Complutensi nonnusquam commoratus, Durandumque ut explanaret in cathedra, huic addicta præceptori, Salmanticam repetere jussus, tandem primarium docendi locum deferente schola suscepit. Fuit quidem is cum aliarum disciplinarum compos, tum præcipue in studio theologiæ scholasticæ moralisque inter principes suæ tem-

tempestatis habitus; quique Sancti Thomæ doctrinam totis viribus ingenii atque judicii, quorum vim indefesso labore acuebat, usque ad supremum vitæ spiritum propugnavit, nempe voce, ac præterea scriptis. Edidit namque:

In Primam secundæ D. Thomæ. Salmanticæ 1582. in folio: quæ sæpius recocta est editio, tum in eadem urbe anno 1588. Cæsaraugustæque 1587. in 8. Barcinoneque 1604. in 8. tum extra Hispaniam Venetiis 1590. & 1602. apud societatem Venetam, atque item Coloniæ 1619. folio.

Expositionem in Tertiam Partem D. Thomæ, usque ad Quæstionem LX. complectentem tertium librum Sententiarum: cui accesserunt novæ observationes Alphonsi de Luna sacræ theologiæ magistri ejusdem ordinis, professorisque Salmantini. Salmanticæ 1596. folio; sed expositio ipsa prius edita fuerat in eadem urbe anno 1584. Venetiisque 1582.

Hispanice vero summam casuum hac inscriptione:

Breve Instruccion de como se ha de administrar el Sacramento de la Penitencia. Salmanticæ 1580. in 8. & 1585. 8. Pinciæque anno 1602. in 8. & Pampelone 1625. Latine vertit Raphael de Cæsare, Neapolitanus, Coloniæque edidit apud Quentelium primum 1601. in 8. deinde apud Petrum Hening in folio anno 1619. Italice alius convertit editam Venetiis 1582. 8. apud Dominicum Nicolinum.

Parabat in reliquas D. Thomæ partes cum mors virum longiore vita dignum intercepit, tribus annis majorem quinquagenario, sæculi MDLXXX. in ipsa urbe Salmantina & cœnobio, ubi terræ mandatus est, Dominico Bañez itidem Dominicano lampade docendi tradito. Joannes Marieta usque ad annum MDLXXXI. vixisse scribit, ut & Hieronymus Ghilinus in *Theatro hominum literatorum.*

BARTHOLOMÆUS MELGAREJO, Toletanus, Hispane interpretatus est, scholiisque adornavit:

Las Satyras de Aulo Persio. MSS. in folio. Vidit D. Thomas Tamajus.

BARTHOLOMÆUS MENENDEZ CARREÑO, Ovetensis, parochus S. Martini de Arguellez, olim grammaticus professor in studio generali ejusdem urbis, edidit:

Explicacion del Arte de Antonio de Lebrixa, en el qual se comprehende toda la Gramatica con tanta claridad, y extension que qualquiera que procurare estudiarla podra con facilidad saberla. Legione apud viduam Valdiviesi 1676. in 8.

BARTHOLOMÆUS MOLES, Aragonus ut dicitur, medicusque doctor, scripsit sub Carolo Rege atque Cæsare:

Speculum sanitatis, sive de sanitate conservanda librum Salmanticæ editum 1545. 8. Nicolaus Toppius in *Bibliotheca Neapolitana* origine tantum fatetur Hispanum, ortu vero Neapolitanum credit.

F. BARTHOLOMÆUS DE MOLINA, Franciscanus, ad D. Petrum de Ribera, Lucensem antistitem, opus musicum scripsit hujus nomenclaturæ:

Arte de Canto llano, dicha, Lux videntis. Pinciæ 1506.

F. BARTHOLOMÆUS DE MOLINA, ordinis Sancti Francisci Excalceatus, diffinitor (id nomen proprium rei est) provinciæ Sancti Josephi audiebat quo tempore in vulgus edidit:

Breve Tratado de las virtudes de D. Juan Garcia Alvarez de Toledo, quinto Conde de Oropesa. Matriti 1621. 8. apud Alphonsum Delgado.

BARTHOLOMÆUS MORLANES, Cæsaraugustanus, Regius in Deiparæ Virginis de Pilari sacra æde hujusmet urbis cappellanus, exquisite doctus philologiam omnem, & in antiquorum omnium Latinæ linguæ auctorum exercitatissimus. Nullum quidem, quod sciam, in publicum edidit a se perfectum opus; laudatur tamen a viris doctissimis Ludovico Cerda in *ad Virgilium notis.* VII. *Æneidos* vers. 733. num. 1. IX. vers. 481. num. 2. & versu 153. num. 9. ac X. versu 508. num. 23. & versu 740. num. 12. tandemque XII. *Æneidos* versu 932. num. 7. Eustachio Suvartio *Analectorum* lib. 11. cap. XI. Joanne Mariana *De Adventu S. Jacobi in Hispaniam* cap. XII. Andrea Scoto lib. 11. *Observationum humanarum* cap. LV. D. Thoma Tamajo de Vargas in *Defensione Historiæ Joannis Marianæ* in indice, verbo *Prudencio Poeta.* Gabriele Alvarez in *præfatione* ad primum volumen *in Isaiam.* Quæ omnia, in schedis ejus annotata, sunt reperta Cæsaraugustæ, atque item hæc de cogitationibus aut verius studiis suis nota: *Cogitamus aliqua in varios poetas horis quibus vacamus a choro & divinis officiis, quæ sibi vendicant non parum tempus. In Martialem, in Virgilium, quæ omissit meus La Cerda. In Claudianum uberes notas, simul cum indice vocum phrasium & sententiarum. In Statium Papinium. In Silium Italicum. In Lucanum. In Valerium Flaccum. In C. Rutilii Itinerarium. In poetas Christianos Alcimum Avitum, Marium Victorium, Juvencum, Seduliium, & Ara-*

Aratorem. Plurima in Petrum Appollonium De Excidio Hierosolymitano, cum indice verborum & sententiarum. In Corippum grammaticum De Laudibus Justini Imperatoris. In Boetium De Consolatione Philosophiæ. In Titum Alexandri Cortesii De virtutibus bellicis Matthiæ Corvini Hungariæ Regis. In Guntheri Ligurini De Rebus gestis Imper. Cæsaris Friderici primi cognomento Barbarrosæ, præter ea quæ erudite recensuit & notavit Conradus Ritherhusius, aliqua congessimus. In Panegyricos veteres plura. In L. Flori Historiam, & in Sallustium. Hæc de se ille, ampla quidem magnificaque, in tot nempe auctores Latinos observationes eum aut notas confecisse: quod quidem ingenii ope, atque ditissimæ, quam collegerat, bibliothecæ a multis laudatæ, feliciter adeptus invidit tamen posteris usum & proventum tot vigiliarum suarum edendi omissione, quibus vel Ciaconium, vel Barthium, vel alios hujus commatis æquaturus fuisse videri poterit.

BARTHOLOMÆUS NIÑO VELAZQUEZ, scripsit:

Discurso sobre la antigüedad de Granada. Qui MS. fuit in bibliotheca Olivariensi.

F. BARTHOLOMÆUS ORDOÑEZ, Franciscanus, versibus conscripsit inclytum Eulaliæ, virginis Barcinonensis, martyrium, poemati inscribens:

Eulalida. Barcinone 1590. in 8. apud Philippum Robertum.

BARTHOLOMÆUS PACHAON, Lusitanus, ex oppido Pinella, artis grammaticæ magister in patria, scripsit:

Tabula dos Planetas, & alia. Cardosus, & Emmanuel a Resurrectione in schedis ad *Bibliothecam Lusitanam.*

F. BARTHOLOMÆUS DE PAIVA, Lusitanus, ex familia sacra Redemptorum Sanctissimæ Trinitatis, Ludovico Petit, hujus ordinis generali magistro, nuncupavit orationem carmine pertextam:

De Institutione ejusdem ordinis Sanctissimæ Trinitatis: ex qua plura fragmenta adducit Fr. Bernardinus a Sancto Antonio in *Epitome Redemptionum.*

BARTHOLOMÆUS PALAU, Valentinus, scripsit carmine:

Vitoria de Christo. Alegoria, representacion de la captividad espiritual, y de la Redencion de Christo. Valentiæ apud Joannem Navarrum 1583. in 8.

Historia de Santa Librada, y sus ocho Hermanas. Cæsaraugustæ 1569.

BARTHOLOMÆUS PEREYRA, Lusitanus, Societatis Jesu, edidit:

Paciecidos lib. XII. poema heroicum de gloriosa morte P. Francisci Pacieci, Societatis Jesu provincialis in Japonia. Conimbricæ 1640. in 12. apud Emmanuelem de Carvalho.

Habere eum prelo paratum:

Commentarium in Tobiam refert Philippus Alegambius in *Appendice Scriptor. S. I.* meminitque D. Franciscus Emmanuel *cent. IV.* epist. 1.

BARTHOLOMÆUS PEREZ, scripsit:

Tratado de la devocion con las Animas del Purgatorio.

BARTHOLOMÆUS PHILIPPUS, Lusitanus, legum doctor, Olisipone, Salmanticæ atque Conimbricæ civilia jura e superiore loco per vicennium docuit. Mox domi frequentans tam sacra quam profana studia plures libros editioni maturaverat, cum specimen otii literarii sui primitus in publicum fecit typis commendans breve opus, sed frugi, tractatum nempe:

Del Consejo, y de los Consejeros de los Principes. Conimbricæ 1584. 4. apud Antonium de Martin, Alberto S. R. E. cardinali Austriaco nuncupatum. Taurini etiam 1589. Et sæpe alias.

Juris studii hæc sunt in academiis edita:

Repetitio in cap. Scindite corda vestra, de Pœnitentia distinct. I. Olisipone 1539. 4. apud Ludovicum Rodriguez. Ex quo opere laudat eum summus vir Didacus Covarrubias, mirum illius in comprobanda conclusione quadam commendans ingenium, *de Matrimonio* II. parte cap. III. §. V. num. VIII.

De Fictionibus tractatus. Salmanticæ 1536.

Juris Conclusiones in folio editas tribuit ei Verderius in *Bibliothecæ Gesnerianæ Epitome.* Prodiere Conimbricæ. Plurium ipse meminit alicubi operum a se propediem publicandorum; sed quorum nomen tantum, ut existimo, ad nos permanavit, scilicet libelli de *Clericali Dignitate*, atque item *Communium opinionum Centuriarum decem*, in præfatione ad cap. *Scindite corda* &c. Obiisse dicitur CX. annis natus.

F. BARTHOLOMÆUS PONCE, Cisterciensis, S. Fidei prope Cæsaraugustam monachus, binum hostem Christianis moribus insultantem, nempe librorum profanorum lectionem mortisque oblivionem, domare admodum cupiens binum sibi opus fabrefaciendum pie constituit, atque utrumque edidit, nempe:

Puerta Real de la inescusable muerte. Cæsaraugustæ 1577. Atque iterum Salmanticæ apud

apud Joannem & Andream Renaut 1596. necnon & Calari in Sardinia 1584. Continetur hoc opere *La vida, y hechos loables de D. Pedro de Acosta Obispo de Leon, y despues de Osma*: ne diversum a superiore alicui videatur, qui viderit apud Rodericum d' Acunha in *Historiæ Episcoporum Portuensium* II. part. cap. XXXIV. hujus argumenti ac tituli librum, nostro Poncio attributum.

La clara Diana: hoc est, pias Deiparæ Virginis laudes, loco profanæ illius Georgii Montismajoris *Dianæ*. Cæsaraugustæ 1581.

Denatus est circa annum MDLXXXII.

Refert quoque auctor *Bibliothecæ Cistercienfis* ecclesiam Carthaginensem huic nostro aliquando obtigisse gubernandam præsulis jure: cui muneri Romana monumenta, quæ ad manum habuimus, actorum consistorialium ejus sæculi, quo is floruit & scripsit, ineuntisque hujus ad quod pertingere potuit, nullatenus favent. Barnabam Montalvum vide lib. II. *Chron. Cisterc.* cap. XXXIII.

BARTHOLOMÆUS DE QUEVEDO, in metropolitana, atque Hispanarum principe, Toletana ecclesia cæremoniarum ut vocant magister, doctus vir ac diligens, quo elogio eum Ambrosius Morales donat cap. VIII. lib. X. Auctor est illius epistolæ, quæ provocavit alteram eruditione plenam Andreæ Resendii Lusitani super quibusdam Hispaniæ antiquitatibus a Quevedo interrogati. Utraque extat in *Hispaniæ illustratæ* volumine secundo.

F. BARTHOLOMÆUS DE LOS RIOS ALARCON, Matritensis, Eremitarum fratrum sodalis, theologiæ sacræ magister, in Belgio munus declamandi pias conciones apud serenissimos Hispaniarum Infantes, tum Elisabetham tum Ferdinandum Austriacos, deindeque in Hispaniam reversus apud Philippum Regem exercuit. Scripsit, quos viderim, hos libros:

Phœnicem Thenensem e cineribus redivivum: serenissimo Principi Ferdinando nuncupatum. Antuerpiæ apud Plantinum 1637. in 8.

Christum Dominum in cathedra Crucis docentem, & patientem; sive de septem verbis a Christo Domino in Cruce prolatis: tractatibus septem. Bruxellis apud Joannem Mommartium 1645. 4.

Vittam Coccineam, sive commentarium super evangelia Passionis, & Resurrectionis Christi Domini. Antuerpiæ apud Guilielmum Lesteenium 1646. 4.

Hierarchiam Marianam: ex occasione imaginis Deiparæ virginis olim in Abredonia Scotiæ miraculis claræ, deinde a serenissima Infante Isabella Bruxellarum in templo Augustinianorum collocatæ.

Horizontem Marianum; sive de excellentia, & virtutibus Beatæ Mariæ Virginis: tractatus IX. super totidem ejus festa. Adjungitur X. *De nomine Mariæ.* Antuerpiæ apud Guilielmum Lesteenium 1647. folio.

BARTHOLOMÆUS RODRIGUEZ, parochus præsidiariorum militum Teneramundæ urbis in Belgio, scripsit:

La Vida, y milagros del glorioso S. Roque. Bruxellis 1637. in 16.

BARTHOLOMÆUS RODRIGUEZ, Lusitanus, confecisse dicitur vernacula Portugalliæ lingua:

Grammaticam. Cardosus.

BARTHOLOMÆUS SALVATOR DE SOLORZANO, natus in oppido Medina de Rioseco, edidit:

Libro de Caxa, y manual de Cuentas de mercaderes, y otras personas con la declaracion de ellas. Matriti 1590. in 4. apud Petrum de Madrigal.

BARTHOLOMÆUS SANCHEZ, auctor laudatur:

Interpretationis difficilis Responsi Joannis VIII. Papæ super Irregularitate: & aliorum opusculorum.

Fuit in bibliotheca D. Laurentii Ramirez de Prado.

D. BARTHOLOMÆUS SANTOS DE RISSOBA, natus in oppido San-Ervas campi (Vega vocant) de Saldaña, ex sodali Ovetensis collegii in Salmantina schola, canonicoque magistrali Palentino Almeriensis primum designatus dein Legionensis episcopus ab anno hujus sæculi XXXIII. MS. reliquit, quo idiomate ignoro, librum

De las Obligaciones de los Obispos. Vide Ægidium Gundisalvi Davila in *Theatro Legionensis Ecclesiæ.*

Obiit Bartholomæus ex Legionensi Seguntinus jam episcopus anno MDCLVI. aut sequentis initio.

F. BARTHOLOMÆUS DE SEGURA, Benedictinus monachus Pinciani cœnobii, atque in eo ecclesiastes, theologus & poeta, dedit versibus brevioribus Hispanis, quos a circulo rhythmorum Redondillas dicimus:

La Amazona Christiana, o vida de la B. Madre Teresa de Jesus. Matriti apud Franciscum Fernandez de Cordova 1619. in 8. Dignum certe argumento suo scriptorem opus clamat, elegantia & suavitate plenum.

Idem auctor eſt alterius operis metrici: *De la Vida de S. Julian Obiſpo de Cuenca.* 1599. in 4. apud Michaelem Serrano.

BARTHOLOMÆUS DE TORRES, natus in oppido Rebilla-balaguer Burgenſis dioeceſis, ſacræ theologiæ doctor, in Salmantina academia collegii Ovetenſis toga inſignis philoſophiam profeſſus eſt; indeque Scotum, admiſſus in eam cathedram, docuit, poſtea in Seguntino gymnaſio per vicennium explicuit Angelicum Præceptorem. Merito ſuo (quippe moribus fuit honeſtiſſimis, eximiaque in Deum pietate, adhæc multa doctrina felicique ingenio præſtans) a ſcholaſtico pulvere anno MDLXVI. in Canarienſis eccleſiæ præſulem translatus. Quo tempore jam redierat a peregrinatione Anglica, quo eum Philippus Rex Mariam, ejus regni Principem, accepturus uxorem una cum aliis inſignibus theologis ad ſtabiliendam in Anglis veram & orthodoxam fidem ſecum duxerat. Unde immatura profectione reverſus Regi anſam dederat (uti fama eſt) hominis imbecillitatem arguendi, cui tamen adprobavit fortaſſe ſuum conſilium, qui poſt aliquot annos meruit ad pontificium apicem iſtum adſumi. Ergo Summam D. Thomæ commentariis explanare aggreſſus, in lucem emiſit priore loco, dum Seguntiæ eſſet:

Commentaria in XVII. *Quæſtiones primæ Partis de Ineffabili myſterio Trinitatis.* Compluti apud Quirinum Gerardum 1583. folio. Venetiis iterum apud Juntas edita anno 1588. in 4. Reſiduum hujus primæ partis tunc affirmavit prelo ſe habere paratum.

E vivis ceſſit in ſede ſua menſe Martio an. MDLXVIII.

BARTHOLOMÆUS DE TORRES NAHARRO, patria ex oppido Turri juxta Pacem Auguſtam, naufragio dicitur in Maurorum manus incidiſſe, atque inde Romam, prædibus pro lytro datis, cum Leo Papa X. literatorum Mœcenas, ſacro Romano præeſſet imperio, tranſvectus, plura carmina in vulgus emiſiſſe. At vero in aulicorum vitia, quod carmine etiamnum ſuperſtite dicas factum, ſatyrice nimis invectus, fortaſſe opus habuit cedere urbe, Neapolimque concedere. Fabricio ibi Columnæ domeſticus fuiſſe videtur, ſiquidem opus, de quo mox dicimus, Ferdinando, Peſcariæ marchioni, hujus Fabritii genero, per id tempus offerens Domini ſui vocabulo ſocerum compellat. Vir fuit (quatenus Meſſineri cujuſdam Aurelianenſis fide ad poſteros deſcendit, cujus quidem epiſtola eſt Naharri *Propalladiæ* præfixa, B. Aſcenſio Pariſienſi poetæ nuncupata) ſpecie affabili, ſtatura grandiore, modeſto & gracili corpore, inceſſu gravis, verbis parcus, & non niſi præmeditata & quaſi in ſtatera librata prius verba emittens, vitiorum omnis generis hoſtis, virtutumque omnium cultor eximius. Grande autem ab eo additum Hiſpanorum ſermoni ornamentum illa ætas non ſine admiratione (ut ipſe teſtatur Meſſinerius) in confeſſo habuit, quo nempe ait factum ut quæ alias barbara audiebat, Græcæ Latinæque linguarum excellentiam in multis peſſumdare videretur. Sacris eum fuiſſe initiatum apparet ex Leonis P. M. impetrato ad typorum uſum diplomate. Extat unicum ejus hodie miſcellum opus:

Propalladia. Hiſpali a Jacobo Cromberger edita anno 1520. Nempe, ut ipſe libri reſolvit titulum ἀπὸ τοῦ πρώτου, quod eſt *primum*, & *Palladis*, quæ eadem Minerva eſt literarum numen creditum, appellatione: quaſi prima & imperfecta adhuc Palladis opera, muſarumque tentamenta producantur. Continet collectio hæc variorum carminum *epiſtolas* quaſdam, *lyricaque* ſive *erotica opuſcula*, præſertimque *comœdias ſeptem* verſibus conſcriptas, aliaque.

Comedia llamada Aquilana, & poſt eam *Propalladia* edita fuit etiam in eadem Hiſpalenſi urbe anno 1533. 4.

BARTHOLOMÆUS VALENTINUS DE LA HERA ET DE LA VARRA, juris canonici ſtudioſus, nomine ſuo, ſed nec diſſimulans verum operis auctorem Petrum de la Hera, fratrem ſuum germanum, publicavit:

Repertorio del Mundo, particular de las esferas del Cielo, y orbes elementares, y de los tiempos, mudanzas, y paſiones del ayre. 1584. in 4.

BARTHOLOMÆUS DEL VALLE, liberalium artium magiſter, medicuſque doctor, in Salmantina academia profeſſor erat publicus aſtrologiæ cum commentatus eſt ſuper duorum cometarum anni MDCXVIII. ſignificatione, edito libro:

Explicacion, y Pronoſtico de los dos Cometas. Granatæ 1619. 4.

F. BARTHOLOMÆUS VALPERGA, Balearicus, neſcio cujus ordinis, atque item epiſcopalis ut videtur dignitatis, ſcriptor *Vitæ Sanctorum* a Vincentio Mut volum. II. lib. VIII. cap. VI. *Ballearicæ Hiſt.* laudatur.

BARTHOLOMÆUS DE VALVERDE ET GANDIA, quem Villena urbs protulit Caſtellæ, Valentino regno finitima, ſacræ theologiæ doctor, multiplicis doctrinæ merito ſub Regibus noſtris Carolo & Philippo, quibus fuit a ſacris, excelluit. Præcipue vero in

in ea parte ſtudii theologici curas ſuas collocaſſe videtur, quæ adverſus fidei hoſtes contentionis utiliſſimæ atque honeſtiſſimæ funem trahit. Doctus adhæc literas Græcas & Hebraicas, quarum teſtimonio perſæpe utitur, Romæ degens Sixto Pontifici M. hujus nominis V. antequam renuntiaretur, nec minus poſtquam gradum hunc ſupremum Eccleſiæ obtinuit, notus fuit atque in pretio habitus. Hominem commendant ſequentia ſcripta:

Ignis Purgatorius poſt hanc vitam e Latinis Patribus orthodoxis, Hebræorumque doctiſſimis aſſertus. Cui præcedit operi:

Pro Igne purgatorio, Sanctorum interceſſione, ſacrificiis, ſuffragiis, & oblationibus; pro aris, & imaginibus, vaſis, & veſtibus ſacris, ac ſacerdotiorum ordinibus, ritibuſque ſacrorum, atque adeo externis omnibus Catholicæ Eccleſiæ cultibus, & cæremoniis Apologeticum breve. Ad Gregorium XIII. P. M. Item:

Ad Quæſtiones, ſive propoſita Wenceslai a Wertzoviz Equitis Bohemi de jejunio Quadrageſimæ, & verbo Dei ſcripto & non ſcripto Reſponſio. Necnon &:

Ex Sanctis Patribus Nomologia, ideſt inſigniores aliquot ſententiæ, quibus & Catholici in fide confirmantur, & qui ab Eccleſia diſceſſerunt redarguuntur, & ab errore revocantur. Omnia ſimul Patavii 1581. Venetiiſque 1590. 4.

Salomonis de forti muliere Alphabetum (hoc eſt, locus e Proverbiis *Mulierem fortem quis inveniet*, &c.): *tribus commentariis illuſtratum, atque explicatum, nempe de Deipara Virgine, de Anima humana, & de Matrefamilias*: ad Sixtum V. Papam. Romæ in officina Sanctii & ſociorum 1589. 4.

Cypriani Cœna emendata, atque explicationibus illuſtrata. Pragæ 1579. 4.

Inedita reliquit, de quibus eidem de ſuis lucubrationibus teſti credimus:

In Cantica Salomonis commentarios.

ΣΠΟΥΔΑΣΜΑΤΩΝ (hoc eſt Studiorum) xxx. libros, quos quidem editioni ſe habere paratos, ac Sixti V. nomine inſignitos ajebat ipſe anno MDLXXXIX. certe ante hoc tempus publicandos, niſi deſiderium ejus (quod ille ait) injuſtiſſime quidam retardaſſent.

Epithalamium in nuptiis Philippi II. & Annæ Regum Hiſpaniæ: ſervatur MS. in bibliotheca Olivarienſi. Fuit olim D. Ludovici de Caſtilla.

Admonitiones quaſdam contra Talmud, & explicationem temperamenti Sanctiſſimi Domini: *MSS.* in bibliotheca Ambroſiana eſſe referunt.

F. BARTHOLOMÆUS DE VEGA, ordinis Prædicatorum, emiſit foras:

Computo Ecleſiaſtico. Pampilone anno 1588. 8. Luſitanum ajunt Luſitani, ac de VEIGA more gentis appellant.

F. BARTHOLOMÆUS DE VILLALVA, ſcripſit:

Sangre triunfal de la Igleſia en las Vidas de los Martyres. Matriti 1672. folio.

F. BARTHOLOMÆUS DE LA XARA, ordinis Minorum provinciæ Bæticæ, ſcripſit:

Explicacion de los caſos reſervados. Hiſpali 1642. in 8. Lucas Waddingus.

BARTHOLOMÆUS XIMENEZ PATON, in Almedina oppido diœceſis........ natus, literarum omne genus præcipue humanarum profeſſus fuit, & multiplicibus commentariis rem grammaticam, rhetoricam, philologicam promovit, doctis quidem & laborioſis, quæque auctorem ſuum cum non vulgari eruditionis ſacræ & profanæ commendatione tranſmittent ad poſteros. Notarius fuit Apoſtolicorum Religionis judicum in Murciæ regno, curſorumque in oppido Villænovæ Infantum, quod credere ipſi debemus, magiſter: Correo mayor de Villanueva de los Infantes nos dicimus. Edidit:

Eloqüencia Eſpañola en Arte. Toleti 1604. in 8. quæ quidem in partem mox ivit majoris operis rhetorici, quod ſic inſcriptum prodiit:

Mercurius Triſmegiſtus, ſive de Triplici eloquentia, Sacra, Eſpañola, Romana. Beatiæ 1621. 4.

Perfecto Predicador. Beatiæ 1612. 8. apud Marianam de Montoya.

Epitome de la Ortografia Latina, y Caſtellana. Beatiæ 1614. in 8. apud Petrum de la Cueſta.

Proverbios concordados: hoc eſt, *Alphonſi de Barros* Segobienſis *Proverbia moralia metrica, Philoſophorum, Poetarumque ſententiis illuſtrata.* Beatiæ apud Petrum Cueſta 1615. in 4. Oliſipone 1617.

Diſcurſo de la Langoſta, que en el tiempo preſente aflige, y para el venidero amenaza. Beatiæ 1619.

Declaracion magiſtral de varios epigramas de Marcial. Villænovæ Infantum 1628.

Vitorias del Arbol ſacro: ſive de laudibus Sanctæ Crucis.

Decente colocacion de la Santa Cruz: ſive de abuſu affigendi, aut depingendi quovis loco ſalutare hoc ſignum. Conchæ apud Julianum de Eccleſia 1625. 4.

Diſcurſo en favor del ſanto, y loable eſtatuto de la limpieza: quod excludit a quarum-

dam ecclesiarum & collegiorum sodalitate eos qui ex majoribus Mauris aut Hebræis procedunt. Granatæ 1638.

Discurso de los tufos, copetes, y calvas. Beatiæ 1639. 4.

Declaracion preambula del Psalmo CXVIII. Beati immaculati in via &c. Granatæ 1633. 4.

Historia de la Ciudad de Jaen, y de algunos Varones famosos hijos de ella. Giennii apud Petrum Cuestam 1628. 4. Cui formandæ auctor fuit nostro Petrus Ordoñez de Ceballos schedis suis manuscriptis hujusmet argumenti ad eum remissis, de quo nos in mentione illius.

Varia Martialis Epigrammata interpretatus est, interpretationesque in vulgus emisit: v. g. *Epigramma XX. lib. IX. Laudas balnea versibus trecentis : LX. libri IV. Ardea solstitio, Pæstanaque rura petantur : XXVII. lib. X. Natali, Diodore, tuo*, &c. Item *XXIX. libri III.* Necnon & *Juvenalis* horum versuum *Sat. VI. Adamas notissimus, & Beronices in digito factus pretiosior.* Granatæ 1633. 4. Conchæ 1632. 4. Nescio an diversum opus sit a superioribus *Las Institutiones de la Grammatica Española*, & *Institutiones Rhetoricæ latinæ.* Certe Institutiones Grammaticæ istæ prodierunt Beatiæ apud Petrum de la Cuesta in 8. D. Sebastiano Covarrubiæ Horozco, *Thesauri Castellanæ linguæ* auctori, nuncupatæ.

BASILIUS.

F. BASILIUS DE ARCE, Benedictinus monachus, foras dedit:

Historia del origen de la maravillosa Imagen de la Casa de Nuestra Señora de Sopetran, &c. Matriti apud Alphonsum Martin anno 1615. in 8.

F. BASILIUS DE FARIA, Olisiponensis, Carthusianorum sodalis, lustrico nomine BALTHASAR DE FARIA SEVERIM, loco nobili natus, virtutibus tamen clarior, qui cum cantor esset Eborensis ecclesiæ, fugit in ejusdem urbis Carthusiensem domum ut Deo tantum sibique viveret. Excelluisse is dicitur in mathematicis quibusdam disciplinis: Latine admodum disertus, Gallice atque Italice doctus, politicarum rerum non mediocriter gnarus. Georgius certe Cardosus in *Agiologio Lusitano*, qui hominis his cum laudibus meminit, edidisse eum scribit (v. die Augusti pag. CDXL.):

Artem brevem linguæ latinæ.

Sobre el desempeño del Patrimonio Real del Reyno de Portugal.

De las ceremonias de la Misa.

Vida de S. Bruno: quæ edita fuit, & ea quidem pars est *Historiæ Carthusiani ordinis*, quam de tempore XII. priorum generalium præfectorum absolverat.

Excessit e vita die V. Aprilis MDCXXV. ætatis LXVI.

F. BASILIUS LOPEZ, Cisterciensis in Vallis Ecclesiarum monasterio sodalis, composuit ediditque:

Calle de amargura; como habemos de seguir a Christo, y meditaciones de su pasion. Matriti apud viduam Alphonsi Martini 1622. 8.

F. BASILIUS DE MOLINA, Sanctæ Mariæ Hortensis, quod celeberrimum est in Castellæ regno ad limites Aragoniæ Cisterciensium cœnobium, monachus, in Italia peregrinatus, lectaque Ferrariæ theologia, rediit in patriam, vixitque viris principibus carus. Scripsit (Latinumne opus ignoro):

De immunitate Ecclesiarum, ac præcipue Monasterii sui Hortensis librum unum, Matriti excussum 1607. in folio.

In schedis etiam reliquit:

Historia del Monasterio de Huerta. Intercessit namque editioni mors auctoris anno MDCXVII.

F. BASILIUS PONCE DE LEON, Granatensis, quam ipse urbem caræ sibi patriæ compellare nomine in *Quodlibetis* suis *Theologicis* non dubitavit, matrem habuit Menciam Varelam, Ludovici illius Legionensis summi viri consanguineam, unde nepos istius noster audit. Parentem Rodericum Poncium Legionensem, Baileni comitem, tribuit ei, nescio an satis idonea conjectura ductus, Thomas Herrera Augustinianus in *Cœnobii Salmantini Eremitarum Historia*; at quo loco is editus fiet, magnum patriæ suorumque, magnum Hispanæ gentis decus vixit. Divi Augustini habitum solemni professione cum induisset Salmanticæ, diuque sodalibus in Complutensi collegio lectorem se theologiæ præstitisset, ineuntis sæculi hujus anno quinto Salmantinum gymnasium scholasticorum munerum adiit petitor, brevique, alterumque altero gradum urgente, Scotum, Thomam, Durandum interpretandi e propriis quemque cathedris partes suscepit. Deinde & Augustini Antolinez, primarii lectoris emeriti, vicem sustinere jussus anno MDCXXIIII. quasi initiatus est summo huic theologicæ facultatis culmini ut in decedentis locum biennio post acciperetur. Rexit & academiam integram cancellarii nonnumquam munere: vir, si eruditionem spectes sacræque totius doctrinæ peritiam, nemini secundus; si ingenii acumen & amœnitates, si judicii nervos, si tandem eloquentiæ vires, cum paucis comparan-

randus. Nec ſchola ipſum ſibi tot annos mancipans in cauſa fuit quo minus de re ſacra optime concionaretur; nec item ſcientia theologica, adeo ampla & per omnes ſui partes exactiſſime ab eo comprehenſa, præjudicare ſtudio canonum potuit, nam & hujus lauream artis non dedignatus fuit theologus ambire & ſuſcipere. Nihil horum non oſtendunt illius ſcripta, nempe:

De Sacramento Confirmationis liber ſingularis. Salmanticæ 1630. folio: quem deinde correctiorem, & annotationibus in margine illuſtratum dedit typis Lovanienſibus Petrus Damaſus de Coninck, ejuſdem ordinis, anno 1642. in 4.

De Impedimentis Matrimonii tractatus: ad Alexium Meneſium, Bracharenſem antiſtitem. Salmanticæ 1613. quem deinde ſequentis operis partem fecit:

De Sacramento Matrimonii lib. XII: ad Ferdinandum Hiſpaniæ Infantem S. R. E. cardinalem. Salmanticæ 1624. in folio. Cui acceſſit appendix *De Matrimonii Catholici cum hæretico*. Bruxellis quoque typis Joannis Meerbecii 1627. Lugdunique 1640. folio.

De Aquæ, & Vini converſione Sacramenti Euchariſtiæ diſputatio. Salmanticæ 1622.

Variæ diſputationes ex utraque Theologia ſcholaſtica, & expoſitiva: ad D. Franciſcum Gomez de Sandoval, Lermæ ducem: ſive *Quodlibeticæ* (ut academicum verbum eſt) *Quæſtiones*. Salmanticæ apud Antoniam Ramirez 1600. in folio, & 1611. In his princeps eſt: *De Agni typici immolationis legitimo tempore*, in qua ſcilicet diſputatione initio lunæ decimæ quartæ, hoc eſt nocte feriæ quintæ, immolatum fuiſſe a Judæis & a Chriſto ſolemniter agnum, quod olim a Luiſio Legionenſi dictum plures impugnaverant, acriter defendit. At hic tractatus ſeorſim etiam prodiit Matriti anno 1604. Ceteræ quæſtiones utiliſſimæ, ingeniique & bonæ frugis plenæ ſunt.

Celeberrimæ Academiæ Salmanticenſis de tenenda & docenda doctrina SS. Auguſtini, & Thomæ Aquinatis judicium, ſtatuto juramentoque ſolemni firmatum, & contra impugnantes propugnatum noſtri Baſilii nomine inſignitum prodiit in lucem Salmanticæ, Romæ, Duacique, Pariſiiſque apud Simeonem Piget 1657. 8. ex quarta editione. At etiam vernacule:

Primera parte de diſcurſos para todos los Evangelios de la Quareſma, duobus tomis. Salmanticæ apud Didacum de Cuſſio 1608. in folio. Barcinone apud Joan. Amello 1610. 4. Quos Italice dedit Octavius Cerrutus a Caſali Montisferrati, editos Venetiis 1614. in 4. Gallice alius, neſcio quis, in 8.

Invidit nobis mors auctoris intempeſtiva opus, quod abſolutum ſe habere, ac propediem editurum in *quæſtione quarta expoſitiva* teſtatus eſt, nempe:

In Apocalypſin Commentarios; imo & alium tractatum:

De inſidiis licitis: ad quem ſeſe auctor refert dum de conjuge tractat adulteram uxorem occidente lib. IX. *de Sacramento Matrimonii* cap. XV. in fine.

Summo enim omnium mœrore in ipſa urbe Salmantica legem mortalitatis, ea parte qua mori potuit, explevit anno nempe MDCXXIX. uno adhuc minor ſexagenario, & quod nec prætereundum eſt, ipſa Divo Auguſtino patriarchæ ſacra die IV. kalendas Septembris. Unde momentum ſibi deſumpſit carminis & argumentum D. Antonius Calderon, ſummus & ipſe theologus qui Scotum per id tempus inibi docebat, in hoc epigrammate:

Cur Leo morte jacet gelida frigenſque rigenſque,
Quando flammigero cuncta leone calent?
Menſe ut quo Phœbus percurrit ſigna leonis,
Percurrat Phœbum, ſcandat & aſtra Leo.
Cur quæ Auguſtinum meruit ſibi tollere lux, hæc
Permiſſa eſt etiam tollere Baſilium?
Certe vivebat rurſum Auguſtinus in illo,
Ergo ſuum quod erat vendicat illa ſibi.

Hujus & *Fama poſtuma* vario carmine Hiſpano ſcripta collectaque opera Franciſci de Montesdoca prodiit Salmanticæ anno 1630. in 4. Hominem valde commendant viri doctiſſimi: inter eos Antonius Diana, in *Indice Auctorum*, quibus in *Summa* uſus fuit eique præfertur, *Theologum* vocat *eminentiſſimum*.

D. BASILIUS DA SILVA, Luſitanus, Conimbricenſis, ordinis Canonicorum Regularium regni Portugalliæ, ſemel atque iterum generalis præfectus, ſcripſit vernacule:

Tratado de oraçoẽs o ſoliloquios pera antes e deſpois da ſagrada Communiaõ: qui ineditus remanſit defuncto eo (uti refert Cardoſus in *Agiologio Luſitano* XX. Aprilis) anno MDLXXIX.

F. BASILIUS DE TERUEL, Cappuccinus, ab ea nobili Aragoniæ urbe ut veroſimile eſt oriundus, provinciæ Valentiæ aliquando diffinitor, edidit:

Para ayudar a bien morir librum. Valentiæ apud Hieronymum de Villagraſſa 1669.

Colectanea Sacra. Madriti ſecundum apud Didacum Diaz de la Carrera 1658. Hæc tamen diſimulato auctoris nomine, uti & ſequentia:

Traduccion de la vida del ſegundo Alexo: quam Italice ſcripſerat Antonius delle Grotte. Valentiæ apud Villagraſſa 1659.

Diſcurſo hiſtorial ſobre que S. Franciſco no fue

fue Religioſo, ni profesó la Orden de S. Aguſtin. Neapoli 1660. apud Dominicum Macerinum.

Sumario de las Indulgencias concedidas a la Orden de S. Franciſco : quod extat in editione Regulæ Capuccinorum Matritenſi 1658. apud Didacum Diaz.

Notas que ſe deben guardar en leer el Martirologio ſegun ſu Rubrica 4. Omnia ſine auctoris nomine.

BASILIUS VAREN DE SOTO, Matriti ex patre Burgundo natus, in ſodalitio Clericorum Regularium Minorum ſacræ theologiæ lector, provinciæque Hiſpaniæ aliquando præfectus, poſt munus aſſiſtentis (ut vocant) generalis Romæ exercitum delectatus fuit vertendis in vernaculam linguam principibus Italiæ hiſtoricis. Scilicet dedit Hiſpanice:

La Guerra de Flandes eſcrita por el Cardenal Bentivollo. Matriti apud Franciſcum Martinez 1643. folio.

Hiſtoria de las Guerras civiles de Francia eſcrita por Henrico Catarino Davila. Ibidem apud viduam Caroli Sanchez 1651. folio.

Tandem ſupplementum confecit *Hiſtoriæ Cæſarum* Petri Meſſiæ Hiſpalenſis, ediditque ſic inſcriptum:

Hiſtoria Imperial, y Ceſarea del Cavallero Pedro Mexia continuada con las vidas de los ultimos ſiete Ceſares Auſtriacos deſde Carlos V. haſta Ferdinando IV. Matriti apud Melchiorem Sanchez 1655. folio.

Addiciones a la Hiſtoria del Padre Juan de Mariana haſta el año de MDCLXIX.

Parat editioni:

Arte Hiſtorial.

Obiit principio anni MDCLXXIII. poſtumam relinquens vulgarem aliam interpretationem, quæ edita fuit eodem anno ſub nomine tamen Didaci de Soto, presbyteri ac theologi, hoc titulo:

Vida del Gran Siervo de Dios Fr. Inocencio de Chiuſa, llamado comunmente el Deſcalzo de Santa Ana, Lego de la Orden de los Menores Obſervantes Reformados de la Provincia de Sicilia del Valle de Maſara. Ex Italico Fr. Petri Folognetti Panormitani ejuſdem ordinis. Madriti apud Andream Garziam de la Igleſia in 4.

BEATRIX.

D. BEATRIX BERNAL, quæ quidem bachalauri N. Torres de Gatos conjugem ſeſe appellat, fabulam luſit, fictitium alium heroem reliquis, unde adeo ſibi Hiſpana juventus placet, adjungens, nempe:

La Hiſtoria de D. Chriſtalian de Eſpaña, Principe di Trapiſonda, y de Luciſcanio ſu hermano hijos del Emperador Lindelel. Compluti apud Iñiguez de Lequerica 1566. in fol.

BENEDICTUS.

BENEDICTUS ÆGIDIUS, ſive GIL, Luſitanus, ex Pace Julia, ſeu Beja urbe, I. V. conſultus & advocatus in urbe Oliſiponenſi, magis adhuc Chriſtianis virtutibus quam civilis doctrinæ merito & operum in lucem ab eo editorum poſteritatis memoriæ commendandus, de quo multis agit Georgius Cardoſus in *Agiologio Luſitano* xv. die Maii, protulit foras:

Commentaria in L. Ex hoc Jure D. De Juſtitia, & Jure, hoc eſt, *De univerſa contractuum materia.* Oliſipone duobus voluminibus 1619. & 1621. folio.

Commentaria ad L. I. C. de Sacroſanctis Eccleſiis. Oliſipone 1609. folio.

Tractatum de Jure, & privilegiis honeſtatis. Ibidem apud Petrum Craesbek 1618. 4. Coloniæ 1620. in 8.

Relectionem L. Titiæ, ſi non nupſerit D. de Cond. & dem. Oliſipone 1608. 4.

Directorium Advocatorum : quod tamen prodiit poſt auctoris obitum, commendaturque ab Emmanuele Mendez de Caſtro in Praxi Luſitana pii magis quam docti elogio.

Hortulum Animæ. Oliſipone 1615. 8.

Luſitana autem lingua:

Expoſiçaõ ſobre o Pater noſter. Ibidem anno 1616. 8.

Expoſiçaõ ſobre a Ave Maria. Anno 1618. 8.

Expoſiçaõ ſobre a Salve Regina. Anno 1617. 8.

Denatus eſt vi. die Maii MDCXXIII. *Doctiſſimus vir pariterque piiſſimus* (ut laudatum dimittam verbis Iſidori da Luz ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis *De Conceptione* lib. iii. num. 1460.) *cujus ſanctitatis plurima exempla habemus, præcipue in continuis eleemoſynis, templorum frequentatione, & pauperum patrocinio* &c. quæ verba leguntur in laudato *Agiologio.*

F. BENEDICTUS DE ALARCON, Bellomontanus, monachus & aliquando abbas monaſterii de Moreruela ſacræ familiæ Ciſtercienſis, necnon & Matritenſis Sanctæ Annæ domus, parabat pluribus diſtinctum tomis opus, quorum primus dumtaxat lucem vidit, de fide tractans, hac inſcriptione:

Theatro de virtudes. Pinciæ apud Franciſcum Fernandez a Corduba 1622. in 8.

Tranſcripſit etiam ex Luſitanico in Caſtellæ proprium ſermonem:

Los Sermones de Adviento, y Quareſma del Doctor Diego Paiva de Andrada. Matriti 1617.

1617. in 8. ex officina Ludovici Sanchez.

F. BENEDICTUS ALVAREZ, Cisterciensis monachus monasterii Vallis-Ecclesiarum, patriarchæ sui Bernardi libros duos *De diligendo Deo*, ac *de Interiore domo* in vernaculum vertit, atque edidit Matriti anno 1616. in 8.

Talavera municipio oriundum affirmat D. Thomas Tamajus.

F. BENEDICTUS ALVAREZ, Benedictinus monachus ex Sancti Facundi monasterio, scripsit:

Apologia en defensa de la antigüedad que tiene la confirmacion de la orden de San Benito. Matriti 1636. 4.

BENEDICTUS ARIAS MONTANO, quonam loco natus haud perspicuum est, nam & se ipse libris editis, sive a natali sive ab altrice urbe, Hispalensem cognominare solet. Nortobriga autem oppidum (id est nunc Frexenal Pacensis dioecesis) civem suum constanter ac secundiore fama usque hodie jactat, quod confirmari video a Cypriano de Valera in præfatione *Bibliorum Hispanorum* editionis Amstelodamensis anni 1602. qui idcirco ait Montani cognomentum a nostro assumptum, cum ipse esset Benedictus Arias, ut cognomentum patrii loci (quod Frexenal de la Sierra vulgo dicitur) explicaret; id quod ex Valera observatum annotavit in *Opusculis* suis *variis* cap. XXXIX. Paulus Colomesius. Atque item in his quæ hominem sibi arrogant urbs Xereziensis, ab Equitibus cognominata, nomen suum profitetur. Interim sinamus nos, ne veritati præjudicium aliquod temere hinc nascatur, ita ut olim de Græco poeta septem civitates sic plura inter nos oppida de summi theologi poetæque divini patria digladiari. Nobilibus quidem hunc parentibus ut audio, sed inopibus natum, cum justæ fuit ætatis, civitas Hispalis suscepit expensis gratuitis alendum, doctrinisque imbuendum. Excitaverat enim quosdam illius urbis cives ad id officium pueri indoles ingeniumque, vultu ipso emicans. Post tyrocinium grammaticæ philosophiæque artium, jam theologiæ par cujus studio semper flagraverat, in scholam Complutensem doctrinæ hujus florentissimam contendit. Sodalem hic trilinguem egisse dicitur, in qua æde velut in proprio loco germanam illius trium linguarum cognitionem comparare sibi in voto habens, incredibili ardore animi ad hoc maxime nati, feliciffimoque conspirantium genii atque industriæ successu fecit se brevi compotem voti. Græcæ namque & Latinæ eruditionis, Syrorumque & Chaldæorum atque Arabum linguæ sciens, in eruendos maxime Hebraicos divinorum librorum thesauros cum vires ingenii, tum actiones omnes fere contulit, unde Hispania nostra & sacræ scientiæ hoc studium nova, & majore quam hactenus, accessione cumulatissimi honoris & laudis locupletata est. Vulgarium insuper ab his Gallicæ, Belgicæ, Germanicæ, Anglicæ atque Italicæ, beneficio temporis & peregrinationis, cognitione non caruit. Plane ordinem Divi Jacobi equestrem inter sacerdotes suscepisse eum hoc tempore, cum renunciatus jam theologus doctor academia excessisset, æquum est judicare. Constat saltem ex eo sodalitio Italicæ sacræ peregrinationis desumptum comitem ac socium theologum a Martino Perezio Ayala, hujusmet ordinis, Segobiensi antistite, quod ei officium præstans in postremo Tridentino conventu totius Ecclesiæ conscriptis patribus ob eminentem eruditionem in pretio fuit. In reditu nihil optatius habuit quam declinata hominum frequentia latere sibi & literis, sacrorumque librorum meditandæ atque illustrandæ lectioni. Quo consilio secretum quoddam Bæticorum montium atque amoenissimum juxta Aracenam locum, qui hodieque in memoriam hospitis avide frequentatur, nidum sibi, ac velut latibulum vitæ ac studiorum jam olim delegerat, justoque ædificio cônstruxerat. Verum publicatis jam aliquot operibus, famaque insignis doctrinæ satis notum non diu post Philippus Rex Secundus, Bibliorum novæ ac Regiæ editionis suscepta egregie cura, non minus quam ceteris præcellentibus suis gestis magnus, ad se vocavit, in Belgiumque, Albani ducis tunc provinciam, ire jussit operi atque operis præfectum. Id ut commodius ageret viri eruditione præstantes in partem laboris adsumpti sunt. Lucem typorum cômmodavit Christophorus Plantinus, typographorum oculatissimus, summa & incredibili futura, si non ipsa loquerentur monumenta, ad posteros fide. Officio jam defunctus noster, ne famæ inauspicato se opusque recens nota sua percussum committeret, Romam pervolavit, Regioque nomine ac suo Biblicum hoc systema, locupletius Complutensi atque emendatius, Gregorio hujus nominis XIII. Papæ Latina elegantissima oratione obtulit. Hujus temporis est elogium de eo factum a Joanne Verzosa, in Urbe tunc commorante, cujus paulo infra meminimus. Reversus in Hispaniam merita apud Regem maximum gratia floruit, ditatus ab eo ecclesiasticis pensionibus, ad summam usque bis mille ducatorum, tandemquè laicali beneficio quodam (encomienda de Pelai Perez vulgo vocant) ejusdem ordinis D. Jacobi, quod quidem hodie aggregatum est coe-

no-

nobio Hispalensium sodalium, annuente ad id in gratiam Montani, ejus domus præfecti, diemque suum in eadem obeuntis, Philippo. Sacrum quoque ministerium Regi præstitit, a quo & in recenter Laurentio martyri sacram ædem juxta Escuriale oppidum docturus commorantes ibi S. Hieronymi sodales sacram eruditionem fuit destinatus. Nec tamen secunda viri existimatio deterruit quosdam, in hisque Leonem Castrium Pincianum canonicum, *Commentario in Isaiam Prophetam* eruditissimo aliisque abunde spectatum, quocum noster Montanus pro defendenda Hebraicorum librorum integritate, quos perviciaciter ille aversabatur, multum ac diu decertavit, adeo ut Romam proficisci ad causam dicendam (si qui id jactant falsi non sunt) nec semel tantum necesse habuerit. Mors tandem anno MDC. XI. kalendis Junii dignum immortali vita, sed mactum jam immortali fama, virum nobis eripuit, jacetque in cœnobio Hispalensi, cui præfuerat, honorifice sepultus. Librariam suppellectilem manuscriptam Laurentinæ Regiæ bibliothecæ, typis editam legavit sodalibus, reliquorum autem heredes bonorum Carthusianos ejusdem urbis monachos nuncupavit, inter quos secessum sibi & latebras destinatæ jam cellulæ, imperturbato fruiturus otio, divinaque magis per dies amans & sitiens, comparaverat. Pusilla fuit statura sed bene compacta, & quam dedignari non posset hospes animus. Vino semper abstinuit epulisque largioribus. Cœnabat in die semel, idque noctu, præter breviorem meridianum cibum, qualem vel nunc jejunantes conciliaturi somnum sumimus, diurnas horas omnes ut in exercitia pietatis ac studiorum impenderet. Diebus festis carmine plerumque sacro, nonnullisque aliis humaniorum disciplinarum exercitationibus, a superiore commentandi in libris sacris cura veluti feriabatur. Inter enim sui sæculi poetas nemini palmam detulit, meritus ob id lauream (quod ritu etiam apud nos academico invaluit) poeticæ artis apud Complutenses. Quamdiu tandem per alias occupationes licuit prædium ipse rusticum, quod interpellantibus vacuum esset, seu verum potius musarum cœlestium atque Apollinis sacri domicilium, habitare solitus, tot inde ad nos elegantissima, eruditissima, piissima opera, quæ antiquitatem omnem provocant, emanare fecit. Quorum en catalogus:

Commentaria in XII. Prophetas: ad ecclesiam Catholicam, illiusque Pontificem summum, & legitimos ministros. Antuerpiæ apud Plantinum 1571. in folio. 1582. 4.

Elucidationes in quatuor Evangelia. Ibidem in 4. 1575. Simulque editæ sunt:

In Acta Apostolorum elucidationes.

In omnia Sanctorum Apostolorum scripta: Simulque:

In D. Joannis Apostoli, & Evangelistæ Apocalypsin significationes. Ibidem anno 1588. 4.

De varia Republica, sive commentaria in librum Judicum. Ibidem 1592. 4.

De optimo Imperio, sive in librum Josue Commentarius. Ibidem 1583.

Antiquitatum Judaicarum libri IX. Lugduni Batavorum typis Raphelengii 1593. in 4.

Liber generationis, & regenerationis Adam, sive de Historia generis humani, operis magni pars prima, idest, anima. Antuerpiæ apud Plantinum 1593. in 4. Parabat etenim hujus historiæ sive operis duas alias partes, inscribendas nempe *corporis* & *vestium* nomine, quarum cæmenta in schedis manserunt.

Commentaria in Esaiæ Prophetæ sermones. Antuerpiæ apud Balthasarem Moretum 1599. 4.

Commentaria in XXX. priores Davidis Psalmos. Ibidem apud eumdem 1605. in 4.

Dictatum Christianum, sive aureus de Christi vita, ac doctrina libellus. Antuerpiæ 1575. in 12. quem Galli habent Gallice conversum, Antuerpiæque editum 1579. in 8.

Fecit & in magnum Bibliorum corpus *Apparatum*, adjecitque e suo in ultimo volumine sequentia:

De Hebraicis Idiotismis: *De Arcano sermone*: *De Actione, sive Habitu*: (de cujus libri utilitate Possevinus lib. II. *Bibliothecæ* cap. XIX.) *De Sacris ponderibus, atque mensuris*: *De sacra Geografia*: (ubi de gentium sedibus primis, de duodecim gentibus, & terræ promissæ partitione) *De sacris fabricis*: *De sæculis, & temporibus*, cum tabulis, picturisque artificiosissimis. Quod quidem opus *Apparatus sacri* minori forma & impendio recudit Lugduni Batavorum Franciscus Raphelengius anno 1593. in 4.

Carmine autem elegantissimo lusit argumenta sacra ista:

Davidis Regis, ac Prophetæ, aliorumque sacrorum vatum Psalmos ex Hebraica veritate in Latinum carmen observantissime conversos. Antuerpiæ apud Plantinum 1574. in 4.

David, seu virtutis exercitatissimæ probatum Deo spectaculum ex Davidis Pastoris, Militis, Ducis, Exulis, ac Prophetæ exemplis, auctore meditante ad pietatis cultum propositis. Nempe Montanus octo & quadraginta picturas de Davidis historia, ut erat elegantis ingenii & rebus hujusmodi sacris maxime delectabatur, Antuerpiæ in æs incidi curavit, additisque ad singulas icones ne mutæ essent tetrastichis suis, anno 1575. ibidem emisit. Postea vero cum in manus Matthiæ Bergii liber hic, quem utilissimum putavit, in-

incideret explicationem prosaicam adjecit, discipuloque suo Conrado Ritherhusio, inter alia sua opera eidem legata, edendum novis formis reliquit in officina Francofurtensi Paltheniana anno 1597. in 4.

Monumenta humanæ salutis decantatæ: hoc est, pulcherrimas utriusque Testamenti figuras vario carminis genere explicatas. Ibidem 1571. in 8.

Speculum vitæ, & passionis Christi. Ibidem 1573.

Hymnos, & sæcula, sive Poemata sacra: tomis quatuor in 16. apud eumdem Plantinum anno 1593.

Rhetoricorum item libros quatuor: carmine heroico, quibus *adnotationes* adjecit Antonius Morales, episcopus Mechoacanensis. Ibidem 1572. in 8.

Scripsit & alia promiscua:

Correctorium Indicem librorum; jussu Philippi Regis, & Albani ducis, Belgarum præfecti, qui editus est ibidem in 8.

Aforismos sacados de la Historia de Cornelio Tacito. Barcinone 1614. in 8. apud Sebastianum Mathevad.

Itinerarium Benjamin Tudelensis Judæi: ex Hebræo a se in Latinum conversum, edidit quoque apud Plantinum 1575. 8. Quod quidem credebat ipse majoris apud Alexandrinos Hebræos adservati operis compendium; at id denuo recoctum est cura Constantini l' Empereur, Hebreæ linguæ professoris Leidensis, Hebraiceque simul atque Latine adjectis annotationibus publicatum Lugduni Batavorum anno 1633. in 8. apud Elzevirios.

E nostris Montanum cumulatissima laude afficiunt Ambrosius Morales in prolegomenis secundæ partis *Historiæ Hispaniæ*, titulo *De los libros antiguos*: aliique. Exterorum quamplurimi, & in his Aubertus Miræus canonicus Antuerpiensis in *Justi Lipsii* elogio. Plures *Phenicem sui temporis* vocant, & inter alios Joannes Saubertus in præfatione editionis libelli Jacobi Judæ Leonis Hebræi *de Templo Hierosolimitano* Helmestadii editi anno 1665. Andreas Masius in nuncupatoria epistola ad Regem Catholicum Philippum II. suorum *in Josue Commentariorum*, *virum* vocat *insignis pietatis, summæ prudentiæ, incredibili omnium artium disciplina, linguarum peritia ornatissimum*; & ejusdem Masii mortem referens Henricus a Weza, Cliviæ comiti a consiliis, in epistola quadam ad Christophorum Plantinum, Benedicti Ariæ recordatus, quem inter paucos Masium amasse ait, *reverendum virum* eum appellat, *pietate, virtute, doctrina præstantissimum.* At quantam hominis laudem continent hi Joannis Verzosæ versus de Aria Romæ peregrinante ad Christophorum Plantinum scribentis lib. 4. *Epistolarum.*

.... Vivit in Urbe
Purpureis Arias jam carus: libat amicas
Cum nostro Oratore dapes dulcissimus hospes:
Levinum ac Jossam sibi consuetudine jungit
Jucundos socios: digito monstratur ubique
Indice & hic parvus tã magnus: signa Jacobi
Sumit ab ense rubro, qui vult ostendere quis sit:
Doctrinam & mores faciles miramur in illo:
Marmore perpetuo postes, & Panthea templa,
Et Mausoleum stupet is, fractosque obeliscos,
Necnon barbarie sæcli molem Amphitheatri,
Invidiaque Noti ambesam, stabilesque ruinas,
Sat lætus, nisi quod sine te. Tu jugis ab ore
Illius manas: tu suspiraris, & omnis
Docta domus: Zayas meus & tuus altera cura:
Tertia Becanus, &c.

Præter hæc plurium Ariæ Montani opusculorum exemplum vidimus Matriti in bibliotheca D. Gasparis Ibañez de Segovia, marchionis Acropolitani, amici nostri, forte ex libraria suppellectile Petri de Valentia, quæ hic adjungere non gravabor:

Humanæ rationis exempla illustriora.

Explicatio Orationis Dominicæ.

Parænesis ad mentem propriam ex verborum sacrorum interpretatione composita.

Animadversiones de Hebraicorum Bibliorum varia scriptione, & lectione, atque de vario Interpretum instituto.

Commentaria in Psalmos Davidis: nescio an ab editis diversum opus. Specialem quidem atque eumdem vulgarem in Psalmum L. *Miserere mei* habere se ad me scripsit Didacus Josephus Dormer, amicus noster, Aragoniæ regni historicus.

Commentaria in Evangelium Matthæi. Forte eadem cum editis.

Adam, sive de Humani sensus interprete lingua, communibusque linguarum omnium rudimentis.

De vulgata editione.

Pro Hebraicis exemplaribus, & lingua.

De Proposito Dei.

Notæ in Genesim.

Varia Carmina.

Hispana autem lingua hæc:

Discurso sobre la fundacion que hizo el Rey D. Felipe II. de Monjas de la orden de San Agustin.

Carta a Alonso Ramirez, quando fue hecho Fiscal de Hacienda.

La leccion Christiana, y las obligaciones comunes, y particulares de todos los Discipulos de Christo.

Discurso sobre si los premios merecidos por hazañas son bien o mal dados.

Discurso del dia verdadero de la Pasion de Christo.

Cum his sunt epiſtolæ, quas noſter ad varios, & quas ad Benedictum noſtrum varii ſcripſerunt: pluraque alia ſuper editione Bibliæ Regiæ, & Montani & aliorum operis.

Apologiæ pro ſe ſcriptæ memoriam tantum reliquit, cujus mentionem reperi nuper in opuſculis Pauli Colomeſii, ante paucos annos editis Pariſiis 1668. in 12. *Ob præclaram illam*, ait, *operam in Bibliorum Regiorum editionem inſumptam Benedictus Arias variarum hæreſium apud Rom. Pontificem poſtulatus Apologiam Hiſpanice ſcripſit, quam in expugnatione Caletana ante aliquot annos inventam Angli in patriam ſuam detulerunt, atque in Oxonienſi bibliotheca, tamquam prætioſiſſimum κειμήλιον, etiamnum aſſervant. Exoriatur tandem aliquis qui ejus editionem procuret!* Hæc ille.

F. BENEDICTUS DE ASTE, Matritenſis, Auguſtinianus provinciæ Caſtellæ, atque in ea diffinitor, examinatorque ſynodalis archiepiſcopatus Toletani, præfuit cœnobiis Toletano & Matritenſi, necnon & collegio Complutenſi, ſcripſitque.

Compendio de la Vida del Venerable Padre Fr. Geronimo de Alviano de la Orden de San Auguſtin natural de Tarazona, cuyo cuerpo yace en el Colegio Real de Alcala de Henares de la dicha Orden. Con un breve elogio de la dicha Villa de Alcala, y de los Varones inſignes del dicho Colegio. Matriti typis Regiis 1668. in 4.

Sermones varios. Matriti apud Franciſcum Nieto 1671. 4.

Glorioſo Triunfo en la Canonizacion de Santo Thomas de Villanueva en la Ciudad de Toledo, con todos los Sermones de la fieſta &c. Toleti apud Franciſcum Calvo 1659. in 4.

Vida prodigioſa de Santo Thomas de Villanueva, eſcrita por el Maeſtro Fr. Miguel Salon, añadida por el autor. Matriti in typographia Regia 1670.

Tratado de como ſe ha de recibir la Eucariſtia por Viatico, y la Extremauncion, y lo que ſe ha de advertir al enfermo en eſſe eſtado, con reſolucion de las Qüeſtiones que ſuelen ofrecerſe en eſte tiempo. Matriti 1670.

Manual de la Religion de S. Auguſtin, añadido, y reformado ſegun la Reformacion de Urbano VIII. Ibidem 1667.

Alioſque tractatus de *Indulgentiis & gratiis* conceſſis ſacro Sancti Auguſtini cingulo, ſeu corrigiæ ut vocant, ab anno 1660. ad 1680. aliaque ſcripta, etiam edita, minora, quæ in bibliotheca Sancti Philippi Matritenſis volumine 24. variarum collecta ſervantur. Vivit hoc anno MDCLXXXII. duobus major ſeptuagenario, religioſæ vitæ merito admodum carus.

BENEDICTUS BUSTAMANTE DE PAZ, medicus doctor Salmantinus, ex qua urbe oriundus fuiſſe dicitur, Bononiæ in Italia inter ſodales Clementini collegii Hiſpanorum admiſſus cathedram logicæ artis matutinis horis moderatus eſt, ut conſtat ex Alidoſii Bononienſis tractatu doctorum exterorum, qui Bononiæ theologiam & philoſophiam legerunt, lit. B. pag. 15. Scripſit:

Methodum in VII. Aphoriſmorum libris ab Hippocrate obſervatam, qua, & continuum librorum ordinem, argumenta, & ſchemata declarat. Venetiis apud Aldi filios 1550. 4. Atque eodem anno Pariſiis apud Martinum Juvenem in 16. Obiit in oppido Guadalupe, uti lego in *Relatione* jam laudati collegii ad me inde miſſa.

BENEDICTUS CALDERA, Luſitanus, vertit in Caſtellanam linguam ex Luſitana:

Las Luſiadas de Luis de Camoes: anno 1588. 4. Compluti.

BENEDICTUS DEL CAMPO, medicus doctor, cum in urbe Alcala regni Granatenſis, quam Regiam appellant, faceret medicinam, publicavit:

Commentariolum de lumine, & ſpecie ex Philoſophiæ adytis excerptum; necnon ſuper Adianto obſervationem Græcam pariter & Latinam Pharmacopolis, & Medicis admodum proficuam. Granatæ 1544. 8.

BENEDICTUS CAROLUS QUINTERO. Quærendum verum hominis nomen, qui Hiacynthus Carolus Quintero eſt.

BENEDICTUS DE CASTRO, Luſitanus, edidit Luſitane:

Tratado da Calumnia. Antuerpiæ 1619.

BENEDICTUS DE CASTRO, niſi idem fuerit cum ſuperiore, medicus ſereniſſimæ Chriſtinæ Suecorum & Gothorum Reginæ, ſcripſit:

Certamen Medicum. Hamburgi 1647. in 4.

BENEDICTUS DAZA ET VALDES, Cordubenſis, in ſancto Inquiſitorum Hiſpalenſium tribunali notarius, foras dedit:

Uſo de los Antojos para todo genero de viſtas &c. Hiſpali apud Didacum Perez 1623. 4.

BENEDICTUS DE ESPINOZA (credo ESPINOSA) noſtras eſt, ut ex cognomine apparet. Hujus autem laudatur opus:

Principia Philoſophiæ Carteſianæ demonſtrata inſcriptum. Amſtelodami editum 1663. in 4.

BE-

BENEDICTUS FERNANDEZ, Lusitanus, Borbensis, Societatis Jesu sacerdos, indefessum quamlibet operarium in juvanda proximorum salute perpetuo gesserit, nihilominus quidquid erat ei ab hac cura otii literis fructuosissime impendit. Testimonio sunt ab eo edita opera, scilicet:

Commentationes, & observationes morales in Genesim, tomis III. Lugduni non semel editis apud Horatium Cardon.

Servantur & apud suos manu exarata:

Commentaria in Lucæ Evangelium.

Olisipone obiit anno MDCXXX. ætatis LXIV.

F. BENEDICTUS FERNANDEZ, ordinis Prædicatorum, scripsit cum vicarius esset provinciæ Mixtecæ in Nova Hispania:

Doctrina Christiana en lengua Mixteca. Mexici 1568. 4.

Epistolarum, & Evangeliorum translationem in eamdem linguam tribuit ei Antonius Leonius in *Bibliotheca Indica.*

BENEDICTUS FURTADO, mihi alias ignotus est. Vidimus tamen in schedis MSS. Laurentii Cocci, viri docti, natione Itali, qui Matriti decessit anno MDCLVI. in membranis pulchre exaratum opus, Antonio Augustino Regis Catholici Ferdinandi vicecancellario Aragoniæ nuncupatum, atque ita inscriptum:

De Principum institutis, & regimine: cujus initium erat: *Magnum profecto mortalibus adjumentum* &c. Aliud insuper affirmavit tunc habere se editioni paratum sub eadem tutela: *De re militari.*

BENEDICTUS DE GOES, Lusitanus, Jesuita, dedit foras:

Relacion de la Jornada que hizo desde Goa a descubrir el Cataio. MS. cujus auctor rei est Nicolaus Godigno. Videndus de hoc auctore Nathanael Sotuellus.

F. BENEDICTUS HENRICUS, Hispalensis, Augustini Delgadilli præceptor, Carmelita, eximius verbi Dei præco, & in Granatensi gymnasio Scripturæ sacræ primarius interpres, scripsit, quæ an edita fuerint Casanate in Paradiso suo ignorare se ait:

Theologica in Sanctum Thomam commentaria.

Metaphysicas Prælectiones.

Sermonum libros plures. Florebat anno MDXC.

F. BENEDICTUS DE LISBOA, Lusitanus, ordinis Eremitarum S. Augustini, provinciam suam hujus regni moderatus fuit circa annum MDI. atque in academia urbis principis horis vespertinis theologiam docuit, e vivis excedens anno MDXVI. uti domestici referunt Antonius a Purificatione in *Theatro* suo *Triumphali*, & Thomas de Herrera in *Alphabeto Augustiniano* pag. XIV. qui & Benedicto attribuunt opera duo, nihil ulterius adjungentes. Alii duo volumina dicunt *in lib. I. Sententiarum.*

BENEDICTUS MAJORICENSIS, si noster est, quod cognomentum a Majorica Balearium insula uti videtur desumptum innuit, monachus fuit Benedictinus S. Pauli in Urbe Congregationis Cassinensis, scripsitque circa annum MDXXX. commentaria in Prædicabilia Porphyrii titulo tamen *Phisquam commentarii* prænotata.

In Logicam quæstiones universales: quæ opera MSS. adservari apud D. Constantinum Syrmon, nescio quem, scriptum reliquit Arnoldus Wion in *Ligno vitæ* lib. II. c. LXIII. Meminit quoque Bucelinus in *Annalibus Benedictinis* anno MDXXX.

F. BENEDICTUS MARTINEZ, Cisterciensis, Vallis Ecclesiarum sodalis, Junqueræ abbas, reliquit moriens in eo coenobio (ut auctor est Carolus Vischius in *Bibliotheca Cisterciensi*):

Discursos morales para Predicadores.

BENEDICTUS MONTER, presbyter oppidi Sancti Culgat de Vals principatus Cataloniæ, edidit:

Computo Ecclesiastico. Barcinone 1612. 8. ex officina Gabrielis de Graels.

BENEDICTUS DE MORALES, scripsit:

De las Santas Justa, y Rufina. Adjungiturque:

De la muerte del Rey Catolico. Perpiniani 1598. in 8.

F. BENEDICTUS DE PEÑALOSA, Benedictinus monachus, scripsit:

De las cinco excelencias del Español: in 4.

BENEDICTUS PERERIUS, vulgo PEREIRA, Valentinus, anno salutis MDXXXV. natus, ætatis decimo septimo Societati Jesu adscribitur in patria; hinc Siciliam, inde Romam missus perpetuum sibi studendi, legendi, parique felicitate & successu, hoc est prosperrimo, docendi & scribendi domicilium sponte superiorum in schola hac pietatis & doctrinæ constituit. Artem quippe docendi primo, dein philosophiam, quatuor pene artium confectis curri-

culis, frequentissimo auditorio dictavit; at non hic sistens, ad theologiam facto gradu, Angelici Doctoris plures annos, sacrorum hinc librorum solertissimum, disertissimum, eruditissimum præstitit explanatorem. Græcarum enim literarum egregia cognitione, immensa omnis generis scriptorum lectione, philosophorum theologorumque dogmatum eximia scientia, ingenii cultu & alacritate, permagnoque judicio id consequutus est ut in iis omnibus, quas tractavit, doctrinæ partibus nobiliorem eo alium aut præstantiorem vix tulerit hactenus feracissima hujus mercis Hispania. Insigni sunt totius rei documento libri, a nullo non lecti aut illaudati qui literas amant eruditioneque delectantur. Hi nempe:

Physicorum, sive de Principiis rerum naturalium lib. XV. Romæ 1562. Item Parisiis, Lugduni, Coloniæ, Argentorati.

Commentariorum in Danielem Prophetam libri sexdecim. In quibus chronographiæ hujus libri rationem accurate est persequutus. Romæ 1586. Lugduni 1588. Antuerpiæ 1594. Horum liber quartus seorsim fuit prius excusus Treveris, hac inscriptione: *Theatrum rerum creatarum*, quo continetur *Expositio Cantici trium puerorum.* Anno 1608. in 12.

Commentariorum, & Disputationum in Genesim tom. IV. Romæ ab anno 1589. usque ad 1598. in 4. Lugduni paulo post apud Juntas, demum Coloniæ ex officina Antonii Hierat in folio anno 1621. Jam hic comprehenditur insertus tomo IV. ad caput XLIX. is, qui secundo tomo fuerat adjunctus, libellus *de Benedictionibus Patriarcharum.*

Adversus fallaces, & superstitiosas artes, hoc est, de Magia, & observatione somniorum, & de divinatione Astrologica libri tres: quorum priores duo ex his, quæ in *Commentariis Genesis, & Danielis* jam disputata sunt, tertius plane de novo formatus est. Ingolstadii apud Davidem Sartorium 1591. in 8. Lugdunique pari forma 1603.

Selectarum Disputationum in Sacram Scripturam volumina quinque, scilicet:

I. Continens *CXXXVII. Disputationes in XV. prima capita libri Exodi.* Ingolstadii 1601. Lugduni 1602. in 4. Proxime hunc consequuturus erat alter tomus super eumdem *Exodi* librum *de Historia peregrinationis Hebræorum, & promulgatione legis*, quem auctor affectum se habere, atque perfecturum in fine superioris testatum reliquit. At quia in promptu magis erant elaborata alia in Novum Testamentum successerunt ea in hujus locum.

II. Continens *CLXXXVIII. Disputationes super Epistolam D. Pauli ad Romanos.* Ingolstadii apud Sartorium 1603.

III. Continens *CLXXXVIII. Disputationes super Apocalypsim*: ad calcemque *liber adversus eos qui putant Mahumetum esse Antichristum.* Lugduni 1606.

IV. *CCXVIII. Disputationes super priora IX. capita Evangelii Sancti Joannis.* Lugduni 1608.

V. *CXLIV. Disputationes super quinque sequentia capita ejusdem Evangelii.* Ibidem 1610.

Totum hoc corpus *Disputationum* una cum *Commentariis in Danielem* uno volumine comprehendit atque edidit Antonius Hieratus, typographus Coloniensis, anno 1620. in folio.

Manuscripta asservantur in bibliotheca Ambrosiana Pererii nostri:

Lucubrationes in Evangelia.

De Avaritia.

In Decalogum.

Propositiones ex I. & II. Physicorum.

In libros Metaphysicorum.

Ratio brevis studendi.

In libros de Anima.

De Trinitate: De Creatione: De Angelis; & De Incarnatione.

In primam partem D. Thomæ: quod idem videtur cum superiori commentario.

Logica Institutio: & alia.

In Vaticana ex libris ducis Urbini custodiuntur:

Super primam Partem D. Thomæ. Incipit: *Theologiæ dignitas* &c. duplicatum.

De Incarnatione.

De Sacramentis in communi, & de Baptismo in particulari. Nempe codicibus 341. 342. 343. 344. in 4.

In Mysterium de Passione, & morte Domini nostri secundum quatuor Evangelistas. Incipit: *Historia Passionis Domini* &c. codice 345. in folio.

In Evangelium B. Matthæi commentarius. Item in *Beatum Lucam* cod. 346.

Obiit vir maximus Romæ, academico etiam tunc districtus munere, anno MDCX. Plane illius insignem eruditionem, inque dicendo perspicuitatem, quæ illius propria virtus est, Possevinus celebrat in *Apparatu*: & quis non? Christophorus Besoldus *eruditissimum* vocat.

BENEDICTUS alius PEREIRA, Lusitanus, Borbensis, Jesuitarum sodalis, Benedicti Fernandi, similiter Jesuitæ, & ob Genesim commentario illustratam bene noti, ex sorore nepos, dum Eboræ humaniores doceret literas, volumina quinque justæ magnitudinis scripsisse dicitur, quæ an edita sint auctor *Bibliothecæ Societatis* non dicit, scilicet:

Commentaria in Horatium: tomis II.

Li-

Librum de Moribus omnium gentium. Saltem:

Librum Problematum, cui inscribebat *Pallas togata, & armata.* Eboræ 1636. Itemque:

Prosodiam de primis, & mediis syllabis in vocabularium trilingue Latino-Lusitano-Hispanicum digestum edidit ibidem apud Emmanuelem Carvalhum in folio anno 1634. Georgius Cardosus in *Agiologio* die IV. Maii pag. 283. hanc *Prosodiam* laudat uti editam anno 1661.

Ars Grammatica pro lingua Lusitana addiscenda, & in fine:

Ortographia ejusdem linguæ. Lugduni prodiit sumptibus Laurentii Anisson 1672. in 8. Cujus Lusitanum exemplar cum hac inscriptione: *Regras gerais breves & comprehensivas da melhor Ortografia com que se podem evitar erros no escrever la lingoa Latina e Portuguesa pera se ajuntarem a Prosodia*, tribus partibus. Olisipone apud Dominicum Carneiro 1666. in 8.

Vocabularium utriusque linguæ Latinæ & Lusitanæ perfectum se habere in hujus ultimo loco memorati operis ait prooemio. Grammaticis his olim editis aut excogitatis cedere aliquando habuit opus ex quo post humanarum disciplinarum professionem transitum fecit ad scholas philosophicam ac theologicam moderandam, inque primaria ejusdem theologiæ cathedra Eborensi decem annos exegit docendo scribendoque usque ad emeriti consequendum otium & privilegia. Venit tamen Romam pro assistentia, ut vocant, Lusitana librorum censor, in qua urbe egebat anno MDCLXXII. sexagenario aliquot annis major. Hujus ætatis & professionis sunt sequentia opera:

Academia seu Respublica Literaria utilior & nobilior, fundata Legibus, ac moribus instituta &c. Hoc est: *De Jure Academico.* Olisipone apud Antonium Craesbek de Mello 1662. in folio. Post ejusdem tamen argumenti duo alia Castellanorum opera, quantumvis primus ipse sibi hanc proscidisse terram videatur, nempe Alphonsi de Escobar & Loaisa, atque Andreæ Mendo Jesuitæ, ut suo loco notavimus. In hujus operis nuncupatione ad Mariam Deiparam sese emisisse foras ait:

Philosophiam naturalem: quam nondum vidimus.

Promptuarium Juridicum, quod scilicet in promptu exhibebit omnes resolutiones circa universum jus Pontificium, Imperiale, ac Regium secundum quod in Tribunalibus Lusitaniæ causæ decidi solent. Olisipone apud Dominicum Carneiro 1664. in folio: scilicet ex Gama, Cabedo, Phoebo, Reinoso, Pereira, Temudo, Souza Macedo, & duobus Valascis Alvaro ac Thoma.

Elucidarium Sacræ Theologiæ Moralis, & Juris utriusque, exponens universum Idioma id est proprietatem sermonis Theologici, Canonici, & Civilis &c. Ibidem apud Dominicum Carneiro 1668. in folio: utilissimum opus, quippe absque alphabeti ordine lexicon est theologicorum omnium & juridicorum vocabulorum, quæstionibus & conclusionibus practicis comprobatorum.

Promptuarium Theologicum Morale secundum Jus commune & Lusitanum, sive summam ex universa Theologia morali. Hujus priorem partem L. tractatus continentem edidit ibidem Joannes Costa 1671. in folio.

Arcana item *Theologica de Deo*: quæ non vidimus.

BENEDICTUS PINELUS, Lusitanus, quorum civis fuit (PINHEL vulgo) juris consultus & professor in Pisano gymnasio, primariusque ut vocant in Pragensi ut lego in schedis Georgii Cardosi, ex fratre aut sorore nepos Arii Pineli, scripsit:

Selectarum Juris Interpretationum, Conciliationum, & variarum Resolutionum libros. Venetiis 1613.

BENEDICTUS RUIZ, grammatista, sive ludimagister Matritensis, scripsit:

Pronunciacion de la lengua Castellana, o Ortografia. Matriti 1587. in 16. apud Franciscum Sanchez.

BENEDICTUS SANCHEZ GALINDO, in Extremadura natus, Barcinone dum pictoriam artem exerceret edidit carmine:

Victoria de Christo: duabus partibus 1576. in 4. Barcinone apud Sansonem Athut.

F. BENEDICTUS DE LA SERNA, Hispalensis, Benedictinus, Petri ac Melchioris frater germanus, quorum hic sacrum almæ sedis Hispalensis ordinem theologus & concionator primæ notæ, Mercenariorum ille Excalceatorum sodalitatem ejusdem scientiæ studiis ac monumentis editis summopere nobilitavit; apud Salmanticenses theatrum sui sortitus, religiosam Vincentini coenobii, hoc est totius ordinis sive congregationis Hispanæ, juventutem, quæ jura inde sacra petere solet, quamplures annos exercuit subegitque doctrina utili professor theologus, quo etiam loco inter conscriptos hujus studii patres pileo academico condecorari meruit. Dein plurium administratione munerum domesticorum gesta præfectus tandem generalis renuntiatur. Edidit vernacule:

Triunfo de Maria Santisima: Declarase el modo de su preservacion de la culpa original, y el lugar que tuvo en el orden de gracia. Hispa-

ſpali apud Joannem Laurentium Machado 1655. folio.

Quæſtiones miſcellaneas tribuit ei Ægidius Gonzalez Davila.

Mortalis eſſe deſiit Hiſpali poſt annum MDCL.

BENEDICTUS DE SOXO, Granatenſis, Jeſuita, Vilnæ apud Lithuanos ſuperiorum nutu octo annis theologiam profeſſus fuit, ac procancellarius ibidem academiæ ferme vicennio remanſit, uſque dum incurrentibus in Lithuaniam hinc Suecis inde Moſcis in Belgium profugit, ubi vitæ ceſſit, Antuerpiæ ſcilicet XVIII. Decembris MDCLVIII. Scripſit perutilem librum:

Clavim Juris inſcriptum. Vilnæ 1648. in 12.

BENEDICTUS TEBAR, neſcio quis, ſcripſit Latine:

Epitomen præclariſſimæ Domus Guzmanorum. Matriti 1632. in 4.

BENEDICTUS TEIXEIRA FEO, Luſitanus, edidit Cardoſo teſte:

Succeſſo do Galeaõ Santiago. Oliſip. 1601.

BENEDICTUS VAZQUEZ MATAMOROS, medicus doctor, atque philoſophus, in Urſaonenſi Bæticæ provinciæ ſchola prius philoſophiæ, dein artis medicæ primarius interpres, vir doctiſſimus, in compendium quaſi redegit Petri Garſiæ Carrerii, profeſſoris Complutenſis maximi, librum in Avicennam ſcriptum *De febribus*, ſed ex penu ſua plura addidit ſcitu digniſſima, libri inſcriptio.

De febribus ſelectæ Diſputationes. Urſaone 1622. folio.

F. BENEDICTUS DE VILLA (ait Arnoldus de Wion in *Ligno vitæ* lib. II. cap. LXIII.) *Hiſpanus, monachus Montis-ſerrati, congregationis Valliſoletanæ, compoſuit ſermone Hiſpanico in Pſalmos CL. paraphraſes duas, excuſas in Hiſpania in folio, ſed ubi non recordor; eas tamen vidi & legi Caſſini. Floruit hoc noſtro ſæculo.* Hæc Arnoldus.

F. BENEDICTUS DE VILLACAÑAS, Dominicanus provinciæ Guatemalenſis Novæ Hiſpaniæ, ſcripſit:

Arte, y Vocabulario de la lengua Cachiquel. Atque eadem hac lingua:

Succeſſus Fidei orthodoxæ: ſive de myſteriis Fidei & vitæ Chriſti.

Sermones de Sanctis, ac de Tempore.

De miraculis Mariæ Virginis, & Sanctorum. Obiit Guatemalæ.

Auctorem habeo Antonium de Remeſal in Hiſtoria hujus provinciæ lib. XI. cap. XXIII.

BERNARDA.

D. BERNARDA FERREIRA DE LA CERDA, Luſitana, Portuenſis, parentibus edita Ignatio Ferreira, Fontarcadenſi (quod oppidum eſt Beiræ provinciæ) S. Jacobi equite, & ſenatore Regio in ſuprema palatii curia, & Paula de Sa, muliebris ſexus hoc noſtro tempore non parum inſigne decus extitit. Callebat ea inſigniter muſicam, pulſabatque inſtrumenta omnia, variis Europæ linguis loquebatur, poeſim, rhetoricam, mathematicas artes & philoſophiam docta: cujus fama permotus Philippus Rex III. concepiſſe animo dicitur ut eam ad ſe evocaret Infantes Carolum & Ferdinandum Latinas literas docturam. Caſtellano carmine ſupra ſexus virtutem maſculo atque diſerto ſcripſit:

Eſpaña libertada. Oliſipone apud Petrum Craesbek 1618. in 4.

Las ſoledades de Buſſaco.

Un tomo de Comedias.

Otro tomo de varias Poeſias, y dialogos.

Proſaque Luſitana ut credimus:

Dos Criſtaõs de S. Thome, ou Preſte Joaõ.

Huic lectiſſimæ feminæ nuncupavit Lupus de Vega Carpio *Eclogam* ſuam *Phillidem*, Matriti editam anno 1635. Laudantque pro merito eam Antonius de Souſa Mazedo in *Excellentiis Portugalliæ*. Georgius Cardoſus in *Agiologio Luſitano* die IX. Aprilis pag. 495. Et Lupus noſter Vega in *Lauru Apollinis*, e cujus Sylva tertia hæc ſunt:

Si pudiera tener la fama aumento
Y gloria Luſitana,
Doña Bernarda de Ferreira fuera,
A cuyo Portugues entendimiento
Y pluma Caſtellana
La Eſpaña libertada *Eſpaña debe,*
Porque ſola pudiera
Partir entre dos Reynos eſta gloria:
Tan poderoſa inteligencia mueve
Eſtos dos orbes con ſu dulce hiſtoria,
Con tanta erudicion, con tanto luſtre
Que ella queda inmortal, y Eſpaña iluſtre.

BERNARDINUS.

BERNARDINUS quidam, qui magiſtrum ſe nuncupavit, ex Italico vertit:

Aviſo breve para recebir la Comunion a menudo: qui liber prohibitus eſt in noſtro Indice.

F. BERNARDINUS DE ANGELIS, ordinis Minorum, edidit, illaudatus a Luca Waddingo:

Sermonum ut credo duo volumina. Hiſpali 1616. & 1617. in 4.

F. BERNARDINUS DE SANCTO AN-

ANTONIO, Lusitanus, Olisiponensis, ex fratribus Redemptoribus Sanctissimæ Trinitatis, quorum Lusitanæ provinciæ semel atque iterum præfuit, hujus est:

Epitome Generalium Redemptionum Captivorum, quæ a fratribus ordinis Sanctissimæ Trinitatis sunt factæ. Olisipone apud Petrum Craesbek 1625. in 4. ubi *de Apostolicis Indultis eidem ordini concessis.* Item vernacule:

Vida del Siervo de Dios Fr. Simão de Roxas, com o sermaõ pregado em as suas honrras pelo Padre D. Fr. Balthassar Paez, e as Vidas dos Benaventurados PP. Fr. Bernardo de Monrroy, Fr. João de la Aguila, Fr. João de Palacios Redemptores de Captivos, que padeceraõ em Argel: ex officina ejusdem Petri Craesbek.

Vitam Ven. Patr. Joannis de Contreras, & vitam Ven. Patr. Rochi de Spiritu Sancto, multaque alia MSS. reliquit, diem suum obiens Scalabi v. Julii MDCXXXVIII. Ex ineditis est:

Precioso Tesouro da ordem da Santissima Trindade: qui adservatur in monasterio Olisiponensi, ut refert Cardosus in *Agiologio* die XIV. Aprilis pagina 567. & XXVIII. Maii pag. 450. in tertio volumine lit. c. nisi aliud sit opus quod *De Viris Ordinis sui illustribus* ille scripserit, Cardosusque hoc ultimo loco celebret.

Descripcion de Portugal laudat idem Cardosus die XXIX. Aprilis pag. 760.

Epitome Chronologico geral da Ordem tribuit idem Cardosus in schedis MSS. ad *Bibliothecam Lusitanam*, quas vidimus.

F. BERNARDINUS DE AREVALO, natus in municipio cognomine Veteris Castellæ, Franciscanus provinciæ Conceptionis, vir, ut fama est, æquali sanctimonia & doctrina, ætatis suæ concionator vere Apostolicus, de quo plura Franciscus Gonzaga Latine in *Provinciæ Conceptionis Originibus*, & Antonius Daza Hispane in *Seraphica Historia* lib. III. part. IV. cap. XXXXVIII. Fertur sic honorum abstinens fuisse ut vel Toletanum archiepiscopatum, a Carolo Cæsare sibi destinatum, bona ejus venia repudiaverit. Extat ab eo editus:

Tractatus de Correctione fraterna. Medinæ de Campo apud Franciscum del Canto anno 1557. in 8. & 1571. in 8. De quo videsis Lorcam *Secunda secundæ* disp. LVI. in principio.

De Libertate Indorum nescio quid scripsit a Cæsare consultus, uti Daza refert, & *de Perfecto statu Paupertatis religiosæ fratrum Minorum*, necnon & *Expositionem Regulæ ejusdem ordinis*, quam ei tribuunt Ludovici duo de Miranda, & de Rebolledo, prior in *Expositione Regulæ*, posterior vero in *Historia Seraphica.*

Obiit Pinciæ anno MDLIII. ætatis suæ LXI. Vide Waddingum *de Scriptoribus Franciscanis.*

F. BERNARDINUS DE AVEIRO, Lusitanus, ordinis Minorum, ascetica quædam edidisse dicitur, quorum singulorum propria argumenta Georgius Cardosus, rei auctor, minime prodit.

F. BERNARDINUS DE BALVANO, scripsit:

Espejo de oracion. Cæsaraugustæ 1604. in 8.

D. BERNARDINUS BARRIONUEVO DE PERALTA, Matritensis, Cusani marchio, in supremo rerum Italicarum Matritensi consilio senator, scripsit eleganti textura, quasi centonis ad regulas, dum proregi adesset consiliarius a latere:

Panegyrico al Conde de Lemos, Virrey de Napoles: in folio.

BERNARDINUS BARROSO, dum in Mediolanensi ducatu castra sequeretur miles & centurio de bellica arte scripsit, inscribens operi:

Theorica, Practica, y exemplos. Mediolani apud Carolum Antonium Malatesta in 4.

D. BERNARDINUS DE CARAVAJAL, domo ex urbe Caceres provinciæ Extremaduræ, antiqua & nobili familia prognatus, post Hispanicas ecclesiarum Asturicensis, Pacensis, Carthaginensis ac Seguntinæ infulas S. R. E. cardinalis ab Alexandro VI. P. M. creatus, a Julio Secundo propter turbatas in Italia res, & promotum Pisanum conciliabulum eadem dignitate spoliatus, tandemque a Leone X. restitutus, ac sacri collegii decanus, habuit olim, cum legatus venisset Romam Catholicorum Regum nomine, Innocentio VIII. vita functo,

De eligendo Summo Pontifice Romano ad Cardinalium Senatum in Basilica Sancti Petri orationem anno MCDXCII. Quæ edita est eodem anno, uti scribit auctor *Bibliothecæ Pontificiæ*: qui & tribuit nostro alteram

Orationem ad Sixtum IV. & Cardinalium Collegium habitam in saccello Pontificio in die Circumcisionis Dominicæ MCDLXXXIV.

Plenæ sunt Bernardini rebus gestis omnes hujus temporis æquales historiæ. Decessit quidem ille Romæ anno MDXXIII. decimo tertio Decembris, in monasterio S. Crucis in Hierusalem sepultus. Edita quoque sunt ejus nomine:

Homilia habita Mechliniæ in Collegiata Ecclesia Sancti Rumoldi Cameracensis diœcesis per Re-

Reverend. in Christo Patrem D. Bernardinum Caravajal Episcopum Tusculanum S.R.E. Cardinalem Sanctæ Crucis in Hierusalem, Patriarcham Hierosolymitanum, Apostolicum Legatum, præsente Serenissimo, atque invictissimo Domino Maximiliano electo Imperatore semper Augusto, & illustri Domino Carolo Principe Hispaniarum, Archiduce Austriæ &c. ejus charissimo nepote, & Illustrissima Domina Margarita Archiducissa Austriæ ejusdem Cæsaris sapientissima filia anno salutis MDVIII. XIV. Septembris in Exaltatione Sanctæ Crucis. Item:

Sermo ejusdem in *Commemoratione victoriæ Bazensis Civitatis apud S. Jacobum Hispanorum de Urbe habitus ad Senatum Cardinalium die Dominica x. Januarii MCDXC. Per Rever. Dominum Bernardinum de Caravajal Episcopum Pacensem Regium Oratorem.* Baza urbs est Granatensis regni, Mauris per hoc tempus erepta.

Scripsit quoque, quam Latine tantum editam esse suspicamur opera Garsiæ de Bobadilla, Bernardino a secretis, ex Hispano auctoris translatam:

Consolatoriam epistolam in obitu Serenissimi Principis Domini Joannis ad Catholicos Regem, & Reginam ejus parentes. Incipit: *Quantum doloris attulerit* &c. Data fuit Romæ kal. Decembris MCDXCVII.

Orationem aliam ab eo *habitam nomine Catholicorum Regum ad Alexandrum VI. P. M.* laudat Lucius Marinæus Siculus, qui & elogio virum ornatissimum celebravit famæ ejus æquali, dignoque ut his subjiciatur:

Bernardini Caravajali eloquentia & dicendi facundia multis quidem experimentis perspici & cognosci potuit, ac tum maxime cum de eligendo Pontifice Romæ facundissime concionatus est, cujus quidem concionem, ex Roma Salmanticam ad me missam cum legissem, mirum in modum sum admiratus. Erat enim luculentissima, summa arte composita, multis & variis affectibus plena, quæ quidem plurimum & movere & suadere poterat, ac loco & conventu, in quo habita est, non indigna. Vidimus præterea & aliam ejusdem concionem, quam habuit super obsequio solemni præstando Summo Pontifici Alexandro VI. nomine Ferdinandi & Elisabet, Regis & Reginæ Hispaniæ & Siciliæ Christianorum, non minus facunde & eleganter editam. Hic itaque tum dicendi elegantia, tum humanarum divinarumque rerum singulari doctrina Hispaniæ plurimum laudis attulit. Hæc Marinæus lib. VII. *de Hispaniæ laudibus.*

F. BERNARDINUS DE CARDENAS, Americanus, Hispano parente in Chuquiabo Peruani regni oppido natus, ordinis Minorum, episcopus Paraguayensis in meridionali America, exantlatis propter religionis zelum etiam inter subditos, eosque, quorum juvare antistitis operam non vero retardare munus proprium fuit, laboribus & afflictionibus nostra ætate celebratissimus, edidit olim:

Manual, y relacion de las cosas del Reyno del Piru. Matriti apud Franciscum Martinez 1634. 4.

F. BERNARDINUS DE CORVERA, ordinis Minorum Regularis Observantiæ, guardianus ut vocant cœnobii montis Calvarii apud Ursaonem, Bæticæ oppidum nobile, scripsit patria lingua pro virginibus Deo sacris:

Espejo de Perfeccion, y exercicios de Virtudes. Hispali apud Nicolaum Rodriguez 1647. 8.

BERNARDINUS DE CUELLAR, Regiorum consiliorum, ut idiotismus noster dicere amat, advocatus, scripsit:

Veritatem nudam pro Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione. Matriti 1663. in folio.

BERNARDINUS DAZA, Pincianus, dedit Hispanice:

Las Emblemas de Alciato. 1540. 4.

BERNARDINUS DAZA, a superiore ut videtur alius, sed & hic Pincianus, transtulit Hispanice, ac foras dedit una cum textu Latino:

Las Instituciones Imperiales, o Principios del Derecho Civil. Salmanticæ apud Didacum de Cussio 1614. 4.

BERNARDINUS DE ESCALANTE, militiam plures annos in comitatu Garsiæ parentis, virtute eximii ducis, sequutus, quæ per hoc tempus observaverat jam sacerdos factus stilo signavit, atque Hispali edidit ha inscriptione:

Dialogos de Arte militar. 1583. Qui deinde prodierunt Bruxellis 1595. Antuerpiæque 1603. 4. Ejusdem sunt credo:

Navegacion de Oriente, y noticias de la China. 1577. 8. cujus meminit operis Antonius de Leon in *Bibliotheca Indica.*

Nosocomium in eadem Hispalensi urbe, quod a Joanne de Cervantes S. R. E. cardinali fundatore nomen accepit, ubi vulnera curantur administravit. D. Thomas Tamajus beneficiatum eum appellat de Laredo, oppidi in septentrionali Hispaniæ ora.

BERNARDINUS GOMEZ MIEDES, Aragonus, Alcanizienfis, Romæ totos decem an-

annos fubftitit, dignum fe hujus ampliffimæ & auguftiffimæ Urbis civem præftans modeftia fingulari, eximiaque bonarum difciplinarum notitia. Peregrinatus deinde fuit per varia Italiæ, Galliæ, Belgii, necnon & Germaniæ loca; peragratifque adhæc Hifpaniarum provinciis, Valentiæ tandem domicilium fixit, cujus metropolitanæ ecclefiæ operas fuas addixerat obtento ibi Saguntino, qui vulgo de Morviedro dicitur, archidiaconatu, atque eo quidem libentius quod urbem hanc divitem fciret ac nobilem, vereque fcientiarum omnium mufeum. Hic eum adiit eleganti metrica epiftola Joannes Verzofa, quæ libro 1. ejus *Epiftolarum* legitur, cujus iterum infra meminimus. Hic inter ecclefiaftici muneris & literarum curas divifis horarum fpatiis varia elucubravit de novo, aut recoxit vetera, Ciceronianam eloquentiam præcipue imitari cupiens, divinarumque ac profanarum artium luminibus fplendorem rebus in argumentum delectis concilians. Renuntiatus tandem Albarracinenfis in fuo Aragoniæ regno epifcopus anno octogefimo quinto fupra fefquimillefimum, quadriennio vix exacto ad plures abiit. Latini Latinii ad hunc extat inter jam vulgatas cardinalis Jacobi Putei nomine data una & altera epiftola, quæ teftimonium continet valde idoneum non mediocris apud laudatum cardinalem collecti ab eo amoris & exiftimationis, a quo hæc monumenta habemus typis tradita:

Diafcepfeon de Sale Phyfico, Medico, Geniali, & Myftico libros quatuor. Valentiæ primum circa annum 1572. Deinde locupletiores ibidem apud Petrum de Huete 1579. in 4. majorem partem ex medicis Theophrafto, Diofcoride, Plinio & Galeno, quod opus Romæ cœpit, interloqui faciens in eo Joannem de Quintana Barcinonenfem jurifconfultum, aliofque duos contubernales; longæ & accuratæ peregrinationis beneficio ufus ad ea quæ apud hos auctores obfervaverat propriis ubique experimentis confirmanda, in quo (ait Scotus *Bibliothecæ Hifpanæ* primus fcriptor) *& de falibus, feu jocis, atque adagiis, atque adeo Evangelico fale utiliter differitur ad illud*: *Vos eftis Sal terræ*: *ut jam mirari definam laudatam a Phavorino quartanam, ab aliis mufcam, cum hic adeo differtus fit & copiofus in fterili re ac jejuna.* Pertinent ex epiftola Verzofæ jam adducta hi verfus:

Tu vero fortuna apte ac feliciter ufus
Arte, Valentinis frueris clementibus auris;
Ut non fic raris cenfu virtutibus æquo,
Haud tenui certe, neq; commoda plura requiris.
Atque, hac compofitos in turba De Sale libros,
Pulchrum opus & falfum vere, meliore palato
Deguftas ifthic, & acuto examine verfas,
Ut quidquid tentes numquã a ratione recedas.

Prodiit tandem typis Joannis Bernerii Urfellis 1605. 8. & ut legitur in Petri Borelli *Bibliotheca Chimica* (pag. 106.) etiam Francofurti in 8. a Petro Uffembachio, in certa capita diftinctum & locupletatum.

De Conftantia tractatum, ante Juftum Lipfium, libris tribus: in 4.

De Vita, & geftis Jacobi Primi Regis Aragonum. Valentiæ 1572. in folio: deinde typis Francofurtenfibus volumine tertio *Hifpaniæ illuftratæ.* Quam hiftoriam ipfe auctor vulgarem fecit, atque edidit Valentiæ apud Petrum Huete 1584. folio. Hæc Latina.

Ceterum Hifpanum dedit opufculum hujus argumenti & infcriptionis:

Enchiridion, o manual inftrumento de falud contra el morbo articular que llaman Gota, y las demas enfermedades que por catarro, y deftilacion de la cabeza fe engendran &c. ad Philippum II. Hifpaniarum Regem, fricationis ei qui per id tempus eo morbo valde afflictabatur, omnium membrorum matutinæ remedium fibi præ aliis omnibus præfentaneum commendans.

Scripfit quoque *de Apibus*, five *de Republica* quinque libros, de admirabili nempe earum opificio, divinaque adminiftratione reipublicæ, in quibus (ipfe auctor ait in lib. 1. Comment. de Sale) *eo ufque perducta res eft, atque navata opera ut veram, propriamque ac genuinam humanæ reipublicæ formam five ideam quamdam ex ipfamet apum bene gerendæ rei arte mortalibus ad vivum expreſſerit*: cujus operis unicum, quod retinuerat exemplar in fcriniolo contentum, perdidit medio in mari dum biremem, qua ferebatur Genua in Hifpaniam, tempeftatis caufa nautæ allevarent; quem cafum egerrime fe tuliffe, & omnium opinione impatientius, magna cum hærentis adhuc animo doloris fignificatione affirmat. Jacet in capella principe ædis facræ epifcopalis Albarrazinenfis fub hoc epitaphio:

D. Bernardinus Gomez Miedes
Quartus hujus Ecclefiæ jam a Segobricenfi
Separatæ Epifcopus,
Eamdem a fe compofitam relinquens
Obiit Prid. Non. Dec. anno MDLXXXIX.

BERNARDINUS DE GUZMAN, dedit Hifpane ex Latino:

Relacion del viage de Jacobo Mayre, y defcubrimiento del nuevo Eftrecho de fu nombre. Matriti ex fua ipfius officina 1619. 4.

F. BERNARDINUS DE LAREDO, Hifpalenfis, laicus ordinis Minorum, germanus eft illius libri auctor, quem abfque auctoris nomine in publicum ipfe dedit hoc titulo:

Subida del Monte Sion : contiene el conocimiento nuestro , y el seguimiento de Christo , y el reverenciar a Dios en la contemplacion quieta. Hispali 1553. in 8. Et Valentiæ 1590. Medinæ 1542. Complutique 1617. 4.

Planum id redditur , quod de auctore monuimus , ex *Chronicorum ordinis Divi Francisci* IV. parte Hispanice scripta ; unde jam in editione Complutensi anni MDCXVII. opus auctoris sui nomen præfert. Tribuit eidem Waddingus in *De scriptoribus sui ordinis* commentario , nisi idem cum superiore opus sit:

Reglas de oracion , y meditacion. Itemque Latine , ut credo:

Modum faciendi in medicina. Compluti 1617. Fuerat enim ante assumptum ordinem in provincia Angelorum medicinæ doctor, & Joannis II. Portugalliæ Regis medicus , uti legimus in schedis MSS. Georgii Cardosi , qui ipse Lusitanum existimabat , inde forsan quod in Lusitania vixisset. Necnon et:

Metaphoram medicinæ.

Virtutes Bernardini summopere laudat Gonzaga in *Provincia Angelorum* , & reliquæ Seraphicæ Historiæ.

Obiisse dicitur anno MDXLV.

F. BERNARDINUS DE LEON , Præmonstratensis , alias Bernardus , edidit:

De Immaculata Conceptione opusculorum tomos duos. 1626. in 4. in monasterio Vitis Oxomensis dioecesis. Vide Bernardus.

F. BERNARDINUS DE LIZANA. Vide Bernardus.

BERNARDINUS DE LLANOS , Ocaniensis , Jesuita , quinquaginta annos Mexici quo venerat , & ex iis quadraginta literarum humaniorum professioni atque instituendæ adolescentiæ impendit , edidit que Hispane:

Advertencias para aprender la Grammatica. Mexici in 8. Itemque:

Christianam Poesim. Ibidem in 8.

F. BERNARDINUS DE LUGO. Vide Bernardus.

F. BERNARDINUS DE MATRE DEI, Lusitanus , ordinis Sanctissimæ Trinitatis, scripsit librum:

Per bem morrer , sive , artem bene moriendi.

Denatus fuit anno MDLXXXVII. Cardosus.

D. BERNARDINUS DE MENDOZA, Laurentii , comitis Cluniensis , frater germanus , commendatarius de Alhanje , ac XIII. vir militaris ordinis S. Jacobi , in castris & Belgica militia meruit ut post gubernatam equitum centuriam , deinde & legionem integram , Regi a consiliis bellicis deligeretur, atque ejus negotia in Britannia Galliaque apud horum regnorum Reges legatus gereret. Commentario persequutus est Belgicam sui temporis historiam summa fide , quæ hoc titulo inscripta in lucem prodiit:

Comentarios de lo sucedido en los Paises Baxos desde el año MDLXVII. hasta el de MDLXXVII. Matriti apud Petrum Madrigal 1592. in 4. Gallice prodiit Parisiis 1591. 8. Necnon et:

Theorica , y Practica de Guerra : ad Philippum Hispaniarum Principem. Ibidem in eadem officina 1577. in 4. Antuerpiæque apud Plantinum 1595. in 4. & 1596. in 8. Convertit hanc in sermonem Italiæ Sallustius Gratius , Senensis , atque edidit Venetiis apud Joannem Baptistam Ciottum 1616. in 8.

Transtulit idem in Hispanum , atque edidit:

Los seis libros de la Politica de Justo Lipsio. Matriti typis Regiis 1604. in 4.

Senex obiit , ante aliquot annos oculorum usu privatus , in cellula monasterio S. Bernardi Matritensis adjuncta , unde exuviæ portatæ sunt Torixam , gentis sepulcrum.

D. BERNARDINUS DE MENDOZA, sacræ theologiæ magister , Toletanæ cathedralis & primatialis ecclesiæ scholasticus & canonicus , dedit Hispanice:

Tratado en defensa de los Colegios Seminarios que el Sacro Concilio de Trento dispone que se hagan en la sesion XXII. cap. XVIII. Incipit. *Con ser tan util* &c. Manu exaratum vidimus in bibliotheca Vaticana cod. MSS. 5491.

BERNARDINUS DE MONSORIU, alias CALVO , dedit:

Suma de los Fueros de Aragon. Cæsaraugustæ 1589. 8.

BERNARDINUS MONTAÑA DE MONSERRATE , medicus doctor Caroli V. Imperatoris , post quinque & quadraginta annorum experimenta emisit in publicum vernacule:

Libro de la Anatomia del Hombre. Simulque:

Un Coloquio del Marques de Mondexar D. Luis Hurtado de Mendoza con el autor acerca de un sueño que soñó el Marques , de la generacion , nacimiento , y muerte del Hombre. Valladoliti 1550. folio apud Sebastianum Martinez.

BERNARDINUS DE OBREGON , piæ istius

iſtius ſodalitatis fundator, qui apud nos domos quaſdam hoſpitales habitant ægrorum curæ invigilantes, ipſe Matriti in Generali Noſocomio pietatis hoc opus fecit laudabiliter magna ad poſteros virtutum etiam aliarum fama, cujus vita & res geſtæ peculiari quodam libello, qui foras datus fuit, continentur, ſcripſitque:

Inſtruccion de enfermos, y conſuelo de afligidos enfermos, y verdadera practica de como ſe han de aplicar los remedios que enſeñan los medicos. Matriti Regiis typis 1607. in 8.

F. BERNARDINUS DE OLIVARES, Franciſcanus, teſte in *Catalogo ſcriptorum ſui ordinis* Ludovico de Rebolledo, ſcripſit, mihi alias & aliis ignotus:

Compendio de Indulgencias.

F. BERNARDINUS PEREZ DE MEGA, ut Waddingus ait in *de Scriptoribus ordinis Minorum* ex reformatis hujus familiæ Seraphicæ provinciæque S. Joannis Baptiſtæ commiſſarius Hieroſolymitanus ut vocant in ditione Genuenſis reipublicæ, edidit neſcio an Latine ut ſonat:

Exercitia conformitatis, & unionis cum Deo, mediantibus Maria, & Joſepho &c. *addito etiam facili modo meditandi inter externas occupationes.* Genuæ apud Petrum Calenzanum 1636. in 16.

D. BERNARDINUS DE PRADO BELTRAN DE GUEVARA, in quodam librorum catalogo inſcribitur huic operi auctor:

Razonamiento Panegyrico: in 4. edito.

D. BERNARDINUS DE REBOLLEDO, Legionenſis, toparcha de Irian, eques Sancti Jacobi, poſt facta in martio pulvere multa virtutis opera, adminiſtratamque in palatinatu Rheni ſummo jure rem bellicam, applicatus opportuno tempore pacis muneribus legatum agere Philippi Regis noſtri apud ſereniſſimum Danorum Regem juſſus fuit. Quo officio diu, magnaque cum laude exercito tandem functus ad curiam evocatur Matritenſem, quo ibi inter eos qui de bellica re conſultationibus præſunt, ſenex emeritus ſententiam diceret. Vir eſt eruditione præſtanti, omniumque diſciplinarum cognitione ornatus, quod ſatis oſtendit in metricis operibus vernaculis quæ edidit, elegantiæ, animi ac doctrinæ plenis, præſertim in eo quod priore loco habemus, nempe:

Selva militar, y politica: ad Ferdinandum Bohemiæ & Ungariæ Regem. Coloniæ apud Kinckium 1652. in 16. Prodiit quoque in 4. cum figuris.

Vulgavit præterea:

Ocios del Conde de Rebolledo. Antuerpiæ 1650. 16.

Selva Danica.

La Conſtancia vitorioſa, ecloga ſacra: ſive, paraphraſim libri Job. Simulque:

Los Trenos de Jeremias: ad ſereniſſimam Chriſtinam, Suecorum Reginam. Coloniæ 1655. 4. Omnia ſimul opera Antuerpiæ prodierunt tribus tomis 1660. in 4. Gaſpar Eſcolanus lib. VI. *Hiſtoriæ Valentinæ* cap. XIII. num. 4. laudat D. Alfonſum de Rebolledo, ſui temporis virum nobilis hujus familiæ, acutumque & ſingularis genii poetam, noſtrine propinquum ignoramus.

BERNARDINUS (vulgo BERNALDIM) RIBEIRO, Luſitanus, emiſit foras vernacula lingua librum hujus tituli:

Hiſtoria da menina, e moza. Oliſipone 1559. in 8. Simul ſunt quædam ejuſdem, & Chriſtophori cujuſdam Falconis carmina.

Tribuit quoque ei D. Thomas Tamajus, *Las ſaudades, o triſtezas*, opus aliud MS. in 4.

BERNARDINUS DE RIBEROL, Canarienſis ex Fortunatis inſulis, ſcripſit:

Contra la Ambicion, y codicia deſordenada, y alabanzas de la Pobreza. Hiſpali apud Martinum Monteſdoca 1556. in 4.

BERNARDINUS ROLA (ſic habet *Catalogus* Valerii Andreæ) Placentinus I. C.

Practicabilium Judiciorum Tractatum ſcripſit ſummatim, ex pluribus Pandectarum libris in ordinem redactum. De quo nihil ultra novimus.

F. BERNARDINUS DE SAHAGUN, ordinis fratrum Minorum Regularis Obſervantiæ, ad faciendam Evangelii meſſem in Indiam tranſiens idiomatis Mexicani peritiam adeptus fuit ſingularem, pluresque in eamdem linguam Hiſpanos tranſtulit aut ejuſdem confecit libros, qui maximo ſunt hodie adjumento ſacris concionatoribus, atque animarum paſtoribus, ſcilicet:

Artem, ſeu Grammaticam linguæ Mexicanæ.

Dictionarium copioſiſſimum trilingue Mexicanum, Hiſpanum, & Latinum, XII. magnis voluminibus diſtinctum, quod laudatur a Luca Waddingo in *de Scriptoribus ordinis Minorum*: qui tamen ab alio opere, quod *Vocabularium* appellat, neſcio an recte diſtinguat.

Pſalmodiam, varia ſcilicet *Cantica ſpiritualia, verſuſque de Chriſti Domini, Mariæ Matris, aliorumque Sanctorum geſtis*: quibus In-

Indi in suis choreis, nuptiis, hymenæis & jocis uterentur, insanisque Deorum ritibus & profanis vocibus desuescerent, ut Waddingus ait.

Postillam super omnia Evangelia Dominicalia. Ambiguum mihi an aliud sit, quod tribuit etiam nostro opus Antonius Leonius in *Bibliotheca Indica Occidentali* titulo XVIII. nempe: *Sermones duplices totius anni.*

Vitam Sancti Bernardini Senensis.

Platica para despues del Bautismo de los Niños. Mexicana lingua hæc omnia. Sed & Hispana:

Historia de las cosas antiguas, que los Indios usaban en su infidelidad, asi de sus Dioses, idolatrias, ritos, y ceremonias, como de su govierno, leyes, y Policia, XI. libris: quos prorex quidam Novæ Hispaniæ dicitur ad Hispaniam nostram misisse, uti ex Joanne Turrecremata monet Antonius de Leon in *Bibliotheca Indica Occidentali* tit. XVIII. Qui & tribuit nostro:

Platica de los primeros PP. de Nueva España en la conversion de los Señores della: editum quidem formis typographicis. Tribuunt ei alii:

La Conquista de Mexico.

D. BERNARDINUS DE SANDOVAL, Toletanus, canonicus atque scholasticus Toletanæ metropolis ecclesiæ, atque ejus urbis scholæ præfectus, edidit:

Tratado del Oficio Eclesiastico Canonico. Toleti apud Franciscum de Guzman 1568. folio.

Tratado del cuidado que se debe tener de los pobres presos. Ibidem apud Michaelem Ferrer 1564. 4. Romæ diem suum obiit sepultus ad S. Mariam Majorem, cujus sepulturæ inscriptum epitaphium, causamque Romanæ peregrinationis Andreas Scotus in *Bibliotheca* retulit.

F. BERNARDINUS DE SILVA, Lusitanus, Olisipone ortus, Cisterciensis, scripsit in defensionem F. Bernardi de Brito *Monarchiæ Lusitanæ* auctoris:

Defensa de la Monarquia Lusitana: lingua gentis vernacula, duabus partibus, quarum priorem edidit Conimbricæ 1620. alteram, Castelli-Roderici Marchioni nuncupatam, Olisipone typis Petri Craesbek 1627. cum jam theologiæ doctor esset renuntiatus. Addit Georgius Cardosus in schedis ad *Bibliothecam Lusitanam*:

Polianthea Lusitana.

BERNARDINUS DE VILLEGAS, Oropesanus, moralis theologiæ inter Jesuitas, quorum fuit sodalis, atque item scholasticæ multorum annorum professor, scripsit:

Vida de Santa Lutgarda. Matriti typis Regiis 1625. 4.

Exercicios quotidianos espirituales: quod Italice versum prodiit Romæ apud Corbelletum 1632. in 16.

De los favores que hace a sus devotos la Virgen nuestra Señora. Valentiæ apud Chrysostomum Garriz 1635. in 16.

Memorial sobre la calificacion de las Reliquias de los Santos Martyres de Arjona. Beatiæ 1639. in folio. Latine autem:

Soliloquia divina in 24.

Commentarios quoque *in Tertiam partem Summæ S. Thomæ de Incarnatione, & de Sacramentis* tribuit nostro *Bibliothecæ Societatis* auctor.

Vivebat anno MDCLI.

BERNARDUS.

BERNARDUS DE ALDERETE, Zamorensis, Jesuitarum sodalis, in Salmantina academia pro Regio ejusdem Societatis collegio primarius theologiæ professor, per XXIV. annos doctor theologus in eadem universitate primus e Jesuitis renuntiatus, edidit:

Commentariorum, ac Disputationum in Tertiam partem Sancti Thomæ de Sacris Incarnati Verbi Mysteriis & perfectionibus tomos duos. Lugduni in officina Philippi Borde & sociorum 1652. in folio. Postumi prodierunt:

De Visione & Scientia Dei. Ibidem 1662. folio:

De Voluntate Dei, Prædestinatione, & reprobatione, eodem anno. Spectantur alia.

Obiit Salmant. XV. Septemb. MDCLVII.

BERNARDUS DE ALDERETE, alias BERNARDUS JOSEPHUS, Malacitanus, frater gemellus fuit Josephi, eademque cum eo studia sectatus est, antiquitatis nempe jurisque utriusque cognitionem: adeoque ei indiscreta prope specie fuit similis ut joco Ludovici Gongoræ, magni poetæ Cordubensis, locum dederit ad dignoscendum scilicet alterum ab altero Alderetos fratres narium judicio, quemadmodum ad distinguendas in ministerio altaris vini atque aquæ pixides, vere opus esse; graveolenti quippe oris spiritu eorum alter erat. Sacerdotium, sive canonicatum ut vocant, Cordubensis ecclesiæ cum obtinuisset Josephus, coadjutorem sibi fratrem delegit obtinuitque, nec diu post locum ei vacuum reliquit, sacramento vitæ religiosæ dicto inter Societatis Jesu sodales, uti loco suo dicimus, nam & ipse aliqua hujus pars Bibliothecæ est. Adhæc Bernardus summi viri Petri a Castro, Hispalensis archiepi-

episcopi, vicarium egit generalem, alias Cordubæ manens, insigni vir morum probitate atque modestia, eaque eruditione ut pares in hoc studio habuerit paucos, superiorem fortasse neminem, linguarum Græcæ Hebraicæque, ac ceterarum orientalium, totiusque antiquitatis studiosissimus atque eximie gnarus, judicio in primis, quo sine quidquid pretiosum est vilescit, pollens maturo ac libero. Scripsit vernacula lingua:

Origen de la lengua Castellana. Romæ apud Carolum Vulliet 1606. in 4. In quo opere docto plane & laborioso adjutum sese a Josepho fratre in vestibulo profitetur non obscure.

Varias antigüedades de España, Africa, y otras Provincias. Antuerpiæ apud Joannem Hasrei 1614. in 4.

Relacion de la Iglesia, y Prelados de Cordova. Simulque:

Relacion de la planta de la Capilla Real, y de su Estado temporal, y espiritual: 1637. Quibus usus fuit Ægidius Gonzalez Davila ad *Theatrum Cordubensis Ecclesiæ* conficiendum.

Itemque Latina:

φαινωμένα, *sive coruscantia lumina, triumphalisque Crucis signa, Sanctorum Martyrum Albensium Urgavonensium Bonosi, & Maximiani, & aliorum sanguine purpurata*: sive de inventione martyrum, quos vulgo dicunt de Arxona in Bætica, ad Urbanum VIII. P. M. epistola ex Corduba anno 1630. in folio.

Mysterii Mysteriorum Sacrificii æterni Eucharistica symbola, deque illi quintis feriis sacrandis. Hæ sunt epistolæ quædam hoc de argumento sibi & a se ad plures scriptæ, ad finemque synopsis compendiumve justi & germani operis, quod quidem in schedis reliquit.

Innuit quoque auctor in *Antiquitatum* opere non uno loco habere se in manibus:

Bæticam illustratam: nempe lib. I. cap. VI. pag. 39. & cap. XXVII. pag. 114. in ora libri: quam si haberemus in re Hispaniæ geographica adinstar thesauri nobis esset. Marcus Augustus Pfeiffer Saxo in *Fasciculo disputationum Philosophicarum*, dissertatione VI. *De lingua Protoplastorum* Alderetum laudat cum elogio *scriptoris Hispani doctissimi.*

BERNARDUS DE ALMEIDA, Lusitanus, theologus doctor Conimbricensis, Lusitano equiti D. Francisco Emmanueli, quem ob probatas & approbatas æque ingenii & cordis in Martis Minervæque castris vires Cæsarem Lusitanum compellat, dicavit:

Fontem eloquentiæ ad majorem & faciliorem, Scholasticorum quacumque de re ornate & apposite loquendi usum. Romæ typis Fabii de Falco 1664. 8. Item:

Minervæ Panopliam ex variis auctorum floribus. Ibidem typis Jacobi Dragondelli, ad cardinalem Jacobum Corradum, Alexandri VII. P. M. prodatarium.

F. BERNARDUS ALPHONSUS, monachus cœnobii Superatensis (Sobrado vulgo) Cisterciensis ordinis, editioni parata habebat, si operarum sumptus ei suppeditarentur:

In Canticorum Cantica juxta sensus literalem, & moralem commentaria.

Vernaculo item sermone:

De la venida de Sant-Iago a España.

De la Inmunidad Eclesiastica.

D. BERNARDUS DE BALBUENA, oppidum Valdepeñas diœcesis Toletanæ habuit patriam, sacerdos ipse instituto vitæ, doctorque theologus Seguntinus, atque egregius ecclesiastes. Præcipuam tamen laudem ab eruditionis studio, poesique affectasse videtur. Quæ ejus cura in quoddam inclytum hujusce artis opus processu temporis evasit, nam archiabbatis munus in Jamaica indorum occidentalium insula duodecim annis exercens, juventutis fabricam juxta Poetæ monitum diu sepositam sub incudem revocare negotium otii sui fecit; nec aversatus fuit creatus jam alterius insulæ Portus divitis episcopus, facultate habita, typis committere hoc titulo:

El Bernardo, o Victoria de Roncesvalles, Poema heroico. Matriti apud Didacum Flamenco 1624. 4. Quod quidem in angulis bibliopolarum delitescens, non sine quadam animi indignatione laude dignis laboribus æqui, sæpe vidimus lectum paucis auditumve. Cum sane carminis majestate fere continuo exurgat, rerum adinventione ac varietate plurimum delectet, orationis perspicuitate & castitate nulli cedat, comparationum vero appositissimarum usu, descriptionum elegantia, geographicæ astronomicæque rei locorum pulcherrima tractatione, miraque exprimendi, fereque oculis subjiciendi, quod tam longe a conspectu est, virtute, mea quidem sententia nostros poetas omnes (quod præfiscine dictum) longo post se relinquat intervallo. Edidit & alia, nempe:

Siglo de oro en las selvas de Eriphile. Matriti 1608. 8. Bucolicum opus decem eclogis constans.

Grandeza Mexicana: oratione prosa versaque mixtum opus. Ibidem 1604. 8.

Functus est pastorali munere ab anno XX. usque ad XXVII. qui supra millesimum sexcentesimum excurrit. De eo Lupus Felix de Ve-

Vega Carpio in ſuo *Apollinis lauru* ſic olim canebat:

Y ſiempre dulce tu memoria ſea,
Generoſo prelado,
Doctiſimo Bernardo de Balbuena.
Tenias tu el cayado
De Puertorico quando el fiero Enrique,
Olandes rebelado,
Robó tu libreria,
Pero tu ingenio no , que no podia
Aunque las fuerzas del olvido aplique.
Que bien cantaſte al Eſpañol Bernardo!
Que bien al Siglo de oro!
Tu fuiſte ſu prelado y ſu teſoro,
Y teſoro tan rico en Puertorico
Que nunca Puertorico fue tan rico.

BERNARDUS BASIN , doctor theologus Pariſienſis , canonicus eccleſiæ Cæſarauguſtanæ , ſcripſit:

De Artibus magicis , & magorum maleficiis. Pariſiis 1506. in 8. Mentionem hujus non ſine magna laude reperio in *Diario Bruchardi* ceremoniarum magiſtri , de tempore Innocentii Papæ VIII. annoque MCDXCI. loquentis : ait enim quod Romæ in templo S. Mariæ ſupra Minervam die S. Thomæ Aquinatis coram XIX. cardinalibus *Sermonem fecit D. Bernardus Baſinus , canonicus Cæſarauguſtanus , ſacræ theologiæ magiſter Pariſienſis, cum tanta gravitate atque omnium comprobatione quod nihil ſupra.* Hæc ille.

F. BERNARDUS DE BRAGA , Benedictinus , Bracharæ aut in ejus eccleſiæ diœceſi natus , ordinis ſui chronographus, ſcripſit:

De Præcedentia inter Legatos Regnorum Portugalliæ & Neapolis tractatum : quem laudat Gaſpar Statius in *Antiquitatibus* , adjungens alia eum ſcripſiſſe , quæ lucem deſiderant. In his forte eſt:

Memoriale Sanctorum ordinis S. Benedicti maxime *Luſitanorum*, ad conficiendum breviarium proprium congregationis Portugalliæ, juſſu Balthaſaris de Braga ejuſdem congregationis præfecti generalis : quod manu propria auctoris exaratum adſervari a Georgio Cardoſo , *Agiologii Luſitani* ſcriptore , Antonius de Purificatione Auguſtinianus refert in *Chronici Auguſtiniani Portugalliæ* parte II. lib. IV. tit. III. §. XIII. ubi ejuſdem Cardoſi teſtimonio adjungit excidiſſe alia ejus ſcripta, nec unquam in prelum venire a domeſticis permiſſa fuiſſe. Idem Georgius Cardoſus in his quæ ad *Bibliothecam Luſitanam* parabat laudat eum ut auctorem:

Hiſtoriæ ſui ordinis Benedictini : tractatumque *Quod Citania fuerit S. Damaſi patria.*

Cardoſus ipſe in eodem *Agiologii* opere die XXIV. Junii lit. a in fine laudat:

As Fundaçoẽs dos Conventos (ordinis ſui Benedictini ut credere par eſt) *do reyno de Portugal.*

F. BERNARDUS DE BRITO , domo ex oppido Almeida Lamecenſis diœceſis , XX. Auguſti anno MDLXIX. Petro Cardoſo & Maria de Brito parentibus in lucem editus, Ciſtercienſium , cum juſtæ ætatis factus eſſet, monachatum amplexus eſt in domo Alcobazienſi , poſtquam in Italia atque alibi Latinas literas , non ſine Græcarum Hebraicarumque notitia , vulgareſque Italicam & Gallicam linguas perfecte didiciſſet. Cumque ad hiſtoriam illuſtrandam , domeſticam in primis & patriam , toto animi pondere ferretur , id quod non ſine archiorum ope , diligentique impenſa veteribus chartis opera expediendum ſibi conſcius eſſet , ſi cum fructu vellet aliquo ſolidæ laudis poſteritati conſulere , totum ſe addixit huic curæ conſcribendarum ex antiquis tabulis rerum in Luſitania olim , deindeque in Portugalliæ regno geſtarum pace belloque , profanæ non minus quam ſacræ texendæ hiſtoriæ intentus , quam neminem ex civibus ſuis cum ſucceſſu hactenus aggreſſum fuiſſe noverat ; Barrius licet atque Reſendius , aliique in ſcriptis ſuis magnum ſeſe hoc opus animo volvere prodidiſſent , quibus aliæ occupationes interceſſerunt, ſeu vaſta argumenti moles ipſa ſibi impedimento fuit. Nec minus attendere habuit opus exornandæ matri Ciſtercienſium familiæ, ſuperiorum nutum ſequutus , ac ne hiſtorici partes, in comitiis generalibus anni MDXCVII. ſibi injunctas , deſerere videretur. Inter hæc, non tamen ſine aliquot intermiſſionibus ſtudiorum , abſolvit ſtudium theologicum , ejuſque doctoralem apicem ſuſcipere meruit Conimbricæ anno hujus ſæculi ſexto , quarum quidem literarum ſacrarum comprehenſionem adeptum ſe non vulgarem frequentibus egregieque habitis pro concione ſacris ſermonibus , eruditiſque domi elucubratis operibus confirmavit. Tandem aliquando & poſt publicata inſignia ea , quæ reliquit , monumenta veteris ævi , delatum ſibi a Philippo Rege III. archichronographi Luſitaniæ munus ſenſit , Franciſco Andradio , qui anno MDCXVI. diem ſuum obierat , ſuccenturiatus ; nec tamen ſine indignatione Didaci Paivæ, Andradii Franciſci hujus filii, qui, ſi vera fama eſt , ob denegatum ſibi hunc honorem , quem ſpe jam conceperat , invectus fuit poſtea cenſorio ſtilo in Bernardi hiſtoriam , multaque in libello *Examine antiquitatum* nuncupato vernaculo idiomate adnotavit , in quibus ille aut nimium credulus, aut

aut non ita diligens & callidus antiquarum rerum examinator fuit: id quod aliorum eruditorum de Bernardo est judicium. Scripsit vulgari Lusitanorum lingua:

Monarquia Lusitana prima parte, que contem as Historias dos Portuguezes de annos MMMCMLXII. da creação do mundo te o nacimento do Nosso Senhor Jesu Christo. Simulque:

Una Geographia antiga de Lusitania. Prodiit in cœnobio Alcobaciensi 1597. in folio. Deinde post XI. annos:

A segunda Parte da Monarquia Lusitana, em que se continuan as Historias de Portugal desde o nacimento de Nosso Salvador Jesu Christo a te ser dado en dote a o Conde D. Henrique. Olisipone 1609. in folio.

Interposuerat quippe hoc medio tempore historiam sui ordinis, nempe:

A Primeira parte da Chronica del Cister, onde se contan as cousas principais desta Religiaõ con muitas antiguidades assi do Reyno de Portugal, como d' outros muitos da Cristiandade. Olisipone 1602. in folio, ex officina Petri Craesbek. Item:

Elogios dos Reys de Portugal, com os mais verdadeiros retratos que se poderaõ achar: ex eadem officina 1603. in 4. Quod, breve licet opus, magni faciunt viri docti cum propter accurationem ejus, tum propter Regum veras icones, undequaque intra & extra Portugalliam diligenter perquisitas, atque in æs incisas: quæ ipsæ sunt effigies ab Antonio Vasconcellio Jesuita in *Anacephaleosi* sua *Lusitaniæ* majori forma repræsentatæ.

Reliquit nonnulla alia inedita, scilicet:

A Terza Parte da Monarquia Lusitana: quam ante alias duas elucubraverat, forteque damnavit, scriptam quippe antequam veteribus tabulariis excutiendis sese addixisset, legitimis & necessariis conficiendæ historiæ instrumentis nondum instructus, quæ quidem mansit inedita.

Un Tratado de Republica antiga de Lusitania, sive *De antiquis Lusitanorum moribus, & politica*: quem serenissimæ Infanti Elisabethæ Claræ Eugeniæ XXI. die Martii anno MDXCVI. dicasse fertur, divisum nempe X. capitibus.

Historia de Nossa Senhora de Nazareth: sive de inventione hujus imaginis, donationibusque hujus sacræ ædi factis, necnon de iis quæ mire a Deo supplicibus Deiparæ virginis dispensata hic referuntur, cum notitia eorum genealogiæ quibus ea beneficia collata sunt: vere illustriorum Portugalliæ familiarum ut vocant nobiliarium. Librum hunc anno MDCXI. portabat secum Bernardus in curiam Regiam oblaturus Margaritæ Austriacæ Hispaniarum Reginæ, ostenditque in Eborensi urbe eximio viro Emmanueli Severino a Faria, metropolitanæ istius ecclesiæ cantori, cui acceptum ferimus quidquid de auctore nostro his chartis consignavimus, laudat quoque hunc librum Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano* die XXX. Maii lit. d.

De Privilegiis item *sui Ordinis* librum.

Apologiam quoque, sive *responsionem ad quæsita quædam D. Augustini de Castro Præsulis Bracharensis super contentis in prima Monarchiæ parte*: quam vidit idem Severinus. Accepit & ipse eodem tempore a Bernardo nostro habere se duo volumina Latina lingua elaborata, nempe:

In Prophetas minores commentaria. Certe Chrysostomus Henriquez in *Phœnice suo* dumtaxat eorum meminit quæ in *Micheam* conscripsisse dicitur.

De duabus item *Hebdomadis*, *formationis scilicet Universi, & Passionis Dominicæ.*

Historiam continuaturus erat, deducturusque ad noviora tempora nisi mors manum injecisset, nondum quinquagenario, in Almeida oppido natali XXVII. Februarii mensis anni MDCXVII. Matrito redeunti. Unde delatum fuit cadaver ad monasterium sui ordinis, Santa Maria de Aguiar dictum, Castello-Roderici propinquum, jacetque sub hac inscriptione:

Aqui iaz o mui docto Padre F. Bernardo De Brito Chronista Mor que foi deste Reyno. Morreo no anno MDCXVII.

Vidimus Bernardi Briti elogium a laudato jam Eborensis ecclesiæ cantore conscriptum, ex quo hæc pauca excerpsimus, apud illustrissimum D. Hieronymum Mascarenhas, in supremo Portugalliæ senatu Regium olim consiliarium, Segobiæque urbis nunc præsulem, subscriptumque Severini nomine in Eborensi urbe secunda die Aprilis MDCXXVIII. Continuavit quidem Monarchiæ opus Antonius Brandaon, & ipse Cisterciensis, qui consulendus est in præfatione tertiæ partis.

BERNARDUS CANTERO, scripsit. *Declaracion de las Reglas de Grammatica.*

F. BERNARDUS CARDILLO VILLALPANDO, lustrico quidem nomine Balthasar, Gasparis Cardilli ex Balthasare fratre nepos, & ipse Segobiæ natus, Cisterciensis monachus, historiæ rerum domi, hoc est in Religiosa familia sua, gestarum impense operam dedit. Ignatii quippe Firmini Hiberii, abbatis Fiterensis, nutu & sumptibus plura Galliarum cœnobia, in hisque omnes tabulas & archia lustravit, omniaque Cataloniæ, Valentiæ atque Aragoniæ regnorum. Quo quidem Ignatio priusquam Bernardi hac opera in pandendo ordinis chronico uti

uti poſſet extincto, hic noſter propriis auſpiciis reliquorum Hiſpaniæ monaſteriorum tabulariis excuſſis, in domum Nucalenſem, unde erat profeſſione inſtituti, ſe recipiens fructus cogere tot laborum cœpit, cœptoque ardenter inſtitit ſcribens, inedita ad hoc tempus tamen, quæ ſubjecimus opera:

Itinerarium ordinis Ciſtercienſis, ſive *Rerum illius illuſtrium*: quod in *Chronico* ejuſdem laudat Montalvus parte I. lib. II. cap. XXXIII.

Lignum Vitæ Ordinis Ciſtercienſis: ne Arnoldus Wion ſolus eſſet qui *Benedictinum* ſuum erexiſſet.

De Viris Illuſtribus Ordinis Ciſtercienſis.

Hiſtoriam Monaſterii Superatenſis, vulgo de Sobrado, in quo degebat cum id opus ſcriberet.

Hos quidem tribuit ei libros Chryſoſtomus Henriquez in *Phœnice* ſuo *Ciſtercienſi* lib. II. cap. XXII. ſed laudatus proxime Montalvus aliud quoque præter hos, ſcilicet:

Speculum monachorum.

Præterea Bernardus ipſe ad Didacum Colmenarium, *Segobienſis Hiſtoriæ ac virorum hujus urbis illuſtrium* diligentem diſertumque ſcriptorem, detulit habere ſe in ſchedis ſequentia:

Chronografia de los Reyes de España, y edades del Mundo.

Fundacion del Monaſterio de Nogales, y deſcendencia de ſus Fundadores Ponces de Cabrera y Leon, Duques de Arcos.

Fundacion del monaſterio de Nueſtra Señora de Oſera.

Chronico del Reyno, y Reyes de Navarra.

Chronico de los Ozores, y Oſorios en el Reyno de Galicia.

Obiit is in eodem Nucalenſi cœnobio poſtridie kalendas Junii anno MDCXXXVII. ætatis LXVII. Hominem laudant Antonius de Yepes in *Chronico Benedictini* ſui *ordinis* cum aliis in locis, tum centuria V. ubi de monaſterio Sancti Prudentii, quod in Rioxa provincia eſt, agit, & Nicolaus Bravo *Benedictinæ* auctor.

BERNARDUS DE CASTANHEDA RAPOSO ET SAMPAYO, Luſitanus, oppidi Turrium-novarum diœceſis Oliſiponenſis, eques ordinis S. Jacobi, ſcripſit:

Pyramide, o Obeliſco baptiſmal da Princeſſa de Portugal, quæ nata fuit ex Petro Principe, &........ Portugalliæ Regina, anno MDCLX.

BERNARDUS DE CASTRO, monachus Carthuſianus monaſterii del Paular nuncupati juxta urbem Segobiam, ſcripſit:

Triumphum Imperatoris noſtri Jeſu Chriſti: cujus archetipon ſe vidiſſe in eadem domo Ægidius Gonzalez Davila in *Hiſtoria Henrici III. Regis Caſtellæ* ſcribit.

BERNARDUS CATALAN ET VALERIOLA, Calatravenſis eques, edidit:

Juſtas Poeticas hechas a ſu devocion. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1602. in 4.

Las noches Valencianas. MS. in 4. vidit D. Thomas Tamajus.

BERNARDUS CAXANES, medicus Barcinonenſis, ſcripſit:

Adverſus Valentinos & alios noſtri temporis Medicos de ratione mittendi ſanguinem in febribus putridis libros tres. Barcinone apud Paulum Malum 1592. 8. Et paulo poſt Venetiis 1595. in 8.

BERNARDUS DE CIENFUEGOS, Turiaſonenſis, ſcripſit:

Vida del Padre Gonzalo de Silveira de la Compañia de Jeſus Martyr. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1614. in 4.

BERNARDUS (vulgari formatione BERNAL) DIAZ DEL CASTILLO, natus in ampliſſimo Caſtellæ Veteris municipio Medina del Campo, unus fuit ex iis qui primam expeditionem Mexicani regni ſequuti ſunt, cui uſque ad ſubjugatam provinciam interfuit, ſcribens jam poſitis armis:

La Hiſtoria verdadera de la conquiſta de la Nueva España: quam auctor ſe abſolviſſe refert anno MDLXVIII. Ediditque primum ex bibliotheca D. Laurentii Ramirez de Prado F. Alphonſus Ramon, ordinis Redemptorum Deiparæ Virginis de Mercede chronographus, in folio: ſive, eo labori immortuo, F. Gabriel Adarzo a Santander, nunc Hydruntinus præſul.

F. BERNARDUS ESCUDERO, Ciſtercienſis monachus, & abbas monaſterii Vallisbonæ, ſcripſit:

Libro de Meditaciones para los Novicios. Pinciæ 1602.

BERNARDUS DE FONSECA, Luſitanus, neſcio cujus eccleſiæ canonicus, ſcripſiſſe dicitur:

Itinerario: cujus meminit Cardoſus in *Agiologio Luſitano* die XV. Aprilis. Idemne an alius Bernardus de Fonſeca, Hieronymi Oſorii ex aliquo latere nepos, quique ejus vitam & moralia quædam opera ſcripſit, laudante eodem Cardoſo in ſchedis ad *Bibliothecam Luſitanam* quam parabat?

BERNARDUS GARZIA, Salmanticæ ad

ad Sancti Bartholomæi togatus sodalis, Zamorensis inde canonicus uti auctor est Ægidius Gundisalvi Davila in *Theatro Zamorensis Ecclesiæ*, scripsit:

De Musica tractatum.

D. BERNARDUS GONZALEZ GOMEZ DE LA MORA, scripsit:

El Secretario en diez y seis Discursos. Matriti 1659. 4.

BERNARDUS GORT, Barcinonensis, Carthusianus monachus, præfectus unius & alterius Portugalliæ monasterii, librum edidit:

De Viris virtutum merito eminentibus sui ordinis.

Meminit ejus Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano* pag. 440. die v. Aprilis. Hoc forte *Kalendarium seu Martyrologium Cartusianum* vocat Josephus Valles, canonicus Tarraconensis, in claris domus Scalæ Dei viris, Bernardum non mediocriter laudans, qui & attribuit ei opus aliud:

Monarchiam Cartusianam: quæ & Kalendarium prædictum inedita remanserunt subsequente ejus morte xv. Maij die MDCXLV. Legesis Josephum Valles nuper laudatum in *Cartusiana* sua *Historia.*

BERNARDUS DE GRANOLLACHS, artium ac medicinæ doctor Barcinonensis, edidit:

Sumario, en el qual se contienen las conjunciones, y oposiciones, los eclipses del Sol, y Luna, fiestas movibles desde el año de MCCCCLXXXVIII. hasta MDL. in 4. Liber hic Italice versus est in bibliotheca Coloniana Hispalensis ecclesiæ typis editus.

F. BERNARDUS GUTIERREZ, Cisterciensis monachus Hortensis domus, ante ingressum religionis jurisprudentiæ jam doctor, Romæ diu mansit domesticis ordinis sui negotiis vacans nec minus studiis. Elucubravit enim:

Compendium Privilegiorum ordinis Cisterciensis, cum notis. Romæ 1588.

Reliquit moriens opus aliud ineditum:

De Privilegiis omnium ordinum: domesticorum testimonio luce dignissimum.

Obiit, visitatoris generalis dum fungeretur munere, in Nucalensi cœnobio circa annum 1608. quem in albo *Menologii* sui *Cisterciensis* Chrysostomus Henriquez inclusit, vitam hujus se habere manuscriptam testatus.

F. BERNARDUS ITALIANO, natus in oppido Garrovilla de Alconetar in Estremadura, Minorum sodalis in provincia principatus regni Neapolitani, scripsit, stilo consignans Hierosolymitanam suam peregrinationem:

Viage a la Santa Ciudad de Jerusalem: verdadera, y nueva descripcion suya, y de toda la Tierra Santa, y peregrinacion al Santo Monte Sinai. Neapoli 1632. in 8. Item:

Tratado de Constantinopla, y grandezas del Gran Turco. Neapoli apud Octavium Beltran 1633. in 12.

Hujus non meminit Waddingus.

BERNARDUS JOSEPHUS LLOBET, Catalanus ut credo, scripsit:

Epitome de la Genealogia, y descendencia de los Duques de Cardona. Hoc autem opere non edito, in lucem dedit:

Declaracion del Arbol de la Genealogia, y decendencia de los Excelentissimos Vizcondes, Condes, y Duques de Cardona en el Principado de Cataluña. Barcinone apud Antonium de Lacaballeria 1665. 4.

F. BERNARDUS DE LEON, Burgensis, Præmonstratensium sodalis, scripsit (alias dictus Bernardinus):

La Historia de la orden de los Premonstratenses: quam in schedis se legisse affirmat in *Theatro Burgensis Ecclesiæ* Ægidius Gonzalez Davila. Item:

De la Concepcion de Nuestra Señora: duo volumina. In monasterio Vitis diœcesis Oxomensis 1626. in 4.

F. BERNARDUS DE LIZANA, Ocaniensis, ordinis fratrum Minorum, in Yucatana Novæ Hispaniæ sive Americæ septentrionalis regione cum erudiendis ejus tractus populis, tum administrandæ sodalium provinciæ vacavit, scripsitque:

Historia de Yucatan: Devocionario de Nuestra Señora de Izmal, y conquista espiritual. Pinciæ 1633. 8.

F. BERNARDUS LOPEZ SUSARTE, Placentinus, Cisterciensis monachus in domo de Huerta, vir divinarum atque humanarum rerum peritissimus (quo elogio domestici ejus hominem appellare solent) scripsit:

Theatro de Christo, y su Iglesia, tomis tribus: conciones scilicet. Matriti apud Alphonsum Martin 1613. & 1614. in 4. Quem & alia scripsisse lucem visura testatus est *Phœnicis* auctor Chrysostomus Henriquez.

D. BERNARDUS DE LORCA, municipij de Almagro incola presbyterque, edidit:

Examen para ordenes, para confesar, y predicar. Anno 1669.

F. BERNARDUS DE LUGO, Dominicanus, in novo regno Granatensi Americæ meridionalis, & S. Fidei urbe Regia docuit ejus gentis vernaculum idioma, quæ lingua Mosca audit, scripsitque:

Gramatica desta lengua general de los Indios del nuevo Reyno. Matriti. 1619. in 8. Item:

Confesionario ejusdem linguæ.

BERNARDUS LUNES DE CASTILLO, appellatur in *Bibliotheca* MS. viri cl. Antonii Augustini tamquam auctor libri:

De Repressaliis.

F. BERNARDUS NAVARRO, Augustinianus, in ecclesia Urgelensi olim theologiæ lector, provinciam ordinis sui Valentinam præfectus administrabat anno MDCXX. cum edidisset jam:

Vida de S. Nicolas de Tolentino. Barcinone 1612. in 8. Sed trium librorum quibus opus constat, postremus, ubi agitur de virtute Panis Benedicti, quem ab hoc Sancto vocant Confessore, mirisque ejus apud Cordubam hoc ipso anno MDCXII. effectibus, Christophori Busti est, quod Bernardus ipse non dissimulat.

F. BERNARDUS DE NIEVA, natus in oppido cognomine dioecesis Segobiensis, Dominicanorum in patria sodalis, scripsit a Joanne Marieta valde laudatus:

Sumario Manual de informacion de la Christiana conciencia. Medinæ a Campo typis Francisci del Canto 1556. 4.

F. BERNARDUS OLIVERIUS, vulgo OLIVER, Valentinus, ordinis Eremitarum Sancti Augustini, theologus Parisiensis, & (si credimus Antonio Possevino ex Josepho Pamphilo affirmanti) Darvicensis episcopus, quam sedem ego nusquam reperio; nec ætatem, qua hic floruit auctor, docet nos Pamphilus, scripsisse eum tamen affirmat:

In Magistri Sentent. lib. IV.

In Cap. Cum Marthæ, De Celebratione missarum.

Quæstiones Quodlibetales.

De Divinis Officiis librum singularem.

In *Bibliotheca* MS. Antonii Augustini liber fuit Bernardi Oliverii Augustiniani hoc titulo:

Excitatorium mentis ad Deum, nuncupatum Roderico episcopo Valentino. Hic sane Alexander VI. fuit: unde Oliverius ei æqualis probatur.

BERNARDUS PAPIO, Catalanus, scripsisse dicitur:

Tractatum de reformatione populi: & de ornatu loquendi. Anno 1534.

F. BERNARDUS DE PAREDES, natus in oppido Villatobas Toletanæ dioecesis, Carmelita provinciæ Castellæ, vir pius & religiosi tenax propositi, edidit:

Sermones para los Domingos de Adviento, y Pasquas hasta la Quinquagesima inclusive. Matriti 1648. in 4. apud Didacum Diaz de la Carrera.

Sermones para los Domingos, Miercoles, y Viernes de Quaresma, y Semana Santa. Ibidem 1649. 4. apud eumdem.

Sermones para las demas ferias de Quaresma. 1652. apud eumdem.

Obiit in cœnobio Vallisolivarum Conchensis dioecesis anno MDCLXI.

F. BERNARDUS DE LA PEÑA, Toletanus ut suspicor, certe in S. Petri martyris Toletano cœnobio Dominici patriarchæ sanctissimi sodalitio adscriptus, sacræ theologiæ ut vocant præsentatus, cum hæc scribimus typis subjicere dicitur:

Chronico Eclesiastico Toledano; antigüedades de su Santa Iglesia Primada de las Españas, y sucesion de sus Arzobispos.

BERNARDUS PEREZ DE BOBADILLA, scripsit:

Ninfas, y Pastores de Henares. 1587. 8.

BERNARDUS PEREZ DE CHINCHON, Gandiensis in Valentiæ regno ecclesiæ collegiatæ canonicus, zelo Dei motus ut parochos & concionatores, quorum ad munus pertineret Maurorum reliquias in Hispania extantes in vera religione instruere, de Alcorani doceret erroribus, scripsit:

Antialcoran, sive *contra errores Sectæ Machometanæ.* Salmanticæ 1595. apud Joannem & Andream Renaut in 4. Augustinus Morla in præfatione *Emporii Juris* laudat hunc inter Valentinos scriptores; sed tamen Giennensis natu is fuerit procul dubio si auctor est alterius operis:

Espejo de la vida humana nuncupati: quod prodiit Granatæ ex officina Hugonis de Mena 1587. in 8. Complutique 1589. 8.

Vertit ipse idem ex Galeatii Cappeliæ Latino:

Historia de lo sucedido desde el año de MDXXI. hasta MDXXX. sobre la restitucion de Francisco Sforcia en Milan. Valentiæ 1536. in folio. Fuisse olim se in famulatu D. Joannis Borgiæ ducis de Gandia in prologo *Antialcorani* testatur.

BERNARDUS PEREZ DE VARGAS, Ma-

Matritensis eques, Malacitanæ urbis incola, alias in oppido Coin Bæticæ oræ maritimæ habitans, scripsit vulgari sermone:

De Re metallica. Matriti apud Petrum Cosin 1569. in 8.

La Fabrica del Universo, o Reportorio perpetuo: duabus partibus. Prima prodiit Toleti 1563. in folio: altera cum particulari inscriptione *Sumario de las cosas del Mundo* ibidem eodem anno.

MS. vidimus aliud ejusdem opus ita nuncupatum:

Obra en que se trata que cosa es amistad, como se debe contraer, y conservar, con muy grandes, y notables avisos; dirigida al muy excelente, y Ilustrisimo Señor D. Juan de Austria. Dialogistæ sunt Espinola, Eusebius & Bernardus.

In *De Re metallica* opere elaborare se affirmavit librum:

De los edificios, y maquinas que pertenecen al Arte de laborar los metales: quem hactenus non vidimus.

BERNARDUS PUJOL, Catalanus, sacræ theologiæ doctor, ejusque in gymnasio, quod Perpiniani est, professor, canonicus insuper Elnensis, quæ eadem est Perpinianensis, ecclesiæ, scripsit docte:

De sacro Adorationis cultu Disputationes IV. Perpiniani 1608. in 8.

F. BERNARDUS DE RIBERA, Hispalensis, Cisterciensium regulam professus fuit in monasterio de Huerta, & in altero, Palazuelos nuncupato, sacra Biblia interpretatus est, quo tempore in vulgus dedit sermone Hispano:

Conceptos de la sagrada Escritura para los dias de la Quaresma: duobus tomis. Prior Burgis prodiit anno 1616. in 4. Posterior Pinciæ 1620.

Necnon Latine ut credimus, post aliquot annos:

Jacobi Testamentum: continens novas & eruditas expositiones XII. prophetiarum, quas protulit Jacob patriarcha dum moriens ultimum vale filiis diceret. Hispali anno 1624.

Apologeticum Tractatum pro Sancto Bernardo circa opinionem de Beatitudine, seu visione animarum ante universalem resurrectionem. Latinumne an vulgarem non adnotant Chrysostomus Henriquez in *Phœnice*, aut Carolus Vischius in *Bibliotheca Cisterciensi.*

Commentaria in totam Bibliam elaborata habere se in *Jacobi Testamento* reliquit scriptum, quæ adhuc latent.

F. BERNARDUS DE SALAZAR, natus in oppido Casarrubios Toletanæ dioecesis, Franciscanus, D. Georgio, Naxeræ & Maquedæ duci, dum Catalanis pro Rege jus diceret a confessionis sacramento, provinciæ quoque suæ per novem menses præfectus, scripsisse fertur non edidisse:

In Ecclesiasticum Commentaria.

F. BERNARDUS DE SANTANDER, ET BARCENILLA, Lucroniensis, sacræ theologiæ magister, ordinis fratrum Deiparæ Virginis de Mercede, postquam docuisset domesticos sacram doctrinam, domibusque Huetensi, Guadalaxarensi ac Toletanæ, & forsan aliis præfuisset, Castellæ provinciæ vicarius provincialis fuit, deinde anno quo hæc annotamus 1676. præfectus ejusdem est. Scripsit:

Marial de la Virgen Señora Nuestra, prima parte. Matriti 1662. in 4.

Platicas para la Escuela de Christo de Madrid: tribus tomis. Matriti in 8.

F. BERNARDUS DE SIERRA, ex ordine Sanctissimæ Trinitatis fratrum Redemptorum, sacræ theologiæ magister, Pincianæque domus minister, edidit, sive Latine sive Hispane:

De Mysteriis Sacræ Scripturæ opus quoddam.

F. BERNARDUS SUCHET, Pincianus, ordinis Sanctissimæ Trinitatis, Regius Philippi IV. concionator, edidit:

Coronam Stellarum duodecim de Deipara Virgine. Matriti 1657.

F. BERNARDUS DE TORRES, Augustinianus sodalis Peruanæ provinciæ, ejusdemque chronographus, sacræ theologiæ magister, & in academia Limensis urbis perpetuus rector cathedræ, quam supernumerariam vocant primæ horæ, Magistri Sententiarum. Edidit:

Chronica de la Provincia Peruana del orden de los Ermitaños de San Agustin. Limæ typis Juliani Santos de Saldaña 1657. folio.

F. BERNARDUS DE VARGAS, Hispalensis, fratrum Redemptorum, vulgo Mercenariorum, sodalis in provincia Bætica, totiusque ordinis sui procurator in curia Romana, Latine composuit:

Chronicon sui ordinis Deiparæ Virginis de Mercede: duobus tomis. Panhormi in Sicilia editum.

Necnon & (nisi hæc posterior pars est Chronici):

Additionem ad Opusculum de vita, & gestis Sancti Petri Nolasco, & quorumdam ve-

nerabilium filiorum ejus. Meſſanæ 1629. Vernaculo etiam ſermone:

La Vida del Venerable P. Fr. Juan Bernal hijo del Convento de Xerez, y Provincial tercero de Andalucia. Item:

Regla de las Terceras Mercenarias. Panhormi. Demortui Bernardi xx. die Novembris anni MDCI. corpus adſervatur in cœnobio Hiſpalenſi.

BERNARDUS DE VARGAS, ſcripſit, & marchioni de Villena nuncupavit hujus tituli fabuloſam hiſtoriam pro more ſuæ ætatis:

Los quatro libros del Valeroſo Cavallero Don Cirongilio de Tracia hijo del noble Rey Elesfron de Macedonia, ſegun lo eſcrivió Novarco en Griego, y Promuſis en Latin (ita impune tunc temporis imponebatur lectoribus). Hiſpali apud Jacobum Cromberger 1545. fol. Promittit in hac alteram partem *De los hechos del Principe Chriſocalo.*

D. BERNARDUS DE VARGAS MACHUCA, Septimancenſis patria, dum apud Indos in Sanctæ Fidei urbe regni Novæ Granatæ principe agit varia, ſcripſit, nempe:

Milicia Indiana. Simulque:

Deſcripcion de las Indias Hydrographica, y Geographica. 1599. in 4. ubi eſt *Compendio de la Esfera.*

Compendio, y doctrina nueva de la Gineta, ſecretos, y advertencias della, ſeñales, y enfrenamientos de Cavallos, ſu curacion, y beneficio. Matriti apud Didacum Flamenco 1619. in 8.

Defenſa de las Conquiſtas de las Indias: quam typis mandari haud paſſi ſunt quorum de hac re cura eſt, eo quod totus eſſet auctor in refellendis Bartholomæi Caſæ eo ſuper argumento ſcriptis: manu exarata fuit apud D. Laurentium Ramirez de Prado.

F. BERNARDUS VAZQUEZ, Ciſtercienſis ex Nucalenſi domo, cui & abbas præfuit, referente in *Chronicis* ſuis Barnaba Montalvo, cum alia tum libellum ſcriptum, neſcio an editum, reliquit:

Senectutem Juventutis appellatum.

BERNARDUS DE LA VEGA, Matritenſis, canonicus de Tucuman in meridionali America, ſcripſit verſibus:

La bella Cotalda, y cerco de Paris. Simulque:

Relacion de las grandezas del Piru, Mexico, y los Angeles. Mexici apud Melchiorem de Ocharte 1601. in 8.

El Paſtor de Iberia, anno 1591. in 8. editus, ejuſdem credo auctoris eſt.

BERNARDUS VENEGAS, Toletanus, edidit:

Formula de orar: Meditaciones de la Oracion del Padre nueſtro. Toleti apud Joannem de Ayala 1555. 8.

BERNARDUS VIEIRA, Luſitanus, Antonii celeberrimi noſtro tempore ſacrarum concionum artificis germanus frater, Portugalliæ Regi a ſecretis ſtatus Braſilienſium rerum, ſcripſiſſe dicitur:

Nova Luſitania: de ſucceſſibus ut credo illarum regionum.

BILBAONENSE, hoc eſt, municipii Viſcaiæ florentiſſimi Bilbao, collegium patrum Jeſuitarum, ſive academici ejus humaniorum diſciplinarum ſtudioſi ediderunt:

Viſcaiam illuſtrandam, ſive ſermonem de iſtius Provinciæ laudibus. Cæſarauguſtæ 1637. in 4.

BLASCUS.

BLASCUS DE GARAY, Toletanus, patriæ eccleſiæ portionarius, ſcripſit proverbiis vulgaribus contextas epiſtolas, ut eorum locupletiſſimam oſtenderet vernaculam linguam, quæ prodierunt hoc titulo inſcriptæ:

Cartas en Refranes: hoc eſt, epiſtolæ ex proverbiis formatæ. Oſcæ ex officina Joannis Perez de Valladolid 1581. in 16. & alibi ſæpe. Medinæ Campi apud Franciſcum del Canto 1569. in 16. Sed ex quatuor epiſtolis duæ tantum primæ Blaſci ſunt, reliquæ vero anonymi alicujus ut ipſe admonuit.

Correxit preloque commiſit, recognita interpretatione Didaci Lopez de Ayala & Didaci Salazarii, utriuſque Toletani, vernacula:

La Arcadia de Jacobo Sanazaro Cavallero Napolitano, aunque de origen Eſpañol, ut ipſe ait ad Gundiſalvum Perezium, cui opus dedicat. Toleti 1549. in 4.

BLASCUS PELEGRIN CATALAN, Valentinus eques, ſcripſit:

Trofeo del Oro: hoc eſt, de pecuniæ imperio, poema tripartitum. Cæſarauguſtæ typis Dominici de Portonariis 1579. in 8.

BLASIUS.

F. BLASIUS, Luſitanus, ordinis Minorum provinciæ da Rabida dictæ reformatorum, reliquit ineditum in cœnobio S. Joſephi:

Mil e tantas preguntas em materias de ſpiritu e ſuas reſpoſtas. Cardoſo auctore in ſchedis ad *Bibliothecam Luſitanam.*

BLASIUS ALVAREZ DE MIRAVAL, theologus ac medicus doctor Salmanticenſis,

ſis, utriuſque doctrinæ ſpecimen dedit ſcribens:

La Conſervacion de la ſalud del cuerpo, y alma para el buen regimiento de la ſalud, y mas larga vida del Sereniſſimo Principe D. Felipe. Metymnæ 1597. in 4. Salmanticæque apud Andream Benaut 1601. in 4.

F. BLASIUS DE BUIZA, Franciſcanus, largitionum ſacrarum collector quæ Turcis pro locis Palæſtinæ ſacris penduntur, provinciæ Sancti Jacobi ſodalis, poſt alios curioſe ſcripſit:

Relacion de los ſagrados lugares de Jeruſalem, y toda la Tierra Santa. Salmanticæ 1624. in 8.

F. BLASIUS DEL DIA MENDIETA, Dominicanus Cordubenſis cœnobii, edidit:

Quilates del oro de la Religion: ſive, de dignitate religioſi ſtatus. Cordubæ 1631. in 8.

BLASIUS FLOREZ DIAZ DE MENA, Carrionenſis, juris conſultus, in oppido Caſtellæ Veteris Sancti Facundi, vulgo Sahagun dicto defendendis, in judicio cauſis invigilabat, cum poſteros cogitans docte elucubravit volumen:

Recentiorum practicarum quæſtionum Juris Canonici, & Civilis ad praxim utriuſque fori ſpectantium. Salmanticæ 1609. in folio. Item Francofurti 1605. in folio. Necnon et:

Lucubrationes in Deciſiones in ſupremo Luſitaniæ Senatu olim decretas, & per Antonium a Gama doctiſſimum Senatorem digeſtas. Oliſipone 1603. in folio.

D. BLASIUS FRANCO FERNANDEZ, Murcianus, parochus oppidi de Jumilla, deinde oppidi de Foncarral, theologus doctor, ſcripſit:

Vara de Jeſe, y ſu divino fruto, vida de Jeſus, y Maria, Poema heroyco con diſcurſos hiſtoricos, politicos, y morales: tribus partibus. Matriti apud Julianum de Paredes 1670. in 4.

BLASIUS GONZALEZ DEL RIBERO, advocatus Matritenſis curiæ, Sanctæ Inquiſitionis uti vocant conſultor, in vulgus dedit:

Expoſicion de la Bula de ſu Santidad ſobre el Jubileo del año Santo. Matriti 1625.

Apologetico, o libro por la ciudad de Meſina: ad Philippum IV. Regem noſtrum: quem laudat Melchior Incofer Jeſuita in *Conjectationibus ad Epiſtolam Deiparæ ad Meſſanenſes.*

BLASIUS LOPEZ, grammaticæ artis atque humanioris literaturæ profeſſor apud Salmantinos primarius, edidit:

Trochaicos verſus ad Orationis latinæ cognitionem. Salmanticæ 1634.

BLASIUS LOPEZ, Luſitanus, ex oppido Torreſnovas Oliſiponenſis diœceſis, magiſter theologus Pariſienſis, monaſterii Sanctæ Crucis Conimbricenſis prior Clauſtralis ultimus, ac prior inde villæ ut vocant de Benavente, vitæ innocentia nec minus literis præſtans, ſcripſit ante alios:

Artem Grammaticam Latinæ Linguæ: quæ edita fuit.

BLASIUS DE MATOS, Luſitanus, ſcripſit:

Eſpelho de Pecadores. Oliſipone 1620.

BLASIUS NUNES MANHAS, Luſitanus Tranſtaganæ regionis, medicus doctor, neſcio quæ artis ſuæ, atque item metrica opera ſcripſiſſe dicitur.

BLASIUS ORTIZ, domo ex oppido Villarobledo regni Toletani, vicarius olim eccleſiaſticus D. Joannis a Villalva Calagurritani epiſcopi, in familia deinde fuit Adriani Florentini creati Papæ Adriani VI. quocum profectus in Urbem fuit: almæ eccleſiæ Toletanæ canonicus, ut vocant magiſtralis, cui theologiam docendi munus eſt injunctum, totiuſque diœceſis generalis vicarius ſub Joanne Tavera archiepiſcopo, quod olim munus Calagurri exercuerat, ſcripſit:

Itinerarium Adriani VI. P. M. ab Hiſpania. Toleti 1548. in 8. alias 1546. per Joannem de Ayala: atque tamdiu poſt, nempe 1680. inter *Miſcellanea* Stephani Baluzii datus prelo iterum tomo 3. Quem Pontificem ſequutus fuit Romam, unde poſt mortem ejus rediit canonicus eccleſiæ iſtius renuntiatus, uti diximus. Item:

Summi Templi Toletani graphicam deſcriptionem. Ibidem 1544. in 8. In quo tamen a Joannis Vergaræ ſummi viri manu aliqua ſunt, videlicet ea quæ de officio Gothico referuntur aliaque. Factus idem ut credo Valentiæ inquiſitor Apoſtolicus fuit, ſi non alius eſt qui in catalogo Valentinorum inquiſitorum laudatur circa ann. MDXL. apud Ludovicum Paramo lib. 11. *De Origine S. Inquiſit.* tit. 11. cap. IX. & Sebaſtianum Salelles *De Materiis Tribunal. S. Inquiſit.* proleg. V. num. 8.

F. BLASIUS DE SANCTO RAPHAELE, Franciſcanus provinciæ Reformatorum Sancti Didaci in Bætica, edidit:

S.

S. Bonaventuræ opuſcula pro inſtruendis novitiis : adjecitque ex propria penu quoſdam *dialogos*. Hiſpali 1636. in 4.

BLASIUS DE ROBLES DE SALZEDO, juriſconſultus Matritenſis, atque in eadem Regia curia advocatus, docte commentatus eſt:

De Repræſentatione : tribus libris. Matriti primum 1624. in folio : demum Romæ ſumptibus Joſephi Corvi 1667. folio.

BLASIUS DE SALAZAR, ſcripſiſſe dicitur genealogicum opus:

Del linage de Valenzuela : cujus rei auctor eſt D. Joſephus Pellicer in tractatu ſeu *Memorial* ut vocant *Por la cobertura de primera claſe del Marques de Priego*. MS. erat apud comitem de Mora Regium conſiliarum in ſenatu Italico, ante paucos annos vita functum.

BLASIUS DE SALAZAR, forte Hiſpalenſis, MS. reliquit:

El repartimiento de Sevilla con Eſcudos de armas, y addiciones proprias. Servatur in bibliotheca quæ fuit excellentiſſimi comitis de Villaumbroſa, Caſtellæ præſidis, in folio. Idem MS. reliquit:

Tratado de los Monſalves de Sevilla.

BLASIUS SERNA, ſeu DE LA SERNA, Toletanus, profeſſor Complutenſis grammaticæ artis, ſcripſit:

Expoſitiones in librum IV. Grammatices Antonii Nebriſſenſis, & in tria concordantiæ præcepta cum figuris conſtructionis. Compluti 1556. in 8. & 1559.

BLASIUS VALERA, reliquit MS.

De los Indios del Peru, ſus coſtumbres, y pacificacion. Antonius de Leon *in Bibliotheca Indica Occidentali* tit. XVII.

BLASIUS VAYLLO, Aragonus, ex oppido Exea, Jeſuita, Majoricæ Balearium philoſophiæ, Cæſarauguſtæ dein theologiæ inter domeſticos profeſſor, manuſcriptum reliquit, in eadem urbe Cæſarauguſta decedens:

Commentarium in Bullam Cruciatæ : auctore mihi Philippo Alegambe *in Bibliotheca Scriptorum Societatis.*

F. BLASIUS VERDU, Valentinus, ex oppido Cati, idemque inſtituto vitæ Dominicanus, rector fuit collegii Dertuſani Dominico patriarchæ ſacri, in ejuſdemque urbis eccleſia theologiæ lector. Edidit:

Commentaria, ſcholia, & reſolutas quæſtiones ſuper Diſputationem de Trinitate Primæ Partis S. Thomæ. Tarracone 1602. 4.

Relectiones duas : alteram contra ſcientiam mediam, & alteram pro divinorum auxiliorum efficacia. Barcinone apud Hieronymum Margarit 1610. 4.

Necnon vernacula Caſtellæ lingua:

Libro de las aguas potables, y milagros de la fuente de Nueſtra Señora de Avella, que nace en el termino del lugar de Cati, Reyno de Valencia. Simul prodierunt:

Deſcripcion del Deſierto ; Triunfo de amor, y obediencia ; y el lucido intervalo del loco amante ; Martirio de Santa Candida, y Cordula. Barcinone 1617. in 8.

Engaños, y deſengaños del Tiempo.

Diſcurſo de la expulſion de los Moriſcos.

Aviſos de diſcrecion para acertar a tratar negocios. Simul hæc tria opuſcula Barcinone apud Sebaſtianum de Mathevad 1612. in 8. ſunt publicata.

De las lagrimas, y converſion de la Magdalena. Item:

De la milagroſa navegacion de San Ramon de Peñafort. Barcinone anno 1605. in 8.

Quo tempore epiſcopus Monopolitanus ſcribebat *Ordinis Prædicatorum Hiſtoriæ* quartam partem, degebat adhuc in vivis noſter, ac præter hæc volumen aliud *Diſputationum Logicalium* ab eo expectabatur, ſcilicet anno hujus ſæculi XV. Monopolitanum videſis lib. III. ejus partis cap. LXVIII.

BLASIUS VIEGAS, Luſitanus, Eborenſis, Jeſuitarum ſodalis, Græce Latineque apprime doctus, ingenuarumque omnium artium eruditione perpolitus, diu vacavit præfuitque ſtudiis humanitatis ; deinde in gymnaſiis Conimbricenſi & Eborenſi ſacras literas docuit magna cum excellentis ingenii, acris judicii, atque exquiſitæ doctrinæ opinione, ut auctor ait *Bibliothecæ Societatis*, ediditque, qui poſtumi prodierunt:

Commentarios exegeticos in Apocalypſim Joannis Apoſtoli : viris eruditis, & nominatim Franciſco Suario valde probatos, primum in Hiſpania Eboræ 1601. in folio, deinde Lugduni 1602. & Coloniæ 1617. in folio. Sed & Venetiis 1600. in 4. editos fuiſſe audio.

Reliquit etiam:

In Prophetas minores : In Ezechielem : In Epiſtolam ad Hebræos. Et:

Tractatum de Victoria Meſſiæ.

Vertit præter hæc in vernaculum gentis ſermonem:

As meditaçoẽs do Padre Vincentio Bruno ejuſdem Societatis.

Ceſſit e vita in collegio Eborenſi XXII. Auguſti MDXCIX.

BLA-

BLASIUS DE VILLAFRANCA, doctor medicus, scripsit:

Methodum refrigerandi vini, & aquæ per salnitrum: accesserunt *Varia rerum naturalium problemata.* Venetiis 1553. in 4.

BONAVENTURA.

F. BONAVENTURA ARMENGUAL, Majoricensis, Seraphici ordinis, scripsit:

Archielogium vitæ, martyrii, & doctrinæ Doctoris Illuminati Raymundi Lulli: quod typis mandatum est una cum ejusdem *Raymundi Arte generali* edita a Francisco Marzal, similiter Franciscano & Majoricensi, Palmæ Balearium apud heredes Gabrielis Guasp 1645. in 4.

F. BONAVENTURA MACHADO, Lusitanus, Seraphicæ familiæ, scripsit:

Vida del Padre Pedro Diaz, y sus Compañeros. Barcinone 1632. 4. ut habeo ex relatione Georgii Cardosi Romam transmissa.

F. BONAVENTURA PONZ, sacræ theologiæ magister, ordinis Prædicatorum provinciæ Aragoniæ, edidit dum hæc scribimus:

Difficultates Sacræ Scripturæ inter SS. PP. controversas. Lugduni. Præparabat, D. Josepho Pellizerio mihi teste in *Bibliotheca suorum Librorum* fol. 54.

Commentaria in Concilium primum Cæsaraugustanum.

F. BONAVENTURA DE SALINAS ET CORDUBA, Limensis, Franciscanorum sodalis, in provinciis Indiarum, scilicet Novæ Hispaniæ, Floridæ, Philippinarum, Japonicarumque insularum, vicarius generalis, scripsit:

Memorial de las Historias del Nuevo Mundo del Piru, y memorias, y excelencias de la ciudad de Lima: hic credo idem est cum eo tractatu, quem *De la Gloria publica del Piru* Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro Limensis Ecclesiæ* nuncupat, Bonaventuram nostrum laudans. Prodiit Limæ 1630. 4. Et Matriti 1639. 4.

Vidimus quoque supplicem ejus libellum de rebus suis, officiisque præstitis ad Regem Catholicum, cui ita inscripsit:

Memorial al Rey Nuestro Señor, que representa las acciones proprias, y la estimacion con que ha servido a su Magestad, y a su Religion. Apologeticus hic pro se, & his qui ex Hispano genere apud Indos nascuntur, & pro vera Indorum libertate.

Dum Romæ degeret procurator canonizationis servi Dei Francisci Solani habebat prelo paratum:

Cursum integrum Philosophicum, ut Waddingus testatur.

BRUDUS.

BRUDUS, Lusitanus medicus, Dionysii filius, cujus ætatem ignoramus, scripsit:

De Ratione victus in singulis febribus secundum Hippocratem, in genere, & sigillatim libros III. Venetiis apud heredes Petri Ravani 1544. 1559. in 8. apud Joannem Rubeum. Tiguri apud Gesneros 1555. in 8. una cum Conradi Gesneri *Enchiridio rei Medicæ triplicis.*

C

CADAVALLIS.

CADAVALLIS GRAVIUS, Caledonius, Gallæcus, poeta Latinus, auspiciis Pinarii episcopi

Descriptionem versibus fecit villæ S. Crucis, atque edidit 1568. in 4.

CADAVALLIS DE SOTOMAYOR, Bracharensis, præceptor grammaticæ artis sub Sebastiano Rege plura *Latina Poemata* scripsit, Cardoso teste. Nisi Cadavallis Gravius supra laudatus sit.

CÆSAR.

CÆSAR CLEMENS, presbyter Hispanus (ait Petrus de Alba in *Militia Conceptionis*), librum scripsit hujus tituli, seu potius ex Gallico transtulit:

Historia de los milagros que en Nuestra Señora de Montagudo cerca de Sichen en el Ducado de Brabante Nuestro Señor ha sido servido de obrar. Bruxellis 1604. in 8. Et Lovanii 1605. Justi Lipsii hæc est *Virgo Sichemiensis*, *seu Aspricollis* ut suspicor, in nostratem sermonem conversa.

CALLIXTUS.

CALLIXTUS DE PLASENCIA, nescio qualis homo, scripsisse dicitur:

Declaracion de San Juan Evangelista: quod opus prohibetur donec expurgetur in *Indice Hispano.*

CAROLUS.

CAROLUS V. Romanorum Imperator augustus, atque Hispaniæ Rex maximus, Belgarum Princeps, natus Gandavi VI. kal. Martii sæcularis anni MD. vulgarium fere omnium Europæ linguarum, quas familiares habuit (Latinam non item), cognitione ac veluti instrumento tot regnatarum gentium imperio sese parem ostendit, virtutibus pace bel-

belloque vere Regiis, si quis alius, non ævi sui tantum, sed & superioris omnis hominum memoriæ claruit. Quorum famæ injurius essem nisi mentionem ejus cursim habitam satis pro elogio futuram existimarem: hic certe Augustus & Hispanus est, & scriptor est; Hispanus quia natus ex Joanna serenissima Castellæ Regina, Regum Catholicorum Ferdinandi atque Elisabethæ filia, tot regnorum herede; scriptor autem, non quidem propter constitutiones, epistolas & alia edicta publica, ejus nomine in publicum data, hæc enim omnia personæ sunt, & alienæ manus ut plurimum. Quæ autem propriæ ejus lucubrationes sunt:

Historiam rerum a se gestarum scripsisse dicitur Gallica lingua, imitatus summos belli imperatores, ac rerum dominos Xenophontem, Cæsarem Julium, Jacobum Aragonium, alios. Ex Hieronymo Ruscellio in *Epistolis* id refert Valerius Andreas in *Bibliotheca Belgica*, & plures alii.

D. CAROLUS COLOMA, Joannis primi comitis de Elda, atque Elisabethæ a Saa Lusitanæ filius, eques divi Jacobi, commendatariusque de Montiel & de la Osa, pari virtute successuque belli & pacis officia tractavit. Belgium quippe Hispanæ legionis tribunus, Cameracensisque arcis ac territorii præfectus, Insubriam equitum magister, aliquandoque rerum supremus gubernator clariore in dies fortitudinis significatione complevit. Nec minorem laudem in togæ muneribus fuit assequutus, quippe qui in Britannica legatione, extra ordinem sibi commendata, sic dextre ac feliciter se gessit, ut multam a Jacobo Rege, multam a Carolo Principe aulæque proceribus gratiam, summa fide prudentiaque hoc munus gerens, reportaverit. Philippo IV. Regi nostro a consiliis quoque fuit belli ac status, œconomus item, & a cubiculo. Non tamen sibi adhuc placens nisi ad literatorum castra se per otium conferret, hanc etiam famæ viam egregie munivit. Primo namque ut Xenophontem, Cæsaremque rerum suarum scriptores referret, historiam sui temporis Belgicam, hic ipse illius magna pars, vere diserteque in literas retulit scribens:

Las Guerras de los Estados baxos desde el año de MDLXXXVIII. hasta el de MDXCIX. Barcinone 1627. 4.

Necnon, ut e Taciti agro ditissimum civilis prudentiæ thesaurum erueret, nostris hominibus familiarem reddens ante aliorum similem operam publicavit ex interpretatione sua:

Las Obras de Caio Cornelio Tacito. Duaci apud Marcum Wion 1629. 4.

F. CAROLUS FERNANDEZ, Benedictinus monachus (Hispanum prodit nomenclatura), laudatur ut auctor duorum librorum

De Carmelitis a Thoma a Jesu Carmelita Excalceato, & Christophoro Avendaño: quorum duorum fide id affirmavit Thomas Aquinas a S. Josepho, ejusdem familiæ Reformatæ in *Dissertatione Historico-Theologica de Patriarchatu Eliæ* parte II. sect. III. Idem scripsit Parisiis, ut colligi datur, agens:

Epistolam Paræneticam. Parisiis 1512. in 4.

Speculum Monasticæ disciplinæ. Ibidem 1515. in folio.

Confabulationes monasticas. Ibidem 1516. in 4. Quæ tria opera extant in bibliotheca Hispalensis almæ ecclesiæ, ubi plures sunt veterum editionum libri.

CAROLUS GARCIA, nescio quis, doctorem sese nuncupans, non sine utriusque gentis invicem sibi emulæ observatione multa, Gallice simul & Hispanice conscripsit:

Antipatia de los Franceses, y Españoles. Rothomagi apud Gallos 1627. 12. Opus hoc Italice reddidit Clodius Vilopoggius, Venetiisque ac Maceratæ deinde prodiit apud heredes Grisæi 1658. 12.

CAROLUS MARTEL, scripsit:

Annales del Mundo desde la creacion de él, y un Tratado del origen de las Poblaciones de toda la Europa. Cæsaraugustæ 1622. in folio.

CAROLUS MONTESA, dedit Hispano idiomate:

Dialogos de Leon Hebreo. Cæsaraugustæ 1584.

CAROLUS RODRIGUEZ, professor linguarum Soranus in Daniæ regno, Lusitanus, quod cognomen indicat, domo aut saltem origine, scripsit:

Fundamenta Linguæ Hispanicæ. Haphniæ 1662. 8. Uti apud Albertum Bartolinum *De Scriptis Danorum* lego.

D. CAROLUS DE SIGUENZA ET GONGORA, in Mexicanæ urbis museo interpres mathematicarum artium, editioni parata hæc habere dicitur:

Del origen de los Indios Mexicanos, que en su primitiva antigüedad se llamaron Toltecas trayendolo de la division de las Lenguas, y averiguando la parte por donde pudieron pasar a aquel nuevo Mundo, segun se deduce de cantares, y pinturas en que perpetuan sus memorias.

De la predicacion de Santo Thomas Apostol en aquellas provincias de la Nueva España.

Cy-

Cyclographia Mexicana, o modo que los Mexicanos tenian en contar los años, meses, y dias, de que se deduce con evidencia la antigüedad de la nacion, coincidiendo la epoca desta numeracion con el tiempo de la confusion de las Lenguas comprobado con Cometas, y Eclypses que observaron los Mexicanos, y con la conveniencia que su kalendario tiene con los del nuestro. Parare etiam scribitur:

Mithologia Mexicana de los Dioses Mexicanos comparandolos con los de la Gentilidad Romana, Egypcia, y Griega.

CAROLUS DE TAPIA, Ægidium de Tapia, ex Salmantica oriundum, Regiæ cameræ Neapolitanæ præsidem, & Isabellam Ricciam, urbis Lanciani Aprutinæ provinciæ civem, parentes habuit, natus ipse Lanciani, ut refert Nicolaus Topius in de *Origine Tribunalium urbis Neapolis* parte II. ubi de Regiis consiliariis tractat. Orbatus parente alterum, nec minus diligentem ac beneficum, sortitus est in Francisco Alvari a Ribera, magno illo senatore Regio, cui supremis tabulis Ægidius in educationem eum commiserat. In hujus domo literis sic strenue incubuit, jurisque præsertim studio, ut ad doctoratus utriusque juris apicem duodeviginti adhuc natus annos ascenderit, ac paulo post commentarios juris formare cœperit. Nec mirum si adolescens, in literis tamen sic provectus, ad gerenda munera publica visus fuerit opportunus. Auditorem ergo in Principatus, Basilicatæque, deinde in Salernitana provinciis, judicem inde criminalem curiæ magnæ vicariæ egit, duodecima demum Maii die MDXCVII. Regius consiliarius S. Claræ delectus. Anno hujus sæculi XII. aut XIII. in Hispaniam venit ad gerendam in supremo Italicarum rerum concilio rempublicam, marchio Bellimontis creatus; nec ante XXIII. aut circiter Neapolim reversus est, qua in urbe cancellariam regens, & lateri proregum adhærens, ingenti fama existimationeque apud omnes vixit usque ad XVII. Januarii MDCXLIV. ætatis suæ LXXVIII. aut circiter. Quem extinctum ædes Sancti Jacobi Hispanorum, propriumque in ea sacellum, tumulo excepit. Scripsit viginti annos natus:

Commentarium in Rub. & Legem fin. D. De Constitutionibus Principum. Neapoli apud Horatium Salvianum 1586. in 4. Marpurgique 1598. in 8. In hoc tota materia privilegiorum explanatur. Prodiit quoque is in volumine II. *Repetitionum in varios Juris civilis libros* Venetiis typis 1608. Inde:

Tractatum de Religiosis rebus, in Authent. Ingressi C. de sacrosanctis Ecclesiis. Neapoli apud Stelliolam 1594. in 4.

Additiones ad Responsum Francisci Alvarez de Ribera, De successione Portugalliæ. Matriti 1621. in 4.

Jus Regni Neapolitani ex Constitutionibus, Capitulis, Ritibus, Pragmaticis, Neapolitanorum privilegiis, tum impressis, tum ineditis desumptum: in quo totius regni leges, quæ diversis in libris legebantur, nunc in unum corpus collectæ, & sub titulis suis congrue collocatæ commodius reperiri & legi possunt, cum glossis Marini de Caramanico, Andreæ Isemiensis, Bartholomæi de Capua, Lucæ de Penna, Sebastiani Napodani, Joannis Antonii de Nigris & aliorum, cum ejusdem Tapiæ *annotationibus*. Addidit idem Tapia ad cujuslibet tituli initium rubricas concordantes ex Canonico, Civili, Hispanorum, Gallorum, aliorumque populorum juribus, & ad ipsas regni leges etiam horum populorum concordantes leges. Opus dividitur in VII. volumina, quorum primum & secundum edidit Neapoli Joannes Jacobus Carlinus 1605. Tertium idem & Constantinus Vitalis 1608. Quartum iidem ediderunt. Quintus 1633. Sextus 1636. Septimus 1643. ex Ægidii Longi officina prodierunt.

Decisiones Supremi Italiæ Senatus apud Philippum III. & IV. compilatas a se & collectas. Neapoli apud Ægidium Longum 1626.

Decissiones S. R. Consilii urbis, & regni Neapolitani. Ibidem 1629.

De Præstantia Regalis Cancellariæ Neapolitanæ. Ibidem ex eadem officina 1632. in 4.

Hispane etiam edidit juvenis:

Discurso de la habilidad de la Juventud. Neapoli apud Horatium Salvianum 1590. 4.

Vida del Regente Francisco Alvarez de Ribera: cujus meminit Topius in *Originis Tribun. Regni Neapolitani* tertia parte, ut in hujus viri magni mentione adnotabimus.

Item Italice:

Specchio de Mormoratori. Neapoli anno 1592. apud Josephum Cachium in 4. Hunc librum versum a se in vulgarem Hispaniæ linguam D. Franciscus de Tapia & Leiva, Basti comes, Caroli filius, excudit Matriti 1623. in 8.

Dell' Abondanza: tractatum, *nel quale si monstrano le cause, dalle quali procede il mancamento delle vettovaglie, & i rimedii, che a ciascuna si possono dare, accio non succeda, o succeduto non si senta il danno di esso.* Neapoli apud Robertum Mollum 1638. in 4.

Peritissimi atque *eminentissimi jurisconsulti, doctissimique* ac *religiosissimi viri* elogiis cumulant ævi sui æquales Carolum nostrum, qui, collocatis honestissime filiis filiabusque, nil sibi præter necessaria reservavit, adeo ut excepta librorum suppellectile vix mille scutorum pretii bona reliquisse dicatur heredibus.

F. CAROLUS DE VALENCIA, ex hac urbe, ut verosimile est, oriundus, Hieronymianus monachus domus S. Hieronymi de Cotalva, præstantis eruditionis, plures in sacra Biblia lucubrationes in schedis reliquisse dicitur in laudato monasterio. Florebat circa annum MDCXXII. Ex relatione domestica. Scripsit vernaculo sermone:

Exposicion sobre el Psalmo Dixit Dominus Domino meo: quæ MS. est Cæsaraugustæ apud Didacum Josephum Dormer, regni historicum.

CASSIODORUS.

CASSIODORUS DE REYNA (aliis DE REGNO qui cognomen Hispanum sic reddere voluerunt non bene id capientes) oriundus forsan ex Reyna Extremaduræ oppido, Hispanus certe, cum auctorem habeamus idoneum ejusdem nostræ gentis hanc ei patriam attribuentem, cujus postea meminimus: post veterem quamdam Bibliorum translationem ex Hebraico fonte Hispanam, quæ absque auctoris nomine in urbe Ferrariensi edita fuit anno 1555. deindeque Amsterodami anno computi Hebraici 5416. adornavit ipse aliam facilioris stili ac recentioris Hispani, quæ Basileæ anno 1569. lucem vidit primum, deinde iterum Amsterodami ex recognitione Cypriani de Valera Hispani, sed Calvinismo addicti, cum hac epigraphe:

La Biblia que es los Sacros Libros del Viejo, y Nuevo Testamento, segunda edicion revista, y conferida con los Textos Hebreos, y Griegos, y con diversas Translaciones por Cypriano de Valera. En Amsterdam en casa de Lorenzo Jacobi 1602. in folio.

Cassiodorum esse hujus translationis auctorem inde nobis constat, quamvis priorem editionem Basileensem non viderimus, quod tam Arnoldus Bozzius, quam Cyprianus ipse Valera id affirmant: Arnoldus inquam Bozzius in indice auctorum, quibus usus fuit ad animadversiones suas sacras in textum Hebraicum veteris Testamenti, Londini editas anno 1644. in 4. *Hispanica Biblia* (inquit) *in linguam Hispanicam primus e Christianis convertit Cassiodorus de Reino, cum suam quoque translationem habeant Hebræi diu ante factam, ac Ferrariæ impressam, sed scabram admodum, & inepte superstitiosam. Profitetur autem in præfatione Cassiodorus se passim sequi translationem Sanctis Pagnini, ita tamen ut in locis difficilioribus proprio judicio usus sit, ac præcipue adjutus ab altera illa Judæorum translatione, fuisse autem se integros duodecim annos in editione ista adornanda. Hujus editionis publicatæ anno 1569. cum exemplaria omnia divendita essent, Cyprianus Valera Amsterodami denuo excudi curavit anno 1602. recognitam a se cum hoc titulo &c. Nos per totum fere opus utramque hanc translationem* (*editionem* dicere voluit) *adhibuimus, rati diversas esse; sed postea deprehendimus secundam hanc editionem parum omnino a priore differre, idque profitentem in præfatione ipsum Valeram priorem versionem se retinuisse verbatim, paucissimis exceptis quæ hic illic immutaverit: id quod citius a nobis cognitum nonnullo nos labore levasset.* Hæc Bozzius. Idem fatetur Cyprianus de Valera (uti dictum a Bozzio) in præfatione suæ editionis, unde nos aliqua de translationibus Bibliorum vulgaribus ab homine erudito, quantumvis impio, excerpere seu transcribere voluimus, quæ Hispano auctoris sermone damus.

El mismo Dios que mandó que todos sin hacer diferencia ninguna ni de sexô, ni de edad ni de calidad leyesen la sagrada Escritura, ese mismo ordenó que ella fuese divulgada en todas lenguas (como vemos que lo es) para que ninguno pretendiese ignorancia. Asi el tiempo pasado se divulgó en las tres lenguas mas principales y mas comunes que entonces se usaban en el mundo, que eran la Hebrea, Griega y Latina. Despues los hombres pios y doctos, movidos de un santo zelo de hacer bien a los de sus naciones, la trasladaron en sus lenguas vulgares. Asi leemos que S. Geronimo la trasladó en su lengua materna, que era la Dalmatica. S. Juan Crysostomo la trasladó en lengua Armenica. Ulphylas Obispo Godo la trasladó en lengua Gotica. Juan Obispo de Sevilla la trasladó en lengua Arabica. Methodio en Esclavonica. En tiempo de Eltestano, que reynó en la que agora llamamos Ingalaterra, habra sus 900 años, la Biblia se trasladó en lengua Britanica, que era la lengua que entonces se usaba en aquella isla. Considerando Chrysostomo estas diversas traslaciones dixo estas palabras: los Syros, Egypcios, Persas, Ethiopes y otras naciones innumerables tienen la doctrina celestial trasladada en sus lenguas, y por este medio han dexado su barbaria para de veras filosofar. Theodoreto dixo: los libros Hebraicos son no solamente en Griego, mas aun en lengua Latina, Egypciaca, Persica, Indica, Armenica, Scytica, Sausomatica, y para decirlo en una palabra, en todas lenguas, de las quales aun hasta el dia de hoy usan las naciones. Pero, dexadas las historias de otras naciones, vengamos a nuestras historias de España, porque los exemplos domesticos son los que mas mueven. Quando los Godos se apoderaron de España (que ha ya como mil y docientos años) la sagrada Escritura fue trasladada, como ya habemos dicho, por Ulphylas en lengua Gotica para que los Godos, gente barbara y infiel, se hiciesen domesticos, y se convirtiesen a la fe de Jesu Christo como se con-

convirtieron. Casi quatrocientos años despues cesó el imperio de los Godos en España, apoderandose de la mayor parte della los Moros que pasaron de Africa. Reynando pues los Moros en España un obispo de Sevilla trasladó las divinas Escrituras en lengua Arabiga para que los Moros supiesen qual era la religion Christiana. Setecientos años y mas despues de la perdida de España el Rey D. Fernando ganó el reyno de Granada, y asi los Moros que no quisieron tornarse Christianos fueron totalmente echados de toda España, y los que se convirtieron se quedaron en España. Para que pues estos Moros recien convertidos fuesen bien instruidos en la religion Christiana, el primer arzobispo de Granada, frayle Geronimo, fue de parecer que la sagrada Escritura se trasladase en lengua Arabica (porque de la otra translacion, que diximos hecha quando los Moros entraron en España, ya no habia memoria della): a este tan pio intento se opuso Fr. Francisco Ximenez, arzobispo de Toledo, que era el todo en todo en toda España, alegando razones, no tomadas de la palabra de Dios, ni de lo que dixeron o hicieron los santos doctores, sino fabricadas por juicio de hombre, y por el consiguiente repugnantes a la palabra de Dios, y asi se impidio la translacion que tanto bien hubiera hecho a aquellos pobres y ignorantes Moriscos. Despues aca el mismo Dios, movido de la misma misericordia que antes, ha levantado algunos Españoles en nuestros tiempos que han trasladado los libros sagrados. Los libros impresos en Español que yo he visto son los siguientes: La Biblia en lengua Valenciana con licencia de los Inquisidores, a cuya translacion asistió San Vicente Ferrer, que ha mas de ciento y tantos años que se imprimio en folio de papel real. El Testamento viejo sin los libros apocriphos impreso año de 1553. en Ferrara, palabra por palabra como está en Hebreo, que es un gran tesoro de la lengua Española. La Biblia de Casiodoro de Reyna (vides proprium nostri interpretis nomen) *impresa en Basilea año de 1569. Francisco de Encinas Burgales trasladó año de 1542. el Testamento nuevo, y lo presentó al Emperador D. Carlos en Bruselas. El Doctor Juan Perez, de pia memoria, año de 1556. imprimio el Testamento nuevo: y un Julian Hernandez, movido con el zelo de hacer bien a su nacion, llevó muy muchos de estos Testamentos, y los distribuyó en Sevilla año de 1557. A Juan Perez, Casiodoro, y Julian yo los conoci, y traté familiarmente. Año 1596. imprimimos el Testamento nuevo, y agora por la misericordia de Dios sacamos otra vez a luz la Biblia Española. Estas impresiones he yo visto, fuera de las que con la injuria del tiempo, y con la persecucion de los enemigos de la Cruz de Christo, nuevos Antiochos, se han perdido. Demas de estas translaciones en Español, que habemos nombrado, hay dos admirables Biblias en diversas lenguas (como luego diremos) que Españoles han hecho, las quales son y con mucha razon muy estimadas de todos los doctos de qualquiera nacion que sean. La causa porque se hayan imprimido diremosla aqui.* Pergit hinc Cyprianus celebrare Biblia Complutensia Francisci cardinalis Ximenii, & Antuerpiensia Benedicti Ariæ Montani, proposito insistens approbandi usum vulgarium translationum cum sectariis, quorum erroribus fuit addictus; transsumpsimus tamen nos ejus verba propter historica & propria nostræ gentis ab eo inculcata. Casiodorus autem hic de Reyna non Hebræus secta sed hæreticus fuit, quod planissime constat ex Abrahami Sculteti exercitationibus Evangelicis, quæ in critico sacro Londini excuso, post annotationes variorum in Evangelia typis mandatæ habentur. Harum libri II. capitis VI. lemma est: *Cassiodori Reynii Hispani admonitio supplex ad Ecclesiam Patrum memoria instauratam, ut exemplo Christi a periculosis Satanæ suggestionibus sibi caveat*: quæ admonitio tota dirigitur ad ecclesiam illam malignantium, quam ii qui sese Reformatores jactant, Satanæ potius ipsi partiarii, introduxerunt.

CATHARINA.

D. CATHARINA, Ferdinandi & Elisabethæ, Catholicorum Hispaniæ Regum, filia natu minima, Compluti anno MCDLXXXV. in lucem editur. A Petro Martyre in *Epistol.* libris epist. 217. pollens animo pro viribus femineis, ac vigens ingenio & prudentia, matris præter ceteras sorores æmulatrix cum in tenera adhuc esset ætate, anno scilicet MDI. audiebat. Duodeviginti ferme annis nata in matrimonium Arturi, Walliæ principis, Henrici VII. Angliæ Regis filii, eoque extincto in Henrici fratris proxime sequentis, & ad paterni regni successionem vocati, sideribus adversis collocatur. Qui Henrici Octavi nomine Angliæ potitus, uxorisque aliquando societatem pertesus feminæ sanctissimæ, quæsito eo colore quod non rite aut ex mensura auctoritatis data sibi fuisset a Summo Pontifice facultas excipiendi thalamo relictam fratris, non expectata aliunde sententia, nuntium conjugi, unaque Romanæ ecclesiæ, quam scriptis etiam ab impressione defenderat hæreticorum, remisit Regum infelicissimus. At orba viro Catharina, Deo tota sibique vacans, cum literis egregie instructa olim fuisset, pietatis suæ insignia quædam documenta in libris his reliquit, quos laudant Possevinus Eisengreiniusque:

Meditationum in Pſalmos.

De Lamentatione item *Peccatoris.*

Obiit VIII. Januarii anni MDXXXVI. ætatis ſuæ L. biennio poſtquam throno fuit remota.

CATHARINA DE S. FRANCISCO, Luſitana, Oliſiponenſis ſcripſit Belgica lingua, ut a Luſitanis habeo:

Vitam S. Eliſabethæ Portugalliæ Reginæ. Item:

Vitam Annæ a S. Bartholomæo Carmelitæ excalceatæ.

CATHARINA PACENSIS (vulgo forte DE LA PAZ, niſi cognomentum ei datum a patria urbe ſit Pacenſi), cujus Latini verſus primam Hiſpali & Compluti lauream judicum ſententia meruerunt, nondum expleto ætatis anno ſeptimo & viceſimo in ipſo vitæ flore Caracæ, quæ nunc Guadalaxara nominatur, acerba & immatura morte vivis erepta, ingens ſui reliquit deſiderium. Vertit Latino carmine librum:

Joannis Hurtadi de Mendoza, el Buen Placer, hoc eſt de honeſta voluptate: rhythmo populari conſcriptum. Hæc Andreas Scotus in claſſe feminarum eruditione præſtantium.

CATHARINA PINHEIRA, Luſitana, ſanctimonialis ordinis Prædicatorum in cœnobio de Jeſu de Aveiro, ſcripſit prima:

A Vida da Santa Princeſa de Portugal Dona Joanna hirmaã do Rey D. Joaõ o Segundo: cui æqualis fuit & ſodalis, unde areas ſuas irrigaverunt omnes hi qui poſtea idem penſum verſarunt Nicolaus Diaz Dominicanus, Hieronymus Romanus Eremita, & ordinis ejuſdem chronographi Joannes Lopez III. parte *Hiſt. Ord. Prædicat.* lib. III. & Abrahamus Bzovius tomo XVIII. *Annal. Eccleſiaſticorum.*

CATHARINA DE SPIRITU SANCTO, Luſitana, ſanctimonialis ordinis Seraphici in urbe Oliſiponenſi, edidit librum ita inſcriptum:

Fundaçaõ das Framengas, ſeu cœnobii ita dicti. Oliſipone 1627. in 4.

CHRISTINA.

CHRISTINA .... Luſitana, Eleonoræ Reginæ Portugalliæ Joannis II. relictæ, quæ uſque ad annum MDXXV. ſuperſtes fuit, nuncupavit:

Eſpelho de tres eſtados das mulheres. Oliſipone 1518.

.... *das Damas.* Cardoſus.

CHRISTOPHORUS.

CHRISTOPHORUS DE ACUÑA, Burgenſis, ſacerdos Societatis Jeſu, luſtrato Regiis auſpiciis magno Amazonum ut vocant flumine in meridionali America, jam reverſus vulgavit:

Nuevo deſcubrimiento del gran Rio de las Amazonas. Matriti 1641. in 4.

CHRISTOPHORUS DE AGUIRRE, canonicus Compoſtellanus, ſcripſit:

Breve Tratado de la Teologia moral. Pariſiis 1661. in 8.

CHRISTOPHORUS ALAON DE MORAIS, Luſitanus:

Genealogica quædam ſcripſiſſe a civibus ejus refertur.

F. CHRISTOPHORUS DE ALMEYDA, Luſitanus, Abrantenſis, ordinis Minorum, ſub Joanne Rege III. Portugalliæ neſcio quid aſceticum ſeu ſpirituale in lucem edidit. Cardoſus.

F. CHRISTOPHORUS DE ALMEYDA, Luſitanus ex oppido Golegam in ripa Tagi, ordinis Eremitarum S. Auguſtini provinciæ Portugalliæ, epiſcopus ut lego Martyrienſis, ſive quod ſuſpicor Martyropolitanus, quæ ſedes in Armenia fuit, epiſcopus titularis, & archiepiſcopi Oliſiponenſis ſuffraganeus ſive coadjutor, concionator magni nominis, edidit:

Sermoens: vulgari lingua, duobus tomis. Oliſipone.

A Vida do Capuchino Eſcoces.

Tratado do Auto da Fee.

F. CHRISTOPHORUS ALVAREZ, Franciſcanus cœnobii S. Franciſci Beneventani oppidi, atque in eodem concionator, edidit hujus tituli librum:

Padre tiene: aſi ſe interpreta eſta voz Joab. Fue Capitan general de David: ſu vida, y hazañas en hiſtoria apologetica, en que ſe ſatisfacen algunas calumnias que le imponen. Panegyrica en que ſe hace relacion de ſus prendas, y tragica de ſu fin deſgraciado. Legione typis Franciſci Montes in 4. 1678.

CHRISTOPHORUS DE ANDRADE, Luſitanus, Oliſiponenſis, cum in Belgio Philippi II. Regis caſtra ſequeretur, & in arce Antuerpienſi præſidiarius eſſet miles elucubravit:

Entrada dos Eſpanhoens per forza de armas em Amberes: ad Catharinam Portugalliæ Reginam. Anno MDLXXX. MS. Cardoſus.

CHRI-

CHRISTOPHORUS DE ANGUIANO SEDANO, juris canonici doctor Complutenſis, pontificiæque laureatorum claſſis poſt multam ætatem, primariique anteceſſoris munus cum laude adminiſtratum princeps, canis jam & ſtudiorum celebritate venerabilis gerendæ reipublicæ fuit impoſitus. Nempe cauſarum nobilitatis judicem, quem magiſtratum nos Alcalde de Hijoſdalgo appellare conſuevimus, Granatæ agebat, cum elaborati olim operis partem publicavit:

De Legibus, & Conſtitutionibus Principum, ipſorumque, & aliorum Judicum ordinariorum, & delegatorum poteſtate, juriſdictione, & imperio tractatum. Granatæ in ædibus auctoris, typis Petri Cueſta anno 1620. in folio. Quinque libros reliquos, totius operis complementum, propediem edendos in ſe auctor receperat, ſed fidem ſuam non liberavit.

Obiiſſe audio ſenatorem creatum Pincianæ curiæ, hærentem licet adhuc Granatæ.

F. CHRISTOPHORUS DE S. ANTONIO, olim ut credo cancellariæ Granatenſis advocatus, ſæculo dein nuntio remiſſo religioſus ordinis Minorum ſodalis, ſcripſit ſatis grandi volumine:

Triumphum Chriſti Jeſu contra Infideles: titulis xx. Salmanticæ apud Alphonſum de Porras, & Laurentium de Liondedeis, adhibito Honcala caſtigatore 1524. in fol. Nuncupatio libri ad Arcenſem ducem, cujus cauſam olim ſe defendiſſe adverſus nothum litigatorem jactat. Petrus Alba Franciſcanus in *Militia Conceptionis*, & Aubertus Miræus Franciſcanum fuiſſe affirmant, quod notum non fuit Lucæ Waddingo.

CHRISTOPHORUS DE ARCOS, ſacerdos & plebanus almæ eccleſiæ Hiſpalenſis, in Hiſpanicum vertit anno MDXXVI.

La muy lamentable, y cruenta batalla de Rodas, ex Latino Jacobi Pontani: ad Alphonſum Manrici archiep. Hiſpal. Prodiit autem ex Pinciana officina Joannis de Villaquiran anno 1549. in folio, forſan præeunte Hiſpalenſi altera antiquiore.

Ejus quoque eſt interpretatio Italicæ peregrinationis Ludovici Barthema patricii Romani, non ex Italico exemplari, ſed ex Latina verſione, cui titulum appoſuit:

Itinerario del venerable Varon Micer Luis Patricio Romano, en el qual cuenta mucha parte de la Ethiopia, Egipto, y entrambas Arabias, Syria, y la India. Hiſpali apud Jacobum Cromberger 1520. folio.

F. CHRISTOPHORUS DE ARTA, ſodalis Franciſcanus Valentini regni, & provinciæ S. Joannis Baptiſtæ Diſcalceatorum, procurator canonizationis B. P. Fr. Paſchalis Baylon ejuſdem ordinis, formavit ex actis ſolemnibus & probationibus hucuſque habitis Hiſpana lingua, & ex Hiſpana converti fecit in Italicam:

Vita, virtu, e miracoli del Beato Paſquale Baylon Religioſo ſcalzo dell' ordine di S. Franceſco figlio della provincia di S. Gio Battiſta del Regno di Valenza in Iſpagna. Romæ apud Michaelem Herculem 1672. in 8.

F. CHRISTOPHORUS DE AVENDAÑO, Pincianus, ordinis Carmelitarum provinciæ Caſtellæ, Medinæ Campi ad eum admiſſus, cujus Pincianam & Medinenſem domos præfectus rexit, inter declamatores Evangelici verbi apud Philippum Regem IV. ingenio, eloquentia, eruditione pietateque eximius, publicavit:

Sermones de Adviento con ſus feſtividades, y Santos. Matriti apud Alphonſum Martinum 1603. in 4. Oliſipone 1620. 4. Valentiæ 1623. 4. Iterumque Matriti 1617. 4. Qui & in Gallicum ſermonem converſi prodierunt Pariſiis 1628. 8. interprete Jacobo du Boſc Franciſcano: & in Italicum Venetiis 1629.

Sermones de Quareſma: duobus tomis. Matriti apud Alphonſum Martinum 1622. & 1623. 4. Barcinone 1630. 4. Gallice item Pariſiis 1638. 8.

Marial, ſermones en las feſtividades de Nueſtra Señora. Barcinone & Pinciæ 1629. 4. Italice quoque opera Bartholomæi de Bella Dominicani 1623. Venetiis. Latine etiam Coloniæ 1660.

Santoral: duobus tomis. Prior lucem vidit Matriti 1626. alter Pinciæ 1629. 4. Unum ex iis communicare Italis ſuis non dedignatus eſt diſertus ac doctus vir Joannes Franciſcus Loredanus, ex cujus interpretatione Venetiis prodiit anno 1635. Barcinonenſem quoque editionem hujus Hiſpani operis novimus ex officina Sebaſtiani a Cormellas 1629. in 4. Latine etiam Colonienſis anni 1660. mentio eſt in catalogis.

De varias feſtividades: volumen alterum, ſeorſim.

Pinciæ obiit anno hujus ſæculi (ut Emmanuel Romanus ſcribit in *Elucidationibus* ſuis hujus ordinis) XXVIII. octava Februarii die. Ferdinandus tamen Salazarius, Jeſuita, Hieronymi Florentiæ ſodalis nomine de Avendanio noſtro conqueritur, plagii eum inſimulans, neſcio quo jure ad cap. VIII. *Proverbiorum* num. 307. Latinam vidimus:

Auream Coronam Sanctuarii, ſive ſermones vere aureos in præcipuis totius anni feſtivitatibus, ab eloquentiſſimo, & ſapientiſſimo Hiſpanorum Chryſologo Fr. Chriſtophoro de Avenda-

daño. Quo modo inſcripſit ſuæ interpretationi (hujuſce operis ut credo) Georgius a Regina Angelorum, Viandenſis, ejuſdem ordinis in provincia Alemaniæ, prodiitque id Coloniæ apud Joannem Buſeum 1660. in 4.

Litaniam Æterni Patris Luminum confecit ex variis ſacrorum Bibliorum locis, cui peculiari feſtum a ſede Apoſtolica deſtinatum ardenter cupiebat, officiiſque ſollicitabat cum in diem ultimum incidit.

Inedita remanſerunt hæc alia duo:

Sermones funebres.

Cargos, y deſcargos de Judas: cujus libri jam typis initiati meminit auctor in prologo alterius voluminis *Sermonum de Sanctis.*

CHRISTOPHORUS BAÑEZ, ſcripſit:

Apologiam in aſſertum quoddam Joannis Colci, & ejus Præſidis, fautorumque; quibus in homine in ſtatu innocentiæ, & in Chriſto Domino, ejuſque Matre Sanctiſſima extrema craſſiora naturalis reſolutionis ſolius naturæ viribus inhiberi potuiſſe contendunt: in folio, abſque loco & anno impreſſionis. Vidit Petrus Alba, qui de eo in *Militia Conceptionis.*

D. CHRISTOPHORUS DE BENAVENTE ET BENAVIDES, Pincianus ut ajunt, eques Sancti Jacobi, & comes de Fontanar, Catholico Regi Philippo IV. a conſiliis belli, ejuſque cum ad Venetorum rempublicam, tum ad Gallorum Regem Ludovicum XIII. legatus, Joannis Auſtriaci, noſtræ juventutis principis, Regiæque prolis per biennium educator ſeu pædagogus, ſcripſit:

Advertencias para Reyes, Principes, y Embaxadores. Matriti apud Franciſcum Martinez 1643. 4.

Deceſſit Matriti.

F. CHRISTOPHORUS DE BUSTO, Auguſtinianus, edidit:

Compendio de algunos milagros que Dios ha obrado en Cordova por interceſſion de San Nicolas de Tolentino deſde San Matheo del año de DCI. haſta Septiembre de DCII. Cordubæ apud Andream de Barrera 1603. 8.

CHRISTOPHORUS DE CABRERA, ſacræ theologiæ magiſter, ſacerdoſque Palentinæ diœceſis (quemadmodum in pontificio editionis, quam ſtatim ponimus, diplomate audit) foras emiſit:

Roſarium Beatæ Mariæ juxta ſanctum Evangelium, ſacramque Scripturam, triplici lingua Latina, Italica, & Hiſpanica, metricaque meditatione trilingui meditatum ab autore: ad Gregorium XIII. P. M. Romæ apud Vincentium Accoltum 1584. in 8.

Oblaturus erat etiam (verbis ejuſdem loquor de alio opere majoris momenti) *ſi excuſſa fuiſſent debita illa tibi tria corpulenta volumina Evangelicarum meditationum & expoſitionum, jam pridem a me concinnata, propriaque manu conſcripta.*

Eſt etiam in bibliotheca Altempſiana Romæ Chriſtophori Cabreræ:

Cenſura, & confutatio novæ opinionis de Euchariſtia.

Extruxit Romæ juxta Sancti Petri templum in ea parte Urbis quæ Burgo audit, hoſpitalem domum feminis excipiendis, præcipueque Hiſpanis quæ in Urbe peregrinantur, quæ etiam nunc extat.

Idem quamvis ſupra laudatus, repræſentandus tamen hic eſt vivis coloribus, quos libri ejus in Vaticana bibliotheca relicti, nec antea viſi, nobis ſubminiſtrarunt. Palentinum patria eum fuiſſe jam notavimus, civem tamen ſe Medinæ de Rioſeco, imo & canonicum alicubi vocat. Natus eſt Chriſtophoro patre ac Beatrice matre, ſtatim ac novit, major factus, parentes deſiderio prolis habendæ, ſi naſceretur, Deo eum votis ſuis conſecraſſe, ac ſanctiſſimæ Dei Matris Conceptionis feſto ſeſe in lucem editum fuiſſe, vitæ cælibi atque eccleſiaſticæ addictus Romam tandem venit una cum fratris ſui relicta, quam per viam ſororis nomine compellavit, atque ejus filia, ut ex his verſibus patet:

Virgine cum nepti nataque ſororis in urbem
Romam illam mecum, te duce, Chriſte, tuli.
Inſtar uti Paullæ viduæ, Euſtochiique pudicæ
Virginis in ſanctis utraque ſancta locis,
Abſtractæ mundo, populique patriſque maligni
Oblitæ, unde tibi complacuiſſe queant.
In ſancta nos Urbe habeat mors, vitaque ſancta:
Quod tua det nobis gratia, Chriſte, precor.

Meminit quoque in hoc eodem aut alio carmine fraterculi ſui Bernardini demortui, ſororumque Annæ, Eleonoræ, Joannæ virginum, & Agnetis, Catharinæ, Beatricis, Franciſcæque conjugatarum, item ex conjugio priore patris fratrem & quatuor ſorores natas. Vixit quidem Romæ ad mortem uſque deditus, imo immerſus, libris totus ac pietatis operibus, ad quæ omnino ſtudia ſua & inſignem ſacrorum Bibliorum, veterumque eccleſiæ Patrum cognitionem, miramque carmina pangendi facilitatem, ſcilicet ut pietatem & bonam mentem fidelibus omnibus ingeneraret, directam voluit. Pro devotione autem erga B. Virginem & Michaelem Archangelum in ſacra hujus æde ad Vaticani radicem, quam S. Michaelis de Scala tunc vocabant, fundata ibi propriis ſumptibus & conſecrata conceptæ abſque ulla macula Virginis capella, per duodecim continuos annos habi-

bi-

bitavit, ubi & sepeliri voluit, jacetque sub marmore his versibus ab eodem vivo formatis inciso:

Christophorus Christo moriēs, de morte redēptus,
Corpus humo, domino cor animamque dedit.
Hancque sepulturam sibi designavit ad aram
Christiferæ, implorans presbyter ejus opem.
Per sacrum, pie Christe, tuū, quod sacrificavit,
Sperat in æternum vivere, teque frui,
Teque Redemptorē, caro dū rediviva resurget,
Luce videre tua, luminibusque suis.
Divinæ sophiæ studiosus ad usque senectam
Et senium, mnam optans multiplicare tuam,
Pluscula composuit, tibi quantulacūque dicata,
Scripta suis digitis pro moduloque suo,
In studiosorum fructumque usumque tuorum
Condita, Scripturam rite sequuta Sacram.
Cui tua cara fuit lex, lux, sapientia dulcis,
Gloria Crux, tua mors vita medela salus.
Christophoro requiem, lucem, vitamque beatam
Christiparæ precibus, Christe benigne, dabis.

Omnia hæcce opera, quorum hic meminit, reliquit ipse, propria ut ait manu & optimo scripturæ genere exarata, inter Vaticanos libros, ... non minus voluminibus contenta, in folio & quarto ut vocant, quorum in eorum aliquo auctor ipse catalogum videri & extare voluit, scilicet cod. MS. 5011. hunc scilicet cum hac inscriptione, cui ego adjungam quo quique liber codice Vaticano extat:

Auctoris opuscula in suos quæque tomos digesta, propriaque manu conscripta, ac in Vaticana Apostolicæ sedis bibliotheca ad commodum studiosorum & fructum reponenda & conservanda, hæc sunt: atque ea quidem partim soluta, partim ligata numeris oratione.

Primus tomus, cui tit. Meditationes acrostichicæ, id est, per initia versuum & literarum composita, in Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, Symbolum Apostolorum, Beatitudines octo, Matthæi caput v. & Psalmum L. & pleraque alia.

II. *Meditationes mysticæ in Canticum Canticorum. Item in Hexaemeron & alia compluscula.* Extant in cod. Vaticano 5015.

III. *Meditationes in Monotesseron, simul & in Canticum Canticorum, de Incarnatione Divini Verbi, jam quidem recognitum opus præter alterum exemplar, quod longe ante repositum fuerat in prædicta bibliotheca.*

IV. *Meditationes mysticæ in omnes Psalmos Davidici Psalterii, cui titulus: Mystica Cithara, opus denuo jam terque quaterque recognitum & adauctum præter alterum exemplar multo ante positum in eadem bibliotheca.* Extant ambo in codd. 5016. & 5017.

V. *Meditationes mysticæ in Proverbia Salomonis.* Cod. 5020.

VI. *Meditationes mysticæ in Ecclesiasten ejusdem Salomonis.* Additur in proprio codice, qui est 5024. *De Contemptu mundi, pio facilique carmine conditæ.*

VII. *Meditationes mysticæ, luculentiores quam aliæ priores, in prædictum Canticum Canticorum.* Cod. 5019.

VIII. *Oratorium Animæ contemplativæ ex sacra potissimum Scriptura concinnatum.* Cod. 5018. item 3509. Ant. Carrafæ card. S. Eusebii anno MDLXXIII. dicatum in 8.

IX. *Quadriga Evangelica de Concordia Evangelistarum*: & jam ante posita in eadem bibliotheca.

X. *Primus tomus Meditationum & expositionum Evangelicarum juxta quatuor Evangelistarum consonantiam, Sanctorumque Patrum, omniumque præcipuorum Doctorum, tum Græcorum tum Latinorum, sententias, ad modum cujusdam generalis catenæ, cui amplissimo luculentissimoque operi titulus est: Evangelica Bibliotheca ex pluribus quam CCXXV. auctoribus, selectisque Doctoribus concinnata.*

XI. *Secundus tomus ejusdem Bibliothecæ, sive Meditationum.*

XII. *Tertius tomus ejusdem Evangelicæ Bibliothecæ.* Opus tribus quidem his tomis vastioribus contentum, & luce dignissimum. Gregorio Papæ XIII. nuncupatum anno superioris sæculi LXXVII. Extat codicibus 5009. & duobus sequentibus.

XIII. *De Laudibus & excellentiis B. Virginis Dei Genitricis Mariæ*: libris quatuor prosaicis. Cod. 5014.

XIV. *Compendium de discretione spirituum*: *item de optimo modo convertendi infideles juxta illud Evangelicum verbum Lucæ cap. XIV. Exi in vias & sepes, & compelle intrare.* Extant duo hæc in cod. 5026. sed cum titulo: *Opusculorum quorumdam*, in quibus præter superiora duo & est: *Antapologia pro tuenda proprietate loquendi de Sacramento & re Sacramenti Sacratissimæ Eucharistiæ.* Item: *Sententiæ quædam memorabiles ex eximiis Magni Basilii monumentis selectæ ad Christianos componendos mores maxime expectantes.* Prosa scilicet omnia hæc quatuor opuscula.

XV. *De Mirabilibus & excellentiis sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti compendium.* Adjungitur in proprio cod. 5025. *Deque fructibus & effectibus ejus, ac digna ipsius sumptione ex memorabilibus Sanctorum graviumque Doctorum Theologorum sententiis concinnatum. Addita sunt multa, magnaque Sanctissimi Sacramenti miracula.* Extat & aliud utilissimi hujus libri exemplum in cod. 5029.

XVI. *De Pœnitentia & fructibus ejus compendium.* Cod. 5028.

XVII. *De Consonantia veteris & novi instrumenti opus incœptum usque ad quinquaginta*

ta consonantias. In codice proprio, qui est 5030. extat cum hoc titulo: *Concordantiæ concordantium Divinorum Instrumentorum Veteris & Novi Testamenti juxta SS. Patrum, Doctorumque sententias concinnatæ.*

XVIII. *De Consideratione conditionis humanæ, integræ, lapsæ, & restitutæ.* Est codex 5027. sed ita inscriptum: *De Homine, humanæque naturæ conditione & reparatione compendium, ex probatis auctoribus concinnatum.*

XIX. *Flores consolationis vulgari lingua Hispanica, quod opusculum jam traductum in Italicam linguam, excusumque Venetiis est anno MDLXII. sed falso alii auctori adscriptum.* Extant nisi fallor in cod. 5023. cum titulo: *Meditatiunculæ ad serenissimum Hispaniarum Principem*, ubi notatur editas olim fuisse Pincianis typis Francisci Fernandez de Corduba anno 1548. in 4. Id vero, quod laudatus continet codex Vaticanus, eædem ipsæ sunt Meditatiunculæ, de novo recognitæ auctæque, & Philippo Regi II. anno MDXC. ex Roma dedicatæ, in cujus ad eum nuncupatoria epistola notatum voluit vidisse & approbasse has, Regii senatus jussu, *Joannem Genesium Sepulvedam virum*, quod ait, *undecumque doctissimum, & honoratum Joannem tunc magistrum serenissimi primogeniti Caroli, postea Oxomensem episcopum.*

XX. *Schola Doctrinæ Christianæ, vulgari lingua Hispanica ex sententiis SS. Patrum.* Codex 5033. habet hunc titulum: *Escuela de la doctrina, y disciplina christiana provechosa a todo fiel christiano.*

XXI. *Cathecismi interpretatio vulgari lingua Hispanica, Regi Philippo II. dicatum opus, traditumque exemplar propria manu scriptum, præsente ipso præsidente Regii senatus concilii cardinale Spinosa. Quod archetypum fuit acceptum, sed oblatum erat ad videndum ac restituendum auctori; non fuit restitutum, forsan uti Princeps eodem privatim uteretur, ut fit.* Unde colligere possumus non in eadem Vaticana, sed forsan in Regia Escurialensi bibliotheca nunc asservari.

XXII. *Instrumentum spirituale vulgari Hispana lingua denuo adauctum, cujus alterum manu propria scriptum exemplar ante viginti annos sumptum furtim fuit ex Vaticana bibliotheca; nunc alterum iterum reponitur cum duabus aliis parvis codicibus, additis diversis metris, hymnis, rhythmisque* Codex Vaticanus 5032. sic habet inscriptum: *Instrumento Espiritual dirigido a la Sacratissima Virgen Maria Madre de Dios en Español*: in cujus præfatione ait se eo proposito carminibus his sacris dedisse operam ut subrogaret ea profanis, quæ vulgo canebantur, nec esse in intentione sibi ut edantur, sed ut in aliqua bibliotheca post obitum suum collocentur, dissimulaturumque proprium auctoris nomen nisi hoc esset legibus prohibitum. Meminit ibidem alterius libri a se olim, absque suo nomine, jussu primi episcopi Mexicani, & primæ marchionissæ del Valle, scripti, cum hac inscriptione: *Flores de consolacion.* In secunda ad lectorem præfatione repetit furto hunc e Vaticana sublatum, attamen restitutum ex alio exemplo quod in Hispania remanserat, & in proprio loco positum. Hujus, quod continet omnis generis Hispanos versus, veluti sequela est alter codex 5034. quem sic inscriptum voluit auctor postquam catalogum hunc formasset uti alia, forsan scriptum: *Notas notables morales de metros espirituales, quasi emblemata quædam pia meditativa, en rima, y lengua Española, que es suplemento de la Obra intitulada, Instrumento Espiritual.* Eadem continent codices 5036. & 5037.

XXIII. *Rosarium B. Mariæ Deiparæ trilingue, carmine, & juxta Evangelium Sacramque Scripturam meditatum, excusum Romæ* 1584. *in* 8. Codex 5038. sic habet: *Rosarium Benedictæ Virginis Mariæ carmine saphico quo canuntur in Ecclesia complures hymni, sicut ille*: Christe Sanctorum decus Angelorum. Hucusque confectorum jam tum cum auctor seriem hanc suorum operum codici huic Vaticano consignabat catalogus: quibus tamen adjungit: *Sunt & alia nonnulla, partim non ita digesta ac disposita ut in hoc albo apponi debeant, ut sententiæ quædam selectæ Theologicæ e SS. Patribus gravissimisque Doctoribus de Trinitate, & Resurrectione &c. partim vero suffurata, vel amicis commodata, nec tamen restituta interciderunt: quæ quidem omnia & singula qualiacumque illa sunt, juxta datum & acceptum a Domino talentum piis lectoribus communicavit auctor ad laudem & gloriam Domini nostri Jesu Christi, una cum Patre & Spiritu Sancto in sæcula sæculorum. Amen.* Et prosequitur aliquantum postea, ut videtur, scribens: *Habetur adhuc in manibus ex voto veluti pio sacrificio vespertino quoddam opus incœptum quasi viridarium contemplativæ animæ, divinæ sapientiæ studiosæ, & speculum speculationum mysteriorum Christi, cui titulus est: Gustatus dulcis Jesus, de consolatione: in quo progrediendum est quatenus Dominus dederit.* Quibus verbis subjungitur recentiori nota ejusdem auctoris: *Hoc tandem opus favente Domino absolutum est, duobus justis tomis contentum, uterque in utrumque Testamentum anno Domini MDXCVII.* Legitur quidem hodie bipartitum id opus.

XXIV. *Speculi speculationum Christi*: duobus codicibus 5012. & 5013. quorum prior est

eſt Veteris, poſterior Novi Teſtamenti illuſtrator.

Superſunt & in eadem Vaticana Bibliotheca codices alii ad Cabreram ſpectantes, quorum jam meminimus.

XXV. *In ſacroſanctarum ſeptem Eccleſiarum principalium almæ urbis Romæ Stationes Meditatiunculæ, cum aliis adjunctis plano pioque carmine conditæ*: ad cardinalem Antonium Carrafam. Cod. 3508. item cod. 5040. Dedicatio incipit: *Gregorius ille Nazianzenus* &c. In fine notat quod *in omnibus opuſculis ſuis carmine conſcriptis, circa meditationem divinorum eloquiorum potiſſimum verſantibus, ad lectorem præfigere ſolitus fuerit, ne quid vanæ poeſeos, ſed ſincerum piumque carmen in Domini laudem conditum ſibi oblatum putet*:

Carmen ſi placuit tibi dat meditatio carmen,
Quod reputes proſſam ſi tibi proſſa placet.

Incipit prima ad S. Petrum meditatio:

Templũ, Petre, tuũ ſanctũ, ſacrũque ſacellũ
Vaticanum intrans te veneratur amans.

XXVI. *Summa Sententiarum Theologicarum ex Sacræ Scripturæ teſtimoniis, Sanctorumque Patrum, & Doctorum auctoritatibus, Summorumque Pontificum, Sacrorumque Conciliorum Decretis conſtans.* Cod. 5021. Hæc illa videtur cujus ut imperfectæ adhuc mentionem auctor ſupra allatis verbis habuit.

XXVII. *Evangelica Lyra de ſonetos meditados ſegun lo que pudo tocar en ſuma del ſagrado Evangelio.* Cod. 5035. Sunt Sonetti ut vocant CCXLVIII.

XXVIII. *Roſario de Nueſtra Señora meditado en verſo Eſpañol, y Latino.* Cod. 5039. Quod ſequela videtur Roſarii trilinguis jam laudati antecedentis codicis 5038.

XXIX. *Meditatiunculæ piæ in Sanctarum ſeptem Eccleſiarum Urbis Romæ ſtationibus. Ex tempore auctor meditabatur.* Hæc inſcriptio eſt codicis Vaticani 5040. diverſi, ut videtur, operis ab eo jam laudato ejuſdem argumenti num. 25. cum hoc Ludovico Blancheto magiſtro cameræ Gregorii XIII. Pontificis, illud vero uti diximus Antonio cardinali Carrafa ſit nuncupatum.

XXX. *Notabilium Devotionum quædam exempla erga Paſſionem & Crucem Domini noſtri Jeſu Chriſti, Sanctiſſimique Sacramenti Euchariſtiæ, ac B. Virginis Mariæ venerationem ex variis Sanctorum, Doctorumque ſcriptis ſelectæ*: ad Joannem de Mendoza S. R. E. cardinalem. Cod. 5041. in 8.

XXXI. *Piæ Meditationes in ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, ex opere Meditationum in omnes Pſalmos, quod auctor compoſuit repoſuitque in bibliotheca Vaticana, propria manu ſcriptum, nondumque in lucem editum*: eidem Joanni a Mendoza nuncupatæ. Cod. 5042. Adjiciuntur in fine *Annotatiunculæ quædam in aliquot loca Breviarii, Ritualiſque Romani obiter animadverſæ*: ad Clementem VIII.

Totidem fere codicibus, manu omnia ipſius auctoris ſcripta, tam metricæ quam ſolutæ orationis opera, mole ſua & numero gravia admodum, ſed pia doctaque, inter libros aſſervantur Vaticanos, typorum luce hactenus carentia, ſine ullo uſu, quod in votis noſtri piiſſimi ac doctiſſimi viri fuit, fructuve ſtudiorum. Reliquit etiam pietatis ſuæ ac munificentiæ monimentum in hoſpitali domo, quam ſumtibus ſuis dotavit, duodecim peregrinis feminis excipiendis, non longe ab eadem S. Michaelis eccleſia, ut lapis loquitur in ea quæ olim fuit peregrinarum habitatione, adhuc ſervata, quam inde nos exſcripſimus.

D. CHRISTOPHORUS DE LA CAMARA ET MURGA, domo ex oppido Arciniega Burgenſis diœceſis, primas literas in collegio Jeſuitarum Montis Regis, philoſophiam Compluti a Monteſino, Tena & aliis didicit. Seguntinum & Salmantinum gymnaſium togatus utrobique ſodalis, & quidem Salmanticæ in eo Sancti Salvatoris, quod a conditore Ovetenſi antiſtite appellatur, frequentavit. Poſt adeptam vero hic artium cathedram, cum in Pacenſi eccleſia, tum deinde in Murciana ſacerdotium canonicum, quod a docendi munere vulgo audit magiſtrale, obtinuit, atque inde illud, quod Bibliis explanandis creatum eſt, Toleti anno MDCXVII. Poſt decennium Canarienſium inſularum ſedem adminiſtrare juſſus eſt epiſcopus, unde ad Salmantinam translatus deceſſit tandem anno MDCXLI. Jacetque in ſacello eccleſiæ maximo. Edidit dum Canariæ ageret:

Conſtituciones Sinodales del Obiſpado de Canaria, ſu primera fundacion, y translacion; vidas de ſus Obiſpos, y breve relacion de las Islas. Matriti 1634. 4.

CHRISTOPHORUS DE LAS CASAS, Hiſpalenſis ut credo, magno commodo utriuſque linguæ vulgaris Hiſpaniæ ac Italicæ ſtudioſorum conſcripſit, cum Alcalitano duci a ſecretis eſſet:

El Vocabulario de las dos lenguas Toſcana, y Caſtellana. Venetiis 1576. in 8. Et auctum a Julio Camillo iterum Venetiis apud Damianum Zenarum 1594. in 8. Quem tamen librum quare extremæ notæ, & nullius uſus credit Scioppius in *Conſultatione de ſtudiorum ratione*?

Hujus quoque eſt ex Latino in vernaculum ſermonem verſus:

Julio Solino de las coſas maravilloſas del mun-

mundo. Hispali 1573. 4. apud Alphonsum Siculum.

Hispali natum non temere dixi, quem Casas cognomentum, in hac urbe satis notum, ab aliis distinguebat, cujusque nomine in elogiis Vocabulario præfixis Ferdinandus Herrera, & Joannes Mallara, in eadem nati, Bætim fluvium celebrant. Decessit quidem is an. MDLXXVI. ei male adplicata in morbo mannæ purgatione, quæ imbecilliorem hominis ventrem profluvio perdidit.

CHRISTOPHORUS DE CASTILLEJO, Rodericopolitanus (quam sibi ipse patriam in *Dialogismo* quodam *inter se & calamum* efficto tribuit) ingeniosus admodum, ac veluti natus exprimendis breviore versuum modo animi sensibus poeta: quod genus compositionis adeo sibi nostrorumque hominum proprium, tanquam domi natum, nec foris petitum existimabat ut vel aspernaretur majora carmina, vel saltem abstinendum sibi ab exoticæ hujus mercis reputaret commercio. Atque id quidem eum præstitisse ipsa, quæ omnium manibus teruntur, poemata ejus clamant. Ætatis majorem partem in aula serenissimi Infantis Hispaniarum Ferdinandi, Caroli V. fratris, atque ejusdem postea Romanorum Imperatoris, secretorum illius conscius ex munere transegit. Quam pertæsus, patriæ primum, deinde sibi se, ratione alia potiore vitæ admissa, restituit. Namque in Cistercienium monasterio, quod in Toletano regno gaudet Vallisecclesiarum appellatione, monachum induens, quibus olim dotibus eximiam sustentavit apud mortales famam, iisdem, scilicet veræ ac perpetuæ immortalitatis, sese asseclam professus est. Poetica ejus, hoc est, omnia opera, tribus partibus distincta, in Belgio edidit Martinus Nutius Antuerpiensibus typis, hoc titulo:

Obras Poeticas de Christoval de Castillejo. 1598. in 12. Compluti apud nos edita sunt anno 1615. 8.

Decessit circa annum MDXCVI. conditus in suo monasterio. Testem habeo de hac Christophori nostri sæcularium renunciatione Chrysostomum Henriquez in *Phenice.*

CHRISTOPHORUS DE CASTRO, patria Ocaniensis, vitæ instituto sodalis Jesuitarum, natus fuit anno MDLI. puerque adhuc sacræ huic familiæ socium se dedit; in qua post laudabiliter impletum munus docendi Complutensem juventutem, necnon & Salmanticensem sacras literas, pie obdormivit in Domino ætatis anno LXV. redempti orbis MDCXV. Infatigabilis ejus industriæ ac studii hi fetus in lucem editi sunt:

Historia Deiparæ Virginis Mariæ. Compluti 1605. Moguntiæque apud Balthasarem Lippium 1610. 8. Quam Hispanicam fecit Melchior de Castro, ediditque 1607. 8. Complutensibus etiam typis.

Commentariorum in Hieremiæ Prophetias, Lamentationes, & Baruch libri VI. Parisiis apud Michaelem Sonnium 1609. folio.

In Sapientiam Salomonis brevis, ac dilucidus Commentarius. Lugduni apud Horatium Cardon 1613. in 4.

Commentariorum in XII. Prophetas libri XII. cum paraphrasi. Ibidem 1615. Moguntiæ 1616. folio. Antuerpiæque apud Verdusium 1619. in folio. Præmittitur ibi *Isagoge* libris IV. in quibus omnia quæ pertinent ad vaticinium naturale, artificiale, & propheticum exponit accurate.

Ejus etiam Romæ adservantur manu scripti:

De Religioso Statu libri VIII. Item Hispanice conscripsit:

Historia del Colegio de la Compañia de Jesus de Alcala de Henares desde su fundacion hasta el año MDLXVIII.

F. CHRISTOPHORUS DE CASTRO, nescio cujus Religiosi ordinis, scripsit:

Historia de la Villa de Bujalance.

CHRISTOPHORUS DE CONTRERAS, Bæticus, ex oppido Lepe dioecesis Hispalensis, Jesuitarum sodalis, si auctori credimus *Bibliothecæ Societatis* paratum prelo superioribus annis habebat:

In Sophoniam Prophetam Commentarios.

CHRISTOPHORUS DA COSTA, natione Lusitanus, in Africa (Tingi forte aut Septæ Lusitanorum coloniis) natus, Africana & Asiatica longi temporis peregrinatione, multisque experimentis, etiam inter barbaras illius orbis gentes in captivitate & ærumnis manens, medicam artem & botanicam, quibus sese addixerat, egregie promovit scribens (mutuatus tamen magnam partem a Garcia de Orta, quod nec ipse dissimulat):

Tratado de las drogas, y medicinas de las Indias Orientales. Burgis apud Martinum de Victoria 1578. in 4. Hunc librum Latine dedit in summarium contractum Carolus Clusius Atrebas lib. IX. *Exoticorum.* Antuerpiæ apud Plantinum 1582. qui seorsim anno 1593. in eadem officina editus est. Et quidem Clusius stirpium iconismos a Costa editos, ut ineptos prorsusque dissimiles rejecit. Italis etiam communicatum prodiit opus ex officina Veneta Ziletti 1585. in 4. Galli quoque suum fecerunt una cum Garsia de Orta (quem parum apte interpres Garsiam de Iardin appellavit) Lugdunique ediderunt anno 1619. in 8. Obligaverat autem se auctor, cum de specie-

ciebus Indiæ medicinalibus commentarium publicaret, edendo vaſtiori operi, in quo reliquarum plantarum fructuumque, aviumque & animantium omnis generis apud Indos, Perſas & Sinas viventium naturam virtuteſque proponeret: quod votum credo ei non ſucceſſit. Miſcella etiam alia edidit, nempe:

Tratado en contra, y pro de la vida ſolitaria: con otros dos Tratados; uno de la Religion, y religioſo: otro contra los hombres que mal viven. Venetiis 1592. in 4. apud Jacobum Cornetti.

Tratado en loor de las mugeres: ad Catharinam Auſtriacam. Ibidem eodem anno in 4. Qui ad hunc librum præfatur, auctoris quidam familiaris, præter laudata hic opera meminit etiam horum quæ jam apponimus:

Del Amor divino, del natural, y humano, y de lo que debemos a los animales libellus, ſeu tractatus tres. Item:

Tres Dialogos Theriacales.

Diſcurſo del Viage de las Indias Orientales, y lo que ſe navega por aquellas partes. Apud Burgenſes in Caſtella Veteri medicinam faciebat eo tempore quo in eadem urbe edi curavit princeps illud opus de Orientis rebus medicinalibus. Cum autem ſolitariam celebravit vitam, vacare Deo cupiens, in ſolitarium quemdam locum ſeceſſerat. Compoſtellæ hoc de eo diſtichum reperiri ajunt:

Africa te genuit, te fertilis Aſia pavit,
Te nunc Europa, doctor Acoſta, tenet.

D. CHRISTOPHORUS CRESPI DE VALDAURA, Valentinus domo, juriſconſultus, poſt navata reipublicæ in patria urbe & regno advocati fiſcalis ſenatoriſque, atque inde in curia Regia ſupremi Aragonenſium rerum concilii regentis munera, in ſummo ſui ordinis gradu conſtitutus eidem concilio præfuit vicecancellarii titulo, quem honorem multæ ejus doctrinæ, ſummæ integritati, altiſſimæ prudentiæ, atque innocentiſſimis moribus debitum contulit ei Philippus Rex IV. anno MDCLII. in locum D. Mathiæ de Vaietola & Cavanillas, munere iſto propter ſenium dimiſſi ſubrogato. Qui & jure ſui muneris unus quoque e lectiſſimis ſex viris fuit, quorum conſilio in adminiſtranda Hiſpana re uti debuit juxta præſcriptam tutelæ formam ſereniſſima Regina, Caroli Regis II. mater auguſta. Edidit:

Obſervationes illuſtratas deciſionibus ſacri ſupremi Aragonum Concilii, ſupremi Concilii S. Cruciatæ, & Regiæ Audientiæ Valentinæ: duobus tomis. Lugduni apud Horatium Boiſſat & Georgium Remeu 1662. in folio.

Nam & in tribunali quod Cruciatæ negotia adminiſtrat, pro Aragoniæ ſuo concilio ſedit. Monteſiæ ordinis inſignitus cruce clavigeri honorem in eodem ordine, Regiſque aſſeſſoris generalis exercuit, Ludovici Creſpi V. C. dum viveret præſulis Oriolani, atque hinc Placentini, N. Vicenſis epiſcopi, & Joannis ejuſdem Monteſiæ militaris ordinis equitis & locumtenentis generalis, frater germanus. In ætate tot annos quot ſæculum habens, ſexcenteſimo ſcilicet ſæculari in lucem editus, diem vidit extremum Februarii XXII. MDCLXXI. cum ingenti omnium bonorum mœrore & publico luctu, in proſpera ſic dignitatis & exiſtimationis fortuna neceſſariorum ad funus ducendum & familiam exhibendam indigens, jacetque in collegio Jeſuitarum Matritenſi.

F. CHRISTOPHORUS DE CRUCE, Conſaburenſis (Conſuegra oppidum intelligo diœceſis Toletanæ) Dominicanus, edidit in lucem:

Tratado de la Eſperanza Chriſtiana. Toleti apud Thomam de Guzman 1611. in 8.

F. CHRISTOPHORUS DELGADILLO, Matritenſis, Regularis Obſervantiæ Sancti Franciſci, ſacræ theologiæ lector inter ſuos emeritus, ſodalibus præfuit in æde Sancti Didaci Complutenſis academiæ, ſacris virginibus Regiæ Matritenſis Excalceatarum domus confeſſionibus præfuit, quo tempore Tudenſis eccleſiæ ſibi oblatæ inſulis ornari recuſavit. Romam venit cuſtos provinciæ ſuæ ad conventum generalem anno MDCLXIV. pluribus monumentis doctrinæ ſuæ Urbi jam notus. Nempe edidit:

Secundum Principium Complutenſe: ſeu de Angelis tractatum. Compluti apud Mariam Fernandez 1652. in 4.

Tractatus duos: alterum de Incarnatione, alterum de adoratione, in quibus legitima Doctoris ſubtilis mens aperitur, & propugnatur. Iiſdem typis 1653. in 4.

De Sacramentis in genere, & aliquibus in ſpecie Tractatum in doctrina ejuſdem doctoris ſubtilis. Ex eadem officina 1654. 4.

De Pœnitentia Tractatum bipartitum, ſcilicet quatenus virtus eſt, & quatenus Sacramentum. In eadem officina 1658. in 4.

De Venerabili Euchariſtiæ Sacramento, Compluti 1660. in 4.

CHRISTOPHORUS DIATRISTAN DE ACUÑA, medicus, edidit, auctore mihi Joanne Antonio vander Linden in opere *De ſcriptis medicis*:

Antitheſim ad Repetitionem de Tertiana pro medicina Iberorum. Lovanii apud Jacobum Zegers 1642. in 4.

CHRISTOPHORUS DE ESCOBAR, Bæticus, Antonii Nebrissensis auditor, qui præceptoris sui & sæculi parum Christiano more, Lucium Christophorum appellare se amabat, anno præteriti sæculi octavo in Sicilia degebat, proregi ejus temporis (sive Joanni Lanuzæ, sive Raymundo Cardonæ) a sacris & ab studiis, quod ex epistola Nebrissensis una cum *Introductionibus Grammaticis* ad Escobarem data novimus. Ipse quoque de se in responsione hujusmet epistolæ jactanter *Dicam tamen* (inquit) *rem quam verissimam: plus quinquagies cum variis Latinitatis præceptoribus, & apud Siculos & alibi decertavi, ubi nullum fanum, nullum forum, nullaque pulpita tuum Christophorum non viderunt, tametsi patria barbarum, quod mihi semper præclaro assumpsi honori, jugiter victorem quoad facerent deditionem.* Extant ab eo una cum Nebrissensis *Introductionibus* jam laudatis:

De causis corruptæ loquutionis opusculum.

De verbis exceptæ actionis dialogus.

De verbis Aprosopicis, hoc est Impersonalibus, enarratio.

In Laurentii Vallæ caput de Fico exposito: & alia minutiora. Lugduni apud Jacobum Junti 1541. 4. In catalogo Valerii Andreæ tributa huic ipsi legimus sequentia hæc etiam opera:

De naturalium nominum ratione lucubrationem, quatenus ad eloquentiam Latinam attinet.

De Viris Latinitate præclaris in Hispania: cujus meminit operis Antonius quoque Possevinus *Bibliothecæ selectæ* lib. XVI. cap. XIV. dum de Hispanæ historiæ scriptoribus agit, Venetiisque ait excussum fuisse in folio. Certe nobis nunquam visus fuit, nec alibi notitia occurrit hujus libelli.

De quibusdam Civitatis Agrigentinæ antiquitatum enarrationibus libellum: quem putat idem Valerius Andreas typis in Sicilia editum esse.

Conterraneum suum vocat Pomponium Melam, cujus patria propter locum ejus geographiæ inemendatum haud satis nota est, itemque concivem suum nescio quem Sarrazim (ita vocat) Arabem: canonicum Agrigentinæ ejusdem ecclesiæ eum fuisse affirmat idem Valerius.

CHRISTOPHORUS FALCAON, Lusitanus, Portalegrensis, scripsit:

Los Amores de Chrisfal &c. Cardosus.

F. CHRISTOPHORUS DE FARIA, Lusitanus, ex Minorum provincia, quam Arrabida vocant, scripsit.

Sermones. Cardosus.

CHRISTOPHORUS FERREIRA, Lusitanus, patria ex Turribus-novis oppido, Jesuita, Japoniæ missionarius, de quo in *Bibliotheca Societatis* agitur, misit exinde:

Annuas Literas anno MDCXXVII.

CHRISTOPHORUS FERREIRA SAMPAIO, Lusitanus, scripsit Castellæ sermone:

Vida, y hechos del Principe perfecto Don Juan Rey de Portugal segundo deste nombre. Matriti 1626. in 4. compendium scilicet Garsiæ Resendii, ac Ruderici Pinæ veterum historiarum de rebus ejus gestis.

F. CHRISTOPHORUS DE FONSECA, ortus parentibus S. Eulaliæ oppidi quod in regno Toletano est, civibus, forsan ipse Eulaliensis, nisi Maquedæ natus (ejusdem tractus oppidi) quod Thomas Tamajus affirmat in collectione librorum Hispanorum; in Regia urbe Toleto Augustinianis se dedit sodalem anno MDLXVI. Præfectus aliquando totius provinciæ circa annum hujus sæculi quod excurrit septimum, doctus valde ac facundus theologus, præcipuum inter concionatores curiæ Regiæ locum suo tempore obtinuit. Extant ab eo hæc scripta:

La Vida de Christo: quatuor tomis, in quorum primo mysteria vitæ Christi, secundo miracula, tertio parabolas, tandem ultimo reliquas ipsius doctrinæ partes illustrat. Prima pars edita est Toleti an. 1596. & Matriti 1601. II. Matriti apud Michaelem Serranum 1603. III. ibidem typis Regiis 1605. folio. IV. ibidem apud Ludovicum Sanchez 1611. folio. Barcinone totum opus edidit, nisi fallimur, Sebastianus Cormellas. Italice prodierunt Venetiis 1608. in 4. Georgii Valentini opera. Brescïæque ut credimus, 1617.

Del Amor de Dios Primera, y segunda Parte. Barcinone apud Cormellas 1599. & antea 1594. Pinciæque. Barcinoneque tertio apud Onufrium de Anglada 1606. in 8. Matritique anno 1620. Hoc opus, titulo *Amphitheatri Amorum* nuncupatum, Latine edidit Cornelius Curtius, Bruxellensis, Augustæ anno 1623. in 8. Italicum quoque foras emisit Sebastianus Combi, Venetus typographus, anno 1608. 8. Atque eo prior Brescïæ Petrus Maria Marchetti 1602. in 8. Galliceque versum a Nicolao Maillard ordinis Coelestinorum, non quidem ex Hispano fonte sed ex Italica jam laudata interpretatione, Parisiis vidua Guillielmi la Nou 1605. in 12.

Sermones de Quaresma. Matriti per Alphonsum Martin 1614. 4. At ex interpretatione Latina ejusdem Curtii Coloniæ 1618. 8. Item:

Sermones para las Dominicas: quos Gallice editos novimus in 8. Parisiis, duobus tomis.

Obiit

Obiit ſeptuagenario major circa annum MDCXII. aliis MDCXVI.

F. CHRISTOPHORUS DE FROMESTA, Salmanticenſis, Auguſtinianus, ſacræ theologiæ magiſter, Salmantinæ domus ſuæ aliquando præfectus, varia reliquiſſe dicitur in ſchedis, in hiſque volumen grande conſcriptum circa annum MDLXXXII.

In Cantica Canticorum: quod in bibliotheca illius cœnobii adſervari Thomas de Herrera in *Hiſtoria* hujuſmet ædis Salmantinæ ſcriptum reliquit.

F. CHRISTOPHORUS GALVEZ, Ilerdenſis, Dominicanus, reliquiſſe dicitur MSS. celeber cum eſſet ipſe eccleſiaſtes:

Quadrageſimales, o Sermones de Quareſma: quatuor voluminibus.

Sanctorales, y Dominicales: totidem.

Vidit D. Thomas Tamajus, & neſcio quem alium librum Joanni Aragonio, præſuli Toletano, ut ajunt dicatum.

CHRISTOPHORUS GARZIA YAÑEZ, natus in oppido Medina del Campo, presbyter Societatis Jeſu, poſt adminiſtrata plura ſui ordinis munera, etiam apud Indos, ſubſtitit Hiſpali, qua in urbe meditabatur in publicum immenſæ molis, quod confecerat, opus totis undecim voluminibus comprehenſum edere, cujus & ſynopſin ſive acolytiam præmiſit. Hujus argumentum:

Encyclopedia totius Juris: quæ latet adhuc.

CHRISTOPHORUS GIL (ÆGIDIUS Latina forma), Luſitanus, Brigantinus, Societatis Jeſu ſacerdos, poſtquam humanas divinaſque literas partim Conimbricenſis, partim Eborenſis profeſſor ſupra vicennium explicuiſſet, Romam perrexit ad cenſuram librorum inter alios a præfecto generali deſtinatus. Unde reverſus, Franciſcoque Suario, recens mortuo, in Conimbricenſi profeſſorio munere jam ſufficiendus ad ſuperos evocatus fuit anno MDCVIII. ætatis LIII. Vir utique doctiſſimus, vitæque nuſquam ut creditur delibata innocentia venerabilis. Extant ab eo:

Commentariorum Theologicorum de ſacra doctrina, & eſſentia, atque virtute Dei, libri duo: primum Lugduni, mox Coloniæ editi anno 1610. folio.

CHRISTOPHORUS GOMEZ, Jeſuita provinciæ Paraquariæ in America, ſcripſit:

Elogia Societatis Jeſu, ſive Propugnaculum Pontificum, Conciliorum, Cardinalium, Antiſtitum, necnon Imperatorum, Regum, Proregum, & aliorum Virtute, Religione, omnique literatura illuſtrium (etiam Hæreticorum) teſtimoniis qua expreſſis verbo, qua ſcripto conſignatis conſtructum. Antuerpiæ apud Jacobum Meurſium 1677. in 4.

F. CHRISTOPHORUS GONZALEZ, Huetenſis natu, ordinis Sanctæ Mariæ de Mercede, cœnobiique Matritenſis (quomodo præfectos ſuos hæc vocare amat ſodalitas) commendator, vicarius hinc totius Caſtellanæ provinciæ, gravitate morum conſpicuus, atque item concionatoriæ artis laude, in vulgus dedit propria Caſtellæ lingua:

Diſcurſos eſpirituales, y predicables ſobre doce lugares del Geneſis. Matriti anno 1603. in 4. apud Michaelem Serrano.

Conſideraciones del agradecimiento Chriſtiano. Ibidem 1606. 4.

Sermones para los Domingos de Quareſma por la tarde ſobre el Pſalmo CXXXIII. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1609. 4.

Alabanzas de Nueſtra Señora ſobre el Pſalmo XVIII. Ibidem in 4.

Denatus fuit Matriti cum ſanctitatis fama, ubi reſurrectionis diem apud ſodales expectat.

F. CHRISTOPHORUS GONZALEZ DE PERALES, monachus Ciſtercienſis cœnobii Deiparæ Virginis de Valbuena, ſcripſit:

Vida, y milagros de San Bernardo. Pinciæ 1601. 4.

CHRISTOPHORUS GONZALEZ TORNEO, domo ex oppido Tordeſillas Pincianæ diœceſis, deſcripſit verſibus.

La Vida, y penitencia de Santa Theodora de Alexandria. Matriti apud Didacum Flamenco 1619. in 8. Cordubæque 1646. 4.

CHRISTOPHORUS GRANADO, Aſtigitanæ urbis incola, phlebotomicæ artis, quam profitebatur, tractatum compoſuit, inſcribens ei:

Tratado de Flebotomia. Hiſpali 1618. in 8. apud Gabrielem Ramos.

F. CHRISTOPHORUS GRANADOS DE LOS RIOS, ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, edidit:

Hiſtoria de Nueſtra Señora de los Remedios de la Fuenſanta. Toleti 1636. in 8.

Vitoria naval contra los Turcos por interceſion de Nueſtra Señora.

Toleti mortuus eſt anno 1649.

CHRISTOPHORUS DE HOROZCO, literarum, quibus humanitas fecit nomen, Salmanticæ a Ferdinando Pinciano Græcæque linguæ notitiam hauſit, medicinam ab aliis, cujus utriuſque ſtudii, alterum a vigeſi-

ſimo annum vix egreſſus, dedit ſpecimen in publicum emittens:

Caſtigationes in Interpretes Pauli Æginetæ. Venetiis 1536. in folio apud Lucam Antonium Juntam. Sequutæ ſunt, eo tempore quo jam medendi artem publice is Salmanticæ doceret, anno ſcilicet MDXXXVIII. ad D. Franciſcum Quignonium S. R. E. cardinalem Sanctæ Crucis in Hieruſalem directæ:

Annotationes in Interpretes Ætii Medici præclariſſimi, nempe Baptiſtam Montanum Veronenſem, & Janum Cornarium Zuiccavienſem medicos. Baſileæ editæ apud Robertum Winter 1540. in 4. Manuſcripto Ætii codice Græco, qui Ferdinandi Pinciani erat, uſus eſt ad hanc cenſuram Oroſcius noſter. Videri poteſt judicium ſuum de his interponens Thomas Reineſius in *Epiſtola ad Criſtianum Daumium* xxx. & in alia ad Macaſium in *Appendice* harum *ad Daumium Epiſtolarum* pag. 339.

F. CHRISTOPHORUS DE JESU, Luſitanus, ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, epiſcopus titularis Nicomedienſis, edidit:

Bullarium ſui Ordinis cum ejuſdem inſtitutione. 1591.

Librum Conſtitutionum Provinciæ Portugalliæ. Et

Contra Judæos alium librum. Cardoſus.

F. CHRISTOPHORUS DE S. JOSEPHO, Bellomontanus, ex congregatione Hiſpana fratrum Reformatorum Sanctiſſimæ Trinitatis, concionandi laude ſpectatus, ſcripſit:

Receptiorum opinionum : volumen I. editum Matriti 1656. moralis ſcilicet Theologiæ: aliaque parata habet hoc anno MDCLXV. annos LX. aut circiter natus.

F. CHRISTOPHORUS DE LASARTE, ordinis Sancti Franciſci provinciæ Caſtellæ, ſcripſit:

Sermones. Auctor eſt Petrus de Salazar in Hiſtoria hujus provinciæ.

CHRISTOPHORUS LECHUGA, Beacienſis, bene ſemper de bellico ſtudio merendi laudem non corpore tantum, præſentique animo in æſtu ipſo rerum coram manuque fortiter gerendarum, ſed & præſenti ingenio, libris hujuſmet artis in vulgus editis, non mediocriter auxit. In Belgio quippe, & apud Inſubres vicariam tormentariæ rei præfecti curam plures annos cum geſſiſſet, expeditionis deinde Mamorenſis Africanæ comes, tum arcem eo loco munitiſſimam exædificare, tum ibi cuſtos loci, ſummuſque præſidiariorum militum dux manere fuit juſſus. Commentaria inſuper de rebus militaribus duo conſcripſit, nempe:

El Maeſtre de Campo General: ſive de ejus munere. Mediolani 1603. 4. apud Pandulphum Malateſtam. Quod quidem Georgius Baſta fere ad verbum tranſcribens, Italice ut proprium opus luce donavit.

Diſcurſo de la Artilleria, y de todo lo neceſario a ella, con un tratado de fortificacion. Mediolani 1611. in folio apud Pandulphum Malateſtam. Supereſt MS. Lechugæque nomini inſcripta:

Defenſion de los cargos de la Viſita: in folio.

F. CHRISTOPHORUS DE LISBOA, Luſitanus, pars Excalceatæ familiæ provinciæ Sancti Antonii, ſacræ theologiæ lector, & apud fidei vindices theologus cenſor, ſcripſit vernacule:

Santoral de varios ſermones de Santos. Oliſipone 1638. 4.

Jardim da Scriptura. Oliſipone apud Craeſbek : opus poſtumum.

Hiſtoria natural, e moral do Maranham, e Gram Para. MS. ut ex relationibus Luſitanis novimus.

Obiit circa annum MDXXX. electus Congi & Angolæ epiſcopus.

CHRISTOPHORUS LOPEZ, Jeſuita, ſcripſit:

El pobrecito Pecador, o memoria de la Paſion de Nueſtro Señor Jeſu Chriſto. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1599. in 16.

CHRISTOPHORUS LOZANO, theologus doctor, qui commiſſarium ſe vocat S. Cruciatæ in ditione Hellinenſis oppidi, publicavit:

Exemplo de Penitentes, David arrepentido; Hiſtoria ſagrada: duabus partibus. Matriti 1656. 4.

Deinde creatus cappellanus Regius in Toletana templi maximi cappella, Regum Novorum vulgo nuncupata, dedit foras:

Los Reyes nuevos de Toledo : ſive hiſtoriam hujuſmet cappellæ, Regumque in ea ſepultorum, Toletanæ item urbis plura notatu digna. Matriti expenſis Franciſci Serrano de Figueroa, bibliopolæ 1667. 4.

David Perſeguido, y alivio de laſtimados, Hiſtoria ſagrada parafraſeada con exemplos, y varias hiſtorias humanas, y divinas. Poſt alias quatuor editiones quintum prodiit Matriti e Regio typographeio 1668. in 4. Hanc ſequutæ ſunt altera pars eodem anno, & item tertia apud Andream Garzia de la Igleſia 1669. in 4.

El Hijo de David mas perſeguido Jeſu Chriſ-

Chriſto Señor nueſtro, *Hiſtoria ſagrada paraſraſeada con Oraciones Panegyricas*, *Gloſas, dulces vidas*, *y Hiſtorias de Santos. Parte primera.* Ibidem apud eumdem de la Igleſia 1671. in 4.

Segunda Parte del Grande Hijo de David Chriſto Señor nueſtro, *Hiſtoria Evangelica y Sagrada*, *adornada*, *y veſtida de varias*, *y memorables Hiſtorias*, *dulces*, *y ſazonados exemplos para divertir el guſto*, *y corregir la vida.* Apud eumdem 1673. 4.

Tercera Parte del Gran Hijo de David &c. quam continuat Chriſtophori prædicti ex fratre aut ſorore nepos, D. Gaſpar Lozano, in oppidis de Moraleja la mayor, de Alba de Tajo, ac S. Mariæ de las Herencias, Toletanæ diœceſis omnibus, ex ordine parochus. Ex eadem typographia 1674. in 4.

Soledades de la Vida, *y Deſengaños del mundo* : *Novelas exemplares.* Ibidem apud eumdem 1672. in 4.

El Rey Penitente David arrepentido, *Hiſtoria Sagrada* &c. Madriti 1674. in 4. ſed hæc forte eſt altera editio primi ut ſuſpicor ejus ingenii fetus, quem *Exemplo de Penitentes* nuncupatum ibidem edidit 1656. in 4.

CHRISTOPHORUS DE MADRID, natus in oppido Daimiel Toletanæ diœceſis, Romæ apud Joannem Dominicum de Cuppis, ſacri purpuratorum patrum collegii decanum, theologi munus cum perdiu exercuiſſet, ſeſe in manus demum Ignatii Lojolæ tradens, Societati per eos dies inſtitutæ nomen dedit, permagni ab eo & in paucis ob eximiam prudentiam & auctoritatem quamdiu vixit habendus. Sub Didaco item Lainio, præpoſito generali ſecundo, aſſiſtens (ſic proprio vocant nomine) pro Italia & Sicilia fuit, profeſſamque Romanam domum plures annos adminiſtravit. Editus ab eo eſt perutilis ac doctus liber:

De frequenti uſu Euchariſtiæ. Neapoli primum anno 1556. tum Romæ Leodiique una cum Joannis Polanci *Directorio* excuſus. Toleti necnon anno 1563. in 8. Et Venetiis 1574. apud Jacobum Leoncinum.

Deceſſit e vivis Romæ ſexagenario major anno MDLXXIII.

F. CHRISTOPHORUS MARQUEZ, Matritenſis, Carmelita provinciæ Caſtellæ, cujus & diffinitor fuit, ſcripſit:

Teſoro de Ignorantes, *donde ſe declaran los puntos eſenciales de la Doctrina Chriſtiana*: *con un dialogo de aviſos importantes para el que ſe deſea ſalvar*, *y exercitar en la oracion mental.* Matriti apud viduam Alphonſi Martini 1614. 8.

Vida del P. Fr. Geronimo Gracian de la Madre de Dios, *primera parte.* Pinciæ apud Franciſcum Fernandez de Cordoba 1619. in 4. Prima nempe Vitæ pars Chriſtophori noſtri eſt, altera dialogis comprehenſa ipſius eſt Gratiani; Andreas igitur del Marmol, qui nomen ſuum inſcripſit, tantum eas in unum copulavit atque edidit.

Convertit ex Italico in vernaculum:

Libro del Purgatorio de Paulo Areſio. Item ex Italico neſcio cujus vertiſſe dicitur:

Arte de predicar : Franciſci Panigarolæ forſan, aut Pauli Areſii.

Præfectus fuit domus Vallisolivarum, diffinitorque ſuæ provinciæ. Sexageſimo ſexto ætatis anno diem vidit extremum in curia Matritenſi xx. Octobris anno MDCXXXII. Laudat eum Ægidius Gonzalez Davila in libro de las *Grandezas de Madrid.*

CHRISTOPHORUS MENDEZ, medicus Giennenſis, edidit:

Del exercicio del ſuſpirar. Hiſpali 1553. in 4.

Del exercicio, *y ſu provecho.* Giennii 1553.

CHRISTOPHORUS DE MESA, Zafrenſis ut ajunt, poeta non invenuſtus, plura dedit propriæ inventionis opera fluenti vena facilique, nec ſine epica majeſtate, ut cognoſcas eum Romæ Torquatum Taſſum, carminis Italici principem, quinquennio integro, quod de ſe ipſe alicubi refert, adire & frequentare ſolitum. Plura vertit ex antiquis, quorum omnium hæc ſeries:

Rimas en eſtilo Lirico. Matriti 1611. 8.

El Patron de Eſpaña : carmine heroico. Ibidem apud Alphonſum Martin in 8. anno 1612.

Las Navas de Toloſa, hoc eſt, victoriam Alphonſi VIII. Caſtellæ Regis, triumphumque de Arabibus ad oppidum hujus nominis ductum : heroicis verſibus. Matriti iiſdem typis 1598. in 8.

La Reſtauracion de Eſpaña, decem libris: ad Philippum III. Regem. Matriti apud Joannem Cueſta 1607. 4.

Las Eglogas, *y Georgicas de Virgilio* : unaque *Las Rimas*, & *El Pompeio*, *Tragedia.* Matriti 1618. in 8.

La Eneida de Virgilio en octavas : ad Philippum III. Ibidem 1615. in 8.

La Iliada de Homero. MS. vidit D. Thomas Tamajus.

CHRISTOPHORUS DE MORALES, Bæticus, Montillæ natus, ludi magiſter, reliquit fratris germani Joannis Baptiſtæ Moralis cura edendum librum hujus notæ:

Pronunciaciones generales de lenguas, *ortografia*, *eſcuela de leer*, *eſcrivir*, *y contar.* Hiſpali 1623. 8.

CHRI-

CHRISTOPHORUS DE MORALES, musicæ artis magister, edidit (uti est in *Epitome Bibliothecæ Gesnerianæ*):

Lamentationes Hieremiæ IV. V. & VI. vocum. Venetiis in 4. anno 1564.

Magnificat omnitonum cum IV. vocibus. Venetiis in folio 1564. sive ut in Draudi *Bibliotheca* 1562. Quibus addit Verderius in *Supplemento*, Hispanum aperte nuncupans:

Misas musicas. Lugduni apud Jacobum Modernum 1546. Alias 1545. in folio. Et Venetiis 1565. 4. una cum Joannis Lupi *Missis.*

F. CHRISTOPHORUS MORENO, ex oppido Moxente in Valentino regno oriundus, professione sodalis Franciscanus fuit, ardens & assiduus quotidianarum concionum declamator, nec ideo minus populo illius Regiæ urbis gratus, quem annis duobus & quadraginta veræ doctrinæ insinuationibus quotidie magis obsequentem reddidit. Hinc vocatus in curiam Matritensem Mariæ Austriacæ serenissimæ olim Imperatricis inter Excalceatas Seraphici ordinis virgines commorantis, unaque earumdem virginum sacras confessiones excipere jussus est. Valentiæ tandem vir pius decessit, publico jure donatis libris quibusdam pietatem spirantibus. Hi sunt:

Vida del B. Padre F. Nicolas Factor. Compluti apud heredes Joannis Gratiani 1588. Barcinone 1618. apud Sebastianum Cormellas: quæ ut vera & integra emitteretur (ait Lucas Waddingus in opere de *Scriptoribus Franciscanis*) trecenti gravissimi testes, jurejurando super Evangelia adacti, quidquid noverant & viderant retulere. Christophorus autem diu versatus cum ipso Nicolao librum hunc biennio post ejus mortem edidit. Et quidem Italice versus Romæ lucem vidit anno 1590. apud Jacobum Tornierum in 8.

Primera Parte de la claridad de los simples. Valentiæ apud Petrum Huete 1571. in 8.

Segunda Parte de la claridad, intitulada lumbre del Christiano. Valentiæ 1575. 8.

De los claros Varones de la orden de San Francisco: quod quidem opus omnes, adeoque ipse Waddingus nostro attribuit; sed nec ipsi annum editionis referunt, nec aliunde scire datum nobis. Forsan ineditum adhuc manet.

Vida de San Antonio de Padua. Valentiæ 1576. 8.

Jornadas para el Cielo. Cæsaraugustæ anno 1580. Matriti 1616. Compluti apud Joannem Gratian 1606. 4.

Limpieza de la Virgen Nuestra Señora. Valentiæ 1582. 8. apud Joannem Navarro.

Tratado del Cordon, sive de Confraternitate Chordigerorum. Barcinone 1592. Valentiæ 1589. & 1604.

Excelencias de la Agua bendita. Valentiæ 1600. 8. apud Garriz.

Præter hos, Didaci Stellæ librum de *Vita Sancti Joannis Apostoli, & Evangelistæ* correxit & auxit, iterumque post Olisiponensem editionem antiquam foras prodire fecit Valentiæ anno 1595. in 8.

CHRISTOPHORUS MOSQUERA DE FIGUEROA, juris & humaniorum literarum peritia instructus, Astigim urbem præfectus rexit, tum in expeditione Tertiæ insulæ Lusitanorum sub Alvaro Bazano, Sanctæ Crucis marchione, totius classis juridicum exercuit, unde rediens gestarum ab eo rerum publici juris fecit commentarium, hac inscriptione:

Comentario de diciplina militar, en que se escrive la jornada de las Islas de los Azores. Matriti 1596. in 4. Adjungitur eodem auctore:

Un Elogio del Marques de Santa Cruz. Itemque:

Las Reglas de Agapeto a Justiniano.

Inedita circumferuntur ejus nomine *Paradoxa* duo festiva & erudita, populari etiam lingua, cum proloquio *de Paradoxorum utilitate & auctoribus*, alterum est *in laudem nasi solito grandioris*, alterum *in morbi Gallici.* Carmina feliciter, quæ sparsa variis locis vidimus, pangere solebat.

D. CHRISTOPHORUS DE MOYA ET MUNGUIA, Segobiensis urbis sanctæ ecclesiæ canonicus, pro S. Hierothei Hispano-Segobiensi cathedra, noviorum invento, edidit:

Tratado Apologetico en favor de la Cathedra de S. Hierotheo en Segobia contra el Discurso Historico del Marques de Agropoli. Matriti 1666. in 4. Et si diversum opus est:

Vida de S. Hierotheo: quam in dicto marchionis Acropolitani Discursu laudatam lego pag. 67.

Tratado de la Purisima Concepcion de Nuestra Señora.

CHRISTOPHORUS NUÑEZ, patria ex oppido Huete, medicus doctor, primariusque hujus saluberrimæ artis in schola Complutensi professor, scripsit:

De Coctione, & putredine. Matriti 1613. in 4.

CHRISTOPHORUS NUÑEZ, capellanus Regiæ capellæ Deiparæ Virginis Regum

gum in ecclesia Hispalensi, MS. reliquit librum sic nuncupatum:

Notables: quibus comprehendisse dicitur res gestas Ferdinandi III. cognomento Sancti, Castellæ Regis.

Edidit Petri Nuñez Delgado epigrammata, *annotationes* e propria penu adjungens, anno 1537. 4. inter quas legi voluit:

Flosculum Juvenalicum: ad Rodericum de Tamariz, portionarium Hispalensem, id est, phrases Juvenalis elegantiores vulgari lingua redditas.

CHRISTOPHORUS DE ORTEGA, domo ex municipio S. Clementis territorii sacri Conchensis, Jesuita, in schola domestica Toletanæ provinciæ professor theologus atque studiorum præfectus, philosophiam quinquennio, theologiam vero totis viginti annis professus fuit, Supremæ Inquisitionis censor theologus, Compluti rector, edidit:

Allegationem Theologicam pro frequentissima Augustino, Patribus, Conciliis & Ecclesiæ Propositione, Deus assumpsit Hominem. Toleti 1657.

De Trinitate Tractatum, seu Tomum Controversiarum Scholasticarum, & Dogmaticarum. Lugduni sumptibus Horatii Boissat & sociorum 1664. in folio.

De Incarnatione Tractatum seu Tomum Controversiarum similium. Lugduni iisdem typis in folio.

De Deo Uno: tomis duobus. Ibidem sumptibus Petri Chevallier 1672. in folio.

Vivebat Madriti anno MDCLXXVI.

F. CHRISTOPHORUS OSORIO, Lusitanus, Olisiponensis, ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptorum sodalis, Lusitane scripsit de viris familiæ suæ illustribus, sic operi inscribens metrico:

Pancarpia dos Varoens illustres da ordem da Sanctissima Trindade. Olisipone typis Craesbek. In qua urbe denatus est.

D. CHRISTOPHORUS DE PAZ, Salmanticensis, jurisconsultus, ejusdemque civitatis decurio & procurator in comitiis regni Castellæ Matritensibus sub Philippo III. Hispaniarum Rege, a quo datus fuit Cantabris Judex Major (quæ vulgaris appellatio est) in Pinciana curia, mox & in eamdem senator cooptatus, in lucem emisit Lermæque duci dicavit:

Scholia in Leges Regias Styli. Matriti 1608. in folio.

Cum Stilum audis lector nescius ne sis, collectionem quamdam legum Hispanarum intellige, quæ ab antiqui Fori Legum promulgatione in hoc regno, non quidem (ut ipse Christophorus Pacius credidit) a Sanctio, & Ferdinando Regibus Hispaniarum promulgatoribus in juris tabulas relatæ sunt, sed a quodam juris & forensium rerum perito auctoritate privata in hoc volumen redactæ, ut in quibus discederet novus fori curiæque Regiæ stilus ab editis olim legibus sui temporis homines admoneret. Atque hæ quidem leges magna ex parte in novissimam compilationem, quæ avorum ætate ordinata est, & in hoc nostro aliquanto locupletior facta, receptæ sunt. Scripsit quoque:

De Tenuta, seu Interdicto, & remedio possessorio summarissimo, tam mero, quam mixto super Hispaniæ Primogeniis tractatum: ad D. Joannem de Acuña, summi senatus Castellæ præsidem. Pinciæ apud Joannem de Rueda 1615. folio duobus tomis. Postea Lugduni sumptibus Joannis Antonii Huguetan, & Guillielmi Barbier 1671. folio.

CHRISTOPHORUS PEREZ DE HERRERA, Salmanticensis, doctor medicus Ilerdensis gymnasii, in patria schola, vices Ambrosii Nunnesii vespertini medicæ artis professoris gerens, innotuit. Praxim jam exercere jussus, Regium apud triremes Hispanicas Philippi II. Regis Catholici protomedicum diu præstitit, atque inde ejusdem Majestatis medicum; his libris præterea spectatus, pietate prudentiaque ac doctrina plenis:

Discurso en razon de muchas cosas tocantes al buen govierno, y riqueza destos Reynos. Unaque:

Remedios para el bien de la salud del cuerpo de la Republica. Atque item:

Discurso de la forma, y traza como se pudieran remediar algunos pecados, y desordenes. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1598. 4.

Discurso del amparo de los legitimos pobres, y reduccion de los fingidos importante para el buen govierno de las ciudades, y pueblos. Matriti 1595. 4. 1608. in 4. Quo scilicet in vulgus edito, continuisque apud Regem suum precibus & officiis pervicit ut Matriti ea hospitalis domus, quam Generalem vocant, excipiendis, exhibendis & curandis pauperibus erigeretur, nempe ab anno MDXCVI.

Defensa de las criaturas de tierna edad. Pinciæ 1608.

Proverbios morales, y Consejos christianos, y enigmas filosoficas naturales, y morales con comento. Matriti 1618. 4.

Del Garrotillo. Hispanice & Latine. Matriti 1615.

Elogio a las esclarecidas virtudes del Rey D. Felipe II. y Carta oratoria a su hijo D. Felipe III. Pinciæ 1604. in 4. apud Ludovicum Sanchez.

Latine vero edidit:

Clypeum puerorum, five de eorum curatione immutanda, necnon valetudine tuenda animadverfiones aliquot. Pinciæ 1604.

De Carbunculis animadverfiones.

Compendium totius Medicinæ, tribus libris: quos non vidimus.

CHRISTOPHORUS DE LA PLAZA, collegii theologorum Complutenfis togatus fodalis, fcripfiffe dicitur:

Artium Curfum.

CHRISTOPHORUS DE RAMONEDA, Urgellenfis ecclefiæ canonicus, artium theologiæque doctor, edidit:

Commentaria in libellum Divi Thomæ de Ente, & effentia. Perpiniani 1590.

CHRISTOPHORUS ROBUSTER, Catalanus, Romanæ Rotæ judex, fcripfit:

Deciffiones.

CHRISTOPHORUS RODRIGUEZ DE OLIVEIRA, Lufitanus, D. Ferdinando Vafconcellio Ulifiponenfi præfuli a cuftodia fuppellectilis, fcripfit:

Sumario de algunas cofas que hay en la Ciudad de Lisboa in 4. Videndus Ludovicus Marinho de Acevedo in Hiftoria ejufdem urbis.

CHRISTOPHORUS RODRIGUEZ DE ACINHEIRO, Lufitanus, Eborenfis, fub Joanne III. Rege Portugalliæ fecit (an ediderit nefcio):

Compendio das chronicas de Portugal. Laudat eum Fr. Antonius Brandaon Ciftercienfis III. parte *Monarchiæ Lufitanæ* lib. VIII. cap. XII.

CHRISTOPHORUS DE ROXAS, Toletanus, Regius poliorcetes, exercitæ olim militiæ ufque ad centurionis gradum laudem, factus ejufdem artis profeffor in Matritenfi fchola, cumulavit, imo ex Hifpanis primus edidit:

Theorica, y practica de fortificacion. Matriti typis Ludovici Sanchez 1598. 4. inftante ad opus nempe D. Francifco de Bobadilla, Puñonroftri comite, fummo peditum fub Philippo Rege II. Hifpaniarum tribuno. Idem poftea renovatum opus, hodiernoque ufui magis accommodatum, hoc titulo foras iterum dedit: *Compendio, y breve refolucion de fortificacion.* Ibidem 1613. 8. Hujus quoque funt:

Cinco difcurfos militares: anno 1607. publicati.

D. CHRISTOPHORUS DE ROXAS ET SANDOVAL, Bernardi Deniæ five Dianii marchionis filius, Fonterabiæ natus, facræ theologiæ doctor Complutenfis ibique ad Sancti Ildephonfi collegium fodalis, Carolo Imperatori a facris, deindeque ex ordine antiftes Ovetenfis, Pacenfis, Cordubenfis, tandemque Hifpalenfis, fcripfit:

Documentos, y avifos a los Rectores de fu Obifpado de la prudencia que deben guardar configo, y fus penitentes. Cordubæ apud Baptiftam Efcudero 1569. in 8.

Obiit in oppido Cigales diœcefis Vallifoletanæ XX. die Septembris MDLXXX. ætatis fuæ LXXVIII.

F. CHRISTOPHORUS RUIZ, ex Minoritico fodalitio provinciæ Conceptionis, probitate vitæ eximius, quod opus in Mexicana urbe Neohifpanienfique provincia Sancti Evangelii, ubi commoratus eft, fummopere exercuit, literis idipfum tradere ut ad plures emanaret fructus voluit, fcribens (Gonzaga & Waddingo auctoribus):

Tratado de Oracion. Circa annum MDXL. quo floruit.

D. CHRISTOPHORUS RUIZ DE PEDROSA, natus anno MDCXXX. in oppido quodam diœcefis Toletanæ, la Calzada del Campo nuncupato, doctor theologus Toletanus, & in ejufdem urbis Catharinæ martyri dicato collegio, quæ & academia eft, fodalis presbyter, eminentiffimo deinde Pafchali cardinali de Aragonia, Toletano præfuli a confeffionibus, doctrina pari & modeftia, edidit:

Vida del Penitente, y Venerable Siervo de Dios Fr. Jorge de la Calzada, Religiofo lego de S. Francifco. Neapoli 1666. in 4.

Canonicus Toletanæ almæ ecclefiæ nunc eft munificentia fui patroni.

CHRISTOPHORUS DE SALAZAR MARDONES, Rondenfis, in fecretario Regio Matritenfi rerum Sicularum primus officialis, remiffam ad fe, dum Salmanticæ ftudiorum caufa verfaretur, Pyrami ac Tifbes fabulam ab auctore ipfo V. C. poetarumque Hifpanorum facile fummo ac principe, Ludovico a Gongora, paraphraftica donavit interpretatione prius, mox ut arcana iftius poematii non vulgaris elegantiæ atque eruditionis referaret cunctis, erudito explanavit commentario, fcribens:

Iluftracion, y defenfa de la fabula de Pyramo, y Tisbe de D. Luis de Gongora. Matriti 1636. in 4.

In fchedis reliquiffe eum *de Rebus Rondenfibus* tractatum Latinum ex relatione ad me miffa ex ea ipfa urbe fcio.

CHRI-

CHRISTOPHORUS DE SANTISTEVAN, Pincianæ urbis decurio, eques ordinis .... & commendatarius de Viezma, ſcripſit ſub Regibus Catholicis Ferdinando & Eliſabetha:

Mar de Hiſtorias. Item:

Tratado de la ſuceſion de Geruſalem, Napoles, Sicilia, y provincias de Pulla, y Calabria. Cæſarauguſtæ 1503. in 4.

F. CHRISTOPHORUS SANTO TIS, (quod a Sancto Tyrſo venit cognomen) Burgenſis, eremita Auguſtinianus, ſacræque theologiæ magiſter, ſacræ Tridentinæ ſynodo, cum poſtremo cogeretur, interfuit, in Germania utraque ſuperiore atque inferiore geſtis apud ſuos muneribus concionatoriaque laude claruit. Edidit ad nos reverſus:

Theatrum Sanctorum Patrum (ſive Catenam ex Sanctis Patribus) *ſuper univerſa Evangelia, quæ Dominicis diebus in Eccleſia leguntur*: ex decreto ſacri concilii Tridentini editum tomis duobus. Burgis 1607. folio.

Expoſitionem in ſacroſanctum Jeſu Chriſti Evangelium ſecundum Matthæum. Burgis 1598. folio.

Concionem habitam ad ſacroſanctam Œcumen. Synod. Tridentinam, De ſignis veræ Eccleſiæ agnoſcendæ XIII. die Quadrageſimæ anni MDLXIII. Venetiis eodem anno in 4.

Concionem aliam *habitam in feſto omnium Sanctorum.* Antuerpiæ anno 1570.

Pauli Burgenſis Scrutinium Scripturarum, a prima & antiquiſſima editione fere deperditum, in lucem e tenebris *a ſe rocognitum, atque emendatum* protraxit: cui & appendicis loco ſimul cum auctoris vita adjunxit opuſculum: *De vera Hæreticorum origine agnoſcenda*, in quo oſtenditur hæreticos omnes vel Judæorum impios ritus ſequi, vel a Judæorum ſtirpe originem ducere.

Ad plures abiit Chriſtophorus in decrepita ætate anno hujus ſæculi undecimo aut duodecimo.

CHRISTOPHORUS SARDINHA, Elvenſis, Luſitanus, medicæ ſuæ artis monumenta aliqua ſub Joanne Portugalliæ Rege III. in publicum edidiſſe refertur. Cardoſus.

CHRISTOPHORUS SERRANO DE BIEDMA, Bæticus, ex Torreximeno equitum Calatravenſium oppido, ſartoris artem excercens, artique ſuæ ut præſtitueret regulas compoſuit:

Geometria del arte del veſtir. Hiſpali 1619. folio.

F. CHRISTOPHORUS DE SOTO, ex fratribus qui ſub Deiparæ virginis de Mercede protectione captivos redimunt, Pincianæ domus fuit præfectus, & in ſchola hujuſmet urbis theologiæ profeſſor, valde laudatus a Franciſco Zumel in *vitis ſanctorum Patrum & Generalium Magiſtrorum ſui ordinis*, ſcripſit:

In Epiſtolas Sancti Joannis Commentaria: quæ inedita adhuc in cœnobio Valentino Sanctæ Mariæ del Puig, ſive de Podio, cum facultatibus ad editionem neceſſariis extare refert Petrus a Sancto Cæcilio, Mercenarius Excalceatus in MS. libro *de Scriptoribus ejuſdem ordinis.*

Floruit circa annum MDLX.

CHRISTOPHORUS SUAREZ DE FIGUEROA, Pincianus, juriſconſultus, varia hujus ſtudii munera geſſit, tum copiarum Pedemontanarum juridicus, tum regni Neapolitani non uno loco reipublicæ invigilans, multis adhæc libris conſcriptis, aut ex Italico tranſcriptis, nomen ſibi fecit ad poſteros. Hi ſunt:

Eſpejo de Juventud.

La Conſtante Amaryllis: proſa & verſa oratione. Valentiæ 1609. 8.

Eſpaña defendida: heroico verſu. Matriti 1612. 8. apud Joannem de la Cueſta.

Hechos de D. Garcia Hurtado de Mendoza, quarto Marques de Cañete. Matriti 1613. 4. Regiis typis. Araucanum fere omne bellum, quod ab eo geſtum eſt, verſibuſque ab Alphonſo Ercilla celebratum eleganter, hiſtoria hæc refert.

Hiſtoria, y anal relacion de las coſas que hicieron los Padres de la Compañia por el Oriente en la propagacion del Evangelio los años de MDCVII. y MDCVIII. Matriti 1614. in 4. ex Luſitano exemplari.

El Paſagero. Advertencias utiliſſimas a la vida humana: Lucanæ reipublicæ nuncupatum opus. Matriti 1617. 8. per Ludovicum Sanchez. Barcinoneque apud Hieronimum Margarit 1618. in 8.

Varias noticias importantes a la humana comunicacion. Ibidem 1621. 4.

Obras eſpirituales de la Madre Baptiſta de Genova: primer tomo. Quod quidem ex Italico tranſtulit, uti & quæ ſequuntur alia duo:

Plaza Univerſal de todas ciencias, y artes: ex Thoma Garzoni de Bagnacavallo convertit, & auctiorem reddidit. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1615. 4.

El Paſtor Fido, Tragicomedia Paſtoral de Baptiſta Guarini. Valentiæ 1609. 8. apud Petrum Patricium Mey. Et Neapoli 1622.

CHRISTOPHORUS SUAREZ DE VARGAS, poeta, carmine ſcripſit:

De la Descension de Nuestra Señora a la Santa Iglesia de Toledo. Toleti 1636. in 8.

CHRISTOPHORUS TAMARIZ, scripsit:

Historia de los Martyres de la Cartuxa, que padecieron en Londres. 1584. in 8.

CHRISTOPHORUS TAMARIZ, doctor medicus Valentini regni & urbis, scripsit dialogum de *Re Medica*, ut refert Petrus Augustinus Morla in præfatione *Emporii Juris.*

F. CHRISTOPHORUS DE TORRES, ordinis Prædicatorum Castellanæ provinciæ, publicavit:

Fama posthuma en las honras de Fr. Hortensio Felix Paravicino. Matriti 1634.

Reperio tamen hunc, aut alium cognominem edidisse:

Sermones de Santa Teresa. Ibidem apud viduam Alphonsi Martini 1627. in 4.

CHRISTOPHORUS DE VALENZUELA, notarius, vertit ex Italica lingua:

Psalterio, o Rosario de Nuestra Señora con sus mysterios, y indulgencias. Compluti apud Joannem de Villanova 1570. in 8.

CHRISTOPHORUS DE VEGA, Complutensis natu, medicæque in hoc gymnasio facultatis doctor, ac professor publicus celeberrimæ famæ. Caroli Principis, Philippi II. Regis filii, dum in vivis esset, saluti conservandæ invigilavit ex commisso sibi munere, pluraque in vulgus edidit artis suæ monumenta:

Commentaria scilicet *in libros Galeni de Differentia Febrium.* Compluti 1553. Simulque ut credimus:

Commentaria in eumdem Galenum de sanguinis missione.

Commentaria in Hippocratis Prognostica additis annotationibus in Galeni commentarios. Salmanticæ in folio 1552. Compluti 1553. Unaque:

In Aphorismos ejusdem Hippocratis: quæ duo opera prodierunt postea Lugduni 1568. in 8. & 1570. Taurinique 1569. in 8. Antigolæque 1563. in 8.

De medendi methodo libros tres: universam in iis medicinam complexus. Lugduni apud Guillielmum Rovillium 1565. & 1587. in folio. Compluti 1580. folio.

De Pulsibus, atque Urinis. Compluti 1554. in 8.

De curatione Caruncularum. Salmanticæ 1552. Complutique 1553.

Omnia hæc simul prodierunt unico volumine cum *annotationibus* Ludovici Serrani Lugdunensis apud Rovillium 1586. in folio: iterumque ex officina Antonii Chard. 1626. in folio. Tribuuntur quoque ei:

Pax Methodicorum cum Spagiricis. Lugduni 1620. in 16.

De Medic. pura veritate. Ibidem 1619. 8.

De Peste: simul cum Pace Dogmaticorum jam laudata. Genevæ 1628. 12.

Decessit ante annum MDLXXIII. quo emissum fuit Regium diploma ad iterandam operum editionem.

CHRISTOPHORUS DE LA VEGA, Jesuita, qui Tubalensem se vocat (ego ex oppido Tafalla Navarræ regni intelligo parum tamen credulus Tubalicæ originis) vir magni inter suos habitus ob singularem animi prudentiam, qua his pluribus in locis præfuit, atque etiam in domo professa Valentina, generatimque ob doctrinam theologicam expositivam & moralem non vulgaris notæ inter paucos celebris, edidit Latine:

Theologiæ Marianæ tomum primum: seu *Certaminum literariorum de Beatissima Virgine Maria.* Lugduni 1654. in folio. Item:

Commentarios literales, & morales in librum Judicum usque ad cap. VII. tribus tomis: quorum primus prodiit Lugduni sumptibus Horatii Boissat & Georgii Remeus anno 1662. in folio; secundus & tertius impensis Joannis Antonii Huguetan & Guillielmi Barbier 1671. folio. Hujus operis alterum volumen typorum luce donatum jam fuit ut credimus.

Hispane vero:

Devocion a Maria, pasaporte, o salvoconduto que da paso franco para una buena muerte. Valentiæ 1655. in 4.

Casos raros de la Confesion: duobus tomis. Valentiæ apud Bernardum Nogues anno 1656. & item 1664. Italice redditus a Josepho Fotio, Jesuita, prodiit Romæ 1668. in 12.

El mayor mal de los males. Valentiæ apud Vilagrassa 1670. in 8.

Valentiæ obiit XVIII. Junii an. MDCLXII.

CHRISTOPHORUS DE VILLALON, theologus, scripsit utiliter:

Tratado de cambios, y reprobacion de usuras. Hispali apud Dominicum de Robertis 1542. 8. Cordubæque 1546. in 4.

CHRISTOPHORUS DE VIRUES, Valentinus, ex ipsa urbe principe, quod quidem patrium appellans Turiam fluvium, eidem adjacentem, confirmare nobis videtur, navali ac terrestri militia se diu exercuit, in otio autem emerito musarum opus eleganter fecit.

Hu-

Hujus rei fidem duo exhibent laudatæ artis volumina:

Obras Tragicas, y Liricas, tragediæ ſunt: *La Gran Semiramis*: *La cruel Caſandra*: *Atila furioſo*: *La infelice Marcela*: *Eliſa Dido*. Matriti 1609. apud Ludovicum Martin.

El Monſerrate, fundacion de aquella Caſa: vida, y penitencia de Juan Guarin: carmine heroico. Matriti 1587. 1601. 8. 1609. 8. apud Alphonſum Martin. Mediolani etiam prodiit anno 1602. apud Gratradum Ferrioli ſic inſcriptum: *Segundo Monſerrate*: quod quidem opus eſt idem cum priore.

CHRISTOPHORUS XIMENEZ, Jeſuita, domo ex oppido Prexamo dioeceſis Salmantinæ, apud Philippinas inſulas, earumque maxime Pictorum, quos vocant gentem ceteris truculentiorem, verſatus inſignem ſibi multarum virtutum exercitio, inſignem eccleſiæ plurimis ad eam ex orci faucibus inſidelitatiſve cæcitate revocatis, viginti trium annorum ſpatio proventum fecit. Porro lingua Biſaja illarum inſularum vernacula, quam excellenter calluit, eleganter conſcripſit:

Tractatus varios de noſtræ Fidei myſteriis: tomis VII. Qua & interpretatus eſt:

Doctrinam Chriſtianam Roberti Bellarmini: Manilæ editam anno 1610. 8.

CHRYSOSTOMUS.

F. CHRYSOSTOMUS CABERO, Guadalaxarenſis, Ciſtercienſium ſodalis, Vallis-eccleſiarum monachus, Complutenſiſque doctor theologus, Ariſtotelem ſacramque de Deo ſcientiam variis apud ſuos locis, necnon & in gymnaſio Complutenſi, cum laude docuit, concionator adhæc celebris famæ, monaſteriique ſui nonnumquam præfectus. Edidit præter alia, quæ nondum edita ſunt:

Dialecticam libris tribus, ſive *Summularum recapitulationem*. Pinciæ apud Joannem Baptiſtam Vareſium 1623.

Commentaria in univerſam Logicam Ariſtotelis: VII. tractatibus. Ibidem apud eumdem.

Commentaria in VIII. libros Phyſicorum: item, *De Generatione, & Corruptione*: item, *de Anima*.

Scripſit inſuper, & prelo ſubjicere parabat annis ſuperioribus:

Conſiliorum moralium magnum volumen: egregium opus, & quod in omnium eſt votis. Complevit etiam:

Commentaria in Primam ſecundæ Divi Thomæ: quorum publicationem (ait Carolus Viſchius in *Bibliotheca Ciſtercienſi*) hactenus impedivit adverſa ejus valetudo.

Deceſſit Compluti, jam aliquot annis emeritus, docendique abſolutus munere propter incurſam gravem paralyſim, vicaria opera cujuſdam monachi locum ſuum academicum adimplens, anno MDCL.....

F. CHRYSOSTOMUS HENRIQUEZ, Matriti natus anno MDXCIV. integro adhuc anno minor pubere apud Hortenſes monachos Ciſtercio adhæſit, doctuſque in Galleciæ monaſteriis philoſophorum & theologorum ſcita, jam ab eo tempore in rem hiſtoricam toto animo ferebatur. Porro apud nos Franciſci Bivarii, Nucalenſis monachi, clari poſtea ſcriptoris, in Montisramorum cœnobio conſuetudine uſus, indeque in Belgium ſibi, bona venia ſuperiorum ad parentum preces, qui Alberto Auſtriaco sereniſſimo archiduci familiares erant, adaperta via plurium ibi monaſteriorum ſepoſita vetuſtatis monumenta pervolvens, plures viros doctrina claros familiariter habens, illuſtrandæ Ciſtercienſium hiſtoriæ multas & bonas horas collocaturus ingenii nervos omnes in eam rem vehementer contulit, atque eo quidem profectu ut & librorum teſtimonia, magno dehinc numero editorum, fidem ejus induſtriæ apud omnes fecerint. Quem & cives ſui non deſtiterunt, quantumvis peregre degentem, exteræque ſodalitati adſcriptum, honorum quos poſſent participare. Delata ergo ſibi Hibernorum ſodalium Hiſpanæ congregationis vicaria cura, indeque in comitiis noſtratum Ciſtercienſium anni vigeſimi ſecundi ſupra milleſimum ſexenteſimum ſcribendæ hiſtoriæ mactus munere, velut calcare admoto, editis uſque ad eum diem perquam multa alia indeſinenter appoſuit. Hæc illa ſunt:

Hiſtoria Collegii Meirenſis in Gallecia: MS. adhuc ut credo.

Theſaurus Evangelicus: ſeu de viris ſanctitate egregiis congregationis Hiſpanicæ. Item: *Relatio illuſtrium virorum, quos ordo Ciſtercienſis habuit in Hibernia noſtro ævo*. Matriti 1619. 4. apud viduam Alphonſi Martinez.

Vita Candidi Furlongii monachi Nucalenſis: ſermone Hiſpanico in 4.

Conſtantia Catholica, duobus libris: ſeu de perſequutionibus Hibernorum. Bruxellis apud Joannem Meerbekium 1623.

Vita Joannis Rusbrokii Prioris Viridisvallis ordinis Canonicorum Regularium Sancti Auguſtini. Bruxellis in 8. apud Joannem Pepermanum 1622.

Faſciculi Sanctorum ordinis Ciſtercienſis volumen primum: ſive de patriarchis & propagatoribus ordinis, de Sanctis præſulibus, ac de origine ordinum militarium ſub inſtituto noſtro. Bruxellis apud eumdem 1623. folio.

Faſciculi Sanctorum ordinis Ciſtercienſis volumen alterum: ubi de Sanctis pontificibus, archiepiſcopis, epiſcopis, abbatibus ſancti-

ta-

tate præcipuis, de Martyribus ordinis, & de Clarevallensis & aliorum monasteriorum monumentis. Bruxellis ex eadem officina eodem anno.

Coronæ sacræ ordinis Cisterciensis liber primus: sive de Reginis & Infantibus qui habitum hujus ordinis sumpserunt. Bruxellis apud Meerbekium 1624. in 4.

Effigies Reginarum, & Infantum jam memoratarum, cum annotationibus Hispanicis. Apud eumdem in folio grandiori 1624.

Annotationes: seu compendium vitarum earumdem. Gallice.

Annotationes Theutonicæ ad easdem effigies. Ibidem.

Kalendarium ordinis Cisterciensis. Bruxellis apud Hubertum Antonium 1620.

Miracula nostri temporis: libris duobus. MS. in 4.

Preces, & Orationes, & Litaniæ ad S. Josephum: sermone Hispanico. Bruxellis apud Pepermanum 1624.

Paradisus ordinis Cisterciensis: sive arbor in patenti vastissima charta calamo delineata, virorum omnium ac feminarum ejusdem ordinis illustrium, una cum relatione privilegiorum omnium eidem concessorum. Hanc ineditam ab auctore relictam se jam vidisse laceram & corruptam Carolus Vischius, *Bibliothecæ* auctor *Cisterciensis*, conqueritur.

Sol Cisterciensis in Belgio, sive de viris sanctitate illustribus sacræ Villarensium eremi. Bruxellis 1622. folio.

Arbor Martirum Ordinis Cisterciensis: in magno folio a Luca Wosterman exculpta anno 1622.

Bernardus immaculatus: duobus libris. Hoc est de ejusdem certa sententia circa Deiparæ Conceptionem, Sancti Joannis sanctificationem in utero materno, & animarum beatitudinem ante universalem corporum resurrectionem. Bruxellis in 8. apud Meerbekium 1624.

Vita B. Idæ de Lovanio, in æs incidi per eum facta: in folio 1623.

Summarium præcipuarum Constitutionum militiæ Cisterciensis de Calatrava: & forma, qua ejusdem milites horas Canonicas legere debent: ad Didacum Sarmientum de Acuña, comitem de Gondomar, ejusdem ordinis militem. Bruxellis apud Pepermanum 1626. Hispanice ut existimo.

Apologeticus Tractatus: sive de Benedicto V. Carmelita, & Benedicto XII. Cisterciensi Pontificibus Summis judicium. Bruxellis 1623. in 4.

Lilia Cistercii: libris sex, in tres tomos divisa, in quibus vitæ Sanctarum virginum ordinis Cisterciensis. Huic operi cum immortuus esset auctor typographus, qui sub prelo jam habebat, ab editione destitit, quam cum postea anno MDCXXXIII. Balthasar Bellerus Duacensis resumpsisset, edito priore volumine continente duos priores libros, ulterius non est progressus, adeo ut posteriores quatuor (uti Carolus ait Vischius) probabiliter perierint. Editum vidimus Antuerpiensibus typis anno 1630. hujus inscriptionis opus, quod idem cum hoc existimamus, aut certe ejusdem argumenti & consilii: Quinque prudentes virgines, Beatricis de Nazareth, Beatæ Aleidis de Scharenbeka, Beatæ Idæ de Nivellis, Beatæ Idæ de Lovanio, Beatæ Idæ de Leuvio ordinis Cisterciensis præclara gesta ex antiquis MSS. eruta. Accessit catalogus Sanctorum & Sanctarum maxime illustrium ejusdem instituti.

Rosæ Cistercii: libris sex in folio. MS.

De Cisterciensibus viris sanctitate claris.

Joseph Cisterciensis: sive de ordinis hujus apud Hispanos prima reformatione. MS.

Phœnix reviviscens: hoc est, de antiquis Angliæ, & modernis Hispaniæ scriptoribus ordinis Cisterciensis. Bruxellis apud Joannem Meerbekium 1626. in 4.

Apologia pro Sancto Guilielmo Aquitanorum Duce: qua docetur Cisterciensem, non Augustinianum fuisse. Apud eumdem.

Albion-Iberæ: hoc est, summa historico-politica & genealogica motivorum amicitiæ & affinitatis inter Britannos & Hispanos, ex occasione tractationis habitæ de conjugio inter Waliæ Principem Carolum, & Mariam Hispaniarum Infantem: scripta quidem, sed ob id frustratum (ut ipse de se ait Chrysostomus) typis non edita.

Relatio ejusdem ad Serenissimos Principes Austriacæ domus de servitiis quæ in Anglia fecit. Bruxellis 1624 12.

Silva Sanctorum: Arboretum Beatorum: Theatrum Heroum: Paradisus honoris: hoc est, catalogus gloriæ Hispanicæ coronæ, & Austriacæ domus: ex opere auctoris Latino & amplo, quo genealogiam Austriacam tribus voluminibus, ratione prorsus nova & singulari a nemine antiquariorum hactenus tradita, operose contexuit.

Enchiridium Heroicum: septem serenissimorum Principum Austriacæ domus nunc viventium, Cæsaris Ferdinandi II. Regis Catholici Philipi IV. Ferdinandi Ernesti Regis Ungariæ Cæsaris filii. Caroli, & Ferdinandi Hispaniarum Infantum. Leopoldi Cæsarum nepotis & fratris, ac Leopoldi Guilielmi Archiducum Austriæ.

Speculum Crystallinum, & Christianum: octo serenissimarum dominarum Austriacæ domus.

Paradisus Hispaniæ: sive selectiorum, & antiquiorum circiter CL. Hispaniæ Sancto rum elogia.

Me-

Menologium Cisterciense annotationibus illustratum. Antuerpiæ apud Balthasarem Moretum 1630. in folio. Item:

Constitutiones, Regula, & Privilegia ordinis Cisterciensis, & Congregationum monasticarum, & militarium, quæ hoc institutum observant, series. Ibidem eodem anno. Hæc de Latinis Chrysostomi libris, post ipsum de se in *Phœnice* suo, Carolus Vischius *Bibliothecæ Cisterciensis* nuperus auctor.

Hispanica vero hæc numerant:

Apologia en defensa de la Epistola, que escrivió S. Bernardo a los Canonigos de Leon: MS. in 4. quæ in idem recidit cum Bernardo Immaculato.

Vida de los PP. del desierto de Dunas. Antuerpiæ 1629. in quem librum plura ex MS. libro Adriani Meidagh, eiusdem cœnobii sodalis, conjecisse dicitur.

Vida de Candido Furlongio Irlandes monge Cisterciense hijo del monasterio de Nogales: in 4. De qua jam supra.

Opera etiam *Jacobi Maxuel de Kirconel Scoti Equitis* quædam *de Antiquitatibus, & Genealogiis regiis, quatenus ad Hispanos, & Austriacos Principes ea pertinebant* ex Latino in vernaculum sermonem convertit, ut morem gereret amico & docto viro.

Triunfo del amor de Dios. Bruxellis 1624. in 8. liber Hispanicis rhythmis conscriptus ab alio auctore, cui annotationes & argumenta adjecit, preloque subjecit.

Vida, virtudes, y milagros de la venerable madre Ana de San Bartolome, compañera de la Santa Madre Teresa de Jesus, propagadora insigne de la Religion de las Carmelitas descalzas, y Priora del Monasterio de Amberes. Bruxellis 1632. 4. Ex relationibus nempe ipsiusmet sacræ Deo virginis & aliorum, necnon & Hieronymi Gratiani dialogis. Hujus libri nec auctor ipse, nec Vischius meminerunt.

Forte & superiorum aliqua, præter ea de quibus monitum fuit vernacule scripta ab auctore, Hispanica sunt, quod non sat mihi videntur hi, ex quibus Cisterciensia hæc sumimus, distinxisse.

Obiit in Alnensi collegio Cisterciensium Lovaniensis urbis XXIII. die Decembris anno MDCXXXII. ætatis suæ (quod vix credas post lectum huncce librorum eius catalogum) XXXVIII.

F. CHRYSOSTOMUS RUIZ, Hortensis Cisterciensium cœnobii monachus, & novitiorum præfectus, scripsisse dicitur apud Chrysostomum Henriquez, nuper laudatum *Phœnicis* auctorem, Hispanice ut credimus:

Del Oficio del Prelado.

De la presencia de Dios: ineditos adhuc tractatus.

F. CHRYSOSTOMUS DE VISITATIONE, Lusitanus, Cisterciensis, sacræ theologiæ doctor, quem Antonius Possevinus laudat in *Apparatu*; Chrysostomus vero Henriquez *Phœnicis* auctor non aliunde quam ex Possevino habet notum, quamvis domesticus: venit is Romam procurator Lusitanæ suæ congregationis, unde digressus Venetias, quo declinaret molestias sibi in Urbe natas, per otium istius secessus elucubravit opus:

De verbis Dominæ: hoc est, de verbis, quæ Deipara Maria ad Angelum, & Elisabeth cognatam loquuta est: ad Paulum V. Papam, libris X. Hic est tomus I. quem sequitur alter agens tribus aliis libris:

De verbis Dominæ ad Filium in templo, & in nuptiis, & ad ministros in nuptiis: ad Ranutium Farnesium, Parmæ & Placentiæ ducem. Venetiis uterque editus est apud Jacobum Vincentium & Ricciardum Amadinum anno 1600. 4.

Bibliothecæ quidem *Cisterciensis* auctor Carolus Vischius Alcobaciensi domui adscribit Chrysostomum, quem potius Christophorum appellatum admonet ex relatione sibi ab Angelo Manrique Pacensi præsule ab Hispania remissa; sed falsus fuit, nam Chrysostomus re vera est.

CLAUDIUS.

D. CLAUDIUS ANTONIUS DE CABRERA, nescio quis, scripsit:

Juicio de artes y ciencias. Matriti 1655.

CLEMENS.

CLEMENS SANCHEZ DE VERBEJAL, alias VERCIAL, baccalaurus, quomodo nuncupatur, & archidiaconus de Valderas in ecclesia Legionensi, edidit sine anni aut loci nota:

Sacramental para que todo fiel Christiano sea enseñado en la fe, y en lo que cumple a su salvacion: in folio.

F. CLEMENS TEXERO, Franciscanus provinciæ Aragoniæ, scripsit:

Estaciones de las Cruces, o via sacra. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1616. in 12.

COLLEGIUM.

COMPLUTENSE COLLEGIUM CARMELITARUM DISCALCEATORUM, Divo Cyrillo sacrum, ut expeditius possent auditoribus domesticis philosophicam insinuare doctrinam, D. Thomæ cui addictissimi sunt vestigia relegentes, *Cursum* integrum uti

uti appellant *Artium*, juſſu magiſtri generalis familiæ ſuæ compoſuerunt, typiſque ediderunt tomis quatuor, ſcilicet hos quos ſub nomine auctoris proprio dedimus. Quære ergo Antonium a Matre Dei.

CONIMBRICENSE COLLEGIUM Societatis Jeſu in Luſitania, edidit nomine ſuo inſcriptum:

Artium Curſum: cujus verus auctor ſit partim Emmanuel Goes, partim Sebaſtianus Coutus. In utroque horum de hoc opere dicimus.

CONRADUS.

F. CONRADUS RUIZ, Ciſtercienſis monachus cœnobii de Herrera Burgenſis diœceſis, libellum edidit:

De la Meditacion: D. Paſchali Aragonio S. R. E. cardinali nuncupatum.

CONSTANTINUS.

CONSTANTINUS FONTIUS, vulgo DE LA FUENTE, patria ex oppido San Clemente diœceſis Conchenſis, doctor theologus, & concionator auguſtiſſimi Imperatoris Caroli V. & Philippi Principis, quocum in Angliam trajecit, canonicus idem Hiſpalenſis almæ eccleſiæ, ut vocant magiſtralis, ſcripſit, cum nondum exuiſſet bonam mentem, ſi Antonio Poſſevino credimus & *Bibliothecæ Geſnerianæ* formatoribus:

Summam Chriſtianæ doctrinæ. Antuerpiæ in 8. vulgari Hiſpanico ſermone ut notat auctor *Supplementi Geſnerianæ Bibliothecæ*. Hiſpana operis inſcriptio: *Suma de doctrina Chriſtiana*. Cui ſubjicitur: *El Sermon de Chriſto nueſtro Redemptor en el monte, traducido por el miſmo Autor, con declaraciones*: ad Garſiam de Loaiſa S. R. E. cardinalem, Hiſpalenſem antiſtitem. Antuerpiæ apud Martinum Nutium abſque anni mentione.

Expoſitionem in Pſalmum I. *Davidis* in VI. conciones diſtributam. Ibidem 1556. etiam Hiſpanice ut refert proxime adductus auctor, qui tamen *in Pſalmum quinquageſimum* ſcriptam fuiſſe affirmare videtur, nec difficilis eſt lapſus ab I. in L.

Hominis peccatoris Confeſſionem: niſi idem ſit opus cum *Expoſitione Pſalmi* L. Certe hæc Confeſſio nominatim ante alia prohibetur in *Expurgatorio Indice Hiſpano*.

Magnum Cathechiſmum.

Commentaria in Proverbia Salomonis, in Eccleſiaſten, in Cantica Canticorum, & tandem *in Job*. Quæ omnia hæc commentaria etiam laudat Georgius Draudus in *Bibliotheca officinali*.

Quod ad Eccleſiaſten pertinet, hunc ejus commentarium laudavit Fabianus Juſtinianus in *Indice* ſuo *univerſali*; errore tamen in nomine auctoris commiſſo, nam qui Conſtantinus Foretius apud eum eſt, Conſtantinus Fontius eſt, quod jam animadvertit in ad eumdem Biblicum doctiſſimis commentariis præfationis cap. XIII. §. 6. Joannes Pineda, civis meus, qui & Conſtantini tragicum exitum ibidem refert.

Tot vallatus vir doctrinæ atque exiſtimationis ornamentis ſimul & munimentis, ne quis altum ſapere præſumat, ſed potius timeat, ſibique a ſe ipſo caveat, in fœdiſſimas hæreſes lapſus, dum in cuſtodia eſſet, brevi dicturus coram omni populo Hiſpalenſi ut moris eſt abrenuntiatæ veræ fidei cauſam, ipſe ſibi manus ſæve intulit ne huic ſcenæ ſe vivum exhiberet. Effugere tamen non potuit in cadavere vindices flammas, quod ſupplicium de eo ſumptum fuit Hiſpali anno MDLIX. de quo videndus Ludovicus Cabrera in *Hiſtoria Philippi II. Regis Hiſpaniarum* lib. V. cap. III.

COSMAS.

COSMAS DE ALDANA, Franciſci frater, de quo & occaſione ejus operum poeticorum editionis de hoc etiam Coſmo agimus proprio loco, Florentiæ vixit, Magni Ducis Franciſci Medicæi ut videtur ſervitio addictus, ſcripſit Italica lingua:

Diſcorſo contro il volgo, in cui con buone raggioni ſi riprovano molte ſue falſe opinioni. Florentiæ apud Georgium Mareſcotti 1578.

COSMAS BAIAM, Luſitanus, muſicus, de rebus hujus artis commentaſſe quædam dicitur. Cardoſus.

COSMAS DAMIANUS CAVALLUS, uti vocat Petrus Auguſtinus Morla in præfatione ad ſuum *Juris Emporium*, non Savallius uti Andreas Scotus in elogio Joannis Andreæ Stranei Valentini, Valentinus & ipſe gente, patria vero Oriolanus, presbyter, ſcripſit:

Orationes tres, quas publice habuit in gymnaſio Valentino: I. *in laudem Valentiæ urbis*: II. *in laudem eloquentiæ*: III. *in laudem ſcientiarum.*

Orationem quoque *de optimo ſtatu Reipublicæ literariæ conſtituendo, ibidem habitam ad PP. Juratos, Senatumque Valentinum menſe Octobri MDXXXI.* laudat Scotus, fragmentum inde adducens.

COSMAS DAMIANUS HORTULANUS, vulgo HORTOLA, Perpinianenſis, Gerundæ tamen educatus, in Complutenſi gymnaſio Latinis & Græcis literis, deinde & aliis liberalibus diſciplinis egregie inſtructus,

ctus, pro uberiore literarum proventu sese in Parisiorum urbem contulit. Hic philosophiam avide hausit e fontibus ipsis Græcorum magistrorum propinatam, præterea quidquid sacræ scientiæ studio jam sibi pro culmine laborum destinato viam munire videretur. Atque adeo Hebraicam linguam, mathematicas artes & medicinam cum attigisset, Francisci ante alios Vatabli peripateticæ philosophiæ prius, Hebraicarum deinde literarum professoris clarissimi, sectator assiduus in re theologica miros brevi processus fecit. Interim post Parisios Bononiam veniens pontificium in ea universitate jus didicit, theologiæ pariter & canonum doctor renuntiatus, atque ordinis sui princeps habitus. Jam Romam ex urbe ista & schola cogitantem, Gasparis maxime cardinalis Contareni officiis auctoritateque invitatum, pietas erga parentem, in defecta senectute postrema sibi a filio solvi officia literis sub id tempus delatis exposcentem, in patriam revocavit. Adventanti post patris funera, magnoque plausu civium ditandæ peregrinis mercibus patriæ academiæ Barcinonensi accincto, senatus decreto suo gymnasii præfecturam anno scilicet MDXLIII. ultro detulit. Quam & bonorum omnium magna expectatione suscepit, ac per integros septemdecim annos, partim ipse in liberalibus studiis curam docendi præstans, partim ab aliis idoneis præceptoribus præstari sedulo curans, latis ad hæc studiorum legibus, prudentissime administravit. Per id tempus, cum ibidem doceri graviores doctrinarum artes patribus placuisset, metaphysicorum Aristotelis libros, hinc Sancti Thomæ conclusiones, denique sacræ Scripturæ volumina Græca & Hebraica anteriorum codicum dictata Latinis conferens, publice interpretatus est. Plane dignus fuit eo nomine doctrinæ præstantis habitus quem fidei sacræ censores a consiliis sibi cooptarent, insuperque Hispaniarum Rex ad synodum sub Pio IV. Pontifice Maximo Tridenti celebrandam in Cataloniæ theologis præcipuum destinaret. Eo delatus in definiendis fidei & morum capitibus laude summa enituit constantiæ atque doctrinæ. Quibus virtutibus ornatus abbatia B. Mariæ Villæ Bertrandi, quæ dioecesis Gerundensis est, Canonicorum Regularium D. Augustini ornari a Rege meruit, ut magno deinceps viveret, usque ad annum ejus sæculi sexagesimum sextum, modestiæ pietatis continentiæ exemplo. Doctrinæ saltem insigne dedit ad posteros monumentum, scilicet:

Paraphrasim, *&* *Commentaria in Cantica Canticorum.* Venetiis anno 1585. editam. De quo opere sic Andreas Scotus in *Bibliotheca Hispanica*: *Hebræorum*, *Sanctorumque PP. omnia tincta disciplinis*, *quibus nihil in eo genere scriptum vidi accuratius*, *cum a veteribus Græcis Origene*, *Niceno*, *Olympiodoro discesseris*, *quod nihil non ex divinarum literarum myrothecio hauserit*, *&* *cum D. Joannis Apocalypsi diligenter compararit.* Laudatur etiam ab Antonio Possevino in *Apparatu.*

COSMAS DAZA DE LA CUEVA, Pincianus, in curia Matritensi advocatus, vertit & additionibus locupletavit:

El Tratado de la Curia Pisana de Rodriguez de Pisa del Consejo de su Magestad MS. in 4. vidit Tamajus.

COSMAS DELGADO, nescio quis, laudatur eo quod scripserit:

De auctoritate Sacræ Scripturæ. Pinciæ 1594.

COSMAS DELGADO, Lusitanus, de *Musica arte* non nihil edidisse refertur. Cardosus.

D. COSMAS DE FREITAS, Lusitanus, Conimbricensis, Joannis de Freitas & Stephaniæ de Moraes filius, Canonicorum Regularium S. Crucis in Conimbricensi urbe sodalis, Hebraice Græce Latine doctus, philosophus ac theologus, sacræque hujus scientiæ magister, clarus tempore suo si quis alius poeta. Latine cecinit *Infelicem Sebastiani Regis Africanam expeditionem*: atque omnium *Portugalliæ Regum vitas* prosa descripsit. Blasii quoque Lopezii *Grammaticam*, quæ princeps in Lusitania visa fuit, in gratiam amicissimi sodalis metro similiter comprehendit.

Obiit post sexaginta religiosæ vitæ annos XII. Decembris MDCX. Hæc omnia desumpsimus ex Chronico Lusitano ordinis Canonicorum Regularium Nicolai de Sancta Maria lib. x. cap. XXIX.

D. COSMAS GOMBAU, Valentinus, in Regio ejus urbis prætorio senator causarum civilium, deinde in supremo regentium cancellariam dictæ urbis & regni constitutus, Montesiani ordinis equestris, cujus administrationi interea assessoris munere, potestatem atque jura defensurus edidit justi voluminis mole:

Alegacion de derecho sobre la potestad, *y jurisdicion de la S. C. Real Magestad del Rey N. S. como Administrador perpetuo de la sagrada orden de N. S. de Montesa*, *y de su Lugarteniente General*, *y del Prior del Convento de Montesa.* Valentiæ apud Hieronymum Villagrassa 1658. 4.

COSMAS GOMEZ TEXADA DE LOS REYES, protocappellanus sanctimonialium

Ciftercienfium excalceatarum, patronatufque Sancti Ildephonfi apud Talaveram, fcripfit:

El Filofofo : ocupacion de Nobles, y difcretos, fobre los Cielos, de Cielo, de Mundo, de Meteoros, parvos naturales, Ethica, Economica, Politica de Ariftoteles, y Esfera de Sacrobofco. Matriti typis Sant-Iagui Martini 1650. 4.

Leon prodigiofo, Apologo moral. Madriti 1663. in 4.

F. COSMAS DE LERMA, Burgenfis, Dominicanus, facræ theologiæ (ut familiare verbum fonat) præfentatus, Dominici a Soto magiftri clariffimi veftigia premens edidit:

Compendium Summularum : ex doctrina illius. Burgis apud Petrum Gomez de Valdiviefo 1642. 8. Et quas credo diverfum quid effe:

Difputationes in eafdem Summulas. Matriti 1668. 4.

Commentaria in Ariftotelis Logicam, ex ejufdem Soti doctrina. Ibidem iifdem typis 1642. 4.

Commentaria in VIII. libros Phyficorum Ariftotelis. Ibidem 1643. in 4. Poftumus prodiit:

Curfus Philofophici tomus V. *De Anima.* Romæ apud Nicolaum Angelum Tinaffium duabus partibus 1665. in 12.

Ex cujus Tinaffii officina prodiit Romæ integer *Curfus* tomis VII. in 12. anno 1659.

Reliquiffe eum in *Tertiam Partem S. Thomæ* volumina duo, quæ propter ejus mortem inedita remanferunt, ex relatione Burgenfium Dominicanorum notum habemus.

COSMAS MAGALIANUS, vulgo MAGALLAENS, Lufitanus, Bracharæ in dias lucis oras emiffus, Conimbricæ inter fodales Societatis admiffus, diu rhetoricam, decennioque integro morum theologiam, necnon & in eadem fchola facras literas docuit. Cum is nondum deftinato effet animo lucubrationes fuas in vulgus edendi, libellum præmifit experimenti gratia *Scaphæ* nomine infcriptum, eoque (ut auctor ait *Bibliothecæ Societatis*) ex voto fuccedente majora emifit, fcilicet:

Sylvam auctorum ad puerorum inftitutionem felectorum.

Commentarios in Canticum I. Mofis. Lugduni apud Cardon 1609. 4.

Operis Hierarchici, five de Ecclefiaftico Principatu libros III. in quibus *III. Epiftolæ Beati Pauli Apoftoli*, nempe *duæ ad Timotheum*, *unaque ad Titum* commentariis explicantur. Iifdem typis eodemque anno in 4.

Commentariorum in facram Jofue Hiftoriam tomos duos. Turnoni apud Horatium Cardon 1612. in folio.

Commentariorum in Mofis Cantica, & Benedictiones Patriarcharum libros IV. Lugduni apud Cardon 1609. folio.

Explanationes, & Annotationes morales in facram Judicum Hiftoriam, tomo uno : qui complectitur VIII. priora capita. Lugduni apud Cardon & Petrum Cavellat 1626.

Japonenfis Cathechifmi tomos duos. Et:

In Problemata Ariftotelis : id quod in commentariis editis fub Collegii Conimbricenfis nomine hodie fupereft. Scripfit quoque inter tot facræ doctrinæ opera hiftoricum, quod Philippus Alegambius ignoravit, monumentum, fcilicet:

Hiftoria de Braga : vernacula lingua ut fufpicor. Id enim Georgius Cardofus haud notavit, qui affervari hanc in ampliffima Ludovici a Soufa, decani & gubernatoris ecclefiæ Portuenfis, bibliotheca manu exaratam nos monuit die III. Junii, lit. a. in fine.

F. COSMAS MORELLES, Valentinus, ordinis Prædicatorum, in Germania fuperioribus annis bene de ecclefia merebatur cum apud Colonienfes theologiam de loco fuperiore doceret, & adverfus hærefes, inquifitor a Paulo V. Pontifice Maximo datus Moguntinis Colonienfibus ac Trevirenfibus, cum difputando tum fcribendo decertaret. Hunc ipfum ingenio promptum, judicio acrem, memoria tenacem Alphonfus Ferdinandi, *De Scriptoribus Dominicanis* ante aliquot annos fcribens, jam eo tempore affirmare non dubitavit. Ejus opera hæc extant:

Relatio Colloquii Francofurtenfis proximis autumnalibus nundinis anni MDCIX. inter nonnullos Calvinianæ religionis miniftros. Coloniæ 1610.

Difputatio habita cum Boxhornio Miniftro Calviniano, rurali quondam Decano Tinenfi fuper Juftificatione, habita quidem Bredæ in Brabantia. Coloniæ apud Gravenburk.

Opera omnia *S. Thomæ* recognovit, emaculavit, ac tomis XIII. edi curavit Antuerpiæ, Coloniæque, uno adjecto ad poftremam editionem Romanam : item Flandriæ *Metaphyficam.* Præterea Alberti Magni opera ex MSS. codicibus correxit, quæ in vulgus jam prodierant, multaque adjunxit nondum edita, quæ omnia jam afpexerunt lucem publicam. Affecta alia penes fe habere refert de eo Leo Allatius V. C. amicus nofter in *Apibus* fuis *Urbanis.*

COSMAS NOVELA, pharmacopola Cæfarauguftanus, fcripfit:

Memorial del hecho en la caufa de la preparacion de la coloquintida al Rey Nueftro Señor. MS. in folio vidit Tamajus.

COS-

COSMAS DE PALMA FUENTES, Toletanus ut credimus, qui S. Thomæ, hoc est doctrinæ Thomisticæ, sese appellat doctorem, Regii sacelli presbyter, jussu Philippi II. Regis Catholici e Græco vertit in Latinum, desideratam olim a Baronio:

B. Syncleticæ vitam S. Athanasio auctore. Incipit: *Oportuit omnes homines honestis studiis operam dare.* MS. apud D. Joannem Lucam Cortesium hic Matriti. Non hæc autem interpretatio est ea quam Januarii quinta die exhibuit in *Actis* suis *Sanctorum* Joannes Bollandus, sed alia ex libro, ut suspicari datur, eodem bibliothecæ Regiæ Escurialensis Græco translata per Davidem Colvillum Scotum, quam ab ipso ad Andream Scotum Jesuitam remissam in hujus schedis se reperisse ait Bollandus, sed quod dolet pueri manu incorrecte variis locis transcriptam. Bollandiana versio incipit: *Omnes homines bonis decet studiis incumbere.* Unde notum fit eamdem S. Athanasii historiam ab his duobus, Hispano altero & altero Scoto, Latinis literis communicatam. Nos Græcum habemus exemplum ex schedis D. Laurentii Coqui Umbri, qui apud nos diem suum obiit.

COSMAS TURRIANUS, Valentinus, Jesuita, in India Orientis Japoniaque diu versatus, de quo multa scribit Nathanael Sotuellus in *Bibliotheca* renovata *Societatis*, dedit:

Epistolas de Rebus Indicis septem ab anno MDLI. ad MDLXVI.

De Rebus Indicis Epistolas duas anno MDXLIX. quæ extant partim apud Maffeum, partim apud alios.

CYPRIANUS.

F. CYPRIANUS BENEDICTUS, vulgari nomenclatione BENETUS, ex Aragoniæ regno, sodalis Prædicatorum, doctor Parisiensis theologus, scientiæ hujus, tam quæ ab schola denominatur quam quæ moribus leges præstituit, merito claruit exeunte decimo quinto atque ineunte decimo sexto sæculo, scriptisque:

De Prima Orbis Sede.

De Concilio.

De Ecclesiastica Potestate.

De Pontificis Max. auctoritate: ad Julium II. & Leonem X. Papas, quatuor tractatibus, qui lucem viderunt Romæ 1512. 4.

Dialogo de Excellentia & utilitate Theologiæ.

De Caroli Hispaniarum Regis præeminentia, de clementia &c. Romæ 1518. in 4. Hæc duo opera tribuit ei Aubertus Miræus in *Bibliothecæ Ecclesiasticæ* altera parte.

Hortatorio item *Vehementi* (ita appellat *Bibliothecæ Pontificiæ* auctor Ludovicus Jacobus a S. Carolo) *Hadriano VI. Papæ ad accelerandum iter.*

In bibliotheca Hispalensis ecclesiæ extant ejusdem:

Clavis Logicæ.

Compendium Terminorum.

De non mutando Paschate & Aculeus contra Judæos, & Apologia ad Astrologos.

Quodlibeta de Sacramento Eucharistiæ.

Spiritualis sapientiæ dialogus.

Meminit Cypriani Eisengreinus in *Catalogo testium veritatis*, Vincentius Blascus in *Aragonensibus chronicis*, aliique.

F. CYPRIANUS DE HERRERA, Limæ Indorum occidentalium natus, Eremitarum ordinis, sacræ theologiæ doctor ejusdem Regiæ urbis gymnasii, Apostolicis causarum fidei judicibus a censura theologica, Regius ecclesiastes, eloquentia & eruditione dignus suo munere, quem Romæ nuper habuimus, & sacras orationes declamanti non semel applausimus, edidit:

Mirabilem vitam & mirabiliora acta Vener. servi Dei Toribii Alphonsi Mogrovejii Limani Archipræsulis, ex actis legitimis de mandato Sacræ Rituum Congregationis confectis: ad Clementem X. Pontif. Max. Romæ typis Nicolai Angeli Tinasii 1670. in 4.

F. CYPRIANUS DE LA HUERGA, Cisterciensis monachus domus Nucalensis, celeberrimus fuit superiore sæculo in academia Complutensi sacrarum literarum interpres, de quo, si Alphonsi Matamori Complutensis rhetoris judicium legeris quod in libello *De literatis Hispaniæ viris* extat, nihil de theologo viro magnificentius dici posse existimabis. Contentus tamen ero Andreæ Scoti elogio, quod veluti compendium est superioris Alphonsi censuræ: *Sacras literas Compluti interpretatus est, tanto vir ingenio, excellentisque doctrinæ facundia omnes in sui admirationem ut raperet, utpote cui neque ab eloquentia, neque a vera atque solida doctrina quidquam deesset. Quotidianas enim Scripturæ divinæ scholas supra modum augere solitus, si quidem ad Græcas & Latinas literas, quas raro felicique fretus ingenio perbrevi tempore perdidicerat, Hebraicas, itemque Chaldaicas præclare adjunxerat. Hujus quoque vita, mores, religio, vultus denique ipse, vocis præterea ac sermonis cum gravitate lepor, non modo ingentis hujus viri commendationem non evertebant, sed incredibili fere totius academiæ concursu studiosos omnes, Herculis instar Gallici, apta ex ore catena trahebat.* Hæc Scotus. *Phœnicem* audivisse hunc *Hispaniæ* affirmavit Chrysostomus Henri-

quez, ex eoque Aubertus Mireus. Plura reliquit opera partim edita, partim inedita, illorumque hæc vivente auctore prodierunt:

Commentaria in Prophetam Naum. Lugduni 1561. 8.

In Psalmos XXXVIII. & CXXIX. Compluti 1555. Lovaniique.

Postuma edita sunt:

Commentaria in librum B. Job. Et:

In Cantica Canticorum Salomonis. Compluti apud Joannem Iñiguez de Lequerica 1582. in folio.

Inedita adhuc sunt, eaque, si domesticis habenda fides, apud Ignatium Firminum de Ibero, Fiteriensem abbatem, qui nisi mors conatibus obfuisset editurus erat in lucem, remanserunt, nempe:

Isagoge in totam Scripturam.

De Opificio Mundi, commentariorum super Genesim libri III.

In librum Psalmorum Isagoge: v. tractatibus contenta.

In priores VIII. Psalmos, & in Psalm. XXII. & XLIV. & LI. cum triplici textus translatione juxta veritatem Hebraicam.

In Psalm. VII. commentaria.

In Psalm. LXIV. meditationes.

In Psalm. CIX. commentaria.

In Isaiam commentariorum libri IV.

In Threnos Jeremiæ commentaria.

In Evangelium Matthæi commentaria & annotationes.

In Joannem Evangelistam fragmenta quædam.

In D. Pauli Epistolam ad Ephesios commentaria. Et:

In ejusdem Epistolam ad Hebræos.

In Divi Joannis Apocalypsim. De quo Commentario Ludovicus Alcazar, in eumdem librum scribens, notatione prooemiali xxvi. refert se ex quodam sacerdote Societatis, qui eum viderat, cognovisse in quodam ordinis monasterio hunc adservari una cum Regio ad editionem privilegio, quod auctor vivus impetraverat.

Deperditum vero est & subreptum magna cum literatorum jactura opus aliud magnum atque exoptatum satis:

De Symbolis Mosaicis: in quo quidem summa erat totius Cypriani eruditionis.

Horum omnium operum meminit Carolus Vischius *Bibliothecæ Cisterciensis* auctor ex fide laudati Ignatii Firmini, atque item in *Appendice* istiusmet libri, relationem quandam ad se ex Hispania missam sequutus: quo loco adservari ait præter superiora in Salmantino collegio:

Commentaria in secundam Epistolam D. Pauli ad Timotheum. Et:

De Ratione Musicæ, & Instrumentorum usu apud veteres Hebræos.

Abreptus est in medio vitæ & famæ cursu anno MDLX. cui Complutenses hoc epitaphium tumulo indiderunt:

CYPRIANUS HISPANIÆ MUSA,
ET PHŒNIX.
Maximus ille brevi Cyprianus conditur urna,
Ille humili excelsus clauditur, hospes, humo.
Judicium, labor, ars, facunda peritia rerum
Una adiere virum, quocum obiere simul.
Obiit anno MDLX.

Præter Alphonsum Matamorum adire operæ pretium erit de Cypriani laudibus copiose disserentem Petrum Fontidonium in *Epistola* Commentario ejus *in Psalmum XXVIII.* præfixa: Alvarum Gomezium *De rebus gestis Ximenii* lib. VIII. & Aubertum Miræum in *Bibliotheca*, qui asserit typis Complutensibus & Lovaniensibus excusa non ea dumtaxat quæ diximus, sed & in *Isaiam*, *Jeremiam*, *Joannem & Matthæum*, necnon & *in Apocalypsim commentaria.*

F. CYPRIANUS DE SANCTA MARIA, Tertii Ordinis Minorum, provinciæ Bæticæ lector jubilatus, & provinciæ pater, scripsit:

Alusiones de la divina Escritura a costumbres, ritos, y ceremonias antiguas, a propriedades de animales, plantas, perlas, y piedras preciosas con que se celebran los misterios, que celebra la Iglesia Santa a honor de Cristo Señor nuestro, y su Inmaculada Madre. Granatæ 1654. in 4.

Diligens compendium, quo probatur mysterium Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis esse prope diffinibile. Granatæ 1651.

Vulgari quoque lingua:

Discurso sobre que la Virgen Nuestra Señora no resucitó en la tierra, sino en el Cielo, elevando a él los Angeles su santo cuerpo. Ibidem anno 1645.

Oraciones Vespertinas: sive Sermones, duobus tomis. Granatæ 1660. in 4.

CYPRIANUS MAROXA, medicus doctor, edidit:

De Febribus, & lue venerea. Pinciæ 1641. folio.

Praxim universalem de morbis internis. Ibidem 1642. folio. Prodiderunt iterum cum Operum Medicorum inscriptione Lugduni 1674. folio.

F. CYPRIANUS DE PINEDA, Cordubensis, ordinis Eremitarum S. Augustini, sacræ theologiæ magister, in Ursaonensi gymnasio sacrorum Bibliorum interpres, Ursaonis-

nisque duci N. a confessionibus: laudatur a Thoma de Herrera in *Alphabeto Augustiniano* tamquam libri cujusdam auctor, cujus argumentum seu titulum reticet, pagina 152. Obiit centenario major fine an. MDCLXVI. aut initio sequentis.

F. CYPRIANUS RODRIGUEZ, Cisterciensis monachus e Nucalensi domo, Hispanæ suæ congregationis generalis reformator (ita præfectum vocant) ingenio vir præstanti ac doctrina, scripsit, uti Chrysostomus Henriquez in *Phœnice* suo refert:

Medullam Philosophicam: ubi de præcipuis philosophiæ quæstionibus.

Medullam item *Theologicam.*

In Canonem Missæ librum unum.

De Scriptor. Hispaniæ lib. I. Hæc Henriquez.

CYPRIANUS SUAREZ, Ocaniensis, Jesuita, multæ variæque eruditionis vir, triumque linguarum callens, Eboræ prius, Olisiponeque in collegio S. Antonii nuncupato, atque Conimbricæ, quo in loco domesticorum studia diu rexit, demum Compluti tum rhetoricam & Græcas literas, tum theologiam docuit, uti refert Balthasar Tellez in *Chronico Societatis Portugalliæ* secunda parte lib. IV. cap. IV. §. IV. qui & ejus iterum meminit eodem lib. IV. cap. XLIII. §. II. & §. XIII. & lib. VI. cap. XX. Mox Compluti de superiore loco theologiam docuit. In juventute ediderat:

De Arte Rhetorica libros III. ex Aristotele, Cicerone, & Quintiliano depromptos. Antuerpiæ 1575. & 1621. Parisiisque 1619. 12. Item cum *Commentario* Friderici Ceruti, Veronæ 1589. in 8. Duaci 1585. 8. Coloniæ 1594. & 1604. in 4. Antuerpiæ 1585. 4. Necnon & cum Ludovici Carbonis *de Arte dicendi* Venetiis, Leodique, ac Coloniæ. Prodiit quoque opus Lugduni 1650. in 16. Ejusque *Summa*, seu *Compendium* Parisiis 1652. in 16. Flexiæque 1654. in 16.

Tabulas Rhetoricas. Venetiis anno 1589. in 8. a Ludovico Carbone digestas.

In librum S. Isidori Allegoriarum quarumdam S. Scripturæ a se emendatum *Scholia* confecit: quæ in editione Matritensi a Joanne Grialo procurata S. Isidori operum anno 1599. prodierunt, quod ipse notat Grialus in præfatione, qui & emendasse Cyprianum ait ejusdem S. Doctoris, sive alterius, librum. *De conflictu vitiorum, & virtutum, & in Canticum Canticorum expositionem, & Epistolas.*

Typis nondum commissa sunt theologica, nempe:

Commentarii in Psalmos Davidis, & in *Cantica Canticorum.*

Placentiæ apud nos obiit septuagenario major anno MDXCIII.

CYPRIANUS DE VALERA, infame nobis semper nomen, hæreticus fuit Calvinianus, ediditque:

Institucion de la Religion Christiana: sive interpretationem Christianarum Institutionum Joannis Calvini.

El Catholico Reformado.

Recognovit Hispanam Bibliorum translationem a Casiodoro de Regno, seu potius de Reyna, factam, adjuncta propria præfatione, quæ Amsterodami prodiit apud Laurentium Jacobi 1602. in folio. V. Casiodorus de Reyna.

CYRIACUS.

CYRIACUS PEREZ, inter Montisferrati Catalanorum eremitas, qui Deo sibique in summis rupibus vacare solent, domunculæ, quæ S. Dimæ sacra est, olim incola, edidit:

Compendio breve de exercicios espirituales, y consideraciones para los que se exercitan en la oracion mental por las tres vias purgativa, iluminativa, y unitiva, con un tratado de la oracion. Barcinone apud Sebastianum Cormellas 1614. in 8.

D

DAMASIUS, seu DAMASUS.

DAMASIUS DE FRIAS, nescio quis, scripsit:

Dialogos de diferentes materias. MSS. in bibliotheca Olivariensi.

F. DAMASUS DE PRÆSENTATIONE, Lusitanus, ex Reformatis S. Francisci provinciæ S. Antonii, ejusque diffinitor & custos, difficultatum fidei censor theologus, magna pietate vir, scripsit:

Obrigação do Frade Menor, hoc est, instructionem Franciscani sodalis. Typis Antonii Alvarez in conventu de Carnota 1627. Ex relatione Lusitana Romam directa.

DAMIANUS.

F. DAMIANUS ALVAREZ, e Medina de Rioseco oriundus, Didaci Alvarez, Dominicani doctrina & scriptorum operum fama celebratissimi, germanus frater, sodalis & ipse Dominicanus in patria assumptus, elucubravit:

Sermones de Adviento, y Pasqua. Burgis 1610. in folio.

Vertit item sermone vernaculo numeris ali-

li-

ligato Ludovici Tanfili poema Italicum, hac infcriptione ufus:

Las Lagrimas de S. Pedro en octava rima. Neapoli 1613. in 12.

Vivebat adhuc quo tempore Alphonfus Fernandez Scriptorum Dominicanorum Indicem publicavit, anno fcilicet MDXVII.

D. DAMIANUS DE ARMENTA ET CORDUBA, Cordubenfis eques, hiftoriam edidit eorum, quibus interfuiffe dicitur, nempe:

De la Guerra, y liga de Francia anno 1596. MS. vidit Tamajus.

F. DAMIANUS DE ARTUFEL, Dominicanus, fcripfit ut audio:

Modo de rezar de los Frayles Predicadores. Cæfarauguftæ 1572. in 8. Et Vallifoleti 1614. in 8.

Canto llano. Vallifoleti eodem anno in 8.

DAMIANUS CARBO, inter fcriptores Balearicos, utpote auctor medici cujufdam operis, laudatur a Vincentio Mut altero volumine *Hiftoriæ Balearicæ* lib. VIII. cap. VI.

F. DAMIANUS DE FONSECA, Lufitanus, Valentiæ autem Edetanorum fodalis a Dominicanis allectus, Ubaldini eminentiffimi cardinalis, dum Romæ verfaretur, theologus, magiftrique facri palatii Ludovici Yftella focius, Italice dedit:

Del giufto fcacciamento de Morefchi da Spagna lib. VI. Romæ 1611. 4. quem deinde commentarium Hifpanice a fe converfum fequenti anno publicavit.

Vivebat anno MDCXVIII. quo Alphonfi Ferdinandi Catalogus Scriptorum fui ordinis foras emiffus fuit.

F. DAMIANUS GINER, ordinis fratrum Minorum Valentinæ provinciæ, dedit in lucem:

Commentarios Scoti in IV. libros fententiarum, in faciliorem, & clariorem methodum redactos. Valentiæ apud Alvarum Franaim 1598. in folio.

DAMIANUS DE GOES, Lufitanus, nobili loco in regni hujus oppido Alenquer fufceptus, quem, cognominis forte ductus fpecie, Belgis fcriptoribus, Zelandorumque infulæ Goefæ Cornelius Callidius falfo attribuit. Puerili ætate in famulitio Regio tranfacta, peregrinationibus fere applicuit animum, varioque ac multiplici per Europam omnem difcurfu in cognitionem hominum doctiffimorum, adeoque in univerfam pofteritatis memoriam, pervenit: morum quippe fuavitate atque elegantia, ergaque doctos liberalitate, infinuabat fe in cujufque animum, qui mufarum commercio frueretur, facile atque alte. Muficæ adhæc artis peritia excellens eam hujus ftudii ac venuftatis laudem meruit, quam popularis ejus Andreas Refendius, epigrammate quodam *Phœbum* & *Orpheum* aut certe his parem nuncupans, eidem confignare non dubitavit. His Damiani dotibus haud parum delectati feruntur, cum ex Italis Patavii Petrus Bembus, Lazarufque Bonamicus, viri difertiffimi, quo & ultimo ufus eft eloquentiæ doctore; tum in Belgio Conradus Goclenius, ac Petrus Nanius Lovanienfes, Romani vindices ac formatores fermonis. Necnon & in Jacobi Sadoleti Carpentoractenfis, Jacobique alterius Madrutii, Tridentini antiftitum, gratia, crebris ad eos datis mutuoque acceptis literis, floruiffe perhibetur. Obfervaverunt quoque eum ex Germania viri literatorum principes Henricus Glareanus, Bonifacius Amerbachius, Sigifmundus Gelenius, quorum hic *Obfervationes* fuas *in C. Plinii Hiftoriam* Goefii nomini infcripfit; Glareanus autem in de Mufica libris eximio eum laudis elogio affecit. At nec fibi totus, mufifve & mufarum facris vacabat, quippe negotia publica fere hoc tempore, aufpicio Joannis Regis longe a patria gerere jubebatur, a quo & cum legatione fuit nonnumquam ad Polonorum Regem deftinatus. Hagæ tandem Comitis apud Hollandos ducta uxore vix patriam cogitabat eo tempore quo Joannes in Lufitaniam fuam remeare, juffo rerum parentis, proprio confcribendarum ftilo gentis munus, cum & fruftratus jam ab aliis effet voto ifto frugis bonæ ac pietatis pleno, commendavit. Goefii vero ipfius res digeffit accurate Andreas Scotus in *Bibliotheca*, quorum hic nos breviarium, ne multo hæc pars turgefceret, tantum dedimus. Extant ab eo Latina opera hæc:

Fides, religio, morefque Æthiopum fub imperio Pretiofi Joannis (quem vulgo Presbyterum Joannem vocant) degentium: cum enarratione confœderationis, & amicitiæ inter ipfos Æthiopum Imperatores, & Reges Lufitaniæ initæ. Acceſſerunt aliquot epiftolæ Helenæ aviæ Davidis Pretiofi Joannis, ac ipfius etiam Davidis ad Pontificem Romanum, & Emmanuelem, & Joannem Lufitaniæ Reges, eodem Damiano a Goes, & Paulo Jovio interpretibus: ad Paulum III. P. M. Parifiis apud Wekelium. Lovaniique apud Rutgerum Refcium 1540. fed adjuncta eft huic poftremæ editioni:

Deploratio Lappianæ gentis.

Commentarii rerum geftarum in India citra Gangem a Lufitanis an. Dom. MDXXXVIII. Lovanii ex officina Rutgeri Refcii 1539. Qui cum

cum inſcriptione *De Bello Cambaico ultimo* prodierunt iterum ex officina Servatii Saſſeni ejuſdem urbis 1549. Hæc eſt hiſtoria Dienſis obſidionis, quam & Didacus, ſeu Jacobus Tevius, & eleganter magis, in commentarium retulit.

Urbis Oliſiponenſis deſcriptio: ad Henricum Portugalliæ Infantem S. R. E. cardinalem. Eboræ apud Andream Burgenſem 1554. in 4.

De Rebus, & Imperio Luſitanorum: ad Paulum Jovium Diſceptatiuncula. Simul:

Hiſpaniæ laudatio, ſive de ubertate ejus, & potentia, adverſus Sebaſtiani Munſteri calumnias. Duo hæc una cum *Bello Cambaico, Lappiæ deſcriptione, Pretioſi Joannis aliquot epiſtolis*, aliiſque ad Damianum datis, excuſa ſunt Antuerpiæ a Rutgero Reſcio 1544. 4.

Urbis Lovanienſis obſidio: facta nempe a Martino Roſſemio Galliæ Regis nutu, & auſpiciis. Oliſipone apud Ludovicum Rodriguez 1546. 4.

Luſitana quoque lingua, optime omnium qui præceſſerant, licet ſtilo parum limato:

Hiſtoria do Rey D. Manuel. Oliſipone 1566. & 1619. in folio. Necnon &:

Hiſtoria do Principe D. Joam (Joannis Secundi Luſitaniæ Regis geſta ejus temporis quo parens Alphonſus rerum potiebatur): incertum nobis quando edita.

Nobiliario de Portugal. MS. vidimus Matriti in bibliotheca D. Hieronymi a Maſcareñas, Regii Ordinum, mox Portugalliæ concilii ſenatoris, deinde Segovienſis antiſtitis. Meminit quoque Cardoſus *Agiologii Luſitani* volumine tertio die IV. Maii lit. b. Scripſiſſe etiam dicitur, ſeu formaſſe aut compilaſſe:

Libro dos Forais da Torre do Tombo: hoc eſt, de Regii archivii legibus, ut interpretor teſte mihi Reverendo P. Fr. Emmanuele a Reſurrectione Auguſtiniano Excalceato, rerum Luſitanarum bene perito.

Joannes Driedo in nuncupatoria ad Joannem Portugalliæ Regem Tertium operis ſui *de Eccleſiaſticis Scripturis, & dogmatibus.* epiſtola Damianum appellat *generoſum virum, ac literarum cultorem fautoremque candidiſſimum.*

F. DAMIANUS LOPEZ DE HARO, ex ſodalibus ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, ſacræ theologiæ magiſter, Sancti Officii cenſor theologus, provinciæ Caſtellanæ ordinis ſui diffinitor ut vocant, & viſitator, edidit:

Donativo real, y exhortacion religioſa a los pueblos, de la correſpondencia que deben tener con ſu Principe natural. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1625. in 4. Creatus in epiſcopum Portus divitis in America XIII. Julii MDCXLIII. Obierat jam in fine anni MDCXLIX. quo datus fuit & in hac ſede ſucceſſor.

F. DAMIANUS DE LUGONES, ordinis Minorum, edidit:

Hiſtoria de lo que ha ſucedido en la orden de San Franciſco de la Obſervancia deſde la enfermedad, y muerte del Reverendiſimo Padre Fr. Juan del Hierro haſta la eleccion en General del Reverendiſimo Padre Fr. Antonio de Trejo. Mediolani 1614. in 4.

De la ſolemniſima fieſta que ſe hizo en el Convento de San Franciſco de Sevilla el año de MDCXV. en honra de la Inmaculada Concepcion de Nueſtra Señora. Malacæ 1616. per Antonium Rene.

DAMIANUS DE ODEMIRA, Luſitanus, ſcripſiſſe dicitur:

Do Xadrez: ſive de ludo Schacorum.

DAMIANUS RODRIGUEZ DE VARGAS, Complutenſis, devotus Franciſco patriarchæ inter ſodales laicos Tertii Ordinis, verſibus edidit in octoades replicatis:

La verdadera hermandad de los cinco Martyres de Arabia. Toleti 1621. 4. Nempe de Sanctorum Martyrum Coſmæ, Damiani, Eupremii, Leontii, Euthimii fratrum triumpho.

DAMIANUS SALUSTIUS DEL POYO, laudabatur dum viveret propter dramata quædam in theatris recitata; ſed præter hæc in bibliotheca, quæ fuit comitis Villumbroſani, MS. extat codex in 4. hujus tituli:

Diſcurſo de la Caſa de Guzman, y ſu origen, y de otras antigüedades por Damian Saluſtio del Poyo en ſatisfaccion de una Carta de Franciſco Perez Ferrer que cenſuró una Comedia que havia eſcrito. Toca el origen de las caſas de Toral, y Medina Sidonia.

DAMIANUS DE TOMAR, Luſitanus, neſcio cujus ætatis homo, quem ſummum ordinis Jeſu Chriſti in eo regno præfectum vocant, edidit Oliſipone vernacula gentis lingua:

Conſtituções e Privilegios da Ordem militar de Chriſto. Ita ex Longelino in *Notitia Cœnobiorum ordinis Ciſtercienſis* libro x. *Bibliothecæ Ciſtercienſis* auctor.

D. DAMIANUS DE VEGAS, ordinis Sancti Joannis in domo Sanctæ Mariæ de Monte (ſic nuncupatum hominem legimus) ſcripſit:

Poeſia Chriſtiana moral, y divina. Toleti apud Petrum Rodriguez 1590. 8.

Un Tratado de la Inmaculada Concepcion. Vidit D. Thomas Tamajus.

DAVID.

DAVID COHEN DE LARA, Hebræus professione, quem origine saltem Hispanum fateri compellimur eo quod, auctore Menasse ben Israel in relatione quorumdam suæ sectæ mortalium qui Hispane scripserunt, operi suo *De Resurrectione mortuorum* præfixa, in linguam nostræ gentis,

Tratado del Temor divino ex Hebraico auctoris nescio cujus converterit. Latinum fecit, & mirifice interpretatus est librum quemdam R. Abrahami aben Ezra *Chibda al othioth Aevi*, id est, *Ænigma super literis quiescentibus*, & edidit Lugd. Batavorum anno 1658. Hebraice editus hic liber est cum majoribus Bibliis. Amstelodamensis fuit David Cohen.

Cohem in Pentateuchum: editum in folio reperio inter libros Raphaelis Trichetti Fresnoi. Idem credo est David Cohen de Lara, qui scripsit:

De convenientia vocabulorum Rabbinicorum cum Græcis, & quibusdam aliis Linguis Europæis: paucorum foliorum volumen in 4. Amsterod. 1638. Ubi omnia verba Rabbinica interpretantur verbis Græcis Latinis & Hispanis.

DAVID PARDO, similiter ut superior superstitionis Hebraicæ reus, ex alicujus Hebraico exemplari dedit Hispanum hujus tituli opus:

Obligacion de corazones: quod quidem de virtutibus moralibus tractare affirmat qui de eo nos certiores fecit, Menasses idem ben Israel in memorata relatione.

DIDACUS.

F. DIDACUS ADUARTE, Cæsaraugustanus, ordinis fratrum Prædicatorum, novæ Segoviæ in Luzonia, insula Philippinarum una Indici maris, præsul, Dominicanæ suæ istius tractus provinciæ historiam lectu quidem dignissimam, quousque potuit, Hispana oratione pertexuit. Quæ auctior reddita per Dominicum Gundisalvi, ejusdem instituti, provinciæque istius præfectum, deindeque collegii Sancti Thomæ in Manila urbe rectorem, prodiit in lucem hoc titulo:

Historia de la provincia del Santo Rosario de la orden de Predicadores en Filipinas, Japon, y China. Manilæ in collegio Divi Thomæ prædicto, typis Ludovici Bertrandi, anno 1640. in folio. Argumentum quinquagesimi septimi & octavi hujus Historiæ libri secundi capitum vita, & res pie & strenue pro fide Christi Salvatoris gestæ ab Aduarto sunt, ubi continuator illius refert Cæsaraugustæ eum in Hispania ex nobilibus ortum parentibus, Compluti ad ordinem Dominicanum, indeque ad militiam hanc Evangelicam venisse, pietatem illius & plurima sanctimoniæ argumenta his capitibus celebrans.

D. DIDACUS DE AGREDA ET VARGAS, Matritensis, Alphonsi de Agreda, Jacobæi equitis, Regii Castellæ senatoris filius, ex Italico vertit:

Lugares comunes de letras humanas; contiene las Historias, Fabulas, Provincias, Ciudades, Montes, Rios mas famosos, y conocidos del Mundo. Matriti 1616. 8. Item:

Novelas morales, utiles por sus documentos. Ibidem 1620. 8.

Los Amores de Leucipe y Clitofonte, de Achiles Tatio Alexandrino traducidos, censurados, y parte compuestos. Ita operi voluit inscribere, quod ex Italica interpretatione in Hispanam linguam convertit, atque edidit 1617. 8. apud Joannem de la Cuesta.

DIDACUS DE AGUIAR, Gallæcus origine, forsan & natu, Pinciæ ad regiam curiam advocatus, post Silicæi cardinalis illustrissimi atque antistitis Toletani, Ferdinandi Perezii Olivæ, Ambrosiique Moralis, ejusdem Olivæ nepotis, aliqualem operam in re difficili, atque exteris oppido mira laudabiliter positam, insigniori experimento, ligata nempe numeris ac per aliquot paginas continuata oratione, utriusque linguæ Latinæ Hispanæque cognationem ostendit, scribens:

Tercetos en Latin congruo, y puro Castellano: ad Philippum Principem & Elisabetham sororem, Philippi II. Hispaniarum Regis filios. Matriti apud Bernardum Guzman 1621. Credo hic ipse est qui ex Italico vertit:

Las Relaciones de Juan Botero: anno 1603. in folio, Pinciæ; scilicet primam ex tribus partibus. Præfectum se illius tractus, quem *Las diezisiete Villas* vocant, interpres nominat.

D. DIDACUS DE ALABA ET BEAUMONT, Cantaber, illustri loco natus, Francisci quippe, sive Francessi de Alaba filius fuit, quem Rex Catholicus a consiliis bellicis, tormentariæque rei per Hispanias habuit præfectum. Compluti in ædibus Ambrosii Moralis, hoc est in nobilissima liberalium doctrinarum schola, quæ virorum principum liberis tantum patebat, literis Latinis rhetoricæque artis cognitione fuit instructus; deinde & Græca philosophiam, legumque studia tractavit. Sed cum ad disciplinæ militaris haurienda præcepta, utpote militari do-

domo editus, & inter officia bellica exercitationesque juvenum nobilium proprias educatus, toto animi pondere pridem ferretur, Hieronymo Muñozio Valentino, Salmanticæ forsan ubi magna sui celebritate vir doctissimus professorem egit, mathematicis artibus sese totum informandum tradidit. Quarum notitiam apprime consequutus, annos ferme triginta ætatis agens, absque usu aliquo velut alter Lucullus, domestica tantum lectione atque observatione ad perfectissimam imperatorii muneris cognitionem jam pervenerat. Atque id quidem exacte voluit in eo opere docere, cui inscripsit (imperatorem suum hodiernum vetustiori Xenophontæo sufficiens):

El perfecto Capitan instruido en la disciplina Militar, y nueva ciencia de la Artilleria. Philippo Regi Hispaniarum II. Matriti 1590. folio: quod non sine illustri commendatione Francisci Sanctii Brocensis, viri doctissimi per id tempus Salmanticæ florentis, prodiit.

D. DIDACUS DE ALABA ESQUIVEL, Victoriensis, Salmanticæ in collegio majori Ovetensi data juri diligenter opera, inter senatores hinc non unius prætorii allectus, postremo Granatensi curiæ præficitur. Jam sæcularibus veluti exhaustis episcopus deligitur Asturicensis, quem locum gerens Tridentinæ synodi quintæ usque ad nonam sessionibus interfuit. Inde Abulensem ecclesiam anno MDXLVIII. quacum prætorii Granatensis præfecturam administravit, ac denique Cordubensem obtinuit. Extare fecit in publicum bene doctum opus:

De Conciliis universalibus, ac de his, quæ ad Religionis, & Reipublicæ Christianæ reformationem instituenda videntur. Granatæ 1582. in folio: & forsan alibi. At hoc nostro tempore tandem prodiit cum additionibus & illustrationibus D. Francisci Ruiz de Vergara & Alaba, senatoris Regii Castellæ, Matriti apud Franciscum Nieto 1671. in folio.

Decessit e vivis XVI. kalendas Aprilis anno MDLXII. jacetque in patria ad D. Petri parœciale templum. Martinus Azpilcueta doctor Navarrus laudat nostrum, Albam non Alabam vocans (nisi error sit) in cap. *Novit* numero 104. *De Rescriptis.*

DIDACUS DE ALARCON, ex oppido Albacete dioecesis Carthaginensis oriundus, Societatis Jesu sacerdos, post Complutenses aliquot professionis theologicæ annos evocatus Matritum ad novam collegii Imperialis academiam, morali theologiæ docendæ fuit impositus, interimque vulgavit:

Theologiæ Scholasticæ partem primam. Lugduni apud Jacobum Cardon 1633. folio.

Vitam Didaci Dazæ, ejusdem Societatis: quam præfixit ipsius *Dazæ commentario in epistolam Sancti Jacobi*, quam postumam ipse in vulgus dedit.

Denatus fuit XXVIII. die Octobris anno MDCXXXIV.

F. DIDACUS DE ALCALA, ab aliqua ex hujus appellationis urbibus desumpto forsan cognomine, ordinis Minorum Regularis Observantiæ provinciæ Aragoniæ, edidit:

Lucernam Fratrum Minorum, sive quamdam compilationem super Regulam Fratrum Minorum per modum quæstionum. Adjungitur folio 60. voluminis ejusdem:

Expositio Eugenianæ. Prostat typis olim editus absque tamen loci nec anni mentione. Meminit auctoris Waddingus in *Annalibus Ordinis Minorum* tomo VIII. ad annum 1517. pag. 278. & ad annum 1519. pag. 311.

DIDACUS ALPHONSUS, Lusitanus, Henrico S. R. E. cardinali, qui Portugalliæ præfuit nonnumquam regno, a secretis, scripsit:

Vida de San Amaro. Cardosus.

F. DIDACUS ALVAREZ, Metymnæ (quam a Rivosicco, seu Rioseco in Veteri Castella vocant) ortus, atque in ejusdem oppidi Dominicanorum fratrum cœnobio religiosum hunc ordinem amplexus est. Pluribus locis theologiam &, quæ hujus studium præcedit, philosophiam apud nos, atque item in Romano Urbis supra Minervam D. Thomæ collegio per triginta & amplius annos docuit. Vir præcellentis ingenii, magni judicii ac memoriæ, necnon candore animi modestia atque aliis virtutibus clarus. His nimirum stravit sibi ad pontificatus apicem viam, Tranensisque in Neapolitano regno archiepiscopus meruit renuntiari. Quem quidem opera theologica foras antea emissa adhuc magis conspicuum reddiderant, & usque hodie reddunt orbi. Eccilla:

Commentaria in Esaiam Prophetam juxta sensum literalem, & moralem: duobus tomis. Romæ 1599. & 1602. in 4. Lugdunique in folio.

De Auxiliis divinæ gratiæ: sæpius excusus liber, quo nempe notior redditus quam aliis est, quippe in ea tempora incidit quibus Romæ ingentibus animis decertari hæc res cœpit inter Dominicanos & Jesuitas. Præter alias Lugdunensis extat editio anni 1620. folio. Duaci 1635. 8.

Responsiones ad objectiones adversus concordiam liberi arbitrii cum divina præscientia, providentia, & prædestinatione, atque cum efficacia prævenientis gratiæ lib. IV. Lugduni 1622.

1622. 8. Quibus respondet noviter objectis contra superiorem librum.

In Primam Secundæ Partis S. Thomæ : quorum commentariorum duobus voluminibus contentorum spem fecerat Alphonsus Fernandez cum de Scriptoribus sui ordinis commentaretur. Certe primum volumen Trani etiam excusum fuit per Constantinum Vitalem 1617. in folio, a I. usque ad LXXXIX. hujus Partis quæstionem continens.

De Incarnatione Divini verbi Disputationes LXXX. Lugduni 1614. 4. Romæ 1615. in 4. Coloniæ 1622. 4.

De Origine Pelagianæ hæresis , & ejus progressu , & damnatione per plures summos Pontifices , & Concilia facta , Historia. Trani 1629. 4.

Obiit Trani Maio mense anni MDCXXXII.

DIDACUS ALVAREZ , Granatensis, Jesuitarum sodalis , morum theologiam professus fuit , deque ea interrogatus magna omnium commendatione aliquot annis respondit. Sub nomine Melchioris Zambrano, clerici Hispalensis , edidit opusculum hac inscriptione:

Decissio casuum occurrentium in articulo mortis. Hispali 1604. Scripsit quoque:

De Testamentis Tractatum ; sed hactenus ineditum.

Bernardus Alderete libro II. capite XIV. *de las Antigüedades de España , y Africa,* sub Didaci Alvarez Jesuitæ nomine laudat opus, typis nondum eo tempore editum , *De la venida de Sant-Iago a España* : quod ad nostrum an pertineat nescio. Certe is obiit Hispali in domo professa, cui præerat, anno MDCXVII.

DIDACUS ALVAREZ CHACON, medicus doctor , scripsit de pleuritidis curatione hoc vulgari titulo:

Para curar el mal de costado. Hispali 1506. in 4.

DIDACUS ALVAREZ CHANCA, doctor medicus , nutu Arcensium ducis, quem Archorum appellat , excudi fecit:

Commentum in Parabolas Divi Arnaldi de Villanova (sic editum est). Hispali per Jacobum de Cromberger 1514. in folio.

DIDACUS ALVAREZ DE PAZ , Toletanus , Societatis Jesu , postquam Compluti theologiam didicisset , in Peruanum Americæ regnum delatus tam doctoris quam rectoris munera pluribus in locis egregie obivit. Ad ultimum in lustratione provinciæ, quam sexennio gubernaverat , ad Potosi urbem deveniens occupatur morbo , & conficitur. Vir omnium virtutum meritis clarus , qui ne voto quidem temperavit non admittendi ultro venialis errati ; præterea non legendi profanum ullum scriptorem, postquam , lecto nonnusquam principe Italorum poeta , quo sibi copiam ejus linguæ pararet , deprehendit imaginum inde perceptarum turbis totam sibi mentis defixæ olim Deo quietem interceptam. Extasi frequenti correptus per aliquot dies publico abstinuit , nec nisi superne revocatus mutavit. Colitur ibi sanctitatis nomine , quam & cadaver ipsum post multos annos incorruptum, pluraque ad tumulum extra naturæ vires signa dispensata in supplices contestantur. Denatus est anno ætatis sexagesimo , redempti orbis MDCXX. vivam sui effigiem veluti ductam in his libris relinquens:

De vita spirituali , ejusque perfectione lib. V. Lugduni 1608. & 1611. Moguntiæque 1614. in folio. Compendium ejus operis Joannes Gorcum , presbyter Silveducensis , edidit Antuerpiæ anno 1620. in 8.

De Exterminatione mali , & promotione boni lib. V. Lugduni apud Horatium Cardon 1613. Eodemque anno Coloniæ apud Hierat. Moguntiæ apud Lippium 1614. in folio.

De Inquisitione Pacis , sive studio Orationis lib. V. Lugduni typis Horatii Cardon 1617. in folio.

Quæ seorsim alia edita sunt , his tribus tomis omnia comprehensa jam fuisse scias, in his:

De Vita religiose instituenda libellus Latine quidem ab ipso editus ut cetera. Lugduni 1612. in 12. qui & Polonice conversus a Simone Visocki prodiit iterum foras.

Reliquit affectum opus : *De Institutione Sacerdotum.* Scio Gallice edita sub ejus nomine : *Traicté de la haine & fuite des Pechés.* Duaci 1626. in 12. *Exercice journalier des vertus* &c. Ibidem 1625. 12. Quod idem est cum *De vita spirituali* opere. Nescio an hujus sit *Manuale Concionatorum* , quod Didaco Alvarez attributum lego in Hottingeri lib. III. *Bibliothecarii* cap. IV. pag. 417.

D. DIDACUS ANDREAS ROCHA, juris doctor , Limensis in Peruano regno cancellariæ senator Regius, scripsit:

De Immunitate Deiparæ Conceptionis. Limæ editum tractatum anno 1670. in 4.

Tratado unico , y singular del origen de los Indios del Piru , Mexico , Santa Fe , y Chile. Limæ typis Emmanuelis de Olivas 1681. in 4.

F. DIDACUS DE ANGULO , Bæticus, ordinis Carmelitarum , scripsit:

Vida de S. Andres Corsino Obispo de Fieso-

ſoli de la orden de nueſtra Señora del Carmen; con la relacion de ſu Canonizacion , y del ſolemne Otavario que ſe celebró en el Convento de Sevilla de la miſma orden. Hiſpali apud Ludovicum Eſtupiñan 1630. in 4.

Deceſſit e vivis in eadem urbe Hiſpalenſi poſt annum MDCXL.

F. DIDACUS DE SANCTA ANNA, Franciſcanus Strictioris Obſervantiæ provinciæ Sancti Gabrielis , ſcripſit:

Tratado de Oracion mental. Hiſpali 1618.

Compendio de dotrina de Religion , y Eſpejo de Religioſos. Ibidem eodem anno in 8.

F. DIDACUS ANTONIUS DE BARRIENTOS , Auguſtinianus , ſacræ theologiæ magiſter & profeſſor , ordinis ſui chronographus , edidit ſub mentito nomine D. Ludovici Joſephi Aguilar & Loſada:

Reſpueſta a una carta en que al auctor ſe le pedia dixeſe que ſentia de un Apendice al Aparato de la Monarquia antigua de los Eſpañoles que eſtos dias ha ſalido a luz con nombre de D. Joſeph Pellicer de Tovar y Oſſau, en que diferencia a Marco Monge del Caſino de Maximo Obiſpo de Zaragoza.

Carta en que ſe pide cenſura a la diſtincion entre el Beroſo de Babilonia , y Viterbo , y a la poblacion , y lengua primitiva de Eſpaña que ha publicado D. Joſeph Pellicer de Tovar y Oſſau , Cavallero del Orden de Santiago , y Coroniſta mayor deſtos Reinos de Eſpaña , eſte año de 1673. Con la reſpueſta ſu fecha en Valencia 1673.

D. DIDACUS ANTONIUS FRANCES DE URRUTIGOITI , Cæſarauguſtanus, Salmanticæ doctus juris ſcientiam , ejuſque laurea doctorali in patria ornatus , cum veluti domeſticum ſibi & familiare munus haberet honorifico verſari loco in Eccleſia, fratribus aliis tribus celeriori paſſu ad pontificium properavit culmen. Turiaſonenſis quippe primo decanus & canonicus , deinde Darocenſis archipresbyter in Cæſarauguſtana eccleſia , necnon & Regii noſocomii gubernator , cancellarius , Competentiarumque (vulgari ſic verbo appellant) judex fuit. Demum Balbaſtrenſis dictus XIV. Februarii die anni MDCLVI. epiſcopus , Barcinonenſis eccleſiæ capitulum , procurante Catholico Rege noſtro , Alexandroque Papa VII. auctoritatem præſtante , viſitavit. De poſteritate autem bene meritus eſt ſcriptis ſuis in publicum datis , ſcilicet:

Forum Conſcientiæ , ſive Paſtorale internum. Prodiit..........

Paſtorale Regularium , ſive commentarius ad Breve Innocentii Papæ X. De Epiſcoporum & Regularium juribus XVI. Maii MDCXLVIII. emanatum ; cui præponitur *De Conſervatoribus* tractatus : poſtponuntur autem *Vota octo deciſiva circa diverſas utriuſque ordinis eccleſiaſtici , & laici controverſias.* Lugduni ex officina Philippi Borde & ſociorum 1655. folio.

De Intruſione. Ibidem ex eadem officina 1661. folio.

Tractatus de Competentiis Juriſdictionis inter Curiam Eccleſiaſticam & Sæcularem , & de Officio Cancellarii Regnorum Coronæ Aragonum. Lugduni ſumptibus Philippi Borde & ſociorum 1667. in folio.

Franciſci Peña deciſiones Rotæ in publicum edidit cum propriis *additionibus* , tomis duobus.

Non vulgare aut reticendum decus eſt in familia Didaci noſtri tres alios fratres Laurentium , Baptiſtam , & Michaelem ſummis collegiorum eccleſiaſticorum honoribus decoratos habuiſſe : primum ſcilicet Seguntinum decanum & canonicum ; ſecundum archidiaconum de Valpueſta , ſimiliterque canonicum in Burgenſi ; tertium in Cæſarauguſtana eccleſia archidiaconum ; necnon & Thomam in Minorum religioſa familia ſatis doctrina atque editis lucubrationibus in vulgus notum.

D. DIDACUS ANTONIUS IAÑEZ FAJARDO , Matritenſis , juriſconſultus , in ſuprema iſta curia cauſarum olim patronus, ac litigatorum pauperum ex munere advocatus , deinde in ſenatu Mediolanenſi Regius fiſcalis ac tandem ſenator , ſcripſit olim:

De Legitimatione per ſubſequens matrimonium Tractatum. Matriti 1632. in 4.

Reſolutionem quoque *ſuper Renuntiationis revocatione factæ a Regulari , ſi Epiſcopus fiat.* Item ante paucos annos dum Mediolani ſenatorem agit:

Juris Allegationum Fiſcalium Mediolani in gravibus cauſis ſemicenturiam bipartitam : cui acceſſit laudatus jam *Tractatus de Legitimatione* , & *Quæſtio* illa quoque *Regularis.* Lugduni ſumptibus Laurentii Arnaud & Petri Borde 1671. folio.

F. DIDACUS ARANHA DE PASSIONE , Luſitanus , Bracharenſis , ordinis D. Franciſci Strictioris Obſervantiæ , apud Mariam Medicæam Reginam Galliarum Chriſtianiſſimam orator ſacer , edidit a ſe recognita *Cantica* CL. *cum Hymnis* XXX. *totidemque orationibus in B. Joſephum Deiparæ Virginis ſponſum a Franciſco Gemma Clerico Capuano* olim ſcripta : quibus e penu ſua ſubjunxit:

Flores precum ſacræ Societatis Jeſu , Mariæ,

riæ, Joſeph, ex Sacra Scriptura, & ſanctis PP. collectos. Pariſiis 1624. in 16.

DIDACUS DE ARROYO, ſcripſiſſe dicitur:

De Sacramentis: de quo nil aliud ſcio quam laudari eum ab Auguſtino Barboſa.

F. DIDACUS DE ARZE, aliis Conchenſis, aliis Matritenſis, familiam fratrum Minorum, provinciamque ſuam Carthaginenſem, cui & præfuit ab anno ſuperioris ſæculi xcv. non mediocriter illuſtravit, cum ad populum conciones graviter & efficaciſſime habendo, tum omni literarum genere conſperſis doctrinæ ſuæ monumentis, ad poſteros tranſmiſſis, non una de re aut argumento, quorum tamen plura deſideramus. Ferdinando Roderici a Caſtro, Lemoſio comiti, Neapolim dum pro Rege gubernaret, a miniſterio fuit ſacramenti pœnitentiæ, & ab intimis item conſiliis. Factus tandem Caſſanenſis in Calabria epiſcopus xxviii. Januarii die anni MDCXIV. exceſſit e vivis anno MDCXVII. Tudenſis in Gallæcia præſul (ſi Waddingo credimus in *Bibliotheca Scriptorum Franciſcanorum* affirmanti) jam deſtinatus. Opera ejus, ſive edita ſive in ſchedis adhuc latentia, jam ſubjungimus:

Miſcellanea primera de Oraciones Ecleſiaſticas deſde el Domingo xxiv. deſpues de Pentecoſtes haſta la vigilia de Navidad. Murciæ 1606. 4.

De Santos. Ibidem eodem anno.

De la Concepcion Inmaculada de Nueſtra Señora oraciones ſeu tractatus iv. Murciæ apud Didacum de la Torre 1606. in 4.

De la Expectacion del parto de Nueſtra Señora tractatum i. Hæc duo opera tribuit noſtro Hippolytus Marraccius, amicus noſter, ſcriptor vere pius atque elegans, in *Bibliotheca* ſua *Mariana*, quorum Waddingus non meminit, niſi comprehendantur (quod veroſimile mihi eſt) in primo illo *Miſcellanearum* orationum a Dominica xxiv. poſt Pentecoſtem uſque ad Domini Natalem.

Diſcurſos predicables ſobre la Salve. Conchæ 1601. 4.

Sermon de la Natividad de Nueſtra Señora. Hiſpali 1608.

Sermon de la Cruz de Chriſto, y del buen Ladron. Murciæ 1607. in 4.

Sermones de Adviento (ſi diſtinctum eſt a primo illo opus). Murciæ 1606.

Roma la Santa: o de las mejoras que alcanzó Roma con la venida de S. Pedro a ella, y con aſentar en ella ſu Silla. Neapoli 1601. 4.

Ineditum manſit in cœnobio Murciæ urbis Latinum opus, egregium ſane ac doctum, ait Lucas Waddingus, pro intelligendis difficilioribus Sacræ Scripturæ locis, prænominatum *Ægyptus ſpoliata*, eo quod reconditas gentilium & humanarum artium doctrinas quaſi e manibus eis præripuit, & ad intelligendas perfecte ſacras literas accommodavit. Incipit: *Lignum vitæ*, &c. Vidiſſe quoque ſe ibidem aſſervatam Waddingus ſubdit *Epiſtolam* diffuſam, ſeu *opuſculum apologeticum*, ad fratres ſibi ſubditos *circa qualitatem veſtimentorum*, ubi docte diſſerit de ſaccini habitus uſu apud antiquos Patres, de ejus myſtica ſignificatione & utilitate, cumque Minorum profeſſione convenientia, in quam rem plurima e Sanctis Patribus congerit argumenta. Hæc Waddingus. Promiſerat ille, cum prelo committeret *Concionum* volumina, eiſdem poſtea ſubjecturum *Quinquagenas locorum Scripturæ Sacræ difficiliorum*, quod fortaſſe idem cum *Ægypto ſpoliata* nuper laudato opere: necnon & (quo idiomate non expreſſit) *Dialogos de Chriſtiano Pictore*, ſive de veritate ac decoro picturarum eccleſiaſticarum, opus nempe ſuo ipſius auctoris judicio, propter argumentum laboremque in eo perſequendo exantlatum, necnon propter molem ſcriptionis non unius voluminis, vere magnum, cujus nomine ſodales ejus expoſtulare habet publica utilitas. Studiorum & ſtudioſorum ardens fuiſſe dicitur promotor & fautor, in colligendis libris ornandiſque bibliothecis inſatiabilis, inſtruxiſſeque in cœnobio ſuo Murciano ſcientiarum omnium libris optimis nobiliſſimam. De hujus curæ & propoſiti argumento reliquit opuſculum, quod in bibliotheca comitis ducis Olivarum MS. cuſtodiebatur: *De la antigüedad, y provecho de las librerias, y de la eſtima que deben hazer las Republicas, y la obligacion de los Principes a fundarlas, aumentarlas, y conſervarlas.* Quod opus typis digniſſimum cenſuit collector Indicis librorum Bibliothecæ cœnobii S. Mariæ de la Salceda, in qua exemplum aliud reperitur.

Italiæ ſacræ doctus ſcriptor in errore cubat Deodatum pro Didaco noſtrum appellans.

F. DIDACUS ASTUDILLO, Dominicanus, forte ex eo oppido oriundus quod eſt diœceſis Palentinæ, ad Divum Paulum Pinciæ urbis habitu ſacræ hujus familiæ adſumpto, in maximam excellentis doctrinæ apud æquales illius ævi opinionem devenit. In quibus & ipſe Franciſcus Victoria, qui primum tenuit locum ſua tempeſtate in ſtudiis theologicis, Didacum ſibi præponere hoc elogio ſolitus dicitur: *Didacus Aſtudillus doctior me eſt, mea tamen facilius veneunt*, hominis doctrinam celebrans, artem docendi ar-

arguens. Opera non tam eloquentiæ quam ingenii plena conſcripſit plura, & inedita quædam ad hunc diem, quæ in bibliotheca Gregoriani collegii ejuſdem urbis, cujus ſtudiis præfuit, aſſervantur, hæc ſcilicet:

Quæſtiones ſuper VIII. libros Phyſicorum Ariſtotelis. Et:

Super duos libros de Generatione. Editæ quidem.

De Modo intelligendi Sacram Scripturam.

Super Evangelium Matthæi. Et:

Super Divi Pauli epiſtolas ad Romanos, & ad Hebræos commentaria.

Florebat circa annum MDXXX.

DIDACUS DE ASTUDILLO, diverſus ut exiſtimare pronum eſt a ſuperiore Dominicano, interpres laudatur trium opuſculorum, ſcilicet:

Introduccion de la Sabiduria: ex Ludovici Vivis Latino libello. Necnon ex Plutarcho:

Tratado de como ſe ha de refrenar la ira.

Tratado como ſe han de haber los caſados.

D. DIDACUS DE AVALOS, ſcripſit: *Miſcellanea Auſtral.*

DIDACUS DE AVELLANEDA, Granatenſis, Societatis Jeſu recens ſodalitium ornavit, ejus ſacramento dicto cum doctor eſſet jam theologus rectorque in academia Urſaonenſi. Plura inter ſodales adminiſtravit munera, plures provincias adiit æquali ubique fructu & operæ pretio, ediditque ſuppreſſo nomine:

Tractatum, utrum in confeſſione Sacramentali criminis conſors nominari debeat: quem ſcripſiſſe videtur (ait *Bibliothecæ Societatis* auctor) in ejus defenſionem cum eadem per calumniam Granatæ traduceretur anno MDLVIII. quaſi confeſſiones retegeret, uti fuſe narrat Franciſcus Sachinus *Hiſt. Societ. Jeſu* parte ſecunda lib. 2. num. 130. Ceterum impreſſus fuit ille tractatus in Italia a Petro Vicecomite, ordinis Prædicatorum, anno 1593. ſine auctoris nomine, qui tamen ſe pagina hujus editionis 54. & ſequentibus ſatis prodiit. Scripſit quoque:

De Secreto libellum: qui deſcriptus plurimorum manibus teritur. Hæc Alegambe.

Obiit poſtridie kalendas Martii MDXCVIII. in urbe Toleto.

DIDACUS DE AVELLANEDA, vir nobilis, & in nobilium claſſe Toletanus decurio perpetuus (regidor perpetuo en banco de caballeros nos dicimus). Scripſit:

Tratado de la Caſa, y familia de Avellaneda: editum anno 1613.

DIDACUS DE AVENDAÑO, neſcio quis, ſcriptor laudatur:

De la antigua lengua de Eſpaña. Fuit in bibliotheca Joannis Fernandi a Velaſco magni Caſtellæ comeſtabilis.

DIDACUS DE AVENDAÑO, Segovienſis, presbyter Societatis Jeſu, in Peruano regno Americæ ad meridiem poſitæ ſacræ theologiæ diu profeſſor in collegio Limenſi, cui quidem atque integræ provinciæ præfuit. Edidit uſque ad hoc tempus:

Epitalamium Chriſti, & Sacræ Sponſæ, ſeu explanationem Pſalmi XLIV. Lugduni 1643. in folio.

Amphitheatrum Miſericordiæ.

Expoſitio Pſalmi LXXXVIII. in qua magnorum myſteriorum lumina, illuſtriorum ſanctorum elogia, Theologici excurſus & utilis pro moribus ſplendet apparatus. Lugduni ſumptibus Horatii Boiſſat & Georgii Remeus 1666. folio.

Problemata Theologica: duobus tomis. Antuerpiæ 1668. folio apud Engelbertum Gymnicum. Primus tomus eſt *De Deo uno*: adjungiturque *Proluſio Apologetica pro Deiparæ Immac. Conceptione.* Secundus tomus *De Divina Trinitate*: ſimulque *Præludium Amphitheatri Miſericordiæ*, ſive corollarium ad Immac. Virginis Conceptionem.

Theſaurum Indicum, ſive Generalem Inſtructorem pro regimine conſcientiæ in iis, quæ ad Indias pertinent: duobus tomis. Antuerpiæ apud Jacobum Meurſium 1668. folio.

F. DIDACUS DE AVILA, Hiſpalenſis, ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, in gymnaſiis Beacienſi atque Hiſpalenſi ſacrarum literarum primarius interpres, & inter concionatores ſacros operis ſui, ut a domeſticis audit, princeps, Græcæ Latinæ & Hebraicæ eruditionis elogio ab iiſdem valde commendatus, pietate in Deum & in egenos miſericordia doctrinam condiebat, ſeque omnibus clarum & venerabilem reddebat. Scripſiſſe dicitur non minus quam volumina XLII. de Scripturæ ſacræ rebus, quorum nullum vulgari permiſit: nec quidquam de his aliud docuerunt nos teſtes, æqualis Petrus de Valderrama Auguſtinianus in concione in funere ejus dicta Hiſpali, atque inferiores, ſed domeſtici, Petrus Lopez de Altuna *Hiſtoriæ* ſuæ hujus ordinis lib. IV. pagina 583. & Joannes de Figueras in *Chronico* ejuſdem.

Obiit Hiſpali XXII. Aprilis anno MDCXI. Celebravit hunc olim Lupus a Vega huc referendus cantico ſeu lib. XX. *De la Jeruſalem conquiſtada*, quatuor his verſibus:

Avila inſigne, o Aguila ſagrada,

Fer-

Fertil, fecundo, univerſal eſtilo,
Chryſoſtomo Eſpañol, boca dorada,
Que en algun Serafin tocaſte el filo.

DIDACUS DE AXARTE (niſi error eſt in cognomine) laudatur auctor:

Exercitationum Complutenſium in Ariſtotelis VIII. libros Ethicorum. Matriti anno 1645.

DIDACUS DE BAEZA, Gallæcus, Ponferradenſis, ſodalis Jeſuitarum, nomine dato militiæ huic ſacræ in urbe Salmantina ſuperiore anno MDC. poſt decurſa ſtudiorum ſpatia Philoſophum Palentiæ ſodalibus explicuit. Ab hac tamen profeſſione abreptus eſt non ſero propter egregium ſui ſpecimen datum in ſacrarum concionum opere ad populum e ſuggeſtu habendarum, quem laudis locum celebri fama diu obtinuit, necnon & poſteris ſeſe tradidit magnopere celebrandum editis artis ſuæ lucubrationibus, quas quidem noſtra ætas, præcipueque concionatorum ſacrorum claſſis, ſummo plauſu atque exiſtimatione ſuſcepit, avidiſſimeque in rem ſuam vertit ut nihil fere aliunde diu pulpita noſtra reſonarent. Hæc nempe foras dedit:

Commentaria allegorica, & moralia de Chriſto figurato in veteri Teſtamento, tribus tomis, ſcilicet:

Tomum I. ubi explanantur *hiſtoriæ Adami, Jacobi, Iſaaci, & Danielis, in quibus Chriſtus conceptus, & in utero exiſtens, & natus, & a Regibus adoratus exprimitur.* Lugduni 1633. apud Jacobum Cardon in folio.

Tomus II. complectitur *vitam Moyſis, in quo exprimitur Jeſus in Ægypto.* Vallisoleti anno 1635. apud Antonium Vazquez de Eſparza.

Tomus III. continet *vitam Abrahami, & Joſue*: hoc eſt Jeſum extra cognatos, & in Jordane. Lugduni 1637. folio.

Commentariorum moralium in Evangelicam Hiſtoriam tomos quatuor:

Primus Beatæ Mariæ, Divi Joſephi, & Chriſti Domini magnalia, item Tractatum de Euchariſtia, de Spiritu Sancto, & de Trinitate comprehendit. Pariſiis 1627.

II. *Vocationes, & converſiones a Domino Jeſu peractas, omnia illius miracula, & nobiliores Prophetias adimpletas.* Lugduni apud Proſt. Pariſiiſque 1628. in 4.

III. *Prophetias a Jeſu dictas, & nondum adimpletas, nobiliores ejus ſermones, & in illis apertiores ſimilitudines.* Lugduni 1624. Et Pariſiis 1629. in 4.

IV. *Parabolas, & Hiſtorias adductas a Jeſu, & ejus Diſputationes cum variis; & ſex conciones de Antichriſto.* Lugduni apud Jacobum Cardon 1631. in 4. Et apud Proſt 1624. in 4.

Necnon & Hiſpanice:

Sermones en todas las fieſtas de Nueſtra Señora, tres en cada una. Pinciæ 1642. in 4.

Catorce ſermones funerales, y ſiete de Animas. 1645. in 4.

Ad plures abiit circa annum MDCXLVII. triduana alvi ſolutione extinctus in domo Pincianæ urbis, ſexagenario paulo major.

D. DIDACUS DE BALMASEDA DE LA PUENTE ET SOBREMONTE, Pinciæ advocatus, & ex oppido Aguilar de Campo oriundus, ſcripſit:

De Collectis in Hiſpaniæ regnis indictis & uſitatis Tractatum. Matriti 1673. folio in typographia Regia.

DIDACUS BARRETO, Luſitanus, *Orationem pro Rege Portugalliæ* habuiſſe dicitur. Cardoſus.

DIDACUS DE BARROS, Luſitanus, ex oppido Villaflor, in Belgio manens plura ſcripſiſſe dicitur, & inter alia *Guerras de Flandes.* Hæc accepimus a Reverendo P. Fr. Emmanuele a Reſurrectione Auguſtiniano Reformato, Luſitanarum rerum valde gnaro, dum Romæ ambo degeremus.

F. DIDACUS DE BASCUÑUELOS, Franciſcanus Obſervantiæ Regularis, provinciæ Burgenſis definitor, edidit:

Faſciculum animæ ex opuſculis Sancti Bonaventuræ confectum. Pampilone 1628. 16.

DIDACUS BECERRA, ſcripſit:

De Jure Sacrorum. Salmanticæ 1673. 4.

D. DIDACUS DE BENAVIDES, comes S. Stephani, de Conzentayna & del Riſco, marchio de las Navas, Philippo Regi noſtro IV. a cubiculo & belli conſiliis, poſt adminiſtratum in Beturia bellum adverſus Luſitanos, Gallæciæ atque inde Navarræ præfuit regnis, tandem ad Mexicanos pro Rege gubernandos in novum orbem transfretavit. Vir non equeſtri modo virtute, ſed feliciſſimo ingenio, florenti eruditione, prudentia & pietate ſingulari, flos & ornamentum Hiſpanæ nobilitatis. Hujus opera quædam, cum proſaica tum metrica, Franciſcus & Emmanuel filii typis edi curarunt, ſcilicet:

Horarum ſucciſſivarum nomine inſcripta, ad Alexandrum VII. P. M. Lugduni 1660. in 8. e quorum numero ſunt *Oracula divina ex tribus primis Geneſeos capitibus ad Chriſtianam politicam expenſa.*

Deſiit eſſe inter vivos ante triennium Limæ Indorum in altera præfectura iſta Peruana.

DI-

DIDACUS BERNARDEZ, ex Ponte Limiæ oppido Lusitaniæ Interamnensis (Ponte da barca lego apud Cardosum in schedis ad *Bibliothecam Lusitanam*) oriundus, post Camoesium & Saam vulgares pangendi versus laudem concedit nemini, junior ipse his & Antonio Ferreira, inter cujus poetica opera extat adhuc ad nostrum epistola judicii & bonæ frugis plena. Hujus hæc vidimus:

Flores do Lima. Ulisipone 1697. 8.

Varias Rimas a o bon Jesus, e a Virgem gloriosa sua may, & a Santos particulares. Ibidem 1616. in 8.

Reperio & sic inscriptum volumen:

Rimas Portuguesas, y Castellanas. Olisipone editum apud Georgium Rodriguez 1601. 4. Item:

Rimas devotas. Ibidem 1622.

O Martyrio das once mil Virgines adjungit superioribus Georgius Cardosus.

D. DIDACUS BOLERO ET CAXAL, Matritensis, jurisconsultus in curia Regia, tum decoctorum judex (Juez de Quiebras ut credo) tum domorum & saltuum dominicorum, tum demum Regii concilii, sive ut vocant coetus missionum, fiscalis advocatus, docte scripsit:

De Decoctione Debitorum Fiscalium, & eorum bonis curandis & distrahendis, ut Fisco & creditoribus satisfiat, & de Jurisdictione Tribunalis Decoctionum Curiæ Matritensis Tractatum: cujus prima pars Matriti ex officina Lucæ Antonii de Bedmar prodiit anno 1675. in folio, altera vero expectatur. Ascendit inde auctor ad munus senatoris ejusdem concilii Regiarum rationum, in quo munere obiit exeunte anno MDCLXXXI.

DIDACUS DE BOROA, Truxiliensis, Jesuita, in America præfectus provinciæ de Paraguay, scripsit Hispane epistolam ad sodales:

De la vida, y muerte del Padre Alonso de Aragon de la Compañia de Jesus, qui in collegio urbis Assumptionis dictæ provinciæ diem suum obiit anno MDCXXIX.

F. DIDACUS BRAVO, Bellalcazarensis, Franciscanus provinciæ Angelorum, in eaque perpetuus (domestica nomina & honores sunt) parens & custos, sacræ theologiæ lector, foras dedit:

Govierno espiritual, y guia de penitentes a la perfeccion. Hispali anno 1637. in 4.

Vocacion del fraile Menor, en que se da a entender la intencion del Glorioso Padre San Francisco. Ibidem apud Franciscum de Lyra 1640.

Exposicion de la Regla de San Francisco. Valentiæ 1627.

Guia de Confesores. Hispali.

Dialogos espirituales, y exercicios de oracion. Ibidem 1637.

Manual de Notarios. Ibidem apud Simonem Faxardo 1623. 8.

Del oficio del Sindico. Ibidem 1640.

DIDACUS DE BRITO, Lusitanus, Almeidensis, Conimbricæ ad Sancti Petri collegium sodalis, indeque in cathedrali sacra æde canonicus, postquam docuisset ibi in schola amplissima jus pontificium, & ante alia Gratiani Decretum, renuntiatus fuit Regius senator Olisiponensis, & in ejusdem urbis metropolitanæ sedis sodalitio sacro accepit docendi munus ex officio præbendæ, quam doctoralem dicunt. Ad Eborensis deinde ecclesiæ locupletius aliud sacerdotium transitu facto, inter eos allegi promeruit qui militarium ordinum hominibus & negotiis præsunt (mensam conscientiæ hunc coetum vocant) deputatumque (populari gentis vocabulo) Sancti Officii gerere. Scripsit docte:

De Locato, & conducto. Olisipone in folio anno.......

Consilium in causa majoratus Regiæ Coronæ regni Lusitaniæ pro Didaco a Silva Comite Salinarum adversus ejus nepotem Rodericum Gomezium a Silva Pastranæ Ducem. Olisipone 1612. in 4.

In prologo prioris illius operis scriptum reliquit perfectum se aliud consignasse opus Georgio Cabrali Jesuitæ, de eo ut legitima Inquisitorum auctoritate censeret, *De voto*, scilicet, & *consecratione.*

Obiit quasi octogenarius in oppido Cor, juxta Alcobaciense monasterium, anno MDCXXXV.

DIDACUS DE CABRANES, sacerdos ordinis D. Jacobi, artium liberalium ac theologiæ magister, Catholicæ Majestatis Regis Hispaniarum Caroli Cæsaris a ministerio sacrorum, cum Salmanticæ regeret, vices alterius gerens, Bibliorum cathedram, publicavit:

Llave espiritual para abrir la alta materia de la Predestinacion: ad Antonium Fonsecam, toparcham de Coca & Alaexos. Toleti per Gasparem de Avila 1529. in 4.

Necnon vicarius Emeritensis, quæ urbs equestris familiæ hujus est, creatus edidit:

Armadura espiritual del hombre interior: sive summam de vitiis & virtutibus satis copiosam. Emeritæ 1545. in folio.

Hunc auctorem & erectorem habet nostri hujus ordinis collegium Salmantinum, opere magnifico pro dignitate illius extructum, cujus & præfecturam aliquando gessit. Editum lego in Guadalupensi municipio

pio & hoc opus Didaco Cabranes tributum: *Habito, y armadura de España.* 1545. in folio: quod idem videtur cum superiore.

F. DIDACUS DE CABRERA, ordinis Minorum, scripsit ediditque, vernacula lingua ut credimus:

Sermones de Adviento. Cæsaraugustæ anno 1610.

Sermones de Quaresma. Ibidem eodem anno.

F. DIDACUS DE CACERES, ex municipio Extremaduræ hujus nominis bene nobili oriundus, Hieronymianorum monachorum sodalis, in Guadalupensi monasterio docuit vespertinis horis theologiam, præfectura ejusdem domus aliquando exercita. Primarius item professor fuit in collegio Salmantinæ academiæ ab eadem Virgine Guadalupensi nuncupato, in cujus urbis monasterio de la Victoria huic sese instituto sacro addixerat. Visitator lustravit totum ordinem, deinde ei & præfuit. Opuscula ab eo emanaverunt plura exiguæ molis, quæ facile disperduntur, quorum hæc vidimus:

In Quadragesimæ, & Adventus Evangelia catenam sacram moralem. Salmanticæ apud Hiacynthum Tabernier 1635. in 8.

Summæ Theologiæ primam Partem. Ibidem apud Didacum de Cussio 1638. in 8.

De Noe, & Arca sacram Relectionem. Ibidem 1635. in 8.

Sed & alia sunt quæ non vidimus.

DIDACUS CANO GUTIERREZ, scripsit:

Relacion de las fiestas de la Real Universidad de Lima a la limpia Concepcion de Nuestra Señora. 1619. in 4.

D. DIDACUS DE LA CANTERA, Salmanticæ ad Sancti Æmiliani prius, deinde ad Sancti Salvatoris Ovetense uti vocant collegium sodalis, juris utriusque consultus, cum in Murcia urbe inter causarum Religionis judices sederet, scripsit:

Quæstionum criminalium practicarum volumen. Salmanticæ 1589. in folio. Et Francofurti 1615. in folio.

F. DIDACUS DE CARRANZA, Dominicanus provinciæ Mexicanæ, scripsit:

Doctrina Christiana en lengua Chontal, una ex Americanis. Antonius Leonius in *Bibliotheca Indica*, & Augustinus Davila *in Historia Provinciæ Mexici ordinis Prædicatorum* lib. II. cap. ultimo.

F. DIDACUS DE CASSANATE, Aragonensis, ex Turiasone urbe, Carmelita Cæsaraugustanæ domus, quem doctissimum, & ubique, maxime in Italia, celebratissimum, a Pauloque Papa III. magni habitum prædicat *Carmelitici Paradisi* auctor. Sed quod ait Aladensem eum episcopum creatum fuisse, deficitur testimonio alicujus memoriæ, quæ talis ecclesiæ fidem adstruat, nullibi enim nos hujus factam mentionem vidimus: quare haud libenter utimur hujusce Carmelitarum celebratore, qui quidem domesticis quoque prudentioribus parum sanus est, & a testimonio arcendus. Tribuit sane huic, quem his laudat, Didaco:

Jentacula moralia, dialogistice: sive de reformandis Christianorum moribus.

Commentaria brevissima in Regulam Alberti Hierosolymitani Præsulis Adductiones morales nuncupata.

Catechismum Catholicum adversus Agarenos. Quæ editioni parata habuisse auctorem, cum anno MDLIX. diem vidit extremum, affirmat.

DIDACUS DE CASTEJON, *disertissimus* (ait Hieronymus Blancas in *comment. rerum Aragonensium, in Justitia* XLII.) *temporibus nostris advocatus, ac Philippi Regis in amplissimo Ordinum senatu consiliarius*, scripsit:

De familia sua: nescio quid, quod Blancas celebrat.

D. DIDACUS DE CASTEJON ET FONSECA, Didaco de Castejon, Regio Militarium Ordinum senatore proxime laudato, ac Maria Fonseca parentibus Matriti ut ajunt natus, certe ad Agredam municipium, seu Graccurrim veterem Ptolemæi & Festi, natales parentum referens. Episcopus primo Lucensis, a cujus ecclesiæ vinculo absolutus Talaverensem archidiaconatum obtinuit, unaque administrationem vicariam amplissimæ Toletanæ sedis pro serenissimo Ferdinando Austriaco, quo decedente Didacus supremo Hispaniæ regimine, hoc est magna Castellæ senatus Regii præfectura fuit ornatus anno MDCXL. tandemque triennio nondum exacto Turiasonensibus in Aragonia episcopus datus. Scripsit:

Primacia de la Santa Iglesia de Toledo, su origen, sus medras, sus progresos en la continua serie de Prelados, &c. defendida contra las impugnaciones de Braga: duobus voluminibus. Matriti apud Didacum Diaz de la Carrera 1645. in folio.

Epitome de la Tercera parte de la Primacia ejusdem auctoris servari refertur MS. in bibliotheca Villumbrosana in folio. Hicne an diversus is, quo auctore inscriptum est opus: *De*

De los tres caminos de la Oracion. Cæsaraugustæ 1651.

Diem suum obiit anno MDCLV. Februarii die XIX.

F. DIDACUS DE CASTELVI, Augustinianus provinciæ Castellæ, laudatur ab auctore *Alphabeti Augustiniani*, ut scriptor quorumdam operum circa annum MDCXXIV. de quo nil ulterius mihi notum. Editum saltem ab eo novimus:

Sermon de S. Agustin predicado en el Convento de S. Pedro de las Dueñas de Salamanca. Salmanticæ apud Antonium Vazquez 1621. 4. in quo refertur filium fuisse D. Joannis de Castelvi, Calatravensis equitis, regni Valentiæ gubernatoris.

D. DIDACUS DE CASTILLA, Toletanæ ecclesiæ decanus, ea stirpe natus quam Petrus Rex Castellæ ab Henrico fratre occisus post se reliquit, scripsisse dicitur ad Historiam ejusdem Regis, quæ vulgaris est, & Petrum Lupi de Ayala olim auctorem habuit, *Additiones* quasdam, quæ MSS. asservantur inter libros excellentissimæ comitissæ de Villaumbrosa a clarissimo conjuge, magni senatus Castellæ præside, relictos. Vidimus nos (quod non aliud videtur opus) in bibliotheca nostri amici D. Petri Valeri Diazii, concilii supremi rerum Aragonensium judicis (Regentem vocant) *Relacion de la Vida del Rey D. Pedro, y de su decendencia que es el Linage de Castilla por Gracia Dei, con Annotaciones de D. Diego de Castilla Dean de Toledo.*

D. DIDACUS DEL CASTILLO, Salmantinus, sacræ theologiæ doctor, in Palentina ecclesia prior & canonicus, Romam ivit una cum excellentissimo D. Ferdinando Ruiz de Castro, Lemorum comite, pars & ipse publicæ legationis, qui Clementem Papam VIII. recens inauguratum, obsequium Regis sui deferens, solemni habita oratione alloqueretur. Quo munere functus eidem sanctissimo totius ecclesiæ apici elaboratum a se opus de Sancti Jacobi Apostoli ad Hispanias adventu Latina lingua scriptum obtulit; quod quidem annuente ipso Cæsare cardinali Baronio, & argumentorum ponderi cedente, Summum Pontificem probasse indicio sunt lectiones ipsæ Sancti Jacobi Apostoli Romano Breviario insertæ, quod auctoritate ejus postremo editum fuit. In patriam rediens eumdem librum Hispanice in gratiam popularium suorum vertit, & publicavit hoc sub titulo:

Defensa de la venida, y predicacion evangelica de Sant-Iago en España. Cæsaraugustæ 1608. in 4.

Latine etiam scripsit:

Disputationem in cap. VI. S. Joannis de vera, & reali manducatione Eucharistiæ adversus Cornelium Jansenium, & alios, qui ad spiritualem per fidem in Christum referunt. Romæ apud Aloysium Zannetum 1593. in 4. Habuit quoque:

Orationem sive concionem in die S. Joannis Evangelistæ in capella Pontificia coram Innocentio IX. P. M. quam editam Romæ vidimus in 4.

Ampudiæ abbatem creatum fuisse eum alii, consultorem Indicis Romæ renuntiatum ipse Didacus de se affirmat.

F. DIDACUS DEL CASTILLO, nescio quis, edidit:

Origen de los Turcos, y sus Emperadores. Olisipone 1568.

DIDACUS DEL CASTILLO, domo ex Molina oppido, juris consultus, insignis mathematici elogium meruit, aliunde mihi ignotus, a Vincentio Blasio Garsia Valentino in præfatione suorum elogiorum: *Quæ sunt præterea Didaci Castilli, mathematici celeberrimi, qui reconditam eruditionem cum egregia vitæ sanctitate conjunxit, lucubrationes ac vigiliæ tuo nomini consecratæ?* (ait ille ad eum cui elogia ista nuncupavit) de quibus moneri desidero. Puto hujus est liber arithmeticus, quem ita inscriptum novimus:

Tratado de Quentas hecho por el Licenciado Diego del Castillo natural de la Ciudad de Molina, en el qual se contiene que cosa es quenta, y a quien, y como han de dar la quenta los Tutores, y otros Administradores de bienes agenos: obra muy necessaria, y provechosa, la qual hizo en Latin, y asi la presentó al Rey nuestro Señor, y porque pareció a su Magestad que puesto en Romance seria mas general, por su mandado la trasladó en nuestra lengua Castellana. Salmanticæ apud Joannem Juntam 1542. in 4.

DIDACUS DEL CASTILLO, (diversusne ab superioribus vix dicere possum) ad Emmanuelem Philibertum Sabaudiæ ducem scripsit:

Historia de la presa de los Gelves en Africa, y valerosissima defensa que hizo de su fortaleza D. Alvaro de Sande hasta su perdida.

Historia de la liberacion de Don Alvaro de Sande: de la toma del Peñon de Velez de la Gomera; y el sucesso de la armada embiada por el Gran Turco sobre la Isla de Malta.

Utraque pars MS. extat in codice MMDCCX. Bibliothecæ Barberinæ MS.

D. DIDACUS DEL CASTILLO ET

ARTIGA, Navarrus, Tudelensis, Complut dedit literis philosophicis ac theologicis operam in collegio, quod ab erectore hujus urbis episcopo Malacitanum vocant, publicumque & primarium docendi locum in philosophica schola obtinuit, renuntiatus interim sacræ scientiæ doctor. Abulense deinde, quod magistrale dicunt, canonicum sacerdotium adeptus, censendique munus apud Religionis violatæ judices, adscribi meruit albo pontificum, Carthaginis Americanæ prius, deinde Truxiliensis in eadem orbis plaga ecclesiæ destinatus antistes. Neutrubi tamen sacris administratis, archiepiscopus tandem S. Fidei, seu regni novi Granatensis, creatus ad Indos primum transfretavit. Scripserat, ediderat que eo ipso anno quo postremas has suscepit infulas:

De Ornatu, & vestibus Aaronis: sive commentarios literales, & morales in cap. XXVIII. Exodi. Lugduni apud Laurentium Anisson 1655. folio. Ejus quoque est:

Festum regium, & devotio Catholicæ Majestatis Philippi IV. Hispaniarum Regis erga purissimam Conceptionem Virginis Mariæ Matris Dei. Matriti 1647. 4.

Alphabetum Marianum: opus postumum, Petri del Castillo, Cisterciensis monachi Hortensis domus, propinqui illius cura. Lugduni sumptibus Laurentii de Anisson 1669. Alphonso Henriquez, Malacitano episcopo, dicatum.

DIDACUS DEL CASTILLO, alias DE VILLASANTE, patria ex Molina oppido Castellæ (Zamoræ natum potius in relatione collegii S. Clementis Hispanorum Bononiæ urbis legimus) juris utriusque doctor, & in laudato nuper collegio sodalis, anno MDXV. eo receptus, scripsit:

In Leges Tauri commentaria. Burgis 1527. Metinæque 1553. ex officina Guilielmi de Millis.

De Duello Tractatum (post Joannem Mariam de Lignano, & Paridem de Puteo) ad Ferdinandum de Avalos, marchionem Piscarium. Adjungitur hujus operis editioni Hispanum opusculum ex Latino tractatu, anonymi opera formatum, atque ita inscriptum, *Remedio de desafios.* Augustæ Taurinorum anno 1525. 4.

Reprobacion de los juegos. Pinciæ per Nicolaum Tiersi 1528. in 8.

Arte de hacer quenta de recibo, y gasto. Salmanticæ apud Joannem Juntam 1551. 4.

Doctrina de Confessores: quod opus typis editum, & injuria temporis deperditum affirmat in *Historia Molinæ urbis* D. Didacus Sanchez Portocarrero, qui & affirmat reliquisse eum in supremis tabulis scriptum elucubrata a se in Leges Partitarum commentaria.

F. DIDACUS DE CEA, Agudensis (oppidum Agudo est dioecesis Toletanæ) Franciscanus provinciæ Angelorum, theologiæ lector emeritus, & in Romana curia ultramontanorum sodalium procurator, sive uti vocant commissarius generalis, edidit in lucem cum Romæ esset:

Archielogiam sacram Principum Apostolorum Petri, & Pauli: duobus libris. Quorum prior apologeticus archielogicas D. Petri defensiones continens, posterior est archielogicus de prærogativis, virtutibus, sanctitate, doctrina, prædicatione Divorum Petri & Pauli, deque triumphali eorum sub Nerone martyrio, & sacro apud Vaticanum sepulcro. Romæ 1636. in 4.

Thesaurum Terræ Sanctæ, quem Seraphica Minorum religio de Observantia inter Infideles per trecentos, & amplius annos religiose custodit, & fideliter administrat. Romæ typis sacræ congregationis de Propaganda Fide 1639. in 4.

Obiit, postquam per tres annos curam sibi injunctam gessisset, in cœnobio Aræcoeli anno MDCXL.

DIDACUS DE CELADA, Monteladensis uti se appellat, vero & proprio nomine Mondexar, quod in Castella est oppidum, Societatis Jesu presbyter, multa vir eruditione cum sacra tum profana, qua & ingenio præstanti multum juvit non solum ex cathedra Matriti docens in collegio Imperiali Bibliorum sacramenta & expositiones; sed monumentis quoque doctissimis & bonæ frugis plenis de omni posteritate bene meritus, quæ verbi Dei hodiernis promulgatoribus admodum placent. Collegia sodalium rexit quædam, & in aliis Complutense, mox & Matritense, cui præerat anno MDCLVII. Libri ejus Biblicas præcipue heroinas celebrant, nempe hi sunt:

Judith illustris commentario literali, & morali. Lugduni 1637. in folio.

De Benedictionibus Patriarcharum. Lugduni 1641.

Commentarius literalis, & moralis in Tobiæ Historiam: duabus partibus. Lugduni apud heredes Petri Prost 1644. in folio.

In Rutham commentarii literales & morales cum duplici alio Tractatu appendice, de Boozi convivio mystico, idest Eucharistico, & de Maria Virgine in Ruth figurata. Lugduni 1651. in folio.

In Susannam Danielicam commentarii literales, & morales: cum Tract. appendice de Maria Virgine in Susanna figurata. Ibidem apud Philippum de Borde & socios 1656. folio.

Re-

Reliquit moriens ante annum MDCLXIII. *In Deboram Commentarios* propediem edendos.

Recocta prodierunt ex prelo Lugdunensi omnia Celadæ opera VI. voluminibus 1658.

F. DIDACUS DE CESPEDES, Cisterciensis monachus monasterii Vallisecclesiarum, degens in altero Montisfalutis scripsit, domesticus testis:

De los Milagros que ha obrado Nuestro Señor en la Imagen de su Santa Madre, que está en el Convento de Monte de Salud, in 4. Necnon et:

Alabanzas de Nuestra Señora, in 4. Item: *Conjuros de tempestades*. Pampilone 1633.

DIDACUS DE CISNEROS, doctor medicus Complutensis, idemque Mexicanus, Didaci Fernandez a Corduba, marchionis de Guadalcazar, Novæ Hispaniæ proregis medicus, scripsit:

Sitio, naturaleza, y propriedades de Mexico. Ibidem apud Joannem Blanco de Alcazar 1618. in 4.

DIDACUS DE CISNEROS, sacerdos ac theologus, publici juris fecit:

Grammatica Francesa en Español. Matriti 1635. in 8.

F. DIDACUS COLLADO, Dominicanus e cœnobio Salmantino, Stephano protomartyri sacro, insignis Apostolicarum in orientales Sinarum & Japonum regiones missionum promotor, & pars magna fuit; multisque modis iens rediensque sæpius, & inter medios barbaros fidei Christianæ hostes ac persequutores conversatus, latentis ecclesiæ illius necessitatibus manum porrexit. Scripsit quoque (ut Leo Allatius, vir clarissimus, dum hæc eduntur, magno bonarum literarum omnium Romanæque ecclesiæ damno, e vivis sublatus Januario mense MDCLXIX. in *Apibus* suis *Urbanis* refert) seu melius continuavit ad suum usque tempus:

La Historia Eclesiastica del Japon desde el año de MDCI. hasta el año de MDCXXII. Matriti apud Petrum Tassum 1632. 4. quam scriptam reliquit Hyacinthus Orphanel, ejusdem ordinis, invictus Christi martyr apud Japoniam.

Artem Grammaticam linguæ Japonicæ. Romæ in typographia collegii de Propaganda Fide 1631. 4.

Modum confitendi, ac modum examinandi pœnitentem Japonium. Ibidem in 4.

Formulam protestandi mysteria fidei. Ibidem.

Dictionarium Japonicum, sive Thesauri linguæ Japonicæ Compendium Ibidem 1632. in 4. Omnia hæc Japonicis characteribus cum explicatione Latina.

Dictionarium linguæ Sinensis cum explicatione Latina & Hispanica, charactere Sinensi & Latino in 4.

Varia item *opuscula* pro commodiori Evangelii propagatione Matriti in folio edidit.

DIDACUS COLLANTES DE AVELLANEDA, Caracensis sive Guadalaxarensis, juris doctor Seguntinus, & in hac urbe causarum defensor, cum fructu & laude versatus est in exornandis agriculturæ privilegiis, scribens:

Commentariorum Pragmaticæ in favorem rei frumentariæ, & Agricolarum, & rerum quæ agriculturæ destinatæ sunt tres libros. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1606. 4.

DIDACUS DE COLMENARES, Segoviensis, patre natus oriundo ex Villalumbrales oppido Legionensis diœcesis, in patria vixit ad Sancti Joannis ecclesiam diu parochus. Patriæ non pœnitendus, siquidem nostratis historiæ cum esset, non leviter aut perfunctorie, bonarumque aliarum disciplinarum cognitione ornatus, horas suas illustrandis antiquitatibus Segoviæ urbis, pertexendæque Historiæ laudabiliter collocavit. Quod ut accuratissime expediret archivia publica excussit, multaque exinde monumenta in lucem edidit in publicum utilia; adhæc stilo & œconomia in scribendo usus ea fuit ut ceteris omnibus, qui particularium urbium Historias ediderunt, palmam præripuisse videatur. Nempe in lucem emisit:

Historia de la insigne Ciudad de Segovia, y compendio de las Historias de Castilla. Segoviæ apud Didacum Diez 1637. folio.

Honras, y funeral pompa con que la ciudad de Segovia celebró las exequias de la Señora Reyna Doña Isabel de Borbon en XVIII. de Diciembre de MDCXLIV. Matriti apud Didacum Diez 1645. in 4.

Genealogia historiada de los Contreras de San Juan en la ciudad de Segovia.

Manuscripta vero apud heredes mansit:

La Historia de la Reyna Doña Berenguela madre del Santo Rey Don Fernando III.

Decessit quippe Februario mense anno MDCLI.

F. DIDACUS DE CONCEPTIONE, Lusitanus, ordinis Minorum, reliquit in tabulario sui cœnobii de Alenquer, ubi erat ortus:

De Fundatione hujus Conventus. Cardosus auctor est tomo 2. *Agiologii Lusitani* XI. Aprilis, fol. 319. lit. B. in commentario.

DIDACUS DE CONTRERAS, ſcripſiſſe fertur librum ita nuncupatum:

Eſcuela de Jeſus, y de la Virgen Maria: ex operibus Thomæ a Kempis. Matriti 1640. in 16.

F. DIDACUS DE CORDUBA ET SALINAS, ex Seraphico ordine, Bonaventuræ de Salinas germanus frater, provinciæ ſuæ, hoc eſt Peruanæ, &. ceterarum Americæ meridionalis chronographus atque eccleſiaſtes, vir doctus & pius, in lucem edidit:

Vida, virtudes, y milagros del Apoſtol del Piru el Venerable Padre Fr. Franciſco Solano de la orden de los Menores. Hanc ex fide quingentorum non minus teſtium, coram præſulibus Hiſpalenſi, Granatenſi, Limenſi, Malacitano & Cordubenſi, variis temporibus examinatorum, aliiſque Apoſtolica auctoritate habitis probationibus, primum edidit anno 1630. quam deinde auctam a ſe Alphonſus Mendieta, ejuſdem urbis Limæ in cauſa canonizationis (ut vocant) hujus Beati viri procurator, Matriti rurſum publicavit anno 1643. in 4.

Epitome de la Hiſtoria de la provincia de los doce Apoſtoles de la miſma orden de los Menores en la provincia del Piru. Quam MS. ad Lucam Waddingum, ordinis ſui chronographum, V. C. ex præcepto ſuperiorum olim remiſit, diſerte quidem (ipſo Waddingo teſte) ac prudenter formatam, editamque jam Limæ anno 1651. in folio. Præter hæc ſcripſit atque ineditam reliquit:

Monarchiam Limenſem: quod opus adductum in Hiſpaniam fuiſſe a D. Joanne Franciſco de Valladolid, portionario tunc temporis, hodie jam canonico eccleſiæ Limenſis, viro admodum probo & pio, qui Romæ cauſam ſanctitatis D. Toribii Alphonſi a Mogrovejo, ejuſdem eccleſiæ præſulis, tuetur, ab ipſo audivimus. Didacus hic de Corduba Limenſis fuit natalibus.

F. DIDACUS DE CORIA MALDONADO, Bæticus, Utrarienſis, ſacræ theologiæ magiſter ex Carmelitarum familia ſacra, quam ipſe quidem dilexit impenſe atque illuſtravit, ſcribens & quadraginta annorum non minus obſervationes ſtilo conſignans:

Dilucidario, y demonſtracion de las Coronicas, y antigüedades de la orden de la Madre de Dios del Carmen: libris undecim. Cordubæ 1598. apud Andream Barrera, in folio.

De los Santos de la orden del Carmen: quod opus aut partem fecit hiſtoriæ præcedentis, aut a principio ejus portio fuit; ſeorſim tamen edita eſt cura Salvatoris Serræ ejuſdem ordinis.

Vida del B. Franco de Sena, Lego de la orden de Nueſtra Señora del Carmen. Barcinone apud Stephanum Liberos 1613.

Para los hermanos, y hermanas de la Orden Tercera de Nueſtra Señora del Carmen. Hiſpali 1592. ſive Directorium Tertiariorum.

Obiit poſt annum MDCVI. quo adhuc extat ejus in monumentis ordinis Romæ notitia, ineditumque ajunt *contra Judæos* opus, quod quidem morte præventus edere non valuit, reliquiſſe.

DIDACUS DE CORTAVILLA ET SENABRIA, Regius ut credimus pharmacopola, & pharmacopoliorum viſitator, ſcripſit:

Informacion, y pareceres de nuevas alegaciones para el uſo del Diamuſco con los granos de Cubebas: *Informacion de lo que ſon Cubebas, y prueba de que no ſon el Carpeſco de Galeno*, in 4.

DIDACUS CORTES, Conchenſis, ſub Carolo Cæſare ſcripſit carmine ad D. Petrum de Granada Venegas:

Diſcurſos del Varon Juſto, y converſion de la Magdalena. Matriti apud Petrum Madrigal 1592. 8.

DIDACUS DE CORVADILLO, ſcripſit:

Relacion del ſitio de Barcelona in 4.

DIDACUS DE COVARRUBIAS ET LEYVA, Toletanus, vir non minus doctrinæ præſtantia eximioque in literas ſtudio, quam ſupremis Hiſpanarum dignitatum honoribus illuſtris, patrem habuit Alphonſum, a natali oppido Covarrubias Burgenſis dioœceſis cognominatum, Toletanæ eccleſiæ architectum, matremque Mariam Gutierrez Egas, civem Toletanam. Scotus adhæc avum maternum Belgam fuiſſe adjungit, & ipſum Toletanæ eccleſiæ architectum, cui origini parum favet cognomen matris, vere Hiſpanum Toletique vernaculum. His parentibus ortus anno præteriti ſæculi XII. quærendæ juris utriuſque peritiæ, poſt imbibitas primas literas, Salmanticæ una cum Antonio fratre in domo Joannis patrui, ejus eccleſiæ portionarii, ſic ardenter incubuit, eas ad hoc ſtudium attulit dotes ingenii ſubtiliſſimi memoriæque, & in primis recti & defecati judicii, quibus induſtriam ac diligentiam incomparabilem adjunxit, ut doctiſſimis inde venientibus literarum monumentis, quæ in utilitatem literariæ reipublicæ communia æqualibus & poſteris fecit, dum ſtudiis honor & pretium erit, inter clariſſima & utiliſſima, nulliſque omnium ætatum ſecunda, locus erit jure meritoque. Frater enim germa-

manus ei fuit Antonius, inſignis & ipſe eruditione omnigena tam Latina quam Græca, de quo alius jam nobis obtigit referendi locus. Uterque ſub optimis præceptoribus utrique linguæ operam dedit, inter quos & Nicolaus Clenardus & Ferdinandus Nonius Pincianus fuit, qui in *Caſtigationibus Plinianis* non ſemel noſtrum Didacum laudat. Civilia deinde & canonica ſtudia ſectati ſunt ſub Martino Azpilcueta Navarro, qui & ipſe hunc diſcipulum & auditorem ſequentibus annis, cum in juriſconſultum noſter jam evaſiſſet clariſſimum, præcipue jactabat; necnon & Didaco Alaba Eſquivel, tunc Salmanticæ doctore, Abulenſi deinde & Cordubenſi antiſtite, qui de Conciliis docte ſcripſit. Admiſſus poſtea inter ſodales Ovetenſis ut vocant collegii ejuſdem ſcholæ XXVI. annos natus, doctoralia inſignia paulo poſt ſuſcepit, locumque ſibi fecit ex cathedra docendi jus canonicum, quo tempore in publicum datis aliquot ingenii ſui lucubrationibus in magna eſſe cœpit apud omnes ampliſſimæ hujus academiæ viros exiſtimatione. Sed hominem reipublicæ natum opus erat non ultra deteri profeſſorio munere; quare is ad Granatenſem curiam ſenator, brevique ad Civitatenſes Veteris Caſtellæ, anno ſcilicet ejuſdem ſæculi LX. pontifex ire juſſus fuit. Hoc ſpectabilis honore Tridentum ad reſumptam ſub Pio IV. Pont. Max. ſynodum generalem ſeſe una cum fratre, & aliis totius Hiſpaniæ viris celeberrimis contulit, in quo totius eccleſiæ theatro mire ſibi corda omnium judiciaque devinxit. Nam & decreta quotquot de reformatione ſcripta ſunt, quorum formatio Didaco noſtro, Hugonique Boncompagno, qui Gregorius fuit poſtea XIII. Papa, commendata fuerat, partes ſuas cedente ſocio, compoſuiſſe ac perfeciſſe ſolum Joannes Horozcius Covarrubias, noſtri ex ſorore patruele nepos, in *Moralium Emblematum* libro ſcribit. In reditu factus Segoviæ epiſcopus anno DLXV. deindeque DLXXII. in locum Didaci Eſpinoſæ, S. R. E. cardinalis demortui, aſſumptus fuit ad præfecturam magni Caſtellæ ſenatus: quem integritate & prudentia eximia, per ſexennium fere, magiſtratum geſſit uſque ad obitus diem, qui Conchenſem jam deſtinatum antiſtitem, clariſſimum hoc gentis noſtræ, incertum cujuſnam majus ſplendidiuſque ſcholæ an fori lumen, annis tribus minorem ſeptuagenario, hoc eſt vere ante diem, extinxit. Debemus quidem ei inter alia, quod omnia hæc ſibi olim intus, domique annotata in ſchedis reliquit, unde vitæ illius profecerunt ſcriptores Ægidius Davila in Matritenſi hiſtoria, & in *Theatro Segovienſis Eccleſiæ*; Didacus Colmenares, & Petrus Martyr Rizius in *Segovienſis*, & *Conchenſis* urbium hiſtoriis; necnon Andreas Scotus, Aubertus Miræus, Hieronymus Ghilinus, aliique, quorum poſtremus hic excuſabili ignorantia in locorum enunciatione nonnulla peccat. Exquiſitam Covarrubiæ in omni genere diſciplinarum, quibus mirifice ornavit ſtudium juris, eruditionem libri ejus editi, quod ſuperius diximus, ſatis produnt; ſed & uno ore quotquot literas amant, præcipueque juriſprudentiam colunt ac docent, inſuperque ſingularem ejus induſtriam & diligentiam, purgatiſſimumque ante omnia judicium, quæ potiſſima eſt juriſconſulti laus, deprædicant, quorum aliqua huc teſtimonia conjicere non fruſtra erit. Martinus in primis Navarrus maxima quaque laude olim diſcipulum *ex tempore illo*, inquit, *quo doceri poterat*, extollit, *De ſponſalibus* Parte I. cap. I. num. 18. & in cap. *Accepta*, *De reſtitut. ſpoliatorum* in ſolutione X. oppoſitionis, num. 20. *Virum extra omnem ingenii aleam poſitum* vocat Joannes Garſias, de *Nobilitate* ſcribens, gloſſ. VI. §. I. in fine, & *in omni genere diſciplinarum adeo excultum ut de unaquaque, tanquam ſi de nulla alia didiciſſet, abunde & copioſe diſſerere poſſet* idem *De Expenſis* cap. I. *Cum moribus, tum virtute inſignem, doctrina clariſſimum* Franciſcus Sarmientus, Giennenſis epiſcopus in ſuis *Juris quæſtionibus*. *Juris utriuſque ſummum verticem* Antonius Queſada *Quæſtionum* quoque *Juris* cap. XVI. *Juris & æquitatis conſultiſſimum* Antonius Quintanadueñas. *Virum præter utriuſque Græci & Latini ſermonis peritiam, & ingentem quamdam, tum ſacræ tum profanæ vetuſtatis, cognitionem utriuſque juris peritiſſimum* Michael Medina Franciſcanus *De ſacrorum hominum continentia* lib. V. cap. LIII. *Doctiſſimum, & optime de juriſprudentia meritum* Antonius Theſaurus *Deciſione Pedemontana* VI. *Juriſconſultum egregium* Andreas Reſendius vocat, adjungens opera ejus *ob ſingulare judicium doctis mire placere* in *epiſtola* ad *Quevedum*. Nomine etiam *eruditiſſimi* compellat Chriſtophorus Beſoldus *Diſert. de Majeſtate* ſect. I. cap. IV. num. 2. Sed graphice videor mihi tandem deſcripturus verbis Joannis Parladorii doctrinæ genus Covarrubiæ doteſque ex nuncupatoria epiſtola *Rerum quotidianarum* ad eum directa: *Ut nihil ſit in jure* (poſt alia ait) *ſive id ſit Civile, ſive Pontificium, ſive Regium, vel ſcitu dignum, vel eruditione præclarum, vel ex uſu & utilitate commendandum, quod tuus ille acutiſſimus, ſimulque accuratiſſimus, non attigerit ſtilus; nihil tam difficile, tam arduum, tam profundum ſit quod acerrimi ingenii altitudine non expedieris, non explanaveris, non demum planiſſimum effeceris*: ceteraque omnino videnda. Plane idiomatis Græci qua fuerit notitia imbutus docent Scotus,

tus, atque item Morales in tract. *Antiquitatum Hispanarum* vernaculo, qui sibi ab eo indicata refert Polybii Plutarchique testimonia de Salmantica urbe veræ lectioni ex fontibus Græcis restituta. Manet nunc quidem libraria ejus supellex apud heredes Ovetensis nempe collegii sui sodales, omni librorum genere constans, & in iis omnia disciplinarum genera percurrentis industriæ indicium, omni oræ insidens & affixa diurni nocturnique observatoris manus. Otium etenim sic aversatus fuit, nullam diei horam ire sibi passus inutilem, ut & in gravissimo & occupatissimo Regiæ præfecturæ munere etiam semihoræ spatium (Scotus ait) quo senatores una ad Regem ingressuri expectare solent, elabi sine fructu non sineret, adeo ut per hoc intervallum, collegis inambulantibus, non multis mensibus Platonem, ac Rhodigini *antiquas lectiones*, quasi aliud agens, evolveret. Is tandem est Covarrubias, ut quidquid de eo dixeris minus erit. Apponam tamen de utroque fratre hic ante operum a nostro relictorum laudationem, Hispanum (uti conceptum fuit, plura enim Hispana subjicere Latinis ratio permittit scriptionis) Balthasaris Sebastiani Navarri elogium in præambula epistola ad Sebastianum de Horozco & Covarrubias., *Thesauri Castellanæ linguæ* auctorem, eorumdem fratrum Covarrubiarum propinquum. Sodalis erat is in Ovetensi Salmantinæ academiæ collegio, Teruelensisque ecclesiæ canonicus cum hæc scriberet: *Y es tambien notorio ser Vm. sobrino de los dos mas insignes varones que ha tenido nuestro siglo en letras, criados ambos en esta santa casa de San Salvador de Oviedo. El primero es el gran Diego de Covarrubias, que basta decir su nombre para que en todo el mundo se entienda lo que merecio y valio; el hombre mayor en el conocimiento de las letras humanas y divinas que ha tenido España; el que las naciones estrangeras llaman el Bartulo Español; gran prelado; exemplo de los que tienen la suprema autoridad episcopal; gran presidente del Real consejo de Castilla; por cuyas pisadas han caminado todos los que han deseado mucho cumplir con las obligaciones de aquel oficio; de cuyas obras no tengo para que hablar, pues son tan conocidas y celebradas en el mundo. De lo que puedo ser testigo de vista es que en este colegio mayor, y de Oviedo, está la joya que mas estimó en la vida, que es su libreria, que con ser de las mas copiosas que hay en España, y de todo genero de facultades, no hay libro ninguno en ella que no esté todo glosado de su mano: cosa que como admira a todos, puede enseñar a los de nuestro siglo a ser estudiantes como lo han de ser, pues en el golfo de los negocios y gobierno del mundo jamas se descuidó de estudiar y pasar sus libros. El otro es el Señor Don Antonio de Covarrubias, hermano suyo, primero del consejo Real de Castilla, y despues canonigo y maestrescuela de la santa Iglesia de Toledo, donde murio con universal sentimiento de todos los hombres doctos, porque aunque no se aplicó a escribir, como su hermano, fue opinion muy cierta de todos que lo pudiera hacer tan bien como él. Fue el oraculo de todos los hombres doctos de todas las facultades, a los quales, aunque habia perdido totalmente el sentido del oido, hablaba a cada uno en la suya cosas tan exquisitas que ninguno se apartaba de él sin grandisima admiracion; pero particularmente los que profesaban letras humanas le tenian por milagro en ellas por el grande conocimiento de la lengua Griega y Latina, y admirable gracia y don en la facultad poetica.* Hæc ille: quorum eam partem, quæ de Antonii laudibus est, ejus elogio superius & in mentione illius raptim descripto subjunctam velim. Opera ejus ex ultima Antuerpiensi editione Joannis Meursii anni MDCXXXVIII. hæc sunt, duobus voluminibus contenta.

Prior tomus continet:

In Titulum Decretalium, De Testamentis, interpretationem: olim editam anno 1554.

De Sponsalibus Epitomen, ac de Matrimoniis: olim 1545. Primum, quod dedit, sui specimen.

In Caput, Quamvis pactum, de Pactis lib. VI. Decretalium, ubi late *de Juramento*: olim anno 1553.

In Caput, Alma Mater, De sententia excommunicationis, lib. VI. commentarios: olim 1554. deinde & 1560.

In Regulam, Possessor malæ fidei, De Regulis Juris lib. VI. Relectionem, ubi de *possessione, & præscriptione.*

In Regulam, Peccatum, De Regulis Juris in VI. commentarios, ubi late de *Restitutione*: de quo opere Boetius Epo, vir oppido eruditus, lib. III. *Heroicarum, & Ecclesiastic. quæstionum* (qui commentarius est ad titulum *De Immunitate Ecclesiarum* in Decretalibus) in cap. *Quia* VIII. num. 9. de restitutione agens ait: *Novissime, præque ceteris latissime, rem totam persequitur Covarrubias*, multa super Priamo rogitans, super Hectore multa; *nihil in summa relinquens eorum quæ satiare possint ingenium, quantumlibet avidissimum*: olim editi sunt 1554. & 1558.

In Clementis constitutionem, sive Clementinam, Si furiosus, de Homicidio.

Veterum numismatum collationem cum his, quæ modo expenduntur publica, & regia auctoritate percussa: olim anno 1556. folio.

Po-

Posterior autem hæc:

Variarum ex Pontificio, Regio, & Cæsareo Jure Resolutionum libros IV. Quibus accesserunt in editione Antuerpiensi 1604. Joannis Uffeli, Bruxellensis jurisconsulti, notæ uberiores: olim 1552. & 1570. Lugduni 1594.

Practicarum Quæstionum librum singularem: olim 1556. Lugduni 1594.

De frigidis, & maleficiatis tractatum doctissimum: ex MS. codice Ovetensis collegii in lucem postremum ceterorum operum editum. Hæc omnia tribus tomis Francofurti olim anno 1573. apud Nicolaum Bassæum in folio.

In *Bibliothecæ Barberinæ catalogo* mentio fit *Notarum P. Cornelii Brederodii* in opera Covarrubiæ, quarum editionis non meminit.

Præter hæc typis edita scripsit & alia, quæ sive affecta sive perfecta reliquerit adhuc latent, utpote:

Ad Concilium Tridentinum notas: quas MSS. vidit Didacus Colmenares, fueruntque in bibliotheca Joannis Bertrandi a Guevara, Compostellani præsulis.

Observaciones al Fuero Juzgo, sive ad Forum Judicum veteres Hispaniæ tabulas: quas Antonius Covarrubias Didaci frater is, quem non satis pro merito nuper laudavimus, perfecisse, typisque edenda commisisse dicitur apud Hieronymum Romanum de Higuera, Jesuitam, Toletanum, in tractatu adhuc inedito *de los Muzarabes*, sive de Hispanis Mixtarabibus.

De Pœnis tractatum: cujus initium est *Cum superioribus diebus, viri amantissimi, decrevissem* &c. quem dictavit Salmanticæ auditoribus anno MDXL. Hujus exemplum a baccalauro, uti se vocat, Texada descriptum servat Matriti D. Christophorus Zambrana & Villalobos, Calatravensis eques, amicus noster.

Catalogo de los Reyes de España, y de otras cosas señaladas para razon del tiempo. Fundacion de algunas Ciudades de España. Advertencias para entender las inscripciones. Autographa hæc Thomas Tamajus vidit. Catalogus vero ille in bibliotheca fuit laudati jam Guevaræ antistitis, Colmenario etiam notus.

Necnon & Didacus ipse in cap. XI. quarti libri *Variarum* refert se Gratiani decreto expurgando & corrigendo dedisse operam, tercentumque fere locis restitutum id jam habuisse, cum Antonium Augustinum Romæ egregiam operam huic negotio impendere novit.

Segoviæ jacet sub hoc titulo:

Illustrissimus Dominus Dom. Didacus de Covarrubias a Leyva Hispaniarum Præses sub
Philippo II. hujus Sanctæ Segoviensis
Ecclesiæ Episcopus hic situs est.
Obiit quinto Kal. Octobris
anno Dom. MDLXXVII.
ætatis suæ LXVI.

DIDACUS DE COUTO, Ulisiponensis, Gasparis filius, anno MDXLII. natus, cum apud optimos Latinæ linguæ ac rhetoricæ artis magistros in liberalibus his disciplinis, itemque apud Bartholomæum de Martyribus Dominicanum, virum paulo post dignitate, uti jam erat morum sanctitate, clarissimum, in philosophia profectus jam fecisset non contemnendos, per occasionem obeuntis diem suum Ludovici Protugalliæ Infantis, cujus auspiciis una cum Antonio ejus filio studia sectabatur, velificatione mutata in Indiam profectus est, militiæ ibi stipendia facturus. Hinc in Lusitaniam post octo annos cum esset reversus, eo iterum ex Lusitania sese contulit, Goæque in urbe principe domicilium fixit usque ad obitus diem, conjuge etiam ibi ducta Aloysia de Melo, ex qua tamen nullos sustulit liberos. Hoc in loco studiis denuo se restituens, rebus quidem per totos L. annos terra marique in isto orientis orbe gestis, sive miles prius, sive proregum familiaris, & ad negotiorum momenta subinde admissus, non sine magno rerum Lusitanarum incremento, haud minus animo attentaque observatione quam præsentia interfuit, archivii etiam Regii Goensis custos. Interim geographiam, historiæ alterum vere oculum, inter alias mathematicas disciplinas persequutus fuit avidissime. Carminibus quoque pangendis non infeliciter vacavit, Camoensii in primis nomen celebrans, cujus *Lusiadum* operis quinque priores libros totidem commentariis libris exposuit. His ergo præsidiis instructus accinxit se ad continuandam *Indicam* Joannis Barrii, Lusitanorum nempe Livii, *Historiam*, Philippi Hispaniarum, recensque Portugalliæ etiam Regis nutu auspiciisque, chronographi Regii partes sibi ab eo injunctas, pro dignitate gentis & argumenti nitidissime atque ornatissime describi jam cœpti, adimpleturus. Scripsit ergo:

A quarta, quinta, sesta, septima, octava, nona, decima, undecima, e duodecima Decada da Asia: quarum priores quatuor, nempe usque ad septimam, typis editæ sunt Olisipone annis 1602. 1612. 1614. 1616. folio; reliquæ per varia exempla MSS. in curiosorum bibliothecis prostant. Nonaginta scilicet librorum opus diligentia & fide summa descriptum, in cujus formatione hoc valde dignum est memoria quod, cum octavæ nonæque

que decadum autographa exemplaria furto sibi ablata desideraffet, memoriter eas, ex duobus tamen unicum conficiens volumen, restituerit. Sextæ itidem fere integra editio typographica incendio periit, vix ut exempla sex Vulcanum evaserint quæ seorsim ab aliis fuerant reposita. Duodecimæ vero pars dimidia in Gallia prodiit, curante Emmanuele Fernandez de Villareal, Lusitanorum Parisiis consule, hoc titulo:

Cinco libros da Decada XII. da India. Rothomagi 1645. in folio. Præter hæc scripsit:

Epitome da Historia da India: in quo libro per compendium tractavit quæque scitu digna sunt in historia, negotiatione & politica orientalium illarum regionum.

O Soldado practico, dialogistis prorege Indiæ novo & milite quodam veterano: quo monita utilissima ad gerendum juste ac fructuose imperium Indicum continentur. Hujus autographum marchioni de Alenquer nuncupatum servabat apud se cantor Eborensis Emmanuel Severinus de Faria, cujus paulo post meminimus.

Adversus Ludovici de Urreta Dominicani librum *De Rebus Æthyopicis* eadem Lusitana lingua, *commentarium* alium ultimo confecit.

Obiit namque decima die Decembris anni MDCXVI. ætatis suæ LXXIV. De quo plenius ac disertius tractantem adi precor, lector benevole & curiose, inter ejusdem Emmanuelis de Faria, cantoris Eborensis ecclesiæ, *Discursus Politicos* elogium viri hujus plane elegans & accuratum.

D. DIDACUS DE CUELLAR VELAZQUEZ, Hispalensis, Compluti olim sodalis in collegio Sanctarum Justæ & Rufinæ, advocatus deinde causarum in curia urbis patriæ, edidit:

Tractatum de Manumissionibus, ad Principium Instit. Qui, & ex quibus causis manumitt. &c. Compluti editum in 8.

D. DIDACUS DE LA CUEVA, laudatur alicubi auctor libri:

Exemplos morales inscripti, atque Compluti in 4. editi.

D. DIDACUS CURLE DE AYALA, presbyter, Matriti degens edidit:

Sermones de Adviento. Matriti duabus partibus: quos Italice vertit Hieronymus Brussonius, ac Venetiis publicavit 1664. in 4.

DIDACUS DAZA, natus in oppido Colmenar haud procul Toleto, Jesuitarum sodalis, a Gabriele Vazquez præceptore suo jam illa ætate magno pretio habitus, Joannem Pinedam adjuvit in conficiendo *librorum prohibitorum, & expurgandorum Indice*; D. Francisco Borgiæ, Squillacii principi, a confessionibus fuit dum pro Rege administraret Peruanum regnum; in multis Hispaniæ locis sodales docuit; evocatusque in Angliam ad Didacum Hurtadum a Mendoza, Regium ibi legatum, ut illi esset a secretis conscientiæ, mare sensit letale diem suum obiens in Angliæ ipsius conspectu postridie idus Octobris anni MDCXXIII. ætatis suæ XLIV. Reliquit perfectam, sed ineditam:

Exegeticam juxta, & paræneticam Commentationem in Epistolam B. Jacobi Apostoli: quæ Didaci Alarconis opera in vulgus prodiit. Compluti 1626 in folio.

D. DIDACUS DESCALS ET SALCEDO, jurisconsultus in academia Salmantina, collegii Montis Oliveti sodalis & rector, edidit:

Prælectionem ad Constantium & Julianum in L. Agentes 11. Cod. De curiosis & stationariis, lib. XII. tit. XXIII. alias *Angarum sive Cursum publicum illustratum.* Salmanticæ apud Didacum a Cossio 1652. in 4.

F. DIDACUS DEZA, Taurensis, Didaco Deza & Agnete Tavera clara stirpe parentibus natus. Dominicanorum fratrum religioso ordini sese in patria urbe mancipavit, eoque existimationis in studio sacrarum disciplinarum apud Salmanticenses processisse visus est ut in primarium aliquando theologiæ interpretem deligeretur. Hinc Joannis Hispaniarum Principis, Catholicorum Regum prolis, in lubrica ætate moderator, atque adeo ipsis Regibus a munere confessionum sacramentalium fuit. Deinde in pastorale album admissus, quatuor episcopalium sedium antistes, Zamorensis nempe, Salmanticensis & Palentinæ (quam dum regeret, summum etiam Fidei causarum in his regnis arbitrium & tutelam suscepit) Giennensisque una cum honoribus Regii protomystæ Castellæque cancellarii, atque inde Hispalensis archiepiscopus ad octoginta annorum usque ætatem vixit. Cum enim ad Toletanam sedem præsul designatus anno MDXXV. proficisceretur, vir apud nos amplissimis tum gymnasii, tum aulæ atque ecclesiæ capessitis honoribus, supremoque hujus posterioris ordinis saltem delibato, per viam extinctus est. Hispali jacet ad divum Thomam, quod sodalibus Dominicanis olim erexerat collegium, simul & academiam imbuendæ grammaticis philosophicis & theologicis literis juventuti. In quo celebri usque nunc gymnasio cum a tenera ætate ingenii cultum per hasce disciplinas aliquantulum cœperim, extare hic impres-

pref-

preſſum grati animi perenniſque, ut fas eſt, obſequii a me delati veſtigium hoc & argumentum pervelim. Opera hæc ejus ſunt doctiſſima, & quidem typis edita:

Novarum defenſionum Doctoris Angelici D. Thomæ ſuper IV. libros Sententiarum: quatuor integra volumina. Scilicet in quo Joannes Capreolus, item Dominicanus, idemque doctor Pariſienſis celeberrimus, eamdem hanc Spartam adornans defeciſſe viſus eſt, nova opera id totum ſupplere voluit noſter in folio.

Defenſiones ab impugnationibus Magiſtri Nicolai de Lyra, Magiſtrique Mathiæ propugnatoris ſui in poſtillis nonnullis ſuper Bibliam contra Sanctum Thomam. Nempe adverſus Lyram Paulus quondam inſurrexerat Burgenſis epiſcopus, adverſus Burgenſem pro Lyra Mathias provinciæ Saxoniæ Franciſcanorum fratrum miniſter, quem ad ultimum Deza refellit.

Synodum Hiſpali celebravit, quo antiquis confirmatis ſanctionibus plures de novo adjunxit, ediditque anno 1512. in eadem urbe.

Manu autem exaratum extat in bibliotheca ſui collegii:

Monoteſſaron: hoc eſt, contextus unicus quatuor Evangeliſtarum (quod exemplo Ammonii Alexandrini, cujus opus *Ex quatuor unum* laudat Euſebius, necnon & aliorum fecit) catenaque veterum Patrum ejus verba explicantium: qui quidem contextus omnino abſolutus eſt, catena autem minime. Librum alium *ſuper Orationem Dominicam* tribuit Dezæ Venerus in *Enchiridio temporum*, quem non vidimus; item Joannes Marieta. Nec diverſi auctoris eſt, quamvis anonymus adhuc maneat auctor:

La expoſicion del Pater noſter por el Obiſpo de Salamanca Confeſor de ſus Altezas, y Capellan del Principe D. Juan, quomodo abſque ulla loci aut anni nota editum vidimus Matriti apud D. Joannem Lucam Cortes, cauſarum criminalium XII. virum.

DIDACUS DESCLAPES ET MONTORNES, Majoricenſis, doctor ut credo theologus, & hujus cathedralis eccleſiæ ſubcantor, ſcriptum habere:

Super Arte Combinatoria ad illuſtrationem Lullianæ doctrinæ, cum ſcriberet *Balearis Regni Hiſtoriam* Vincentius Mut volumine II. lib. VIII. cap. VI. in fine affirmavit.

DIDACUS DIEST, patria ex Bolea oppido Aragoniæ, in metropolitana Cæſarauguſtæ urbis Deo Salvatori dicata eccleſia Canonicus Regularis priuſquam ſtatum ſæcularem ea mutaret, eruditus theologus & philoſophus, teſte Joanne Trullo lib. I. cap. VI. *de Ordine Canonic. regular.* ſcripſit:

Phyſicos libros: luculentos & faciles ut ille ait, cum aliis opuſculis minutis theologicis.

F. DIDACUS DURAN, domo ex urbe Mexico, Dominicanus, valde juvit Joſephum de Acoſta de *Rebus Indicis* ſcripturum MSS. relinquens:

Hiſtoria de los Indios de Nueva España.

Antiguallas de los Indios de Nueva España. Antonius Leonius in *Bibliotheca Indica Occidentali*, tit. XVII. & Auguſtinus Davila Padilla in fine *Hiſtoriæ provinciæ Mexicanæ ordinis Prædicatorum.*

D. DIDACUS DE ESCOLANO, patria ex Longares oppido regni Aragoniæ, apud Complutenſes in literis meruit ſodalis togatus in collegio quod Regis vocant. Ad inquiſitorum deinde Apoſtolicorum tribunalia factu grado Ellerenenſis primum fiſcalis advocatus, Pincianus hinc Toletanuſque, ac demum ſupremi concilii rerum Fidei judex. Unde ad gerenda pontificalia munera idoneus jam exiſtimatus epiſcopus Majoricenſis primum fuit creatus, inde Turiaſonenſis a die XVIIII. Julii MDCLX. & Segovienſis a die XVII. Martii MDCLXIV. vir utique ſuo munere dignus, ſcripſiſſe refertur:

Meditaciones de la Paſion de Chriſto Señor nueſtro para el uſo de qualquier alma devota. Ceſarauguſtæ in officina Joannis de Ibar 1662.

Deſcripcion del ſitio, caſa, y Hoſpital de Nueſtra Señora de la Sierra. Cæſarauguſtæ 1663. in 4.

Deinde Latine:

De Magiſtra Fidei, & Hæreſeos deſtructice Deipara Virgine Maria Tractatum Apologeticum adverſus Antidico-Marianitas Hæreticos Fidei, ipſius laudibus detrahentes. Cæſarauguſtæ apud Joannem de Ibar 1664. 4.

Cum autem Segoviæ eſſet epiſcopus, pro S. Hierothei nuper inventa Segovienſi cathedra decertaturus cum his qui Dextri & ſimilium fabulas nauci habent, ſcripſit:

Chronicon S. Hierothei Athenarum primum poſtea Segovienſis Eccleſiæ Epiſcopi. Matriti apud Dominicum Garſiam Morras 1667. in folio.

Factus deinde Granatenſis archiepiſcopus anno MDCLXVIII. die XXVII. Februarii vitam in eo munere cum morte commutavit, nuncupato prius Clementi IX. Papæ libello ſive:

Conſultiva, ut vocat, *Epiſtola erga Chriſtianos veteres in ſublevatione Sarracenica in regno Granatenſi anno MDLXVIII. in Alpuxarrenſibus populis, aliiſque locis in defenſionem Fidei occiſos.* Granatæ apud Balthaſarem de Bolivar 1669. 4.

DIDACUS EMMANUEL, nescio quis, a Petro de Alba in *Militia Conceptionis* laudatus edidit:

Excelencias de Maria, y observaciones a las estrellas de su imperial corona. Matriti anno 1633. in 16.

DIDACUS DE ESPES, Aragonus, patria ex oppido Arandiga, quod comitis Moratæ est, ecclesiæ Cæsaraugustanæ S. Salvatoris portionarius, literas, quas ab Hieronymo Blanca didicerat, omnimoda excoluit eruditionis industria, judicioque defecato, quem Blancas ipse in epistola ad Garsiam Loaisam *probum & doctum virum* appellat, *reconditis ac interioribus literis eruditum, vereque studiorum suorum canona.* Hic ex utroque tabulario ecclesiarum Sancti Salvatoris & Sanctæ Mariæ del Pilar, & Ferdinandi Aragonii Cæsaraugustani archiepiscopi MSS. codicibus & schedis formavit Latinum opus eruditissimum:

De rebus Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, Archiepiscoporum vita, &c. tribus tomis, mole vastum, cujus archetypon fuit olim apud Bartholomæum Morlanes, Regium cappellanum, exemplum autem ejus quoddam servatur in archio ecclesiæ S. Salvatoris. Laudant Espesium Blancas dicto jam loco; Murillusque in *Historia Sanctæ Mariæ del Pilar*; Martinus Carrillo in *Historia Sancti Valerii*, & in *Catalogo Antistitum Regni Aragoniæ*; Lanuza quoque in *Historiis Ecclesiasticis* hujusmet regni sæpius; & Joannes Andreas Ustarrozius in libro nuncupato *Defensa de la Patria de San Lorenzo* cap. VI. pag. 128. qui jam laudatorum meminit.

Mortuus est XXVII. Octobris MDCII. tumularique corpus jussit suum, ubi laudati Hieronymi de Blancas corpus erat, in claustro ut vocant antiquo monasterii S. Engratiæ Cæsaraugustanæ Hieronymianorum.

DIDACUS ESPINO DE CACERES, Salmantinus ut fertur, juris doctor, & in hoc gymnasio amplissimo Sexti prius Decretalium, deinde, qui superior docendi gradus est, quinque priorum librorum pomeridianis horis, scilicet vespertinis uti appellant, interpres, edidit:

Speculum Testamentorum, sive *Thesaurum universæ Jurisprudentiæ.* Metinæ a Campo 1593. folio.

Hispanicum Spino tributum apud *Gabrielis Soræ* Aragonii *Bibliothecam* fuit hac inscriptione opusculum:

Instruccion para pasar: sive ad formanda domestica studia post decursa gymnasii tempora.

D. DIDACUS DE ESPINOSA, Salmanticæ in collegio Sancti Jacobi Conchensi togatus sodalis, dein in Ovetensi ecclesia archidiaconus de Tineo, vir eruditus, scripsisse dicitur:

Historia de los Obispos, y Santas reliquias de la Iglesia de Oviedo.

F. DIDACUS DE ESTELLA, patria Navarrus an gente? nam primum a cognomine, quod urbis nomen est in hoc regno, confirmare possemus, tamquam e loco natali ad se is derivaverit, nisi perspicuo magis cujusdam epigrammatis testimonio ad id credendum adduceremur, quod *Commentariis in Lucam* suis noster præfixit; secundum vero fateri omnes debent qui Lusitanum uno ore appellant, potuit enim e Navarrea oriundus gente nasci apud Lusitanos. Franciscanorum fratrum provinciæ Sancti Jacobi certe fuit sodalis, Algarbiorum Lusitana provincia diu commoratus, peritus valde ad populum dicendi, atque in Christianis orationibus exercitatissimus; Antonio insuper cardinali Granvellano a conscientiæ secretis, dum vir maximus ad juvandam consilio suo rempublicam Philippo II. Regum prudentissimo ad latus adhæreret. Episcopum tandem eum creatum nescio cujus ecclesiæ credere debemus, siquidem Andreas Scotus hoc factum sua ætate refert, cujus rei nec volam alibi nec vestigium offendimus. Scripsit:

In Evangelium Lucæ uberes commentarios: vasto quidem volumine, ut ait Scotus, *stilo tamen tenui & vulgari, in quo sensu literali acute invento, morales quoque sensus infinitos eruit & locupletat.* Primo editum est hoc opus Compluti apud Andream de Angulo 1578. fol. duobus tomis, quam editionem Index Romanus prohibuit, & *Hispani theologi* (ait Lucas Waddingus) *multa in eo opere, quæ nimium pietatis studium vel concionatorius exaggerandi modus extorsit, expungenda censuerunt.* Deinde cum correctione justa recoctum est pluries, Antuerpiæ 1584. & 1591. tandemque typis Petri Belleri 1607. Parisiis etiam, & Lugduni 1592. folio apud Juntas, duobus tomis.

De ratione concionandi, sive Rhetoricam ecclesiasticam. Salmanticæ 1576. & 1596. Venetiis item 1584. Coloniæ 1586. & 1587. Lugduni 1592. cum superiori opere.

Explicationem Psalmi CXXXVI. Una cum *Rhetorica* prodiit Coloniæ apud Mylium anno 1586. & 1587. 8. Et Venetiis 1598. Item Lugduni 1592. cum superioribus.

In omnes sui temporis Hæreticos Didaci Stellæ opus Draudus laudat in *Catalogo officinali* pag. 300. de quo nil certum habeo. Lucas certe Waddingus & Andreas Scotus id ignoraverunt.

Vul-

Vulgari autem lingua:

De la Vanidad del mundo, tribus partibus. Salmanticæ typis Mathiæ Gaſt anno 1574. rurſuſque Joannis Fernandez 1581. 8. Compluti 1597. in 4. Barcinone 1582. Opus hoc Italice convertit Joannes Baptiſta Peruſcus, Jeſuita, & Florentiæ edidit 1585. (in *Bibliothecæ Barberinæ Catalogo* Petro Bonfanto hæc tribuitur verſio Florentiæ 1581. edita) Deinde Veronæ prodiit 1604. & noviſſime Venetiis apud Joannem Gueriglium 1626. Gallice alius convertit, ediditque Pariſiis apud Guilielmum Chaudiere 1578. in 16. Antonio Verderio teſte & Lugduni 1620. Latinum quoque opera P. Burgundi, ejuſdem Societatis, Coloniæ 1585. 1587. & 1594. ex Italico Peruſci, non ex Hiſpanico ipſius auctoris. Octavianus quidam Beſozzus in compendium redegit, quod eſt MS. in bibliotheca Ambroſiana Mediolani.

Del Amor mundano. Hunc librum Waddingus agnoſcit, Scotus forte de *Contemptu mundi* nuncupat, nos uſque ad hoc tempus latuit.

Meditaciones devotiſſimas del Amor de Dios. Salmanticæ 1578. 8. & apud Petrum Laſſum 1582. 8. Compluti 1597. 4. Has Italicas fecit Peruſcus idem, quæ prodierunt cum opere de *Vanitate mundi*; ut & Latinas Joannes Governerius Coloniæ 1602.

De la vida, loores, y excelencias del Bienaventurado Evangeliſta San Juan. Ulisipone 1554. 4. apud Germanum Gallard. Valentiæque 1595. 8.

Rurſus Latine, niſi alius auctor ſit qui ab eo profecerit:

Tabulas rerum omnium, quæ in libris de vanitate mundi continentur ad Evangelia totius anni diſtributa. Veronæ 1594. in 16.

DIDACUS FAXARDO, Murcianus, ſodalis Jeſuitarum, ex nobiliſſima Veleziorum marchionum familia, in ſchedis reliquit commentarium:

De ſomnis ſacris, veteris & novi Teſtamenti: quem avide expectari ait Alegambius.

Obiit menſe Julio anni MDCXXXIX.

DIDACUS FERNANDEZ, ſive incolatu ſive etiam origine Palentinus, Regia olim vexilla in Peruano regno adverſus Franciſcum Fernandez Giron & alios perduelles ſequutus miles, juſſu D. Andreæ Hurtado de Mendoza proregis, marchionis de Cañete, quæ per has turbas geſta ſunt conſcripſit: quemadmodum, & ad nos rediens, ea etiam quæ a Gundiſalvo Pizarro & ſociis rebellibus, & contra eos patrata ſunt, inſtante ad opus Franciſco Tello de Sandoval, Indici ſenatus ſummi præfecto. Typis utraque pars commiſſa eſt hoc titulo:

Primera, y ſegunda parte de la Hiſtoria del Piru. Hiſpali apud Ferdinandum Diaz 1571. folio.

Indici tamen hujuſmet ſenatus decreto prohibitum eſt hujus libri commercium & uſus cunctis novi orbis incolis. Quod Antonius Leo in *Bibliotheca* teſtatur.

F. DIDACUS FERNANDEZ DE BRAGA, Luſitanus, ordinis Minorum, neſcio quid *Additionum* edidit *ad Joannis Scoti opera.* Cardoſus.

DIDACUS FERNANDEZ FERREIRA, Luſitanus, domus Regiæ familiaris, edidit librum vernacule:

Arte da caza d' Altaneria. Ulisipone 1616. in 4. apud Georgium Rodriguez.

DIDACUS FERNANDEZ FRANCO, profeſſor Complutenſis grammaticæ artis, dedit foras:

Practica menor de la Grammatica. Compluti apud Joannem Iñiguez de Lequerica 1585. in 8.

DIDACUS FERNANDEZ DE HERRERA, concinnavit metrico ſermone circa annum MDXXXVII:

Las vidas de San Franciſco, y Santa Clara: ediditque in vulgus alicubi.

DIDACUS FERNANDEZ DE LISBOA, ſcripſit:

Tercera, y quarta Parte de Palmerim de Ingalaterra. Oliſipone 1604. in folio. Cardoſus. V. ſupra Balthaſar Gonzalez Lobato.

DIDACUS FERREIRA DE FIGUEROA, Luſitanus, Conimbricæ natus, muſicæ ac poeticæ artis bene peritus, edidit Luſitane:

Deſmayos de Mayo nas ſombras do Mondego: duabus partibus. Villævitioſæ 1639. apud Emmanuelem Carvalho.

Do ſucedido nas Cortes de Amor: MS. P. F. Emmanuel a Reſurrectione.

Theatro da mayor gloria Portugueſa: notum mihi opus ex elogio metrico huic dicto a Luſitana vate Violanta de Cœlo.

DIDACUS DE FLORES, noſocomii Regii urbis de la Plata in Peruano Indiarum occidentalium regno adminiſtrator, ſcripſit:

Precioſa margarita de la vida, muerte, y gloria de la Santiſima Virgen Maria Madre de Dios. Limæ apud Franciſcum del Canto 1611. in 8.

F. DIDACUS DE S. FRANCISCO, Franciſcanus, edidit Waddingo auctore:

Hiſtoria de los Martyres del Japon de la orden de los Menores de la provincia de San Gregorio de las Filipinas. Manilæ apud Thomam Pimpin 1625.

F. DIDACUS DE S. FRANCISCO, alius a ſuperiore, Hiſpalenſis, provinciæ S. Pauli miniſter, prelo matura habebat Luca Waddingo teſte:

Conciones in gratiam Prælatorum pro Capitulis, & viſitationibus Fratrum: Hiſpane.

Formularium Praxis judiciariæ. Item:

Materiarum Theologicarum volumen.

DIDACUS FRANCISCUS DE ANDOSILLA HENRIQUEZ, Calagurritanus, ſcripſit:

Por la puriſima Concepcion de Nueſtra Señora in XVI. capita diviſum libellum, quem ſe vidiſſe MS. apud heredes eminentiſſimi card. Panciroli refert P. Hippolytus Maraccius in *Appendice Bibliothecæ Marianæ.* At editus jam fuit cum titulo *Centella del Cielo a Nueſtro Beatiſimo Padre Inocencio X.* in 4.

DIDACUS FREYLE, ſartor Granatenſis, edidit, Spartam ſuam adornans:

Simetria, y traza para el oficio de Saſtres. Hiſpali 1588. in 4.

DIDACUS DE LA FUENTE, Societatis Jeſu ſacerdos, egregiæ in Deum pietatis & in proximos caritatis, vertit Hiſpanice, atque exemplis locupletavit:

La Doctrina chriſtiana del Cardenal Roberto Belarmino. in 8.

Ipſe autem Matriti denatus eſt anno MDCXVI.

DIDACUS DE LA FUENTE HURTADO, Toletanus, Jeſuita, philoſophiæ Compoſtellanus, theologiæ ſcolaſticæ Salmantinus per tredecim annos, Pinciæque ſtudiorum præfectus, Pompeiopoli atque Salmanticæ domeſticos collegio rexit, Romamque ad congregationem procuratorum anno MDCLXIX. venit, ac totam Caſtellanam provinciam aliquando adminiſtravit. Scripſit:

Curſum Philoſophicum: qui licet hodie adhuc lateat, ſæpius laudatur a Joſepho Sancii de Aguirre Benedictino in *Philoſophiæ Nou-antiquæ* tomis I. & II. ut notat Sotuellus in *Bibliotheca Societatis*, qui & adjunxit jam typis ab eo editos tractatus aliquos, ſcilicet:

De Poteſtate Epiſcopi circa excommunicationem Canonicorum ſine Adjunctis, & effectibus appellationis in foro interno. Cæſarauguſtæ 1654. folio.

De Solemnitatibus Juris requiſitis ad alienationem rei Eccleſiaſticæ litigioſæ non poſeſſæ. Matriti 1672. in folio.

An in Tranſactionibus Litium locum habeat læſio enormis, vel enormiſſima. Ibidem 1672.

Expectarique ab eodem auctore:

Selectarum Moralium Quæſtionum volumina duo.

DIDACUS DE FUENTES, Aragonus ut exiſtimo, ſcripſit, Joannique Ximenio de Urrea Arandæ comiti nuncupavit:

La conquiſta de Africa: qui liber editus eſt Antuerpiæ 1570. in 8. Unaque:

La conquiſta de Sena: *Verdadera narracion de un deſafio que paſó en Italia entre un Caballero Aragones llamado Marco Antonio Lunel, y otro Caſtellano llamado Pedro de Tamayo natural de Avila*: *Verdadera narracion de un deſafio que paſó entre el Marques de Peſcara, y el Duque de Nemurs junto a los muros de Aſte.*

Obras Poeticas en vario genero de verſos. Cæſarauguſtæ 1563. in 8.

Hiſtoria del prudentiſimo Capitan Don Fernando Davalos Marques de Peſcara con los hechos memorables de otros ſiete excelentes Capitanes del Emperador Carlos V. es a ſaber Proſpero Colona, el Duque de Borbon, D. Carlos Lanoy, D. Hugo de Moncada, Filiberto Principe de Orange, Antonio de Leiva, y el Marques del Guaſto, recopilada por el M. Valles con una adicion de Diego de Fuentes. Antuerpiæ 1570.

DIDACUS DE FUNES ET MENDOZA, Murcianus civis, ſcripſit:

Hiſtoria de Aves, y Animales de Ariſtoteles, traducida del Latin en Romance, y añadida de otros muchos autores Griegos y Latinos que trataron de eſta materia. Valentiæ 1621. 4.

F. DIDACUS GABILAN VELA, Præmonſtratenſis in domo Rodericopolitana, quam Deiparæ Virginis de Caritate appellant, dedit ex Luſitanico Vincentii da Coſta Matos perutilem & doctum librum, ſcilicet:

Diſcurſo contra los Judios. Salmanticæ apud Antoniam Ramirez 1631. 4.

DIDACUS GARCIA DE PALACIOS, juris doctor, & in Mexicano prætorio judex, ſcripſit, meſſem alienam colligens:

Inſtruccion nautica para el buen uſo de las naos ſegun la altura de Mexico. 1587. in 4.

Eodem auctore editi ſunt:

Dialogos Militares. Anno 1583. in 4. Mexici.

DI-

DIDACUS GARCIA DE PAREDES, Truxilienſis, ſub Catholico Rege Hiſpaniarum Ferdinando inſignium animi & corporis virium miles, fortiſſimis comparandus quos maxime laudat antiquitas, cujus vitam & res geſtas particulari libro comprehendit D. Thomas Tamayo de Vargas. Præivit ipſe hiſtorico ſuo de ſe ſcribens:

Relacion de ſu vida para inſtruccion de Don Sancho de Paredes ſu hijo : edita fuit ſimul cum Ferdinandi del Pulgar *Chronico Gonſali Magni Ducis.* Compluti 1584.

DIDACUS GARCIA DE RENGIFO, Societatis Jeſu ſacerdos, publicavit docens Abulæ jam dudum ſodales humanitatis ſtudia, Joannis Garziæ Rengifi uſurpato nomine:

Arte Poetica Eſpañola. Salmanticæ 1592. in 4.

D. DIDACUS GARCIA DE TRASMIERA, Valladoliti, dum ibi curia Regia ineunte hoc ſæculo eſſet, natus, ibidemque ad Sanctæ Crucis collegium ſodalis togatus, abbas & dominus Hormedenſis, Palentinæ eccleſiæ (uti eccleſiaſtica fert nomenclatura) dignitas, & canonicus, Sancti Jacobi ordinis eques: poſt geſtum cum apud nos Pinciæ Valentiæque, tum in Siciliæ regno diu Apoſtolici inquiſitoris munus revocatur in patriam ad exercendam eamdem Toleti curam, unde præfectus datus fuit curiæ Regiæ Pampilonenſi anno MDCLV. & poſt paucos annos inter ſupremi Fidei ſenatus patres cooptatus. Tandem renuntiatus Zamoræ epiſcopus anno DCLXI. antequam ſponſam vidiſſet eccleſiam, Matriti in curia deſiit eſſe mortalis, pietate vir & doctrina conſpicuus. Reliquit ſane hæc poſt ſe teſtimonia ſui non obſcura, ſcilicet:

De Polygamia, & Polyviria libros III. poſt breviorem in re Montagnei Galli operam. Panhormi 1638. in folio. Deinde:

Stimulum Fidei : ſive de obligatione revelandi hæreticos, & de hæreſi ſuſpectos. Item *De correctione fraterna* tractatum. Ibidem 1642. 4. Hiſpane etiam:

Vida de la Venerable Madre Urſola Benincaſa. Monteregali 1648.

Epitome de la ſanta vida, y relacion de la glorioſa muerte del Venerable Pedro de Arbues Inquiſidor Apoſtolico del Reyno de Aragon. Monteregali in Sicilia apud Buam & Portanovam, atque iterum Matriti apud Didacum Diaz de la Carrera 1664. in 4. In hac ſecunda editione adjunctum fuit bullatum diploma beatificationis ejuſdem ſancti viri.

D. DIDACUS GARRO, edidiſſe refertur:

Genealogia de los Fontes de Albornoz. Matriti 1639. folio.

F. DIDACUS GATICA, Bæticus, & ut credo Hiſpalenſis, ordinis Deiparæ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum, provinciæ ſuæ præfectus, & ſacræ theologiæ magiſter, Hiſpalenſis antiſtitis ante paucos annos coadjutor epiſcopus cum titulo eccleſiæ Uticenſis, edidit:

De adventu Meſſiæ adverſus Judæos a fide Chriſti lapſos. Matriti in folio.

DIDACUS DE GODOY, inter eos, qui vernacula lingua de rebus Indicis commentati ſunt atque Italice loquuti aliorum opera, recenſetur ab Antonio Poſſevino *Bibliothecæ ſelectæ* lib. XV. in fine.

DIDACUS GOMEZ CARNEIRO, Braſilienſis in America, patria ex oppido Rio Janeiro, ſcripſit:

Oraçaõ apodixica a os Sciſmaticos da patria. Oliſipone apud Laurentium Amberes 1641. 4.

DIDACUS GOMEZ CORNEJO, juriſconſultus, ſcripſit cum in Urſaonenſi gymnaſio primariæ juris civilis cathedræ præeſſet, excellentiſſimoque Urſaonenſi duci appellationum judicem ageret:

Additiones ad Antonium Gomez ſuper leges, quas vocant Tauri. Cujus quidem nepotem ſe eſſe ait.

DIDACUS GOMEZ DE FIGUEIREDO, locum tenens generalis ut in militari nomenclatura ſonat, & PETRUS GOMEZ ejus filius, Luſitani, laudari ſolent a civibus eorum inter eos qui:

De Genealogica re lucubrationes MSS. poſteris reliquere.

D. DIDACUS GOMEZ SARMIENTO DE VILLANDRANDO, comes tertius, aliis quartus, de Salinas & de Ribadeo, Didaci Perez Sarmiento, comitis ſecundi de Salinas & D. Mariæ de Ulloa filius, D. Petri Sarmiento S. R. E. cardinalis & Compoſtellani archipræſulis germanus frater, natalium ſplendorem clariſſimum amore literarum illuſtriorem adhuc reddidit, idcirco meritus *Philoſophi* cognomentum. Scripſit:

Coronica de los Sarmientos de Villamayor. In quo opere ipſe refert ſe etiam ſcripſiſſe:

Hiſtoria de ſu tiempo. Auctorem rei habeo D. Joſephum Pellizer Regium chronographum in libro nuncupato *Informe del origen, antiguedad, calidad, y ſervicios de la Excelen-*

lentiſima Caſa de Sarmiento de Villamayor fol. 31. Conſule, ſi lubet, *Hiſpaniæ Nobiliarium* Alphonſi Lopez de Haro lib. v. cap. xix. Meminit quoque æqualis ſui temporis proceris Fr. Alphonſus Venero in *Enchiridio temporum* fol. 90.

DIDACUS GOMEZ SOLIS, Luſitanus, ſcripſit:

Commercia Luſitana. Matriti. Latina lingua ut videtur. Cardoſus.

DIDACUS GONZALEZ HOLGUIN, natus in oppido Extremaduræ nobiliſſimo Caceres, ſodalis Jeſuitarum, promovendæ Indorum ſalutis ſtudioſiſſimus, cum apud eos innocentiſſime vixit, tum vernaculis plagæ illius inſtructus linguis hæc vulgavit utilitati publicæ:

Grammatica en lengua Quichua: quæ toti Peruvio communis eſt. Lima in urbe, Regum nuncupata, 1607. in 4.

Vocabulario de la miſma lengua, cui acceſſerunt:

Los privilegios concedidos a los Indios. Ibidem 1608. in 4.

D. DIDACUS GONZALEZ DE MEDINA BARBA, Burgenſis, edidit:

Examen de fortificacion. Matriti 1599. in 4. 1609. 4.

DIDACUS GONZALEZ DE VILLARROEL, in Regio Cameræ ut vocant conſilio notarius, edidit:

Examen de Eſcrivanos.

DIDACUS GRACIAN DE ALDERETE, Didaci Garciæ, Catholicorum Regum Ferdinandi & Eliſabethæ fabricenſium præfecti, ſive armamentarii cuſtodis (Armero mayor vulgus vocat) filius. Cujus cognomine, utpote familiari, non utendi hæc cauſa fuit: Lovanienſes, inter quos literis dedit operam, facili errore Gratianum loco Garciani appellare ſolebant, prævaluitque ut poſt reditum quoque in Hiſpaniam ita communiter audiret. In ea ſchola domoque Ludovici Vivis, Valentini, viri doctiſſimi, excoluit animum non mediocri linguarum Latinæ Græcæque & aliarum, totiuſque eruditionis cognitione & ornamento. Quo nomine ad aulam evocatus tum Carolo Cæſari, tum Philippo II. Regibus noſtris a ſecretis, interpretationeque linguarum exoticarum fuit; vir ad doctrinæ laudem eximias alias pietatis & integritatis dotes adjungens, quæ quidem eum Tereſiæ a Jeſu, virgini ſanctitate præclaræ, gratum valde acceptumque reddiderunt. Vixit xc. annis, in matrimonioque Joannæ Dantiſciæ fere L. Filia hæc fuit Joannis Dantiſci de Curiis, Poloni equitis, Regiſque ſui ad Carolum Imperatorem legati, qui cum eſſet multa doctrina, nihil antiquius duxit quam ut multæ doctrinæ viro filiam collocaret. Multiplicem ex ea prolem Gratianus, nec pœnitendam, edidit, Hieronymum nempe Gratianum a Matre Dei, Carmelitam loco ſuo a nobis laudatum; Antonium, Thomamque Philippo II. a ſecretis; Lucam demum, qui *Galatei Hiſpani* auctor eſt. Nec imparem in libris ac in liberis fecunditatem ſortitus, veterum præcipue, tam Græcorum quam Latinorum monumenta civitate ſermoneque donavit Hiſpano, nempe:

Las obras de Xenophonte en tres partes.

I. *Hiſtoria de Cyro, que trata de la crianza, o inſtitucion, vida, y hechos de Cyro.*

II. *De la entrada de Cyro el menor en Aſia, y de las guerras que alli tuvieron contra los Barbaros los Caudillos Griegos.*

III. *Del oficio, y cargo del Capitan General de los de a Cavallo*: *Arte militar de Cavalleria, y de los Cavallos*: *Vida de Ageſilao Rey de los Lacedemonios*: *De la Republica de los Lacedemonios*: *De la caza, y monteria.* Salmanticæ apud Joannem Juntam 1552. in folio.

Ex Plutarcho vertit:

Las obras morales: ad Carolum Imperatorem. Compluti 1542. in folio. Et Salmanticæ 1571. folio, apud Alexandrum de Canova.

Item ſeorſim:

Los Apotechmas. Compluti apud Michaelem de Eguia 1533. 4.

Ex Iſocrate etiam:

De la Governacion del Reyno, al Rey Nicocles.

Ex Dione ſimiliter Chryſoſtomo ad Trajanum:

De la enſeñanza del Principe. Salmanticæ typis Gaſtii 1570. 8.

Item ex Græcis fontibus ut ſuperiora:

La Hiſtoria de Thucydides. Salmanticæ apud Alexandrum de Canova 1564. folio.

Reglas de Agapeto Diacono del oficio, y cargo del Rey a Juſtiniano Emperador.

Latina hæc vertit in vulgarem ſermonem:

Los libros de los oficios de S. Ambroſio, y Eſpejo de conciencia. Salmanticæ apud Lucam Juntam 1554. in folio.

La Conquiſta de Africa en Berveria eſcrita en latin por Chriſtoforo Calvete de Eſtrella. Salmanticæ apud Canovam 1558. in 8.

Promiſcuum ex variis fontibus edidit:

De Re militari volumina quinque:

I. continens *El Onoſandro Platonico de las calidades que ha de tener un Capitan General.*

II.

II. *Cesar renovado : esto es las observaciones militares , ardides , y avisos de guerra, que usó Cesar.*

III. IV. & V. *Disciplina militar* : *Instruccion de los hechos , y cosas de guerra de Langesai* : ex Gallico versa. Barcinone apud Claudium Bonast 1566. 4.

Ex Gallico item Martialis cujusdam Arverni , cujus carmina vernacula valde inter cives suos celebrantur , communicavit opus hoc titulo:

Arrestos de Amor ; hoc est , rerum ab Amore inter utriusque sexus litigatores diserte ac lepide judicatarum collectionem: quibus cum olim Benedictus Curtius explanationes confecisset , easdemmet Gratianus noster textui Hispanico subjecit.

Laudat Gratianum ac filios ejus non vulgariter Antonius Quesada *Quæstionum Juris* cap. XVII.

DIDACUS GRANADO , patria ex urbe Gadibus , Jesuitarum sodalitatem cooptavit sibi vix puberi , in qua religiosum statum capesseret , breviterque in eam spem erexit domesticos ut qualem virum se esset aliquando daturus non vane augurarentur. Philosophiæ ac theologiæ explanandæ munus obiit magna cum sua laude , quæ quidem ad plures majori cumulo emanavit ex quo in Divum Thomam Aquinatem commentaria cœpit in vulgus edere , atque ea sane adeo perspicua subtiliaque ut germanum doctrinæ suæ enarratorem sortitus doctor ille maximus non paucis callide id æstimantibus videri possit. Miram rem domestici referunt, tractari a se quotidie non sine stupore archetypa ipsa laboriosissimarum lucubrationum, ne quidem verbo uno cancellata deletave: adeo nusquam stilum vertebat , sed præsentissima rerum apprehensione muniebat prius ipse viam calamo quam chartis imprimeret. Nec silent hujus ipsius rei exemplum vel maxime illustre. Cum ederentur commentaria in Primam Partem Summæ Theologiæ , operæque ferverent , importuna facta jactura est aliquot exemplaris chartarum , cui reparandæ accingens se de novo scriptor ea protulit quæ deperditis paulo post repertis collata summa fide tam rerum quam verborum responderent. Idcirco virum alias occupatissimum , precibusque ad Deum fundendis fere omnibus horis vacantem , adhæc valetudinarium conspicientes , doceri eum superne, dum altiora se amplexatur spiritu , non temere jactaverunt : adeo virtutum omnium, quæ in religioso viro expetuntur , numeros adimplevit. Porro emicuit in eo non minus aliis prudentia , cujus merito Hispalensis & Granatensis collegiorum administrationis, necnon & procurandorum aliquot hujus provinciæ negotiorum apud generalem præpositum obire munus necesse habuit. Incurrit tandem in letalem morbum Granatæ , ejus temporis rector , pleuritide extinctus nonis Januarii anni MDCXXXII. ejusdemque alteri Societatis in Bæticæ partibus lumini, Didaco Ruizio Montojæ , fatalis. Dedit in publicum:

Commentariorum in summam Theologicam S. Thomæ , tomos VIII : quorum tres primi explicant integram *Primam Partem* , atque editi sunt Hispali apud Franciscum de Lyra 1623. in folio. Et Mussiponti apud Sebastianum Cramossi 1624 in 4.

Duo sequentes absolvunt universam *Primam Secundæ*. Hispali apud Franciscum de Lyra 1631. in folio.

Sextus *ad Secundam Secundæ*. Iisdem typis & anno.

Duo reliqui explicant *Tertiam partem*: quibus continetur, loco suo insertus , *De Immaculata Conceptione B. Virginis* tractatus, seorsim excusus. Hispali 1617. 4.

DIDACUS GRANADO MALDONADO , scripsit:

Arte de Cocina a usanza Española , Italiana , y Tudesca. Matriti apud Alphonsum Martin 1609. Ilerdæ apud Ludovicum Manescal 1614.

F. DIDACUS O GRANDE , Lusitanus, ordinis Eremitarum S. Augustini , reliquisse dicitur in bibliotheca domus Brigantinæ librum moralis doctrinæ sic inscriptum:

Dos Boös costumes : duabus partibus. Prior *Do Remedio contra os sette Pecados* : posterior *Dos tres estados* tractant. Cardosus.

DIDACUS DE GUALDO , scripsit.

Arte de la Lengua Aimara con una sylva de Frasis de la mesma lengua , y su declaracion en Romance. In urbe Chicaito 1612. 8.

D. DIDACUS DE GUEVARA , nobilis vir , Ambrosii de Morales carus auditor, poetica facultate floruit , juvenis tamen præreptus e vita magnum sui desiderium reliquit. Extat ab eo:

Epithalamium in Nuptiis Philippi II. Hispaniæ Regis , & Isabellæ Valesiæ.

Vide Andream Scotum in *Bibliotheca*.

DIDACUS GUILLEN DE AVILA, cum ad familiam reverendissimi (sic ferebat ævi illius appellatio) cardinalis Ursini pertineret Romæ , canonicumque apud nos sacerdotium Palentinæ ecclesiæ adeptus jam esset , ante annum orbis redempti MD. scribe-

bebat carmine non ineleganti , eoque metri genere quod nos *Coplas de arte mayor* vocamus:

Panegyrico en alabanza de la mas Catolica Princesa , y mas gloriosa Reyna de todas las Reynas la Reyna Doña Isabel nuestra Señora. Item:

Obra compuesta en loor del Reverendisimo Señor D. Alonso Carrillo Arzobispo de Toledo : jussu alterius Alphonsi Pampilonensis præsulis , Toletanique illius nepotis. Pinciæ typis Didaci Gumiel 1509. in folio.

Hoc eodem nostro interprete Hispanus factus est:

Julio Frontino de los consejos , y exemplos militares : ad Petrum Velascum , Hari comitem. Salmanticæ Laurentii Homodei typis 1516. in 4.

DIDACUS DE GURREA , ecclesiæ Cæsaraugustanæ portionarius , atque ex eis unus qui confessiones pœnitentium in ea excipiunt , edidit pia quædam , nempe:

Manual de Confesores.

Consuelo de Afligidos.

Aliaque , referente sodali ejus Vincentio Blasco in *Historiis Aragonensibus.*

DIDACUS DE GURREA , si diversus est ab alio cognomine jam laudato , cum excellentissimi D. Ludovici Fernandez Folch de Cardona , ducis Cardonensis filii primogeniti , magister esset , edidit:

Arte de enseñar hijos de Principes , y Señores. Ilerdæ 1624. 8.

DIDACUS GUTIERREZ , edidit:

Americæ Tabulam : ut legitur in *Epitome Gesnerianæ Bibliothecæ.* Antuerpiæ edita fuit ab Hieronymo Coch. Laudat Ortelius.

DIDACUS GUTIERREZ DE SALINAS , patria ex oppido Brihuega regni Toletani , frugi libellum *De Re rustica* in vulgus emisit : in quo illud non vulgare est , initio libri justum ac solemne plurium testium examen , ex decreto supremi Castellæ senatus, habitum ab auctore ipso pro examinandis agriculturæ præceptis quibusdam parum notis a se in hoc libello traditis, appositum extare , optimo quidem illius consilio ne in dubium res aliquando verteretur , quam fides publica neutiquam roboraret. Titulus libri talis est:

Discursos del pan , y del vino : editi prius Compluti apud Justum Sanchez 1600. 4. Deinde in compendium redacti , una cum Gabrielis Alphonsi de Herrera aliorumque *de Agricultura* scriptorum operibus , Matriti anno 1620. folio.

F. DIDACUS DE GUZMAN , Salmantinus , ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum , commissarius (nam sic vocant) & generalis vicarius familiæ suæ in Hispaniarum provinciis , Garciæ Loaisæ , V. C. Philippi Principis magistro , quem Toletana post ecclesia præsulem vidit , nuncupatum opus foras emisit:

De la excelencia del Sacrificio de la Ley evangelica. Matriti apud Philippum Juntam 1599. in 4. cum prævium aliud , in Bætica visitatorem agens , edidisset ejusdem argumenti sic inscriptum : *De las ceremonias del rezado de la Misa.* 1594. Tribui etiam video ei a domesticis:

Salutares Constitutiones ad Regulæ sui ordinis explanationem , ac ejus Cæremoniale.

Obiit Salmanticæ.

D. DIDACUS DE GUZMAN , Abulensis origine , Ocaniæ tamen in Olcadibus Petro de Guzman & Mencia de Benavides parentibus nobilissimis ortus , Toletanæ almæ sedis canonicus , atque in supremo tuendæ Fidei concilio senator , Philippi III. & Philippi IV. potentissimorum Regum protomystes, atque eleemosynarius ut vocant major , Indiarum patriarcha , Tyriusque antistes , Regiam serenissimarum Infantum Annæ Mariæ Margaritæque juventutem formavit præceptor , atque item Cruciatæ (sic audit) magistratus , qui de rebus ad indulgentiam Cruciatæ bullæ pertinentibus pro conficiendo sacro bello impetratæ olim a Pontificibus judicat , summus præfectus fuit. Archiepiscopus deinde Hispalensis almæ ecclesiæ anno MDCXXVI. creatus , quadriennio exacto galerum ab Urbano VIII. Pontifice Maximo, purpuratorum patrum insigne , accepit dum Mariam , Philippi Regis IV. sororem , ad Ferdinandi Romanorum & Ungarorum Regis, atque ejusdem conjugis domum per Italiæ fines ducit ; sed brevi mors eum Anconæ oppressit. Scripserat olim:

Vida , y muerte de Doña Margarita de Austria Reyna de España. Matriti 1617. 4. Quæ quidem & Belgice prodiit a Gerardo Zoes Amersfortensi S. I. sacerdote conversa.

DIDACUS DE GUZMAN , Hispalensis, presbyter Societatis Jesu , edidit:

De Imagenes , y breves meditaciones de Nuestra Señora. Granatæ apud Sebastianum de Mena 1603. 4.

F. DIDACUS DE HAEDO , ex valle de Carranza montanæ Burgensis provinciæ oriundus , Benedictinus sodalis , dedit in lucem:

Topografia , y Historia general de Argel. Pin-

Pinciæ 1612. in folio apud Didacum Fernandez. Ex cujus Hiſpanico dedit Latine *Martyres Argelenſes* Joannes Baptiſta Gramaye, Antuerpianus.

D. DIDACUS DE HAEDO ET GALLART, ſcripſit:

Viage, ſuceſos, y guerras del Infante Cardenal D. Fernando de Auſtria deſde XII. de Abril de MDCXXXII. haſta XXI. de Septiembre de MDCXXXVI. Matriti 1637. 4.

DIDACUS HENRIQUEZ DE SALAS, Franciſci Toleti, Sanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalis, Latinum opus vulgare fecit, nempe:

La inſtruccion de Sacerdotes, y Suma de caſos de conciencia con las addiciones, y annotaciones de Andres Victorello. Hanc recognovit verſionem correxitque Joannes de Salas (forte cognati hominis laborem) is qui inter Jeſuitas non obſcurus vixit, quæ Pinciæ prodiit in folio anno 1619.

D. DIDACUS HENRIQUEZ DE VILLEGAS, Luſitanus, Oliſiponenſis, ſacræ Jeſu Chriſti militiæ eques, & ut vocant commendatarius, Matriti agens edidit militaria & moralia quædam. Nempe prioris generis:

Levas de la gente de guerra; ſu empleo en todas facciones militares. Matriti apud Carolum Sanchez Bravo 1647. 4.

Aula militar, y politicas ideas deducidas de las acciones de C. Julio Ceſar executadas en las guerras de la Galia, civiles, de Alexandria, de Africa, de Eſpaña: ad Philippum Hiſpanum Regem IV. Matriti apud Julianum de Paredes 1649. 8.

Elementos militares. Matriti 1647.

Academia de fortificacion de plazas, y nuevo modo de fortificar una plaza real, diferente en todo de los demas que eſcrivieron eſta arte. Ibidem 1651.

Moralia vero:

El Advertido. Matriti in domo Dominici Garciæ 1653. 16.

El Sabio en ſu retiro. Ibidem in 16.

El Principe en la idea. Ibidem 1656. in 4.

DIDACUS DE HERMOSILLA, Carolo Cæſari, atque Hiſpaniarum Regi a ſacris, reliquit opus in ſchedis MSS. hac nuncupatione:

Dialogo entre Medrano Page, y Juan de Jorza mercader, de la vida, y tratamiento de los Pages de Palacio, y del galardon de ſus ſervicios. Anno 1543. in folio. Vidit D. Thomas Tamajus.

Tom. I.

DIDACUS HERNANDEZ DE MENDOZA, Matritenſis civis, Catholicorum Regum tempore ſcripſit:

Nobiliario de los linages de Caſtilla. Qui MS. abſque ſui auctoris nomine primum ambulabat liber per manus curioſorum; ſed Ambroſius Morales vidit autographum ipſius auctoris, docuitque de re alios in *Diſcurſu de Genealogia Sancti Dominici*, deindeque proprio ipſius nomine appoſito laudaverunt genealogicum hoc opus Gundiſalvus Argote de Molina in *Nobilitatis Bæticæ* volumine, atque Ægidius Gonzalez Davila de *Magnalibus Matritenſibus* pag. 201. MS. extat in bibliotheca quæ fuit comitis de Villaumbroſa. Hic pertinet ad priorem Partem. Vixit enim ante annum 1500.

F. DIDACUS DE HERRERA, Hieronymianus monachus ex ſodali togato Bartholomæani ampliſſimi apud Salmanticenſes collegii, ea viguiſſe memoria dicitur ut & *Paulinas* omnes *epiſtolas*, ac S. Thomæ Aquinatis ſummam Theologicam integram recitare ex tempore poſſet, ſcripſiſſeque:

Gloſſam, ſeu declarationem libri Boetii de Conſolatione Philoſophiæ.

Gloſſam ſuper Ariſtotelis Metaphyſicorum libros. Auctores ſunt Hieronymus de la Vega, & Joſephus de Siguenza in hujus ordinis *Hiſtoriis*: prior lib. II. cap. XXIII. & poſterior lib. I. cap. XLVI. & lib. II. cap. XXIII.

F. DIDACUS DE HOJEDA, Hiſpalenſis, Dominicanus, ſacræ theologiæ magiſter, Limæ Peruani regni, quo puer delatus ſacro inſtituto nomen dederat, ſtudiorum in cœnobio Sancti Dominici, poſtquam diu philoſophiam ac theologiam docuiſſet, præfectus, cecinit pie & eleganter admodum, luculenteque:

La Chriſtiada, ſive de vita Chriſti poema octoadibus compoſitum, XII. libris. Hiſpali apud Didacum Perez 1611. 4.

Obiit in ſua Limenſi provincia eximiarum vitæ Chriſtianæ dotum exiſtimatione ad poſteros clarus.

DIDACUS HOMEM, Luſitanus, auctor laudatur:

Europæ navigationis cujuſdam Deſcriptionis Latinæ. Anno MDLXIX. Cardoſus.

F. DIDACUS DE HOROZCO, Dominicanorum ſodalis in Segovienſi urbe cooptatus, propter doctrinæ ac pietatis meritum ſuſcepit a Philippo Hiſpaniarum Rege II. viſitandi Sanctiſſimæ Trinitatis religioſum ordinem delegatam Summi Pontificis curam,

Oo do-

domique munus vicarii generalis adminiſtravit. Opera hæc reliquit:

Sermones Quadrageſimales, & Dominicales per annum.

Vernacule autem:

Sermones de nueſtra Señora.

Floruit circa annum MDLXX. Sed quia totidem hujus argumenti opera tribuuntur Alphonſo de Horozco, Auguſtiniano, utriuſque familiæ viris diligentibus diſceptandum remittimus cuinam eorum tribui debeant.

D. DIDACUS HURTADO DE MENDOZA, Eneci Tendillæ comitis, ejuſdemque Mondexarenſis marchionis, inclyti Granatenſis ultimi adverſus Mauros belli ducis, & Joannæ Paciecæ filius; Ludovici majoris natu ac familiæ principis, Franciſci Giennenſis epiſcopi, Bernardini triremium Hiſpanicarum præfecti, Antoniique utriuſque Americæ proregis germanus frater; ſorore & femina præſtantiſſima felix, cujus *militaria facinora cum audimus* (Paulus ait Manutius ad Didacum noſtrum ejus fratrem in *Philoſophiam Ciceronis* præfatus) *cuivis eam noſtræ ætatis viro animi magnitudine comparamus; cum autem ea, quæ ſcripſit, legimus vel antiquis ſcriptoribus ingenii præſtantia ſimillimam judicamus.* Hæc non eſt Menzia illa Zenetenſis marchioniſſa, principiſque Calabriæ uxor, cujus doctrinam Vives & Matamorus mire extollunt, in quo Andreas Scotus feminas Hiſpaniæ illuſtres laudans hallucinatus fuit; ſed vel Maria, quam Antonius Hurtadus Mendozius, comes Montisacuti, alterave, quam Joannes Padilla Toletanus, uxores habuerunt. Patria fuit Didacus ex urbe Granata ut vulgo creditur, etſi Toleti videatur natus Thomæ Tamajo, quod in *Elogiis MSS. virorum illuſtrium Carpetanorum* argumentis confirmare ſe alicubi ait. Granatæ quidem Salmanticæque tribus linguis Latina, Græca & Arabica excultus accurate, necnon & juris utriuſque notitiam edoctus, ætate jam bello maturus in Italiam venit, ad bellica, ut nobilem virum ſub bellicoſiſſimo decebat Principe Carolo Auguſto, ſubeunda diſcrimina, muniaque gerenda. Quæ vere is, ut alter Scipio, ſic tractavit ut militiæ intervalla fructuoſiſſimo diſpungeret otio, ſemperque inter arma ac ſtudia verſatus (quod de Romano illo ait Paterculus) aut corpus periculis, aut animum diſciplinis exerceret. Per hibernas etenim bellorum intermiſſiones vel Romam, vel Patavium, vel aliam Italiæ academiam contendens philoſophos & mathematicos avide audire ſolebat, atque inter alios Patavii Auguſtinum Niphum & Joannem Monteſdocam Hiſpalenſem, in philoſophia clariſſimos, ſic ſtudiis animum imbibens ut non minus belli & pacis artium gnarus quam totius eruditionis compos evaſerit, vulgoque exiſtimatus ſit. Porro his dotibus ornatum publicis aliquando negotiis tractandis applicuit Cæſar, ejuſque in legationum officiis eloquentia, prudentiaque & induſtria, cum apud Venetos, interimque in magna ſynodo ſub Paulo III. Tridenti coacta, deinde Romæ apud Papam ipſum uſus eſt feliciſſime. Quo ultimo dum diſtringitur munere, Senarum quoque gubernatorem, armorumque per Tuſciam præfectum pro Carolo geſſit: cujus in hac legatione adminiſtranda rebus geſtis pleni ſunt omnes Auguſtæ ejuſdem Caroli hiſtoriæ commentarii. Sub Philippo II. non minimam reipublicæ aut faciliorem partem geſiſſe eum, cum Regi a conſiliis fuerit ſtatus, ex monumentis ævi illius conſtat; ſub hoc enim Rege alios viginti annos ſuperſtes fuit, virtutibuſque inſignibus floruit uſque ad ejuſdem ſæculi ſeptuageſimum quintum. Viris ſane ætatis ſuæ in literaria re principibus magno in pretio ſemper fuit, quaſique alter ſtudioſorum Mœcenas. Græcanica præcipue ſtudia, dum Venetiis ageret, ardenter promovit. Multa quippe, nondum viſa in Europa hac noſtra, antiquorum auctorum, in hiſque aliqua Sanctorum Baſilii Magni, Gregorii Nazianzeni, Cyrilli Alexandrini, necnon & Archimedis, Heronis, Appiani monumenta e Græciæ ipſius latebris, avariſſimorumque poſſeſſorum manibus abſtulit. Nimirum pro cariſſimo Turcarum magno Imperatori Solimano capite, quem ab iis qui in poteſtate habebant non parvo ære redemerat liberumque dimiſerat, non aliam oblatæ ab illo Principe gratitudinis ſignificationem admittere voluit quam quod Venetis liberum eſſet a Turcarum ditione grana, quorum indigebant, petere, librorumque aliquot Græcorum ſibi ut eſſe liceret compos: quod utrumque impetravit facile, ſex non minus arcis librorum manuſcriptorum, theſauro quovis pretioſiorum, plenis Solimani dono e poteſtate barbarorum recuperatis. Plures alios Græcos codices e Beſarionis cardinalis aliorumque bibliothecis, opera in eo uſus Arnoldi Arlenii Græce doctiſſimi, magna impenſa excribi curavit. In bibliotheca Ambroſiana Mediolanenſi libellus extat ſive catalogus MS. librorum Græcorum, quos ille ſibi undique excribi fecerat. Necnon Nicolaum Sophianum Corcyrenſem, eum cujus *Græciæ Tabula*, notæque ad eam Nicolai Gerbellii extant, Theſſaliam uſque miſit, atque Athon montem ad conquirenda & deſcribenda clariſſimorum auctorum monumenta & opera, quod in quadam epiſtola Joannis Metelli ad Antonium Auguſtinum MS. memini me legiſ-

giſſe. Tota hæc librorum moles, a Geſnero etiam in *Bibliotheca* ſua laudata, Didaci ut fama eſt legato ceſſit Catholico Regi ad ornatum Eſcurialenſis bibliothecæ, in qua hodie aſſervantur. Geographiam quoque exquiſite compertam habuit, multoque ingenio & judicio, Ambroſii Moralis teſtimonio, veterum Hiſpaniæ locorum vocabula & ſitus inveſtigabat, adjumento uſus exoticarum, quas ſic intime callebat, linguarum. Nec philoſophus tantum hiſtoricus & politicus fuit non vulgaris, ſed & inter ævi ſui poetas, qui vernaculo carmine delectabantur, nulli ſecundus: egregius quippe erat, quod ea nobilitate virum ſumme decuit, patrii ſermonis atque eloquentiæ promotor & admirator. Ceterum duo tantum ab eo extare monumenta, quæ palam profiteantur hunc parentem, haud leviter dolendum eſt, alterum nempe hiſtoricæ, alterum poeticæ artis, ſcilicet hiſtoricum hoc argumento & titulo:

Guerra de Granada hecha por el Rey de Eſpaña D. Felipe II. contra los Moriſcos de aquel reino ſus rebeldes: Salluſtii Jugurtino Catilinarioque, aut veterum cuicumque alii comparandum. Certe hæc hiſtoria in ſchedis MSS. diu curſitavit per omnium manus, ſcriniaque aliorum, Jacobi præcipue Bledæ *Hiſtoriæ Mauriſcorum* ſcriptoris, ditavit; demum in lucem prodiit Ludovici Tribaldi Regii chronographi opera, Matriti 1610. in 4. Deinde Oliſipone apud Craesbek 1627. Ex quatuor libris finem tertii, quem mutilum deprehenderat, elegantiſſime ſupplevit D. Joannes Silva, Portalegrenſis comes, vere purpuram auctoris purpuræ attexens. Laudat commentaria hæc adhuc inedita Abrahamus Ortelius in *Theſauro Geographico* verbo *Munda*, quæ ait *ex Hiſpano Latina facit vir clariſſimus Adrianus a Maerſelare, patricius Antuerpienſis.*

Rhythmicum vero excuſum fuit cura Joannis Diaz Hidalgo, Melitenſis ordinis presbyteri, Regiique cappellani, ſic inſcriptum:

Obras del inſigne Cavallero D. Diego de Mendoza. Matriti 1610. in 4. Regnat is quidem meo judicio in octo-ſyllabis verſibus noſtræ gentis propriis, ejus in primis metri, quod *Redondillas* & *Quintillas*, quatuor ſcilicet & quinque verſuum compoſitionem, vocamus. Acumen certe ubique, atque urbanitatem non vulgarem, doctrinæque oſtendit multa lumina, vetereſque paſſim imitatur. Ludicris autem & ſatyricis, quæ plura erant, editor prudenter abſtinuit, ne hujus famæ & dignitatis viri nomine palam legerentur. Audio quoque in Italia prodiiſſe olim hoc verſuum ſyſtema.

In editione nupera Tridentini concilii, a Philippo Labbeo procurata & adornata, legitur columna 292.

Oratio ejus, habita Tridenti ad patres ibi congregatos cum primum eo, Caroli Cæſaris legatus, ex Venetiarum urbe appulit. Incipit *Superiore anno* &c.

Tribuitur etiam noſtro, juvenilis ætatis, ingenio tamen ac feſtivitate plenus, quem Salmanticæ elucubraſſe dicitur, libellus, ſcilicet:

Lazarillo de Tormes indigitatus: qui excuſus extat Tarracone 1586. Pinciæque apud Ludovicum Sanchez 1603. in 16. Italice hic idem prodiit hoc titulo *Il Picariglio Caſtigliano*, Barezzo Barezzi interprete ex ſecunda editione, Venetiis apud eumdem Barezzium 1622. in 8. Deinde 1626. Et cum adjectione ſecundæ partis, quam Barezzius appendit 1635. Atque item Germanice & Gallice in 12. Quamvis non deſit qui Joannem de Ortega, Hieronymianum monachum, hujus auctorem aſſerat, Joſephus videlicet Seguntinus in ejus ordinis hiſtoriæ lib. I. cap. XXXV.

Manuſcripta latent in bibliothecis:

Paraphraſis in totum Ariſtotelem (quod opus ei *Geſnerianæ epitomes* auctor attribuit) Hiſpanica forſan; videntur enim quodammodo id indicare Paulli Manutii verba hæc quæ ſequuntur ex præfatione jam laudata: *Aliam tu ornandæ atque amplificandæ patriæ tuæ rationem inviſti. Profers enim, quantum in te eſt, Hiſpanicæ linguæ terminos, & ut ea non ſolum verbis & nominibus, ſed etiam rebus & ſcientiis per te locupletata, ab exteris nationibus appetatur ingenio doctrinaque conſequeris.* Hæc ille. Cujus quidem paraphraſis aliqua portio eſt:

La Mechanica de Ariſtoteles traducida de Griego en Caſtellano por D. Diego de Mendoza, dedicada al Duque de Alva. Quo titulo dignoſcebatur in *Bibliotheca Antonii Auguſtini*, viſiturque hodie in Regia Eſcurialenſi, ut ex catalogis earum ſcio. Forte & huc pertinent:

Commentarii Politici: quos MSS. eſſe apud Lucam Torrium amicum ſuum docet in *Bibliotheca Eccleſiaſtica* de noſtro loquens Aubertus Miræus.

Deſcripſit quoque:

La conquiſta de la Ciudad de Tunez: cui expeditioni interfuiſſe dicitur. Geſneri *Epitome.* Forte et:

La Batalla naval, eſcrita al fin de la Guerra de Granada por D. Diego de Mendoza. Nam hujus inſcriptionis liber in catalogo apparet Olivarienſis bibliothecæ, quem Romæ in Barberina vidimus.

Denatum fuiſſe virum hunc clariſſimum anno MDLXXV. Aubertus idem Miræus docet, quem & ſumma quaque laude ornant &

& prosequuntur plures magni viri æquales, Lazarus Bonamicus in *Epistola* quadam metrica in *Delitiis Poetarum Italorum* legenda, Paulus Manutius jam laudatus, Ambrosius Morales in nuncupatoria ad eum epistola *Antiquitatum Hispaniæ*. Præterea ad Didacum nostrum extat sanctissimæ Christi sponsæ Theresiæ a Jesu epistola quædam, inter alias non dudum edita, XI. nempe partis primæ.

F. DIDACUS IZQUIERDO, Franciscanus Observantiæ Regularis, lector emeritus, provinciæque Burgensis, uti domesticum verbum sonat, diffinitor, publicavit:

Trilogicum Eucharisticum continens succincte morale, scholasticum, & mysticum Eucharistiæ, ut Sacramentum est. Pampelone 1650. in 8.

F. DIDACUS A JESU, Hieronymianus, ex Lusitania ut credo, edidit:

Memoriale ordinis S. Hieronymi: quod laudat Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano* prima Martii & XVI. ejusdem pag. 197. & XXXI. ejusdem pag. 374. Diversum videtur ab isto quod idem Cardosus laudat die XXX. Maii lit. e. scilicet inscriptum:

Os ferculos da orden de S. Hieronymo en Portugal.

F. DIDACUS A JESU MARIA, natus in Civitateregali, Carmelita Excalceatus, domui Guadalaxarensi præerat scribens de rebus patriis:

Historia de la Imagen de Nuestra Señora de Prado de Ciudad-real. Matriti 1650. in 4. Idem ut credimus scripsit:

Desierto de Bolarque de Carmelitas de la Reforma. Ibidem 1651. 4.

F. DIDACUS A JESU MARIA, nescio cujus religiosæ familiæ sodalis, auctor fertur libri sic inscripti:

Monte de piedad, y Concordia espiritual. Hispali 1635. in 16.

F. DIDACUS A JESU, olim SALABLANCA, Pincianus, alias ex relatione domestica Granatensis, ex Carmeli reformatione, concionandi arte admodum clarus, atque in academia Complutensi plurium annorum professor celebris, scripsit:

Commentaria cum disputationibus, & quæstionibus in universam Aristotelis Logicam. Matriti 1608. 4. Hæc tantum prodierunt ex quatuor integris voluminibus, quæ in philosophiam & metaphysicam absolverat.

Annotationes a las obras del Venerable Padre F. Juan de la Cruz. Diu post ejus mortem D. Martinus de Ugalde versus ejus quam plures sacros a se collectos edi curavit, sed hoc titulo:

Conceptos espirituales. Matriti 1668.

Denatus est anno MDCXXI. cum esset ordinis diffinitor generalis.

F. DIDACUS A S. JOSEPHO, Benedictinus, in Montisserrati sacra & venerabili æde religionem professus, in gymnasio autem seu collegio Hiraciensi sodalis, publici juris fecit:

Manual Eclesiastico, y Ceremonial de la Misa, y Oficio divino, conforme a las reglas, y rubricas del Misal, y Breviario Romano, y Ceremonial de los Obispos. Pampelone 1633. in 8.

F. DIDACUS DE SANCTO JOSEPHO, Pincianus, Carmelita ex Reformatorum secta, publicavit:

La Historia de las fiestas que las Ciudades de España hicieron en la Beatificacion de Santa Teresa de Jesus año de MDCXIV. Matriti 1615. 4.

Musicæ atque pictoriæ artium laude insignem fuisse affirmant qui de eo referunt.

Obiit anno MDCXXI.

DIDACUS JOSEPHUS DORMER, Cæsaraugustanus, capitularis uti se vocat paræcialis ecclesiæ S. Pauli ejusdem urbis, & rector ecclesiæ de Xuvierre, deinde in Oscensi ecclesia archidiaconus Suprarbiensis, adversus eos qui Laurentii martyris patriam urbem Valentiam asserunt pro Aragoniæ urbe Osca depugnavit scripto, maxime adversus Joannem Baptistam Ballester, archidiaconum de Morviedro in ecclesia metropolitana Valentina. Hujus libri titulus:

S. Lorenzo defendido en la siempre vencedora, y nobilisima Ciudad de Huesca contra el incierto dictamen con que le pretende de nuevo por natural de la de Valencia el Doctor D. Juan Bautista Ballester &c. Cæsaraugustæ apud Didacum Dormer 1673. in 4. Factus inde chronographus tum Regius Aragonicarum rerum, tum ejusdem regni, emissit in lucem dum Annales Aragonenses adornat:

Inscripciones Latinas a los Retratos de los Reyes de Sobrarbe, Condes antiguos, y Reyes de Aragon &c. traducidas en vulgar, y escoliadas. Cæsaraugustæ apud heredes Didaci Dormer 1680. in 4.

DIDACUS LAYNEZ, natus in oppido Veteris Castellæ Almazan, secundus post Ignatium auctorem Jesuiticæ religiosæ sodalitatis generalis præfectus, quam per octo annos & amplius rexit, summeque ampliavit. Summus fu t theologus, sanctimonia, prudentia,

tia, suavitate morum, ceterisque naturæ dotibus veluti ad unguem factus: de quo adeas rogo *Societatis Bibliothecæ* auctorem, qui res ejus gestas in compendium redegit, tribuens quidem nostro aliqua, vel imperfecta vel deperdita, nempe: *De Providentia* lib. III. *Prolegomenon in universam Scripturam* lib. I. *De Trinitate* lib. III. *De Cambiis. De Usuris. De Pluralitate beneficiorum. De fuco, & ornatu mulierum. De Regno Dei. De Usu Calicis. Indicem*que *illustrium sententiarum* ex variis auctoribus. Scio in bibliotheca Ambrosiana Mediolani asservari manu exaratam:

Summam eorum, quæ per Jacobum Lainez Societatis Jesu e suggestu proposita sunt populo Genuensi circa mercatorum frequentiora negotia. Forte idem cum *De Cambiis* opere.

Extat quoque ejus ait Alegambius:

Commentariolus, ne templa Hæreticis concedantur: in colloquio Poissiaco in Gallia scriptus.

Oratio item quam ibidem habuit: relata a Sachino tomo secundo *Historiæ Societatis* libro VI. num. 32. & lib. V. num. 201. Necnon ex Hispanico auctoris:

Epistola ad Patres, qui in India essent: apud eumdem Sachinum lib. II. num. 188. Denique:

Tabella brevis pro Concionatorum instructione: adducta a Possevino in *Bibliothecæ sacræ* lib. V. cap. XLI.

Doctrinam dogmataque Tridentina de Justificatione & Gratia, itemque de Sacramento Ordinis formasse fertur.

Obiit XIX. Januarii MDLXV. ætatis suæ LIII. Frequens quidem hujus magni viri mentio in *Historia Concilii Tridentini.*

DIDACUS DE LEDESMA, Cuellarensis, Lovanii ad Societatis Jesu religiosum ordinem venit XXXII. annis natus, literisque sacris & profanis non leviter instructus. Romæ studiis præfuit in collegio, Thomamque Angelicum explicuit, & quidquid cum hæreticis controverti solet: vir doctrinæ & pietatis nomine valde celebratus in Sachini *Historia* lib. I. cap. IX. Scripsit:

De Divinis Scripturis quavis passim lingua non legendis: simul & de Sacrificio Missæ, cæterisque officiis in Ecclesia Christi Hebræa tantum, Græca, aut Latina lingua celebrandis. Coloniæ apud Maternum Cholinum 1570. in 8. Apud Geminum Calenium 1574. Ibidem tertio 1597. in 8.

Doctrinam Christianam: Hispanice. Et:

De modo catechizandi, Italice: quem librum Vincentius Castariola in linguam Græcam transtulit. Prodiit ille Romæ 1573. hæc vero translatio ibidem 1594.

Grammaticas Institutiones. Venetiis 1569. in 8. Item pro majori discentium profectu:

Sintaxim pleniorem ad sermonis elegantiam comparandam. Venetiis in 8. editam a Michaele Tramezino.

Tabellam brevem totius Summæ Theologiæ Sancti Thomæ: quam exhibet Possevinus lib. III. *Bibliothecæ* cap. VII.

MSS. relicta hæc sunt, Alegambii testimonio, *De Dialectica* lib. I. *Ethices, sive Philosophiæ ac Theologiæ de moribus* volumen unum: *Controversiarum contra Hæreticos*, aliud. In bibliotheca certe Barberina vidimus *Compendium casuum conscientiæ.* MS. Fuit & in bibliotheca Jacobi Philippi Thomasini Patavii, teste eodem in *Bibliotheca* Pokok MS. pag. 130.

Denatus est anno MDLXXV. ætatis plus minus LV. aut LVI.

F. DIDACUS DE LEMOS, Lusitanus, doctor theologus, ordinis fratrum Prædicatorum in Benficæ monasterio, quod Ulisiponem prope est, Lusitana lingua descripsit:

Vitam Sancti Dominici. Anno 1524.

Vitam S. Catharinæ Senensis.

DIDACUS DE LEON, scripsit:

Explicacion del Genero, y Supinos del Maestro Antonio. Pinciæ 1612. in 8.

F. DIDACUS DE LEON, Utrariensis, ordinis Carmelitarum, cujus domum Hispalensem forte & alias rexit, sacræ theologiæ magister, insigniter doctus audit a domesticis, ac trium linguarum Latinæ, Græcæque & Hebraicæ peritus. Interfuit episcopus Colimbriensis (hoc est titularis, die II. Octobris anno MDLX. creatus, non Columbricensis aut Columbriensis) concilio Tridentino, qua dignitatis appellatione eum vocat inter alios catalogus eorum qui eidem sacro concilio interfuerunt, ac Rodericus Caro civem suum laudans in *Notis ad Dextri Chronicon* fol. LXXVIII. Scotusque in *Bibliotheca.* Quomodo enim jam diximus habent Acta Consistorialia Pii IV. istius anni. Extare in cœnobio Hispalensi audio hujus auctoris, quæ tribuunt ei Petrus Lucius & Didacus Coria:

Super IV. libros Sententiarum commentaria.

De Arte grammatica Hebræa lib. I.

Triadem orationum in Concilio Tridentino habitarum: quæ quidem minime conspiciuntur inter Orationes Tridentinas primum Lovanii, ac demum Parisiis anno 1667. cura Labbei editas. Unius tantum ab eo habitæ XX. Januarii MDLXII. *Speculi Carmelitici* nuperus auctor meminit parte V. lib. III. pag. 918.

Disputationum in eodem lib. I.

De-

Deceſſit Hiſpali anno MDLXXXIX.

DIDACUS LOPEZ, domo ex oppido Valencia de Alcantara provinciæ Extremaduræ, plures annos Taurinæ urbis juventutem literis Latinis excoluit, poſtquam Emeritæque Ulmetique, ac neſcio an alibi, munus idem docendi exercuiſſet. Tauri commorabatur adhuc literis operam dans, publicoque ſtipendio primorum civium pueros inſtituens domi, anno ſuperiore MDCLII. Scripſit partim gerens interpretis, partim auctoris munus:

Aulo Perſio Flaco traducido en lengua Caſtellana con declaracion magiſtral. Burgis 1609. 8. apud Joannem Baptiſtam Vareſium.

Las obras de Virgilio traducidas en proſa Caſtellana. Pinciæ 1601. 4. Matritique apud Cueſtam 1614. 4.

Los nueve libros de los exemplos, y virtudes morales de Valerio Maximo, traducidos, y comentados. Hiſpali 1631. 4.

Emblemas de Alciato con la explicacion del Autor. Naxeræ apud Joannem Mongaſton 1615. 4. Valentiæque apud Hieronymum Vilagraſſa 1655. 4.

Declaracion magiſtral ſobre las Satyras de Juvenal. Matriti apud Didacum Diaz de la Carrera 1642. in 4.

Comento en defenſa del lib. IV. de la Arte Grammatica de Antonio. Apud Antoniam Ramirez Salmanticæ 1610. 8. Et Matriti 1652. Item Latine:

Mopſum Eclogam in obitu Franciſci Sancii Brocenſis.

DIDACUS LOPEZ, Hiſpali commorabatur cum edidit, juventuti conſulens:

Conſtruccion, y explicacion de las Reglas de generos, y preteritos conforme al Arte de Antonio. Apud Joannem Gomezium de Blas 1640. 8.

Diverſus eſt a ſuperiore illo famæ inter grammaticos celebrioris.

DIDACUS LOPEZ, Bilbilitanus ex Aragoniæ regno, & medicinæ doctor. Scripſit:

In Aboali Abinceni, ſive Avicennæ librum de viribus cordis commentaria.

DIDACUS LOPEZ, Luſitanus, Bringellianus, Jeſuita, doctor ſacræ theologiæ Eborenſis, & in hac academia primarius ſcholaſticæ primum, deinde expoſitivæ ut vocant interpres, academiæque cancellarius, ſcripſit:

Harmoniam Scripturæ divinæ emodulantem actiones laudabiles, vel vituperabiles virorum, & fæminarum antiquo aut novo Teſtamento relatas, expoſitas ad mores a XXIV. Doctoribus per ſonos alphabetico ordine diſpoſitos, indicantes virorum ac fæminarum nomina cum conceptibus, ſeu concentibus propriis auctoris. Pariſiis apud Sebaſtianum Cramoyſi in folio. Forte idem eſt Jacobus Lopez Rebello, cujus nomen præfert tractatus ita inſcriptus:

Fructus Sacramenti Pœnitentiæ. Pariſiis ſimiliter editus 1602. 8.

DIDACUS LOPEZ, Zafrenſis, unus e primis Societatis Jeſu presbyteris, qui in Hiſpaniam Novam ſeu Americam transfretaverunt, ſcripſit:

Menſam ſpiritualium ciborum, tum e Sacra Scriptura, tum e Sanctorum Patrum interpretatione ſelectorum pro divini verbi concionatoribus. Lugduni apud Horatium Cardon 1614. in folio.

Diem ſuum obiit in collegio Mexicanæ urbis, cum præfuiſſet huic & Angelopolitano, & aliis collegiis, necnon & domui profeſſæ Mexicanæ, XXXI. Octobris MDCXV. ætatis ſuæ LXXI.

DIDACUS LOPEZ, Luſitanus, ex oppido Penamacor, doctor medicus, ſcripſiſſe dicitur:

Dos Elementos, hoc eſt, de Elementis tractatum. Oliſipone 1600.

F. DIDACUS LOPEZ DE ANDRADA, Luſitanus, Uliſiponenſis, ordinis Eremitarum D. Auguſtini, quem inter Aragonenſes cooptavit, ingenioſus & eloquens ſi quis alius in concionandi opere, planeque omnium, quos habere ad populum ſermones illa ætas vidit, facile princeps. Diu operatus eſt Matriti Regius eccleſiaſtes, cum admiratione curialium & fructu, ad eum uſque diem quo deſignante Philippo Rege IV. in pontificatum Hydruntinum, anno ſcilicet MDCXXIII. a ſummo eccleſiæ præſule fuit adſumptus. In ea ſede nondum ſexagenarius muneri ſuo inſtans, diem ſuum obiit. Vulgaverat is Caſtellæ proprio idiomate, atque eo caſtiſſimo:

Tratados ſobre los Evangelios de la Quareſma: duobus tomis. Matriti 1615. & 1617. 4. apud Alphonſum Martinum. Et Pampelone 1620. in 4.

Tratados ſobre los Evangelios que ſe dicen en las feſtividades de los Santos. Matriti anno 1622. in 4. & Barcinone eodem anno. Quos hodieque e manibus doctorum hominum magna hæc vis *Sermonum*, *Homiliarum*, atque *Diſcurſuum eccleſiaſticorum*, ad hunc uſque diem protuberans, nondum excuſſit.

Sed jam tribus tomis locupletiora hæc omnia dedit Matritenſis typographia Gregorii Roderici anno 1656. in folio: quorum primus

mus eſt *de Quadrageſima*, ſecundus *de Sanctis*, tertius *de Conceptione Immaculata Mariæ Virginis*, qui ultimus tandem prodierat poſtumus anno 1649. Neapoli duabus partibus, Hieronymi fratris ſodalis Carmelitæ induſtria locupletior factus. Georgius Cardoſus tomo III. *Agiologii Luſitani* die XIX. Maii lit. B. Oliſipone natum affirmavit, aliunde tamen habeo patriam ejus fuiſſe Azambuja oppidum, quo venerant ex Uliſipone parentes ejus graſſante hic peſte, quod anno MDLXIX. Portugalliæ peſtilente contingere potuit. Id enim affirmat, quod de patria diximus, frater germanus Didaci epiſcopi Hieronymus de Andrada in ejus vita adhuc inedita.

Obiit ante diem VII. Junii MDCXXXV. quo ei in epiſcopali munere ſucceſſor datus eſt.

DIDACUS LOPEZ DE AYALA, Toletanæ patriæ eccleſiæ canonicus, noſtrum ſermonem vernacule converſis ſcriptorum Italorum quibuſdam opuſculis, & quidem eleganter, locupletavit. Hujus namque imprimis eſt, quamvis prodierit auctore non notato:

El Laberinto de Amor ex Philocoro Joannis Boccacii. Typis mandatus anno 1553. in 4. de quo admonet in præfatione operis proxime laudandi Blaſius de Garay, ſanctæ ejuſdem eccleſiæ portionarius. Item:

Arcadia de Jacobo Sanazaro. Toleti 1547. in 4. apud Joannem de Ayala. Interpretatio hæc non unius Didaci noſtri eſt: nam quidquid oratione adſcripta numeris Sanazaro excidit, hoc totum Didacus Salazar, olim miles centurioque, ac deinde vitam ſectatus eremiticam ingenii acumine vir præſtans, carmine tranſtulit Hiſpano. Hunc editor libelli hujus, is quem ante nominavimus, Blaſius Garay *ſui ſæculi Phœnicem*, tam meditato carmine quam extemporali, proſa item oratione diſertum appellat.

F. DIDACUS LOPEZ DE BARAHONA, ſodalis Redemptorum Sanctiſſimæ Trinitatis in domo Burgenſi, ſcripſit:

Manual de los Religioſos de la Santiſima Trinidad: hoc eſt, Regulæ his præſcriptæ explanationem, privilegiorumque a Sede Pontificia eis conceſſorum uſque ad hoc tempus collectionem. Auctores ſunt domeſtici ſcriptores.

DIDACUS LOPEZ DE CORTEGANA, domo, ut ſuſpicari datur, ex oppido Bætici tractus cognomine, in alma Hiſpalenſi eccleſia ſacerdotium canonicum ac dignitatem archidiaconatus gerens, ineunte ſuperiore ſæculo, fama literarum & imprimis eloquentiæ noſtratis facultate florebat. Ejus namque ſunt ex Latina lingua redditi:

El Aſno de Oro de Lucio Apuleyo. Medinæ Campi per Petrum de Caſtro 1543. folio: quod opus laudat Petrus Nuñez Delgado in quodam carmine, quod inter ejus legitur *Epigrammata.*

El Tratado de la miſeria de los Corteſanos Æneæ Silvii. Atque item alius:

De como ſe quexa la paz Eraſmi Roterodami: ad Didacum Pontium Legionenſem, Arcenſium ducem. Anno 1520.

Hujus viri mentio cum laude fit in nuncupata ei Hiſpanica Ludovici Barthema *Itinerarii* verſione, quam Chriſtophorus de Arcos, Hiſpalenſis eccleſiæ ejuſdem cathedralis curio, in vulgus dedit. Tribuitur quoque ei a D. Petro de la Eſcalera Guevara in libro *De los Monteros de Eſpinoſa* II. parte cap. III. fol. 70.

La Hiſtoria del Rey D. Fernando el Santo.

D. DIDACUS LOPEZ DE HARO, marchio del Carpio, ſcripſiſſe dicitur:

Tratado del linage de Haro. Ejus meminit idem D. Joſephus Pellizer in Memoriali *Por D. Fernando de los Rios* fol. 13. num. 13.

DIDACUS LOPEZ DE LISBOA ET LEON, Luſitanus, in Peruano regno ſcripſit:

Vida de Don Fernando Arias de Ugarte Arzobiſpo que murió de Lima. Limæ 1638.

Pater hic eſt Antonii de Leone, de quo ſupra egimus.

DIDACUS LOPEZ DE TOLEDO, Alcantarenſis eques, & commendatarius ut vocant de Caſtilnovo, Toleti natus, vertit in vernaculam linguam poſt alios interpretes:

Los Comentarios de Julio Ceſar, y de Cayo Hircio, con el argumento de las guerras de Francia, y declaracion para concertar a Ceſar con otros autores. Matriti apud viduam Alphonſi Martin 1621. 4.

Eſt quidem anonymi cujuſdam interpretatio horum commentariorum olim facta, editaque Compluti 1529. folio. Eſt & alia Petri Garſiæ de Olivan, quæ Toleti in lucem fuit emiſſa anno 1570. in 8.

D. DIDACUS LOPEZ DE ZUÑIGA, *Theologus, Latine Græceque doctus, ſacrarum eccleſiaſticarumque hiſtoriarum peritiſſimus, ingenii candidi & ſupra quam credi poteſt urbani, quodque his multo majus erat, innocentiſſimæ vitæ, ſummæque non morum tantum ſed etiam verborum honeſtatis, veri ſi quis unquam amantiſſimus, & perquam egregius pietatis cultor. Qui non malevolentia, ſed*

sed veritatis studio, *scripsisse se in Erasmum moriens non obscure declaravit. Nam cum non pauca collegisset*, *quæ ne in quarta quidem editione Novi Testamenti ab illo conversi probaret*, *mandavit heredibus ne Commentarium*, *quod nondum postrema manu recognoverat*, *evulgarent*, *sed ad illum mitterent ut illis suis laboribus admonitus posset si vellet libros suos emendare* : *nihil tale haud dubie mandaturus*, *si ambitione ductus*, *non studio veritatis*, *eam provinciam suscepisset.* Hæc Joannes Genesius Sepulveda in *Apologia ad Erasmum*, quæ & Andreas Scotus in *Bibliothecam* suam *Hispanam* transcripsit. Refert item in *Epistola I. ad Erasmum* idem Sepulveda esse apud Franciscum Quignonium cardinalem has Stunicæ observationes, scilicet *octoginta* omnino *Annotationes in scholia Erasmi in Hieronymi opera*, & plus centum *in Novi Testamenti conversionem*, *ejusdemque Erasmi adnotationes.* Et in II. *epistola* Franciscum Quignonium tradidisse librum Inacho Mendozæ cardinali Romam appulso, cujus auspiciis decerptæ *annotationes*, & ad Erasmum missæ fuerant : de quibus agit & epistolis III. & IV. Conferenda hæc tamen sunt cum Erasmi epistolis IV. lib. XVI. ad Petrum Barbirium : XV. lib. XX. ad Franciscum Vergaram : XXXIX. ejusdem libri ad cardinalem Sedunensem : I. lib. XXX. ad Hubertum Barlandum, & alias facile colligendas ex indice, qui in editione harum epistolarum postrema Londinensi prostat. Opera ejus quæ reliquit hæc sunt:

Annotationes dictæ *contra Desiderium Erasmum in defensionem translationis Novi Testamenti* : quæ Venetiis prodierunt in folio. Quibus adjungi video:

In Erasmum secundas curas. Item:

Annotationes in Jacobum Fabrum Stapulensem super Epistolas Pauli. Lutetiæ apud Conradum Resch 1522. in folio.

Annotationes in Scholia Erasmi ad S. Hieronymi opera. Quas tribui nostro, ut vidimus, a Sepulveda & aliis scio cum duobus sequentibus:

Enchiridio Religionis. Et:

Assertionibus de Ecclesia. Vidimus nos in bibliothecæ Vaticanæ codice 3912. fol. 97. ejusdem manu exaratum:

Opusculum ad Clementem Papam VII. *quo sanctitati suæ suadetur ne super causa Lutheranorum Concilium generale jubeat congregari, cum per alias vias*, *quas docet*, *id malum corrigi possit*, *&c universalis Ecclesiæ status reformari.* Incipit : *Quamquam certo scio* &c. septem foliorum lucubratiunculam.

Itinerarium quoque scripsit *ab oppido Complutensi Toletanæ provinciæ usque ad urbem Romam* : ad Joannem Stunicam fratrem, D. Jacobi equitem, quod Romæ editum fuit in Campo Floræ per Marcellum Silber, alias Frank, anno 1521. in 4. quæ editio in Vaticana extat bibliotheca cod. 10571. & post plures annos ab Andrea Scoto in fine *Bibliothecæ* suæ *Hispanæ.* Opus laudat Blasius Ortiz in *Itinerar. Hadriani VI.* cap. XVI.

Hispanicarum Historiarum Breviarium : ad Ferdinandum Hispaniarum Principem, Austriæ Archiducem. Prologus incipit : *Hispanorum Regum Historias &c.* liber autem ipse: *Hispania*, *ut aliæ pleræque Orbis provinciæ*, *Romano paruit Imperio* &c. Hujus exemplum vidimus Romæ in bibliotheca Barberina, codice MS. MXIX. ex quo aliud nobis procudi curavimus.

Mortuus est Neapoli ad annum circiter MDXXX. quo paulo ante, alieno & periculoso tempore, ab urbe profectus fuerat uti Scotus refert.

D. DIDACUS LOPEZ DE ZUÑIGA ET SOTOMAYOR, presbyter, juris canonici ut vocant licentiatus, e nobilissima Bexarensium ducum stirpe, Sixto V. Pontifici Maximo nuncupavit:

De Voto tractatum. Salmanticæ 1588. in 4. apud Michaelem Serrano de Vargas.

F. DIDACUS LOZANO, Carmelita, sacræ theologiæ magister, qualificator ut vocant S. Officii, Regius Philippi IV. & Caroli II. Regum nostrorum ecclesiastes, ordinis sui procurator generalis, Matritensis domus ordinis sui præfectura iterum censebatur cum in lucem edidit:

Gloriosos triunfos, *solemnes fiestas*, *y Panegyricos sagrados en la Canonizacion de la extatica*, *y prodigiosa Virgen Santa Maria Magdalena de Pazzi*, *Florentina*, *Religiosa Carmelita observante.* Matriti apud Franciscum Sanz 1672. 4.

DIDACUS LUDOVICUS DE SAN VITORES, Burgensis natu, Hieronymi Regiarum rationum concilii senatoris filius, Jesuitarum sodalis, in insulis Mariannis nunc, Latronum olim, Peruvici seu Pacifici maris gloriosus Christi martyr, quibus insulis bona ex parte, cum aliis ejusdem instituti administratoribus, Evangelii lucem invexerat, scripsit Mexici dum in ea urbe detineretur, ad Philippinas destinatus:

Epitome de los hehos, *virtudes*, *dotrina y milagros antiguos y modernos de S. Francisco Xavier.* Typis Augustini de S. Stephano & Francisci Lupercii 1661. in 4.

Occissus fuit in insula Guan (Sancti Joannis hodie) a quibusdam apostatis secunda die Aprilis MDCLXXII.

DI-

DIDACUS MADUEÑO, Jesuita, scripsit:

De illibata, & prorsus Immaculata Conceptione Virginis Mariæ: ut referunt Hyppolytus Marraccius in *Bibliotheca Mariana*, & Petrus Alba in *Militia Conceptionis*.

F. DIDACUS MALO DE ANDUEZA, Benedictinus, sui ordinis generalis concionator, monasterii S. Æmiliani de la Cogolla sive a Cuculla nuncupati abbas, sacræ theologiæ magister, edidit:

Oraciones panegyricas en las festividades de varios Santos. Matriti 1663. in 4. apud Dominicum Garcia & Morras.

Oraciones panegyricas en las Festividades de Nuestra Señora. Matriti 1664.

Saul Coronado, y David ungido. Matriti 1670.

Sermones de Quaresma in folio.

Sermones varios.

Historia Real Sagrada: duobus tomis in folio. Item ascetica quædam.

Denatus est in eodem S. Æmiliani monasterio anno MDCLXXIII.

F. DIDACUS MARFIL, Cisterciensis monachus in cœnobio de Sandoval, quod a Legione urbe duabus leucis distat, eximius theologus atque ecclesiastes, scripsit, sed non edidit, auctoribus Chrysostomo Henriquez & Carolo Vischio:

De las Alabanzas de Nuestra Señora.

Obiit in monasterio Montissalutis anno MDCXXI.

F. DIDACUS DE SANCTA MARIA, ordinis Prædicatorum in provincia Mexicana, ejusdemque aliquando præfectus, scripsit:

Doctrina Christiana en lengua Misteca.

Epistolas, y Evangelios: eadem lingua.

DIDACUS MARQUEZ SALGUEIRO, Lusitanus, sacerdos ordinis S. Jacobi Portugalliæ, Mertolæ prior, ac postea in monasterio Sanctorum ut vocant novo, a sacris & a confessionibus, scripsit vernacule:

Relaçam das Festas que a Religiam da Companhia de Jesus fez em a cidade de Lisboa na Beatificaçam do B. P. Francisco de Xavier em Dezembro de MDCXX. Olisipone apud Joannem Rodriguez 1621. in 8.

DIDACUS MARTINEZ, Complutensis, edidit:

Formulario de provisiones de Prelados, y de Cartas familiares. Medinæ Campi apud Franciscum del Canto 1576. in 8.

DIDACUS MARTINEZ, Cordubensis, Jesuita, omnigenæ doctrinæ tam sacræ quam profanæ studia cum linguarum orientalium insigniorum Græcæ, Hebraicæ, Syriacæ atque Arabicæ haud vulgari notitia conjunxit, ea memoria præditus ut libros omnes sacros prompte reddere posset. Quare in his exponendis æquales ejus, quantumvis doctissimi, primas ei concedebant, quod ex domesticis atque auditoribus, minime vanis hominibus, notum habemus. Docendis prius humanioribus literis, deinde sacris intentus vixit, quas ultimas in collegio Hispalensi vicennio integro professus fuit, una ibi degens cum Ludovico de Alcazar, Joanne Pineda, Didaco Ruiz de Montoya, clarissimis Societatis, harumque provinciæ atque urbis, luminibus, nullo eorum inferior. Edita ejus est, sine auctoris nomine:

Epistola ad Sacerdotem quemdam vinculis in Anglia pro christiana fide detentum.

Habuit præterea paratos prelo, ut *Bibliothecæ Societatis* scriptor suo tempore ajebat:

Commentarios in Apocalypsim B. Joannis Apostoli.

Tractatum de sacris lapidibus.

Descriptionem Idumeæ: tomis II. ubi *commentaria in Abdiam* habet.

Commentarium in Epistolam B. Jacobi Apostoli juxta editionem Syriacam.

Hispanice vero:

Tratado sobre el Padre nuestro: unaque *el Tratado de S. Cipriano sobre la misma oracion.*

Vida de San Juan de Dios.

Marte Español.

Matrimonio casto de Henrico, y de la verdad. Quod nescio qualis sit argumenti opus.

Omnia hæc custodiri audio in tabulario collegii S. Hermenegildi Hispalensis adhuc manu exarata. Vitam cum morte commutavit in eadem urbe, senex jam emeritus, circa annum hujus sæculi XLII.

DIDACUS MARTINEZ, Lusitanus, Bracharensis, mathematicus, *Prognostica* quædam scripsisse refertur. Cardosus.

F. DIDACUS MASIUS, vulgo MAS, Valentinus gente, domo autem ex oppido Villareal, Dominicanis apud Salmantinos dato nomine paulo post in cœnobium Valentinum remancipatus, doctorque ejusdem scholæ theologus, interpretatus est ibi Sanctum Thomam, utriusque philosophiæ tam naturalis quam sacræ peritissimus. Quo tempore utilissima hæc vulgavit opera:

Commentaria in universam Aristotelis Dialecticam, una cum quæstionibus, quæ a gravissimis viris disputari solent: duobus tomis. Valentiæ 1592. 4. Coloniæque 1618. 4.

Commentaria in universam Philosophiam Ari-

Aristotelis, *una cum quæstionibus* &c. hoc est, VIII. libros Physicorum, duobus aliis voluminibus. Valentiæ 1599. 4. Coloniæque 1610.

De Ente, *& proprietatibus ejus*, *metaphysicam disputationem*. 1578. 8.

De Transcendentibus tractatum.

De Elementis disputationem, *VI. libris comprehensam* : de quo opere jam perfecto, typisque propediem tradendo, Petro Augustino Morlæ in præfatione sui *Emporii Juris* attestanti debemus credere.

Inedita reliquisse dicitur : *In libros de Cœlo. De Anima. De Generatione*, *ac Meteororum.*

In Summam Theologiæ D. Thomæ duo magna volumina.

Vernacula autem lingua conscripsit:

Vida de San Jacinto. Valentiæ 1594. in 8.

Vida de Santa Ines de Monte Policiano, *y de otras Bienaventuradas Virgines del orden de Predicadores.*

Vida de Santo Tomas de Aquino.

Vivis exemptus est Masius post quatuordecim annos in scholastico munere transactos anno orbis Christiani MDCVIII.

F. DIDACUS A MATRE DEI, Toletanus, ex Discalceatis fratribus Sanctissimæ Trinitatis qui captivos redimunt, concinnavit:

Chronica de los Descalzos de la Santisima Trinidad : duabus partibus, quarum prior prodiit anno 1652. Posterior vero... in folio.

Obiit Matriti septuagenarius, diffinitoris generalis & vicarii generalis muneribus inter sodales gestis.

DIDACUS MATUTE DE PEÑAFIEL, Granatensis, in hujus urbis academia publicus ex Durandi cathedra professor theologus, ecclesiæque Bastensis sacerdos & prior, varia literarum suppellectile dives, edidit tertium supra tricesimum annum ætatis numerans pulchrum opus sermone vernaculo:

Prosapia de Christo dictum ; sive commentarios ad Sancti Lucæ caput III. in eoque contentam Jesu Christi avorum seriem : D. Francisco de Roxas & Sandoval, Lermæ duci, nuncupatum. Bastæ 1614. in 4. In calce adjungitur:

Un Discurso, *y digresion de la segunda edad del mundo*, *de Sem*, *hijo de Noe*, *y de la division de las tierras entre Sem*, *Cham*, *y Japhet*, *y origen de los linages del Mundo.*

Promiserat post superioris libri editionem:

Vitam Christi : eodem Hispano sermone, duabus partibus, quarum hæ essent appellationes, *Christo Infante* : *Christo Gigante* : in quo opere magis quam in *Prosapia* sibi placeret.

DIDACUS DE MEDRANO, jurisconsultus, libellum foras dedit:

De Consensu connubiali : qui editus est Lugduni typis Horatii Cardon 1609. in 4.

DIDACUS MENDEZ DE VASCONCELOS, Lusitanus, in oppido Alter natus Transtaganæ provinciæ, Burdigale sub Antonio Goveano literas humanitatis, Tolosæ sub Corrasio & aliis, multoque magis Conimbricæ a Martino doctore Navarro, Parisiisque a Petro Rebufo prudentiam utriusque juris doctus, in Eborensis ecclesiæ collegio sacro locum a Gundisalvo Pinario avunculo, qui Visensis fuit episcopus, sibi cessum occupavit, atque inter Fidei vindices Lusitanos diu sedit, ab Henrico cardinali, sacri hujus concilii præfecto, ei curæ mancipatus. Scripsit, cum insigni esset eruditione antiquarum rerum ac totius humanitatis:

In Andreæ Resendii Antiquit. Lusitaniæ libros scholia brevia.

De Eborensi municipio commentarium : una cum Andreæ Resendii operibus. Coloniæ apud Birckmanum 1600. 8. & in systemate *Hispaniæ illustratæ.*

Hujus res adhuc viventis stilo duxit Andreas Scotus in *Bibliotheca*, Lusitanos fama & scriptis claros celebrans, qui etiam edidit a Vasconcelo scriptam:

Gundisalvi Pinarii Episcopi Visensis vitam: quæ prodiit etiam cum ejusdem Vasconcelli: *Opusculis Poeticis.* Eboræ 1591.

F. DIDACUS DE MENDOZA, Franciscanus, scripsit:

Chronica de la Provincia de S. Antonio de los Charcas del orden de San Francisco. Matriti 1664. in folio.

F. DIDACUS DE MENESES, Franciscanus (Jacobum Waddingi sic interpretor) edidit:

Institutiones doctrinæ Christianæ. Mantuæ 1546.

DIDACUS MERINO, Hurunnuelensis (ita sese a patrio loco appellat) doctor medicus in nosocomio Regio Burgensis urbis. Scripsit:

De Morbis internis libros sex : ad D. Didacum de Covarrubias, Segoviensem episcopum, magni Castellæ senatus præsidem. Burgis 1575. folio.

D. DIDACUS MESSIA DE CONTRERAS, Bæticus, Ubetensis eques, patriæ nobilitatis caussam afferens publicavit:

Sumario sobre la sentencia arbitraria que

los Cavalleros de Ubeda tienen. Granatæ 1613. 4.

DIDACUS MEXIA, Hiſpalenſis, carmine edidit:

Primera parte del Parnaſo Antartico de obras amatorias, con las XXI. epiſtolas de Ovidio, y el Ibis en tercetos. Hiſpali apud Alphonſum Rodriguez 1608. in 4.

D. DIDACUS MEXIA DE CABRERA, juriſconſultus, ſcripſit:

Practica Judicial. Matriti 1655. folio.

F. DIDACUS DE SANCTO MICHAELE, ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini, albo ſcriptorum hujus ordinis adſcribitur in *Alphabeto Auguſtiniano* Thomæ de Herrera, nil addito de argumento ſcripti operis. Ejus *Explicationem Regulæ S. Auguſtini* a Georgio Cardoſo laudatam invenio.

D. DIDACUS MILLAN DE QUIÑONES, Seguntinus, Bononiæ ad D. Clementis Hiſpanorum collegium die XXVI. Novembris anni MDCX. toga induta, juris ſtudio operam dedit, juris utriuſque doctor: mox ejuſdem academiæ in veſpertinum ſacrorum canonum anno hujus ſæculi XI. vocatus interpretem, cum ibi tum etiam Ticini primarius MDCXIV. factus illiuſmet juris anteceſſor cum annuo ducatorum ſexcentorum, tandemque anno MDCXIX. primarius etiam juris Cæſarei cum DCCC. ſcutorum ſtipendio inſigniter floruit, quo tempore emiſit foras:

Gregorianæ Collectionis De Judiciis, ac De Sententia & re judicata titulorum interpretationem brevem, judiciorum Eccleſiaſticæ, & Sæcularis Juriſdictionis, ac rerum judicatarum tractatum continentem. Ticini 1617. in 4.

Interpretationem ad Titulos De Conſtitutionibus, ac De Reſcriptis in 4. Ibidem 1619.

Librum Antinomiarum.

Commentaria ad Tit. de Probationibus in Decretalibus.

Interpretationes ad Rub. & cap. fin. De Emptione & Venditione.

Ad Rub. De Jure Patronatus.

Ad Rub. & Tit. de His quæ vis metuſve cauſa fiunt.

Ad Rub. & L. Imperium 3. *De Juriſdict. omnium judicum.*

Interpretationem ad L. Diem functo 4. *De officio Aſſeſſorum.*

Interpretationem ad Rub. & L. Bonorum poſeſſio C. De his qui admitti ad bon. poſeſſ. poſſunt.

Conſiliorum item volumina duo.

Quæſtorem magiſtratus ut vocant extraordinarii, deindeque ſenatorem geſſit Mediolani, in cujus urbis æde ſacra S. Caroli, quam ab Excalceatis appellant, hoc epitaphio inſignem ſortitus tumulum fuit:

D. O. M.
Didaco Milliano Seguntino J. C. celeberrimo Salmanticæ, Bononiæ, & Papiæ Legum Interpreti Supremo. Mox Mediolani extraordin. redituum Quæſtori, indeque Regio Senatori hic quieſcenti ab anno MDCXXXIII. die XXII. Junii Ferdinandus Millianus Peditum Dux Fratri benemerito.

F. DIDACUS DE MONTALBO, Hieronymianus ſodalis, Guadalupenſis ſacri & ampliſſimi coenobii alumnus, cujus præfecturam aliquando geſſit. Scripſit:

Venida de la ſoberana Virgen de Guadalupe a Eſpaña, ſu dichoſa invencion, y de los milagroſos favores que ha hecho a ſus devotos. Uliſipone 1631. 4. Quam priorem partem nuncupavit.

DIDACUS MONTEIRO, Luſitanus, patria Eborenſis, Jeſuita, vitæ ſanctimonia nobilis, Luſitaniæ provincialis præfectus, ſcripſit vulgari ſuæ gentis lingua:

Arte de orar. Conimbricæ apud Didacum Gomez 1630. in 4. *Opus* (ait *Bibliothecæ Jeſuiticæ* auctor) *omnibus numeris abſolutum.* Reliquit etiam *Meditationum* volumen ineditum. Imo & tribui eidem ſolet:

Atributos divinos: hoc eſt ita nuncupatum opus.

Obiit Conimbricæ XXVII. Maii, anno MDCXXXIV. Conſuleſis præter *Bibliothecæ Societatis* auctorem, agiologum quoque Luſitanum Georgium Cardoſum XXVIII. Maii lit. I.

DIDACUS MONTEIRO, Luſitanus, Lamecenſis, poeta ſacer, alius a ſuperiore ut credimus, ſcripſit:

Poema de San Gonzalo de Amarante.

DIDACUS MONTES, ſcripſit:

Inſtruccion, y regimiento de guerra. Cujus auctoris & libri meminit Sebaſtianus de Horozco in *Theſauro linguæ Caſtellanæ*, verbo *Reyes de Armas.*

F. DIDACUS MORALES, patria ex Conſuegra oppido regni Toletani, Dominicanus, Toleti his aggregatus ad S. Petri Martyris domum, ſcripſit:

Laudem D. Thomæ pro explicatione, & defenſione doctrinæ traditæ a R. M. Gravina

na in Cherubin Paradiſi. Neapoli 1662. 4. Obiit infeliciter circa annum 1667. in navicula trajectoria. Tagi ut credimus fluminis, ab impiis hominibus trucidatus: quod ex ſodalis ejuſdem domus Toletanæ literis accepimus.

DIDACUS MORAN, Luſitanus, doctor medicus, artis ſuæ opus exercebat Aquis in provincia apud Gallos, unde ſcio ad Zacutum Luſitanum dediſſe literas anno hujus ſæculi xxxix. Edidit:

Apologias tres I. *De Epilepſia Hiſterica.* II. *De Venæ ſectione in fluore nimio hæmorrhoidum.* III. *De Ventris tumore.* Orthesii apud Abrahamum Rovierium 1626. in 4.

D. DIDACUS MORANTE, Burgenſis urbis incola, ſcripſit circa annum MDC.

Reſumen de las familias de Caſtilla: genealogicum opus, quod penes heredes ejus eſſe dicitur.

DIDACUS MORLANES, Cæſarauguſtanus, juriſconſultus, pietatis ac eruditionis nomine a civibus ſuis laudatus, præcipueque ob opuſculum quod ſic indigitavit:

Alegacion ſobre poner Virrey eſtrangero en Aragon. Cæſarauguſtæ 1591. folio. Quod quidem ſcriptum mire laudant ejus cives Petrus Cenedus *Collectanea* 43. Joannes Coſta *de conſcribenda Hiſtoria.* Ludovicus de Sarabia de *Adjunctis* quæſt. 29. num 36. Joannes Franciſcus Andreas Uſtarrozius in *Defenſione patriæ S. Laurentii* cap. 5. Hieronymus Ximenez de Aragues in *Diſcurſu del Bayle general de Aragon* §. 12. num. 12.

Ejuſdem eſt opuſculum aliud *De Præcedentia Eccleſiæ Collegiatæ S. Mariæ de Pilari Cæſarauguſtanæ ad omnes Eccleſias Cathedrales Aragoniæ in Regni Comitiis.* Nam Auguſtini Morlanes filii, quod præ ſe fert, nomen certe non tanti eſt cujus præjudicio auctoris ipſius verbis fidem non habeamus, qui ſe in hoc ſcripto ad ea, quæ in ſuperius laudata de *Prorege extraneo* Allegatione dixerat, ſeſe alicubi refert.

DIDACUS DE LA MOTA, Bellomontanus patria ut a quibuſdam accepi, ex ſodalibus canonicis Sancti Jacobi in cœnobio principe oppidi de Ucles, varia de ordine ſuo, rectaque ſodalium, necnon & Jacobæorum equitum vitæ inſtitutione ac regulæ obſervantia conſcripſit; extinctus demum Toleti in Hoſpitali æde ejuſdem ordinis. Nempe edidit:

Libro de la venida de Sant-Iago a Eſpaña. Pinciæ 1604. 8.

Libro del principio de la orden de la Cavalleria de Sant-Iago de la Eſpada, y una declaracion de la Regla, y tres votos ſubſtanciales de religion, que los frayles Cavalleros hacen, y la fundacion del Convento de Ucles. Valentiæ 1599. 12. apud Alvarum Franco.

Inſtruccion para que los Religioſos de ſu orden caminen a la perfeccion de la caridad, con un Confeſionario. Valentiæ apud Didacum de la Torre 1599. in 12.

Aviſos al Pretendiente de Abito. Pinciæ 1603.

DIDACUS MUÑOZ CAMARGO, ſcripſit:

Deſcripcion de la Ciudad, y provincia de Tlaſcala. Quam fuiſſe in bibliotheca Regis ſereniſſimi Philippi II. manuſcriptam auctor mihi eſt ex ejus catalogo Antonius Leonius in *Bibliotheca* ſua *Indica Occidentali* tit. xv. Idem opus laudat Alphonſus Ramon in *Hiſtoria ordinis Deiparæ Virginis de Mercede* lib. xii. cap. xix.

F. DIDACUS MURILLO, Cæſarauguſtanus, ordinis Minorum, in cœnobio ejuſdem urbis, cui a Jeſu ſacro nomine nomen eſt, lector theologiæ, atque idem aliquando præfectus, diffinitor ut vocant Aragoniæ provinciæ, concionatorque totius ordinis generalis, atque iſtius provinciæ nonnunquam rector, gratus populo atque eloquens verbi Dei concionator: multa ſcripſit docte cordateque; necnon & poeſim non ſine laude, ſacram tamen, excoluit. Præ ſe ferunt ejus nomen ea quæ ſequuntur:

Inſtruccion para enſeñar la virtud a los principiantes. Cæſarauguſtæ 1598. typis Laurentii de Robles in 4.

Eſcala eſpiritual para la perfeccion Evangelica. Ibidem eodem anno.

Diſcurſos predicables ſobre los Evangelios de los quatro Domingos de Adviento, y fieſtas principales que ocurren en el tiempo de la Septuageſima. Cæſarauguſtæ 1604. in 4. apud Angelum Tavanum.

Diſcurſos ſobre los Evangelios deſde la Septuageſima haſta la Reſurreccion: duobus voluminibus. Ibidem 1605. & 1611. in 4. Uliſipone 1602. in 4. Barcinone 1611. Imo vivente adhuc auctore ſepties excuſis; ſemel etiam Italice cum additionibus Thomæ Galleti Venetiis 1613. atque item Gallice in 8.

Diſcurſos ſobre los Evangelios que ſe cantan en las feſtividades de Chriſto Nueſtro Señor. Cæſarauguſtæ 1607. 4. Barcinone 1616. 4. Hos credo Gallice vertit Franciſcus du Roſſet, Pariſiiſque edidit typis Cramoyſianis 1654. in 8.

Diſcurſos predicables de las fieſtas de los Santos, y de la Octava del Santiſimo Sacramen-

mento. Gallice editi quoque ſunt in 8. duobus voluminibus.

Vida, y Excelencias de la Madre de Dios: duobus tomis. Cæſaraugustæ 1610. 4. & 1614. apud Lucam Sanchez, & apud Petrum Cabarte.

Hiſtoricum etiam opus, ſacrum urbis illius atque univerſæ Hiſpaniæ honorem celebrans:

Hiſtoria de la Igleſia, y Imagen de Nueſtra Señora del Pilar de Zaragoza, y de la Ciudad, y ſus grandezas. Barcinone 1616. in folio apud Sebaſtianum Matevad.

Itemque varia poetica, hoc titulo:

Divina, dulce, y provechoſa Poeſia: 1616. in 8. Cæſaraugustæ apud Petrum Cabarte.

Promiſerat majoris operæ librum, quo inſtruerentur verbi Dei concionatores ad opus utiliter riteque faciendum.

D. DIDACUS DE MUROS, Gallæcus ex oppido Muros de Noia, unde ei cognominatio, poſtquam Compoſtellanæ eccleſiæ canonicatum obtinuiſſet electus fuit ab ampliſſimo viro D. Petro Gundiſalvi a Mendoza, S. R. E. cardinali, in primum ſodalem illius collegii, quod ſub Sanctæ Crucis appellatione in Pinciano Caſtellæ inclyto municipio conſtruxerat. Adeptus deinde, alio & alio tempore ut credere par eſt, varia in collegiis eccleſiarum ſacris loca, cantoris nempe Ubetenſis, decani Giennenſis, canonici cum Hiſpalenſis, tum Ovetenſis ac Seguntini, decani demum Compoſtellani, ſequutus fuit una cum laudato Mendozio cardinali Granatenſem ultimam adverſus Mauros expeditionem, munus a ſecretis ejus gerens, ivitque aliquando Regum Catholicorum ad Navarræum dynaſtam legatus. Denique aſcendit ad pontificium apicem, Mindonienſibus primum, deinde Ovetenſibus anno MDXII. antiſtes datus. Quo inſignis munere collegium ſcholaſticis Salmanticæ Deo Salvatori dicatum, ac Ovetenſe ab infulis ejus ſacris vulgo cognominatum, munificenter ædificavit. Quod vere, Trojanus quaſi alter equus, inſignes plurimos in omni genere diſciplinarum, maximeque legalis prudentiæ, viros ad juventutem literas e cathedra docendam, & ad reipublicæ tam ſacræ quam profanæ gerenda munera, dimiſit ſemper, quotidieque dimittit. Canarienſem epiſcopatum tribuit noſtro, vereor ne falſus ab aliquo, aut Mindonienſem dicere volens, Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro Ovetenſis Eccleſiæ.* Scripſit:

Hiſtoria de la Conquiſta de Granada: quæ quidem latet, auctor autem rei eſt idem Davila, quamvis erraverit in Granatæ pro Malacæ nomine. Item:

Epiſtolam de Victoria Regis Catholici contra Mauros Granatenſes anno MCCCCLXXXVIII. Editam typis vidimus in bibliotheca domus Oratorii S. Philippi Nerii Romæ. Item:

Adverſus Lutherum neſcio quid: conſtareque id ex literis Leonis X. P. M. ad eum datis pridie kalendas Junii MDXXII. quæ in archio Ovetenſis collegii aſſervantur ſcribit idem Davila. Sed ex fide digniore quodam viro accepimus Leonis epiſtolam non ad ſcriptum aliquod adverſus Lutherum, ſed ad geſta a Didaco adverſus eum reſpicere.

Ad noſtrum data eſt quædam Marinei Siculi epiſtola, quæ incipit *Sacerdotio* &c. lib. XVII. Epiſtolarum, & aliæ Petri Martyris lib. V.

DIDACUS MUXET DE SOLIS, ſcripſit:

Comedias humanas, y divinas, y Rimas morales. Francofurti 1624.

D. DIDACUS DE NARBONA, Alphonſi filius eximii ſui temporis advocati, Alphonſi & Joannis Narbonarum frater, Toletanus, in qua urbe & academia licentiatus uti appellant creatus docuit prius Juſtiniani Inſtitutiones, deinde jus canonicum ex veſpertina cathedra, Fideique judicum ejuſdem urbis conſultor fuit. Foro hinc deditus nobilitatis cauſis dijudicandis, quæ peculiaris trium virorum cognitio eſt, in cancellaria Pinciana, & poſt aliquot annos in ſenatorum ejuſdem curiæ ordine, juri univerſo dicundo imponitur: vir longiore vita dignus, quippe XLV. dumtaxat annis natus in hoc munere obiit, cum monumenta ſui ad poſteros hæc duo reliquiſſet:

De Ætate ad omnes humanos actus requiſita. Matriti in folio 1642. Romæque anno ſuperiore 1668. ſumptibus Joſephi Corvi.

Horographiam Juris: quod opus poſtumum Joannes Narbona frater publicavit ibidem in folio 1652.

Pinciæ, uti dictum manet, vitam commutavit cum morte anno MDCL.

F. DIDACUS NAVARRO, Toletanus, fratrum Minorum ſodalis Caſtellæ provinciæ, vertit ex Luſitanico in vernaculum ſermonem noſtræ gentis:

La Primera Parte de las Coronicas de la orden de San Franciſco (de quo opere agimus in Marco Ulifiponenſi) Compluti apud Athanaſium de Salcedo editam 1559. in folio.

F. DIDACUS NAVARRO, Franciſcanorum & ipſe ſodalis in provincia Granatenſi Regularis Obſervantiæ, ſcripſit:

Hiſtoria de la provincia de Granada de la or-

orden de San Francisco. Quæ MS. fuit apud Lucam Waddingum.

DIDACUS NAVERIUS, philoſophiæ profeſſor in academia Complutenſi, ingenii acrimonia & non ingrata quapiam jactatione ferventioris ſpiritus homo, recte eruditos diſcipulos eduxit, & doctrinæ ſuæ documenta exhibuit editis:

De Dialectica, et:

De Philoſophia libellis: qui multos annos ſunt publice prælecti. Hæc Gomezius *De rebus geſtis Ximenii* lib. VIII.

D. DIDACUS NEILA, juris pontificii doctor, & Salmanticenſis canonicus (ait Joannes Vaſæus in *Chronici* VII. capite) *præter incredibilem humanitatem, Græce Latineque doctiſſimus. Breviarium trium lectionum, juſſu Franciſci Quignonii cardinalis, auſpiciis Summi Pontificis, ita venuſte, ita erudite concinnavit ut nihil ſupra*. Hæc Vaſæus. Qui & infra: *Non eſt ſilentio prætereundus*, ait, *ſingularis ipſius amicus, & in compoſitione Breviarii ſocius, vir non ſolum utriuſque linguæ peritia, ſed etiam eximia pietate præſtans*. Hæc ille. Hoc eſt illud Breviarium quod a cardinali Quignonio juſſu Clementis VII. Papæ formatum, Pauli vero III. recognitum atque editum fuit. Meminit Neilæ & Ludovicus Lucena, doctor medicus, in epiſtola ad Joannem Geneſium Sepulvedam data Romæ kalendas Aprilis MDXLIX. quæ inter alias Sepulvedæ legitur lib. V. epiſt. LXXIII. ubi de utili & gratiſſima ſibi in urbe commoratione agens, *quæ tunc mihi*, ait, *gratior erat cum tua, tuique ſimilium Jacobi Neilæ noſtri Ortiziique, optimorum ac doctiſſimorum virorum, conſuetudine frui licebat*. Joannes item Geneſius ipſe epiſtolam dedit ad Neilam LXXXIX. atque item C. in qua ultima laudati Breviarii meminit. In collegio Hiſpanorum S. Clementis Bononienſis urbis fuit ſodalis anno MDXVIII. admiſſus, natuſque in urbe Soria Caſtellæ Veteris nobiliſſima, uti docet Balthaſar Porreño in *Hiſtoria Cardinalis Albornotii* cap. XXXVII.

F. DIDACUS NISSENO, patria ex Alcazaren Caſtellæ Veteris in vicinia Pinciæ urbis oppido, cuculla ordinis Sancti Baſilii induta, non mediocriter ornavit hoc noſtro ſæculo religioſam hanc familiam, quam & pluribus locis adminiſtravit. Præcipua hominis laus in concionibus, non tam habendis (deficiebatur enim eloquentia ad actum neceſſaria) quam ſcribendis informandiſque aliorum ad accurate dextreque concionandum ſtudiis. Quam artem, palam exhibitis quampluribus libris, ea nominis celebritate diu exercuit ut fere nihil aliud pulpita reſonarent, nil aliud typographorum officinæ procuderent quam Niſſeni volumina, quorum aliqua ut audio quadragies & ultra, vel intra Hiſpaniam, prelo ſubjecta ſunt. Quidni ex Auberto Miræo, aut ex Niſſeni interprete Latino, a quo ut ſuſpicor ille tranſcripſit, noſtrum inſigniter laudatum dimittam? *Summis encomiis a viris celebratiſſimis commendatur, a commendatiſſimis celebratur, nec pro dignitate tamen vel commendatus vel celebratus eſt: quaqua enim illum ſpectes, invenias quæ ab avidiſſimis oculis ſpectari poſſint. Ubique ſui ſimilis eſt, ubique acutus ſimulque conſpicuus, ubique gravis, ubique modeſtus, ubique docet, & vel oblectat vel movet, ubique vel Scripturæ gemmas fundit, vel Patrum flores ſpargit, quorum ſententias tam grata & eleganti paraphraſi plerumque illuſtrat ut fere plus ſplendeant in apographo Niſſeni quam in ipſo autographo primi auctoris ſui*. Hæc ille. Nempe dedit foras:

Aſumptos predicables para todos los Domingos de Adviento, y los demas haſta Paſqua de Reſurreccion. Matriti apud Franciſcum Martinez 1632. 4. Cæſarauguſtæ eodem anno apud Joannem de Lanaja. Et aliis locis. Gallice etiam 1643. in 8. Italice opera Blaſii Cialdini, Canonici Regularis, Venetiis 1635. in 4.

Para los Domingos, Miercoles, y Viernes de Quareſma. Matriti 1627. 4. apud Didacum Flamenco, & 1629. Et ſæpe alias. Latine prodierunt Moguntiæ 4. anno 1649. & Cracoviæ 1650. Italice ab eodem Cialdino Venetiis 1637.

Para todos los Domingos deſpues de Pentecoſtes. Matriti 1630. apud Franciſcum Martinez. Ibidemque ex octava editione 1639. 4.

Para las feſtividades de los Santos.

Ex his omnibus Latinam editionem quatuor voluminibus adornavit Fr. Joannes a Freylinck, Germanus, Reimbacenſis, ordinis Prædicatorum cœnobii Colonienſis, ſacræ theologiæ magiſter, ediditque Coloniæ 1646. in 4. Moguntiæque 1649. in 4. ubi & includuntur:

El gran Padre de los creyentes Abrahan en moral enſeñanza, y doctrina predicable. Matriti 1636. 4. Barcinoneque eodem anno. Italice ab eodem Cialdino Venetiis 1643. 4.

Iſaac, ſive, *El Politico del Cielo informado con las acciones del Patriarca Iſaac*: eadem forma exornatus. Item et:

Jacob. Matriti..... Italice uterque 1639. & 1640.

El Fenix de la Grecia S. Baſilio Magno. Matriti......

El Lucero de la tarde San Juan Apoſtol, y Evan-

Evangelista, y Profeta en assumptos predicables. Matriti anno 1649. in 4.

Mortalis esse desiit Matriti XVI. Octobris anni MDCLVI.

DIDACUS DE NOGUERA, sive Jacobus Noguera, decanus ecclesiæ Viennensis in Austria, doctor theologus, Ferdinando I. Imperatori a sacris, insigni spectataque virtute præditus (ait Eisengreinius in *Catalogo testium veritatis*) historicus celeberrimus, multarumque literarum & rerum peritissimus. Hispanum idem auctor vocat, cujus & mentionem habent Gesnerus, sive ejus epitomator, & Miræus in altera parte *Bibliothecæ*. Inter episcopos Pii IV. nominatur, in catalogo eorum qui synodo Tridentinæ interfuerunt, *Jacobus Gibertus de Nogueras, Hispanus, episcopus Aliphanus*, quem Ferdinandus Ughellus tomo VIII. *Italiæ Sacræ* successisse Antonio Augustino anno MDLXI. obiisseque MDLXVI. refert, qui idem credo est cum nostro. Scripsit:

De Ecclesia Christi ab Hæreticorum conciliabulis dignoscenda. Dilingæ anno 1560. in folio.

Egregiam plane Jacobi nostri mentionem debemus jam hoc tempore Latini Latinii Viterbiensis epistolis a Dominico Magro Melitensi, Viterbiensi canonico, sub eminentissimi non magis dignitate quam doctrina & probitate animi Francisci Mariæ cardinalis Brancaccii auspiciis in lucem editis. Andreæ quippe Masio hic scribens IV. nonas Martii anno 1560. *Ante paucos menses venit in urbem*, ait, *Jacobus Noguera, homo Hispanus, decanus ecclesiæ Viennensis, qui aliquot annos Ferdinando Cæsari sacris mysteriis peragendis, sacrisque libris pro concione interpretandis cum summa ut audio laude operam dedit. Multa hic quoque scripsit, ac propediem quatuor de Ecclesia libros, quos partim absolutos jam partimque excusos habet, publicabit, quos etiam spero jucundos omnibus, reique publicæ in primis utiles fore. Tu, si quando leges, videbis hominem, minime stertentem, non tantum res arduas graviter & erudite, sed etiam eleganter ac quadam dicendi facilitate permirifica tractare.* Et post pauca: *Hic scribet, ni fallor, plurima, ea est enim hominis in dicendo & scribendo facultas ut quivis merito mirari possit tantam in juvene Hispano eruditionem, tantamque ex tempore verborum bonorum copiam.* In alia ad Stanislaum Osium eodem anno data, in Quæsitorum collegium cooptatum Nogueram, & in alia ad Valentinum quemdam Rutborski, quæ pone sequitur, in familiam Pontificis (Pii IV. intelligo) honorifice adscriptum fuisse refert. Qui & in alia ad Masium hæc habet: *Erit mihi curæ ut Basilii commentarios in Esaiam Noguera noster publico studiosorum commodo prodat in lucem.* Nec ulteriorem aliquam reperio in sequentibus annis de eo mentionem a Latinio factam. Quo immatura ejus mors confirmari videtur.

DIDACUS NUÑEZ DE ALBA, ejus libri auctor est qui talem præfert titulum, ab argumento aliis etiam decantato:

Dialogos de la vida del Soldado, en que se cuenta la conjuracion, y pacificacion de Alemania, con todas las batallas que en ella acontecieron en los años de MDXLVII. Conchæ 1589. in 8.

DIDACUS NUÑEZ CORIA, scripsit: *Manual de Beatas.* in 16.

F. DIDACUS NUÑO CABEZUDO, Villalonensis, Dominicanus sodalis, sacræ theologiæ professor in cœnobiis hujus ordinis Trianensi, Placentino, Vallisoletano S. Pauli, & in collegio Gregoriano ejusdem urbis, in quo ultimo totum vicennium docendo contrivit studiorum præfectus, tandemque ab hoc onere ad emeritorum jura dimissus est. Nec tamen ideo in publicum minus profuit, siquidem posteritati consulens, quidquid præsentibus dictaverat post futuris invidere noluit, typis editis doctissimis:

Commentariis, & disputationibus in Tertiam Partem Sancti Thomæ: duobus voluminibus: hoc est, in quartum Magistri Sententiarum librum, sive *de Sacramentis*, excepto matrimonio, a quo, uti ab aliis satis illustrato argumento, abstinuit calamum. Prior tomus, a quæstione LX. usque ad LXXXIV. exclusive, prodiit Pinciæ ex collegio Sancti Gregorii formis Christophori Lasso Vaca 1601. folio: posterior vero, a quæstione LXXXIV. ad finem usque, & a quæstione I. *Additionum* usque ad XL. ibidem 1609. fol. Uterque autem tomus Venetiis 1612. Coloniæque 1630.

Ad plures abiit Segoviæ, dum præfectum ibi ageret Regii illius monasterii, Februario mense anni MDCXIV.

F. DIDACUS DE OLMOS, Americanus, ex urbe Regia Cusco Peruviani regni, professus Minorum ordinem in Limensi cœnobio, scripsit:

Grammatica de la Lengua .... Limæ 1633.

DIDACUS DE OQUETE, Societatis Jesu presbyter, in Complutensi collegio sacrorum librorum interpres, scripsit:

Commentarium in Cantica Canticorum: qui non-

nondum vidit lucem ut refert Petrus de Alba in *Militia Conceptionis.*

DIDACUS ORDOÑEZ, Eleonoræ sereniſſimæ Galliarum Reginæ a ſacris, vertit ex Gallico Aurati Dominicani in Hiſpanicum:

Conſolacion Evangelica para vivos, y difuntos. Toleti 1578. in 8.

DIDACUS ORTEGA DE BURGOS, vulgares fecit:

Comentarios para deſpartimiento del animo en Dios, y preparacion para orar, y un comento, y gloſa ſobre la oracion del Pater noſter, y oraciones, y contemplaciones quotidianas, y otras generales compueſtas primero en Latin por Juan Luis Vivas. Burgis apud Joannem de Junta 1539. in 12.

F. DIDACUS ORTIZ, Hiſpalenſis, ex familia Prædicatorum, ſacræ theologiæ magiſter, olim ad D. Gregorii apud Pincianos ſodalis, mox in cœnobio Hiſpalenſi Pauli Apoſtoli ſtudiorum præfectus, ingenii acumine præſtans, edidit compendium philoſophici curſus, nempe:

Brevem Summularum explicationem. Scilicet hæc prima pars tantum continet *VIII. libros Phyſicorum*, quæ ibidem prodiit typis Joannis Gomez de Blas 1640. 4.

Logicæ brevem explicationem. Ibidem in monaſterio ipſo Sancti Pauli. Quod abſolvendæ philoſophiæ deeſt interrupit mors, quæ immatura hominem extinxit anno MDCXL....

DIDACUS ORTIZ, muſicæ artis profeſſor ut credimus, cujus nomen præ ſe ferunt:

Hymni, Magnificat, Salve, Pſalmi, & alia diverſa Cantica IV. vocum. Magna forma, Venetiis 1565. in folio.

D. DIDACUS ORTIZ DE ZUÑIGA, Hiſpalenſis, ordinis S. Jacobi, decurio ejuſdem urbis, vir proſapia in hac urbe antiqua & valde nobili ac literis commendatus, nuper ſcripſit librum:

Diſcurſo genealogico de los Ortizes de Sevilla. Gadibus apud Petrum Ortiz 1670. in 4. Quod opus ut eximium laudat D. Joſephus Pellicer in *Bibliotheca ſuorum librorum* fol. 122.

Poſt hoc ſpecimen ſui factum dedit foras:

Annales Ecleſiaſticos, y Seculares de la muy noble, y muy leal Ciudad de Sevilla Metropoli de la Andalucia, que contienen ſus mas principales memorias deſde el año de 1246. haſta el de 1671. Matriti 1677. in folio typis Regiis.

Denatus eſt Hiſpali in patria anno MDCLXXX.

DIDACUS ORTUÑEZ DE CALAHORRA, Naxarenſis, compoſuit in otioſorum pabulum:

Eſpejo de Principes, y Cavalleros, o Cavallero del Febo: duobus tomis. Cæſaraugustæ apud Michaelem de Gueſa 1562. folio, D. Martino Cortes, marchioni del Valle, dedicatum. Iterumque ibidem apud Joannem de Lanaja 1617. folio. Marcus autem Martinez tertium adjunxit.

DIDACUS DE OSSEGUERA, neſcio quis, edidit:

Eſtaciones del Chriſtiano. 1583. 4.

Eſtacionario de la creacion del mundo. 1593. in 8.

DIDACUS OTAÑEZ ESCALANTE, Burgenſis, vulgavit:

Reportorio de los tiempos perpetuo. Compluti apud Ludovicum Gracian 1584. in 4.

F. DIDACUS DE OXEA, ordinis Prædicatorum, ſcripſit cum in Stellæ urbis cœnobio ſe Deo ſacraſſet:

Inſtitucion de la devocion, Confradia, y milagros del Roſario, Confradia contra los juramentos: caſtigo contra los blasfemos, maldicientes, y juradores. Matriti apud Quirinum Gerardum 1580. in 8. Et apud Guilielmum Drouy 1585. in 8.

DIDACUS DE PAIVA DE ANDRADA, Conimbricenſis, claro inter Luſitanos loco editus, fama vero doctrinæ adhuc clarior: fratres habuit Auguſtinum a Jeſu nuncupatum, celebrem illum in barbarici carceris ſquallore ac tenebris ſanctiſſimi Redemptoris noſtri laborum enarratorem, Eremitarum fratrum ſodalem; Franciſcum item Andradam, cujus vulgari Luſitanorum lingua edita *de Rebus Joannis III. Portugalliæ Regis Hiſtoria* extat. Hunc non aliis gravioribus nec ad rem convenientioribus verbis celebrare poſſum quam Hieronymi Oſorii, quo clariſſimo Silvenſis urbis & eloquentiæ antiſtite Luſitana gens maxime gloriatur: *Erat in illo* (ait in præfatione libris *Ortodoxarum explicationum* appoſita) *ſummum ingenium, ardens ſtudium, ſingularis induſtria; quibus muneribus naturæ præſtantis & virtutis eximiæ locupletatus, cum ſe ad artes præclaras inflammato animo contuliſſet, uberrimos fructus conſequutus eſt: eloquentiæ vero diſciplinam egregie coluit: linguas, quas vidit eſſe ad clariorem ſacrarum literarum intelligentiam neceſſarias, acri ſtudio didicit. Hiſ-*

que

que opibus instructus ad divina mysteria perscrutanda totam mentem applicuit. Et alibi: *Contineri non poterat quin crebris concionibus multos mortales, flagitiis innumerabilibus inquinatos, instrueret.* Hujus doctrinæ virum manere domi, laboris ac meriti expertem, non decuit tempore quo ad instruendam universalis ecclesiæ synodum, Tridentum indictam; celebriores theologi ex omnibus Hispaniarum regnis evocabantur. Eo igitur in loco, & doctissimorum patrum consessu, re graviter & industrie gesta, stiloque propugnandis illius concilii decretis commodato, tamdiu laudabitur quamdiu Tridentinarum rerum memoria permanebit. Ejus quidem famæ vestigia, ad diuturnum eloquentiæ ac eruditionis monumentum, impressa vidisse se apud ecclesiæ principes, dum in Italia peregrinaretur, Hieronymus ipse Osorius refert. Edidit per eos dies concilii:

Ortodoxarum explicationum libros x. In quibus *omnia fere de Religione capita, quæ his temporibus ab hæreticis in controversiam vocantur, aperte & dilucide exponuntur, præsertim contra Martini Kemnitii petulantem audaciam, qui Coloniensem censuram, quam a viris Societatis Jesu compositam esse ait, una cum ejusdem sanctissimæ Societatis vitæ ratione temere calumniandam suscepit.* Editum fuit opus Venetiis anno 1564. apud Jordan. Zilettum in 4. quod præcipue exagitat Martini Kemnitii *doctrinam Jesuiticam.* Atque iterum Venetiis 1592. 4. 1604. in 8. Legimus in *Bibliotheca Antonii Verderi* harum Explicationum Catholicarum 1. librum Gallice versum typis prodiisse Lugdunensibus Michaelis Jove 1565. Cui cum reposuisset profligatissimus hæreticus librum, in quo gravissimas adversus universalem ecclesiam contumelias intorquebat, descendere denuo in campum sibi opus esse Paiva vidit ut immanem hostem totis viribus profligaret. Maxime cum serenissimus Henricus Princeps, S. R. E. cardinalis, suasorem se ac promotorem operis accincto jam & veluti arma quatienti declarasset. Scripsit igitur, sed postumam edendam:

Defensionem Tridentinæ Fidei Catholicæ, quinque libris comprehensam, adversus Hæreticorum calumnias, & præsertim Martini Kemnitii. Olisipone apud Antonium Riberum anno 1578. in 4. deinde sæpe. Coloniæ 1580. apud Cholinum. Ingolstadii apud Davidem Sartorium 8. eodem anno 1592. 4.

Habuit et:

Orationem ad PP. Tridentinæ Synodi Dominica secunda post Pascha anni MDLXII. quæ cum ceteris Tridentinis orationibus prodiit Lovanii anno 1567. & nuper Parisiis. Venetiis vero seorsim apud Jordanum Ziletum 1562. in 4. & Brixiæ eodem anno.

Necnon & Lusitanica extare ab eo monumenta fecerunt posteri, nempe:

Sermones: tribus partibus. *I. Do Advento, e Quaresma.* Olisipone 1603. *II. Das festas da Virgen Nossa Senhora, e dos Santos*, anno 1604. Quam partem Castellæ idiomate loqui fecit Fr. Benedictus de Alarcon, Bellomontanus. Matriti 1617. *III*............... 1615. 4.

Obiit ante annum MDLXXVIII. quo lucem vidit fratrum opera *Tridentinæ Fidei defensio* ut Osorius affirmat. Reliquum est ut elogiis doctissimorum aliquot virorum, nostro more, Paivam ornemus. Eisengreinius *fidei Christianæ defensorem insignem, omnes sui temporis magistros literarum sacrarum scientia, eruditione & doctrina superasse,* inquit. Gregorius Nuñez Coronel in libro *De vera Christi Ecclesia virum* vocat, *& sanguine clarum, & doctrina ac pietate perillustrem.* Rosweidus in *lege Talionis*, *Casaubono retaliata*, tabula 1. *virum longe doctissimum* appellat, & *qui ad concilium Tridentinum & profundissimi theologi mentem, & linguam eloquentissimi oratoris attulit.* Et quot plus est, idem Martinus Kemnitius acerrimum hostem suum *hominis docti sane & eloquentis, cujus in concilio Tridentino non minima fuit auctoritas*, elogio celebrat in epist. nuncupat. tertiæ partis *Examinis sui Concilii Tridentini* ejusdem.

DIDACUS DE PAIVA DE ANDRADA, Lusitanus, Francisci de Andrada Regii chronographi natus, Didaci nuper laudati ex hoc fratre nepos, vir politiori literatura & poetica facultate, necnon scriptis utriusque operis commendatus posteritati, dedit foras vernaculo sermone Lusitanorum:

Exame d' antiguidades, Primeira Parte. Scilicet in Bernardi de Brito, Regii chronographi, *Monarchiæ Lusitanæ* librum primum (quo de originibus istius regni tractat) *censuram.* Olisipone 1616. in 4. Secunda hujus operis pars penes Antonium de Purificatione, Augustinianum sodalem, erat, cum ipse *Chronici* suæ *Eremitarum provinciæ Lusitanæ* lib. 1. tit. x. §. 111. librum hunc laudavit, atque editionis ejus spem fecit. Ejusdem auctoris credo est:

Casamento perfeito em que se contem advertencias muito importantes pera viverem os casados em quietaçaom & contentamento, &c. Olisipone apud Georgium Rodriguez 1630. in 4. Necnon & Latinum poema, sic inscriptum:

Chauleis: de obsidione forsan arcis, Chaul vulgo nuncupatæ, in India Orientali.

DIDACUS PALOMINO, Giennensis, doctor theologus, & prior de Xodar in eadem diœcesi, dedit in publicum:

Librum de mutatione aeris, in quo assidua, & mirabilis mutationis temporum historia cum suis causis enarratur. Matriti apud Guilielmum Drouy 1599. in folio.

DIDACUS PANTOJA, natus in oppido Valdemoro, diœcesis Toletanæ, Societatis Jesu sacerdos, atque in sacra Sinica expeditione Matthæi Riccii socius. Societatem primus in Regia illius vastissimi imperii Pechinensi urbe, superiorum permissu, stabilivit; at e regno demum proscriptus, dum in Macao insula restituendi se in vetus Apostolicum munus occasionem captat, Hispana lingua edidit, quæ & Italice prodiit anno 1607. in 8. & Gallice eodem anno in 12.

Relacion de la entrada de algunos PP. de la Compañia de Jesus en la China. Hispali apud Alphonsum Rodriguez Gamarra 1605. 8. Linguaque item Sinica hæc quæ sequuntur:

Tractatum de septem peccatis mortalibus & virtutibus oppositis. Et:

Super Symbolum Apostolorum.

Decessit ibi anno MDCXVIII.

F. DIDACUS DE PASTRANA ET SOTOMAYOR, Toletanus, ordinis Eremitarum S. Augustini, scripsit:

El Camino de la Ciudad de Dios: duabus partibus. Toleti typis Thomæ de Guzman 1603. 4.

F. DIDACUS DE S. PAULO, alias AÑAYA, Salmantinus, ordinis Mercenariorum, concionator magni nominis, reliquit in domo reformatorum ejusdem ordinis (quod Petrus de Sancto Cæcilio Granatensis in libro inedito *De scriptoribus* hujus familiæ scribit):

Sermones de Quaresma.

DIDACUS DE SAN PEDRO, scripsit carmine:

Desprecio de la fortuna. Cæsaraugustæ 1509. in folio. Vidit D. Thomas Tamajus.

F. DIDACUS DE LA PEÑA ET TERAN, ordinis B. Mariæ de Mercede, professor theologus Complutensis, sacræque theologiæ præsentatus, scripsit sed non edidit:

De Antichristo: ut mihi retulit illustrissimus Hydruntinus præsul, Gabriel Adarzo & Santander, ex eodem ordine assumptus.

F. DIDACUS DE PEREA, ordinis Minorum provinciæ Castellæ, uti in hujus provinciæ *Historia* Petrus de Salazar affirmat, scripsit:

Sermones.

DIDACUS PEREZ DE BUSTOS, cubicularius Regis Philippi IV. chirurgus phlebotomicus, luci dedit artis suæ enchiridion, scilicet:

Tratado breve de Phlebotomia. Matriti 1641. in 8. & 1647. in 8.

DIDACUS PEREZ CINZA, Lusitanus, ex oppido Alpedrinha, presbyter, scripsit vernacule:

Vida, Martyrio e ultima trasladaçam do Martyr S. Vicente. Olisipone apud Petrum Craesbek 1620. 8.

DIDACUS PEREZ DE MESA, Bæticus, Rondensis, professor mathematicarum artium Complutensis, qui & Hispali docuisse dicitur, philosophus & astrologus uti fama fert non vulgaris, reliquit hæc doctrinæ suæ monumenta, quæ Leo Allatius ὁ μακαρίτης in *Apibus Urbanis* suis retulit, Romæ quippe habuit notum Didacum nostrum:

Geometriam Practicam noviter in multis auctam.

Cosmographiam, seu de Sphera mundi cum omnibus suis conclusionibus demonstrantibus ex primis, veris, & immediatis.

Geographiam cum demonstrationibus.

Artem navigandi cum omnibus demonstrationibus Geometricis.

De Methodo scribendi & docendi ex doctrina Aristotelis.

Contra Geomantiam & Sortilegium;

Compendium Physicæ Aristotelis.

Compendium ejusdem librorum De Generatione.

Arithmeticam.

De Incertitudine judiciorum Astrologiæ.

Sermones varios. Compluti in folio.

Historia general de España desde su fundacion hasta el reynado de D. Felipe II. Compluti in folio.

Nihil horum, quæ Leo Allatius laudat, operum vidimus. Vulgaria magis duo sunt quæ sequuntur:

Julio Fulcon de la limosna: ex Italico interpretatus. Compluti apud Andream Gotard 1589. 8.

De las Grandezas de España: Petri nempe Medinæ liber locupletatus, Complutique apud Joannem Gratianum editus 1605. in fol.

DIDACUS PEREZ MEXIA, Mondexarensis, presbyter, grammaticæ auditorum commodo intentus scripsit:

Syn-

Syntaxis del arte nuevo comentada, y declarada en Castellano. Matriti 1610. in 8. apud Alphonsum Martinum.

Acentuario eclesiastico, y general de la lengua Latina. Matriti apud eumdem 1621. 8.

DIDACUS PEREZ DE SALAMANCA, desumpta ut credas ab urbe hac appellatione, juris professor publicus in eadem schola, quippe Sexti Decretalium cathedram proprio nomine moderatus est, vir egregie doctus ut ostendunt ab eo edita:

Commentaria in libros VIII. Ordinationum regni Castellæ, duobus tomis: Didaco Leyvæ a Covarrubias, Segoviensi antistiti senatusque Regii præfecto, nuncupata. Salmanticæ 1574. in folio.

At vero *Ordinationes*, sive recepta magis appellatione *Ordinamentum*, Regias Hispanorum leges vocant, quas variis de causis, post Alphonsinam Partitarum editionem, promulgatas Catholicorum Regum Ferdinandi Elisabethæque nutu & auspiciis, Alphonsus Diaz de Montalvo, juris doctor, iisdem a consiliis, in volumen unum scite digessit. Ejusdem quoque sunt:

Additiones ad Repetitionem Didaci Securæ ad L. Coheredi §. cum filiæ D. de Vulgari & pupillari substitutione. Itemque:

Notæ ad Gundisalvi a Villadiego Tractatum de Irregularitate: quibuscum editus fuit Salmanticæ 1589.

DIDACUS PEREZ DE VALDIVIA, Beaciensis natu, inter Joannis Avilæ, dicti ab æqualibus propter doctrinæ salutaris præstantiam, zelumque divinæ legis *Bæticorum Apostoli*, discipulos haud exigua portio fuit proventus fecundissimi. Magnus is pietatis magister hac doctrina jam a se instructum constituit nostrum in academia Beaciana sacrorum Bibliorum interpretem. Granatæ etiam per triennium solemne tradidit philosophiæ regulas. Creatus autem Gienensis ecclesiæ archidiaconus servavit adhuc in ea dignitate veteris parcimoniæ, quem sibi olim præscripserat, modum, quo & ardentissimis adversus omnis generis vitia declamationibus tot sibi peperit hostes, quot vel tacita reprehensione modestia vitæ vel publica conciones ejus præstringebant. Ab his delatus tamquam religionem violasset, aliquot annorum intervallo in custodia latuit Fidei judicum Cordubensis urbis, quibus immunem se ab iis quæ sibi imputabantur, imo & eximiam vitæ ac morum innocentiam probavit. At ne in dignitate illa occasionem sibi insidiarum atque invidiæ retineret, ea repudiata totum se Apostolico docendæ & promovendæ pietatis muneri ad præceptoris sui Avilæ præscriptum, deque ejusdem consilio tradidit, Philippo etiam II. Rege ad occupandum concionatores inter Regios locum frustra eum invitante. Salutem infidelium ante alia procurandam officii sui esse ducens Valentiam, atque inde Barcinonem venit, unde navigio posset ad Barbarorum ditiones primo quoque tempore sacram expeditionem dirigere. A qua tamen ultimo dicta urbe, sic volente Deo cujus est totum quod est optimum, tum e cathedra sacras litteras, tum e suggestu Christianæ vitæ regulas, tum e cella perfectionem spiritualem omnem scriptis docendo, ab eo tempore numquam discessit. Ecclesiastes quippe is fuit insignis, præterea, ut diximus, sacrorum librorum amplius quam decem annis professor in Barcinonensi academia. In quo munere vir pius æque ac doctus, virtutum omnium ornamentis atque item dono prophetiæ dives, vereque (ut de eo Nicolaus Factor Franciscanus eximiæ sanctitatis censebat) *Vir Apostolicus*, animam Deo reddidit, cum scriptis etiam in publicum libris spiritualem disciplinam promovisset egregie. Scripsit nempe:

De Sacra concionandi ratione. Barcinone 1588. in 4. Postea Antuerpiæ apud Bellerum 1598. 8.

Summam Institutionis Christianæ concionibus aliquot succinctis comprehensam. Coloniæ 1568. in 8. Quod nescio an Hispanum prodierit ab auctore opus, uti ea quæ sequuntur:

Documentos saludables para las almas piadosas, que con espiritu quieren exercitar las obras que Jesu-Christo, y su Iglesia enseñan. Cui adhæserunt *Documentos de la vida Eremitica.* Barcinone apud Petrum Malo 1588.

Aviso de gente recogida, y especialmente dedicada al servicio de Dios. Ilerdæ 1613. in 8. Hoc plurimum auctor ipse commendabat.

Camino, y puerta para la Oracion. Barcinone apud Petrum Malo 1588. 8.

Tratado de la alabanza de la Castidad. Ibidem 1608. in 8. Cui appenditur tractatus *De la frequente Confesion, y Comunion.*

Documentos de la vida eremitica. Ibidem apud Petrum Malo in 4.

De la Concepcion purisima de la Madre de Dios: Exposicion sobre los Cantares. Barcinone apud Gabrielem Graels 1600. 8.

Breve relacion de la vida, y muerte de la Princesa de Parma de felice memoria con anotaciones: cui ex Italico translatæ a Francisco de Alvarado Jesuita additiones seu annotationes adjunxit noster. Ibidem apud Jacobum Cendrat 1587. 8.

Explicacion sobre el capitulo II. III. y IV. de los Cantares. Itemque:

Contra las Mascaras. Teste utriusque horum

rum operis Ludovico Muñozio ſtatim laudando.

Latinum vero magnum opus *De comparanda ſapientia* meditari Valdiviam, cum viveret, Andreas Scotus annotavit in *Bibliotheca Hiſpana*. Viri hujus eximie pii geſta & virtutes breviter recenſet Martinus Ximena Juradus in *Giennenſis urbis Hiſtoriæ* cap. XVIII. & Ludovicus Muñozius in *Vita Joannis Avilæ*. lib. 2. cap. 12. 13. 14.

Obiit Barcinone XXVIII. Februarii anno MDLXXXIX. ſepultus apud Capuccinos fratres Montis Calvarii ejuſdem urbis.

DIDACUS DE S. PETRO, ſcripſit ad D. Didacum Hernandez de Corduba, præfectum Domicellorum (alcayde de los Donzeles vulgari appellatione) opuſculum fabuloſum:

Carcel de Amor inſcriptum, & Cæſarauguſtæ editum per Georgium Coci 1516. in 4. Vertit in Italicum Lelius Manfredi Ferrarienſis, atque edidit Venetiis 1546. in 8.

Idem cum eo forte quem auctorem laudavimus ſupra operis cui titulus:

Deſprecio de Fortuna, quod metricum eſt, Ureniæ comiti, quem dominum ſuum auctor vocat, nuncupatum. Typis commiſſum Compluti apud Joannem de Villanueva & Petrum de Robles, una cum *Las Trecientas de Juan de Mena con la Gloſſa del Pinciano* 1566. in 8. Romæ vidimus nuper in bibliotheca Sapientiæ.

D. DIDACUS PHILIPPUS DE ALBORNOZ, vir nobili ſtemmate, ingenio atque eruditione, urbanitate ac ſuavitate morum probo cuique ac diſerto in pretio habitus, canonicus ac Theſaurarius ut vocant eccleſiæ Carthaginenſis, vertit ex Italico:

Las Guerras civiles de Ingalaterra, del Conde Maiolino Biſſaccioni. Matriti 1658. in 4. Inde ſcripſit:

Cartilla Politica, y Chriſtiana. Carolo Regi noſtro II. nuncupatum ſcilicet alphabetum virtutum ac vitiorum, quæ in hac tenera ætate diſcere jam atque averſari debet. Ibidem apud Melchiorem Sanchez 1666. in 4.

DIDACUS PISADOR, Salmanticæ incola, ibi edidit cythariſticæ artis documenta hoc vulgari titulo:

De Muſica de Viguela. 1552. in folio.

DIDACUS PIZARRO, Gregorii Lopezii Guadalupenſis, Partitarum magni gloſſographi, filius, cujus pater meminit in Leg. penultima titulo VIII. partita V. verbo *A cenſo*. Scripſit, *ut erat timoratæ conſcientiæ vir* (laudantem audis Gregorium parentem) *cupienſque ſalutem fidelium, reſtringens quantum potuit*:

Sobre los Cenſos tractatum, Medinæ editum 1551. in folio. Neſcio an idem opus ſit:

In Extravagantem Calixti III. de emptione, & venditione Commentario. Item reperio eidem adſcribi ſimilem aliam lucubrationem:

Sobre el Eſtatuto de Guadalupe.

De Cenſibus & alios Tractatus. Cæſarauguſtæ anno 1544. prodiiſſe alicubi legimus.

Laudat Didacum noſtrum Felicianus de Solis de *Cenſibus* lib. I. cap. IX. num. 12. & lib. V. cap. VIII. num. 7.

DIDACUS DE PLAZA, Eſcamillæ natus, profeſſor forte grammaticus, edidit:

Genero, y declinaciones en quartetos Caſtellanos. Compluti apud Joannem de Villanueva 1567.

F. DIDACUS DE PORRES, Mercenariorum fratrum ſodalis, apud Indos ad occidentem poſitos cœnobii urbis Sanctæ Crucis, ut vocant de la Sierra, præfectus, *ejus provinciæ chartam geographicam* compoſuit, & ad Philippum Regem II. ad Hiſpaniam remiſit. Cujus rei auctor eſt Marcus Salmeron *en los Recuerdos hiſtoricos de la orden de la Merced* pag. 329.

F. DIDACUS DE PRADO ET MADRID, Matritenſis, Hieronymianus, monaſterii Parralis monachus, quod prope Segoviam eſt, morum integritate inter ſuos clarus, ſcripſit.

Suma de caſos de conciencia.

Vidas de Santos particulares.

Milagros de Nueſtra Señora.

Meminerunt ejus cum merita laude Joſephus Seguntinus, ordinis Sancti Hieronymi chronographus, ſecundo volumine *Hiſtoriæ* ſuæ lib. IV. cap. XLIV. & Franciſcus Quintana in *Hiſtoria Matritenſi* lib. II. cap. LXV.

F. DIDACUS DE PRÆSENTATIONE, patria ex oppido la Puebla de Montalban regni Toletani, ad Carmelitarum nudipedum profeſſionem admiſſus Paſtranæ, philoſophiam atque theologiam in Complutenſi familiæ ſuæ collegio diu docuit, generalis aliquando creatus ejuſdem præfectus. Edidit pro munere:

Carta Paſtoral a los Religioſos del Carmen deſcalzo. Matriti anno 1657. Denatus eſt ibidem 1660.

DIDACUS DEL PUERTO, cappellanus & cantor in cappella collegii Sancti Bartholomæi urbis & ſcholæ Salmantinæ, be-

beneficiatus ut vocant in oppido Laredo, scripsit:

Arte de Canto llano. Salmanticæ 1504. in 4. Correxit opus hoc & publicavit D. Alphonsus de Castilla, ejusdem academiæ rector.

F. DIDACUS DE QUIÑONES, ordinis B. Mariæ de Mercede, sacræ theologiæ ut vocant præsentatus, scripsit:

Aprecio de Christo. Matriti 1640. Mysticum opus de meditatione ex phantasmatibus humanitatis Christi, non solide eam probans orationem seu meditationem, quæ Fidei dicitur, tangitque Deum, divinaque oculo tantum Fidei divinæ absque ope phantasmatum.

DIDACUS RAMIREZ, patria ex oppido Villanova Infantum Castellæ Novæ, Societatis Jesu sacerdos, humaniorum studiorum in collegio Matritensi præfectus, scripsit:

Compendium Grammaticæ Græcæ.

Vitam Roberti Cardinalis Bellarmini ex variis auctoribus concinnatam.

Instructionem sodalitatis B. Virginis.

Transtulit quoque ex Italico:

Del insigne milagro obrado en Napoles por S. Francisco Xavier con el P. Marcello Mastrillo de la Compañia de Jesus a tres de Enero de MDCXXXIV. Matriti eodem anno. Viennæ postea Hispanice iterum editum 1635.

DIDACUS RAMIREZ, scripsit:

Relacion del viage de los Hermanos Nodales con un Derrotero, y advertencias sobre la que hicieron los dichos Nodales. Quam laudat Antonius de Leon in *Biblioth. Ind. Occid.* pag. 91.

D. DIDACUS RAMIREZ, auctor inscribitur libro, cui titulus:

Arte de merecer mucho con pocas obras: qui editus dicitur anno 1666. aut circiter.

F. DIDACUS RAMIREZ, Toletanus, ordinis S. Mariæ de monte Carmelo, majorem vitæ partem usque ad obitus diem in Italia transegit, non minus in cathedris academicis quam in concionatoriis suggestis probatus. Titularis fuit inter domesticos Bohemiæ præfectus provincialis. Italico sermone scripsit:

Della guarda della lingua, e delli vitii di essa, e li suoi remedii. Mediolani editum opus in typographia, quæ olim fuit Pacifici Pontii, non adjuncta temporis nota, in 8.

Sermones Quadragesimales, duobus voluminibus: *Dominicales*, unico, MSS. manserunt asservanturque Augustæ Taurinorum in bibliotheca cœnobii Carmelitarum.

Mortuus est anno MDCL.

D. DIDACUS RAMIREZ DE ALVELDA, Calatravensis eques, ex Aragoniæ regno oriundus, pro Seneca decertans adversus Alphonsum Nuñez de Castro, qui contradictiones in operibus doctrinaque hujus summi viri multas se invenisse quodam opere gloriatus est, scripsit, nec tamen edidit, apologiam, quæ a morte ipsius fuit typis mandata hoc titulo:

Por Seneca sin contradecirse, en dificultades politicas, resoluciones morales. Cæsaraugustæ apud Didacum Dormer 1653. 4.

D. DIDACUS RAMIREZ DE FUENLEAL, natus anno MCDLIX. in oppido Villascusa Conchensis territorii sacri, vix annorum XVI. adolescens rhetoricam artem Salmanticæ, ibidemque anno CDLXXX. Bartholomæani collegii toga cinctus, Durandum ex cathedra docebat. In ecclesiis deinde pluribus sacerdotia obtinuit, & in Granatensi, recens a Sarracenorum abominationibus expurgata, primus decanus fuit. Præterea Hispali eumdem collegii sacri principem tenuit locum, annuente Summo Pontifice desiderio Joannæ Reginæ Hispaniarum, quam in Belgium Philippo Austriaco nupturam, factus ei a sacris & a consiliis minister, sequutus fuerat. Astitit idem cum aliis episcopis Caroli baptismo ex eo matrimonio nati, fausto Hispaniarum sidere. Asturicensis deinde antistes dictus, mox Malacitanus, tandem Conchensis ab anno scilicet superioris sæculi XVIII. Legatusque sui Regis in Angliam & Galliam ivisse dicitur. Certe hoc postremo auctus pontificatu, Vallisoletanæ curiæ præfecturam administravit, eo nimirum tempore quo tumultuatæ sunt adversus regni gubernatores magna pars Castellæ utriusque urbium. Quibus sedandis turbis cum non eam, quæ requiri videbatur, industriam diceretur impendisse, Carolo parum gratus, Romam secessit colore quæsito prosequendi Hadrianum tunc recens creatum Pontificem, in redituque longe a republica, Conchensi ecclesiæ, hoc est sponsæ, consenuit, obiitque fere octogenarius Dominicæ Ascensionis die anni MDXXXVI. In magna quidem hominis laude ponendum est quod Salmantinis togatorum collegium, a mitra illius Conchensi dictum, sumptuose construxerit, de quo nihil pro merito ac dignitate dici potest. Plura Lucius Marinæus Siculus de genere illius, doctrina, eloquentia ceterisque virtutibus, necnon & corporis habitu lib.... cap..... *De rebus Hispaniæ.* Doctrina quidem cum esset multa & exquisita va-

variis sese commentariis posteritati commendasse refertur, quorum argumenta hæc dicuntur, nusquam tamen locus ubi ea adserventur:

Super Symbolum S. Athanasii.

De Religione Christiana contra transeuntes, aut redeuntes ad Judæorum ritus libros III. Hoc laudat opus Ioannes Lopez de Palacios Rubios in *Allegatione de materia Hæresis*, auctorem sub nomine *Episcopi Malacensis* nuncupans.

De Potentiis Animæ tractatum.

Ad Aristotelis Oeconomiam commentarios.

Vulgari quoque lingua, ut verosimile est:

Historia de la vida, muerte, y sepultura de la Reyna Catolica Doña Isabel.

Dialogos de la muerte del Principe Don Juan.

Sepulturæ ejus in sacello maximo ecclesiæ Conchensis inscriptum est:

D. O. M.
Didaco Ramirez Conchensi Episcopo, Viro raro & doctissimo, cui tanta vis animi ingeniique fuit, ut ad id natum diceres quodcumque ageret.
Obiit anno MDXXXVI.

D. DIDACUS RAMIREZ DE HARO, Matritensis, scripsit.

De la Caballeria de brida, y gineta.

DIDACUS RAMIREZ PAGAN, nescio quis, edidit:

Floresta de varia Poesia. 1562. in 8. Valentiæ apud Joannem Navarrum.

DIDACUS RAMIREZ DE LA PISCINA, alias DE AVALOS (de hac familia inter Navarros tractant, præter auctorem ipsum in opere mox laudando, Joannes Garzia *de Nobilitate* glossa XVIII. num. 41. & Athanasius Lobera in *Historia urbis Legionensis* cap. IX.) scripsit, Carolo V. Imperatori nuncupans, a Caroloque Vianæ Principe plura desumens:

Coronica de los Reyes de Navarra. Perfecit hanc anno MDXXXIV. nondum tamen in lucem typorum venit. Atque innuit quidem auctor in nuncupatoria epistola se primum conscripsisse eam sermone Latino, Francisco que a Navarra, priori de Roncesvalles, dedicasse. Extabat in bibliotheca Olivariensi, nunc apud excell. comitem Villæumbrosæ Castellæ senatus præsidem: aliudque exemplum habuit in Gallia Raphael Trichettus, ut constat ex ejus bibliothecæ *Catalogo.* Meminit Stephanus Garibaius operis & auctoris, sibi olim noti, cujus historiam omnium copiosissimam esse, atque omnium item in temporum serie, ob incuriam exscribentium, mendosissimam circumferri. Eum vide lib. XXI. *Historici Compendii* cap. I.

F. DIDACUS RAMOS, Navarrus, ex urbe Sanguesa, ordinis Carmelitarum, sacræ theologiæ doctor, plures ejusdem familiæ domos rexit, visitatoris, diffinitoris ac vicarii provincialis exercuit munera, ediditque:

Sobre la Bulla, y un Tratado de los Oratorios muy ingenioso. Cæsaraugustæ 1673. in 4.

DIDACUS DE RETANA, nescio quis, scripsisse refertur:

Exercicios divinos. Matriti 1646.

DIDACUS DE RIBERA, Granatensis, aliis Rondensis, notarius, scite ac juxta legum præscripta edidit:

Orden de hacer escrituras, y peticiones. Granatæ 1617.

DIDACUS DE RIBERO, Olisiponensis, alias Tomarensis, Jesuita, missionarius strenuus valde quadraginta & plurium annorum in vinea Salcetano-Indica ad orientem, vertit in Brachmanicam linguam ut ajunt:

Doctrinam christianam Cardinalis Bellarmini, & aliorum. In collegio S. Ignatii urbis Pachol 1632. in 4. Necnon, ut Nathanael Sotuellus ait:

Vitas Sanctorum Petri a Ribadeneyra: typis collegii Goani, eadem lingua Concanica seu Canarina.

D. DIDACUS DE ROCABERTI PAU ET VELLERA, scripsisse dicitur:

Genealogia, y Arbol de los Vizcondes de Rocaberti. Laudat Pellizerius in Memoriali *Comitis de Villazor* fol. 64.

D. DIDACUS DE ROCABERTI, si idem est cum superiori, aliusve hujus familiæ Cataloniæ principatus, scripsit octosyllabis versibus universalis historiæ compendium, hac inscriptione notatum:

Epitome Historico en diez Romances: ad Lupum de Vega Carpio. Barcinone per Sebastianum Cormellas 1628. in 8.

DIDACUS RODRIGUEZ DE ALVARADO, Segoviensis, jurisconsultus, sub Didaco illo, nusquam sine commendatione ituro ad posteros, Covarrubia professoribusque aliis meruit Salmanticæ. Hinc ad Hispalensem urbem se conferens, actorem causarum præstitit, idque in literas mittendum argumentum sibi præcipue imposuit, quod commentarius ille complexus est ab eo editus:

De conjecturata mente Defuncti ad methodum redigenda: libris quatuor. Hispali 1578. in

in folio. Francofurtique 1599. in 8. Et iterum 1618. in 8.

Frater fuit germanus Didacus noster Alphonsi Roderici sive Rodriguez, Jesuitæ, sanctimonia viri clarissimi. Jacere autem dicitur ipse in templo Hispalensi Francisco patriarchæ sacro, circa annum plus minus MDLXXXIV. e vivis ereptus.

DIDACUS RODRIGUEZ RUIZ, Lucroniensis, Hispanicum fecit ex Italico Petri Lucæ, Canonici Regularis, tractatum:

De la Humanidad, y fundamento de la vida christiana. Pinciæ apud Matthæum de Herrera 1580. 8.

DIDACUS ROSALES, qui centurionem se vocat, ineditam reliquit:

Descripcion de las Montañas de Navarra, y Montes Pyrineos por aquella parte: discurrese sobre los pasos que hay por ellos para entrar desde Francia, y forma para defenderlos, y disposiciones que se pueden dar en tiempo de Guerra. Extat MS. in folio in bibliotheca quæ fuit comitis de Villaumbrosa.

F. DIDACUS DEL ROSARIO, Lusitanus, ex familia sacra Prædicatorum, apud Bracharensem illum archiepiscopum sanctitate eximium Bartholomæum de Martyribus, Dominicanum, vixit, functusque est variis muneribus, quo auctore composuit atque edidit Lusitanica lingua:

Sanctorum Historias: quibus & *Conciones* adjunxit duobus magnis voluminibus. Bracharæ anno 1563.

Tribuit etiam ei Dominicanorum Hispanum Chronicon:

Summa de Casos. Itemque:

Cathecismo: utrumque Bracharæ jussu ejusdem præsulis typis commissum.

Sermonum duo volumina: Lusitana lingua. Bracharæ 1563.

Ludovicus autem Jacobus a S. Carolo *Bibliothecæ Pontificiæ* auctor, cuidam Didaco a Rosario Dominicano tribuit *Determinationes quorumdam Doctorum de differentia inter Eugenium IV. P. M. & Concilium Basileense*: quæ quidem MSS. extarent Romæ in bibliotheca cardinalis Ascanii Columnæ. An autem idem cum hoc sit qui Lusitanice conscripsit *Sanctorum vitas* nihil dum explorati se ait habere. Nec nos quidquam alibi de hoc opere audivimus.

DIDACUS ROSSEL FUENLLANA, Matritensis, instructor aciei (Sargento mayor vocant) gubernator urbis S. Agathæ in regno Neapolitano, scripsit:

Varias explicaciones, y transformaciones. Et: *Hieroglyphicos.* Neapoli apud Joannem Dominicum Roncallolo 1613. in 4.

DIDACUS ROXAS, scripsit:

Problemas en Filosofia moral. Bernæ 1618. in 8.

DIDACUS RUIZ DE LEDESMA, edidit:

Vida, y muerte del Rey D. Felipe II. Barcinone 1608. in 8. Italice versa cum Didaci a Yepes Relatione mortis ejusdem, prodiit Mediolani 1607. in 8.

DIDACUS RUIZ DE MONTOYA, Hispalensis, nobilium parentum proles, vix dum ætatem justi arbitrii nactus, sæculi blanditiis, opulentæque Gasparis patrui, decurionis ejusdem urbis, hæreditati sibi destinatæ nuntio remisso, inter sodales Societatis connumerari voluit, magnum in paucis ornatissimæ huic literarum & virtutum sideribus familiæ decus & ornamentum comparaturus. Granatæ Aristoteli explanando, Beatiæ autem anno integro morum theologiæ docendæ, postremo Cordubæ Hispalique totum vicennium Angelico præceptori interpretando egregia navata opera, otium exinde atque ætatem emeritam conformandis atque expediendis in lucem publici usus doctissimis commentariis impendit. Vix enim cellam, nedum domum; præterquam raro in consilium rei domesticæ a superioribus evocatus, sexdecim totos annos egressus, in secreta illa doctrinæ sanctitatisque officina usque ad supremum vitæ diem delituit. Nec tamen obscurus, quippe ad quem in gravissimis quibusque negotiis, etiam ab ipso Hispalensis urbis senatu, veluti ad summum sacræ doctrinæ apicem, conspirantibus eo suffragiis provocabatur. Plane is in omni theologia id tenuit fastigium, in quo pauci hac nostra ætate, singularium ipsius partium quisque merito nixus, constitere. Sed cujus nomine parum egemus domesticis testibus, ea est præcipue, scholastica quæ audit, theologia, sic ab eo pertractata ut non minus solidis rationibus, quam petita e sacris Bibliis veterumque ecclesiæ patrum scriptis auctoritate usus, quod ante eum exactius nemo, verum atque omnibus numeris perfectum egerit illius interpretem. Eo consilio attentissime utriusque Instrumenti, præcipueque D. Pauli Epistolarum lectioni antiquos omnes theologos ecclesiasticorum dogmatum propugnatores adjungens, propositum sibi exornandæ sic serio theologiæ scopum feliciter attingit. Sed ne doctrinæ tantum nomine celebraretur, emendatissimis moribus effecit, exactissimaque vivendi ad præscriptum regulæ Societatis ratio-ne.

ne. Christianæ veræque humilitatis hoc argumentum frequenter edere, ut ne quem in disputationibus scholasticis confundi, accipereve, ut ita dixerim, argumentationis ferrum compelleret, modestus ubique, sibique imperans; eaque castitatis observantia, ut ne minimum quidem huic virtuti a suis derogatum indulgenter transmitteret. Mors denique hunc tantum ac talem virum, quadriennio jam toto lithiasi laborantem, septuagintaque annos natum, abripuit postridie idus Martias anni MDCXXXII. Qui & ipse annus Didaci Granadi morte Jesuitarum familiam funestavit. Emissa sunt hactenus in lucem editorum ab eo commentariorum sex volumina, hæc scilicet (in Primam Partem Divi Thomæ omnia):

De Scientia, ideis, veritate, ac vita Dei: a quæstione XIV. usque ad XVIII. Parisiis apud Sebastianum Cramoysi 1629. fol.

De Voluntate Dei, & propriis actibus ejus: ad quæstionem XIX. XX. & XXI. Lugduni apud Prost 1630. in folio.

De Providentia Dei prædefiniente, & præbente prædestinationis exordium: ad quæstionem XXII. & partem sequentis. Lugduni apud eumdem Prost 1631. folio.

De Prædestinatione, & reprobatione Hominum, & Angelorum: ad reliquum quæstionis XXII. & totam sequentem. Lugduni ex officina Jacobi Cardon 1629. in folio.

De Sanctissima Trinitate. Lugduni apud Prost 1625. folio.

De Visione, & nominibus Dei.

Parata etiam prelo fuisse ait Alegambius *Bibliothecæ Societatis* auctor:

De Auxiliis divinæ gratiæ volumina duo: in lucem quando sanctæ sedi Apostolicæ placuerit proditura.

De Angelis: tomum primum reliquit affectum, quem vel sic optandum esset in lucem venire.

Composuit etiam Hispanice:

Catecismo, y doctrina christiana: quem imprimi curavit D. Franciscus de Reynoso, Cordubensis episcopus.

Scripsisse dicitur ab eodem *Bibliothecæ* auctore alios egregios tractatus, nempe I. *De Beneficiis parochialibus conferendis in eos, qui sedulo animarum negotium tractant*. II. *De eliminandis e republica comœdiis vulgaribus*. III. *De statu eorum, qui petunt dimissionem a Societate Jesu*. IV. *De causis dimittendi a Societate Jesu professos*: quos putat ineditos per variorum manus circumferri.

DIDACUS DE SAA, Lusitanus eques, scripsit juris commentarium:

De Primogenitura, & an filius secundogenitus præferendus sit nepoti. Parisiis apud Martinum Juvenem 1552. in 8. Et inter *Tractatus Doctorum* volumine x. parte I. fol. 324.

DIDACUS DE SAA, Lusitanus, alius, ut videtur a superiore, atque is laudatur quod scripserit:

De Navigatione libros III. quibus Mathematicæ disciplinæ explicantur. Parisiis apud Reginaldum Calderium 1549. in 8.

Valerius Andreas eumdem credit cum jurisconsulto, & nos manus dabimus non inviti: tempus enim & locus editionis utriusque operis, nomen quoque & gens eadem fere persuadent.

An vero hic, an superior, aliusve, auctor sit ejus libri:

De los Estados Eclesiastico, y Seglar, qui prohibitionis nota configitur in nostro *Indice*, juxta cum his qui ignorant scio.

D. DIDACUS DE SAAVEDRA FAXARDO, Murciæ natus parentibus Petro a Saavedra & Fabiana Faxardo, equestris utroque familiæ, Salmanticæque doctus juris artem, reipublicæ deinde totus quandiu vixit promovendæ incubuit. Gasparis enim S. R. E. cardinalis Borgiæ, Regis nostri apud Pontifices legati, familiam sequutus olim, atque a secretis ei dum Neapolitanis præesset, mox & Regius Hispanarum rerum in curia Romana procurator (Agentem vocant) Regiis inde auspiciis publica negotia inter Helvetios fœderatos diu tractavit. Ratisbonensibus duobus conventibus, & quidem posteriori Burgundicæ domus, ac Circuli ut appellant, suffragium deferens, Monasteriensi deinde super pacanda Europa una cum Gaspare Bracamontio, Peñarandæ comite, summo rerum ibi gerendarum Regio legato, unde cum Batavis in concordiam ivimus, interfuit. Accersitus inde in curiam, sedit Indicos inter senatores, quo ante plures annos mactus honore fuerat, usque ad obitus diem, D. Jacobi eques, sacræque huic Apostolo almæ cathedralis ecclesiæ sacrorum collegarum sodalis. Publici juris politicæque artis prudentissimum se esse, disertissimumque juxta & ingeniosum ostendit, scribens:

Idea de un Principe Politico Christiano representada en cien empresas; dedicada al Principe de las Españas. Monasterii Westphalorum 1640. in 4. Iterumque Mediolani 1642. dedolatum cælatumque novem Musis opus. Quod etiam tertio Latinum prodiit opera anonymi Bruxellis apud Joannem Mommartium in folio 1649. *Symbola Christiano-Politica* nuncupatum. Iterumque Amstelodami 1652. in 12. & 1659. in 12. apud Joannem Schiper. Et Parisiis apud Federicum Leonardum 1612. in 12. Prodiit etiam prototypon

Ca-

Caſtellanum cum Antuerpiæ tum Valentiæ, tandemque iterum Antuerpiæ 1677. in folio. Italicumque Paridis Cerchieri opera Venetiis 1648. 4. Gallicumque L. Roy advocati Pariſienſis. Pariſiis 1668. in 12. duobus tomis.

Corona Gotica, Caſtellana, y Auſtriaca politicamente iluſtrada. Meditabatur nempe tribus partibus trinomium opus absolvere; ſed prima vidit lucem hactenus, quæ Gothicum Hiſpaniæ regnum comprehendit, Monaſterii Weſtphaliæ edita anno 1646. Et Matriti iterum prodiit ex officina Andreæ Garſiæ de la Igleſia anno 1658. 4. Reliquas ne abſolveret mors effecit, quæ tandem ei contigit anno MDCXLVIII. ut annotavit Miræus. At poſt cineres contigit, ſera licet, altera ei gloria, quod ſcilicet fragmentis earum partium, quas imperfectas reliquerat, is honos haberetur ut vel ſic venire in lucem oportere viſum fuerit: quod exequutus eſt cum proprio ſupplemento earum vitarum noſtrorum Regum, quæ deerant, D. Alphonſus Nuñez de Caſtro, Regius hiſtoricus, adjuncta priori altera parte Coronæ Goticæ anno 1670. in 4. Quæ quidem una cum priori Antuerpiæ demum prodiit anno 1677. in folio.

Exiit quoque poſtumus libellus alius, philologicum inſomnium continens, doctus lectuque jucundus, hujus tituli:

Republica Literaria: quam cum erudita præfatione D. Franciſci Ignatii de Porras, Complutenſis canonici, & in academia Græcæ linguæ profeſſoris, emiſit in lucem D. Joſephus de Salinas, ejuſdem eccleſiæ Magiſtralis canonicus. Compluti 1670. in 8.

Vidimus quoque ejuſdem, ſuppreſſo tamen nomine:

Diſcurſo Juridico Politico en la Cauſa que pende entre el Fiſcal del Conſejo Real, y D. Melchor Centellas de Borja ſobre el ſocorro de Roſas. in 4.

DIDACUS SAGREDO, Hiſpaniarum Reginæ.......... a ſacris, edidit:

Medidas del Romano, o Vitruvio, nuevamente impreſas, y añadidas muchas piezas, y figuras neceſarias a los oficiales que quieren ſeguir las formaciones de las baſas, colunas, capiteles, y otras coſas de los edificios antiguos: ad D. Alphonſum de Fonſeca archiepiſcopum Toletanum. Matriti apud Ludovicum Rodriguez 1542. Toletique 1549. 4. Id opus Gallice verſum, incerti opera, prodiit ex officina Pariſina Simonis de Colinez 1542. in 4. alias 1608. ut eſt in *Catalogo* bibliothecæ Raphaelis Trichetti.

DIDACUS DE SAHAGUN ET VILLASANTE, profeſſor Salmantinus Canonicæ jurisprudentiæ, reliquit edenda poſt mortem:

Opera Juridica, ſeu Prælectiones Academicas in aliquot Titulos lib. I. Decretalium. Pariſiis 1605. in 4.

DIDACUS DE SALAZAR, Toletanus ut credit D. Thomas Tamajus, ex centurione factus eremiticæ vitæ ſectator, ingenioſus valde ac felix in ſermone vulgari, ſive ligato ad leges metri ſive ſoluto, verſibuſque tam ex tempore quam meditato pangendis. Scripſit olim ſine nomine auctoris:

Dialogo de Re militari. Bruxellis apud Rogerum Velpium 1590. Vertit quoque in Hiſpanicum:

Las Guerras civiles de los Romanos de Apiano Alexandrino. Compluti apud Michaelem de Eguia in folio.

Quidquid carminis eſt inſuper in *Arcadia* Jacobi Sanazarii, quam Hiſpanicam dedit Didacus Lopez de Ayala, canonicus Toletanus, Didacum noſtrum auctorem habet: quod monet in editione hujus interpretationis Blaſius de Garay, ejuſdem eccleſiæ portionarius, uti jam diximus.

DIDACUS DE SALAZAR, quidam, laudatur auctor operis inſcripti

Soliloquia, ac Mediolani editi 1611.

DIDACUS SALAZAR MARAÑON, Matritenſis, alias e catalogis Societatis, cujus presbyter fuit, Conchenſis, Philippi II. Catholici Regis nutu & auſpiciis (quod ejus pietatem ſummopere commendat) Hiſpaniæ totius atque Italiæ loca ſacra, quæ quidem præcipua aliqua religione frequentantur, ſupplex adivit, deinde nova delegatione Regia Hieroſolymitana loca ſacra & Ægyptum, in reditu ſcribens *De Peregrinatione ſua* libros tres, qui ipſi nondum typis excuſi in Regio gazophilatio cuſtodiuntur. Fortaſſe quod lucem hi nondum viderint prætermiſſa eſt auctoris mentio in *Bibliotheca Societatis*; non vero in ea quam renovavit reverendus admodum pater Daniel Sotuellus, ubi ex Nierembergio & Sachino res hujus ſacræ expeditionis memoravit.

Compluti obiit die xxv. Auguſti MDXCVI.

D. DIDACUS DE SALCEDO, neſcio quis, ſcripſit:

De Curſu publico. Salmanticæ 1652.

D. DIDACUS DE SALINAS ET ERASO, ſenatus Rationum Regiarum judex (Oidor de Camara de Comptos vocant) in regno Navarræ, ſcripſit:

Diſcurſo ſobre la Campana de Velilla, y ſu

su toque a XIII. *de Julio de MDCI.* MS. vidimus Matriti in bibliotheca D. Gasparis Ibañez de Segovia, domini de Corpa, marchionis de Agropoli. Fuit & inter libros Raphaelis Trichetti du Fresne, Galli.

DIDACUS SALON DE PAZ, jurisconsultus, & in Pinciana curia advocatus, ibidem forsan natus, quippe habuit parentem Marcum, illum ejusdem cognomenti doctum apprime virum, lucubrationum *super Taurinas leges* auctorem: ex hujusmet atque item avi, quem laudat nepos doctrinæ paris nomine, manuscriptis schedis in lucem edidit:

Quæstionum Civilium primam partem: quas noviorum iis auctorum testimoniis locupletavit. Medinæ apud Franciscum del Canto 1576. in 8.

Nec tamen eo dumtaxat opere voluit bene a posteris audire: cum enim advocatum Pinciæ ut diximus ageret, instante Lusitanis Philippo Rege causam illius fovit, scripto eo, quem manu exaratum Matriti vidimus apud D. Christophorum Zambrana, ex Sebastiani Regii Castellæ senatoris parentis olim defuncti schedis:

Tractatu de successione regni Portugalliæ, Antonio Padillæ Menesio, Indici senatus præsidi, nuncupato.

DIDACUS SAMANIEGO, Jesuita, apud Indos occidentales provinciæ Sanctæ Crucis in montanis operarius, scripsit:

Vocabulario de la lengua Chiriguana.

DIDACUS SANCHEZ, medicus Marcienensis, scripsit:

Coloquio del Sol, en el qual se declaran muchas experiencias, y conclusiones de Filosofia, que cada dia se ofrecen. Hispali per Alphonsum Escribanum 1576. in 8.

DIDACUS SANCHEZ, Pax-Augustanus, baccalaurum se nominat in opere cui inscripsit:

Recopilacion en metro de diferentes obras morales. Hispali 1544. in 8.

F. DIDACUS SANCHEZ DE LA CAMARA, Complutensis, ex provincia Castellæ Carmelita, religione vir laudatus, edidit Hispanice:

Pasion de nuestro Señor en versos Castellanos. Matriti apud Quirinum Gerardum anno 1589. in 8.

Conceptos espirituales sobre el Miserere: ex Italico Cæsaris Calderarii de Vincenza. Compluti 1594. Et Matriti 1589. in 4.

Erat adhuc in vivis anno hujus sæculi VI.

F. DIDACUS SANCHEZ MALDONADO, Cisterciensis ex Carraceti monasterio, scripsit ex theologis veterum patrum dictatis, ac mysticæ sapientiæ regulis magnum & egregium volumen hujus tituli:

Agricultura espiritual. Burgis apud Baptistam Varesium anno 1603. in folio.

Abbas fuit in Medinæ Revisicci monasterio.

D. DIDACUS SANCHEZ PORTOCARRERO, Molinæ, quæ ab Aragoniæ vicino regno dicitur, natus, ex Metellino sive colonia Metellinensi, oriundus in patria decurio, atque Regiarum copiarum præfectus, edidit:

Casa de Nuestra Señora de la Hoz, y antigüedad de Molina: poema Hispanum versibus heroicis 1635.

Historia de Molina, primera Parte. Matriti apud Didacum Diaz de la Carrera anno 1641. in 8.

Nuevo Catalogo de los Obispos de Sigüenza, epilogo de sus mas memorables acciones, y de los sucesos seglares mas señalados en el Obispado. Matriti iisdem typis anno 1646. 4.

Principio, y progreso a la devocion de la Concepcion Inmaculada de Nuestra Señora en la Iglesia, y en España, &c. Ex eadem officina 1644. in 4.

Juramento, y voto solemne que hizo el Señorio de Molina en XVIII. *de Junio del año de MDCXLIV. de tener, defender, y celebrar la Concepcion sin culpa de la Virgen Maria.* Matriti 1648. in 4.

Inedita habebat annis superioribus, sed absoluta ut ab eo accepimus:

Segunda Parte de la Historia de Molina hasta el tiempo de los Reyes Catholicos: quatuor libris, quintuplo majorem priori parte.

Discurso apologetico sobre los titulos de Noble, y Leal que tiene el Señorio de Molina. Aliaque tam soluta quam ligata oratione.

Obiit anno MDCLXV. in oppido Almagro dum in eo administraret Regiam gabellam, quam Millones vocant.

DIDACUS SANCHEZ DE VARGAS, Toletanus, scripsit:

Limitacion, y ampliacion en los estatutos de limpieza. MS. vidit D. Thomas Tamajus.

DIDACUS A SANCTO JACOBO, vulgo DE SANTIAGO, Hispalensis incola, distillatorque (nam ita audire voluit) Regius, scripsit:

Arte separatoria, y modo de apartar todos los licores que se sacan por destilacion, para que las medicinas obren con mayor virtud y presteza. Hispali apud Franciscum Perez anno 1598. in 8.

D. DIDACUS DE SANTISTEVAN OSORIO, Legionensis, cecinit eo carminis genere quod octavas nos dicimus:

Primera, y Segunda parte de las guerras de Malta, y toma de Rhodas. Matriti 1599. 4. apud Suarez de Castro.

Araucana Poema, en que prosigue el de D. Alonso de Ercilla, de las guerras de Chile. 1597. 8. apud Joannem Renaut, & 1598. 12.

DIDACUS SECCO, Lusitanus, Jesuita qui anno MDCXVII. clarebat, scripsisse dicitur, intactus *Bibliothecæ Jesuiticæ* auctoribus:

De Immaculata Conceptione Disputationes duas. Cardosus.

DIDACUS DE SEGURA, Hispalensis, (quam urbem Joannes Bernardus Diaz de Lugo, cum dignitate vir tum libris editis præstantissimus, communem sui utriusque patriam, ne hæsites, præfatione Indicis, sive *Repertorii* ut vocat, *Variarum* illius *repetitionum* a se formati non obscure commemorat) jurisconsultus magni nominis, inter eos vixit qui superiore sæculo civilem doctrinam in florentissima Salmantina schola profitebantur. Testis est ejus æqualis L. Marinæus Siculus, qui in opere suo *de Rebus Hispaniæ* prioris editionis, dum Salmanticæ laudes ac sui temporis professores enumerat, his nostrum verbis celebrat: *Item interpretatur jura civilia doctor egregius Jacobus, cui Sicura cognomento est, qui tum doctrina, tum humanitate singulari, & amicos erga omnes benevolentia & amore plurimum pollet.* Primarius hic antecessor subtilis atque multiplicis ingenii acumine, vereque solida juris scientia æquales omnes illius ævi & professionis homines (Rodericum Suarezium semper excipio) longo intervallo superavit. Qui nempe indefesso studio (ut memoriæ proditum est) cunctos fere legum interpretes, atque in his præcipue Bartolum, Baldum & Angelum, Paulumque Castrensem, Jasonem, Aretinum, Deciumque, Joannemque Imolensem, sive illorum integra commentaria ne syllaba quidem legerat prætermissa: cum præ aliis tamen e juniorum classe Alexandrum, & ipsum cognomento Imolensem, summæ laudis præconio afficeret. *Repetitiones*, ut scholastico appellant nomine, olim in professorio munere ab eo dictatas, deindeque post auctoris mortem typis collectim editas doctrinæ illius testes possidemus.

Repetitiones nempe x. prodierunt Salmanticæ anno 1520. Nempe, ad L. III. §. ultimo. *De lib. & posthumis*: L. *cohæredi* §. *cum filiæ* D. eod. tit. L. *Ab exhæredati substituto* CXXVI. D. *De legatis* I. L. *Unum ex familia* LXVII. §. *Sed & si fundum* D. *De legatis* 2. L. *Imperator* LXIII. D. *ad Trebellianum*: L. I. §. *si vir* D. *de adquir. possessione*: L. *Si ex legati causa* XXIII. *De verb. obligation.* L. *cum patronus* XXVIII. D. *De legatis* 2. & duas alias leges. Scripsit item:

Tractatum unum de bonis per maritum hæreticum constante matrimonio quæsitis: qui nempe defendit lucri dimidium uxori salvum atque inviolatum servari debere. Porro hic simul cum aliis fere ejusdem argumenti tractatibus Joannis Lupi & Roderici Suarez, unaque tribus ex jam laudatis repetitionibus, nempe I. IV. & VII. Coloniæ Agrippinæ editus est anno 1580. in 8. His omnibus Didacus Perez amplissimas additiones, summaria, numeros, marginales annotationes, & diligentissimum adjiciens indicem renovavit opus, atque iterum edidit Salmanticæ 1547. in folio.

D. DIDACUS DE LA SERNA ET CANTORAL, domo ex oppido Roa Castellæ Veteris, jurisconsultus, & in gymnasio Salmantino publicus professor, elucubravit:

Exercitationes novem *Juris Civilis* ad diversas ejus Leges. Item:

Prælectionem sesquihoralem extemporaneam ad L. Quædam VII. §. I. De Jure Codicillorum. Salmanticæ apud viduam Sebastiani Perez 1661. 4.

F. DIDACUS SERRANO, Granatensis, ex sodalitio sacro Mercenariorum, qui captivos redimunt, totius ordinis sui præfectus; assumptus ex eo ad Celsonensem, atque inde ad Accitanam ecclesiam præsul, in magna sanctitatis opinione & fama vixit usque ad annum hujus sæculi MDCLI. Edidit in parochorum instructionem Latina lingua:

Directorium Parochorum. Valentiæ.

F. DIDACUS DE SILVA, Lusitanus, ex Franciscanorum Observantium, quos vocant, ad Minimorum ordinem, si vera fama est, se transferens, doctrina excellenti cum esset atque aliis animi dotibus cuicumque magno haud impar muneri, obtinuit a Paulo Tertio P. M. ut destinatio sui ad supremum Fidei causarum recens creatum in Lusitania magistratum a Joanne III. Rege facta Pontificio diplomate sanciretur: de quo agunt Franciscus Lanovius in *Chronico Minimorum* ad ann. MDXXXV. num. 4. Ludovicus Paramo *De Orig. Inquis.* lib. II. cap. XV. num. 2. Lucas de Montoya in *Historia* ejusdem ordinis vernacula lib. II. cap. X. Aubertus Miræus in *Bibliotheca Ecclesiastica.* Reliquit moriens immature:

Tractatum de obscurioribus ex manifestioribus probandis.

Factum fuisse Septensem in Africa episcopum docuit nos Seraphinus de Freitas in *Additionibus ad Rodericum de Cunha*, & ex eo Laurentius de Peyrinis *ad Constitutionem secundam Julii Papæ II.* §. XII. in *De Privilegiis Regularium.*

D. DIDACUS DE SILVA ET MENDOZA, Ruderici, comitis primi de Pastrana, qui in Philippi II. Regis gratia maxime floruit, & Annæ Mendoziæ filius, comes de Salinas & Ribadeo, ex quo Annam de Sarmiento & Villandrando, horum titulorum heredem, conjugem duxit, marchio autem de Alenquer in Portugallia Philippi III. munificentia, eques ordinis de Alcantara, & præceptor seu ut vocant commendator de Herrera, Lusitaniam administravit pro Rege, atque itidem supremo ejus regni concilio, quod Matriti est ac rerum illius curam habet, præfuit, vir utique, quem jure dixeris totius urbanitatis & gratiarum florem, ingenio summus, judicio prudentiaque in paucis, stilo disertissimus sive carmina sive prosam orationem scriberet. Reliquit:

Carminum vulgaris linguæ volumen: quod a successoribus ducibus de Ijar & de Salinas magno in pretio, uti æquum est, habetur. Seorsim plura memoria retinent, & in specimen pulchri & perfecti recitare solent nostri homines, quibus musæ cordi sunt.

Historiam scribere cœpit sui temporis, siquidem D. Josepho Pellizerio, Regio historico, præstare fidem debemus attestanti, dum de hujus familiæ viris doctrina claris in libro seu informatione ut vocat *De la Casa de Sarmiento de Villamayor* agit, se vidisse:

Una Introducion a la Historia del Rey D. Felipe III. con los principios de su Monarquia; universis tam Latinorum quam Græcorum scriptis, ut ille ait, comparari prorsus dignam.

F. DIDACUS DE SILVA PACHECO, claris natalibus ortus, sacræ theologiæ magister, Benedictinam familiam, cui Burgis se aggregavit, nostro tempore non tantum honoribus gestis, sed & existimatione doctrinæ theologicæ, perspicacis ingenii & religiosarum virtutum egregie ornavit. In monasterio Hiraciensi regni Navarræ, & Salmanticæ in S. Vincentii Martyris collegio studia moderatus est sacræ theologiæ primarius professor, & postquam sodalium plures domos rexisset, ad generalem totius Hispanæ congregationis præfecturam ascendit, & ad concionatoris Regii munus. Quibus omnibus intra & extra religiosa castra recte ac prudenter administratis, dignum sese ostendit majoribus. Quare eum in Accitanam ecclesiam, Josepho Lainez antistite nuper orbatam, ad serenissimæ Reginæ Caroli nostri Regis tutricis nutum, Clemens IX. P. M. die XXVII. Februarii MDCLXVIII. episcopum ire jussit. Unde ad Asturicensem die XXVII. Maii anno MDCLXXV. a Clemente X. translatus fuit. Edita huc usque ab eo habemus:

In Primam partem S. Thomæ volumina quatuor. Matriti ab anno 1663. usque ad 1665. Et:

In librum Genesis aliud. Matriti 1666. fol. ad exemplum ejusdem Angelici præceptoris, qui de operibus sex dierum, sive de mundi creatione, in fine Primæ partis commentarium dedit.

In Primam Secundæ volumen primum. Matriti apud Matthæum Fernandez in folio 1669. Quod cetera sequentur donec absolvat in summam integram theologiæ lucubrationes.

Hispana quoque lingua:

Historia de la Imagen de Nuestra Señora de Valvanera. in 4.

D. DIDACUS SILVESTER, in montanis Burgensibus nobili loco ut fertur natus, in urbe Neapolitana, quo tempore D. Franciscus de Castro ipsam regnumque pro Rege administrabat, scripsit de hastiludio, seu hastato cursu, hoc titulo:

Discurso sobre la carrera de la lanza armado, y desarmado: Hispanica & Italica lingua. Neapoli apud Antonium Pace 1602. folio.

De quo opere judicium Urbinatum ducis profert magna cum auctoris laude Julius Cæsar Capacius, Neapolitanus, in suo *Forastiero*, giornata seu die 8.

D. DIDACUS DE SIMANCAS, Didaci & Mariæ utriusque hujusmet cognominis filius, Cordubæ natus (non Septimancis ut falso credidit Aubertus Miræus) in academia Salmantina juri operam dedit, unde ad collegium S. Crucis, quod in gymnasio Pinciano togatorum sodalium est, admissus quadragesimo anno supra sesquimillesimum, juris ibidem Cæsarei professor, atque hinc in prætorio ejusdem urbis senator fuit, conscripto sub id tempus *Catholicarum Institutionum* opere non parum celeber. Quem quidem commentarium, & quæ alia circa judices causarum Fidei elucubravit, tempore illo concepta ac digesta oportet fuisse quo assessoris jurisperiti munere (ut ipse de se affirmat earumdem *Institutionum* cap. XLI.) sive consultoris, quæ propria nomenclatura est, apud inquisitores violatæ religionis, tum

Pin-

Pinciæ tum Cordubæ, nondum provecta ætate fungeretur. Quare huc potius referendum est quod Andreas Scotus quæsitorem Fidei Jacobum nostrum appellaverit improprio verbo, quod vere magistratum ipsum, non utique adsessorem aut consultorem ejus, significat. Ex civili autem hierarchia facto gradu ad ecclesiasticam, Civitatensis primum, dein Pacensis per decennium ferme, ad ultimum Zamorensis almæ sedis clavum tenuit. Cum & Romam Pacensis tunc præsul ad promovendam Bartholomæi Carranzæ Toletani præsulis causam a Rege destinatus venerit, mortuoque per eos dies duce Alcalitano, Neapolitanorum prorege, munus hoc honorificentissimum per subrogationis intervallum administraverit. Virum, præter exactam juris cognitionem, politices æque gnarum ecclesiasticæ historiæque, ac multiplici eruditione perornatum, gravique ac emendato dicendi genere hæc ab ipso edita in vulgus opera ostendunt:

Institutiones Catholicæ; quibus tractatur quidquid ad præcavendas, & extirpandas hæreses necessarium est. Vallisoleti 1552. folio. Compluti apud Andream de Angulo 1569. in folio. Romæque 1575. in 4. Quas *eruditissimas* vocat Didacus Covarrubias in *Reg. Peccatum* initio partis II. num. 7.

Enchiridium Judicum violatæ Religionis, sive *Praxis hæreseon*; quocum editæ sunt:

Annotationes in Zanchini librum de Hæreticis cum additamentis Camilli Campegii; itemque:

De Dignitate Episcoporum tractatus. Antuerpiæ 1573. in 8. Venetiisque 1568. 8.

Liber Disceptationum, in quo de Primogeniis Hispaniæ, ac potissime de illorum publicatione disputatur. Antuerpiæ apud Plantinum 1575. Et antea Salmanticæ 1556. 4.

De Episcopis Jurisperitis opusculum. Antuerpiæ 1574.

Defensio Statuti Toletani: quod ex Hebræis Maurisve descendentes arcet a beneficiis & quibuscumque aliis muneribus istius ecclesiæ, sub nomine tamen Didaci Velazquez. Antuerpiæ 1575. in 12.

De Republica Collectanea. Pinciæ anno 1565. Venetiisque 1569. in 4. Tertio autem plusquam mille locis aucta prodierunt Antuerpiæ 1579. 8. Salmanticæ etiam 1582. in 8.

Vitam Simancæ episcopi extitisse, manuscriptam credimus, in bibliotheca Bernardi de Alderete, canonici Cordubensis, in catalogo ejusdem legitur. Qui *vir omnium consensu doctissimus* audit ab eodem, quem laudavimus ejus celebratorem, Covarrubia lib. II. *Variarum* cap. VIII. num. 5. *Divini & humani juris peritissimus*, *variæque lectionis refertissimus thesaurus* a Francisco Sarmiento, Giennensi antistite lib. I. *Selectarum* cap. I. num. 10. *Omnique pietate ornatissimus* a Jacobo Stephano, præsule Oriolensi, ad cap. II. lib. I. *Machabæorum.*

D. DIDACUS DE SIRIA VETETA, in collegio Sancti Salvatoris, Ovetensi vulgo, in Salmantino gymnasio nuncupato, scripsisse fertur, nescio an viderit lucem:

De Legatorum rei alienæ validitate tractatum.

D. DIDACUS DE SORIA, auctor audit poetici operis, cui ita inscribi voluit:

Fabrica de la experiencia, sentencias en quartillas. Neapoli 1649.

DIDACUS DE SORIA, Granatensis, medicus, scripsit:

Primam Partem Medici certaminis propugnatæ antiquitatis adversus novatores. Granatæ in folio 1635.

DIDACUS DE SOTOMAYOR, comes Ferdinandi Magallanis in memorabili expeditione nautica, scripsit ea quæ viderat & observaverat, uti refert Petrus Medina cap. XLI. *De las Grandezas de España.*

DIDACUS DE SOUSA, Lusitanus, Conimbricensis, poeta jocosus, celebratur a Cardoso in schedis ad *Bibliothecam Lusitaniam.*

D. DIDACUS SUAREZ, presbyter, natus in oppido Garrovillas, edidit:

Cartilla, y arte menor de contar. Salmanticæ 1619. in 8.

DIDACUS SUAREZ DE ALARCON, Lusitanus, Societatis Jesu presbyter, Joannis Suarez, marchionis de Trozifal, Philippo IV. Regi Catholico a consiliis bellicis, germanus frater, scripsisse dicitur:

Philosophiam.

F. DIDACUS SUAREZ DE SANCTA MARIA, Lusitanus, Olisiponensis, religiosorum Sancti Francisci de Observantia institutum in patria fuit professus, literisque jam & concionum artis clarus fama in Gallias se contulit, quo sic invidiam declinaret: in nulloque magis confirmatum fuit mundum sapientis patriam esse. Theologiam (ut ipse de se scribit cum ad Genesim commentaretur) Encenicii cœnobiarchas docuit. Porro hæreticorum regni illius atque hæresum, quibus misere tunc temporis vexabatur, hostem se, ac mastigem acerrimum verbo & scriptis præ-

præbuit, meritus ab Henrico Rege IV. peregrinus licet, ſacro Regii concionatoris munere ornari, atque item, ut Waddingus atteſtatur, ad conſilium admitti. Vulgare is in Gallia tota cognomentum adeptus eſt, ut Luſitanus, ſive Le Portugais, honoris cum eſſet cauſa nominandus, id quod frequenter ſolebat, vocaretur. Demum Pontificalis curæ onus ſubire juſſus eſt, Sagienſis, vulgo Sais in Normannia) epiſcopus a Ludovico XIII. anno MDCXI. deſignatus, qui ut bene de poſteris mereretur, ſcripta hæc confecit:

Coſmopæiam in duo priora capita Geneſis. Nannetis anno 1585. in 4.

Conciones XXIII. *in prima tria Apocalipſis capita habitas in celeberrima Eccleſia Lugdunenſi.* Quibus acceſſerunt:

Sermones VI. *pro diebus Dominicis, Adventus, ac feſti Conceptionis Beatæ Virginis, & Nativitatis Domini.* Lugduni apud Horatium Cardon 1599. Et additis duobus ſermonibus. *De Sancto Stephano, & S. Joanne Evangeliſta* iterum ibidem 1605.

Conciones octo ſolemnitatis Corporis Chriſti. Ibidem apud eumdem 1607. 8.

Theſaurum Quadrageſſimalem pluribus divinorum eloquiorum, ac SS. Patrum ſententiis plenum: primo lingua Gallica editum, deinde ab ipſo Latine verſum, atque editum iiſdem typis anno 1610. 8.

Deſiit inter vivos eſſe Pariſiis, jacetque apud ſuos ſub hac inſcriptione:

Jacobo Suarez a Sancta Maria,
Uliſiponenſi, ordinis S. Franciſci,
Theologo eximio,
Epiſcopo Sagienſi,
Cujus conciones Chriſtianiſſimus populus
Veneratione multa,
Et concurſu frequentiſſimo comprobavit.
Jacobus Camus Epiſcopo deceſſori ſuo B. M.
Secundum voluntatem teſtamenti F. C.
Vixit annos LXII. *menſes* VI.
Pontif. annos III.
Depoſitus in pace III. *Kal. Junias.*
Anno MDCXIV.

Galliæ eccleſiarum illuſtratores de noſtro honorifice agunt, & Georgius Cardoſus, poſt Waddingum, in *Agiologio Luſitano* die xxx. Maii.

DIDACUS TAMAYO, Hiſpalenſis, medicus, & in hujus urbis academia medicinæ ac philoſophiæ profeſſor, ſcripſit:

Singularem curationem affectus Epileptici in prægnante fœmina ex cerebri cum male affecto, & primum patiente utero conſenſu. Hiſpali anno 1610. 4.

F. DIDACUS DE TAPIA, Segovienſis, Auguſtinianus ex Salmantina domo, in qua, celeberrimi ſacra eloquentia atque eruditione ſodalis Ludovici Legionenſis diſciplinam ſortitus, alibi non uno loco docens ipſe Dei ſcientiam, publici juris fecit libros duos, quorum prior eſt:

De Incarnatione Chriſti; poſterior autem:

De admirando Euchariſtiæ Sacramento. Adjicitur in fine:

Tractatus de ritu Miſſæ. Salmanticæ anno 1589.

Deceſſit Pinciæ anno MDXCI. ætatis ſuæ XLII. dum theologiam in ejus urbis cœnobio profiteretur.

D. DIDACUS DE TAPIA ALDANA, ſacerdos, & Canonicus Regularis ordinis Sancti Jacobi domus de Ucles dictæ, multiplicem doctrinam ſuam oſtendit in diſerto atque erudito opere, cui ſic inſcripſit:

Philemon Dialogus, ſive de Triplici bono, & vera hominis nobilitate. Ad Philippum Principem Hiſpaniarum. Salmanticæ 1588. folio.

D. DIDACUS DE TAPIA ET QUIÑONES, juris doctor, canonicus & archipresbyter eccleſiæ Legionenſis, ex ea urbe oriundus, vicarius generalis Compoſtellani præſulis in vicariatu de Leon, Ledigos, & Villayandre, judex Apoſtolicus S. Cruciatæ, & in eadem diœceſi judex & examinator ſynodalis, paratum habere dicitur, cum hæc ſcribimus anno MDCLXXVII., ut prelo ſubjiciat:

El Memorial Hiſtorico, y Politico ſobre la Juriſdicion Criminal, Fundacion, y Dotacion de la Santa Igleſia Cathedral, y Ciudad de Leon, y como es Camara Apoſtolica, inmediata a la Santa Sede, y no ſufraganea a ningun Arzobiſpado.

DIDACUS TEVIUS, vernacula Luſitanorum formatione de Teyve, Bracharenſis natalibus, profeſſione rhetor, atque eloquentiæ Latinæ doctor, Pariſiis acto ſtudiorum tirocinio tranſtulit ſe opportuno tempore ad Burdigalenſem hujuſce artis præceptorum profeſſionem, ubi cum Buchanano & Mureto, viris eruditiſſimis, cum eo venit primum Julius Scaliger, circa annum ſcilicet vigeſimum ſextum a ſeſquimilleſimo, uti Joſephus filius aſſeverat in *Epiſtola de genere & vita ſua*, magna cum celebritate nominis munere iſto fungebatur. Inde a Joanne Portugalliæ Rege ad inſtruendam novam academiam Conimbricenſem, ut Thuanus LXXVI. *Hiſtoriarum* libro, & Andreas Scotus referunt, una cum Goveanis fratribus adſcitus, non minorem, atque inter Gallos olim, doctri-

ctrinæ famam collegit, & quamdiu in vita fuit superstes conservavit, ditatus insuper ab eodem Joanne & Catharina Austriaca Regia uxore Mirandensis, ut ipse alicubi refert Tevius, ecclesiæ sacerdotio. Scripturus erat integram de rebus Portugalliæ historiam, quam ut vehementius æquales expeterent, & nos hodie desideremus, minuta quædam ab eo edita opuscula fecerunt. Scilicet habemus:

Commentarios de rebus a Lusitanis in India gestis apud Dium anno salutis nostræ MDXLVI. Coloniæ apud Mylium, una cum Damiani a Goes simili opusculo, anno 1600. Romæ apud Aloysium Zannetum 1601. Deinde cum aliis Hispanicarum rerum scriptoribus Francofurti typis Wekelianis, atque item Claudii Marnii 1603. folio. Ea stili venustate conscriptum opus (ait Joannes Vasæus in cap. IV. sui *Chronici Hispaniensis*) *ut si de tota historia Lusitana, quod pollicetur, ad rem contulerit, dubio procul effecturus sit, uti quemadmodum Lusitania rerum gestarum gloria nulli provinciæ concedit, sic neque historiæ venustate cedere cuiquam merito debeat.* Hæc Vasæus. Libri hujus auctorem nescio qua fronte Georgium scripsit Buchananum Thomas Demsterus, Scotis jure vel injuria quæ eorum non sunt enixe adjudicans. Plane Buchananus ipse, sicut & Costa alius, epigrammate quisque proprio Tevium celebravit, atque ipse in nuncupatione operis non obscure Lusitanum se esse ostendit.

Opuscula aliquot, nempe, *orationem in laudem Joannis III.* & alia quoque edidit, ut pote:

Orationes varias. Salmanticæ 1558.

Tragœdiam Joannis Principis.

Epistolam ad Franciscum de Saa.

Aliam ad *D. Andream Noronha.*

Epodon sive Jambicorum Carminum libros III. ad Sebastianum Regem. Olisipone 1565. Quorum primus continet varia carmina *ad Institutionem boni Principis.* II. *Hymnos varios ad Divos regni Patronos.* III. *De Perfecto Episcopo.* In prologo hujus collectionis laudat alia sua opera, scilicet:

Psalmorum Davidicorum metricam paraphrasim, *Historiamque Portugalliæ.*

Orationes in S. Sebastianum. Salmanticæ 1558.

Orationem in laudem Nuptiarum Joannis, & Joannæ Principum habitam Conimbricæ 1553. & carmen in easdem Nuptias.

DIDACUS DE TOBILLA, reliquit MS. eaque usus fuit Antonius de Herrera, qui laudat:

La Rubrica, esto es Historia de Tierra firme. Antonius de Leon in *Bibliotheca Indica Occidentali* pag. 69.

DIDACUS DE TORO, scripsisse dicitur:

Comentarios del Piru: apud Fabianum Justinianum in *Alphabeto universali* verbo *Peruvia regio.* Forte eadem est *Relatio Peruana Jacobi Torrensis*, Moguntiæ edita 1604. 8. ut legitur in *Bibliotheca Oxoniensi.* Hæc Antonius de Leon.

DIDACUS DE TORRES, natus in oppido Amusco dioecesis Palentinæ, Regi Lusitanorum Joanni III. plusquam decennale præstitit atque approbavit officium in Mauritania Tingitana. Qua quidem occasione literis tradere volens ibi a se observata, scripsit:

Relacion del origen, y sucesos de los Xarifes, y del estado de los Reynos de Fez, y Marruecos, y Tarudante, y los demas que tienen ocupados. Qui liber tandem editus est post mortem auctoris, curante Elisabetha Quixada conjuge, 1585. in 4. Gallice historia hæc prodit conversa, una cum *Africæ Historia* Ludovici del Marmol, Parisiis anno 1667. in 4.

Forte idem auctor est *de la Historia del martyrio de Fr. Martin de Espoleto de la orden de San Francisco*: quam Gallice versam a Carolo Valesio, Caroli IX. Galliarum Regis filio ut vocant naturali, edidit atque illustravit Robertus Regnaud, cœnobii Parisiensis Minorita, anno 1636. uti refert Lucas Waddingus *de Scriptoribus ordinis Minorum.*

DIDACUS DE TORRES BOLLO, Villalpandensis, S. I. sacerdos, in America cum plures annos vixisset, Romamque procurator suæ Peruvianæ provinciæ veniens, iterum ad Indos cum LX. sociis remeasset; Paraguaianamque instituisset sodalibus provinciam, necnon eam, quæ novi regni Granatensis audit, censor lustrasset, vita functus est in Argentina urbe anno MDCXXXVIII. ætatis LXXXVIII. Italice scripserat, quæ deinde Latina edita est iterum Moguntiæ:

Brevem Relationem Historicam rerum in provincia Peruana apud Indos a Patribus Societatis Jesu gestarum. Romæ apud Aloysium Zannetum 1603. Deinde Moguntiæ 1604. in 8.

DIDACUS DE TORRES RUBIO, natus in Alcazar de Consuegra, diœcesis Toletanæ oppido, Societatis Jesu sacerdos, confecit in America:

Vocabularium, & Grammaticam linguarum Aymaræ & Quichuæ: quarum frequens usus est in Peruvio. Romæ edita 1603. in 8.

DIDACUS DE TORRES ET VARGAS, canonicus insulæ Portusdivitis almæ ecclesiæ in America, edidit:

Des-

Descripcion de la Isla de Puerto rico, con las memorias de sus Obispos, y Governadores, frutos, y minerales. Unde plura se desumpsisse, scripturus de istius ecclesiæ rebus, testatur Ægidius Gonzalez Davila, Regius Hispaniarum & Indiarum chronographus, in *Theatro Indico Ecclesiastico.*

D. DIDACUS DE TOVAR ET VALDERRAMA, Pinciæ natus dum ibi esset curia Regia, militiæ Sancti Jacobi eques, jurisconsultus professorque Complutensis, edidit Hispane:

Instituciones Politicas: de Republica & Principe. Matriti 1645. 4. Lusit & adolescens in alio opere, quod indigitavit:

D. Raymundo el entremetido.

DIDACUS DE TRUXILLO, scripsit morem ut gereret D. Francisco a Toleto, proregi:

Relacion de la tierra que descubrió con D. Francisco Pizarro en el Piru. MS. Antonius de Leon in *Bibliotheca Indica.*

F. DIDACUS DE TUREGANO BENAVIDES, Matritensis, ordinis Carmelitarum, sacræ theologiæ magister, Complutensisque primum in vespertina minori ut vocant, inde in majori cathedra theologicæ facultatis, Bibliorum necnon sacrorum professor, tandemque Scoticæ doctrinæ ex proprio etiam huic destinato loco præceptor, scripsit Hebraicæ literaturæ gnarus cum esset:

Lecturas literales & morales super Scripturam; ac de arte, & methodo Scripturam interpretandi. Compluti 1649. in 4.

Lectiones magistrales in IV. libros Sententiarum ineditas.

Complutense collegium imo & provinciam rexit, diemque suum obiit Compluti gravi in ætate VI. Februarii anno MDCLV.

F. DIDACUS VALADES, Franciscanus, ordinis sui in Urbe procurator generalis, de salute Indorum occidentalium, apud quos nonnumquam substitit, tum coram promovenda, tum in sacro illo Christianæ negotiationis emporio ardenter procuranda benemeritus, dedit in lucem:

Rhetoricam christianam ad concionandi, & orandi usum accommodatam, utriusque facultatis exemplis suo loco insertis. Perusiæ 1579. Iterumque anno 1583. quam Gregorio XIII. Papæ nuncupavit. Cui subjungitur:

Epitome Magistri Sententiarum: in folio expanso.

Vivebat anno MDLXXX.

DIDACUS DE VALDES, patria ex Asturum regione, ad Pinciam delatus juvenis, exercuit se in ejus urbis schola jurisprudentia atque aliis liberalibus disciplinis; causasque in foro actitavit, vacans eodem tempore prælectionibus academicis, quas dictavit ex variis cathedris Canonico juri docendo assignatis, viginti circiter annorum continuus professor. Allectus fuit tandem inter senatores curiæ Granatensis. Scripsit:

De Dignitate Regum Hispaniæ. Granatæ typis Ferdinandi Diaz de Montoya anno 1602. in folio.

Additiones quoque *ad Roderici Suarez Lecturas*, ut vocat, *variorum Jurium*: quibuscum excusæ istæ sunt ab auctore nostro Pinciæ 1590. Filium habuit D. Antonium de Valdes, Regium Castellæ senatorem, alacritate mentis, doctrinaque & usu juris in expediendis causis tempestate nostra inter paucos clarum.

DIDACUS DE VALENCIA, nescio quis scripsit:

Vida, muerte, y milagros de Santa Casilda. Burgis 1605.

DIDACUS VAZQUEZ DE CONTRERAS, Toletanus, vertit in Hispanum sermonem prosaicum:

Orlando el furioso de Luis Ariosto. Matriti apud Franciscum Sanchez 1585. in 4.

DIDACUS VAZQUEZ MATAMOROS, quem præceptorem suum vocat vir amplissimus Benedictus Arias Montanus (forte in mathematicis) *Hierosolymæ situm*, qua in urbe per biennium versatus est, descripsit, extatque in *Nehemia Apparatus regiæ Bibliæ Antuerpiensis* ab eodem Aria Montano confecti, quo loco auctorem illius Matamorum laudat, ejusque auditorem se olim fuisse non dissimulat.

DIDACUS DE VEGA, scripsit:

Cancionero, o danza de galanes. Ilerdæ 1612. in 12.

F. DIDACUS DE LA VEGA, Toletanus, ordinis fratrum Minorum, in Toletana Sancti Joannis Regum domo professus est sacram scientiam, lector deinde jam emeritus, & ab anno MDCVII. aut circiter pluribus inter suos administratis muneribus, tempore illo celebrabatur: quo ipso, tam ore quam calamo, seu coram habendo seu literis consignando sacras de Deo conciones, ingentem sibi famam & laudem non apud nos tantum sed foris etiam comparavit. Nam & Italis in peregrinatione circa annum MDCXII. verba ex ambone faciens mire placuit. Opera ejus,

ejus, omnia fere concionatoria, partim Latina partim Hispanica, hæc sunt. Latina quidem:

Quadragesimale opus pro omnibus Dominicis, & Feriis, quæ communiter in Ecclesia prædicari solent a Septuagesima usque ad feriam secundam Resurrectionis, & omnibus feriis Hebdomadæ Sanctæ. Toleti apud Thomam Guzman 1600. in 4. Brixiæ 1602. Coloniæ 1610. 8. Male quidem Waddingus opus hoc cum *Quadragesimali* alio libro Hispanice conscripto, de quo mox videmus, confundit.

Conciones vespertinæ Quadragesimales super septem Psalmos Pœnitentiales. Compluti 1595. in 4. Venetiis exinde 1599. in 8. Lugduni in duabus officinis Vincentini, & Horatii Cardon, uno eodemque anno 1600. in 8. Venetiis iterum apud Societatem 1602. Medinæ tandem in Hispania 1603. quæ tam multiplex annorum ita brevis intervalli editio Christiani orbis de opere hoc judicium satis aperit.

Apologia sacra contra VII. crimina, & pro defensione virtutum. 1622. in 4. apud Didacum Rodriguez. Mussiponti 1623. in 8. Waddingo invisa.

Hispanica vero hæc:

Exercicios sobre los Evangelios de todos los Domingos del año: duobus tomis. Prior editus est Matriti 1604. in 4. posterior ibidem 1607. in 4. eodemque hoc anno simul uterque Barcinone. Salmanticæque 1617. in 4. Opus hoc Latinis communicavit Henricus Paludanus, Minorita, *Conciones & pia exercitia super Evangelia Dominicalia totius anni* inscribens, atque edens Coloniæ apud Chrit anno 1612. in 8.

Paraiso de la gloria de los Santos: hoc est, conciones in totum annum de Sanctis. Toleti 1602 in 4. Pinciæ 1607. duobus tomis, quorum additiones prodierunt Medinæ 1604. Barcinone 1611. Hunc quoque in Latinam linguam transtulit Henricus Paludanus sic notatum, *Paradisus gloriæ Sanctorum*, Venetiisque & Coloniæ editum: in Gallicam Georgius Clapius Cameraci 1610. in 8. Parisiisque 1614.

Discursos predicables sobre los Evangelios de todos los dias de la Quaresma: duobus tomis. Barcinone 1612. in 4. Et Compluti 1611.

Marial, o excelencias de la Virgen Nuestra Señora. Compluti 1616. 4.

Exercicios espirituales sobre los Evangelios de Adviento: quæ tribuit nostro Waddingus, mihi non visa.

F. DIDACUS VELAZQUEZ, Medinensis, ordinis Carmelitarum provinciæ Castellæ, laudes Deiparæ Virginis populari conscripsit lingua, & quidem sub Latina hac inscriptione:

Regina Cœli: duabus partibus. Medinæ a Campo ex officina Francisci del Canto 1580. in 8. Toleti 1583. 8. Necnon et:

De la Vida, y excelencias de Nuestro Señor Jesu-Christo. Item:

Del Menosprecio de la Muerte.

DIDACUS VELAZQUEZ, poeta Laureatus, scripsit carmine Hispano antiquo & antiquato (coplas vocant de Arte mayor):

Vida de S. Oriencio Obispo de Aux, hermano del insigne Martyr San Lorenzo. Cæsaraugustæ 1521.

F. DIDACUS VELEZ DE GUEVARA, ordinis Eremitarum D. Augustini in cœnobio urbis Hispalensis, de Deo ac divinis scientiam docebat sodales cum in publicum dedit:

El inclito Martyr Español, o discursos morales con su vida, y martyrio: scilicet Laurentium Levitam. Simulque:

Explicacion del Psalmo XVI. Gadibus 1618. apud Joannem Borja.

D. DIDACUS DE VERA ORDOÑEZ DE VILLAQUIRAN, Matritensis, postquam inter familiares fuisset archipræsulis Toletani D. Bernardi a Roxas & Sandoval, Toletana uxore ducta Joanna Gironia, officialem seu primarium exequutorem Sanctæ Inquisitionis judicibus (alguacil mayor Hispanico nostro sermone est) apud Barcinonenses exercuit. Quo tempore in lucem edidit varia a se edita olim carmina, systemati appingens hunc titulum:

Heroydas belicas, y amorosas. Barcinone 1622. in 4.

F. DIDACUS DE VERGARA, Præmonstratensis, scripsit:

Tratado del Templo de Salomon: quem MS. in folio vidit D. Thomas Tamayo de Vargas.

F. DIDACUS DE VERTABILLO, patria ex oppido cognomine diœcesis Burgensis, ordinis Eremitarum Sancti Augustini, doctrinæ & sanctitatis laude, atque scriptis insuper in Nova Hispania floruisse dicitur apud *Alphabeti Augustiniani* auctorem Thomam de Herrera, qui ex Joannis Grixalvæ *Historia provinciæ* hujus ordinis *Mexicanæ* parte III. cap. XXIII. id desumpsit. Vellem de scriptorum genere quidquam eos adjunxisse.

DIDACUS UFANO, tormentariæ rei præerat in castello urbis Antuerpiensis sub serenissimis Principibus Alberto atque Isabella Austriacis, post Colladum, Lechugam & alios scribens:

Tratado de la Artilleria, y uso del practicado. Antuerpiæ 1613. in 4. Gallice hic etiam prodiit cum figuris Rhotomagi 1628. in fol.

F. DIDACUS DE VICTORIA, domo Victorienfis, magni illius theologi Francifci a Victoria germanus frater, in Burgenfi coenobio Prædicatorum ordinem profeffus fuit, evafitque & ipfe infignis theologus concionatorque, juffus ob id apud Carolum Imperatorem facro huic muneri vacare. Confraternitatem Nominis Dei adverfus juramentorum abufum inftituit, fcripfitque, Alphonfo Fernandio tefte:

Sermonum de tempore, & de Sanctis volumen unum.

Regulam, & ordinationes dictæ Congregationis.

Tractatum quoque parvulum *quibufnam conditionibus juramentum conftare debeat, ut fit licitum.*

Obiit fancte circa annum MDXL.

F. DIDACUS DE VILLALOBOS, Matritenfis, Emerita oriundus urbe, Dominicanus, tironum facri hujus inftituti formationi invigilans apud Sancti Gregorii Pincianum collegium, fcripfit:

Apologia por el Eftado Eclefiaftico, efpecialmente Religiofo. Pinciæ 1641. 4.

Obiit Abulæ ftudiorum moderator anno MDCL.... Parente genitus fuit D. Sebaftiano a Zambrana, Emeritenfi, quem Caftellæ fenatorem Regium fub Philippo IV. inter paucos clarum, vidit hæc ætas.

DIDACUS DE VILLALOBOS, Francifci filius, quem Carolus Imperator, & Philippus Hifpaniarum Reges medicum habuerunt, feftivo ingenio & multa doctrina virum, concionator ipfe, edidit:

Concordiam Evangeliftarum, feu fanctum Jefu Chrifti evangelium fecundum quatuor, cum annotationibus minime vulgaribus. Pinciæ apud Sebaftianum Martinez 1555. 8. Exemplar MS. hac infcriptione *Evangelium fecundum quatuor* vidit in bibliotheca Regia Efcurialenfi Thomas Tamajus.

D. DIDACUS DE VILLALOBOS ET BENAVIDES, Mexici apud Indos Novæ Hifpaniæ ortus, quippe eo navigaverat Petrus genitor, rempublicam, hoc eft Mexicanæ curiæ fenatorem, gefturus, qui & Guatemalæ provinciæ alterius fuit præfectus: de quo & hac familia videri poteft Alphonfus Lopez de Haro *Nobiliarii* fui parte I. cap. XV. in fine lib. IV. Didacus ipfe martiales animos præ fe ferens, magni illius belli Belgici adverfus Hollandos, tanta ope & contentione gefti, nonnumquamque adverfus Henricum Gallorum Regem, pars aliqua ut effet facramento fe ducibus noftris adjunxit, rexitque aliquando Hifpanorum equitum haftatorum centuriam. Nec eo contentus, fi armis rem ftrenue gereret, calamo fe ac res militiæ fuæ tempore geftas exornavit fcribens:

Comentarios de las cofas fucedidas en los Paifes baxos defde el año de MDXCIV. hafta el de MDXCVIII. Matriti apud Ludovicum Sancium 1612. 4. Nec femel id tantum, quippe qui in Hifpaniam, locupletis fucceffor familiæ ut cerneret vacuam fibi fratris Simonis morte relictam hereditatem, navigans Hollandorum venit in manus, nec ab iis potuit precibus umquam aut pretio commentaria hæc, impetrato alias fibi exitu & libertate, redimere. Quare opus habuit, excuffa recentium rerum memoria fchedifque adjutus ab hac flamma fervatis quibufdam, nova opera rem conficere.

DIDACUS DE VILLALPANDO, Legionenfis, jurifconfultus, & ex prioribus qui apud nos commentaria ad leges patrias confcripferunt, apud Salmantinos fodalis Bartholomæanus ad collegium hoc tot nominibus inclytum quarta die Novembris anno MCDLIX. admiffus fuiffe dicitur in monumentis hujus magnæ domus, itemque inter confiliarios Regum Catholicorum jus dixiffe. Fertur & in magna gratia Regis Navarræ atque Aragonum Joannis florens, in poftremo horum regno duxiffe uxorem, ibique Villalpandorum familiam, toparcharum nunc de Quinto, procreaffe. Edidit:

Lecturam folemnem, & Repetitionem Legis XXII. Tit. I. Partitæ VII. Hoc eft, de pacto feu tranfactione fuper delictis celebranda. Legione editam 1552. in folio.

Repertorium quoque ejus laudatur. Pinciæ 1574. editum.

DIDACUS DE VILLAROYA, edidit:

Obras de Juan Cafiano, a fe traductas e Latino in vernaculum. Cæfarauguftæ 1661. 4.

DIDACUS DE VILLEGAS, in facra Hifpalenfi ecclefia cæremoniarum rite peragendarum curæ præfuit ex munere, catus admodum, fcienfque rituum omnium facrorum, unus certe ex fodalitio viginti facerdotum qui ftatis horis facrum officium in choro cantant, publicavit:

Razones, y fundamentos cerca de que el ayuno, y el rezado de la vigilia de San Juan Bautifta que el año de MDCXXXIX. ocurre en el mifmo dia del Corpus Chrifti, fe han de anteponer ambas cofas en la feria quarta vifpera de la fiefta del Corpus. Hifpali 1638. in 4.

De

De quo argumento, ejus temporis communi, Josephum Veram, Giennensis ecclesiæ cathedralis parochum, anno sequenti libellum edidisse alium certi sumus.

DIDACUS VINCENTIUS DE VIDANIA, legum doctor Oscensis patrii gymnasii in Aragonia, earumdemque professor e cathedris Codicis ac Digesti ut vocant veteris, nescio quid, breviter tamen, scripsit pro patria S. Laurentii martyris Oscensi adversus Joannem Baptistam Ballester Valentinæ patriæ assertorem, ut hic monet in libro suo postumo *Piedra de toque de la verdad* &c. nempe:

Disertacion Historica de la Patria del invencible Martyr San Lorenzo. Cæsaraugustæ per Joannem de Ibar 1672. Forte hoc opusculo de patria S. Martyris præmisso, domi alterum præparabat opus:

De la Vida de S. Lorenzo Martyr: quod laudat D. Josephus Pellizer in *Bibliotheca suorum Librorum* fol. 59.

DIDACUS DE URBINA, Matritensis decurio, scripsit summa fide atque eleganter, cum haraldus fuisset Regum Philippi Secundi & Tertii:

Las Honras, y exequias a la S. C. R. Magestad de la Emperatriz, que se celebraron en las Descalzas Reales de Madrid en XVIII. y XIX. de Marzo de MDCIII. y las que hizo la Villa de Madrid. Matriti in 4. Scripsit quoque:

Libro de Blasones.

D. DIDACUS XARAVA DEL CASTILLO, eques Sancti Jacobi militiæ, legionis peditum tribunus, quod nobis sonat Maesse de Campo, Regius collateralis Neapolitani regni consiliarius, Castellique ejusdem urbis, quod ab Ovo nuncupant, præfectus, edidit:

Miseria del siglo en vida, y muerte, triunfo de la Religion. Barcinone apud Petrum de la Cavalleria 1639. in 8. Matritique 1651. Tertioque cum hoc alio titulo: *Estado del Matrimonio, apariencias de sus placeres, evidencias de sus pesares, conocimiento de si mismo, Religion observada, gloria adquirida.* Neapoli 1675. apud Carolum Porsile in 4.

Triunfos gozosos de Maria Santisima concebida limpia, pura, santa, y sin mancha de pecado original. Matriti 1660. in 4. Iterumque cum titulo *Maria inmaculada, su purisima Concepcion defendida en cinquenta discursos.* Neapoli 1674. in 4. Quo anno LXXIX. ætatis agebat.

F. DIDACUS XIMENEZ, Dominicanus provinciæ Castellæ atque Stephanianæ Salmantinæ domus, theologus philosophus atque item astronomus magni nominis, scripsit:

Kalendarium perpetuum secundum institutum fratrum Prædicatorum tabulis XXXVI. Salmanticæ 1563. 8. Antuerpiæque 1566. De quo opere præter domesticos scribunt Valerius Andreas in *Catalogo Scriptorum Hispaniæ*, & Antonius Verderius in *Supplemento Bibliothecæ Gesnerianæ.*

Vertisse quoque dicitur e Latino in vernaculum sermonem:

La Doctrina de Religion del M. Fr. Humberto de Romanis

Obiisseque anno MDLX.

DIDACUS XIMENEZ DE AILLON, patria ex oppido Bæticæ Arcos de la Frontera, conscripsit versibus:

Los famosos, y heroicos hechos del invencible, y esforzado Cavallero el Cid Ruy Diaz de Vivar, en otava rima. Compluti 1579. in 4. ad Ferdinandum Toletanum, Albæ ducem, sub quo & aliis bellicæ rei præfectis a tenera ætate in castris meruerat.

Sonetos a ilustres Varones. Antuerpiæ apud Joannem Latium 1569. 8.

F. DIDACUS XIMENEZ ARIAS, Alcantarensis (urbs est in Extremadura Alcantara, unde nomen inclyto equestri ordini) Dominicanus, claruit circa annum MDLXX. sacræ historiæ atque ecclesiasticæ peritus, ecclesiastes & ipse percelebris, scripsit:

Lexicon Ecclesiasticum Latino-Hispanicum. Salmanticæ 1572. & 1579. & 1584. in folio. Barcinone 1642. folio. Venetiis 1616. Item alibi 1631. Tandemque Cæsaraugustæ in Regio Nosocomio anno 1644. in folio. Editionem Hispanam sub hoc titulo *Vocabulario Eclesiastico Latino-Hispanico añadido* Valentiæ prodiisse scio ex officina Michaelis Sorolla 1621. folio.

Hispane autem:

Enchiridion, o manual de Doctrina christiana, con un sermon de la Magdalena, y la exposicion del Psalmo Miserere. Antuerpiæ apud Nutium, priusque Salmanticæ 1567. 8. *Libellus* autem, sive *concio sacra de Mariæ Magdalenæ laudibus* seorsim Toleti anno 1570. & *expositio Psalmi L.* Pampelone 1568. 8. edita sunt.

F. DIDACUS DE YANGUAS, ordinis fratrum Prædicatorum, cujus familiæ nomen in Matritensi domo Deiparæ Virginis ut vocant de Atocha professus est, sacræ theologiæ magister Divum Thomam Placentiæ Compluti Segoviæ Pinciæque, theologica-

carum ac metaphyficarum quæftionum callentiffimus, atque in hujus urbis præfertim Gregoriano collegio frequentiffimæ auditorum coronæ interpretatus eft. Mira fuit felicitate ingenii, in veterum Patrum lectione verfatiffimus, infuper continentia & pietate eximia. Nec ponendum in ultima laudis parte quod Therefiæ a Jefu fanctiffimæ virgini facramentum pœnitentiæ fufcipienti per octennium integrum aures præbuit. Extat ab eo:

Promptuarium Concionum feftivalium totius anni, addita Dominicæ Paffionis explicatione. Parifiis Coloniæque eodem anno 1605. five *De Cardinalibus, & præcipuis Jefu Chrifti Sanctorum operibus, quæ feftis eorum diebus in Ecclefia celebrantur.* Quæ infcriptio eft Matritenfis princeps anni 1602. & Parifienfis.

Abiit vir pius ad plures XI. kalendas Augufti anno MDCV. aut MDCVI.

D. DIDACUS YBANIZ (alias YAÑEZ) DE FARIA, jurifconfultus, apud fuprema Hifpaniæ noftræ curiæ tribunalia advocatus, curiofe ac docte edidit hucufque:

Enucleationes, Additiones & Notas ad libros duos priores Variarum Refolutionum Illuftriffimi ac Reverendiffimi D. Didaci de Covarrubias a Leiva Epifcopi Segovienfis ac Supremi Caftellæ Concilii Præfidis: duobus tomis, quorum alterum vidimus Matriti excufum in typographia Andreæ Garzia de la Iglefia 1660. in folio.

Editurum fe promifit jam ab eo tempore in reliquos *Variarum* libros, & in *Practicarum* unicum fimiles his lucubrationes.

DIDACUS DE YEPES, Toletanus, in nofocomio Sanctæ Crucis a facris minifter, opus edidit, variæ ac locupletis hiftoriæ penu, dulce utili juxta Poetæ regulam admifcens; nempe:

Difcurfos de varia Hiftoria, que tratan de las obras de mifericordia, y otras materias morales, con exemplos, y fentencias de Santos, y otros graviſimos autores. Toleti anno 1592. in folio apud Petrum Rodriguez. Vere enim ajebat Plinius in Panegyrico: *Melius homines exemplis docentur, quæ in primis hoc in fe boni habent quod approbant ea quæ præcepta funt fieri poffe.*

Reliquit manufcripta:

Notas al Conde D. Pedro de Portugal.

Hiftoria de Paulo Orofio.

S. Aguftin de la Ciudad de Dios: a fe in vernaculum fermonem verfa, uti refert D. Thomas Tamajus in *Collectione librorum Hifpanorum.* Nomen a patrio oppido in Carpentania ei inditum alicubi lego, fed Toletanam patriam ei adftruit D. Thomas Tamajus, cui magis defero.

F. DIDACUS DE YEPES, Hieronymianus, cujus familiæ morem ut fequeretur a natali oppido, quod in Carpentania eft juraque facra Toletum petit, nomen mutuavit, ea pietatis omnigenæque virtutis laude in hoc religiofiffimo vixit afcetarum ordine ut dignus habitus aliquando fuerit, quem fereniffimus Rex Philippus hujus nominis Secundus facram exomologeffim confecturus fupplex adiret. Præful deinde Turiafonenfis poft Regis obitum renuntiatus hæc fui monumenta reliquit pofteris:

Hiftoria particular de la perfecucion de Ingalaterra defde el año de MDLXX. Matriti 1599. 4.

Vida de la madre Terefa de Jefus. Matriti 1599. 4. & 1614. Tranftulit librum hunc Gallice Cyprianus a Nativitate Virginis, editque Parifiis 1643. & Italice Julio Cæfar Braccinus. Prodiit in 4.

Scripfit etiam Philippi Regis III. juffu tractatum feu relationem *De la muerte del Rey Don Felipe Segundo*, quæ forte caret adhuc typorum luce: adjudicat tamen noftro eam inter alios Francifcus de Pifa in *Toletanæ urbis Hiftoria* libro V. cap. XXXI. & Martinus Carrillo in *Annalibus* ad annum MDXCVIII. Saltem Italice hoc opus prodiit verfum, una cum compendio vitæ ejufdem Regis Didaci Ruiz de Ledefma, Mediolani 1607. in 8.

Creatus fuit epifcopus anno MDC. deceffitque MDCXIII. ætatis fuæ LXXXIII.

F. DIDACUS DE ZAMORA, Dominicanus, edidit verfam a fe in vernaculum fermonem:

Primera Parte de los fermones de D. Fray Cornelio Mufo Obifpo de la Ciudad de Bitonto. Salmanticæ 1602. 4.

F. DIDACUS DE ZUÑIGA, Salmanticenfis natu, Didaci de Zuñiga, domini de Cisla & Flores Davila, filius, ordinem Eremitarum delegit, in quo Deo fibique ac literis vacaret. Multiplicem fane humani atque divini juris facræque theologiæ doctrinam varia linguarum cognitione, totiufque fere encyclopædiæ notitia, clariorem ac locupletiorem reddidit. Sermone ufus eft Latino puriore in commentariis, & qualem (ut ipfe fibi arrogat confcius fuæ fupellectilis) ufurpatum fciebat felicibus Romæ temporibus. Doctoris theologi pileum & profeffionem hujus facræ fcientiæ in Urfaonenfi fchola æquales ei memoriæ confignant. Edidit hæc opera:

Philofophiæ primam partem, qua perfe-

cte

cte & eleganter quatuor scientiæ, Metaphysica, Dialectica, Rhetorica, & Physica declarantur: ad Clementem VIII. P. M. Toleti apud Petrum Rodriguez 1597. in folio, & 1607.

In omnes sui temporis Hæreticos, sive de vera religione libros tres. Salmanticæ apud Mathiam Gastium 1577. in folio.

Commentaria in librum Job, quibus triplex ejus editio vulgata Latina; Hebræa, & Græca septuaginta Interpretum, necnon & Chaldea explicantur, & inter se conciliantur, & præcepta vitæ cum virtute colendæ moraliter deducuntur. Toleti 1584. in 4. Romæque 1591. 4. Quod genus & consilium scriptionis nemo ante id tempus fuerat sequutus.

In Zachariam Prophetam commentaria. Salmanticæ 1577. in folio, eodem prorsus tenore scribendi servato.

Philosophiæ quidquid residuum fuit aliis duabus partibus tractaturus erat, in hisque, ut ait, res omnes, historia prætermissa, quæ scientia ulla teneri possunt; sed nihil dum hujusmodi ab auctore, forsan labori egregio huic immortuo, vidimus: quemadmodum nec in alios Bibliorum libros, in quos universos editurum commentaria in se magno animo receperat, collatis nimirum inter se omnibus editionibus, quod nullus præter S. Hieronymum alias præstitisset. In catalogo tamen Bibliothecæ Altempsianæ reperio Didaci Stunicæ *De optimo genere tradendæ Philosophiæ, & Sacræ Scripturæ explicandæ.*

F. DIDACUS DE ZUÑIGA, Hieronymianus, auctor est operis ita inscripti:

Instruccion, y refugio del animo, y conciencia escrupulosa, y temerosa de Dios. Salmanticæ apud Joannem Juntam 1552. in 8. In fine adjungitur *Consilium* quoddam Francisci de Victoria, Dominicani V. C. *Sobre si los Señores pueden vender, o arrendar los oficios, como Escribanias, y Alguazilazgos.*

DILECTUS.

DILECTUS, Lusitanus, sive anonymus sub hac larva, scripsit:

Ocyrrhoes, seu præstantissimum morborum auxilium de Venæ Sectione copiosâ methodum. Venetiis apud Petrum Milochum 1642 in 4. Ita Joannes Antonius vander Linden *De Scriptis Medicis.*

DIMAS.

DIMAS CAPELLAN, scripsit:

Refranes glosados. Toleti apud Joannem Varela 1510. 4.

F. DIMAS SAENZ, ordinis Deiparæ Virginis de Mercede, cum præesset sodalibus domus del Puche Valentinæ urbis circa annum MDXLIV. edidit librum:

Contra Judæos.

F. DIMAS TERRE, ordinis Minorum, Catalanus ut credimus, edidit:

Supplementum Privilegiorum ordinis Minorum. Barcinone 1523. 4.

DIONYSIUS.

F. DIONYSIUS DE ARRIOLA, Cisterciensis Vallisbonæ monachus, sacræ theologiæ in domo Complutensi professor, scripsit:

De Benedictionibus Patriarcharum super cap. XLIX. *Geneseos commentaria* satis erudita, quæ MSS. remanserunt in eodem Complutensi collegio. Auctor *Bibliothecæ Cisterciensis* ex relatione Hispana.

F. DIONYSIUS BLASCO, Aragonensis, ex oppido Utrillas, Carmelitarum Cæsaraugustani cœnobii sodalis, artium magister Oscensis, theologiæque doctor Cæsaraugustanus, in universitate ista Oscensi sacræ hujus doctrinæ primarius professor, Sancti Officii qualificator, ita vocant munus, & examinator synodalis Oscensis diœcesis, edidit hactenus:

Hortulum Philosophicum: hoc est, summarium totius cursus artium. Cæsaraugustæ. Necnon:

Cursum Artium integrum ex doctrina Baconii Carmelitæ, quem Averroistarum vocat principem, duobus tomis. Cæsaraugustæ annis 1672. & 1676. in folio.

In Theologiæ Baconii primam partem, sive *Theologiam Baconeam Scholasticam.* Lugduni 1580. folio. Quem sequetur secundus tomus ex eadem Lugdunensi officina in *secundum Librum* sive *Partem Baconii.*

F. DIONYSIUS CUCHUS, Cantaber, monachus Cisterciensis Vallisbonæ, Valbuena vulgo, vir corpore pusillus, sed ingenio judicio & memoria magnus, teste Carolo Vischio (qui ex Alfonso nostro Perezio, & a Chrysostomo Henriquez accepit) in *Bibliotheca Cisterciensi*; præter theologica plura in diversas *Summæ S. Thomæ partes* edidit vitam reverendissimi patris Petri de Lorca, præfixitque volumini ejusdem operum, quod *De Incarnatione* inscribitur, quam ipse prelo paravit adjuncta etiam insigni præfatione.

DIONYSIUS DAZA CHACON, Pincianus, chirurgicæ artis magister, cui pietatis doctrinæ atque industriæ experientiæque elogia tribuunt ejusdem studii & medicinæ professores, edidit:

Pra-

Practica, y Theorica de Cirugia: duabus partibus. Pinciæ typis Annæ Velez anno 1605. in folio.

DIONYSIUS HIERONYMUS DE JORBA, Catalanus, Barcinone nobili loco natus, juris utriusque doctor, civilisque interpres publicus in academia Barcinonensi, scripsit:

Institutionum Oratoriarum libros v. ad Joannem Dimam Lloris, ejusdem urbis episcopum. Barcinone 1581. in 8.

Necnon & Castellæ ut existimo sermone: *Excelencias de Barcelona.*

F. DIONYSIUS JUBERO, Aragonus, Barbastrensis, nobili loco natus, sodalis Carmelitarum Castellæ provinciæ, cujus præfectura ei injuncta fuit anno MDCIV. Græce & Hebraice doctus, Salmantinusque artium ac theologiæ magister, ibique philosophus professor, scripsit vernacule:

Sermones para las Dominicas despues de Pentecostes. Salmanticæ apud Artum Tavernier 1612. in 4. Deinde & Barcinone eodem anno.

Absolvisse etiam dicitur:

Dictionarium Hebraicum: quod forte ut alia, in schedis servata, viri doctissimi monumenta Tormes fluvius, qui Salmanticam præterfluit urbem, grandi illa & miserabili ante aliquot annos inundatione, in ima ejus suburbia effusus, una cum bibliotheca ipsa & cœnobio Carmelitarum perdidit.

Dionysius utique vixisse dicitur usque ad annum MDCXII.

DIONYSIUS PAULUS LOPIS, seu LLOPIS, Valentinus, sacerdos, & utriusque juris doctor Bononiensis, tum ibi, tum apud nos Salmanticæ Ilerdæque in Catalonia, juris studio intentus, edidit:

Flosculum de Clericorum, & Sacerdotum excellentiis, & aliis, quæ ad eorum vitam, statum, & honorem pertinent. Valentiæ 1588. in 4. in typographia Societatis Bibliopolarum.

De vera quatuor Patriarchalium sedium, atque earumdem proprie inter se æqualitate: ad Clementem VIII. P. M. Romæ 1600. in 4.

DIONYSIUS DE RIBERA FLOREZ, canonicus Mexicanus, Sancti Officii Inquisitionis consultor, & canonum doctor, scripsit apud Americanos:

Aparato con que la Santa Inquisicion de Mexico celebró las obsequias del Rey D. Felipe II. Mexici 1600. in 4. Auctore Ægidio Gonzalez Davila *in Theatro Ecclesiæ Mexicanæ.*

DIONYSIUS VAZQUEZ, Toletanus, Societatis Jesu presbyter, Francisco Borgiæ præposito generali a secretis, cum ex Italia rediisset collegium Segoviense administravit rector, scripsitque, seu ex Latino transtulit:

El Martyrologio Romano publicado por Gregorio XIII. Sumo Pontifice. Vallisoleti 1586. in 4.

F. DIONYSUS VAZQUEZ, Toletanus, ordinis Eremitarum, quem professus fuit in patria sæculari ipso anno MD. Carolo Cæsari a concionibus, primusque Francisci Ximenii fundatoris delectu sacrorum Bibliorum in Complutensi academia interpres. Hunc eloquentissimum oratorem, vivacissimi ingenii, doctrinæ multiplicis, linguarum cognitionis, scholasticæ ac expositivæ theologiæ, Patrumque Sanctorum lectionis, & eruditionis non vulgaris dotibus & ornamentis conspectissimum, insigni elogio decorat Alvarus Gomezius lib. VIII. *De Rebus Ximenii Cardinalis*: apud quem Joannes Ramirus, Toletanus & ipse, academiæ rhetor, Nebrissensi suffectus, dicere solebat nullum ætate sua præter unum Dionysium oratorem natum vidisse. Trium academiarum, Complutensis Toletanæ & Parisiensis, doctor fuit theologus, eaque animi modestia & demissione ut Mexicanum prius archiepiscopatum, deinde Palentinum episcopatum, repudiasse dicatur. Olim habuit coram Leone X. P. M.

De Simplicitate, & unitate personæ Christi in duabus naturis orationem: qua, vel forte alia simili, audita Leo dicitur Pontifex ad purpuratos patres conversus, ac velut extra se admiratione positus, pronunciasse, *Putabam Dionysium in cœlis esse, & hodie inter homines vidi.* Confirmavitque hoc suum de tanto viro judicium quando, eum ad Carolum Imperatorem delegans, mittere se in illo *alterum Eliam* in præfatione literarum testatus est.

Scripsit plura in libros Bibliorum commentaria, atque in his *Joannis Evangelii enarrationem*: quæ in privatis bibliothecis etiam nunc MSS. possessoribus eorum in pretio magno sunt. Hoc etenim, quod de superiore loco exponens auditoribus, Hispanica lingua ut plurimum pronuntiaret, Latinamque ei mira venustate atque eloquentia intermisceret, nemo huc usque ausus est, aut totum Latine opus (ait Josephus Pamphilus in *Chronico* hujus ordinis) aut totum Hispanice pro dignitate reddere. Incidit postremis vitæ suæ diebus in linguæ paralysim, qua tantum valuit, quare maximo omnium mœrore academiam deseruit, & in patriam secessit, ubi, eodem fere quo natus est die, scilicet kalendis Junii an-

anno MDXXXIX. ſexagenario paulo major vita functus eſt.

DOMINICUS.

DOMINICUS DE ABENGOCHEA, Cæſarauguſtanæ curiæ judex, cujus eruditionem Juſtus Lipſius celebravit *centuriæ v. epiſt. XIX.* Scripſit, Vincentio Blaſco teſte in *Aragon. chron.*

Inclytæ Cæſarauguſtanæ urbis congratulationem ad Illuſtriſſ. D. F. Ludovicum de Aliaga Generalem Inquiſitorem.

Declamationem quoque *pro ſe ipſo in cauſa Syndicatus.* Scio ſcriptum quoque ab eo:

Panegyricum Civitatis Cæſarauguſtanæ. Cæſarauguſtæ 1619.

DOMINICUS ANDREAS, Aragonus, Alcanizienſis, poeta Latinus, uti non vani cenſores operum ejus nondum editorum autumant cum paucis etiam veterum comparandus. Vincentius Blaſcus Lanuza in *Chronicis Aragonenſibus* part. I. lib. V. cap. XXVII. hæc laudat:

De Hominis redemptione libros VII. hexametris verſibus.

De mutuo Dei & Virginis amore lib. III.

De tremendo Judicio librum ſingularem.

De Filiis Zebedæi librum ſingularem.

De Petro Archiapoſtolo librum alium.

Eglogas duas, alteram in Nativitatem Dominicam, alteram de planctu Deiparæ Virginis.

Variorum libros V. ingenioſe omnia, ſuaviter copioſeque excogitata & formata, quæ ut edant, ait Blaſcus, ſibi nunc heredes impoſuerunt. Profana alia & juvenilia, comoediaſque damnavit moriens, nec extare alia voluit præter ſpiritualia & ſacra paulo ante laudata.

DOMINICUS ANTUNEZ PORTUGAL, Luſitanus, domo ex oppido de Penamacor, eques ordinis Jeſu Chriſti, Portuenſis quondam juridici conventus, poſtea ſupremæ domus, quam vocant Supplicationis, Oliſipone in curia ſenator, ac sereniſſimi Luſitaniæ Principis conſiliarius, utile ac novum opus ſtrenue aggreſſus, docte quidem & magna diligentia, luculentoque ſermone hactenus edidit:

De Donationibus Jurium & bonorum Regiæ Coronæ Tractatum: tribus tomis diviſum, quorum primus ex officina Joannis da Coſta Oliſipone jam prodiit anno 1673. folio, quo de donationibus in genere quaſi præludio agitur, de liberalitate Regia, & ejus modo & exequutione, deque juribus majoribus majeſtatis; ſecundus ſequetur de juribus minoribus majeſtatis; atque item tertius limitationes & moderationes Regalium donationum atque alia continet.

F. DOMINICUS DE ARTEAGA, Dominicanus, edidit:

Teſoro de comtemplacion hallada en el Roſario de Nueſtra Señora con ſu exercicio. Palentiæ apud Didacum Fernandez 1572. in 8.

F. DOMINICUS BAÑEZ, vulgo Mondragonenſis creditus, re vera autem Balmaſedanus, Cantaber origine, patria vero Pincianus, quod ab ipſo ſe accepiſſe Joannes de Ponte in eo, quod de *Monarchiis Catholicis* publicavit, opere atteſtatur: quindecim natus annos venit Salmanticam grammaticorum præceptorum gnarus, ibique, poſt decurſum artium liberalium ſolemne ſpatium, in familia Prædicatorum fratrum ad S. Stephani receptus iterare opus habuit ex more idem penſum, Bartholomæo Medina, qui in magnum & ipſe evaſit theologum, condiſcipulo uſus. Theologiam ab optimis præceptoribus didicit, Melchiore Cano, Didaco de Chaves, Petro Sotomajori, omnibus Dominicanis. Poſt emiſſam profeſſionem, variis in locis duobus non minus ac triginta integris annis volvit Scholaſticam theologiam docendi pondus; nempe in Abulenſis, quo loco agens ſanctiſſimæ ancillæ Dei Thereſiæ a Jeſu per octennium confeſſiones audivit, Complutenſis ac Pincianæ urbium gymnaſiis, tandemque & in Salmantino Durandi cathedram, deinde & primariam ſibi communi ſuffragio delatam conſequutus, quem locum obtinens publici juris fecit:

Scholaſtica Commentaria in Primam partem Angelici Doctoris, duobus tomis: prior uſque ad LXIV. quæſtionem pertingit. Salmanticæ in Stephaniana domo 1584. Venetiis 1602. folio. Duaci 1614. Sed antequam poſteriorem ederet interpoſuit:

De Fide, Spe, & Charitate, ſive ſcholaſtica commentaria in ſecundam ſecundæ Angelici Doctoris partem uſque ad quæſtionem XLVI. Salmanticæ eodem anno. Et intervallo facto annorum trium appoſuit:

Commentariorum ſuper Primam partem poſteriorem tomum. Ibidem 1588. in folio. Venetiis eodem anno. Duaci 1614. Tunc deinde:

De Juſtitia, & Jure, ſive continuationem in Secundam Secundæ partis. Salmanticæ 1594. & 1604. Venetiis 1595. Coloniæ apud Gualter. Et Duaci 1615. folio.

In Primam & ſecundam Partem. Lugduni tribus tomis 1588.

Commentaria in Tertiam partem item *& in Quartam* (quod intelligo *additiones ad Tertiam partem*) extare in bibliotheca Altempſiana Romæ fidem facit ejus catalogus.

Re-

Relectionem de merito, & augmento charitatis ab eo in vigilia Pentecostes Salmanticæ anno MDLXXXIX. solemniter pronuntiatam. Ibidem 1590. 8.

Institutiones minoris Dialecticæ, hoc est, Summulas. Coloniæ 1618. 8.

In Aristotelis Dialecticam.

De Generatione, & Corruptione, sive in Aristotelis eos libros Commentaria & Quæstiones. Salmanticæ 1585. in folio. Coloniæ anno 1614. in 4.

Hispane quoque MS. vidimus.

Motivos para rezar el Rosario.

Obiit in emerita ætate emeritus theologiæ Salmantinus professor in domo Sancti Andreæ Medinensi, septimum a septuagesimo annum agens, kalendis Novembris MDCIV.

F. DOMINICUS BARROSO, scripsit:

Cruz interior de Christo, y exercicio de las virtudes. Pinciæ 1673. in 4.

DOMINICUS DE BECERRA, Hispalensis, sacerdos, post Mauritanam apud Algerium captivitatem Romam veniens in hac urbe Hispano sermone interpretatus fuit:

El Tratado de Costumbres, o Galatheo de Monseñor de la Casa: Francisco de Vera & Aragonia dedicatum, quem a consiliis Regis vocat. Vidimus editum in 12. Venetiis 1585. Extat in bibliotheca Barberina.

F. DOMINICUS DE BIOTA, seu VIOTA, Franciscanus, quem corrupte appellant Biatta editores Waddingi *De Scriptoribus Ecclesiasticis*, ex Sancto Bonaventura convertit in Hispanicum:

Soliloquio de quatro exercicios mentales con otros tratados del Santo. Ilerdæ apud Ludovicum Manescal 1616. in 8. Cæsaraugustæ 1580. Simulque:

Estimulo del Amor de Dios: *Arbol de vida*: *Coloquio del Pecador, y del Crucifixo*: *Epistola, o regla de bien vivir*: *Menosprecio del mundo*: *Como se han de preparar los Sacerdotes para decir Misa*: *Doctrina del Corazon*: *Incendio de Amor*: *Regimiento del Alma*: *Alfabeto espiritual*: quorum nonnulla S. Bonaventuræ sunt. Item:

Compendio para perfectamente servir a Dios. Simulque:

Dichos, y sentencias del Santo Fr. Gil compañero de San Francisco. Cæsaraugustæ apud Petrum Bermuz 1566. 8.

F. DOMINICUS DE CELAYA, Dominicanus Salmantinæ domus, scripsisse fertur circa annum MDLIII.

In VII. Psalmos Pœnitentiales.

Hunc per errorem vocat Possevinus Dominicum Caleca.

F. DOMINICUS A CONCEPTIONE, ordinis Seraphici provinciæ seu regni Portugalliæ, scripsit, quæ inedita adhuc est:

A vida do Servo de Deos Fr. Gaspar do Spiritu Santo frade lego do convento de Lisboa. Laudat opus Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano* die XXIX. Aprilis pag. 762. Item:

A vida do P. Fr. Antonio de Christo ejusdem scilicet Minorum ordinis, de quo agit illaudato Dominico nostro Emmanuel da Esperanza in *Historia Seraphici ordinis Provinciæ Portugalliæ* 1. part. lib. 1. cap. XXVII. & sequentibus, Cardosusque in *Agiologio* die XXXI. Maii lit. g. qui nostri operam pro more suo laudat.

F. DOMINICUS DE SANCTA CRUCE, ordinis Prædicatorum, edidit:

Rosario real de Nuestra Señora. Parisiis 1608. in 8. Posteaque Salmanticæ apud Antoniam Ramirez 1621. 8.

DOMINICUS DIAZ PALHAES, Lusitanus, poeta inter cives suos magni nominis (natus fuit in oppido Torres novas) comœdias plures cum sacras tum profanas composuisse dicitur, ut audivimus a R. P. Fr. Emmanuele a Resurrectione, Augustiniano Reformato, hujusmet cive.

F. DOMINICUS FERNANDEZ NAVARRETE, Dominicanus, in orientali sua expeditione Philippinarum insularum & Sinici regni missionarius Apostolicus, ac missionariorum ordinis sui præfectus, postquam in collegio & universitate S. Thomæ urbis Manilæ primariam cathedram theologiæ rexisset, idemque procurator generalis provinciæ S. Rosarii Philippinarum in curia Matritensi, edidit fructuosissimam, & cum magna delectatione lectam a nobis, Sinicam quasi historiam, aliis noviorem, & ultimi hujus temporis, in qua multa ab aliis auctoribus temere scilicet ex falsis relationibus quasi vera intimata redarguit ac refellit. Titulus libri:

Tratados Historicos, Politicos, Ethicos, y Religiosos de la Monarquia de la China: *Descripcion breve de aquel Imperio, y exemplos raros de Emperadores, y Magistrados de él, con la narracion difusa de varios sucesos, y cosas singulares de otros Reynos, y diferentes navegaciones. Añadense los Decretos Pontificios, y Proposiciones calificadas en Roma para la Mision Chinica, y una Bulla de Nuestro muy Santo Padre Clemente X. en favor de los*

los Misionarios : sereniſſimo Dom. D. Joanni Auſtriaco nuncupati. Matriti typis Regiis apud Joannem Garſiam Infanzon 1676. in folio. Sæpe ſeſe ad alterum volumen *Controverſiarum* ſuper Sinica hac miſſione refert, quod nondum vidimus. Id tamen formis jam editum fuiſſe audimus ; ſed contemplatione cujuſdam religionis miſſionariorum publicari adhuc prohibitum.

DOMINICUS GARZIA , Aragonus, apud Complutenſes primum tribus linguis, quæ ad interpretationem ſacrorum voluminum neceſſariæ ſunt , in collegio , quod Trilingue vocant , ad majora viam munivit , docuitque ipſe auditores Hebraicæ linguæ præcepta ex primario ejuſdem academiæ ſuggeſtu. Deinde ad Cæſarauguſtanæ Sanctæ Mariæ del Pilar ſacræ ædis collegium ſuffragiis canonicorum vocatus , canonicum ibi & cappellanum uti vocant majorem , atque aliquando priorem , hoc eſt præfectum , egit, patrum quoque Fidei in Aragoniæ regno vindicum a cenſione theologica miniſtrum , ſeu qualificatorem ut vulgus loquitur. Scripſit laudabiliter multaque eruditione , quamvis taxet eum arrogantiæ nomine Joannes Morinus in *Exercitationibus Biblicis* lib. I. cap. II.

Propugnaculum Religionis Chriſtianæ contra obſtinatam perfidiam Judæorum adhuc expectantium primum adventum Meſſiæ. Cæſarauguſtæ 1606. in 4.

Recentiorum variarum , & inextricabilium quæſtionum ex viſceribus libri Hiſtorialis Geneſis hinc & illinc pullullantium diſcuſſionem. Ibidem apud Petrum Cabarte 1624. in folio.

Lingua etiam vernacula , pie ac docte:

Teſoro de los ſoberanos miſterios , y excelencias divinas que ſe hallan en las tres letras conſonantes del ſacroſanto , y inefable nombre de Jeſus , ſegun ſe eſcrive en el Texto original Hebreo. Ibidem apud Laurentium de Robles 1598. folio.

Manſiones de las excelencias , grandezas, y prerogativas que tuvo la bendita Virgen Maria. Ibidem 1629.

Eſtaciones eſpirituales que debe hacer el Peregrino Chriſtiano en la jornada deſta vida. Ibidem apud Petrum Cabarte 1617. 4.

Denatus eſt anno MDCXXIX.

DOMINICUS GARZIA , haraldus regni Aragoniæ , laudatur ex libro quodam genealogico ejuſdem regni , quem fuiſſe penes D. Martinum de Aragon , Villæformoſæ ducem , comitemque Ripacurtiæ , a Gaſpare Eſcolano lib. VII. cap 11. num. 8. *Hiſtoriæ regni Valentini* refertur.

DOMINICUS DE GAZTELU , hoc enim cognomen arridet magis quam GAZULO , quod eſt in *Bibliothecæ Geſnerianæ epitome* , aut etiam GATZELI , quod alibi reperio , vir nobilis , vertit in Italicum ex vernacula ſuæ gentis lingua:

La Prima Parte delle lettere di Don Antonio de Guevara Veſcovo di Mondognedo. Venetiis 1545. in 8. Et 1564. in 4.

F. DOMINICUS GONZALEZ , ordinis Prædicatorum , Sancti Officii ut vocant commiſſarius in Manilenſi Philippinarum inſularum archiepiſcopatu , ſcripſit:

Relacion del martyrio del B. P. F. Alfonſo de Navarrete Dominico , y de ſu compañero el B. P. F. Hernando de San Joſeph Auguſtino en Japon año MDCXVII. Manilæ 1618. in 4. Neapolique 1619. in 8. Italice.

Relacion del martyrio de F. Antonio Gonzalez , F. Guillermo Cuter , F. Miguel de Arozaraza , y F. Vicente de la Cruz , Religioſos Dominicos , y de dos compañeros ſeglares que padecieron en Japon año MDCXXXVII. Matriti apud Didacum Diaz 1639. in 4.

DOMINICUS HERNANDEZ CRESPO , canonicus ut fertur Mediolanenſis, quod interpretor ſacræ & collegiatæ ædis S. Mariæ de la Scala , dedit foras:

Eſtimulo racional , y Theologico de los mas altos myſterios , y dudas de la ſagrada Eſcritura. Mediolani typis M. Tulii Malateſtæ 1612. in 8.

DOMINICUS HOMEM DE ALMEIDA , Luſitanus , ſenator Regius Portucalenſis ſeu Portuenſis , dein Uliſiponenſis ut vocant Supplicationis curiæ , poſtquam obiiſſet alias minorum gentium præfecturas , docte ſcripſit:

Analyſim Excellentiarum in jure numeri Quinarii. Itemque:

Allegationum ſuper variis Juris Quæſtionibus primam partem. Uliſipone apud Antonium Alvarez 1643. in folio.

F. DOMINICUS DE S. JOANNE DE PIE DEL PUERTO , Navarrus ex cognomine ut videtur , ad clauſtra Pyrenei montis oppido , ſodalis Mercenariorum , doctorque Pariſienſis , cum in ea ſchola degeret , invitatus a Salmantinis academiæ rectoribus, ad nos ſe tranſtulit una cum Joanne Martini a Pedernales , qui poſtea mutato nomine vocari cœpit Siliceus , tandemque Toletanæ præfectus fuit eccleſiæ. Hic ſcilicet Ariſtotelem in via (ut loqui amabat illa ætas) Nominalium , Dominicus vero in via Realium docuit. Extant ab eo:

In Logicam , & Philosophiam Aristotelis commentaria. Parisiis in folio.

Hæc accepimus ab illustrissimo Hydruntino archiepiscopo D. Gabriele Adarzo & Santander , ejusdem instituti , & docuit olim Franciscus Zumel in *Vitis virorum illustrium* hujus ordinis , & in *Primam Partem D. Thomæ* tomo 3. dubio 3. circa initium. Gallum alii credunt quod Gallis nunc subsit oppidum.

F. DOMINICUS DE LARA , Dominicanus , Chiapensis episcopus in Nova Hispania , qui nondum consecratus obiit si non fallit Ægidius Gonzalez Dàvila in *Theatro Indico Ecclesiastico* , scripsit:

Vocabularium : nescio cujus Indici idiomatis.

DOMINICUS LOPEZ , Jesuita , scripsit:

De Sacræ Scripturæ auctoritate. Hispali apud Lazarum Ferrerium 1589. Ita Possevinus , & *Bibliothecæ Societatis* scriptor. Reperio tamen in *Bibliotheca Hispana* Valerii Andreæ Taxandri hanc notam : *Sed advertat lector esse confictum & librum , & nomen apud Allobroges ab hæreticis , quibus mentiri religio non est.*

DOMINICUS MANERO , alias mihi ignotus , edidisse dicitur circa annum 1665.

Diffinitiones morales.

DOMINICUS MARCUS DURAN , ex oppido Extremaduræ Alconetar , musicus ut videtur professione , librum hujus artis dedisse fertur hoc titulo:

Luz bella del Canto llano. Toleti 1510. Forte 1590. in 4. Deinde etiam:

Comento sobre la luz bella. Salmanticæ 1598. 4.

DOMINICUS MELGUITIUS , vulgo DE MELGUIZA , Romæ Clementis VIII. Papæ temporibus medicinam faciebat , ad cujus medicos direxit:

De Pleuritide epistolam : anno Clementis secundo , quæ ibidem typis edita fuit , cujusque meminit Nicolaus Monardes in libello similis argumenti , *De vena secanda in pleuritide.*

F. DOMINICUS DE MENDOZA , Dominicanus , frater natu major Garsiæ Loaisæ ejusdem ordinis , archiepiscopi Hispalensis , sacræque ecclesiæ Romanæ cardinalis, Talaverensis credo natalibus ut ille fuit, celebraturque ab Antonio Senensi & Possevino quorumdam tractatuum multæ doctrinæ ut ajunt nomine , nec ultra quidquam. Certe Ludovicus Paramus lib. II. *de Origine S. Inquisitionis* cap. II. laudat ejus tractatum:

De Sancto Officio Inquisitionis , ejusque utilitate.

F. DOMINICUS MORAN , ordinis Seraphici , scripsit:

Epitome , y declaracion de los principales fundamentos de la santa Fe Catholica , y textos de la Sagrada Escritura. Matriti 1644. 4.

F. DOMINICUS DE MORTERO , seu DE MORTARIO , Dominicanus , formavit justi voluminis:

Indicem super IV. volumina Joannis Capreoli , circa annum MDXX.

F. DOMINICUS DE NIEVA , Dominicanus domus Pincianæ Paulo Apostolo sacræ , veniens Evangelii propagandi gratia in Philippinas usque orientalis plagæ insulas, Sinarum lingua & formis edidit:

Memoriale vitæ Christianæ : quod opus valde laudari solet utilitatis nomine ad conversionem ethnicorum.

DOMINICUS PALATIUS , si Hispanus est , vulgo PALACIOS , edidit nescio quid:

De Passione Domini. Coloniæ 1610. in 8. ut lego in catalogo *Bibliothecæ* Gabrielis Soræ Aragonensis.

F. DOMINICUS DE PAZ , Lusitanus, ordinis Prædicatorum , edidit:

Sermonum , in quibus veri Christiani hominis specimen exhibetur tomos duos. Venetiis 1580.

F. DOMINICUS DEL PICO , Aragonus , ex Sariñena oppido , doctor theologus, Franciscanus Conventualis seu Claustralis, sed Reformatus , vicarius audit & commissarius generalis , imo provinciæ Aragonensis præfectus. Hic delectus a Carolo Cæsare ut sibi in Belgium proficiscenti a concionibus sacris esset , ætatem excusavit provectam ne honorem admitteret cum eo onere peregrinandi. Scripsit:

Trilogium , sive ejus primam partem. De ordinaria conversione peccatoris recedentis a Deo Patre in parabola Lucæ XV. a Salvatore proposita Conciones. Cæsaraugustæ apud Bartholomæum de Naxera 1549. folio. Secunda & tertia pars adhuc ut credimus desiderantur. Fecit etiam auctor spem *Declarationum super Visionibus Apocalypsis.* Meminit Murillus in *Historia Ecclesiæ Deiparæ del Pilar;* non autem Waddingus. Laudat quoque Vincentius Blascus in *Eccles. Hist. Aragon.* tomo II. libro. V. cap. VI. Scripsit item *Funiculum Apologeticum* , nescio cujus argumenti , cujus me-

meminit in epistola quadam *Trilogio* adjuncta D. Michael May, vicecancellarius regni Aragoniæ, qui librum ait se recuperasse, Toletum misso Alexio Fontana sibi a secretis statim post obitum D. Joannis Taveræ S. R. E. cardinalis, ac Toletani antistitis, cui liber fuerat ab auctore ipso nuncupatus. Epistolam dedit Matriti ultima die Septembris MDXLV. laudatus vicecancellarius.

DOMINICUS DE PORTU, seu DEL PUERTO ut nobis sonat, in *Indice Scriptorum juris* laudatur quod scripserit:

Ad L. Si alii D. De usu & usufructu legato.

F. DOMINICUS LA RIPA, Aragonensis, ex oppido Hecho, doctor theologus, Benedictinus monachus, & eleemosynarius monasterii Claustralis S. Joannis de la Peña regni Aragonensis, chronographus honorarius regni ejusdem, scripsit:

Defensa historica por la antigüedad del Reyno de Sobrarve. Cæsaraugustæ 1675. in folio. V. Dormer *San Lorenzo* fol. 482.

F. DOMINICUS RUZOLA, sive de JESU MARIA, Bilbili in Aragoniæ regno ortus, Carmelitarum Reformatorum soboles magnumque incrementum, cui quidem Pastranæ adhæsit arctioris vitæ cupidus, totis decem & octo annis inter Veteris ut vocant Observantiæ instituti ejusdem sodales religiosissime transactis. Præfectus generalis fuit suæ hujus sectæ, a Summis Pontificibus Clemente VIII. Leone XI. Paulo V. Gregorio XV. Urbano denique VIII. summo in pretio habitus, sanctique nomine uno ore appellatus. Ferdinando II. Imperatori Pragensi in prælio adversus Austriacæ & Catholicæ gentis hostes adfuit veluti genius aliquis, ac tutelaris angelus, quo ad Moysis exemplum porgente ad Deum optimum maximum preces, unaque animos faciente Imperialibus copiis, voce manuque salutari redemptionis nostræ signo armata periculosissimum bellum fuit profligatum. Ille, ut ad nos pertineret, extare fecit:

Monte de Piedad, y concordia espiritual instituida con los merecimientos de muchos siervos de Dios en socorro de las necesidades de las almas que los necesitan. Matriti 1628. opera Ludovici Hurtado, qui præfatur de origine hujus Concordiæ a Gregorio XV. approbatæ, ac de auctoris sanctitate. Necnon & Italice:

Sententiario Spirituale, sive de tribus viis spiritus, in cujus tertiæ partis fine iterum edidit eadem lingua Montem Pietatis. Laudantur etiam ejusdem auctoris:

Directorium bene moriendi. Et:

De Mystica Theologia: quod idem opus existimo cum altero Sententiario nuncupato.

Ad superos abiit XVI. Februarii MDCXXX. Vitam & res ejus gestas stilo descripserunt panegyrico Joannes Caramuel, amicus noster, Campaniæ in regno Neapolitano nunc episcopus, in suo *Dominico*; itemque Philippus a Sanctissima Trinitate Carmelitarum Excalceatorum generalis præfectus, uterque Latine: ex quo ultimo Gallicam dedit alter Carmelita anonymus publicatam Lugduni anno 1668. in 8. Necnon Hispanicam edidit Antonius Augustinus, episcopus Albarracinensis.

F. DOMINICUS DE SOTO, Segoviensis natu, religiosa professione Dominicanus, literis atque utiliore doctrina, quam incorrupti mores egregie commendabant, parem suo sæculo, aut certe superiorem habuit neminem. Natalis annus ei MCCCCXCIV: parentes obscuri, quorum alterum, Franciscum nomine, vel ipse filius arrogantiæ securus cultorem fuisse hortorum jactare solitus fuit. Francisci lustrica appellatio ei contigit, quam sodalibus Prædicatorum adscriptus mutavit. Grammaticæ disciplinæ factus Segoviæ compos, non quidem valuit statim e paupertatis profundo emergere quin ad viculum quemdam Ochando dictum XX. ab ea urbe passuum millibus positum, ædis sacræ ministerio deserviret, hoc est sacristam ageret. Compluto hinc se sistens, familiaritateque ibi Ferdinandi Saavedræ, Bætici Benalcazarensis, præceptoreque usus Thoma Villanovano, Ildephonsini collegii per id tempus sodali, Augustini deinde assecla & Valentino antistite, atque in sanctorum album hodie jam relato, philosophiæ operam dedit. Huic intentum academia Parisiensis, omni tempore celebris, ad Coroneliorum fratrum itidem Segoviensium, quorum in his literis vires erant doctrinæ spectatæ satis, frequens gymnasium invitavit. Ejus lycei percepto aliquod annorum fructu, quem præcocem & amari saporis plenum ad maturitatem nusquam perductum (quæ illius sæculi fuit conditio) ægerrime ferebat, artium factus magister, una cum Saavedra perpetuo studiorum comite, ad patriam Complutumque remeavit. Hujus academiæ paulo post creatur calculis philosophiæ præceptor, Sanctique Ildephonsi collegii toga sex & viginti natus annis cohonestatur Januarii 1520. Sed cum pietate literis pari jam tum floreret, sana mens religiosi, hoc est, tutioris status desiderio inflammata manum ei fortiter injecit, Burgis ergo nomen dedit instituto fratrum Prædicatorum, qua electione ut fama est id maxime voluit ut in vicem cujusdam hominis, quem olim ab amplexu istius Rachelis dehortatus fuerat, sub-

Tom. I. Tt 2

subintrans eidem sacro ordini paria faceret. Manens ibi sodales docebat cum ad Salmanticenses cathedram theologiæ vespertinam petitum ire jussus, novus homo, quantumvis a veteri Complutensi professione non ignotus, antiquiores omnes illius muneris candidatos, voti factus re ipsa compos, superavit. Deinde in his veræ sapientiæ Athenis Hispanis constitutus, parique laude & fructu theologiam S. Thomæ germanam docens, omnes non solum academiæ illius sed & nostræ gentis homines in admirationem sui quotidie magis convertere cœpit. Per eos dies editus ab eo est *Artium* ut vocant *Cursus*, sive pars illius, *Summulæ* nimirum, *Dialectica* & *Physica*; in quo Aristotelem a sophistarum, tunc late regnantium in scholis, tyrannide vindicavit. Sed intermittere hoc docendi munus anno MDXLV. ad nutum Regis Caroli opus habuit, Tridentumque una cum Bartholomæo Carranza Mirandensi, ejusdem instituti, publicæ sacræ rei causa ire, quo doctissimus quisque, tam collegiorum ecclesiasticorum quam cœtuum religiosorum ex toto fere orbe Christiano, festinabat. Absentis ab ea synodo generalis familiæ suæ præfecti locum, auresque Patrum solemni Dominicæ primæ Adventus dictione occupans, inclytæ velut inauguratus est ei, quam toto conventus almi tempore sustinuit, famæ. Duos his diebus libros *de Natura*, *&* *Gratia* sanctæ obtulit synodo, mactus ob id honore in posterum ferendi pro symbolo manus duas in se complicatas, ignis flammam evomentes, inscriptumque e regione illud Pauli ad Galatas *Fides quæ per caritatem operatur*, quod quidem hodieque symbolum in ædificatis ab eo ad Sanctum Stephanum Salmanticæ operibus figuratum conspicimus. Post dimissam synodum ad Imperatorem in Germaniam venit ut confitenti ei Christiano ritu aures daret. Paulo post dicitur & Segoviensis, hoc est, patriæ ecclesiæ infulas sibi a Carolo oblatas repudiasse, & Gasparem Stunicam, comitis Mirandensis prolem, integritate morum sibi spectatum, jussus id a Cæsare, in vicem suam, id quod perfectum est, appellavisse. Redierat in Hispaniam Cæsar, cum imposítum sibi ab illo, gerens munus noster de rebus Indicis inter Bartholomæum Casam & Genesium Sepulvedam acerrime controversis, perpensorum utriusque partis argumentorum summam colligens, ad Cæsarem retulit. Sacramentalis deinde ministerii impetrata missione restituit se Salmantinæ domui, ea omnium lætitia & plausu quem & præfectura sodalium delata, primariæque docendi vices academiæ a Melchiore Cano, episcopo jam tunc creato Fortunatarum insularum, desertæ, eique rude post quadriennium donando commendatæ, abunde prædicant. Libris ergo in publicum edendis, rebusque & consiliis publicis, quæque pondere suo ad examen doctissimi cujusque ferrentur, expediendis perpetuo invigilans, emeritus jam, cœnobiique iterum Salmantini præfectus anno scilicet MDLX. ætatis LXVI. Decembris XVII. die e vita sublatus est. Porro ejus amissi desiderium doloremque pompa funeris ostendit, quod una cum frequentissimo totius academiæ populo variarum artium professores primarii sex feretrum humeris succollantes deduxerunt.

Librorum Soti catalogus jam sequitur:

Summulæ: primo quinque libris prolixiores, deinde contractiores. Salmanticæ 1575. folio post priores editiones.

In Dialecticam Aristotelis Commentarii. 1580. folio.

In Categorias Aristotelis Commentarii. Venetiis apud Bernardum Juntam 1583. 4.

In Libros Posteriorum. Venetiis per Ægidium Regaldam 1574. 8.

Super VIII. libros Physicorum Commentarii, sive quæstiones. Tertium editi sunt Salmanticæ 1572. folio. Duacique 1613. 4. ex recensione Jacobi Bowerii, Hochstratani, ejusdem Prædicatorum ordinis, una cum *Dialectica.*

Deliberatio in causa pauperum: Latine atque etiam Hispane, ad Philippum Principem, hoc est, *De non inhibendo secundum misericordiæ præscriptum publico mendicabulo.* Salmanticæ apud Joannem Juntam 1545. Id quod ejus ætatis persuasione, Soti consilio sententiæque acquiescentis, obtinuit.

De Natura & Gratia libri III. ad synodum Tridentinam. Antuerpiæ post principem editionem una cum aliis ejus operibus 1550. in folio. Salmanticæ 1570. & 1577. Medinæ 1579. folio. Qui tamen Ambrosio Catharino, ejusdem familiæ sodali, in multis displicentes, quod ille opusculo seu *Apologia adversus Sotum* edita fuit testatus, occasionem redhostiendi ei dederunt scripta:

Apologia contra R. Patr. Ambrosium Catharinum, qua ipsi de certitudine gratiæ respondet. Antuerpiæ 1556. folio. Salmanticæ 1574. folio.

In Epistolam Pauli ad Romanos commentarii. Antuerpiæ apud Joannem Stelsium 1550. in fol. quos tamen, hanc priorem editionem typographo exprobrans, emisit iterum in lucem Salmanticæ anno sequenti emendatiores.

De ratione tegendi, & detegendi secretum lib. III. Salmanticæ 1552. & 1574. in folio. Duaci apud Belleros 1623. 8.

De cavendo juramentorum abusu. Salmanticæ 1552. Idem Hispane ex Latino translatum atque ita inscriptum *Como se ha de evitar el uso de los juramentos.* Toleti apud Joan-

Joannem de Ayala 1551. 8. Antuerpiæque in 12. in lucem prodiit.

Annotationes in commentarios Joannis Feri Moguntinensis super Evangelium Joannis. Salmanticæ 1554. in 4. ad Ferdinandum Valdesium, generalem inquisitorem. Incurrit tamen iis editis Sotus, Fero ipso seu persuaso seu dissimulante, in Michaelis Medinæ, Franciscani, viri eruditione præstantissimi, examen & calamum: de qua talium literis & ingenii acumine scriptorum controversia per me arbitrium suum interponant doctiores.

De Justitia & Jure libri VII. ad Carolum Hispaniarum Principem. Salmanticæ 1556. folio, indeque ab ipso auctore restituti sæpius & uberiores facti. Certe editioni Salmantinæ anni 1569. adjunctus fuit *liber VIII. De juramento, & adjuratione.* Prodierunt quoque ibidem anno 1580. folio. Eodem veluti partu editi sunt horum gemelli, quod ipse ait:

In Quartum librum Sententiarum commentarii, sive de Sacramentis, duobus tomis. Prior editus est Salmanticæ typis Joannis a Canova 1557. Alter apud Andream de Portonariis 1560. in folio. Deinde alibi. Venetiisque 1569. 4. Lovaniique 1573. in folio. Duacique & Coloniæ, necnon Medinæ Campi apud nos 1581. folio. Conceperat animo in omnes Sententiarum libros commentari; ætate autem per dies imbecillior quarto huic exponendo incubuit ante alios propter materiæ utilitatem.

De extremo Judicio concio habita ad Tridentinos PP. Dominica prima Adventus, anno MDXLVI. edita est Lovanii cum aliis aliorum 1567. in folio. Nuperque Parisiis Labbei cura 1667. in nova editione Concilii Tridentini. Meminit & in nuncupatoria librorum *de Justitia & Jure* ad Carolum Principem epistola:

Concionis a se coram iisdem Patribus habitæ *gratulatoriæ ad Deum O. M. de fausto Caroli ipsius natali.*

Declamasse in eodem loco nostrum *pro aptitudine & necessitate stili Theologici*, quem ab scholarum usu scholasticum vocant, ipsiusmet declamatoris fide in *De natura, & gratia* librorum prooemio signata compertum habemus. Ordinavit etiam Latino facilique sermone, quod sibi a Patribus habebat injunctum, sacra sessionum illius temporis decreta ut legimus. Chronographi Dominicani tribuunt quoque ei cum *in Matthæi Evangelium*, tum *in Aristotelis libros de Anima commentarios*: de quorum prioribus ipse auctor est Sotus in suorum operum catalogo ad finem *Commentariorum quarti libri Sententiarum* edito, nondum scilicet per id tempus habere eos se absolutos; neque est hactenus credo aliquis qui publicaverit aut publice conspexerit. Composuit item *pro festo die S. Hieronymi Ecclesiæ Doctoris Officium Ecclesiasticum*, quod in comitiis fratrum Hieronymianorum Lupianensibus anno MDXLIII. admissum, recitarique fuit jussum; itemque *Sancti Thomæ Aquinatis*, quod recitari Salmanticæ in domo Stephaniana Joannes Marieta scripsit.

Hispanice edidit tantum Summam, ut vocant, hoc titulo:

Catecismo, o Doctrina Christiana. Salmanticæ apud Mathiam Gastium 1563. in 12. Nescio an sit eadem cum hac Summa illa quam Soti nomine Didacus Ximenez edidit ibidem apud Petrum Lasso 1567. 8.

Agens item in eo theologorum coetu, qui de rebus Indicis inter Casam & Sepulvedam dijudicaturi convenerant, sententiæ Casæ defensionem, quam exposuerat ipsis per quinque integros dies, summatim collegit, quæ quidem summa inter acta hujus controversiæ una cum Casæ Sepulvedæque laudatorum scriptis edita est. In *Commentario* quoque *libri IV. Sententiarum* dist. V. quæst. unica, art. X. ubi aliqua de jure Hispanorum Regum ad occidentales eas provincias pertractavit, admonuit sibi in animo esse quarto in libro *De Justitia & Jure*, qui de dominio est, *Tractatum* edere *de ratione promulgandi Evangelii*, primum in obsequium fidei, deinde in gratiam Hispanorum Principum; edidisseque id opus, seu perfecisse eum, constat inde quod Ferdinandus Menchaca lib. I. *Quæst. Illustrium* cap. X. num. 10. ejus meminerit.

In bibliotheca quoque Altempsiana Romæ, ut ex ejus constat catalogo, custodiuntur Dominici Soti in *Primam Partem D. Thomæ, & in Secundæ utramque Commentarii*, præter illos qui noti in IV. Sententiarum, quæ materies est Tertiæ partis.

Epistolam Dominici a Soto de Officii Pastoralis periculosa cura laudat in *Bibliothecario* suo lib. III. cap. VI. pag. 454. Joannes Henricus Hottingerus.

Pro Justificatione Concilii Tridentini Tractatus, quem Joannes Marieta lib. XIV. qui de scriptoribus Hispanis Dominicanis est, nostro tribuit, aliunde mihi ignotus est.

Soti meritum in literis sacris & philosophicis, præterquam quod commune illius temporis dicterium *Qui* nempe *scit Sotum scit totum* prædicat, insignes doctrina viri, quidamque ab eo in celeberrimo illo Salmantino gymnasio edocti, valde celebrant. *Integerrimum virum, & in theologica doctrina absolutissimum, Hispaniæ lumen, & suæ tempestatis ornamentum* Rodericus de Osma discipulus appellat. *Omnium censura & judicio virum in schola theologica admodum insignem* ma-

magnus Covarrubias III. *Variar.* lib. c. XIII. *Unicum ingenuarum artium columen, totius Hispaniæ consensu ceteris doctrina & studio præstantem*, sed addit *si suo Thoma & Aristotele contentus præclaram illam ad Romanos epistolam commentariis non attigisset*, Alphonsus Garsias Matamorus in *Apologetico de Academiis & doctis Hispaniæ viris. Facundissimum theologum* Camillus Borellus in additionibus ad Bellugæ *Speculum. Virum maximum* Boetius Epo Frisius Duacensis, juris professor, in quadam oratione de *Aureola Doctorali* : *virumque antiquitatum ecclesiasticarum peritissimum* idem in titulo *De vita, & honestate Clericorum* cap. IV. *Præceptorem clarissimum*, ejusque *de Justitia & Jure* commentarios *eruditissimos* Ludovicus Granatensis in prologo ad *Summam Cajetanam* Pauli de Palacios. Sed quis non? Didacus certe Colmenares, Segoviensium rerum chronographus diligentissimus, quid non meritus fuit a Dominico Soto, qui vitam ejus & res gestas sic accurate collegit, unde nos majorem partem profecimus?

F. DOMINICUS A SANCTA TERESIA, domo ex oppido La Alberca, prope Batuecas dioecesis Salmantinæ, Carmelitarum Excalceatorum sodalis, auctor est duorum voluminum:

In Primam Secundæ Partis S. Thomæ Aquinatis : quibus Cursus Theologiæ Salmanticensis continuatur. Salmanticæ 1647. folio.

F. DOMINICUS A S. THOMA, Olisiponensis, Dominicanorum sodalis, in coenobio S. Dominici celeberrimæ istius urbis studentes theologiam docuit, studiisque, imo & coenobio ipsi, quandoque præfuit, Regii concionatoris mactus honore, scripsit:

In D. Thomam volumina..... primum & secundum Olisipone 1671. continuaturus commentaria in totam Summam, aliaque editurus in Sacram Scripturam.

Obiit tamen anno MDCLXXI. coenobii Olisiponensis præfectus.

F. DOMINICUS DE SANCTO THOMA, ordinis Prædicatorum, in collegio S. Thomæ Hispalensis urbis olim sodalis, sacræ theologiæ magister apud Indos occidentales, edidit:

Gramatica, o arte de la lengua general de los Indios de los reynos del Piru. Pinciæ apud Franciscum Fernandez a Corduba anno 1560. 8. Item:

Vocabulario de la misma lengua llamada Quichua: eodem anno. Primus hic theologiam docuit in collegio Rosarii urbis Limensis, qui & provinciæ præfuit, tandemque primus archiepiscopus de los Charcas creatus obiit.

F. DOMINICUS DE VALTANAS MEXIA, patria ex oppido Villanueva del Arzobispo, tractus illius quem Adelantamiento de Cazorla nostrates vocant in Bætica provincia, uti de se ipse refert in *Compendio rerum moralium & in Hispania gestarum.* Prædicatorum ordini se aggregavit Salmanticæ dum studiorum causa ibi ageret, eo successu ut in virum evaserit sanctimonia clarum, seque scriptis pie ac docte pluribus libris, ædificatisque familiæ suæ sodalibus utriusque sexus per varia loca multis monasteriis, carum & venerabilem posteritati reddiderit. Collegio S. Thomæ Hispalensi, vivo adhuc Didaco Deza fundatore, illius urbis pontifice, rector præfuit, ibidemque coenobium Dominicanarum virginum sub Sanctæ Mariæ de Gratia nuncupatione, quod religiosæ observantiæ veluti speculum est, construxit. Ex hoc viro vere Apostolico libri multi ad posteros emanarunt, quorum hi ad notitiam nostram pervenerunt:

Doctrina christiana, lo que debe cada uno creer, huir, temer, obrar, desear &c. Hispali apud Martinum de Montesdoca. 1555. in 4.

Vita Christi, seu *Flos Sanctorum. Historia general de la vida, y hechos de Jesu-Christo, y de sus Santos, con anotaciones.* Hispali apud Joannem de Truxillo.

Epitome, y sumario de la vida, y excelencias de trece Patriarcas del Testamento nuevo, y de nueve muy esclarecidas Santas. Hispali anno 1555. in 4.

Concordancias de muchos pasos dificiles de la divina Historia. Ibidem apud Joannem a Montesdoca 1556. 8.

Compendio de sentencias morales, y de algunas cosas notables de España; y la conquista, y toma del Reyno de Granada. Ibidem apud eumdem 1555. in 8.

La vida, y hechos admirables del Real Profeta David; y las excelencias del Psalterio sobre las otras escrituras. Ibidem apud Martinum Montesdocam 1557. 8.

Confesionario : *Tratado de Excomuniones, Usura, Matrimonio, y Votos.* Ibidem ex eadem officina 1554. 4. absque auctoris nomine.

Exposicion sobre los Evangelios desde el Adviento a la Trinidad. Ex eadem officina 1555. 4.

Enchiridion de Estados. 1555. in 8.

Paradoxas, y sentencias escogidas para la erudicion del entendimiento, y reformacion de las costumbres. Ibidem 1558.

Apologias sobre ciertas materias morales en que hay opinion: hæ sunt. *De la oracion mental*:

tal : *De la comunicacion de los meritos* : *Del juramento* : *De la venta de oficios publicos*: *Del comer manteca de puerco* : *Del comer guebos en viernes* : *De la hora en que espiró Christo* : *De la discordia de linages* : *De las alabanzas* : *De la residencia de los Obispos* : *De los juegos* : *De la Compañia de Jesus* : *De la simonia en vender sepolturas*. Hispali 1556. in 8.

Satyra , e invectiva contra los Tahures. Ibidem 1557. 8.

Aristoteles : *Compendio de la Filosofia natural.* Ibidem 1547. in 4.

Chronica breve de su orden hasta su tiempo.

Forte ejusdem est liber , quem acephalum vidimus & absque auctoris nomine , ducibus Medinæ Sidoniæ nuncupatum a quodam sodali Dominicano , cetera enim omnia conveniunt , libri titulus:

De la Justificacion del Hombre por la gracia. Hispali apud Joannem Canallam 1550.

Natus Magdalenæ sacra die anni MCDLXXXVIII. denatus est post annum MDLX. Agunt de eo Dominicani historici Marieta , Alphonsus Fernandez , & Monopolitan. episcopus IV. part. cap. III. lib. II. *Historiæ ordinis Prædicatorum* , Martinus Ximena in *Hist. Giennensis Episcopatus* pag. 459.

D. DOMINICUS DE VEDOYA ET SALZEDO , ex provincia de Lievana in montanis Burgensibus oriundus , advocatus urbis Legionensis , propediem ut audio typis committet , aut forte jam commisit:

Resolutiones Practicas Contractuum viginti duas materias specifice ac methodice complectentes tam jure communi quam Regio , & consuetudine adstructas : uti relatum fuit mihi ex Legionensi ipsa urbe , atque item huic volumini successura duo alia earumdem *Practicarum resolutionum* , alterum *materiarum Ecclesiasticarum* , alterum *Ultimarum voluntatum.*

DOMINICUS VELHO , Lusitanus , edidit:

Jesus , principio do divino Amor , & considerações de Jesus. Olisipone 1625. in 8.

F. DOMINICUS DE VICO , Ubetensis, Dominicanus , scripsisse dicitur in *Bibliotheca Indica Occidentali* Antonii a Leone tit. XVII. Latine:

Theologiam Indorum : adhuc MS. Uti et:

De Historiis fabulis & erroribus eorumdem. Et:

De Magnis nominibus.

Vernacule vero:

Paraiso terrenal. Item:

Vocabularios , y Artes de la lengua Cachiquil , y de la Verapaz , y de otras seis : quibus omnibus varios tractatus edidit. Idem Leonius titulo XVIII. Antonius Remesal in *Historia Provinciæ de Chiapa ordinis Prædicatorum* lib. X. cap. VII.

Occisus fuit ab Indis Christianæ fidei hostibus.

E

EBORENSIS.

EBORENSIS Jesuitarum ACADEMIA in Lusitania:

Libellum Homiliarum in Evangelia per annum occurrentia ad formam meditationum , ab Henrico Cardinali & Rege fundatore suo conscriptum , a Ludovico Granatensi Lusitanice , ab Antonio Senensi Latine impressum , elegantius transtulit , & typis vulgavit. Ita *Bibliothecæ Societatis* auctor.

EDUARDUS.

EDUARDUS , Portugalliæ Infans , Joannis Regis Tertii filius nothus , *juvenis optimæ indolis* (ut elogio utar Eduardi Nonnii Leonis in *De vera Regum Portugalliæ genealogia* libello) *bonarum literarum , philosophiæ & theologiæ studiis apprime eruditus , & omnibus corporis & animi dotibus ornatissimus* , jam præsul Bracharensis creatus *in ipso ætatis flore decessit.* Bernardus Brito Lusitaniæ chronographus in *Monarchiæ* volumine.... lib.... cap.:. laudat hujus Latinam *Portugalliæ Regum Historiam.* Cœpit non inani ausu hanc scribere, cujus eam partem , quæ Alphonsi Regis Primi res gestas contineret , Romam dicitur remisisse ad legatum Regium , ibique absque præjudicio auctoris (nomen quippe subtractum fuit) lectam non displicuisse , si demas tamen quod stilus aliquanto floridior sapiebat immaturam adhuc juvenis mentem. Hæc de Eduardo & alia refert D. Antonius da Cunha in *Historia Bracharensium Præsulum.* In has schedas nos Romæ incidimus dum serenissimæ Christinæ Suecorum Reginæ manuscriptorum codicum bibliothecam , quam in hac urbe amplissimam habet , Benedicti Mellini amici nostri , viri probi atque eruditi , Regii bibliothecarii , beneficio curiosis oculis lustraremus ; atque eas quidem tot locis cancellatas deletasve , subrogatis eorum vice superius inter lineas seu versus ipsos emendationibus, ut exemplum hoc ex Eduardi authentico descriptum , facundo alicui ejus ætatis viro in censuram fuisse olim datum , qui id jure suo utens reformaverit correxeritque eo quo nunc conspicitur modo , haud vane quidem suspicati simus.

Obiit Eduardus XI. Novembris MDXLIII. ætatis XXII.

F.

F. EDUARDUS, cujus cognomentum non adjiciunt, Lusitanus, ordinis Eremitarum S. Augustini, sacræ theologiæ magister, & in cœnobio Parisiensi studiis præpositus, Eleonoræ Austriacæ Galliarum Reginæ carus admodum fuisse dicitur, Gabrielisque Veneti, generalis ejusdem ordinis magistri, socius. Celebratur ab Antonio de Purificatione in *Theatro* suo *Triumphali Augustinianæ familiæ* uti auctor duorum voluminum, quorum argumenta forte nos docebit in *Chronici* sui *provinciæ Lusitanæ ordinis Eremitarum* continuatione.

EDUARDUS DE ALBURQUERQUE COELLO, Lusitanus, eques militiæ Jesu Christi, marchio de Basto, & Pernambuci in Brasiliæ regno comes, Philippi Regis Hispaniarum IV. cubicularius, eidemque olim in Lusitaniæ regno a consiliis status, rem suam adornans, militiamque quam diu gessit, integre tamen ac fideliter, foras dedit in magnam laudem Lusitanæ gentis:

Memorias diarias de la guerra del Brasil por discurso de nueve años empezando desde el de MDCXXX. ad Philippum IV. Regem Catholicum. Matriti 1654. in 4.

Decessit in eadem Matritensi curia ante annum MDCLVIII. aut circiter.

F. EDUARDUS DE ARAUXO, Lusitanus, Canonicus Regularis militiæ Jesu Christi, domus Regiæ de Tomar præfectus, scripsit:

Vida de Santa Iria &c. Conimbricæ 1597.

Obiit anno 1599.

EDUARDUS BARBOSA, Lusitanus, scripsit Lusitanice *De India, & provinciis Indicis, de gentibus illius, & gentium moribus*: quod opus typorum lucem hactenus non vidit nisi Italice, ex quo summarium faciens, in *Relationes* suas Italicas conjecit Baptista Ramusius. Porro Damianus Goesius, Emmanuelis Regis historiam contexens, hujus nostri ac sui operis meminit parte I. cap. XLII.

EDUARDUS CALDERA, Lusitanus, quo magnus evaderet jurisconsultus, optimos civilis doctrinæ præceptores sortitus est, nimirum Salmanticæ Didacum Covarrubiam Emmanuelemque Costam, Joachimum quoque Hopperum in Belgica forsan peregrinatione, nam Lovanii vir ille clarissimus tantum docuit. Incensus hic juvandi ac promovendi tam civilis juris scholastici quam forensis & pragmatici studia, atque excitatus maxime eo quod in Bassilicorum synopsim incidisset, quæ in Laurentiana bibliotheca, postquam ei invecta est ditissima illa Græcorum librorum supellex Didaci Mendozæ, adservatur, cum Græce ipse sciret, plura a se indidem atque alias in jure observata publici usus fecit, scribens:

Variarum Lectionum Juris libros quatuor. Pinciæ 1595. 4.

De Erroribus Pragmaticorum libros quatuor. Matriti 1610. Duo hæc simul prodierunt opera Antuerpiæ in folio anno 1612. Promiserat item, cum libros *Variarum* publicaret, *Quotidianarum rerum* aliud opus, quod idemne an vero diversum sit a posteriore illo jam memorato, juxta cum iis qui ignorant, scio.

EDUARDUS DIAZ, Lusitanus miles, Portuensis, edidit:

Varias obras en Castellano, y Portugues. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1592. in 4. Nescio autem an hujusmet auctoris sit:

La Conquista de Granada. 1590. in 8. Certe nomen tempusque hoc suadent.

EDUARDUS FERNANDEZ, Lusitanus, scripsit (an Lusitanice?)

Relaciones del Pegu.

EDUARDUS FERNANDEZ, Hispalensis, scripsit, seu potius in Hispaniæ sermonem convertit:

Historia de la China, y Christiana empresa en ella por la Compañia de Jesus, que de los escritos del Padre Matheo Riccio compuso en Latin el Padre Nicolas Trigault Flamenco. Hispali apud Gabrielem Ramos 1621. 4.

Hoc eodem nomine alius ac forsan idem est qui scripsit, Latine tamen:

Paraphrasim ad Plini locum: Atque est aliquis morbus per sapientiam mori. Rursusque pro hac sua Paraphrasi:

Apologiam adversus Joannem de Luna Vega Doctorem Medicum Hispalensem. in 4.

EDUARDUS GALVAON, Lusitanus, vir nobilis, Roderici filius qui Alphonso V. Portugalliæ Regi a secretis fuit, Joannis vero frater Bracharensis antistitis, varia fuit eruditione (judicio Andreæ Resendii in *Epistola ad Bartholomæum Quevedum*) variisque legationibus ad diversos Principes Regi suo Emmanueli prudentiam & integritatem non mediocriter adprobavit. Nempe Romæ apud Alexandrum VI. Pontificem, Cæsarem itidem Maximilianum, Galliarumque Regem hoc munere functus est. Tandem ad Abissinorum Principem una cum legato ejusdem, cui Matthæus nomen, destinatus, obiit in insula Camaron nuncupata, uti Joannes Barrius Indicarum rerum scriptor celeberrimus re-

refert decade III. *Asiæ* lib. I. cap. I. & IV. De quo & Rodericus a Cunha in *Historia Ecclesiæ Bracharensis* parte II. cap. LXII. Scripsit jussu ejusdem Emmanuelis, seu potius in epitomen redegit, antiquam *Historiam Alphonsi Portugalliæ Regis Primi*, quæ Conimbricæ apud S. Crucis Canonicos Regulares curiosissime asservatur. Sed cogitasse eum ceterorum quoque Regum res gestas in commentarios referre, aut retulisse aliquas, indicio fuit mihi liber MS. quem apud D. Hieronymum Mascarenhas, Regium olim consilii Portugalliæ senatorem, Segoviensem hodie præsulem, vidimus cum hac nuncupatione: *Prologo dirigido ao muito sereníssimo, e muito poderoso el Rey D. Manuel nosso Senhor sobre as vidas e excelentes feitos dos Reys de Portugal seus Antecesores ordenadas y escritas por seu mandado per Duarte Galvam Fidalgo de sua casa, e del suo Conselho.* Videri de hac re dignus est Damianus Goesius in *Historia* vulgari Emmanuelis Portugalliæ Regis parte IV. cap. XXXVIII. Audio in bibliotheca excellentissimi Domini D. Petri Niño de Guzman, comitis Villæumbrosæ, Castellæ senatus præsidis, asservari:

Historia do Reino de Portugal por Duarte Galvaõ.

EDUARDUS GOMEZ, Lusitanus, Venetiis degebat, mercaturas exercens, eo tempore quo Amatus Lusitanus, & ipse magnæ famæ (utinam pietatis) medicus, hæc de eo scribebat centuria quinta, curatione XIX. *Eduardus Gomez, Lusitanus, vir gravis, doctus, & poeta non vulgaris; ut qui Petrarchæ numeros endecasyllabos & cantiunculas, Hetrusca lingua scriptas, feliciter in linguam Hispanicam vertat ita cordate apposite & suis numeris consone ut omnibus admirationi sit.* Hæc ille.

EDUARDUS GOMEZ SOLIS, Lusitanus, elucubravit opus:

De los comercios de las dos Indias. Anno 1622. Aliusne liber sic inscriptus:

Alegacion en favor de la Compañia de la India Oriental, y Comercios ultramarinos, que de nuevo se instituyó en el Reyno de Portugal: 1628. in 4?

EDUARDUS LOPEZ, Lusitana lingua scripsit:

Relationem navigationis suæ ad Africam, & Congum anno MDLXXVIII. quam Latinam dedit Theodorus de Bry in suis *Navigationibus Orientalibus.*

EDUARDUS LOPEZ, seu LOBO, Lusitanus, in metropolitana Olisiponensi ecclesia beneficiarius ut appellant, & musicorum seu cappellæ magister, hæc artis suæ monumenta edidit Plantinianis formis:

Natalitiæ noctis Responsoria, quatuor & octo vocibus.

Missam ejusdem noctis octo vocibus.

B. Mariæ Virginis Antiphonas octo vocibus.

Ejusdem Virginis Salve, tribus choris, & vocibus XI.

B. Mariæ canticum Magnificat, quaternis vocibus: in maximo folio. Antuerpiæ 1605.

EDUARDUS MADEIRA ARRAIZ, Lusitanus; doctor medicus, edidit Latine:

Novæ Philosophiæ & Medicinæ de qualitatibus occultis a nemine umquam excultæ Partem primam. Inseritur etiam inaudita Philosophia de Arboris vitæ Paradisi qualitatibus; de viribus Musicæ, de Tarantula, & de qualitatibus Electricis, & Magneticis. Olisipone 1650. 4. apud Emmanuelem, comitem de Troalso. Atque etiam vernacule:

Methodo de conhecer e curare o morbo Gallico. Ibidem duobus tomis 1642. in 4.

EDUARDUS MENDEZ, Lusitanus, nescio quis, edidisse dicitur:

De Drogas, hoc est, de simplicibus medicamentis. Cardosus.

EDUARDUS MORAES, Lusitanus, Romæ cum ageret Scipionis Gonzagæ S. R. E. cardinalis theologus, Italico sermone publicavit:

Discurso intorno le carestie, nel quale si contengono le cagioni, perche Iddio le manda, e l' utile, che da quelle i Christiani possono ricevere. Romæ 1591. 8.

EDUARDUS NUÑEZ DE LEON (vulgo Lusitanorum DE LIAON) Eborensi in urbe Portugalliæ natus, quam ipse sibi patriam adscribit in *Lusitaniæ Descriptionis* cap. LXXXVIII. non satis esse progressum se aut connixum in demerenda civium suorum gratia & amore existimavit, nisi juris studia, quibus censebatur, ad reipublicæ administrationem conferret. In suprema namque Olisiponensi curia, quæ appellari tandem solet, jus dixit senator Regius: Desembargador da Casa da Supricaçaõ idiotismus vocat Lusitanicus. Ampliorem tamen sibi aliunde, & cum perpaucis communem laudem fabrefecit. Patriam videlicet historiam, & quidquid Lusitanum continet nomen celebrandi atque exornandi curam, avidissime amplexus clara admodum hujus studii, atque in eo positæ industriæ, quam plura dedit emanareque fecit in vulgus documenta. Origines quippe re-

gni atque Regum Portugalliæ asseruit; vernaculi sermonis fontes, & orthographiæ totam rationem legesque reseravit; hodiernæ Lusitaniæ situm, & naturam, gentisque mores, & præcipuas cum belli tum pacis artes egregie descripsit. Necnon & manuscripta adhuc Ferdinando Lupi & quibusdam aliis auctoribus, veterum Regum usque ad Alphonsum V. cognomento Africanum chronica, ipsa veluti mole sua & prolixitate adeo laborantia ut vel usque ad hunc diem typographicam industriam conatusque retardaverint, in compendium justi corporis, vere pulchrum ac luculentum, redegit. Quæ nos vidimus hæc sunt opera. Lusitana quidem:

Primeira parte das chronicas dos Reis de Portugal. Olisipone 1600. in folio: a regni origine & Henrico Portugalliæ comite usque ad Ferdinandum Regem. Posterior pars adhuc inedita trium aliorum gesta Regum comprehendit, nempe Joannis Primi, hoc initio: *Despois da morte de Dona Ines de Castro.* Eduardi, hoc: *Querendo os grandes do Reyno.* Tandem Alphonsi, isthoc: *Morto el Rey Dom Duarte.*

Ortografia da lingoa Portuguesa. Anno 1576. in 8.

Origem da lingoa Portuguesa. Ibidem apud Craesbek anno 1606. in 4.

Genealogia verdadeira dos Reis de Portugal. Olisipone 1590. in 8. versum scilicet ex Latino paulo post laudando libello.

Descripçaõ do Reyno de Portugal. Olisipone typis Georgii Roderici 1610. 4. postumum opus scilicet.

Latina hæc, nam utraque lingua fuit disertus:

Censuræ in Libellum de Regum Portugalliæ origine, qui Fratris Josephi Teixeræ nomine circumfertur: ad serenissimum Principem Albertum, archiducem Austriæ, S. R. E. cardinalem, Lusitaniæ gubernatorem. Olisipone primum anno 1585. in 4. deinde in *Hispaniæ illustratæ* secundo volumine Francofurti apud Aubrios. Antonianarum partium hic sectator crudam hanc, & mendaciis scatentem opellam, in Gallia id maxime agens eructaverat ut persuaderet peregrinis hominibus, parum gnaris rerum nostrarum, Portugalliæ regnum non successionis sed suffragiorum & electionis jure deferri solitum, quo præceps illud populi judicium in proclamando Antonio Rege factum, hoc quæsito colore, defenderet. Item simul editus est:

De vera Regum Portugalliæ genealogia liber.

Aliorum spem fecerat. In *Lusitaniæ* nimirum *Descriptione* cap. LXXXV. & LXXXVII. se editurum promisit *Elogios de Varoes ilustres*: atque etiam *Catalogo dos Santos de Portugal*: quorum utriusque meminit etiam principio capitis LX. ejusdem operis.

F. EDUARDUS PACHECO, Lusitanus, Eremitarum sodalis, sacræ theologiæ magister, in epitomen contraxit ex Michaele Salon, Valentino, populari gentis suæ idiomate:

A Vida Apostolica, & milagres de S. Thomas de Vilanova Arcebispo de Valencia. Simulque:

Un Tratado da vida do venerable Padre Fr. Luis de Montoia. Olisipone 1629. in 4. Adjungit Georgius Cardosus in schedis MSS. ad *Bibliothecam Lusitanam* (nisi alius sit ejusdem nominis & instituti):

Sermonum volumen 1. Atque item:

Dos Santos da Ordem de S. Agostinho. Necnon:

Vida de Santa Clara, credo *de Montefalco.*

EDUARDUS PINELO, Lusitanus, edidit:

De Grammatica, & Kalendis. Olisipone 1543. in 4.

EDUARDUS DE RESENDE, Lusitanus, qui in Ternate, una ex Moluccis insulis, Regia Portugalliæ commercia procurabat eo tempore quo Ferdinando Magallano contigit novi freti inventio, quod ab eo nomen mutuatum fuit, ex chartis geographicis & relationibus ipsius Magallani scripsit, & Joanni Barrio dedicavit, vulgari gentis lingua:

Da Navigaçaõ de Fernando Magalhaẽs. Quod refert Emmanuel Severinus de Faria in *Joannis Barrii Vita.*

EDUARDUS RIBEIRO DE MACEDO, Lusitanus, eques ordinis a Christo nuncupati, senator Regius Olisiponensis domus ut vocant Supplicationis, missus a Petro Portugalliæ Principe tum in Gallicam, atque inde in Hispanam curiam ablegatus, sermone vernaculo gentis edidit:

Panegyrico Historico Genealogico da Serenissima Caza de Nemurs oferecido a Senhora Rainha da Gram Bretanha. Parisiis per Stephanum Maucroy 1669. in 12.

Nascimento e Genealogia do Conde D. Henrique Pai de D. Afonso Henriques I. Rey de Portugal. Ibidem per Robertum Chevillion 1670. in 12.

Vida da Emperatriz Theodora, Theophyli Constantinopolitani Imperatoris uxore. Olisipone 1677. in 12.

EDUARDUS DE SANDE, Lusitanus, Olisiponensis, Societatis Jesu, collegii Maca-

caonensis Sinarum urbis rector, scripsit:
Itinerario de los Principes Japones a Europa el año MDLXXXIV. editum opus in Macao laudato municipio 1589. 4. Scripsit item ad præpositum generalem *De Sinicis rebus epistolam.* Alegambe in *Bibliotheca Societatis*, & Antonius Leonius in *Bibliotheca Indica* rei testes sunt.

EDUARDUS DE SILVA, Lusitanus, Societatis Jesu, ab ipso Indorum Apostolo Xaverio ex Goa urbe in Sinas missus, confecit:
Grammaticam & *Lexica linguæ Japonicæ, epistolamque de rebus Japonicis*, ut refert Alegambe nuper laudatus.

EDUARDUS SIMON, Lusitanus, quem Hieronymus Osorius, Silvensis ille clarissimus præsul, una cum Antonio Lupio domi alebat, vir fuit *non mediocris eloquentiæ* (ait Osorius junior in *Vita* laudati Silvensis episcopi) *& scriptorum antiquorum literate peritus, cujus scripta propediem in lucem prodibunt, e quibus singularis ejus ingenii vis cognosci poterit.* Hæc ille. Nec satis scio an horum aliqua foris data sint.

ELEONORA.

ELEONORA DE LA MISERICORDIA, Carmelitarum Excalceatarum sodalis, parentem habuit virum nobilem apud Navarros, de Guindulay toparcham, ipsaque vitæ sanctimoniam scriptis monumentis commendatiorem reddidit. Ea enim auctore edita est:
La Vida de la Bienaventurada Virgen Catalina de Christo.
Pampelone obiit anno MDCXX.

D. ELEONORA DE NORONHA, Lusitanis parentibus, iisque clarissimis, prognata est, Ferdinando nimirum Menesio Noronhio & Maria Freire de Andrada, Villæregalis marchionibus, quæ ut erat animi & corporis dotibus præstantissima excolere ingenium varia disciplina & plurium linguarum eruditione satius duxit quam liberis & conjugali negotio inter matrimonii delinimenta operam dare. Innupta ergo manens prudentiæ doctrinæ castitatis exemplo, eoque clarissimo, inter studia literarum perpetuo vixit. Eduardus Nonnius a Leone in *Lusitaniæ Descriptionis* libello feminæ hujus inclitæ laudes literis consignavit, extareque eam fecisse tradidit in Lusitanum a se conversas:
As Decadas de Marco Antonio Sabellico.

ELIAS.

F. ELIAS DE S. JOANNE BAPTISTA, Mexici Novæ Hispaniæ ortus, Carmelita nudipes, edidit Mexicana incolarum lingua, eorum saluti prospiciens:
Explicacion de la Bula de la Cruzada.
Catecismo. Itemque:
Examen de conciencia en dialogo. Mexici apud Petrum Balli 1598. in 8.
Abiit ad superos vitæ sanctimonia clarus anno MDCV. uti ex MS. *Indice* Alphonsi a Matre Dei refert Emmanuel Romanus in *De Antiquitate, & Scriptoribus Carmelitanis.*

ELIAS DE LEMOS, nescio quis, gente Lusitanus, scripsit cujusdam Sanctæ Genuensis, ab urbe in qua colitur dictæ, vitam. Hactenus enim haurire potui ex Georgii Cardosi schedis ad *Bibliothecam Lusitanam*, quam præparabat, *Agiologio* perficiendo Lusitano vacans. Cum enim initiali tantum C litera, superposita huic A litera, nomen sanctæ feminæ in liturario expressisset, nulliusque Catharinæ, aut alterius similiter abbreviandæ Genuenses memoriam revereantur, subit cogitatio S. Consolatæ virginis, cujus dedicato in ea urbe templo dies quinta Decembris, Ferrario teste, exultat nomine cultuque, acta (quæ tamen non omnino eidem Ferrario arrident) Eliam hunc descripsisse.

ELISABETHA.

D. ELISABETHA DE LIAÑO, scripsit, an in vernaculum transcripsit?
Vida de Santa Catalina de Sena. 1604. in 8.

ELISIUS.

ELISIUS DE SAA, Lusitanus, scripsit, Cardoso teste:
Jardim do Ceo e ribeiras de Mondego.

EMMANUEL.

EMMANUEL, Portugalliæ Rex, hujus nominis Primus & unicus, Indica expeditione magnarumque virtutum ornamento clarissimus, cujus quidem res bello paceque gestas elegantissimo duxit stilo Latino Hieronymus Osorius, Silvensis episcopus, dignus quidem Achille suo Homerus, atque item vulgari Lusitano haud minus eleganti Joannes Barrius, necnon & Damianus Goesius, aliique rerum Indicarum enarratores. Scripsisse dicitur vernacula lingua *Historiam Indicam*, quod ex fide Stephani de Garibay & Joannis Pontani, Regiorum chronographorum, refert D. Joannes de Solorzano *De Jure Indiarum* scribens. Extat quoque ejusdem Regis ad Leonem X. P. M. *de victoriis per id tempus in Africa reportatis epistola*, volumine secundo *Hispaniæ Illustratæ* pag. 1315.

F. EMMANUEL.......... Portuensis, Do-

Dominicanorum sodalis, prosequutus dicitur puerilem, sed ingeniosissimum in paucisque facetum, jocum anonymi (Didacum Mendozium Caroli V. amplissimum Venetiis atque in aliis reipublicæ muneribus legatum non nemo suspicatur) Castellano sermone conscriptum, & Lazarillo de Tormes inscriptum. Cardosus.

EMMANUEL sive IMANUEL ABOAB, Hebræus professione, scripsit Hispanice:

Nomologia, hoc est, dissertationes legales: quibus probat traditiones veterum, sive legem oralem veram esse. Laudat hunc auctorem & opus Menasses ben Israel dum ante libros suos de *Resurrectione Mortuorum* Hebræos memorat qui nostra lingua quidquam in publicum ediderunt, quemque vel hac solum conjectura ducti, quod hanc non prætulisset aliis nisi vernacula sibi esset, Hispanum non temere affirmamus.

EMMANUEL DE ABREU, Lusitanus, Goensis curiæ in Lusitana seu orientali India auditor, scripsit:

Breve discurso en que se cuenta la conquista del Reino del Pegu en la India del Oriente hecha por los Portuguezes desde el año de MDC. hasta MDCIII. Ulisipone 1617. in 8.

D. EMMANUEL DE AGUIAR ET ACUÑA, Matritensis, Roderici Regii Castellæ senatoris filius, eques sancti Jacobi, peditum tribunus, ac tormentariæ rei præfectus, diu consilio & armis rempublicam in bellis Catalano & Portugallensi, quæ tandem intra Hispaniam gessimus, promovit. Neapolim inde se conferre jussus ad regendam vicariæ Regiæ curiam, lectissima conjuge principe de Sans ibi ducta, correptus pestilenti morbo in eadem urbe & munere obiit, dum nil prætermittit industriæ atque operæ in sublevandis ægrotis, arcendaque ultima nobilissimæ urbis ruina, anno MDCLVI. aut sequenti. Scripsit:

Commentarios de la Guerra de Cataluña: qui adhuc inediti sunt penes fratrem ejus germanum.

F. EMMANUEL DE ALCONCHEL, ordinis Minorum reformatorum in provincia Sancti Gabrielis, novitiorum moderator in domo Hispalensi, scripsit:

Regimiento de Vida espiritual. Hispali 1612. qui idem est ut credo cum tractatu *De Oratione mentali*, cujus Waddingus meminit.

EMMANUEL DE ALMADA, Lusitanus, episcopus Angrensis in Terzera insula, cum in Belgium delatus in comitatu Mariæ Parmensis principis incurrisset in Gualteri Haddoni librum, ad Hieronymum Osorium Silvensem antistitem scriptum, seu potius adversus eumdem *Epistolæ Osorii ad Elisabetham Angliæ Reginam* refutatorium, sumens respondendi partes, antequam Osorius ipse resciisset, edidit:

Contra Gualterum Haddonum Anglum Epistolam. Antuerpiæ anno 1560. typis Silvii: quod opus *singulari diligentia confectum*, & auctorem ejus *virum omnibus rebus ornatissimum* vocat Osorius ipse, propugnatus in eumdem Haddonum postea scribens.

EMMANUEL DE ALMEIDA, Lusitanus, Visensis, Jesuitarum sodalis, ab anno MDCII. quo cum aliis ejusdem Societatis e Lusitania solvit, ad usque hujusmet sæculi XLVI. tam in Æthiopum quam in orientalium Indorum regionibus Evangelicum præstitit, ac fructuosissimum quidem, operarium. Docuit in primis sodales non solum humanas literas, sed & philosophiæ & Scripturæ sacræ scientiam, & post gubernata quædam Indiæ collegia ad Æthiopum plagas transvectus, Societatis ut visitaret domos Imperatoris Abissinorum indulgentia ibi fundatas, decem totos annos, in summa illius ac procerum gratia vigens, ecclesiæ hujus gentis fovendæ atque ampliandæ magno cum Evangelicæ messis proventu impendit. Ejectus vero, cum Deo placuit, simul cum aliis ab ejus Imperii finibus reliquum vitæ tempus Goæ fere mansit, rectoris, præfecti provincialis visitatorisque, aliorumque munerum officiis intentus. Sed nec posteritati fuit inutilis, scripsit namque, Abissinorum ut suspicor lingua:

De Erroribus Abissinorum, refutationeque ejus gentis dogmatum. Item vernaculo Lusitaniæ sermone:

Apologia contra o Padre Fr. Luis de Urreta da ordem dos Pregadores auctor da Historia de Etiopia: in quam & Nicolaus Godinhus, ejusdem Societatis, calamum strinxit. Ejus quoque est:

A Historia de Etiopia alta: primum a Petro Paez conscripta, sed magna ex parte ab eo aucta, quam Balthasar Tellez, provinciæ suæ Portugalliæ chronographus, a se recognitam foras emisit anno 1660. Conimbricæ apud Emmanuelem Diaz in folio. Libri titulus:

Historia geral de Ethiopia a alta, ou Preste Joan, e do que nella obraram os Padres da Companhia de Jesus: composta na mesma Ethiopia pe lo Padre Manoel d' Almeida &c. abreviada con nova releyçam e metodo pe lo Padre Balthasar Tellez &c.

Obiit noster Goæ x. die Maii MDCXLVI. Laudatum Balthasarem consule in appendice pag.

pag. 669. §. 1. breviterque sed luculente de Almeida referentem Georgium Cardosum in *Agiologio Lusitano* die x. Maii volumine III.

EMMANUEL ALVAREZ, Lusitanus, ex Madera insula, Jesu Societati nomine dato instituendæ juventuti plures annos, docendisque linguis Latinæ Græcæ Hebraicæque, cum non minus prudentiam & integritatem pluribus gubernatis familiæ domibus sociis approbaverit, fructuosissime impendit, cujus doctrinæ insigne quidem argumentum reliquit scribens:

De Institutione Grammatica lib. III. I. *De Etymologia.* II. *De Syntaxi.* III. *De Prosodia*: qui a viris doctis mirifice probantur. Certe Gerardus Joannes Vossius in *Grammaticis*, *Doctissimum* hunc *virum* vocat. Et Gasparis Sciopii judicio in oratione quadam *De veteris, ac novæ Grammaticæ Latinæ origine, dignitate & usu* Emmanueli Alvaro inter grammaticæ scriptores primæ partes debentur: *Nam & ipse* ait *longe cultius dicendi genus quam non dico veterum quisquam (nam pessime omnes Latine scripserunt) sed quam recentiores plerique in arte tradenda præstitit, & ea ex optimo quoque veterum auctorum exempla seligere curæ habuit, quibus regulæ artis plurimum stabiliri, & sine negotio a tironibus intelligi possent.* Alvari sane *De Institutione Grammatica* hos libros commentariis copiosis illustravit Antonius Vallesius, & ipse Lusitanus: exindeque *Compendia* duo formarunt *linguæ Latinæ* Richardus Hesius, & Richardus Richardi, hic Italus, ille Germanus, uterque Jesuita. Prodiit item auctore Antonio Maria Torrigio Romano *Catalogus verborum difficiliorum Grammaticæ Emmanuelis Alvari* Romæ 1606. in 8. Nescio an diversum opus sit Emmanuelis Alvari *Syllabus omnium vocabulorum Latino-Germanice*, Friburgi editum 1624. in 4. Porro *Grammatica* hæc in Lusitania Eboræ 1599. Romæ, Venetiis, Dilingæ, Coloniæ atque aliis in locis edita fuit. Monasterii item Westphaliæ 1613. in 8. Argentinæque 1612. in 12. At cum displicuissent inde quædam Orlando Pescetio cuidam, ecce pro Emmanuele liber editus Ingolstadii est hoc titulo: *Efflatio pulveris adversus Emmanuelis Alvari Grammaticas Institutiones ab Orlando Pescetio Veronæ excitati, qua plus* CLXX. *reprehensiones a Jacobo a Fossa ex commentariis Mariani Benedicti a Santo Vito confutantur.* Monachii item 1616.

An idem seu alius est Emmanuel Alvarez, qui ex Lusitano in Castellanum convertit:

Las Cartas de algunos Padres que andan en la India de Portugal desde el año de MDLVII. hasta LXI. Conimbricæ apud Joannem Barretum?

Obiit Eboræ in collegio XXX. Decembris MDLXXXII.

EMMANUEL ALVAREZ DE PEDROSA, Lusitanus, comiti de Soure a secretis, scripsisse dicitur:

Genealogicas quasdam lucubrationes: vulgari tamen lingua.

EMMANUEL ALVAREZ PEGAS, Lusitanus, jurisconsultus, in Regio Supplicationis Olisiponensis urbis senatu causarum patronus, edidit:

Resolutiones forenses practicabiles. Olisipone apud Joannem da Costa 1668. in folio.

Commentaria ad Ordinationes Regni Portugalliæ, ex Jure Naturali, Ecclesiastico, Civili Romano, Hispano, & Lusitano, quatuor voluminibus. Olisipone apud Joannem da Costa 1669. 1670. 1671. & 1672. in folio.

Tractatum de Competentiis inter Archiepiscopos, Episcoposve, & Nuntium Apostolicum cum potestate Legati a Latere. Lugduni apud Laurentium Arnaud & Petrum Borde 1675. in folio.

EMMANUEL ALVAREZ DE LOS REYES, patria ex oppido Sancti Christophori insulæ Tenerife, unius ex Fortunatis, edidit carmine:

Alabanza de la Gloriosa Santa Ana, y San Joachim. Olisipone apud Paium Rodriguez 1604. 8.

Vidit etiam D. Thomas Tamajus:

Gobierno, y mesa de bastimentos para el remedio de muchos daños en aquellas partes, y en la mar, y hacienda del Rey. MS. in 4. in patria ut credimus.

EMMANUEL AMBROSIUS DE FILGUERA, Clericus Regularis Minor, in Salmanticensi collegio Moralis theologiæ præceptor, scripsit, Matritique agens edidit:

Suma de Casos de Conciencia que se disputan en la Theologia Moral. Matriti 1667. 4. Iterumque apud Melchiorem Sanchez 1671. folio.

Tesoro Catholico. Ibidem in 4.

Del Estado del Purgatorio.

F. EMMANUEL AB ANGELIS, vulgo DOS ANGOS, Lusitanus, ordinis Seraphici, in cœnobio S. Mariæ a Jesu Olisiponensi theologiam de moribus docebat cum foras edidit:

Triumpho da Sacratissima Virgem Maria nossa Senhora concebida sem pecado original. Olisipone apud Laurentium Craesbek 1638. 4.

EM-

EMMANUEL DE SANCTO AUGUSTINO, Lusitanus, ordinis Eremitarum, laudatur ut scriptor quorumdam operum ab auctore *Theatri Triumphalis Lusitaniæ* hujus ordinis, nec illa qualia sint exprimit.

D. EMMANUEL DE AZEVEDO, Olisiponensis, familiaris mihi in Salmantino gymnasio, collegit ex pluribus ejusdem academiæ virtutis via grassantium juvenum, neque expers ipse alicujus mentis:

Aplauso gratulatorio de la Universidad de Salamanca al nuevo Rector D. Francisco de Borja, hijo del Duque de Villahermosa. Salmanticæ 1639. 4.

Aplauso gratulatorio de la Universidad de Salamanca al Conde Duque de Olivares. Circa idem tempus.

EMMANUEL BARBOSA, Augustini, jurisconsulti hac nostra ætate celeberrimi, parens, Lusitanus, Vimaranensis, jurisconsultus & ipse ingentis apud suos famæ, Interamnensisque suæ provinciæ Regius advocatus, labore multo usque ad decrepitæ annos ætatis elucubravit commentaria ad leges Lusitanas, quæ tandem duobus tomis prodierunt Augustini filii opera. Prior sic inscriptus est:

Remissiones Doctorum ad contractus, ultimas voluntates, & delicta spectantes in Lib. IV. & V. Constitutionum regiarum Lusitanarum. Olisipone apud Petrum Craesbek 1618. in folio. Deinde sequutus est alter, quamvis ordine prior, scilicet:

Remissiones Doctorum de officiis publicis, Jurisdictione, & ordine judiciario in earumdem Lib. I. II. & III. cum corcordantiis utriusque Juris, legum Partitarum, Ordinamenti, ac Novæ Recopilationis Hispanorum. Accessere *Castigationes, & additamenta ad Remissiones prædictas* librorum IV. & V. Ibidem 1620. in folio.

Augustinus quidem filius dispersa collegit, & antiquis novas observationes contulit, parentis præfixa imagine adhuc viventis cum hoc exasticho:

Barbosæ effigiem refero Emmanuelis: in illa
Et forma & facies sunt tibi nota senis,
Septenos decies postquam compleverat annos
Natalis repetens tempora prima sui.
Hæc variis dispersa locis, quæ scripserat olim,
In lucem prodeunt nati operata manu.

Neque enim adhuc e vivis excesserat anno MDCXXXVIII. quo filius *De Potestate Episcopi* commentabatur, nam in hujus prima parte tit. III. cap. VIII. parentes & cognationem suam referens, de Emmanuele parente ait vivere eum eo anno fere nonagesimum ætatis agentem. Vir fuit certe immensa lectione, & plurimorum operum artifex, quibus equidem scrinia sua ditasse Augustinum filium, eorumque ope in hanc studiorum & lucubrationum famam, quam ei tot volumina in publicum edita pepererunt, magna ex parte venisse nota illa clamat, affixa quidem ipsa parentis *Remissionibus* a filio editore, quæ talis est: *Auctor hujus libri obtinuit jam a supremo S. Inquisitionis senatu, Ordinario, & Rege facultatem typis mandandi sequentia opera: Opus unum de Officiis publicis, Jurisdictione, & Ordine judiciario ad I. II. & III. Regiæ Ordinationis librum* (Hic prior est nuper laudati operis tomus, qui ordine præpostero, uti novimus, in lucem prodiit) *Opus alterum in tres partes divisum utiles Doctorum remissiones complectens super XII. Codicis Justiniani libros. Habet deinde absolutissima Remissionum opera in varios divisa tomos super Decretalium, Sexti, Clementinarum, ac Extravagantium libros; necnon super omnia Juris civilis corpora, quæ prelo citius tradere obtentis facultatibus, si necessaria suppetant, totis viribus laborat.*

Hucusque notula *Remissiones* præcedens ad libros IV. & V. hoc est alterum Emmanuelis volumen. Quo quidem velim non tam Augustini Barbosæ meritum in his literis summum extenuare, cum plurimis ipse e penu sua depromptis dubio procul patrimonium hoc locupletaverit, quam Emmanuelis partam tot vigiliis & laboribus famam, conspirante ad id mecum e superis ipsis filii pietate ac vetere ingenuitate, altius tollere atque adaugere.

EMMANUEL BARRADAS, Societatis Jesu presbyter, scripsit:

Relationem de Statu Religionis, & de Statu politico regni de Tigre in Æthiopia. MS. Erat penes Emmanuelem Severinum de Faria, cantorem ecclesiæ Eborensis.

EMMANUEL BARRETO, Lusitanus, Jesuita, collegit:

Flosculos de virtutibus & vitiis ex S. Scriptura, Doctoribus, & Philosophis ordine alphabetico. Nangasacchi in collegio Japonico Societatis anno 1610. in 4.

Denatus fuit in ea ipsa urbe MDCXX.

EMMANUEL BOCARRO, Lusitanus, a Cardoso laudatur quod scripserit:

Anacephaleosim Indicæ Historiæ: anno 1624. Eidem, seu saltem ejusdem nominis alteri, Cardosus idem tribuit:

Quintam essentiam Aristotelicam. 1622.

Fœtum Astrologicum. Romæ 1626. Atque item Hamburgi locupletatum 1643.

Carmen item *intellectuale.* Amsterodami 1639. Hebraicæ apostasiæ hominem hæ transmigrationes ostendere videntur:

EM-

EMMANUEL BOTELLO, Lusitanus, Olisiponensis mercator, scripsit pie:

Proueito da Esmola, hoc est, fructum eleemosynæ.

EMMANUEL DE BRITO ALAON, Lusitanus, ex oppido Pederneira Leiriensis dioecesis, Sancti Joannis de Campos abbas, domus sacræ, quam administrabat, historiam scripsit hac inscriptione:

Antiguidade da Sagrada Imagem de Nossa Senhora de Nazareth, grandezas de seu sitio, Casa, e Jurisdizaon real sita junto a villa da Pederneira. Olisipone 1628. 4. Et 1637. in 4.

F. EMMANUEL CALADO, Lusitanus; domo ex Villavizosa oppido, sacræ theologiæ magister, ordinis S. Pauli primi eremitæ, congregationis eremitarum quos vocant da Serra de Osa, edidit:

O Valeroso Lucideno e triumfo da libertade: primeira parte. Olisipone typis Dominici Carneiro 1668. folio.

EMMANUEL CAMPO, Lusitanus, scripsit:

Relação do solenne recebimento, que se fece en Lisboa as santas Reliquias que se levarão a Igresia de S. Roque da Companhia de Jesu. Olisipone 1588. in 8.

EMMANUEL DE CAMPOS, Lusitanus, Olisiponensis, poemata quædam scripsisse dicitur. Cardosus.

F. EMMANUEL DEL CANTO ET SANDOVAL, Benedictinus, monasterii S. Salvatoris de Cellanova alumnus, edidit:

Ordinem perpetuum recitandi, ac Missas celebrandi pro omnibus utriusque sexus sub regula & in Congregatione Sancti Benedicti in Hispaniarum regnis militantibus.

EMMANUEL CARDOSO, Lusitanus, scripsit:

De Jure accrescendi. Ulisipone 1620.

F. EMMANUEL CARDOSO, Lusitanus, Pacensis, seu ex Beja urbe Transtaganæ provinciæ, Carmelitarum sodalis, in facultate musica ævo suo paucis comparandus, edidit artis suæ quædam opera, scilicet *Missas, Magnificat*, aliaque, Olisipone excusa 1613. 1625. 1636. Domesticis testimoniis fidem ut æquum est libenter præstamus. Horum tantum vidimus Romæ:

Missas quaternis, quinis, & senis vocibus: in charta magna. Olisipone apud Petrum Craesbeck 1625.

EMMANUEL CASADO BIGINO, Lusitanus, scripsit:

O Valente Lucidoro. Olisipone 1648.

F. EMMANUEL DE LA CERDA, Lusitanus, Olisiponensis, ordinis eremitarum Sancti Augustini, sacræ theologiæ doctor Conimbricensis professorque, anno MDCXXV. provinciæ suæ Portugalliæ præerat, quam & lustravit censor seu visitator ut vocant. Scripsit docte:

Quæstiones Quodlibeticas pro laurea Conimbricensi. Conimbricæ 1619. folio. Hæ sunt:

I. *Scholastica*: *De divina voluntate.*

II. *Positiva*: *De lachrymis Sanctæ Matris Monicæ.*

III. *Scholastica*: *De Justitia divina.*

IV. *Positiva*: *De corde magni Patris Augustini.*

V. *Scholastica*: *De solemnitate voti, & distinctione a simplici.*

VI. *Positiva*: *De B. Joannis Sahaguntini Eucharistica visione.*

VII. *Scholastica*: *De Adoratione.*

VIII. *Positiva*: *De corde S. Claræ Augustiniensis.*

IX. *Scholastica*: *De materia Chrismatis.*

X. *Positiva*: *De mente S. Augustni circa sex dies Orbis conditi.*

Relectionem item *Theologicam*: *De Sacerdotio Christi Domini, & utroque ejus regno; & Commentarium in orationem Hieremiæ.* Conimbricæ 1625. 4.

Necnon sermone populari de venenoso pulvere, qui in maximam calamitatem & stragem dedit ante aliquot annos Mediolanensem urbem & statum:

Memorial nempe, *o Antidoto contra os pos venenosos, que o Demonio inventou, & por seus confederados espalhou em odio da christiandade.* Olisipone 1631. in 4.

F. EMMANUEL DAS CHAGAS, hoc est DE PLAGIS, Lusitanus, ex Carmelitarum sodalitio, scripsit versibus vernaculæ linguæ:

Vida de Santa Theresa. Olisipone 1631. Prosa item oratione:

Vida de Sant Andre Corsino Bispo de Fiesoli. Ibidem 1629.

Decessit Olisipone anno MDCLXVI.

F. EMMANUEL COELHO, Lusitanus, nescio cujus religiosi ordinis, scripsisse dicitur:

De Locis quibusdam difficilibus S. Scripturæ. Atque:

De Potestate Papæ. Cardosus.

EMMANUEL COELHO REBELLO, Lu-

Lusitanus, intermedia quæ vocant, sive choros festivos comoediarum confecit:

Entremeses vulgo, atque edidit Olisipone 1622. 8.

EMMANUEL DE CONCEPTIONE, Petri de Pueras nobilis Hiberni filius, quem Theodosius, Joannis filius, Brigantinus, Lusitanæ juventutis princeps, & ab spe coronæ Portugalliæ ante diem, ut potiore alia in coelis ob insignes suas donaretur virtutes, deturbatus, præceptorem habuit, Augustinianus ipse nudipes, & nisi cum patre in Lusitaniam venit, in urbe regni curia natus, suæque congregationis Portugalliæ generalis vicarius, qui morum integritatis & doctrinæ, concionumque habendarum nomine a suis laudatur, scripsisse dicitur:

Acçoẽs ultimas da Reinha D. Luisa de Portugal: quem librum editum fuisse novimus.

Sermones plures itidem. Necnon et:

De Familia sua, hoc est *dos Pueras fidalgos Irlandeses* edidit. Fr. Emmanuel a Resurrectione.

F. EMMANUEL DE CONCEPTIONE, Augustinianus ex Lusitaniæ provincia, quam & moderatus est, Regi Catholico cum esset a concionibus circa annum MDXCVIII. tria volumina edidisse fertur, ut scribit auctor *Theatri Triumphalis* hujus ordinis in Lusitania. Unum ex his est:

Quadragesimale, *seu Sermones quadragesimales*: quorum & meminit Draudus in *Bibliotheca Classica*. Coloniæ prodiit 1614. 8.

EMMANUEL CONSTANTINUS, Lusitanus, Funchalensis, quæ civitas episcopalis est insulæ Madera nuncupatæ, sacræ theologiæ doctor & professor in gymnasio Romano, sacri quoque collegii clericus, carmine prosaque oratione floruit Romæ, ubi & scripsit:

Carmina varia, *Gratulationes* scilicet, *Vota*, similiaque pro Paulo V. Summo Pontifice, Scipioneque cardinali Burghesio, & aliis, edita seorsim in 4. Romæ.

Insulæ Materiæ, patriam scilicet, *Historiam*: cui accesserunt, *Orationes duæ habitæ coram Clemente VIII. & Gregorio XIII.* Romæ 1599. in 4.

Historiam item *de origine*, *atque vita Regum Lusitaniæ*. Ibidem 1601. 4.

Omnia hæc uno volumine compacta vidimus in domo S. Ildephonsi Romana fratrum Augustinianorum nudipedum nationis Hispanæ. Præterea:

Orationem funebrem Reg. Philippi II.

EMMANUEL CORDEIRO, Lusitanus, patria Auratensis, de Abrantes, Societatis Jesu, poenitentiarius Apostolicus ad S. Petri in Urbe, habebat editioni paratum quo tempore *Bibliotheca* prodiit *Societatis*:

De obligationibus Clericorum, *tam sæcularium*, *quam regularium*, *de Clerico Beneficiato*; *de perfecto Curato*, *eorumque privilegiis*, *ac poenis*. Cujus operis partem in vulgus jam edidit hoc titulo insignitam:

Perfectus Parochus.

EMMANUEL CORREA, Lusitanus, Elvensis, parochus ecclesiæ Sancti Sebastiani, quam Olisiponenses de la Mouraria vocant, edidit Lusitane:

As Lusiadas do grande Luis de Camoẽs cometadas: ad Rodericum da Cunha Olisiponensem antistitem 1613. in 4.

EMMANUEL CORREA DE MONTENEGRO, Lusitanus, alius omnino ab Emmanuele Correa qui *Camoesii Lusiadas* illustravit, laudatus a D. Francisco Emmanuele in centuriæ IV. epistola I. in qua veluti prodromum ad *Bibliothecam Lusitanam* instruxit, scripsit quidem is:

De los Reyes, *Señores*, *y Emperadores de España.* Salmanticæ 1555.

EMMANUEL DA COSTA, Lusitanus, incertum nobis quo loco natus, juris studio dedit pene puer Salmanticæ operam, Elisabethæ serenissimæ Imperatricis Caroli V. uxoris auspiciis, sub Martino Azpilcueta Navarro & aliis circa annum exacti sæculi trigesimum nonum. Ad patriam reversus ea contentione animi se totum literis impendit eaque industria & ardore ad veterum jurisconsultorum palmam aspiravit ut vere, si adeptus fuisset ea sæcula quibus de jure domi respondebant prudentes, nulli eorum, quos oraculi instar nunc omnes in scholis consulimus ac reveremur, vel censendi judicio, vel inveniendi acumine, vel dicendi gravitate, vel tandem elegantia de jure commentandi concessisset. Sic etenim Papinianum in primis, aut Africanum refert, ut quisquis Costæ monumenta pervolutaverit Papinianum, aut si quis Papiniano in dictionis forma par est aut proximus, legisse, dummodo aures habeat aceto antiquitatis lotas, sibi omnino videatur. Conimbricæ is in academia obtinuit merito suo usque ad primas docendi partes. Emeritusque jam, rudeque ibi donatus in juris civilis professione, cum destinatus venisset a suo Lusitaniæ ad Philippum Castellæ Regem, Salmanticamque pertransiret, amplissimam scholam aliqua obsequii exhibitione demereri cupiens, quam nominis sui

ſui fama jam totam impleverat, publice ex cathedra de jure dixit, magno omnium qui intererant plauſu & acclamatione. Quo factum eſt ut decedente interim eo qui Cæſareo docendo juri prima diei hora, hoc eſt digniore ante alios loco, fuerat impoſitus, ſive amicorum officiis, ſive gloriæ deſiderio, ſive utrique rei dandum hoc exiſtimavit Coſta ut inter competitores vacui loci nomen & ipſe ſuum profiteretur. Id tamen antiquum ejus æmulum Conimbricæ etiam tunc docentem Arium Pinelum latere non potuit, virum, ſi demas Coſtam, inferiorem nulli Luſitanæ gentis in legali doctrina. Veniens ergo & ille Salmanticam, una cum Coſta, cedentibus interea quibuſque aliis, decurrit arduam illam viam, qua ad culmen itur academici honoris & famæ. Quid tunc facerent prudentiſſimi viri ſcholæ rectores? Adjudicari palma Coſtæ omnino debuit. Ne tamen in publicum peccarent commodum, ſi Pinelum, ejus meriti virum, ſponte dimitterent, trecentorum ducatorum ſtipendio aſſignato, extra ordinem hactenuſque ſine exemplo retinere eum in eadem juris civilis profeſſione decreverunt. Retinent memoria id factum hujus academiæ hodierni patres. Oportetque Ariam in præmortui Emmanuelis locum ſucceſſiſſe, cum id innuant Eduardi Nonnii Leonis hæc verba ex libello ejus *De vera Regum Portugalliæ genealogia*. De translatione loquitur academiæ Oliſiponis in urbem Conimbricenſem a Joanne III. Rege facta, *ex qua tot*, inquit, *tamque docti prodiere viri ut continuato ordine (quod memoria dignum eſt) tres primarios juris Cæſarei profeſſores nobiliſſimæ totius Europæ Salmanticenſi academiæ dederit*: Coſtam noſtrum, Pinelumque, ac neſcio quem alium utriuſque ſucceſſorem intelligens. Porro Coſtam adeptus eſt Salmanticæ præceptorem Joannes Garſias, is qui de *Expenſis* aliaque ſcripſit, quem de illo referentem audire ex cap. XVI. nuper laudati operis operæ pretium erit: *Eum vivum*, ait, *amavimus*, *& mortuum colimus*, *quem diſputantem & publice & privatim ſæpe audivimus. Me enim ille valde amavit*, *elegans*, *facundus*, *acutus*, *in ſuadendo vehemens*, *in interpretatione ſuavis*, *in referendo verus*, *in evertendo nervoſus*, *in inſtituendo omnium*, *qui ante eum inſtituerunt & jus interpretati ſunt*, *vere princeps*; *cujus animam pro ea*, *quam Salmanticam attulit*, *legum & juris cognitionem*, *homo inculpatæ vitæ & moris probatiſſimi*, *confidimus Deum O. M. æterna requie & beatitudine donaſſe. Obiit ille*, inſit, *ſanctiſſime innocens vitæ*, *ſceleriſque purus in ſummo totius Hiſpaniæ mœrore*, *nam Salmanticæ nullus fuit qui cum Emmanuele Coſta non exiſtimaret ſubreptum quoque nobis jus fuiſſe*. Hæc ille. Paribus ornaverunt eum elogiis homines illius temporis graviſſimi. A magno etenim Covarrubia audit *Practicarum* cap. XXXIX. *vir in juris utriuſque diſciplina acerrimi judicii*, *ac diligentiæ non vulgaris*; alibique *vir plane doctiſſimus*. A Franciſco Sarmiento *juriſconſultorum ſui temporis facile princeps*. A Franciſco Caldas Pereira *vir ſubtiliſſimus*. Ab Antonio Queſada *Quæſtionum Juris* cap. V. *vir admirandæ eruditionis*, *alterque Africanus*. Ab Emmanuele Suarez de Ribeira in *additionibus* ad Gomezii *Varia*, *elegantis doctrinæ*, *& ſummi atque inclyti ingenii vir*, *acutiſſimuſque & doctiſſimus juris enarrator*. Et quidem evigilatæ ad Mutii lucernam ejus lucubrationes idoniores ſunt ac perpetui teſtes, quarum elenchum damus:

Selectarum Interpretationum circa conditiones & demonſtrationes & dies libri duo.

Ad L. Gallus §. *Et quid ſi tantum D. De liberis*, *& poſthumis*, *commentarius*. Conimbricæ anno 1548.

Ad L. Cum tale §. *Si arbitratu D. De conditionibus*, *& demonſtrationibus*, *commentaria*: *ſive de indictæ viduitatis*, *aut nuptiarum arbitrio alieno contrahendarum conditione tollenda*.

Ad L. Si ex cautione. C. De non numerata pecunia: *ſcilicet adverſus defendentem ſe hac exceptione probandum actori eſſe numeratam pecuniam*. Seorſim Conimbricæ 1549.

De Quæſtione Patrui & Nepotis in cauſa ſucceſſionis: quæ triplex eſt tractatio. I. *Circa majoratum*, *ſeu ſucceſſionem bonorum Regiæ Coronæ*. II. *Circa majoratum bonorum patrimonialium*. III. *De Regni ſucceſſione*. Seorſim Conimbricæ 1558.

Ad Cap. Si pater, *De Teſtamentis lib.* IV. *Decretalium*: Philippo II. Regi Hiſpaniarum nuncupatus. Seorſim Salmanticæ 1569.

Ad §. *Cum in bello L. qui duos. D. De rebus dubiis*.

De ſuo, *& alieno poſthumo commentaria in* §. *poſthumis*, *Inſtitut. De legatis*. Seorſim Conimbricæ in 4. Unaque:

In difficilem Leg. Si filius hæres, *D. De liberis*, *& poſthumis*, *ſcholia*. Aliqua ex his Lugduni prodiere anno 1584.

Oratoria & poetica facultate plurimum valuiſſe eum oſtendit:

Oratio funebris in exequiis Sereniſſimi Portugalliæ Regis Joannis III. ex Academiæ Conimbricenſis inſtituto anno ſalutis MDLVII. habita. Elegantiſſima itidem, vereque, ut Poeta ait, ore rotundo emiſſa carmina, videlicet præter breviora alia:

De fœlici in Uliſiponem adventu Sereniſſimæ Joannæ Caroli Imperatoris filiæ in ſolemni die

die nuptiarum ejus cum Joanne Lusitaniæ Principe. Hic est, ut credimus, *Proteus ad Joannem & Joannam Principes Lusitaniæ & Epigrammata quædam.* Conimbricæ 1553.

De nuptiis Serenissimorum Eduardi Portugalliæ Infantis, & Isabellæ Excellentissimi Theodosii Brigantiæ Principis germanæ. Conimbricæ 1552.

Omnia edita sunt Salmanticæ in ædibus Alphonsi a Terranova duobus tomis anno 1582. in folio.

In bibliotheca Olivariensi fuit quidam codex inscriptus *Emmanuelis Costæ super Digestum, & Codicem commentaria*: qui an ineditum hucusque aliquid continuerit, affirmare nequeo. Fratrem habuit noster Michaelem, qui & ipse vespertinus sacrorum canonum professor fuit Salmanticæ, duosque filios de legali doctrina benemeritos, quorum alter Georgius, licentiæ honore ut vocant ab ea schola donatus, Matriti in curia Regia causas tutatus est.

EMMANUEL DA COSTA, Lusitanus, Jesuita, vernaculo sermone conscripsit:

Rerum a Societate gestarum in Oriente volumen: quod in Latinum vertit Joannes Petrus Maffeus, prodiitque Dilingæ 1571. apud Sebaldum in 8. Et Coloniæ 1574. etiam in 8. In Castellanum pariter convertit Joannes Iñiguez de Lequerica 1575. in 4. Germane item extare refert Antonius de Leon in *Bibliotheca Indica.* Accesserunt:

Epistolarum de rebus Indicis lib. I. Item:

De rebus Japonicis lib. V. Ita Alegambius, & Gesneri *Epitome.*

F. EMMANUEL DE CRUCE, Lusitanus, ordinis S. Dominici, cujus generalis vicarius fuit in orientali plaga Indiæ Lusitanorum, scripsit:

Da Christiandade d' Oriente. Laudatur a Georgio Cardoso in *Agiologio Lusitano* VI. Junii lit. g.

EMMANUEL DIAZ, Lusitanus, Jesuita, Cocini in India observavit cometam anno MDCXVIII. scripsitque:

Contra eos, qui credunt Cometas esse sublunares & elementares.

EMMANUEL DIAZ, Lusitanus, Jesuita, diversus tamen a superiore, vocatus ipse quo differret a tertio alio hujusmet nominis gentis & instituti, eo quod uterque in Sinarum regno versati sunt, Senior, cum alter Junior vocaretur. Horum alteruter scripsit annuas literas anno MDCXVIII. & MDCXXV. Junior autem volumen *De modo cathechizandi Gentiles*: lingua item Sinica *Tractatum de Sphera*, & *Homilias super Evangelia.* Cardosus addit in schedis suis MSS. Emmanuelem Diazium Jesuitam (nec inter duos distinguit) opus egregium scripsisse *Super Evangelia totius anni* duodecim tomis, & *Litanias Sanctorum* lingua Sinica, laudans ejus rei auctorem magistrum quemdam Martinez in *Libello de Martyrologio Minorum.*

F. EMMANUEL DIAZ HURTADO, ex montanis Burgensibus, ordinis Sanctissimæ Trinitatis, doctor theologus Salmantinus, cum in hac universitate philosophus, tum in Vallisoletana theologus professor primarius, Regiusque ecclesiastes, edidit:

Las Honras que la Ciudad de Cuenca hizo en su Convento de la Santissima Trinidad al Venerable Padre Maestro Fr. Simon de Roxas.

Sermones varios. Ex relatione reverendi admodum patris magistri Fr. Francisci de Arcos.

F. EMMANUEL DE DURANGO, Augustinianus, scripsit:

Vida del cielo en esta vida mortal: editum opus Matriti ut credimus anno 1665.

EMMANUEL DE ELVAS, Lusitanus, ordinis S. Joannis Evangelistæ (Loios idiotismus Portugalliæ vocat) edidit:

Oficio de Nossa Senhora pera os quatro tempos do anno: Alfonso cardinali Portugalliæ dicatum opus.

EMMANUEL FARIA DE SOUSA, Lusitanus, Christi torquatus eques, anno MDXC. in eo Portugalliæ tractu, qui Minium atque Durium amnes interjacet, suburbanaque villa, quæ ad saltum ut vocant Pombeirensis diœcesis pertinet, æquoque ab Amarante & Guimaraens municipiis intervallo distat, nobili stirpe tam paterna quam materna prognatus est, Lusitanæ historiæ & genti incremento & ornamento maximo in paucis futurus. Multa namque industria eruditionem omnem Latinam, Gallicam, Italicam, suamque Hispanicam imbibit mente, peregrinationibus quoque non sine fructu magno sese exercens, virisque principibus inter negotiorum æstus operas & fidem approbans, præsertim D. Emmanueli de Moura & Cortereal, marchioni Castel-Roderici, cui a secretis famulatus fuisse dicitur dum Romæ apud Urbanum VIII. P. M. Regia legatione fungeretur, quo tempore Leo Allatius *Apes* suas *Urbanas* in vulgus edidit. Præcipueque describendis & ornandis civium suorum rebus gestis non minus fideliter quam eleganter institit, ceteris ut omnibus ci-

civibus suis, si molem spectes, conscriptorum operum laude veniat absque dubitatione anteponendus; si argumenta stilumque scriptionis (Castellanum quidem sermonem præ Lusitano suo fere semper tulit) paucissimis cedat; prosa æque ac versa oratione disertus, nervosaque & mascula dictione, ingenioque ea & judicio plena, velut proprio charactere, insurgens. Edidit:

Discursos morales, y politicos: duabus partibus. Matriti 1623.

Epitome de las Historias Portuguesas. Ibidem in 4. 1628.

Imperio de la China: Alvari Semmedi Jesuitæ de Sinicis rebus narrationes sunt stilo historico atque ordine ductæ a Sousa nostro. Matriti 1643. 4.

Comentarios a la Lusiada de Luis de Camoës: duobus tomis. Matriti anno 1639. in folio.

Defensa o Informacion por estos comentarios. Ibidem 1640. folio. Nempe ea tueri, seque apud patres Lusitani rerum Fidei senatus purgare ab impositis calumniis necesse habuit.

Nobiliario del Conde D. Pedro de Barcelos. Vertit hoc opus ex Lusitano in Castellanum, notasque suas & aliorum adjunxit. Matriti apud Alphonsum de Paredes 1646. in folio.

El Gran Justicia de Aragon D. Martin Baptista de Lanuza. Matriti anno 1650. in 4.

Versibus autem:

Fuente de Aganipe, o Rimas varias: septem voluminibus, quorum priores quatuor prodierunt Matriti 1644. & 1646. Harumque quædam pars olim sub titulo, *Noches claras*, Matriti per Cosmam Delgado 1624. in 8.

Majora, & quæ virum ostensura imprimis erant, etiamnum desiderantur. Nempe quidquid Lusitani toto terrarum orbe gesserunt historia comprehensum latet adhuc, spectans Mæcenatis alicujus operam qui manus adjutrices postumis luceque dignissimis porrigat lucubrationibus. Decem quippe non minus volumina huic argumento impendit, hac scilicet partitione:

Europa Portuguesa: quatuor tomis. I. a Diluvio usque ad Henrici comitis Lusitaniæ tempora. II. ab hoc ad Ferdinandum Regem. III. a Joanne Primo ad Henricum cardinalem, & masculæ stirpis ultimum Regem pertinet. IV. trium Austriacorum Principum in Lusitania imperium, unaque hujus regni descriptionem continet.

Asia Portuguesa: tribus tomis. I. comprehendit tempora quæ Joannes Barrius in Historia sua. II. ex quo illa desinit usque ad Portugalliæ regni cum Castella unionem. III. res gestas sub tribus Philippis. Edita jam hæc *Asia* Olisipone per Henricum Valente 1666. folio, Petri de Faria & Sousa filii auctoris opera.

Africa Portuguesa: duobus tomis. Prioris argumentum Africanæ expeditiones sub Lusitaniæ propriis Regibus: posterioris sub Hispaniarum Principibus Austriacis.

America Portuguesa: unico volumine, quod inventionem descriptionemque Brasiliensis provinciæ, resque ibidem a Lusitanis gestas ob oculos ponit.

Præter hæc Lusitanum suum poetam illustriorem reddere studens elucubravit quoque:

Commentarios a las Rimas varias de Luis de Camoës: octo voluminibus. Reliquit etiam:

Albania, Poema Lirico Portugues: soluta oratione. Item:

Arte poetica, y versificatoria.

Vertit quoque ex Latino S. Hieronymi: *Las vidas de S. Pablo primero Ermitaño, S. Hilarion, y S. Malco*: *la Filosofia de Alberto Magno*: *la Guerra de España de Appiano Alexandrino*. Ex Lusitano Damiani Goesii *la Chronica del Principe, despues Rey de Portugal D. Juan el Segundo*. Centuriam item *Epistolarum* auctoris inter edenda retulit Franciscus Moreno Porcel, Hispalensis, Sousæ alumnus, qui postumum ejus *Elogium* eleganter formavit, ac typis edidit, quod quidem hæc scribentibus ad manum non fuit. Leo Allatius tribuit etiam ei *Historia de los Marqueses de Castelrodrigo, y de la familia de Moura*. Itemque *Stemmata nobilium familiarium Lusitaniæ*, sive *Appendicem ad Nobiliarium Comitis D. Petri de Barcelos*, quæ edita est Matriti. Obiit in magna rei familiaris insignibus quibusque hominibus fatali angustia ante annum MDCL.

EMMANUEL FERNANDEZ, Lusitanus, Lamecensis, sacræ theologiæ doctor, patriæ ecclesiæ canonicus (ut proprio audit vocabulo) magistralis, scripsit ut lego in Gasparis Statii *Examine Antiquitatum* & apud Cardosum Lusitanum Agiologum tertio volumine die VI. Maji lit a. in fine:

Recapitulaçam da antiguidade da Se de Lamego. Anno 1596. Vertit quoque in Lusitanum sermonem:

Tractatum P. F. Riceri socii S. Francisci: Quomodo homo possit cito pervenire ad agnitionem veritatis. Addit Cardosus in schedis suis:

Expositiones super Psalmos CIII. XXXVI. XXIV. L. & LXXXIII. Bracharæ 1565.

EMMANUEL FERNANDEZ, uti existimo Jesuita, quantumvis desit ejus mentio in *Bibliotheca Societatis*, propria, hoc est Lusitana, lingua scripsisse refertur:

A Vida do Pintor Santo.
Laudat eum Cardosus in *Agiologio* III. Aprilis pag. 412.

EMMANUEL FERNANDEZ RAYA, Lusitanus, Visensis, scripsit:
Esperanza enganhada : duabus partibus. Conimbricæ 1623.

D. EMMANUEL FERNANDEZ DE SANTA CRUZ........ togatus olim sodalis in Salmantino Conchensi collegio, deinde Abulensis ecclesiæ magistralis ut vocant, sive a concionibus sacris, canonicus, Chiapensis indeque Guadalaxarensis, tandemque Angelopolitanæ ecclesiarum in occidentalibus Indiarum regnis donatus infulis, scripsit, seu scribere pergit:
Antilogiam totius Sacræ Scripturæ : tomum primum Genesim & Exodum comprehendentem. Segoviæ 1671. apud Bernardum de Hervada in folio. Atque iterum Lugduni apud Anisonios 1681. folio, inscriptum *Conciliationem Genesis & Exodi, locorum qui apparentem continent antinomiam.* Simulque *expositionem moralem auctiorem & correctiorem.* Prodierat secundus antilogiæ tomus jam ibidem, similiter scriptus:
Conciliatio librorum Pentateuchi, Levitici, Numerorum & Deuteronomii &c. Lugduni apud Ludovicum Mabie 1677. folio.

EMMANUEL FERNANDEZ DE VILLAREAL, Lusitanus, dum Rothomagi inter Gallos defenderet negotiatores suæ nationis (consulem vocat idiotismus hujus sæculi) scripsit:
El Politico Christiano, o Discurso Politico de la Vida, y acciones del Cardenal de Richelieu : qui & Gallice editus fuit Parisiis 1643. in 4.
Anti-Caramuel, o defensa del Manifiesto del Reyno de Portugal. Prodiit Parisiis anno 1643.

EMMANUEL FIGUEIRA DE NIGREIROS, Lusitanus, jurisconsultus, scripsit:
Introductionem ad ultimas voluntates. in 4.

EMMANUEL DE FIGUEREDO, Lusitanus, vir nobilis in oppido Torresnovas diœcesis Olisiponensis natus, archicosmographus regni Portugalliæ, propria lingua scripsit, quod nos Castellana sic proferimus:
Hidrografia, Examen de Pilotos con las reglas que deben guardar, con los derroteros de las dos Indias. Olisipone 1608. & 1625. 4.

F. EMMANUEL FRAGUELA (sic nuncupatur in quadam relatione Lusitana) nudipes Franciscanus provinciæ Sancti Antonii Portugalliæ, atque alterius provinciæ Brasiliensis custos, edidit Lusitanice:
Das edades do Home : hoc est, *De ætatibus hominis.* Olisipone. Item:
Observaciones Mathematicas : quod opus moriens ineditum sed perfectum reliquit.

D. EMMANUEL FRANCISCUS DE HINOJOSA ET MONTALVO, Sancti Jacobi ordinis eques, Philippi IV. Catholici Regis nostri strator, Regiusque in sacrarum rationum senatu præcipui ordinis & subsellii calculator (Contador mayor de Hacienda vulgo dicimus) edidit:
La admirable vida, virtudes raras, loables costumbres, y santa muerte de la Ilustrissima, y humildissima Señora Doña Maria Gasca de la Vega. Matriti 1626. in 4. Nata hæc præstans sanctimonia vitæ femina fuit Didaco Gasca parente, qui quidem Petrum Gascam, illum Peruani regni pacatorem episcopumque Seguntinum, germanum fratrem habuit, nupsit vero D. Francisco de Contreras, integerrimo ante aliquot annorum lustra Castellæ senatus præsidi.

EMMANUEL FRANCO DE CORA ET VABMONDE, Lusitanus, ordinis Avisiensis in eo regno, auctor est:
Del Rezo, y obligaciones de la orden de Avis. Madriti 1658.

EMMANUEL GAITAN DE TORRES, auctor fertur cujusdam opusculi, quod MS. vidit Laurentius Coccus Umber, sæpe a nobis laudatus:
Del modo diferente que se debe dar al govierno de las Indias.

EMMANUEL DE GALLEGOS, Lusitanus, composuit carmine Castellano, animoso & eleganti:
La Gigantomachia : sive de bello Gigantum. Olisipone 1628.
Obras varias al Buen Retiro. Matriti 1637. in 8.

EMMANUEL GODINHO, Lusitanus, Jesuita, ex orientalibus plagis, negotia facturus publica, usque in Lusitaniam terrestri itinere veniens elucubratam a se hujus relationem dedit typis Olisiponensibus in publicam lucem, inscribens operi:
Relaçaõ do Novo caminho que fez per terra e mar, vindo da India pera Portugal no anno de MDCLXIII. o Padre Manoel Godinho da Companhia de Jesu embiado a Magestade del R. N. S. Dom. Alfonso VI. pello

seu

ſeu Viſorey Antonio de Mello de Caſtro, & eſtado da India. Oliſipone apud Henricum Valente de Oliveira 1665. in 4.

EMMANUEL GODINHO CARDOSO, Luſitanus, edidit:

Relacion del Naufragio de la Nao Sant-Iago, y Itinerario de la gente que della ſe ſalvó el año MDLXXXV. Luſitane 1602. in 8. Antonius Leonius in *Bibliotheca Indica.*

EMMANUEL GODINHO DE HEREDIA, Luſitanus, matheſeos peritus ac forſan profeſſor, in ſchedis reliquit:

Tratado Ophirico, hoc eſt, de ſitu terræ Ophir in literis ſacris, cum iconibus geographicis: quem vidimus inter libros D. Andreæ de Brizuela, juriſconſulti & advocati Matritenſis. Meminit Cardoſus in ſchedis ad *Bibliothecam* auctoris, quem Jeſuitam ait, & in oriente vixiſſe anno MDXCIV.

EMMANUEL DE GOES, Luſitanus, ex oppido Portel Eborenſis diœceſis, Jeſuitarum ſodalis, oratione tam ſoluta quam pedibus adſtricta, dicendique facultate plurimum valuit, humaniorum & philoſophicarum diſciplinarum valde doctus, ſcripſit:

In libros Phyſicorum Ariſtotelis.

In ejuſdem libros De Cœlo, Metheora, & in Ethica: quæ vivus edidit.

In ejuſdem libros de Anima. Et:

In libros De Generatione, & Corruptione.

Hæc omnia ſine auctoris nomine ſub appellatione *Collegii Conimbricenſis* edita ſunt. Cui cum ſuppoſuiſſet nomini alius, neſcio quis, *Commentarios in Ariſtotelis Logicam*, indignos qui ad perficiendum Artium ut vocant Curſum hunc admitterentur, editos Francofurti anno MDCIV. abolendis illis edidit, collegii ejuſdem appellatione uſus, Sebaſtianus Coutus genuinos *Commentarios in Logicam Ariſtotelis*, qui una cum ceteris jam laudatis per manus eunt.

F. EMMANUEL DE GOES, Luſitanus, Carmelita, muſicæ artis gnarus, edidit:

De Muſica re aliqua. Cardoſus. Eidem is tribuit:

Libellum Cæremoniarum ſui ordinis. Oliſipone 1556.

EMMANUEL DE GOES ET VASCONZELOS, Luſitanus, ſcripſit vernacula lingua:

Exame da conſcienza. Oliſipone 1615.

Caminho Eſpiritual. Ibidem 1613. 4.

EMMANUEL GOMEZ, Luſitanus (vereor ne Antuerpiæ ex parentibus Luſitanis natus, nam Antuerpienſem eum appellat Zacutus) ſcripſit in medica re, cujus erat profeſſor:

De Peſtilentiæ curatione methodicam tractationem. Antuerpiæ apud Joannem Trogneſium 1603. in 4. Lovanii apud Jacobum Zegers 1637. in 8.

EMMANUEL GOMEZ CARDOSO, Luſitanus, ſcripſit:

De Jure accreſcendi. Oliſipone 1620. folio.

EMMANUEL GOMEZ CALHANO LOUROSA, medicus Luſitanus, ſcripſit:

Polymathia exemplar, Doctrina de diſcurſos varios, Cometografia meteorologica con un Diſcurſo Medico de Contagios. Oliſipone apud Antonium Craesbeck de Mello 1666. in 4.

EMMANUEL GONZALEZ TELLEZ, juriſconſultus ac doctor Salmantinus, in hac ſchola tum collegii Conchenſis toga condecorari, tum ad docendi canones locum ex veſpertina cathedra promeruit aſcendere, indeque ad jus dicendum in cauſis Religionis inter patres allegi Pincianæ urbis, quod munus gerens edidit:

Concilium Iliberritanum cum Diſcurſibus Apologeticis Ferdinandi de Mendoza olim editum, adjunctis nunc diverſorum notis, ſuiſque uberioribus. Lugduni apud Philippum Borde & ſocios 1665. folio. Sperantur ejuſdem:

In Decretalium libros volumina quinque.

EMMANUEL DE GOVEA, Luſitanus, Jeſuita, juſſu præfecti generalis Mutii Vitteleſchi tranſtulit in Luſitanam ex Italica lingua, quæ ut credimus, ex proceſſibus uti vocant in cauſa canonizationis ſanctiſſimi hujus Indiarum Apoſtoli, prout moris eſt, ſcripta fuerat:

A Vida de S. Franciſco Xavier. Atque ea nondum lucem vidit, Luſitanis forte libro contentis quem de hoc eodem argumento Joannes Lucena olim diligenter ediderat.

F. EMMANUEL DE LA GUERRA, Ciſtercienſis monachus, edidit:

Confortacion, y conſuelo de puſilanimes. Pinciæ typis Joannis Rodriguez 1602. 8.

Teſoro eſpiritual para adorno, y riqueza del alma. Ibidem 1619. in 8.

Hunc non reperio in *Bibliotheca Ciſtercienſi.*

F. EMMANUEL DE GUERRA ET RIBERA, Matritenſis, ex Redemptoribus Sanctiſſimæ Trinitatis, doctor theologus, & in Salmanticenſibus Athænis philoſophus profeſſor, Regius concionator, diſertus & in pau-

paucis ingenio præstans, provinciæ suæ Castellanæ nomine generalis redemptor, edidit:

Quaresma continua : cujus prima pars Matriti ex Juliani de Paredes officina prodiit anno 1679. in 4.

Sermones varios de Santos : ex eadem officina 1677. 4. Quædam & circa comoediarum Hispanicarum non illicitum usum, proprio & aliorum nomine inscripto.

D. EMMANUEL HENRIQUEZ DE GUZMAN, nescio quis, non nihil scripsit:

Sobre el sembrar, y coger mucho en poco tiempo : nam hujus argumenti liber Italica lingua scriptus, & huic nomini adscriptus, servabatur olim in bibliotheca Olivariensi.

F. EMMANUEL HOMEM, Lusitanus, cujusdam religiosi instituti, scripsit sub nomine Gregorii de Almeida:

Acclamaçaõ de D. Joaom, o IV. Rey de Portugal.

EMMANUEL HORTIGAS, Aragonus, Cæsaraugustanus, Societatis Jesu presbyter, in collegio Cæsaraugustanæ urbis sacræ theologiæ professor, moralem disciplinam quadriennio, sacras literas tredecim annis docuit, interim postea que Evangelicis addictus missionibus toto Aragoniæ regno, Matritique in curia, magnos fructus proficiendi ac merendi reportavit. Nec ideo minus dedit foras:

Historia de los santos Corporales de Daroca con notas predicables. Cæsaraugustæ apud Didacum Dormer 1646. 4.

Arte de bien morir. Ibidem apud Joannem de Ibar 1659.

Maximas de la eternidad. Ibidem 1654. in 8.

Exercicios de San Joachim, y de San Joseph. Ibidem 1663. in 16.

Sumario de Misiones : sive modum a missionariis tenendum, tomis VI. in 8. quorum tres priores jam Cæsaraugustæ typis Joannis Ibar prodiisse docuit nos auctor nuperus, sive locupletator *Bibliothecæ Societatis.*

Sermon en la fiesta de Santa Maria Magdalena de Pazzi. Ibidem 1671.

Discursos predicables, y Triunfos Carmelitanos. Ibidem apud Joannem de Ibar 1671.

Novenario de San Francisco Xavier : quod una cum quibusdam ex superioribus cum titulo Primæ Partis operum prodiit Cæsaraugustæ 1678. in folio.

Guia del Christiano a la patria eterna, o S. Rafael : duabus partibus. Cæsaraugustæ 1646. & 1647. in 8.

Corona eterna : sive de coelesti gloria essentiali & accidentali animæ & corporis. Ibidem 1650. apud heredes Petri de Lanaja 1658. 8.

La Llama eterna : sive de cruciatu, & poenis inferni. Ibidem..... Hanc a se notis locupletatam Gallice dedit foras Franciscus Filhol, canonicus Tolosanus.

Urna breve, y oracion funebre en las exequias del Excelentisimo Señor D. Andrea Cantelmo Virrey de Cataluña : quam habuit die ipso funeris in collegii Cæsaraugustani Jesuitarum templo. Cæsaraugustæ 1645. in 4. apud Didacum Dormer.

Spem nobis fecit ab aliquot annis alterius operis ita inscripti:

Operarius Evangelicus in Librum Judith: sive de munere Apostolici concionatoris, tribus tomis. Ejus nomen præ se fert, nescio autem cujus opera integrum opus constet, cui hunc titulum præfixerunt editores:

Triunfos del Carmelo en Discursos predicables deducidos del Sermon de Santa Maria Magdalena de Pazzis, que predicó el Reverendisimo Padre Manuel Hortigas de la Compañia de Jesus, Lector de Theulugia, y Sagrada Escritura en los Colegios de Zaragoza, y Huesca. Cæsaraugustæ apud Joannem de Ibar 1672. 4.

EMMANUEL DE HUERTA, jurisconsultus, ineditum reliquit:

Discurso sobre el derecho del Rey D. Felipe II. al Reyno de Portugal. Extat in folio MS. in bibliotheca Villumbrosana Matriti.

EMMANUEL IACOBUS, vulgo IACOME, Lusitanus, Olisiponensis, navalis fabricæ bene peritus, scripsit Lusitane:

Arte, e Regras, e Medidas de como se haõ de fabricar toda sorte de Navios asim de alto bordo, como Bataxos, e Fragatas, e outras embarcaçoes menores. MS. Fr. Emmanuel a Resurrectione.

F. EMMANUEL DE ISLA, Franciscanus Strictioris Observantiæ in provincia Sancti Antonii Portugalliæ, scripsit:

Historiam suæ provinciæ : velut supplementum eorum quæ Franciscus Gonzaga de ea scripserat. Fuit MS. apud Lucam Waddingum.

EMMANUEL LAURENTIUS SUAREZ, presbyter ac theologus Olisiponensis, de Suario & Sancio, inclytis rerum utilissimarum præceptoribus, benemereri volens confecit:

Epitomen brevem & resolutam Disputationum Theologicarum Francisci Suarez de Sacramentis, Indulgentiis, Purgatorio, Suffragiis, Censuris, Irregularitate, Sacrificio Missæ

ſæ Clavibus Eccleſiæ contractam, *digeſtamque alphabetico ordine* : quæ quidem ex altera editione auctior prodiit Valentiæ apud Chryſoſtomum Garriz 1627. in 4.

Prius ediderat:

Compendium de Sacramento Matrimonii Tractatus Thomæ Sanchez Jeſuitæ alphabetice breviter diſpoſitum. Oliſipone apud Gerardum a Vinea 1622. 8.

Luſitanice etiam:

Principios e diffiniçoẽs de toda a Theologia moral. Oliſipone 1642. apud Antonium Alvarez in 8. ubi ſe appellat theologum & confeſſarium in metropolitana ſua eccleſia.

F. EMMANUEL LEAL, Luſitanus, ex oppido Arrifana de Souſa, ordinis & provinciæ Portugallenſis Eremitarum S. Auguſtini, doctor theologus, atque ejuſdem provinciæ chronographus, ſcripſit:

Cryſol Purificativo, *em que ſe apura o Monacato do Grande Patriarca e Doutor principal da Igreja S. Agoſtinho*, *e ſucceſſam continuada da Ordem heremitica que inſtituyó em Africa*, *e ſeus diſcipulos introduzirаõ em Portugal.* Oliſipone apud Antonium Roderici 1654. in folio.

Tratado de Penafiel de Souſa. Deſcriptionem ſcilicet, ut ſuſpicor, cujuſdam ejus regni tractus. Laudat eum eruditionis nomine Georgius Cardoſus in *Agiologio Luſitano* die IX. Aprilis pag. 493.

EMMANUEL DE LEDESMA, medicus doctor Valentinus, edidit:

Apologiam & defenſionem Aſtrologiæ. 1599.

EMMANUEL LOBO, Mexicanus natione, Guadianenſis patria ut Sotuellus in *Bibliotheca* ſcripſit, Societatis Jeſu ſacerdos, Guatimalenſis collegii rector, edidit:

Relacion de la Vida, *y virtudes del Venerable Fr. Pedro de S. Joſeph Betancur de la Tercera Orden de Penitencia de S. Franciſco.* Guatemalæ apud Franciſcum de Pineda 1667. Atque iterum Hiſpali apud Joannem Franciſcum Blaſium 1673. in 12.

D. EMMANUEL LOPEZ PONCE DE SALAS, presbyter, Matritenſis natu, eleganter ac prudenter ſcripſit:

Vida de S. Hermenegildo Rey, *y Martyr de Eſpaña.* Madriti apud Bernardum de Villadiego 1680. in 4.

EMMANUEL MACHADO DA FONSECA, Luſitanus, prior S. Chriſtophori Oliſiponenſis, irritos adverſus hanc Regiam urbem Anglicæ claſſis conatus celebraturus, octoadibus ſcripſit:

Templo de honra, *e nobreza de Portugal:* Philippo Principi nuncupatum.

EMMANUEL MACHADO DE SEQUEIRA, Luſitanus, poeta, neſcio quid artis ſuæ in publicum edidit. Cardoſus.

EMMANUEL MARTINEZ, Complutenſis medicus, edidit:

De rebus naturalibus, *non naturalibus*, *& contra naturam.* Compluti 1637. folio.

EMMANUEL MASCARENHAS, Luſitanus, Oliſiponenſis, Georgii Montalbani marchionis filius, Jeſuitarum ſodalis, & in collegio Sancti Antonii ejuſdem urbis theologiæ ordinarius profeſſor, ſcripſit, qui poſtumus prodiit, librum:

De Sacramentis in genere, *Baptiſmo*, *Confirmatione*, *Euchariſtia*, *necnon & ſacrificio Miſſæ.* Lugduni 1656. in folio.

Denatus eſt anno MDCLIV. XXVIII. Novembris.

P. EMMANUEL DE S. MATHIA, Luſitanus, ordinis Minorum, ſementis Evangelicæ inclytus apud Indos orientis diſpenſator, egregiis virtutibus claruit Goæ & per tractus illos gentium barbararum, quæ a Luſitanis viam ſalutis doceri ſolent. Scripſiſſe is dicitur utiliſſima quædam opera iis qui hoc miniſterio ſe exercent, in quibus dialogiſtice in examen vocat atque erudite confutat earum omnes ſuperſtitiones.

Obiit Goæ V. Junii MDCXXXII. qua die in *Agiologio Luſitano* Georgius Cardoſus laudat hominem ejuſque opera, totidem fere verbis ex Paulo a Trinitate ejuſdem ordinis in libro *Conquiſta eſpiritual do Oriente* nuncupato.

F. EMMANUEL A MATRE DEI, ordinis Minorum, ſcripſit, Antonio Daza teſte in libro *de Conceptione*, Waddingo tamen illaudatus:

Tractatum ſuper Magnificat.

EMMANUEL DE MELLO ET SAMPAYO, Luſitanus, ſcripſit, Cardoſo teſte:

Genealogica quædam.

EMMANUEL MENDEZ, Luſitanus, Oliſiponenſis, muſicus, ſcripſiſſe dicitur:

De Muſica nonnihil. Anno 1589. Cardoſus.

EMMANUEL MENDEZ, Luſitanus, ex oppido Aluito, ſi Cardoſo credimus *De humanioribus literis* quidquam edidit.

EMMANUEL MENDEZ DE CASTRO,

TRO, Lusitanus, Olisiponensis, post Conimbricensem juris Cæsarei professionem ex cathedra illa, quam Voluminis vocant, caussarum patronus in curia Regia Matritensi, edidit:

De Annonis civilibus lib. XI. Codicis singularem & novam repetitionem. Matriti apud Petrum Madrigal 1592. in 4.

Ad celebrem Justiniani Constitutionem in L. Cum oportet. C. de Bonis quæ liberis, &c. *commentarios.* Ibidem 1591. 4. Prius Salmanticæ 1587. 4.

Practicam Lusitanam V. libris *cum CCXL. novissimis decisionibus Senatus.* Semel alibi, iterumque locupletiorem typis Georgii Roderici Olisiponensis typographi 1621. 4.

Repertorio das Ordinaçoes. Portugalliæ ut credimus 1604.

F. EMMANUEL DE MENDOZA, Lusitanus, nescio cujus religiosi instituti, scripsit:

Fiestas de la Ciudad de Valencia en la Canonizacion de Santa Teresa de Jesus. Valentiæ 1622. in 8. Cardosus.

D. EMMANUEL DE MENESES, Lusitanus, eques, scripsisse dicitur:

Genealogica quædam. Cardosus.

EMMANUEL MESQUITA PERESTRELLO, Lusitanus, scripsit:

Naufragio de la Nao San Benito. Herrera in *Historia*, & Leone in *Bibliotheca Indica* testibus.

F. EMMANUEL DE MONTE OLIVETI, Lusitanus, ex oppido Villa de Conde, ordinis Sancti Francisci Regularis Observantiæ in provincia Portugalliæ, sacræ theologiæ lector emeritus, ac diffinitor, scripsit Castellane:

Practica regular, y Orden judicial. Olisipone 1635. in 4. Item Lusitane:

Historia da provincia de Portugal, hoc est, suæ provinciæ: quam habuit MS. Lucas Waddingus.

Responsionem ad Propositionem, quam contra defensores & devotos purissimæ atque immaculatæ Conceptionis Dominæ nostræ quidam Canonicus & Præbendatus Cæsaraugustanus in eadem civitate proposuit ac publicavit: quod opusculum habere apud se MS. in folio testatur Petrus Alba in *Militia Conceptionis.*

De casibus reservatis opus aliud reliquit posteris edendum, vita ipse functus anno MDCXXXV. Cardosus vero addit:

Declarationes Regulæ S. Claræ. Atque item tractatulum:

De Tertiariis.

EMMANUEL MONTEIRO, natus in oppido Montforte dioecesis Eborensis in Lusitania, Societatis Jesu sodalis, Græce & Hebraice doctus, has linguas per septennium professus est. Rexit collegia Angrense in Madera insula, Scalabitanumque seminarium Hibernorum Ulisiponense, domumque professam, & provinciam integram. Lusitane edidit:

Compendium Meditationum per totum annum: duobus tomis. Olisipone apud Craesbeck 1649. & 1650. in 8.

Zelum Fidei, & Concordiam Pietatis contra cæcitatem Paganorum. Ibidem 1657. in 16.

Elogia SS. Ignatii & Xaverii, & P. Josephi Anchieta. Ibidem 1659. & 1660. Habet præ manibus, auctore Sotuello:

Elogia virorum illustrium Societatis.

EMMANUEL MONTEIRO DE CAMPOS, Lusitanus, scripsit:

Academia nos Montes. Olisipone 1642. in 4.

EMMANUEL DE MORAIS, Lusitanus, scripsisse dicitur accurate, mihi alias ignotus:

De Rebus Brasiliensibus: quod opus, tamquam ineditum etiamnum fuisset, Theodorus Spizelius laudat in *Elevatione Relationis Montesinianæ de origine gentium Americanarum.*

EMMANUEL MOREIRA PINTO, Lusitanus, in colonia Tingi Africæ natus, scripsit:

Poema Africano do Governo de D. Fernando Martinez Mascarenhas. 1623.

EMMANUEL DE NAXERA, Toletanus, Societatis Jesu presbyter, in collegio Complutensi sacrarum literarum interpres, deindeque in Matritensi philosophiæ politicæ præceptor, Philippo IV. Regi Catholico ab Evangelicis concionibus, multa industria atque editis libris promovit verbi Dei præconum studia, quæ revera ex iis, tamquam ex instructissima penu, ad faciendum velut ex tempore sui muneris opus profecisse videntur. Vernacula quidem lingua hæc edidit:

Sermones Panegyricos en las festividades de Christo Señor Nuestro. Matriti anno 1649. in 4.

Sermones Panegyricos en las festividades de la Virgen Nuestra Señora. Ibidem 1648. 4.

Panegyricos en las festividades de varios Santos: duobus tomis. Matriti 1648. & 1649. Iterumque 1651. & 1654. Qui & Italico editi sunt sermone.

Ser-

Sermones de Adviento. Matriti in 4. Interpretationem Italicam nuper edidit Hieronymus Bruſſonius Venetiis 1658. in 4.

Sermones varios. Matriti 1650. & 1655. 1658. in 4. quatuor tomis.

Sermones de Quareſma : duobus tomis. Matriti 1649. in 4. Italice verſi prodierunt Venetiis ex officina Babæ 1655. in 4.

Sermones para las Dominicas del año. Ibidem 1657.

Sermones funerales. Ibidem 1666. 4.

Sermones ſobre los verſos del Miſerere. Ibidem 1652. in 4.

Diſcurſos de la puriſima Concepcion. Ibidem 1663. 4. Item aliud opus hoc titulo:

En hazañas de David el Arte de la fortuna. Matriti 1660. in 4.

Segundo Miſerere o ſermones ſobre el Pſalmo Miſerere. Compluti 1678. 4.

Semana Santa, Sermones. Ibidem 1679. 4.

Sermones del Santiſimo Sacramento. Ibidem eodem anno.

Latine vero hæc:

Commentarios literales & morales in Joſue hoſtilibus redimitum trophæis : cum appendice de Rahab, & arca figurata, in quo Mariæ laudes per ejus feſta digeſtæ continuantur: duobus tomis. Lugduni apud Aniſſon 1647. & 1652. Item Antuerpiæ apud Joannem Meurſium anno 1650.

In Judices Commentariorum literalium, & moralium tomum I. Lugduni apud eumdem Aniſſon 1656. in folio. Exierunt inde in lucem ſecundus tertiuſque ex eadem officina 1664. in folio.

In Libros Regum excurſus morales : quorum primum volumen prodiit Lugduni in folio anno 1670. hoc eſt in primum librum, duo autem ſequentur brevi ſuper alterum ac tertium librum.

F. EMMANUEL DE NIZA, Luſitanus, ordinis Capuccinorum provinciæ Pietatis in Portugallia, ſcripſit:

Hiſtoria da Provincia da Piedade dos Padres Capuchos : quam MS. adhuc exiſtere legimus apud Georgium Cardoſum *Agiologii Luſitani* die III. Maii lit. c. & VIII. ejuſdem lit. g.

EMMANUEL NUÑEZ, medicus Uliſiponenſis, libellum nuncupavit Henrico tunc Portugalliæ Infanti & purpurato eccleſiæ patri:

De Tactus Inſtrumento : in quo multa adverſus philoſophos & medicos diſſeruntur. In officina Joannis Blavii, Oliſipone ut credimus, 1557. in 8. editum.

EMMANUEL DE OCAMPO, Matritenſis, edidiſſe dicitur, cum illiteratus tamen eſſet:

Proverbios morales.

Una carta moral. Matriti 1630.

Defenſa de la puriſima Concepcion de Nueſtra Señora. Matriti 1631. & 1644. 8.

Diſcurſos ſobre las acciones, y coſtumbres del Hombre.

Oracion a la muerte de D. Rodrigo Calderon.

EMMANUEL PIMENTA, Luſitanus, Scalabi (Santaren nos dicimus) natus, presbyter Societatis Jeſu, pius & exquiſite doctus in politiori omni literatura, quam una cum rhetorica arte docuit in ſtudiis Eborenſi & Conimbricenſi, facultate imprimis poetica ſic excelluit ut inter præſtantiſſimos ſæculi ſui poetas merito annumerandus veniat. Scripſit enim elegantiſſime ſimul & ingenioſiſſime:

Poemata varia : tomis duobus collecta. Item:

Epigrammata de Regibus Luſitaniæ : quæ Antonius Vaſconcellius in ſua *Regum Luſitaniæ Anacephalæoſi* ſingulis eorum elogiis ſubjecit.

Abiit ad plures Eboræ kalendis Octobris anni MDCIII. ætatis LXI.

EMMANUEL DE PINO, muſicus cappellæ Regiæ Oliſiponenſis, publicavit:

Villancicos, y Romances a la Natividad de Jeſu Chriſto Nueſtro Señor, y otros Santos. Oliſipone apud Petrum Craesbeck 1615. 8.

EMMANUEL PONZE, Matritenſis, ſcripſit:

Fieſtas que hizo Madrid a la canonizacion de San Ignacio, San Franciſco Xavier, San Iſidoro de Madrid, Santa Tereſa de Jeſus, y San Felipe Neri.

D. EMMANUEL DE PORTUGAL, Luſitanus, Franciſci comitis de Vimioſo Luſitanæ gentis clariſſimi filius, ſenſa animi verſibus pandere gaudebat cum Caſtellanis tum Portugalliæ popularibus. Promanarunt ab eo quædam poetica opuſcula typis edita hoc titulo:

Obras de D. Manoel de Portugal. Oliſipone 1605. in 8.

D. EMMANUEL DE PORTUGAL, Antonii filius, Ludovici nepos, Emmanuelis Portugalliæ Regis pronepos, vir (Joannis Caramuelis teſtimonio, quem familiarem in Belgio habuit) *feliciſſimi ingenii, generoſitate ſingulari præditus, linguarum notitia admirabilis, controverſiarum adverſus hære-*

ses callentissimus. Scripsit, teste eodem Caramuele:

Anatomem Fortunæ politicæ: comiti Palatino inscriptam, cum is Bohemorum Rex coronaretur, qua dissuadet ei hanc expeditionem, acutissime exponens pericula quibus olim & Antonius pater in simili causa subjacuit: opus (ait Caramuel *in* prooemio *Philippi* sui *Lusitaniæ Regis*) *sententiis floridum & exuberans, monitis rarum, & dignissimum morosa prælectione.*

Vitam cum morte commutavit XXII. die Junii MDCXXXVIII.

EMMANUEL DAS POVOAS, Lusitanus, almæ sedis Olisiponensis canonicus, edidit versibus Castellanis, ea metri forma quam Tercetos vernacule vocamus:

Vita Christi: XXX. canticis seu libris. Olisipone apud Petrum Craesbeck anno 1614. in 4.

EMMANUEL DE QUEVEDO, Lusitanus, eques S. Joannis Melitensis, ordinisque sui sub Ludovico Mendez........ magno magistro cancellarius, scripsisse dicitur Italico idiomate, quæ morte ejus interveniente disparuit:

Chronico dell' Ordine Militare di S. Gioanne. Cardosus.

EMMANUEL QUINTANA DE VASCONZELOS, Lusitanus, auctor cujusdam libri est, quem:

A Paciencia........... inscripsit, atque Olisipone edidit 1622. in 8. Cardosus.

EMMANUEL RAMIREZ DE CARRION, Prieguensi marchioni, Hispaniarum magnati a secretis & a cura formandi eloquii, mutus enim erat natus, publicavit:

Maravillas de naturaleza, en que se contienen dos mil secretos de cosas naturales, &c. Montillæ 1629. 4. Prodierat prius dimidio & ultra minor, Matriti ut credo, 1622.

Hic nempe apud nos artem invenit, aut certe solus exercuit ætate sua, literas & aliqualem linguæ usum docendi mutos, quod quidem in eodem marchione, atque item in D. Ludovico a Velasco, Fraxini marchione, comestabilis Castellæ fratre, & in aliis præstitit.

EMMANUEL RAPOSO, Lusitanus, Jesuita, scripsit ut fama est:

Genealogica quædam.

F. EMMANUEL DE RESURRECTIONE, Lusitanus, ex oppido Torresnovas dioecesis Olisiponensis, ordinis S. Augustini e Reformatis Lusitaniæ, quorum congregationis, ante non multos annos a Castellanis Excalceatis divisæ, nomine procurator generalis circa annum MDCLXXVII. Romam venit, quemque, magno Lusitanarum rerum ad hanc *Bibliothecam* spectantium compendio liberalem propriæ suppelectilis, quam præsens ei suppeditat ejus regni hominum atque rerum memoria, benefactorem & amicum expertus sum, unde non parvam huic nostro operi accessionem speramus factam, cum & observationes proprias, & Georgii Cardosi *Agiologii Lusitani* auctoris, jam fato functi, collectionem conficiendæ aliquando Lusitanorum Scriptorum Bibliothecæ, voto ab eo procuratam, quamque Emmanuel secum Romam detulerat Cardosi manu exaratam, & a se mire locupletatam, generose nobis consignaverit, nostrique usus fecerit. Plura se habere in schedis meditarive publicanda, si aliquis expensas suppetat, monuit nos, quam pluribusque fuisse aliorum studiis & libris jam in publicum editis, aut aliquando edendis, opitulatum. Horum autem nobis disertam edidit mentionem:

Vida de santa Liberata Bracharense filha de L. Catilio Regulo e de Calsia.

Vida dos Santos e Varoẽs ilustres do Reyno de Portugal e suas Conquistas: & specialiter:

Vida do Santo Fr. Vasco Martins Fundador dos Geronimos em Espanha.

Vida do Diogo de Sylveira: post illam quam Antonius Leite Jesuita scripsit, sive eamdem valde ampliatam.

Serie Lusitana Pontificia que contem os Pontifices que ouve na Sede Apostolica da naçaõ Lusitana e muitos Cardeaes que obtiveraõ o Sacro Galero: idque post Antonium Macedo Jesuitam, ejusdem argumenti vindicem non parum diligentem. Aliaque multa historica, præsertim sacræ antiquitatis necnon & profanæ, collectionemque quam plurium epitaphiorum & inscriptionum totius Portugalliæ regni a se factam, cum comitatu Georgii Cardosi operam suam *Agiologio Lusitano* pro dignitate adornando publicæ utilitati manciparet.

F. EMMANUEL DE REYNOSO, ex religiosa familia, quæ captivos redimit sub advocatione Sanctissimæ Trinitatis, sacræ theologiæ magister, domus Toletanæ præfectus, Neosegoviensibus tandem in Philippinis insulis antistes datus, edidit:

Prueba de la Concepcion purissima de la Virgen Nuestra Señora. Toleti apud Bernardinum de Guzman 1616. 4.

Fundacion de los esclavos del Ave Maria. Itemque:

Su-

Sumario de la devocion de Nuestra Señora. Et:

Modo de rezar el Ave Maria. Matriti simul apud Ludovicum Sanchez 1623. in 8.

Relacion funeral del Venerable Padre Fr. Simon de Roxas. Pinciæ 1625. in 4.

Obiit anno MDCXXXII. in cœnobio Hispalensi, cum in Talaverensi addixisset olim se religiosæ huic familiæ.

EMMANUEL DOS REYS TAVARES, Lusitanus, Santirensis, sacræ theologiæ prius, inde medicæ artis professor, scripsit, præcipue pro Thoma Roderici a Veiga adversus Matamorum:

Controversias Philosophicas & Medicas ex doctrina de febribus. Ulisipone apud Joannem da Costa seniorem 1667. in 4.

EMMANUEL DE LOS RIOS, Sahaguntinus, presbyter, edidit metrice:

Avisos muy importantes de lo que se debe contemplar en el sacrificio de la Misa. Compluti 1618. 8.

F. EMMANUEL RODRIGUEZ, Lusitanus, si fides non lubrica est ejus qui ex nepotibus illius se audivisse nobis retulit, in oppido Estremoz Transtaganæ regionis natus, Seraphici ordinis inter Excalceatos, hoc est Reformatos, Francisci parentis sectatores decus maximum vixit, doctissimus vir cum juris canonici tum theologiæ, quam quia moribus regulas præfinit moralem vulgo appellant, unde ad eum communiter provocabatur in maximi momenti quæstionibus. Immersus enim studiis, ne alio avocari posset, munera quæcumque domestica constanter respuit, contentus honore solo & nomine definitoris suæ provinciæ, quo ingenii sui monumentis in publicum edendis præjudicium aliquod commendationis præferret. Religiosi regiminis leges uti observabat, ita curiose ac industrie colligere digerere atque exornare ante alia procuravit. Scripsit namque:

Quæstionum Regularium, & Canonicarum tria volumina. Salmanticæ 1598. Lugduni apud Horatium Cardon 1609. & 1613. Antuerpiæ apud Belleros 1616. in folio, deinde & 1638. folio. Coloniæque apud Petrum Hening 1622. in 16. Adjungitur his omnibus editionibus quartæ partis, seu tomi, Paulini Bertii Lucensis, Augustiniani, *Praxis Criminalis Regularium & Sæcularium*, quam auctor ipse *Appendicem Emmanuelis* nostri trium partium, etiam cum scriberet, designavit. *Compendium* hujus operis confecerunt patres Recollecti provinciæ S. Andreæ in Belgio per aphorismos alphabetico ordine digestum, edideruntque apud Belleros Antuerpiæ 1622. atque aliis locis. Deinde aliud copiosius formavit Hieronymus Rodriguez, Emmanuelis nostri ex fratre nepos, atque edidit Lugduni 1634. 8. Ad finem tertii voluminis prodiit ubique:

Collectio, & Compilatio Privilegiorum Apostolicorum Regularium mendicantium, & non mendicantium ab Urbano II. usque ad Clementem VIII. concessorum. Seorsimque duobus tomis Lugduni 1609. Antuerpiæ 1616. & 1623. Duaci 1613.

Opinionum communium circa casus conscientiæ librum unum Venetiis 1616. tribuit ei Waddingus; nisi interpretatio sit Latina *Summæ* Hispanæ, cujus infra meminimus.

Hispane vero scripsit:

Explicacion de la Bula de la Cruzada con adiciones. Compluti 1590. Salmanticæ 1607. & 1612. Valentiæ 1610. Simulque elucidavit *Proprios motus Pii V.* primum *de non admittendis feminis in Religiosorum domos interiores*; alterum *de Censibus.* Transtulit hoc opus in Italicum Julius Cæsar Valentinus, Carpineti in Sabinis parochus, prodiitque cum *additionibus Vincentii Ricci* Messinensis Panhormi anno 1620.

Suma de casos de conciencia. Cui adnectitur:

Un Tratado del orden judicial, que los Prelados, y qualesquier Juezes Eclesiasticos deben guardar en sus visitas: quatuor tomis, seu duobus voluminibus. Prior bis prodiit Salmanticæ 1604. & 1607. Deinde Barcinone 1616. Matriti, atque alibi: posterior Cæsaraugustæ apud Joannem de Lanaja 1615. Nempe auctor duas Summas, seu duo integra alphabeta casuum conscientiæ formavit: postremam scilicet, postquam edidisset primam, ex his quæ prætermissa fuerant, quotidieque sibi in mentem & examen veniebant. Has in unam eamdemque redegit Lucas Waddingus, dum Salmanticæ versaretur, ut ipse ait de Emmanuele agens in *Bibliotheca Franciscana*, ediditque Salmanticæ 1616. Primum horum volumen, statim ac foras fuit emissum, Latinitate donavit Balthasar de Cañizal Palentinus, quæ interpretatio Duaci prodiit 1614. Coloniæque apud Hierat 1620. 4. Venetiisque 1622. Italica etiam ibidem excusa est anno 1603.

Catecismo de Doctrina Christiana. Salmanticæ 1602. 4. Lucas Waddingus.

Mansit Emmanuel fere semper Salmanticæ in sua Sancti Jacobi provincia, degebatque adhuc in vivis, ut idem ait Waddingus, anno MDCX.

F. EMMANUEL RODRIGUEZ, licet inter Belgas laudetur ab ejus gentis *Bibliothecæ* auctore Valerio Andrea, vix potuisse vi-

detur alienus esse a patria Hispania (cum cognomentum efficaciter id suadeat) aut saltem ab Hispana origine. Ordinis Eremitarum S. Augustini & scholarum Antuerpiensium præfectus, poeseos ac melioris literaturæ cognitione excelluit. Valerius Andreas legit hujus:

Herodem sævientem, sive drama Tragicum de Infanticidio. Antuerpiæ apud Joannem Cnobbarum 1626. in 8.

Rodericum fatalem : hoc est, comœdiam hujus tituli, de infelicitate hujus ultimi in Hispaniis Gothorum Regis ut existimo. Lovanii 1631.

Grammaticam Angelorum mysticorum, sive Labyrinthum Cryptographicum, quo sibi mutuo ejus artis periti occultos animi sui conceptus per literas omni suspicione carentes multifariam, tute, secrete atque fideliter significare possunt. Antuerpiæ apud Gerardum Wolschat 1639. Hæc Valerius.

EMMANUEL RODRIGUEZ, Lusitanus, Helvensis:

De Musica & instrumentis musicis quidquam edidit, Cardoso teste.

EMMANUEL RODRIGUEZ DE SILVA, Lusitanus, jurisconsultus, edidit:

De Salariis familiarum. Salmanticæ 1655.

F. EMMANUEL ROMAN, Pincianus, Carmelitis anno MDLXXXVII. in ipsa urbe Pincia aggregatus, res domesticas celebravit scribens:

Elucidaciones varias de la Antigüedad, Dignidad, y Escritores ilustres de la orden del Carmen : nempe Joannis de Carthagine Franciscani librum *De Antiquitate ordinis Carmelitarum* versum a se atque examinatum, ac locupletiorem factum. Sequitur *El Indice alphabetico de las cosas mas notables de la antigüedad de la orden del Carmen.* Matriti 1624. 4. Et cum additionibus 1628. Tertioque 1630.

Epitome de la vida, y milagros de San Andres Corsino, Obispo Fesulano. Matriti 1629. in 4.

Obiit Matriti MDCXXX.

D. EMMANUEL ROMAN VALERON, in gymnasio Pincianæ urbis vespertinus canonum doctor, & in curia, sive cancellaria ut vocant, causarum patronus, docte scripsit:

De Transactionibus Tractatum. Lugduni apud Philippum Borde & socios 1665. in folio.

Librum quoque *singularem* ejus *Animadversionum Juris Civilis* laudari video Pinciæ editum.

EMMANUEL DE SAA, Lusitanus, Interamnensis, ex oppido Villa de Conde, Societati Jesu tunc recens natæ dedit nomen Conimbricæ vix quindecennis, brevique apud cives suos primum, mox Gandiæ decimum septimum agens annum, Aristotelis libros tum publice tum private Francisco Borgiæ duci, postea præposito ejusdem Societatis generali, subindeque Romæ interpretatus est. Sacros itidem libros diu hac in urbe explicuit, concionibus interim dans operam nonnulla eloquentiæ at multa cum pietatis laude, quæ mire virum præ omni rhetorum industria commendabat, ut eleganter audiat in *Bibliotheca Societatis*, *contra omnem formam eloquentiæ eloquentissimus.* Interfuit Pii V. P. M. jussu corrigendæ Bibliorum editioni una cum Petro Parra sodali. Tandem defatigatus per Italiam ministeriis, in secessu Aronensis domus, quæ diœcesis Mediolanensis est, sibi antea præparato, anno MDXCVI. febre extinguitur, postquam doctrinæ pietatisque opimis editis fructibus primitivæ Societatis clarum vixisset exemplum. Opera ejus hæc extant:

Scholia in IV. Evangelia ex selectis veterum Patrum sententiis collecta. Antuerpiæ 1596. in 4. Coloniæ in 4.

Notationes in totam sacram Scripturam, quibus tum difficiles loci, tum variæ ex Hebræo, Chaldæo, & Græco lectiones mira brevitate, & vix nisi longo usu sacræ paginæ subactis lectoribus percipienda explicantur. Antuerpiæ 1598. in 4. Deinde simul cum aliis annotationibus seu scholiis *Marianæ*, & *Tirini.*

Aphorismi Confessariorum ex Doctorum sententiis collecti : diligentissimo quadraginta annorum studio elaborati. Venetiis 1595. 12. & 1602. in 24. Coloniæ 1610. 1612. & 1615. in 12. Parisiis 1609. 16. Lugduni 1612. 16. Antuerpiæque 1615. in 12. 1622. 8. & 1623. in 4. Et cum *annotationibus & locorum indicationibus Andreæ Victorelli*, theologi ac presbyteri Bassanensis, Brixiæ 1619. Romæque, ac demum Duaci 1627.

Vida del Venerable Padre Fr. Juan de Texeda de la orden de S. Francisco. Hic fuit a confessionibus Borgiæ, Gandiæ duci, posteaque Societatis Jesu sodali & generali præposito, cujus Joannis sanctitatem ea de causa Emmanuel noster scriptis consignandam suscepit. Hoc ejus opusculum manu exaratum apud se esse scriptum reliquit Julius Nigronus, ejusdem Societatis, in ejus *Regulario commentario*, & explicatione tituli, prima particula, num. 14.

D. EMMANUEL DE SALINAS, Aragonus, Oscensis, vir pius & ingeniosus, scripsit versibus:

La

La casta Susana. Oscæ 1651.

D. EMMANUEL SARMIENTO DE MENDOZA, Burgensis, in schola Salmantina olim rector cum studiis ibi operam daret, canonicus magistralis in ecclesia Hispalensi, multa doctrina atque eruditione vir, scripsit:

Militiam Evangelicam pro adornandis missionibus Apostolicis ad Evangelii inter Ethnicos publicationem fructuosam. Hispali in 8. anno 1628.

De Immunitate Ecclesiastica opus aliud attribuit ei Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro Hispalensis Ecclesiæ* pag. XLIV. quod non vidimus.

Ad hunc, qui Salmanticæ tunc versabatur studiorum rector, scripsit Justus Lipsius eam epistolam, quæ LXXXIX. in *Centuria* est *ad Italos & Hispanos*, in qua literis ad se ab eo datis *non aliud scriptum literatius tersius & toto genere eruditius se vidisse* ait.

Obiit circa annum MDCL.

EMMANUEL SEVERINUS (vulgo SEVERIM) DE FARIA, Eborensis in Lusitaniæ regno, patriæque archiepiscopalis ecclesiæ cantor, sæculo nostro spectatus, & ab omnibus Lusitanæ gentis scriptoribus summo loco habitus industriæ singularis nomine in conquirendis hujus regni antiquitatibus, eruditeque & cum judicio gravitatis pleno, ad veri obruzam examinandis, ut non immerito palmam hujus laudis ei deferre soleant qui inter Portugalliæ cives aliquo harum literarum doctrinæque honore censentur. Antonium Brandanum videsis in prologo tertiæ partis *Monarchiæ Lusitanæ*, & lib. X. cap. VII. Edidit in lucem vernacule:

Discursos varios politicos. Eboræ apud Emmanuelem Carvalho 1624. in 4. Hi sunt: I. *De la Assistencia del Rey en Lisboa.* II. *Vida de Juan de Barros.* III. *De la lengua Portuguesa.* IV. *Vida de Luis de Camoës.* V. *Del exercicio de la Caza.* VI. *Vida de Diego de Couto.* VII. *Del origen de las vestiduras, de que usó el Clero de Portugal.*

Promptuario espiritual. Hoc opus tribuit ei Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano* XXI. Aprilis.

Laudatus Brandanus, vel alii, tribuunt quoque ei sequentia, quæ nondum publicata sunt:

Noticias de Portugal: duobus voluminibus. Harum fragmentum Lusitana lingua scriptum adducit idem Cardosus XIII. Aprilis pag. 545. Prodiit sane aliqua hujusce operis pars, quæ paratior editioni forte visa fuit auctori, hoc titulo: *Noticias de Portugal oferecidas al Rey N. S. Dom Joaõ o IV. Declaraõse as grandes comodidades que tem pera crescer em gente, industria, comercio, riquezas, & forzas militares por mar, e terra: as Origẽs de tudos os apellidos & armas das familias nobres do Reino: as moedas que correaõ nesta provincia do tempo dos Romanos ate o presente, e se referem varios elogios de Principes & Varoẽs ilustres Portugueses.* Olisipone typis Craesbeckianis 1655. in folio.

Historia Eclesiastica e Arcevispos de Evora.

Linages de Portugal.

Das vidas dos Varoẽs ilustres Portugueses assi nas armas, como nas letras.

De Cardinalibus Lusitanis: opus laudat Antonius Macedo in *Lusitania purpurata.*

Catalogo de tudos os Escritores Portugueses tribuit ei jam edendum Franciscus Brandanus in prologo quintæ partis *Monarchiæ Lusitanæ.*

A vida do Padre Gaspar de Miranda da Companhia de Jesus. Cujus rei auctorem habeo Lusitanum eruditum quemdam virum.

EMMANUEL DE SOUSA, Lusitanus, Olisiponensis, cappellanus Regius Philippi Hispaniarum II. & Portugalliæ Primi, sacrorum rituum doctissimus & experientissimus, scripsit:

De Ceremoniis Ecclesiasticis. Cardosus.

EMMANUEL DE SOUSA, Lusitanus, edidit.

Obras Poeticas. Cardosus.

F. EMMANUEL DA SPERANZA, Lusitanus, Portuensis, Seraphicæ familiæ provinciæ ut vocant Portugalliæ, lector emeritus sacræ scientiæ, & examinator trium ordinum militarium, provinciæ suæ aliquando præfectus, edidit Lusitane:

Historia Serafica da ordem dos frades Menores de S. Francisco na provincia de Portugal. Primeira parte, que contem seu principio, e augmentos no estado primeiro de Custodia. Olisipone apud Craesbeck 1656. Sequetur continuatio tribus aliis.

EMMANUEL SUAREZ DE ALVERGUERIA, inter Lusitanos suos poeta vulgaris appellatus, versuum nomine a Cardoso laudatur.

EMMANUEL SUAREZ A RIBEIRA, Lusitanus, & ut accepimus Pacensis, jurisconsultus, doctus valde ac disertus sub Aria Pinelo in academia Conimbricensi, Antonio Gomezio in Salmantina, aliisque prudentiæ legalis præceptoribus huic studio data opera; devenit ut credimus usque ad locum docendi vespertinis horis (qui alter

post

poſt primum academiæ gradus eſt) pontificum canones. Profectus deinde, qua cauſa mihi ignotum, uſque ad Gallos Lugduni aliquandiu ſubſtitit, hinc Venetias, inde Patavium ſe contulit; paſſus, neſcio in quo loco, certe eo ubi verſabatur, *Annotationes* cum ſcriberet *ad Gomezii* cap. I. tomi III. *De Delictis*, a certo quodam jurato ſibi hoſte, quem *ſuum Ibim* alibi appellat, quidquid timeri potuit ab homine, quomodo ipſe refert, *omni vitiorum genere conſpurcatiſſimo, impio, exlege, A. A. nomine* (latet ille duabus his notulis) quem omnes alios precatur abominari, diriſque omnibus ac furiis devovere, execratione ut æſtimo parum Chriſtiana. Edidit, elegantiore & accuratiore ſtilo quam vulgo inter juris practici ſolet magiſtros:

Juris Obſervationum librum ſingularem. Lugduni 1562. in 8.

Theſaurum receptarum ſententiarum utriuſque juris, quas vulgus communes opiniones vocat, in alphabeti ſeriem digeſtarum. Venetiis 1569. in 8. Et Coloniæ Agrippinæ apud Joannem Gymnicum 1593. in 8. Qui etiam editus fuit in collectione auctorum, qui *De communibus opinionibus* ſcripſerunt, tom. III.

Annotationes ad Antonii Gomezii Variarum reſolutionum libros: quibuſcum editos vidimus, tum alibi, tum Venetiis anno 1586. in 4.

Annotationes breviores marginales ad Arii Pineli præceptoris olim ſui commentarios in Rub. & Leg. II. C. de Reſcind. vendit. Venetiis 1570. in 8.

Parabat utilitati publicæ majora quædam, ut ipſe ait in *Receptarum* nuncupatione, ſcilicet: *Obſervationes contra communes opiniones*: item *Regularum Juris Theſaurum*: atque etiam alium *Theſaurum verborum Juris.* Scripſiſſe quoque Ribeiram credimus in *cauſa ſucceſſionis ad regnum Portugalliæ* pro Brigantina duciſſa. Laudat quoque ipſe ſua in *Tit. de Juſtitia & Jure commentaria* in nota quadam marginali ad Pinelum *de Reſcind. vendit.* pag. 3.

EMMANUEL SUEIRO, Hiſpanis Luſitanis parentibus ex oppido Villa de Loule in Algarbiorum regno Antuerpiæ natus, aliis infans ex patria ductus Antuerpiam, Chriſti militiæ eques, Belgarum ipſorum cenſione, qui recti literarum atque idonei quidem ſunt judices, Hiſpaniæ noſtræ in eo tractu decus, in antiquitatibus cum ſacris tum profanis verſatiſſimus, variarum linguarum & diſciplinarum, præcipue hiſtoriæ & mathematicæ, gnarus, politiſſimi vir ingenii, edidit lingua vernacula Caſtellæ:

Deſcripcion breve del Pais baxo. Antuerpiæ 1622. 8.

Annales de Flandes: duobus tomis. Ibidem 1624. folio.

Sitio de Breda rendida a las armas del Rey D. Felipe: ex Latino Hermanni Ugonis Jeſuitæ. Ibidem apud Plantinum 1627. folio.

Ex Latino quoque ſuorum auctorum convertit eleganter:

Obras de Cayo Criſpo Saluſtio. Antuerpiæ apud Joannem Resberg 1615. in 4.

Obras de Cayo Veleyo Paterculo. Ibidem 1630. in 8.

Obras de Cayo Cornelio Tacito: poſt Antonii de Herrera aliqualem, Balthaſaris de Alamos & Caroli Coloma, illuſtrium virorum, integram operam in hujuſmet auctoris interpretatione poſitam. Antuerpiæ apud Bellerum 1613. in 4.

Teſtatum fuiſſe ſcio Emmanuelem in Velleji editione ſe in Paulo Jovio interpretando & a falſis quibuſdam expurgando occupatum. Obiit tamen, quin perficeret opus, Bruxellis anno MDCXXIX. Jacet tamen ejus corpus Antuerpiæ in cappella Deiparæ Virginis de Conceptione ab ipſo ædificata in Carmelitarum Reformatorum templo.

F. EMMANUEL TAMAYO, Beacienſis, ordinis Minorum provinciæ Granatenſis, cui & præfuit, ſacræ theologiæ lector emeritus, & a cenſura theologica apud violatæ fidei judices, ſcripſit:

Diſcurſos Apologeticos de las reliquias de S. Bonoſo, y Maximino, y de los demas Martyres que ſe hallaron en Arjona; y de los milagros que Dios ha obrado por ellos antes, y deſpues de ſu invencion. Beatiæ apud Petrum de Cueſta in 4. Edita ſimul fuit Hiſpanica Franciſci Bivarii Ciſtercienſis epiſtola eminentiſſimo cardinali Sandovalio, Gienenſi epiſcopo, pro approbatione actorum hujus martyrii directa.

EMMANUEL TEMUDO DA FONSECA, Luſitanus, juris doctor, archiepiſcopatus Oliſiponenſis ſede vacante vicarius generalis, ſcripſiſſe dicitur, quas nondum vidimus:

Deciſiones Eccleſiaſticas: duabus aut pluribus partibus. Oliſipone 1650.

EMMANUEL THOMAS, laudatur a Georgio Cardoſo in *Agiologii Luſitani* die XXVI. Maii, lit. c. uti auctor operis:

A Inſulana inſcripti: Luſitani ut ſuſpicor, in quo forte de inſulis, ſive de aliquibus earum tradat.

EMMANUEL THOMAS, Luſitanus, Gui-

Guimaranensis, sed Maderæ insulæ incola, poeta vernaculus, dedit foras:

O Fenix da Lusitania ou acclamaçaõ do Serenissimo Rey de Portugal D. Joam IV. de nome Poema heroico. Rhotomagi ut sonat per Laurentium Maurry 1649. 4. Principio hujus operis sat clare ostendit se in laudem S. Thomæ Aquinatis similiter versibus panxisse aliquid.

EMMANUEL DE TORDESILLAS, scripsit:

Relacion verdadera donde se discurre de la presente guerra del Frioli. Matriti 1616. Adversus quam Prosperus Urbanus quidam edidit *Diffesa della Republica di Venetia* &c.

EMMANUEL DE VALDERRAMA, medicus Cæsaraugustanus, dedit foras libellum:

De Usu Colochintidis. Cæsaraugustæ 1601. in 8.

EMMANUEL VALLE DE MOURA, Lusitanus, Calanticensis (Arraiolos oppidum est Transtaganæ provinciæ) in Eborensi & Conimbricensi academiis data studiis opera, Alexandri & Philippi fratrum germanorum Theodosii II. Brigantini ducis studia rexit. Post curatas ipse religionis res in deputati ut vocant S. Inquisitionis munere, quod perplures annos administravit, datus tandem fuit Eborensibus inquisitor hæreticæ atque Judaicæ pravitatis, vir admodum eruditus, magnoque inter cives suos pretio habitus. Scripsit eleganter:

De Incantationibus, & Ensalmis. Eboræ 1620. in folio, typis Laurentii Craesbeck.

De Stigmatibus item *S. Francisco impressis ab Angelo, non ab ipso Jesu Domino nostro crucifixo.* Adjungere possum audivisse me a quodam Seraphici hujus ordinis sodali Mouram a tempore conscripti hujus postremi commentarii cæcitatem incurrisse, qua veluti mulctatus postea diu vixit. Quod quidem sicut affirmare nequeo, ita dissimulare non debui. Certe in prologo sui *de Incantationibus* operis fecit lectoribus duodecim aliorum, quibus jam publicationem expediebat, spem.

EMMANUEL DE VARGAS, Jesuita, edidit, credo Hispane:

Relacion de los milagros, que por una Imagen del Beato Padre Francisco de Borja obra Nuestro Señor en el Nuevo Reyno de Granada: quam approbavit rite, ut moris & juris est, archiepiscopus S. Fidei. Matriti apud Andream Parra, & Neapoli Italice per Vincentium Francum 1629.

EMMANUEL DE VEGA, Lusitanus, Conimbricensis, ex sodalitio Societatis Jesu, theologiæ doctor, aliquandoque in Vilnensi Lituaniæ ducatus academia professor, plusquam xc. annis natus Romæ denascitur anno MDCXL. cum scripsisset:

Assertiones Theologicas de Eucharistiæ Augustissimo Sacramento. Vilnæ 1585. in 4. Antuerpiæ 1586. 4.

De Divinissimo & tremendo Missæ Sacrificio. Vilnæ 1586. in 4.

De cultu sacrarum Imaginum, & Invocatione Sanctorum contra librum Volani de Idololatria Jesuitarum. Ibidem.

De Vita & miraculis Lutheri, Calvini & Bezæ. Ibidem.

Theses de distributione Sacræ Eucharistiæ sub una specie contra Husitas. Pragæ.

Falsi Samosatiniani Dei oppugnationem, ac æternæ Christi generationis, veræque Deitatis defensionem. Viennæ Austriæ 1590.

De Principiis fidei. Viennæ.

Quæstiones selectas de libertate Dei, & Hominis. De Prædestinatione. De Concordia summorum nostri temporis Theologorum. Romæ 1639.

EMMANUEL DE VEGA, seu VEIGA, Lusitanus, S. I. constans in Brasiliæ partibus Evangelii minister, scripsit lingua Maramomissiorum *Cathechismum & Dictionarium Grammaticamque* ejusdem linguæ.

De eo agit Sebastianus Berettarius lib. III. *vitæ Josephi Anchietæ.*

EMMANUEL DE VEGA, ni fallor diversus a ceteris cognominibus, dedit:

Retiro de profanas conversaciones para monjas. Matriti 1651.

EMMANUEL DE VEIGA TAGARRO, Lusitanus, poeta, diversarum eclogarum & odarum collectionem hac inscriptione in publicum dedit:

Lauro de Anfriso. Eboræ 1627. in 4. Quam ut suspicamur cum titulo *Rimas varias* recoxit Rhotomagi in Gallia anno 1646. 8.

EMMANUEL DE VEIGA, diversus ab aliis ejusdem nominis, Lusitanus tamen & ipse, Villaviziosæ natus, ac Societatis Jesu presbyter, edidit Lusitane:

Relaçam geral do estado da Christiandade de Ethiopia &c. Olisipone apud Matthæum Pinheiro 1628. in 4. ex epistolis patrum Societatis exinde scriptis anno MDCXXIV. XXV. & XXVII. Quæ quidem Castellæ sermone conversa extat MS. in bibliotheca collegii S. Pauli Granatensis. Item suppresso nomine:

Vi-

Vida del Venerable Simão Gomez. Sartor hic fuit ſanctitate vitæ eximius, qui anno MDLXXVI. ad ſuperos abiit. Anno 1625.

Vida do Padre Vaſco Pirez da Companhia de Jeſus: nondum tamen editam ut auctor inquit *Bibliothecæ Societatis.*

Memorial de la Fundacion de la caſa profeſa de S. Roque de Lisboa tribuit Emmanueli a Veiga Georgius Cardoſus in *Agiologio Luſitano*; incertum nobis cuinam ex jam laudatis.

D. EMMANUEL DE VILLASUSO, PERLINES ET GUEVARA, collegii Sancti Jacobi, vulgo Archiepiſcopi, ſodalis, edidit:

Votum gratulatorium, ſeu Hiſtorico-Juridicum, Panegyricumque Tractatum de Fœlici die Nativitatis Principum. Salmanticæ apud Joſephum Gomez de los Cubos 1658. in 4.

D. EMMANUEL DE VILLEGAS, mihi alias ignotus, foras dediſſe refertur:

Los cinco libros de la Conſolacion de Boecio: ſcilicet ex Latino auctoris in vernaculum converſos circa annum 1665. Matriti ut exiſtimo.

ENECUS, vulgo IÑIGO.

D. ENECUS ABARCA DE BOLEA, Cæſarauguſtanus eques, pietate vir non vulgari, quod oſtendunt opera ab illo edita, ſcilicet:

Baculo de nueſtra peregrinacion: ſive de conſignanda Deo voluntate hominis. Cæſarauguſtæ 1550. metricum opus. Deinde:

De la Oracion mental, con una ſuma de la miſma oracion: & alia pia. 1552.

Union del alma. Ibidem 1570. in 8. niſi idem ſit opus cum priore illo.

D. ENECUS DE AGUIRRE, ſcripſit verſibus:

El Heroe Santo Domingo de Guzman. Matriti 1641. in 4.

D. ENECUS ANTONIUS DE ARGUELLO CARVAJAL, laudatur a D. Joſepho Pellizer Regio archichronographo propter ſcriptum:

Memorial de la Caſa de los Vargas.

D. ENECUS FERNANDEZ DE VELASCO, magnus Caſtellæ comeſtabilis, reliquit ſcriptum in ſchedis:

Linages de Eſpaña: quo uſus fuit libro Gundiſalvus Argote de Molina.

ENECUS DE LODOSA, Navarrus, ex oppido Puente la Reyna, primariæ nobilitatis parentibus natus, Societati cum ſe mancipaſſet grammaticam atque inde theologiam decem annis docuit, Deiparæ Virginis cultor eximius, cujus in laudem vernaculum dedit opus:

De que la devocion a Nueſtra Señora es ſeñal de predeſtinacion. Pampilone editum apud Didacum de Zavala 1654. Atque ibidem iterum apud Gaſparem Martinez 1658. in 4.

D. ENECUS LOPEZ DE MENDOZA, dux IV. del Infantado, V. vero marchio de Santillana &c. Didaci ducis III. & Mariæ Pimenteliæ filius, eques Aurei velleris, ſub Carolo Imperatore & Philippo II. vixit majorum æmulus, familiæque nobiliſſimæ numquam pœnitendus. Cum literas is efflictim amaret, varium & multiplex confecit opus:

Memorial de las coſas notables inſcriptum, Guadalaxaræque editum typis Petri de Robles 1564. in folio.

Quæſtiones item *de Templo Salomonis* Joanni Vergaræ canonico Toletano propoſuit, quibus ille integro libello reſpondit.

Denatus eſt XVIII. Septembris MDLXVI.

D. ENECUS DE MENDOZA ET ZUÑIGA, Petri de Zuñiga & Catharinæ a Velaſco, comitum Mirandæ, filius, Caurienſis indeque Burgenſis epiſcopus, Sanctæque Romanæ eccleſiæ cardinalis a Clemente VII. creatus anno exacti ſæculi XXX. Romæ obiit IX. Julii MDXXXVIII. De quo adhuc privato ſic exiſtimabat Lucius Marinæus Siculus: *Ignicus Mendozinus*, ait, *theologus & concionator egregius, atque poeta ſingularis, non ingenii minus præſtantia quam generis nobilitate pollet. Eum enim quoties audivi concionantem, ejus & doctrinam, & dicendi copiam, & orandi morem ac venuſtatem valde ſum admiratus. Hunc nempe natura poetam, hunc oratorem formavit; nec ei concionandi ſolum munus natura, ſed ſcribendi quoque & componendi omnem artem tribuiſſe omnium doctorum judicio confirmatur. Plura namque opera ſermone edidit Hiſpano, quæ merito veterum libris conferri poſſis. Ejus autem ego libris non minus libenter utor, quam præſtantiſſimorum veterum poetarum operibus, quibus magnopere delector. Utor præcipue ex operibus hujus eo libro, quem* De vita Chriſti *inſcripſit: ille enim plurima continet, quæ lectorum animos lactant atque reficiunt, & ingenii fructu ac ſuavitate delectant.* Hæc Marinæus. Huic inſcriptæ ſunt Joannis Geneſii Sepulvedæ epiſtolæ XIII. XIV. & XV. lib. II. epiſtolarum datæ anno MDXXXIII. in quarum prima obitum deflet Jacobi Stunicæ ejus fratris: in alte-

tera Stunicæ *Annotationum in Erasmum* meminit, easque ad eumdem Erasmum ab hoc Eneco cardinali missas refert. Sed cum nullam hic mentionem faciat status ejus religiosi, valde miror D. Thomam Tamajum in *Catalogo librorum Hispanorum* tribuere fratri Eneco de Mendoza Franciscano *La vida de Christo en metro Castellano*, Hispali editam anno 1611. 8. Pinciæque apud Fernandez de Cordova 1615. 8. Atque item aliud opus ita nuncupatum *Justa de la razon contra la sensualidad*: metricum & ipsum, Cæsaraugustæ in folio editum anno 1509. Quem quidem neutiquam agnoscit sodalem sui ordinis Lucas Waddingus. F. Eneco de Zuñiga, ut videbimus, tribui solet libellus *Refugio del Alma* inscriptus: atque item F. Eneco de Mendoza auctore editum olim fuit Cæsaraugustæ anno 1492. Systema, *Obras de Devocion* indigitatum. Hæreo, nec certi quidquam in hac re, cum Romæ sim, longeque a bibliothecis Hispanis, in quibus latent prisca hæc monumenta, affirmare possum. Post editum hujus elogium vidimus in bibliotheca Sapientiæ Romanæ ab Alexandro VII. P. M. constructa, quæ olim fuit ducis Urbini, *Vitam Christi* auctore F. Eneco de Mendoza, quam scripsisse dicitur ut D. Joannæ a Cartagena obsequeretur. Incipit:

Aclara Sol divinal
La cerrada niebla escura &c.

Sequuntur varia carmina diversorum, & inter hæc ejusdem Eneci *Coplas a la Veronica. Los siete gozos de Nuestra Señora. La justa de la razon contra la sensualidad*: in quo ultimo, quod Elisabethæ Reginæ serenissimæ inscribit, sodalem se ordinis Minorum Observantiæ esse demonstrat. Editio hæc Cæsaraugustæ facta est in officina Pauli Hurus de Constantia 1495. in folio. Diversus igitur est auctor hujus operis ab Eneco cardinali, qui vere mortuus est anno MDXXXIX. uti legitur in ejus sepulcro, quod in Præmonstratensium monasterio, La Vid nuncupato, est, non anno MDXXXVIII. ut in elogio editum fuit. Quod autem supra affirmavimus creatum fuisse cardinalem Enecum laudatum anno MDXXX. Contelorii Elenchum Cardinalium sequuti affirmavimus, quamvis aliis aliter placeat: qui Contelorius parte altera pag. 147. secreto ait creatum Bononiæ hoc anno, attamen non ante diem XXII. Aprilis MDXXXII. publicatum fuisse.

F. ENECUS PORCEL, ordinis Sanctissimæ Trinitatis, utramque provinciam, nempe Castellanam & Bæticam, rexit præfectus, vir pietate non minus quam natalibus nobilis. Scripsit:

Florem observantiæ: librum scilicet ita nuncupatum. Præter domesticos laudat eum Martinus de Ximena Jurado in *Annalibus Giennensibus*, dum agit de monasterio urbis Ubedæ.

F. ENECUS DE ZUÑIGA, nescio cujus sacræ familiæ sodalis, scripsit:

Refugio del Alma. Nisi idem sit cum Eneco de Mendoza & Zuñiga ut annotavimus.

EUGENIUS.

F. EUGENIUS DE GUADALUPE, Extremaduranus, ordinis Minorum provinciæ Angelorum, lector emeritus, serenissimæ Hispan. Infanti Margaritæ Imperatrici Augustæ a confessionibus, quo munere etiam in monasterio Excalceatarum ejusdem ordinis Matritensi functus est, commissarius postea generalis Indiarum, & vicecommissarius generalis familiæ illius, quæ ibidem Cismontana appellatur, in Italia vero Ultramontana, edidit:

Historia de la Provincia de los Angeles de la Orden de San Francisco de la Observancia. Madriti anno 1662. in folio.

EUGENIUS DE MANZANAS, Toletanus, scripsit:

Enfrenamiento de gineta. Apud Joannem Rodriguez 1583. in 4.

F. EUGENIUS MARTINEZ, Toletanus, Cistercienſis monachus Hortensis cœnobii, edidit carmine:

Libro de la vida, y martyrio de Santa Ines. Compluti 1592. in 8. Similiterque:

Vida de Santa Catarina virgen y martyr. Priusquam religioso instituto se addixisset luserat profanum poema prosaicum hac inscriptione:

La Toledana discreta. Toleti 1599. & 1604. in 4.

Manuscriptum se vidisse in ejus cella tractatum *De natura Deorum* (vernaculum credo) Chrysostomus Henriquez in *Phœnice* suo affirmavit.

F. EUGENIUS MARTINEZ, a superiore alius, si falsus non est *Bibliothecæ Cistercienſis* auctor, Cistercienſis & ipse monachus Vallisecclesiarum monasterii, cujus & abbas fuit, duobus ante mortem annis in villam quamdam secedens, pie atque erudite mystico sensu scripsit:

In Cap. XXV. Exodi, & in Prophetiam Jonæ integram expositiones.

EUGENIUS DE NARBONA, Toletanus, Canonici juris doctor, parochusque in ecclesia Sancti Christophori. ejusdem urbis,

bis, protonotarius Apoſtolicus, vir doctus eruditus ac diſertus, grato animo in patronum ſuum D. Petrum Tenorium, veterem ſub Joanne I. & Henrico III. Caſtellæ Regibus Toleti antiſtitem, cujus in edicula ſeu capella, Blaſio pontifici ſacra, ejuſdem Toletanæ eccleſiæ ſacerdotium non exile obtinuerat, eleganter edidit:

Hiſtoria de D. Pedro Tenorio Arzobiſpo de Toledo: duobus libris. Toleti apud Joannem Ruiz Pereda 1624. 4. Item:

Doctrina Politica civil eſcrita por Aforiſmos. Matriti 1621. in 8.

Exercicios eſpirituales, y oracion afectuoſa para eſtar en preſencia del Santiſimo Sacramento. Toleti 1624.

Manuſcripta reliquit moriens LV. circiter anno ætatis, preloque matura, atque omnibus neceſſariis facultatibus munita, quæ ſequuntur, ut literis ſuis D. Joannes de Narbona, Eugenii ex fratre ut credo nepos, de quo ſuo loco egimus, olim nos monuit:

Annales Ecleſiaſticos deſde el nacimiento de Jeſu Chriſto Nueſtro Señor.

La Recuperacion del Braſil.

Don Felix de Luna: ſive ſub hoc nomine vitam & res geſtas D. Gaſparis de Guzman, comitis de Olivares.

Hiſtoriam quoque *urbis* ſuæ *Toletanæ* bona ex parte confecit.

D. EUGENIUS DE PASTRANA, ſcripſiſſe atque circa annum 1665. publicaſſe dicitur:

Silva racional, y eſpiritual de los Divinos Oficios. Matriti 1664. in folio.

EUGENIUS DE ROBLES, Toletanus, ad S. Marcum parochus, qui tandem profeſſus fuit religioſæ vitæ inſtitutum inter Clericos Regulares Minores, inter quos vixiſſe eum mira abſtinentia & contemplationis aſſiduitate domeſtici affirmant, ſcripſit cum ſacerdos eſſet ſæcularis, & cappellanus cappellæ quam dicunt Muzarabum:

Compendio de la vida, y hazañas del Cardenal D. Fray Franciſco Ximenez de Ciſneros Arzobiſpo de Toledo; y del Oficio, y Miſa Muzarabe. Toleti apud Petrum Rodriguez 1604. 4.

Relacion, y modo de rezo del Oficio Gotico Mozarabe, que en la Capilla del Corpus Chriſti de la Igleſia de Toledo ſe conſerva. Ibidem 1603. in 4.

EUGENIUS ROMERO, canonicus eccleſiæ de Antequera in provincia Novi Orbis cui Guaxaca nomen eſt, theologus, edidit linguis incolarum vernaculis *Arte para aprender las lenguas Mexicana, y Totonaca*: de quo teſtem habeo Ægidium Gonzalez Davila in *Theatro Indico Ecleſiaſtico.*

EUGENIUS DE SALAZAR, juris doctor, rerum Indicarum ſenator Regius, MS. reliquit utraque lingua Latina & Hiſpana:

De los negocios incidentes en las Audiencias de las Indias. Antonius de Leon in *Bibliotheca Indica* mihi auctor eſt.

EUSEBIUS.

F. EUSEBIUS DE HERRERA, Medinenſis, ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Burgis inter ſodales theologiæ lector, ſcripſit:

Deciſiones morales del Eſtado de la Religion. Burgis apud Petrum de Huidobro 1623. in 8.

EUSTACHIUS.

EUSTACHIUS MOROS DE CERVANTES, Cantaber uti appellat ipſe ſe:

Dictionarium Eccleſiaſticum, olim per Rudericum Fernandez de Santaella, utcumque prout tunc ferebant tempora concinnatum, locupletavit & auxit. Prodiit hoc apud Joannem Gratianum Compluti in folio 1572. Promiſerat adjuncturum ſe huic operi *Lexicum Medicinæ*: itemque *Dictionarium Latino-hiſpanicum*, & *Hiſpanico-latinum.*

EUSTACHIUS MUÑOZ, Conchenſis canonicus, ſcripſiſſe fertur, inviſa tamen mihi hactenus:

Vida de S. Julian Obiſpo de Cuenca.

Hiſtoria de la Ciudad de Cuenca.

F

FABIANUS.

FABIANUS DA MOTA, Luſitanus, ſcripſit, Cardoſo teſte, vernaculo gentis ſermone:

Hiſtoria da India.

FABIANUS NEGRETE, neſcio quis, in noſtrum ſermonem ex Latino auctoris convertit:

Faſciculum Temporum: quod curioſe deſcriptum, & orbiculis ſeu loculis propriorum nominum præcipuorum ſuis ornatum, poſſidet Matriti D. Joannes Lucas Corteſius, amicus & civis noſter.

FABIUS.

FABIUS CLIMENT, ſuppoſititium nomen eſt, ſub quo latere voluit D. Hyacinthus de Villalpando, Oſeræ marchio in Ara-

Aragoniæ regno, suo loco jam laudandus.

FABRICIUS.

D. FABRICIUS PONS DE CASTELVI, Catalanus, Ludovici ejus, qui Tarraconenses antiquitates in commentarium redegit, nepos, eques D. Jacobi, toparcha in Masricart, legumque ipse creatus doctor, dum pro fide Regi debita, ne perduellibus consentiret, extra patriam peregrinatur edidit sermone Castellano:

Gustavo Adolfo Rey de Suecia, vencedor, y vencido en Alemania. Matriti 1648. 4.

Vida, y hechos de Nueva-villa Señor de Villeroy.

FACUNDUS.

F. FACUNDUS DE TORRES, patria ex oppido Sahagun, Benedictinus monachus, sacræ theologiæ magister, domusque Regiæ Benedicti patriarchæ ejusdem loci semel atque iterum tertioque præfectus, Philippi IV. ecclesiastes, typis edidit:

Filosofia moral de Eclesiasticos: scilicet de officiis eorum, ex quo ad primos ordines admittuntur usque dum sacros percipiunt, rite ac ex muneris dignitate adimplendis. Barcinone 1621. folio apud Stephanum Liberos.

Decessit, creatus jam archiepiscopus insulæ S. Dominici apud occidentales Indos, anno MDCXL. VI. kalendas Octobris, multa virtutum fama.

FAUSTINUS.

F. FAUSTINUS A MATRE DEI, Lusitanus, ordinis Minorum Observantiæ provinciæ Portugalliæ, confessarius ut vocant sanctimonialium ejusdem ordinis cœnobii da Esperanza urbis Ulisiponensis, edidit:

Primeira Parte de Florilegio espiritual colhido da doutrina dos Santos Padres, e de varios Doutores, e Mestres de spiritu aplicado a perfeiçaõ da vida religiosa sobre o Psalmo, Beati immaculati in via, &c. segondo a exposiçaõ do Doutor Serafico Bonaventura sobre o mesmo Psalmo: in 4.

FEDERICUS.

FEDERICUS FURIUS SERIOLANUS (vulgari appellatione Valentinæ gentis, ex cujus regni urbe primaria oriundus erat, SERIOL dictus) non alio aptiori potest elogio commendari quam est Jacobi Augusti Thuani hoc ex lib. *Histor. sui temporis* CIV. *Ex eodem genere*, inquit, *commemorandus superest Fridericus Furius Cæriolanus Valentiæ Contestanorum* (Edetanorum dixisset melius) *natus, qui cum prima literarum stipendia Lutetiæ fecisset, inde Lovanium profectus cum Bononia Siculo theologiæ professore de Bibliis in vernaculam linguam vertendis acri disceptatione contendit, eamque scripto comprehensam in Germaniam profectus publicavit, atque ob id censoriæ notæ postea acumine perstrictus est. Verum rara hominis eruditione, & singulari animi candore, atque caritate perspecta, Carolus Cæsar, optimus ingeniorum censor, eum & periculo exemit, & ex Germania ad Philippum filium misit, a cujus comitatu ille deinceps numquam discessit, & ardente bellis Belgio nihil non fecit ut conciliandorum ratio iniretur, sicuti suo loco demonstravimus. Scripsit & de Consiliis, & de Consiliarii officio: & tota vita cœlebs Pinciæ ad meliorem vitam hoc anno migravit.* Hæc Thuanus res anni MDXCII. gestas memorans. Liber jam laudatus prodiit hoc titulo insignis sermone vernaculo:

Del Consejo, y Consejero .... Quem primus vertit in Latinum Simon Schardius, cujus quidem interpretationem, una cum Petri Magni Parmensis, & Hippolyti a Collibus ejusdem argumenti tractatibus, edidit Andreas Scotus Coloniæ 1618. in 16. Deinde iterum interpretatus est Christophorus Varsevicius, publicavitque cum proprio tractatu *de Legato & legatione* Dantisci 1646. non sine insigni hac operis commendatione: *Hoc opus multis multorum*, ait, *vel longissimis commentationibus est præferendum. Sic enim respondit acumen ingenii pectoris candori, & disputandi subtilitas sententiarum gravitati ut tales Cæriolæ consiliarii omni ævo optari quam sperari videantur mihi magis potuisse*. Hæc ille.

Scripsit quoque:

Rhetoricorum lib. III. Lovanii editos. Necnon & orationem, sive opusculum illud, de quo Thuanus retulit, nempe:

Bononiam, sive de libris sacris convertendis in vernaculam linguam: libris duobus. Quod in *Indice librorum prohibitorum Concilii Tridentini* nota prohibitionis affectum conspicitur.

Cancellarium hunc Regis Poloniæ, nescio unde contracto errore, Philippique nostri Regis II. familiarem, in quo falsus non est, appellat Gaspar Escolanus in *Valentina Historia.* Ejusdem quoque Regis Hispaniarum historicum vocat Scotus.

D. FEDERICUS HENRIQUEZ, Castellæ archithalassus (Almirante nos dicimus) inscriptum suo nomini librum, *Las Preguntas del Almirante* nuncupatum, non facile pro germano ingenii sui monumento venditari permisisset si vivus adhuc inter nos degeret, sed pro anonymi Franciscani opere, qui respondens interrogationibus cati hujus viri, interrogationes ipsas versibus formavisse credendus est. Prodiit duabus partibus: priorem Ma-

Matriti apud Franciſcum Fernandez de Cordoba 1545. in folio, alteram Pinciæ apud eumdem 1552. in folio excuſam novimus.

D. FEDERICUS HENRIQUEZ DE RIBERA, Tariſæ marchio, Bæticæ provinciæ magnus juridicus, qui juxta politiæ antiquæ noſtratis rationem Adelantado mayor del Andalucia vulgo audit, pio affectu luſtrandi ſacra illa redemptionis humanæ loca Hieroſolymitanum iter aggreſſus eſt; ſumpto privati hominis ſchemate ne a Turcis, lubricæ fidei barbaris, prædæque omnino intentis, dignoſceretur, alias non facile dimittendus; bienniоque nondum abſoluto reverſus, extare hujus expeditionis voluit hiſtoriam, cui inſcripſit:

El Viage que hizo a Ieruſalem deſde XXIV. de Noviembre de MDXVIII. que ſalió de ſu Villa de Bornos haſta XX. de Octubre de MDXX. que entró en Sevilla. Oliſipone prodiit 1580. in 4. Adjungitur heroicis verſibus ejuſdem peregrinationis deſcriptio Joanne de la Enzina auctore, qui marchionem comitatus fuit. Ex quo opere continens Federici laudes fragmentum, rude licet, incompoſitæque vetuſtatis, adjungere non extra rem erit:

D. Fedrique Henriquez, y mas de Ribera,
Marques de Tariſa, el qual tambien era
Del Andalucia Gran Adelantado,
De ſangre muy noble, de iluſtre linage
De quatro coſtados de generaciones,
Henriquez, Riberas, Mendozas, Quiñones,
Señor muy humano, muy llano en ſu trage,
Muy gran juſticiero, veridico y ſage,
Mas hombre de hecho que no de apariencia,
Hallandoſe rico de muebles y herencia
A Ieruſalem tomó ſu viage, &c.

D. FEDERICUS MOLES, Hieroſolymitanæ militiæ eques, ſcripſit:

Relacion tragica del Veſuvio: ad excellentiſſimum ducem Medinæturrium, Neapolis proregem. Neapoli apud Lazarum Scorigium 1631. 4.

Guerra entre Ferdinando Segundo Emperador Romano, y Guſtavo Adolfo Rey de Suecia. Matriti apud Franciſcum Martinez 1637. 4.

Audiencia de Principes. Matriti Regiis typis eodem anno in 4.

Amiſtades de Principes. Ibidem 1637.

D. FEDERICUS DE ZUÑIGA ET SOTOMAYOR, Mirabelli Brantevillæ & Alconcheli toparcha, cujus filiam Mariam uxorem ducens D. Ludovicus Davila, is qui bellum Caroli Cæſaris Germanicum eleganti commentario deſcripſit, hereditate & familia potitus fuit, marchionis ipſe titulum oppidi Mirabelli beneficentia Caroli promeritus, ſcripſit:

Libro de Cetreria de Caza de Azor, de Halcones, y de todas aves de rapiña. Salmanticæ apud Joannem Canovam 1565. in 4.

FELICIANA.

FELICIANA EUPHROSINA DE S. JOSEPHO, Calagurritana virgo, Joannis Baſilii a Santoro, illius qui *Sanctorum Vitas* ſtilo vernaculo pie & eleganter duxit, filia, Carmelitarum Excalceatarum Cæſarauguſtanæ urbis ſodalis, clariſſimum heroicarum virtutum omnium cœleſtiumque a Deo large conceſſarum gratiarum exemplar, ſcripſit ad ſororum inſtructionem:

Inſtruccion de Religioſas, o Recreacion eſpiritual: quæ edita eſt una cum *Hiſtoria de rebus ejus geſtis* a Domino Michaele Baptiſta de Lanuza, hiſtoriæ auctore, Cæſarauguſtæ apud Dominicum Lapujada 1654. in 4.

D. FELICIANA HENRIQUEZ DE GUZMAN, Hiſpalenſis, claro in femineo ſexu pluſquam muliebris ingenii, nec tamen apud nos infrequenti exemplo, carmine compoſuit vernaculo haud ineleganter:

Tragicomedia: *Los Jardines, y Campos Sabeos, Primera, y Segunda Parte.* Uliſipone 1627. Atque antea Conimbricæ 1624. in 4. apud Jacobum Carvalho.

FELICIANUS.

F. FELICIANUS COELHO, Luſitanus, Ciſtercienſis, abbas Alcobazienſis monaſterii, ſcripſiſſe refertur:

Tractatum de Modo orandi, & meditandi. Cardoſus.

FELICIANUS MARAÑON DE MENDOZA, doctor theologus, Colomeræ oppidi Granatenſis diœceſis parochus, necnon & alterius oppidi de Jubiles ejuſdem territorii ſacri vicarius pro antiſtite, dedit in lucem:

Primera Parte del Mayorazgo real de Nueſtro Señor, y Padre Jeſus. Granatæ apud Franciſcum Heilan 1622. in 4. Inſtitutiones nimirum morales de auguſtiſſimo Euchariſtiæ ſacramento.

FELICIANUS DE OLIVA ET SOUSA, Luſitanus, juris Canonici doctor, Elvenſis prius, deinde Bracharenſis antiſtitum vicarius generalis; cum Portugallia orba eſſe paſtoribus cœpit belli temporis proxime ſuperioris cauſa, Viſenſem epiſcopatum, poſteaque Lamecenſem pro epiſcopo adminiſtravit. Docte quidem is poſt innumeros diſpu-

putavit de ecclesiasticæ & sæcularis potestatum viribus concursuque, tractatu edito:

De Foro Ecclesiæ, sive de potestatibus spirituali ac temporali, tribus partibus: quarum duas tantum hactenus vidimus Conimbricæ publicatas ex officina Sebastiani de Carvalho anno 1649. & 1650. in folio: integrum deinde opus Coloniæ Allobrogum a Leonardo Chovet anno 1678. in folio editum fuit.

FELICIANUS DE SILVA, Tristani a Silva Rodericopolitani civis filius, nobilitatis passim notæ familia editus, de otio suo, aut de tempore potius, ludere voluit scribens confictitii herois historiam, scilicet:

D. Florisel de Niquea. Cæsaraugustæ apud Petrum de la Floresta IV. voluminibus 1568. folio. Harum tres partes vidimus in bibliotheca Sapientiæ Romanæ, quæ ducis fuit de Urbino, ab Alexandro VII. in Urbem advecta & publico usui dedicata, nempe his titulis inscriptas:

La Coronica de los muy valientes Cavalleros D. Florisel de Niquea, y el fuerte Anaxartes hijos del excelente Principe Amadis de Grecia emendada del estilo antiguo segun que la escrivió Cirfea Reyna de Argines. Ulisipone per Marcum Borges 1566. folio.

La Primera parte de la quarta de la Coronica del Excelentisimo Principe D. Florisel de Niquea que fue escrita en Griego por Galersis, y sacada en Latin por Philastes Campaneo. Salmanticæ per Andream de Portonariis 1551. folio, Mariæ Imperatrici nuncupatam. In privilegio Regio appellatur hic liber: *D. Rogel de Grecia.*

Libro segundo de la quarta, y gran parte del Excelente Principe D. Florisel de Niquea en que se trata principalmente de los amores del Principe D. Rogel, y de la muy hermosa Archisidea, &c. Ibidem in folio. Innuit auctor in fine huic libro succedere alterum, scilicet tertium:

De la Historia de D. Silvis de la Selva: de quo dicimus in ANONYMO auctore celebratissimi operis *De Amadis de Gaula*.

Scripsisse etiam dicitur:

La quarta parte del Cavallero del Febo. Hic alius est ex Amadisiadum cohorte.

FELICIANUS DE SOLIS, Matritensis, jurisconsultus, non tamen sine adjumento & ornamento aliarum disciplinarum, quibus non mediocrem navasse operam ipse sibi nonnusquam arrogat. Compluti jus professus Canonicum ad primariam usque assignatam huic docendo cathedram merito suo fuit perlatus, quo tempore commentabatur:

De Censibus, quatuor libris. Compluti apud Joannem Gratianum 1549. in folio. Cui adjunxit postea:

Appendicem ad priores hos de Censibus commentarios, sive tomum secundum. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1605. in folio.

Corunienfis prætorii judicem factum obiisse diem suum a non nemine audivimus. Celebratur quodam carmine a Georgio de Montemaior, quod inter carmina ejus est pag. 83.

FELICIANUS DE VEGA, Peruanus, in urbe Limana regni ac totius Americæ meridionalis principe ortus, sanctitate morum, æque ac doctrinæ celebritate, quam utriusque juris maximam adeptus est, inter rara occidentalis plagæ illius ornamenta connumerandus. Quippe tam Canonicæ quam Civilis prudentiæ variis temporibus in ejusdem urbis Limæ gymnasio professor extitit. Sed obtenta Pontificii juris primaria, hoc est antemeridiana, post gubernatam vespertinam legum cathedram, ecclesiasticæ isti professioni operam dedit usque ad vacationis emeritum, pro more illius & aliarum academiarum tempus. Interim causas in foro defendere, proregibus assessoris officia præstare, duobus archiepiscopis, D. Bartholomæo Lupo Guerrero & D. Ferdinando Arias de Ugarte, vicarius generalis ab iis allectus ministrare, ea quidem judicandi maturitate & integritate ut, si verum referunt cives ejus, ex innumeris (quatuor millia ii adsignant) quas vel in civilibus vel in criminalibus negotiis protulit sententiis, ne unam quidem a superiore judice revocatam viderit. Ex cantore is Limensis ecclesiæ vocatus tandem ad pastoralia munera, Popajanensis primo creatus fuit præsul anno MDCXXXI. inde Pacensis, sive urbis de la Paz, anno MDCXXXIII. demumque XXX. Maii MDCXXXIX. archiepiscopus Mexicanus. Ad cujus sponsæ dum properat gremium Acapulci, ad oram ipsius Mexicani regni, qua meridionali alluitur Oceano, vitam cum morte commutavit anno MDCXL. Edidit:

Relectionum Canonicarum in Secundum Decretalium librum tomum I. scilicet ad titulos de *Judiciis*, & *de Foro competenti*. Limæ apud Hieronymum de Contreras anno 1633. in folio.

De Censuris tractatum. Necnon et:

Relectionem L. Quamdiu III. D. de acquirenda hæreditate: habitam in academia Limensi anno MDCV. in folio.

FELIX.

F. FELIX DE AVILA, Dominicanus, Complutensis cœnobii Matris Dei alumnus, quem doctrinæ scholasticæ, perspicacis ingenii, maturique judicii merito domestici testes or-

ornant Alphonſus Fernandez *De Scriptoribus Prædicatoriæ familiæ*, & Monopolitanus epiſcopus part. IV. *Chronici* ejuſdem ordinis lib. III. cap. VIII. Scripſit:

De la vida, y muerte de San Felix martyr Complutenſe.

D. FELIX DE GUZMAN, interpretatus eſt e Gallico in Hiſpanicum idioma, dum cauſa vertitur de Henrico Borbonio in Regem admittendo:

Advertencias que dan los Catolicos Ingleſes a los Catolicos de Francia del peligro en que eſtan de perder la religion ſi admiten a la corona Principe herege. Matriti 1592. in 8.

FELIX DE HEVIA, neſcio quis, aut cujus ſectæ aut conditionis homo, auctor inſcribitur cujuſdam libri, quem extitiſſe in Olivarienſi bibliotheca ſcio ex ejus catalogo, nempe:

Difficilium Quæſtionum, quæ in Hæreſis cauſa contingere poſſunt, Epitome.

D. FELIX DE LUCIO ESPINOSA ET MALO, Aragoniæ in regno natus, juris utriuſque doctor, juvenis ingenio præſtans & ſupra ætatem doctus, Regius Caroli II. chronographus, ſcripſit hactenus edita:

Declamaciones, eſcarmientos Politicos, y Morales. Matriti 1674. 4.

Ocioſidad ocupada, y ocupacion ocioſa. Sonetos. Romæ apud Franciſcum Tizon 1674. 4.

Epiſtolas varias: quibus quæſitis ab eo, ſive ex occaſſione aliqua oblatis, ſatisfacit quæſtionibus humaniorum diſciplinarum antiquitatiſque. Matriti apud Franciſcum Sanz 1675. 4.

Vidas de los Filoſofos Democrito, y Heraclyto. Cæſarauguſtæ apud heredes Petri Lanaja 1676. 4.

FELIX MACHADO DE SILVA CASTRO ET VASCONZELOS, marchio Montisbelli in regno Portugalliæ, ordinis Jeſu Chriſti commendatarius S. Joannis de Concieiro, dum Matriti ageret a patria exul, eo quod partes antiqui & jurati Luſitanorum Regis Philippi IV. ſequutus fuerat, aut forſan in patria adhuc manens, edidit.

Da Familia dos Machados: hoc eſt ſuæ familiæ genealogicum librum, cum titulo ſupplicis libelli ad Catholicum Regem. Matriti 1642. in 4.

Vida de Manuel Machado de Azevedo ſu viſabuelo. Matriti apud Petrum Garzia de Paredes 1660. 4.

Notas al Conde D. Pedro de Portugal: quæ in editione Matritenſi Emmanuelis de Faria, niſi fallimur, publicatæ ſunt. Obiit Matriti.

FERDINANDUS.

D. FERDINANDUS DE ACUÑA, Matritenſis, generis nobilitate, atque item bellicæ rei merito inter æquales cenſeri nondum ſatis ad poſterorum commendationem ſibi eſſe duxit, quare ingenio & urbanitate ut laudaretur editis quibuſdam operibus effecit. Duo hæc ſunt, prius proſaicum:

El Cavallero determinado. Salmanticæ 1573. Videlicet interpretatio libri Gallici, quem Oliverius de la Marcha, eques Burgundus, Philippi & Caroli ducum ætate conſcripſit. Item aliud metricum:

Varias Poeſias. Ibidem 1591. 4.

Deceſſit Granatæ, ut fama eſt, anno MDLXXX. dum in prætorio iſto de comitatu Buendiæ litem ageret.

D. FERDINANDUS AFAN DE RIBERA HENRIQUEZ, Hiſpalenſis, dux Alcalitanus, Tariſæ marchio, Bæticæ ut vocant adelantatus major, Ferdinandi filius, Ferdinandi nepos, Ferdinandi pronepos, natus patri ex Anna Gironia, Petri Oſunenſis primi ducis filia. Non ſegnius literis quam totius equeſtris rei exercitiis imbuendum ſe dedit cum primum per ætatem licuit, unde non tantum eruditione evaſit præſtans, atque adeo eruditorum verus alter Moecenas, ſed reipublicæ tamquam natus in patria foriſque prudenter ac fortiter adminiſtrandæ; Catalanos quippe cum rexiſſet, Neapolitanis inde ac demum Siculis præeſſe juſſus, vicarii tandem Regii per Italiam decorari titulo una cum adminiſtratione ducatus Mediolanenſis fuit promeritus, & ad Germanos & conventum pro pacanda Europa una cum aliis Chriſtianorum principum legatis anno MDCXXXVI. deſtinari. Scripſit olim tractatum vulgari lingua:

Del titulo de la Cruz de Chriſto Nueſtro Señor: quem in lucem edidit Antonius Laredo a Salazar, ei a ſecretis, in 4. Barcinone ut ſuſpicor, anno 1619. Hunc impugnavit Franciſcus de Rioja Hiſpalenſis.

Orationem gratulatoriam Urbano VIII. Regis Catholici nomine.

Deceſſit anno ipſo MDCXXXVI. aut circiter in Germania.

D. FERDINANDUS AFAN DE RIBERA HENRIQUEZ, Tariſæ marchio, Ferdinandi nuper laudati ducis de Alcala primogenitus, Hiſpali natus, optimæ indolis adoleſcens, & quem immatura mors, fato quodam ampliſſimæ familiæ adverſo, in flore ipſo ætatis abſtulit. In Caſertano hic extra Nea-

Neapolim ſeceſſu, dum Ferdinandus parens regni illius habenas temperat, cum libris muſiſque diverſatus poemation edidit, egregium ſcilicet, & ſupra ætatem (decimum ſeptimum agebat annum) præcocis adhuc ingenii ſpecimen:

La Fabula de Mirra en otavas: ad D. Ludovicum Moncadam Aragonium, Montalti ducem. Hanc edi curavit Neapoli apud Lazarum Scorigium anno 1631. D. Garſias Coronel de Salcedo, D. Jacobi eques, per id tempus Capuæ urbis præfectus, ſuo & ipſe loco memorandus.

Obiit Panhormi, quo parens ad moderandam Siculorum rempublicam ex Neapolitana adminiſtratione deflexerat, virtutibus ac vitæ actis, intimæ pietatis indicibus, ſupra ætatem inclytus: de cujus vita morteque commentariolum panxit Joannes Baptiſta Judici Fieſco, Panhormique publicavit 1633. in 4. quo anno aut circiter lectiſſimus adoleſcens fato functus eſt.

FERDINANDUS DE AGUILERA, natione Chilenſis in America, Jeſuitarum ſodalis, tempore quo *Bibliothecæ Societatis* formandæ incubabat Philippus Alegambius prelo dicitur ſubjecta habuiſſe:

Concionum aliquot volumina.

FERDINANDUS DE ALARCON, ſcripſit:

Relacion del Deſcubrimiento de las ſiete Ciudades: quam Baptiſta Ramuſius in Italiæ ſermonem convertit, ediditque tomo III. ſuarum *Navigationum*.

FERDINANDUS DE ALCOZER, Toletanus, vertit ex Italico fideli interpretatione, ac de verbo ad verbum ut ipſe loquitur, parum memor præcepti Horatiani:

Orlando furioſo de Ludovico Arioſto. Toleti apud Ludovicum Ferrer 1510. 4. Vidit D. Thomas Tamajus.

F. FERDINANDUS DE ALMEIDA, Luſitanus, ex oppido Alberca, Minorum ſodalis, Waddingo intactus, ſcripſiſſe dicitur, Cardoſo teſte:

Summa de caſos: nempe morale opus.

D. FERDINANDUS ALPHONSUS ESCUDERO DE TORRES, presbyter, ſcripſit patriæ forſan illuſtraturus ſacra monumenta:

Hiſtoria de los celebres Santuarios del Adelantamiento de Cazorla, y milagroſas Imagenes &c. Matriti apud Bernardum de Villadiego 1665. in 8.

FERDINANDUS ALVAREZ ſeu ALVRES, Goæ in India Luſitanorum principe colonia natus, ſi Cardoſo credimus in ſchedis affirmanti ſcriptor eſt quintæ & ſextæ partis proſaici poematis, *Hiſtoria de Palmerin* dicti. Necnon & ei attribuit Cardoſus librum proſa verſaque oratione formatum, ſi non idem cum ſuperiore opus ſit; atque item librum *Luſitania* .... dictum, & Oliſipone editum verſibus 1607. in 8.

FERDINANDUS ALVAREZ, Luſitanus, edidit:

Luſitania transformada. Oliſipone anno 1607.

FERDINANDUS ALVAREZ DE TOLEDO, Bæticus, poemation dedit iis qui carmine delectantur de bello Chilenſi, indigitatum à provinciæ nomine:

Puren indomito: ſive de rebellione Indorum hujus provinciæ, ac Martini Garſiæ a Loyola gubernatoris cæde, quæ contigit anno MDXCIX. Manuſcriptum ſervari monuit Antonius Leonius in *Bibliotheca Indica*, tit. IX.

FERDINANDUS ALVAREZ ZECCUS, imo SECCO, Luſitanus ut exiſtimo, confecit:

Luſitaniæ Tabulam, ſeu geographicam delineationem, atque edidit Romæ apud Michaelem Tramezzinum Frameſinum 1560. quæ apud Ortelium extat. Valerius Andreas Taxander in *Catalogo* ex *Geſneriana epitome*.

FERDINANDUS ALVARUS DIEZ DE AUX ET GRANADA, ſcripſit:

Seneca, y Neron: ſive ad utriuſque res geſtas politicas & morales obſervationes. Matriti 1641. in 8.

D. FERDINANDUS ALVIA DE CASTRO Juliobrigenſis (ſi Lucronium Juliobriga eſt) Calatravæ torquatus eques, navalis, quæ ad Oceani navigationem expediri ſolet, atque item per Luſitaniæ tractum annonariæ rei curator, necnon & aliquando claſſis ipſius præfectus, edidit:

Verdadera razon de eſtado, Diſcurſo politico. Uliſipone 1616. 4.

Aphoriſmos, y exemplos politicos, y militares ſacados de la primera decada de Juan de Barros. Ibidem 1621. 4.

Memorial, y diſcurſo politico por la muy noble, y muy leal Ciudad de Logroño. Oliſipone anno 1633. in folio.

Obſervaciones de eſtado, y de Hiſtoria ſobre la vida, y ſervicios del Señor de Villeroy:

roy : ex Gallico Petri Matthæi. Ibidem 1621. in 16.

Panegyrico genealogico, y moral de el Excelentiſimo Duque de Barcelos. Ibidem 1628. 4.

Fragmentos de un diſcurſo en coſas de Alemania, Eſpaña, y Francia. Oliſipone 1636.

D. FERDINANDUS DE ARAGON, Alphonſi archiepiſcopi Cæſarauguſtani filius, Ferdinandi Caſtellæ & Aragoniæ Regis nepos, ejuſdem eccleſiæ infulas xx. die Martii MDXXXIX. ſuſcepit, præfuitque huic eccleſiæ uſque ad xx. Januarii MDLXXV. quo die obiit dum & regnum pro Rege adminiſtraret. Antiquitatum Hiſpaniæ, & imprimis Aragoniæ ſtudioſiſſimus fuit ac diligentiſſimus inveſtigator, quomodo appellatur ab Hieronymo Blanca in epiſtola ad Garſiam Loaiſam. Huic quidem uni Aragonia debet rerum ſuarum illuſtrationem, debet Hieronymum Zuritam, & ejus ſucceſſores regni hiſtoricos. Ille enim auctor fuit quatuor regni ordinibus, dum comitia agerentur anni MDXLVII. ut de mandato Regis crearetur peculiaris Aragoniæ chronographus, cui curæ eſſet res hujus regni literis mandare. Quod factum eſt, & munus hoc Hieronymo Zuritæ, viro clariſſimo, fauſtis avibus commendatum. Scripſit Regius hic præſul:

La Hiſtoria de los Reyes de Aragon : uti refert Joannes Andreas Uſtarrozius, & ipſe Aragoniæ hiſtoricus, apud ſe eſſe MS. affirmans in *Panegyrico ſepulchrali D. Thomæ Tamaji de Vargas* & in *Notitia Auctorum*, quos laudat in libro ſuo *De las Coronaciones* & in *Defenſione patriæ S. Laurentii* cap. IV. quo teſtimoniis Suritæ, Eſpeſii, Murilli, Carrillique utitur in celebrando hoc hiſtoriæ corpore.

Catalogo de todos los Prelados del reyno de Aragon : quo uſus eſt D. Martinus Carrillo in ſuo *Catalogo* eorundem præſulum conficiendo, ut fatetur ipſe in libri prologo.

Nobiliario de las Caſas principales de Eſpaña, eſto es, Caſtilla, Aragon, Cataluña, Navarra, y Vizcaya. Meminit hujus operis D. Martinus Vizcai in libello inſcripto *De la nobleza de la Merindad de San Juan del Pie del Puerto.* : ſeque vidiſſe id autographum apud D. Joannem Michaelem de Alaſtuey, juris profeſſorem, refert Uſtarrozius in laudata *Notitia.* Neſcio an hæc opera contenta ſint in quatuor bene magnis voluminibus, manu ipſius deſcriptis, quæ viderunt Carrillus & Uſtarrozius ; atque hic poſtremus laudat quoque eorum poſſeſſorem comitem de Guimera in libello de *Patria Sancti Laurentii.*

FERDINANDUS ARCÆUS, ſive DE ARCE, Beneventanus, apud Salmanticenſes Latinæ linguæ profeſſor, metrica pedeſtrique oratione diſſertiſſimus, publicavit:

Grammaticæ Latinæ Inſtitutiones. Salmanticæ 1548. in 8.

Adagiorum ex vernacula, ideſt, Hiſpana lingua latino ſermone redditorum quinquagenas quinque ; addita ad initium cujuſque quinquagenæ Tabella. Salmanticæ 1533. in 8. ad Didacum Arcæum fratrem, cui commiſſa erat alicubi juventutis par cura & inſtitutio. Unumquodque adagium tetraſticho circumſcribit verſibus elegantiſſimis, omnemque Latinorum veterum poetarum famam ex æquo provocantibus.

Obiit Salmanticæ, non uno poſt mortem epitaphio a Jacobo Salvatore Solanio, quæ in ejus Poeticis videre eſt, condecoratus.

FERDINANDUS ARIAS DE MESA, natus in oppido Eſtremoz regni Luſitaniæ, juris utriuſque ſcientiam ſe eſſe haud mediocriter aſſequutum iis, qui tempeſtate ſua lyceum Salmantinæ urbis frequentaverunt, e cathedra oſtendit ; quamvis enim aſſignato muneri ſeſe attemperans decreta Pontificum veſpertinis horis, proximum a ſummo loco docendi gerens, interpretaretur, Cæſarei non minorem ubique oſtendit juris peritiam. Neapolitanis demum, abire ſchola juſſus ab anno MDCXXXVIII. Sanctæ Claræ ſenator (quomodo audit civilis curia) jus dixit, ſimulque primarium anteceſſorem illius urbis academiæ exercuit. Extant ejus:

Variarum reſolutionum & interpretationum Juris lib. III. Cum Neapoli anno 1643. folio apud Jacobum Gaffarum : tum Genevæ apud Samuelem Chovet 1658. in folio. Tandemque Lugduni ſumptibus Jacobi Canier & Antonii Beaujollin 1672. in folio.

Ceſſit e vivis die XV. Maji MDCXLVI. & in æde Theatinorum SS. Apoſtolis dicata terræ mandatus eſt.

FERDINANDUS ARIAS DE SAAVEDRA, Hiſpalenſis, ex Italico vertit Franciſci Peniæ Rotæ auditoris:

La Relacion de la vida, milagros, y canonizacion de S. Carlos Borromeo Cardenal de Santa Praxedis. Hiſpali apud Michaelem Serrano anno 1619. 8.

F. FERDINANDUS DE AVILA, ordinis Minorum, ſcripſit:

Annotationes in Evangelia Adventus. Venetiis 1590. apud Franciſcum Franciſcium Senenſem. Poſſevino & Waddingo auctoribus.

Ferdinandus Avila, ordinis Minorum, epiſcopus Aſculanus, hic ipſe eſt (ut credimus) qui habuit:

Ora-

Orationem (ſatis prolixam) *in funere Philippi II. Hiſpaniarum Regis in Archiepiſcopali Eccleſia Neapolitana Kalendis Februarii MDXCIX.* quam edidit in eadem urbe Paulus Venturinus 1599. in 4. Sed quod in *Italiæ Sacræ* volumine VIII. Ferdinandi Ughelli refertur de creatione in Aſculanum pontificem Ferdinandi Avilæ anno MDCIII. falſi convincit laudata orationis editio, cui jam inſcribitur auctor Aſculanus epiſcopus anno MDXCIX.

FERDINANDUS DE AVILA ET SOTOMAYOR, Hiſpalenſis, poſtquam hujus urbis prætorium Regiis judicibus a cauſarum relatione miniſter frequentaſſet, profanis renuntians, in Jeſuitico cœtu cenſeri voluit, vir judicio eruditioneque ſpectatus, atque inſuper caſti nervoſique ſermonis atque ingenii poeta. Edidit ſub Ferdinandi Ayora Valmiſoti nomine anagrammatico:

El Arbitro entre el Marte Frances, y las Vindicias Galicas: ſive judicium de utroque libro, *Marte* ſcilicet *Gallico* Alexandri Patritii Armacani, ſive potius Cornellii Janſenii Iprenſis epiſcopi, Gallicanarum gerendi belli armaque tot annos per omnes ferme Europæ angulos circumferendi rationum examinatore, itidemque Galli cujuſdam adverſus hunc decertantis *Gallicis Vindiciis*. Prodiit liber Hiſpali, quamvis Pampilonem dicis cauſa frons præferat 1648. 4.

FERDINANDUS DE AYALA, Bæticus, patria ex urbe Baza diœceſis Accitanæ, doctor theologus, edidit:

Aviſos para Mancebos en verſos gloſados. Salmanticæ apud Andream de Portonariis anno 1557. in 4.

D. FERDINANDUS BALLESTEROS ET SAAVEDRA, natus in oppido Villanova Infantum, quod eſt ordinis equeſtris Sancti Jacobi, in ſacra æde Complutenſi SS. MM. Juſti & Paſtoris abbas major ut vocant, ſive præfectus, foras emiſit:

Vida de S. Carlos Borromeo. Compluti 1642. in 8.

Vertit item e Luſitana lingua in vulgarem Caſtellæ ſermonem:

La Eufroſina, comœdiam anonymi: quam Luſitani ſummis laudibus non immerito ſolent evehere. Edita ea fuit anno 1631. in 8.

D. Franciſcus Ignatius de Porres in præfatione voluminis tertii *Sermonum* ejus laudat *Obſervaciones a la lengua Caſtellana.* Huic & opus ſuum *De la Eloqüencia Eſpañola* nuncupavit Bartholomæus Ximenez Paton.

Deceſſit e vivis anno MDCLV. aut præcedentis fine.

F. FERDINANDUS DEL BARCO, Abulenſis, in Carmelitico Deiparæ virginis ſodalitio ſpectandum ſe dedit ſæculo ſuperiori. Carolo Cæſari a ſacris fuit concionibus, Salmanticæque eccleſiam Sancti Rochi, ubi poſt mortem conditus fuit, erexit, demum Salonenſis provinciæ Romaniæ in partibus infidelium VI. Februarii MDXXI. promeruit creari titularis præſul. Scripſiſſe fertur, quæ inedita adhuc ſunt:

In Novum Teſtamentum quædam *Commentaria*: ſi non, uti ſolet, fallit falliturve *Paradiſi* auctor *Carmelitici* Marcus Antonius Caſanatenſis, qui & obiiſſe ait anno MDXLVIII.

FERDINANDUS DE LA BASTIDA, Pincianus, ex Societate Jeſu, theologiam, quæ ab ſcholis nomen ſibi peperit, in collegio Pinciano Sancti Ambroſii poſt Italicam peregrinationem cum laude docuit. Extat ab eo Hiſpanice & Italice:

Antidoto contra las Conſideraciones de Fr. Paulo de Venecia: qui pro Venetis eccleſiæ, ſummoque illius antiſtiti Paulo V. in rebus eccleſiaſticis parum morigeris libellum ediderat. Prodiit noſter anno..... in 8.

F. FERDINANDUS BAZAN, Dominicanus, Mexici ut credibile eſt natus, Mexicanæ certe fratrum Prædicatorum domus ut vocant filius; profeſſor theologus plurium annorum in ejuſdem erat urbis gymnaſio, cum Alphonſus Fernandez *De Scriptoribus ordinis* ſui commentabatur, ſcripſeratque ut idem ait, teſtem advocans Auguſtinum Davila Padilla:

Commentaria in Tertiam partem Divi Thomæ. Item:

Commentaria in Primam Secundæ.

F. FERDINANDUS BECERRA, Pincianis parentibus natus, ordinis Eremitarum ex domo Salmantina, in Philippinis ut vocant inſulis Bucalanenſis monaſterii præfectus, regulariſque cenſuræ judex per eum tractum delegatus, edidit:

La vida y muerte de los Santos Martyres Fr. Fernando de S. Joſeph, y Fr. Nicolas Melo. Gadibus, ad Joannem de Cuenca ejus urbis præſulem 1617. 8. apud Joannem de Borja.

Relacion del Martyrio glorioſo del Padre Fr. Pedro de Zuñiga de la orden de San Auguſtin en los Reynos del Japon el año de MDCXXII. Hanc in bibliotheca Hiſpalenſis cœnobii MS. vidimus.

FERDINANDUS BERNAL, Metellinensis, qui se bachalaurum ætatis suæ more appellat, marchioni de los Velez nuncupavit fabulosum quoddam opus, sive prosaicum poema vernaculum, hujus inscriptionis:

Floriseo, que por otro nombre es llamado el Cavallero del Desierto, el qual por su gran esfuerzo, y mucho saber alcanzó a ser Rey de Boemia. Valentiæ apud Didacum de Gumiel 1517. in folio.

FERDINANDUS DE BUSTILLOS, cubicularius fuit Antonio Stunicæ, militiæ ordinis S. Joannis in Hispania præfecto, de cujus rebus gestis commentarium scripsit, referente Lucio Marineo Siculo lib. XXIII. de *Rebus Hispaniæ memorabilibus* his verbis, in elogio scilicet laudati Antonii Stunicæ: *De cujus rebus magnifice sancteque gestis Fernandus Bustillus, ejus cubicularius, Hispano sermone commentarios quam verissime scripsit, quos ab eo accepimus, & Latinitate donavimus, & cum Historia, quam de rebus a Cæsare gestis scribimus, ad posteros differimus.* Hæc Marineus.

FERDINANDUS DE BUSTOS, Granatensis medicus, circa annum sæcularem MDC. grassantis in ea urbe pestis malo mederi cupiens scripsit, Pedraza in *De rebus Granatensibus* auctore:

De Peste tractatum: quem nondum vidimus.

F. FERDINANDUS CALDERA, ex ordine Minimorum Sancti Francisci de Paula, scripsit:

Mysticam Theologiam, & exercitium Fidei divinæ & Orationis mentalis. Matriti 1633. in 16. *Mystica Theulugia, y discrecion de Espiritus*; seu ita inscriptum opus, Valentiæ vidimus anno 1652. in 16. quæ forte idem opus sunt; certe hoc opus *de Oratione* versum jam est in Gallicam linguam, editumque in 16.

FERDINANDUS CALVO, Placentinus, veterinarius, locupletavit notis propriis alienum opus, scilicet:

El libro de Albeiteria (sic vocamus nos veterinariam hanc artem) *de Fernando de Mena, con glossas del autor.* Compluti 1602. & 1623. 4. & 1647. in 4.

F. FERDINANDUS DE CAMARGO ET SALGADO, Matritensis, ordinis Eremitarum Sancti Augustini sodalis & chronographus, multa ex propria penu deprompsit historica, poetica, moralia & concionatoria, multa exterorum opera nostris Castellanis communicavit, quorum hic catalogus:

Primera, y Segunda Parte de la muerte de Dios por vida del Hombre en Decimas. Matriti apud Joannem de Cuesta 1619. 4.

El Santo milagroso Augustiniano S. Nicolas de Tolentino: poema heroicum XX. libris, quod quidem vel laicus fecit, vel fecisse dum laicus esset videri voluit: in hoc argumento versatus olim fuit Baptista Mantuanus Carmelita.

La Iglesia militante, Chronologia sacra, y Epitome historial de todo quanto ha sucedido en ella. Matriti apud Franciscum Martinez 1642. in 4.

Continuacion del Sumario a la Historia de Juan de Mariana: quæ simul cum ea prodiit Matriti apud Carolum Sanchez 1650. in fol.

Milagrosa conversion de San Augustin, y lagrimas de Santa Monica su madre. Matriti 1649.

Primera Parte del Oratorio sacro. Matriti 1628. in 16.

Maravillas de la mejor Muger.

Tribunal de la Conciencia, con la disposicion ultima para la comunion: ex institutione quadam Thomæ de Jesu Augustiniani, viri venerabilis memoriæ. Matriti 1628. in 8.

La Virgen de la Humildad, y la Humildad de Nuestra Señora. Matriti 1634 in 8.

Luz clara de la noche obscura, sobre la materia de revelaciones, y Espiritu de profecias. Ibidem apud Alphonsum de Paredes 1650. in 4.

Ex Latina lingua in vernaculam transtulit:

Las Revelaciones de Santa Brigida.

Ex Lusitana in Castellanam optima quæque concionatoriæ doctrinæ, scilicet:

Sermones de Christo, y su Madre del Padre Juan de Ceita de la orden de S. Francisco. Cæsaraugustæ 1625. in folio.

Quaresma del mismo, con un sermon admirable al fin del Auto de la fe contra los Judios. Matriti 1629. in 4.

Completas de la vida de Christo Señor Nuestro cantadas a la harpa de la Cruz por él mismo: cujus auctor Lusitanus fuit Gregorius Baptista Benedictinus. Matriti 1630. in 4.

Meditabatur ex potioribus Lusitanis concionandi doctrinæ formare systema, quatuor voluminibus constans, hoc titulo: *Predicacion universal.* Necnon & *La Universal Conspiracion de Correa*, magni apud eam gentem habitam, Castellæ sermone vulgarem facere. Ineditum quoque, sed ut audio perfectum, reliquit vernacula etiam lingua *Florem Sanctorum* breviorem, cum precibus ad singulos Sanctos.

F. FERDINANDUS DEL CAMPO, Fran-

Franciſcanus, provinciæ Sancti Jacobi miniſter, epiſcopus de la Barranca in Peruano regno, ut ait Waddingus, edidit:

Annotationes doctas in Evangelia Quadrageſimalia. Salmanticæ 1599.

FERDINANDUS CARDOSO, Luſitanus, ex Celorico Beiræ provinciæ oppido, Pincianus olim medicæ artis profeſſor, mox Matriti eam exercuit doctrinæ nomine atque ingenii laudatus, edidit:

De Febre ſincopali Tractationem controverſiis, obſervationibus, hiſtoriis refertam. Matriti 1634. 4.

Necnon & vulgari ſermone:

Utilidades del agua, y de la nieve, del beber frio, y caliente. Ibidem 1637.

Panegyrico del color verde. Matriti 1635. in 8.

El Veſuvio: ſive ut credimus de Veſuvii conflagratione. Madriti 1632. in 4. quæ duo opera tribuit ei Georgius Cardoſus in ſchedis ad *Bibliothecam Luſitanam.*

Hic deſertor veræ religionis caſtrorum ad ſynagogam Venetam profugiſſe dicitur, hebraiſmum impune profeſſurus.

FERDINANDUS CARDOSO, Luſitanus presbyter, ſcripſit:

Praxim Judicum. Cardoſus.

FERDINANDUS CARDOSO, Luſitanus, eques S. Jacobi, auctor laudatur libri *Epiſtolarum*: qua tamen lingua non prodit. Cardoſus.

F. FERDINANDUS DEL CASTILLO, magnum eloquentiæ, ac noſtræ gentis, fratrumque Dominicanorum decus, Granatenſis, ſeſe in contubernium Pinciæ his dedit, in cujus urbis collegio S. Gregorii cauſa ſtudiorum reſtitit, uſque dum revocatus injunctas ſibi ſuſcepit in cœnobio ſuo philoſophum docendi partes, ubi & theologiam profiteri cœpit, deque ſacris rebus habere ſimul conciones, & probari. Translatus deinde in curiam eſt ut facultatem ſuam dicendi æquo magis & conſpectiore loco exſerere, ſeque aulicis, quibus placere quæque optima, ut habeantur talia, plane debere communis exiſtimatio eſt, proficuum reddere & commendare poſſet. Quo in miniſterio ut ſanctius ageret, ac ne aliis priuſquam ſibi arctam ſalutis viam muniret, cautius & curioſius rei ſuæ proſpicere, lecto menſæque minus indulgere, tres integros dies quot hebdomadis panem tantum & aquam ſumere congruum atque æquum duxit. Per eos dies, hoc eſt ante annum MDLXVIII. Matritenſis domus, ſequentibuſque Medinenſis præfecturam adminiſtravit, unde a Philippo Rege juſſus Matritum redire Regiorum concionatorum augere numerum, & ad pleraque ardua negotia, cum non minori eſſet judicio quam doctrina, adhiberi promeruit. Quam illius exiſtimationem hoc maxime argumentum aliquo poſt tempore datum confirmat. Henricus Portugalliæ Rex ſucceſſorem eum, cauſa qui potior eſſet, tam opulenti & nobilis vaſtique ad omnes luminis oras imperii deſtinaturus erat ſibi, priuſquam fato concederet; Philippi noſtri Regis partes Joannes Tellez Giron, dux Urſaonenſis, apud Henricum, ejuſque ſenatores geſturus renuntiatur, huic comes datus eſt Caſtellus noſter, quo in omnibus tantæ rei momentis pari eloquentia & induſtria viro legatus uteretur. Inde ad nos rediens, eam famam eximiæ integritatis prudentiæque in maximis expertæ novis quotidie ſui documentis exaggerans, dignus a parente Rege fuit habitus qui Ferdinandi Principis mores regendos, pueritiamque literis & pietate formandam ſuſciperet: quem illi honorem nondum delibatum mors invidit contingens anno MDXCIII. IV. kal. Aprilis. Præter doctrinæ, morumque gravitatis & ingenii, ex concionatorio munere præcipuam quamdam ſingularis facundiæ obtinuit laudem, ut a viro quodam aulico, magni nominis ejus temporis æquali, ſæpius inculcatum ſciam, haud minus ſuaviter quam Fabricii cujuſdam Denticii eximii per id tempus citharœdi melodiam, Ferdinandi declamantis ſermones ad circumſtantium aures pervenire. Huic tanto viro injuncta fuit publice cura literis tradendi res domeſticas, qua defunctus egregie fuit centurias duas *Hiſtoriæ ordinis Prædicatorum* abſolvens, ea elegantia & pietatis ſtudio ut nihil ab homine expectari majus poſſet. Quominus tamen perſequeretur reliquas, parum proſperæ qua uſus eſt valetudini ſolent, qui de eo referunt, ſodales imputare. Operis hæc inſcriptio:

Hiſtoria general de Santo Domingo, y de ſu orden, duabus partibus: prior pars prodiit Matriti apud Joannem Cueſta 1584. in folio, poſterior Pinciæ 1592. folio ex officina Didaci Fernandez. Deinde utraque Pinciæ anno 1612. fol. Hujus priorem partem in Italicum ſermonem tranſtulit Timotheus Boton, Venetiiſque edidit anno 1589. poſteriorem vero Philippus Pigafetta: utramque autem a ſe recognitam iterum edi curavit Fr. Hyacinthus a Genua, ejuſdem ordinis, Panhormi apud Franciſcum Ciotti 1626. folio. Quare minus credendum exiſtimo Alphonſo Ferdinandi de *Scriptoribus Dominicanis* ſcribenti in Latinum vertiſſe laudatum Bottonium Hiſtoriæ iſtius centuriam primam. Gallice quoque verſum

fum opus fuiffe indicat Joannes Lopez , Monopolitanus epifcopus , qui continuavit Hiftoriam , in prologo III. Partis. De auctore cum magna laude loquitur Seraphinus Razzius in Hiftoria Italica hominum illuftrium Dominicanorum pag. 219.

FERDINANDUS DEL CASTILLO, rei tormentariæ architectus , reliquit in fchedis MS.

Tratado de Artilleria. in 4. vidit Tamajus.

FERDINANDUS DE CASTRILLO, Gaditanus, Societatis Jefu facerdos, edidit:

Magia natural, o Filofofia oculta con nuevas noticias de los mas profundos myfterios, y fecretos del univerfo vifible. Primera Parte: (agit hæc pars de his quæ pertinent ad terræ elementum) in oppido Trigueros ex officina Didaci Perez de Eftupiñan 1649. 4.

Auctor *Bibliothecæ Societatis Jefu* in appendice perperam vocat Hifpalenfem , & errorem agnovit Natanael Sotuellus.

FERDINANDUS DE CASTRO-PALAO , Legionenfis , Jefuita , natus circa annum MDLXXXIII. in Societatem receptus anno MDXCVIII. deceffit MDCXXXIII. magna collecta fama cum ex profeffione philofophiæ Vallifoletana , theologiæque moralis Compoftellana , tum maxime ex libris hujufmet fic vaftæ atque utilis morum doctrinæ in lucem editis , quæ magno in pretio habentur , fcilicet:

Operis moralis , De virtutibus & vitiis; tomis feu partibus VII.

I. *Continet Tractatus De Confcientia. De Peccatis. De Legibus. De Fide , fpe , & charitate.* Lugduni apud Claudium Landry 1631. Item 1645. in folio. 1656. folio.

II. *De Oratione & Horis Canonicis. De Adoratione , & Sacrificio. De Obfervantia feftorum. De Decimis , & Immunitate Ecclefiaftica. De Beneficiis.* Ibidem 1635. & 1656.

III. *De Juramento. De Voto , & Statu religiofo , & de vitiis religioni oppofitis.* Lugduni 1631. folio. Iterumque apud Claudium de Four 1635. folio & 1649.

IV. *De Sacramentis in genere & in fpecie.* Lugduni 1648. folio.

V. *De Matrimonio & Sponfalibus.*

VI. *De Pœnis Ecclefiafticis.* Ibidem 1649. folio. Et prius apud Claudium de Four 1638. in folio.

VII. *De Juftitia & Jure , Prudentia , Fortitudine , & Temperantia.* Lugduni 1652. Prodiit poft obitum auctoris.

Vernacula item lingua:

Manual del Chriftiano , de varias confideraciones para el exercicio fanto de la oracion. Pinciæ 1633. 4.

D. FERDINANDUS DE CEPEDA, fcripfit:

Relacion del fitio en que eftá fundada la Ciudad de Mexico &c. *Inundaciones que ha padecido , defagues propueftos , y emprendidos defde el año de MDLIII. hafta el de MDCXXXVII.* Mexici 1637.

FERDINANDUS DE CEPEDA , librum editioni paratum habebat cum ederetur Antonii de Leone *Bibliotheca Indica* , nifi idem fit cum fuperiore:

De la Plata enfayada , y barras de las Indias.

D. FERDINANDUS CHACON , Calatravenfis ordinis militaris ; edidit tractatum:

De la Cavalleria de la Gineta. Hifpali apud Chriftophorum Alvarum 1551. 4.

FERDINANDUS CHIRINOS DE SALAZAR , Conchæ natus , parentibus Ludovico Elifabethaque Villaria conjuge , fodalis Jefuitarum , infignem fibi doctrinæ totiufque eruditionis famam confecit , Murciæ Complutique facra Biblia explanans. Nec minoris prudentiæ merito id obtinuit , ut Gafpar Olivarienfis dux Guzmanius , penes quem vicariæ Philippi Regis IV. perpetuæque in republica tractanda vices erant , judicem fibi atque rectorem confcientiæ allegeret ; fimulque idem Rex Philippus concionatorem facrum. Plane fumma apud utrumque gratia vigenti nil arduum magis aut prorfus impervium fuit quam , refragante profeffionis regula , oblatas fibi cum Malacitanæ apud nos , tum Chiarcenfis Peruani regni ecclefiarum infulas , facrumque diadema præcingere , quas quidem dignitates locupletis & ampli cenfus , ne inftituta via decederet , conftanter repudiavit. Judicem nihilominus egit in fupremo tuendæ religionis confeffu facro dum annus verteret hujus fæculi XXXI. ad gerendum id munus imperio adactus. Edidit præclara duo ufque huc publicitus data monumenta doctrinæ fuæ ingeniique inftructiffimi , nempe:

Expofitionem in Proverbia Salomonis , tomis duobus. Parifiis 1619. folio.

Defenfionem pro Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione : opus quidem copiofa eruditione , nulli eorum quæ tenera in Deiparam Virginem perpetuæ caritatis affectio hactenus expreffit inferius. Compluti & Parifiis 1618. & 1625. Coloniæque apud Joannem Kinckium 1621. & 1622.

Hi-

Hiſpanice autem dedit:

Practica de la frequente Comunion. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1622. in 8.

Expectabatur & in Canticorum Cantica expoſitio ; ſed ſpe decidimus , vocato eo ad meliorem vitam anno MDCXL........

D. FERDINANDUS COLON , magni illius Chriſtophori , novi ad occidentem ſolem orbis adinventoris , filius ex Beatrice Henriquez (quam in codicillo quodam anno MDV. Auguſti xxv. die Segoviæ facto , heredibus exhibendam ut filii matrem Chriſtophorus ipſe commendat) citra conjugium procreatus , literarum ſtudia cupidiſſime amplexus , æmulum ſe paternæ virtutis , qua via potuit , ſerio conſtanterque ab hinc ſæculo Hiſpali profitebatur. Qua in urbe domum amplam & amoeni proſpectus , Bæti fluvio appoſitam , ubi collegium hodie extra portam Regiam ſodalibus Mercenariis ſub appellatione Sancti Laureani ædificatum viſitur , cælebs ſacerdoſque inhabitavit. Ibidem locupletiſſimam omnium fere librorum, quotquot illa ætas prelo jam commiſſis fruebatur , quamplurium inſuper manuſcriptorum codicum bibliothecam ingentibus expenſis , ſed majore animo , collegit , inſtruxit, vivus fecit ſibi uſu familiarem , ac tandem moriens Hiſpalenſi eccleſiæ , cui & corpus commiſit Chriſtiano ritu procurandum , honorificentiſſimoque loco ſepeliendum , reliquit. Quæ quidem olim Joannis Vaſæi Belgæ doctiſſimi curæ aliquamdiu (quod ipſe initio *Chronici* ſui refert) commiſſa , hodieque non indiligenter in templi maximi Hiſpalenſis exedra paris vaſtæque magnitudinis cuſtodita , veteris poſſeſſoris animum erga literas , literarumque omnis generis monumenta , profeſſoreſque curioſiſſimum ac munificentiſſimum deprædicat. Plane is volens domi quam alibi natam celebrare virtutem , commentaria rerum a parente geſtarum elucubravit noſtrate lingua ſcribens:

Hiſtoria del Almirante D. Chriſtoval Colon: cujus quidem Hiſpana editio cum blattis nunc & tineis in angulo aliquo ſepoſitæ bibliothecæ (ſi Libitinam potuit uſque adhuc evitare) rixatur. Extat quidem Italica Alphonſi de Ulloa interpretatio , qui vir quamplura noſtrorum hominum ſcripta vernacula & familiaria fecit prudentiſſimæ genti , edita Venetiis , ubi is commorabatur huic curæ invigilans , anno 1571. in 8. atque iterum recuſa anno 1614. in 8.

Non defraudabo virum ornatiſſimum Alphonſi Garſiæ Matamori elogio ex opere *de Academiis & doctis Hiſpaniæ viris* : *Hujus etiam* (Chriſtophori Coloni) *filius Ferdinandus Colonus prope æqualem vitæ dignitatem in otio tenuit , quam pater in negotio habuit: nam , ut erat eximius ſingulariſque philoſophus , ædes ad Bætim operoſe magnificentiſſimeque ædificavit in loco ſalubri & amœno, muſis etiam maxime convenienti. Has circum topiario opere exornavit , ubi conſtructa quam ampliſſima bibliotheca , quæ XX. millia librorum dicitur habuiſſe , tum annuis dotata redditibus , ne non quotidianis librorum acceſſionibus aucta periret , vitam cum ſtudiis terminavit.* Hæc Matamorus. Hujus tam pervicacis erga literas amoris , & cum libris conſuetudinis teſtes ſunt codices ipſi plurium auctorum notis ejus per marginales illuſtrati, videlicet Senecæ Tragædiæ , Metamorphoſes Ovidii cum indice a ſe facto , idem de Triſtibus ac de Ponto , Virgilius , Horatius, Suetonius cum indice , Saxonis Grammatici de Regibus Daniæ Hiſtoria , Titus Livius, Lucretius etiam cum indice , Lucanus : liber item de Peregrino Vitæ humanæ Guilielmi Guillævillæi , atque etiam Elucidarium Corradi. Indices quoque formavit ipſe copioſiſſimos non modo nominum per alphabeti ſeriem auctorum omnium , quos bibliotheca contineret , ſed etiam notatis uniuſcujuſque libri argumentis , tamque id extenſe ut Indices hi a ſe confecti viginti quatuor non minus occuparent volumina , propria manu exarata. Recognovit omnia hæc in libris ipſis , ut nos certiores redderet de Ferdinandi doctrina & induſtria , laboreque improbo , vir humaniſſimus , & hujuſmodi delitiarum amator, D. Joannes de Loaiſa , Hiſpalenſis eccleſiæ portionarius , a cura iſtius bibliothecæ , qui nuper hos libros Indicum , hucuſque incurioſe habitos , compaginari denuo , & novis pellibus pergamenis cooperiri curavit.

FERDINANDUS CORDUBENSIS , ſive DE CORDOBA , non aliis quam Abrahami Bzovii verbis , qui ex Joanne Trithemio hiſtoriam viri hujus admirabilis deſumpſit , hoc loco a nobis celebrandus eſt : *Venit ex Hiſpania in Galliam* (inquit ad ann. Chriſti MDI. ſect. 18. 19.) *Ferrandus Cordubenſis, miles auratus , artium medicinæ & theologiæ doctor , qui univerſam Pariſiorum ſcholam ſua mirabili ſcientia vertit in ſtuporem. Erat enim in omni facultate Scripturarum doctiſſimus , vita & converſatione honeſtiſſimus, non ſicut ille , de quo diximus* (innuit Italum quemdam cujus meminerat) *arrogans & ſuperbus , ſed humilis multum , & reverentia plenus. Memoriter tenuit Bibliam totam , Nicolaum de Lyra , ſcripta S. Thomæ Aquinatis , Alexandri de Ales , Joannis Scoti , S. Bonaventuræ & aliorum in theologia complurium ; Decretum quoque , & omnes utriuſque juris libros ; & in medicinis Avi-*

ce-

cenam, Galenum, Hippocratem, & Aristotelem, atque Albertum; omnesque philosophiæ & metaphysicos libros, & commentaria ad unguem ut ajebant memoria retinebat. In allegando fuit promptissimus, in disputando acutus, & a nullo unquam superatus. Denique linguas Hebraicam, Græcam, Latinam, Arabicam & Chaldæam perfecte legebat, scribebat ac intelligebat. Romam a Rege Castellæ missus orator, in omnibus Italiæ Galliæque gymnasiis publice disputans convicit omnes, ipse a nemine vel in minimo convictus. Varia de ipso inter doctores Parisienses erat opinio, aliis magum illum ac dæmone plenum cavillantibus, aliis sentientibus contrarium. Non defuerunt qui Anti-Christum putarent propter incredibilem scientiam Scripturarum, qua cunctos mortales videbatur excellere. Carolo duci Burgundionum astronomica vaticinatione longe ante prædixit interitum. Hæc Bzovius pene incredibilia, qui (ut ad Bibliothecam pertineret nostram hoc portentum hominis) subjungit:

Commentaria in Almagestum Ptolemæi edidit. Et:

In Apocalypsim S. Joannis Apostoli: aliaque opuscula. Præter hæc reperio in *Bibliotheca Veneta* Joannis Philippi Tomasini, in ea quæ fuit cardinalis Besarionis olim extitisse:

Ferdinandi Cordubensis de Artificio omnis scibilis: ad eumdem cardinalem Besarionem in 4. in membranis. Opus hoc servatur in Vaticanæ bibliothecæ codice MS. 3177. cum hoc titulo: *Ferdinandi Cordubensis de Artificio omnis & investigandi & inveniendi natura scibilis, ad Rever. in Christo P. & omnium sapientissimum D. D. Besarionem Episcopum Sabinensem S. R. E. Cardinalem & Patriarcham Constantinopolitanum, Nicænum vulgo appellatum.* Prologus incipit: *Quos vides inter scholasticos & præstantes ingenio viros vel sustulisse penitus, vel in dubium revocasse sit ne artificium quo omne natura scibile in singulis disciplinis & investigari & inveniri possit, eos constat rerum origines nescisse videri.* Et infra: *Itaque hæc ars nobis subtiliter & artificiosissime investiganda est & tuo jussu, & mea promissione debita. Nam de duabus philosophiis id est Platonis & Aristotelis utra alteri præstet differentem me subito e cursu suo revocavit voluntas tua; quippe qui jussisti intermittendum esse opus, & in artificium omnis & investigandi & inveniendi scibilis calamum esse referendum. Nam quod ad comparationem cum Aristotele Platonis attinet, ad multam partem ejus operis tractationem perduxeram.* Quibus ex verbis de eo commentario ejus nobis constat, quo philosophiam Aristotelicam cum Platonica destinatione illius Besarionis, qui in hujus postremæ defensione ita clarum sortitus fuit nomen, comparaverit. Idem in processu ejusdem prologi reprobat quasi ineptiis plenam, & fructu vacuam Raimundi Artem, citatque tractatum alium *De Discretione Spirituum* a se factum. De Raimundo vero signatis verbis ait: *Unde facile conjicere potes virum hunc laicum mere fuisse, & omnium literarum expertem; sed per humorem melancholicum elevatum habuisse ingenium, quo ubi fundamentis careas eruditionis atque doctrinæ, nihil periculosius esse possit ut in extremos & fidei orthodoxæ adversos labaris errores: quod & in eo viro deprehensum est.* Hæc ille de Raimundo. Opus ipsum quod sex partibus, sive ut ipse vocat particulis, continetur incipit: *Prima Particula hujus tractatus, qua ratione singulam veritatem natura scibilem & investigare & demonstrare possis &c.* Liber est in fol. 62. chartæ papyraceæ foliorum.

De Pontificii Pallii Mysterio & an pro eo aliquid temporale absque simoniæ labe exigi possit: ad Reverendum in Christo Patrem & Dom. Dom. Franciscum Piccolominæum S. R. E. Cardin. Diaconum S. Eustachii Senensem vulgo appellatum. Incipit: *Pallii, quo in argumentum extremi fastigii Pontificiæ dignitatis amiciri solitos constat Novi Testamenti Pontifices Maximos, tanta majestas est ut inter sacratas vestes nihil vel concipi sacratius possit.* Justæ molis opus est, & vere luce dignum, quod Vaticanus continet codex inter MSS. numero 5739. signatus.

Reperi etiam in editis libris ejusdem Vaticanæ bibliothecæ:

Alberti Magni opus de Animalibus cum Præfatione Ferdinandi Cordubensis qui se appellat *Sixti IV. Sanctæque Sedis Apostolicæ Subdiaconum, Artium & Sacræ Theologiæ Magistrum.* In qua quidem præfatione ait reddere se animalium Latina nomina Græce & Arabice, quod exequitur in catalogo operi præfixo: liber editus fuit Romæ anno 1478. in folio.

Verum quo pervenerit (monet Nicolaus Basel. in additionibus Naucleri pagina 314. B.) *aut qualem vitæ habuerit finem nihil certi scribitur.* Hucusque Bzovius, Baronii continuator, cujus eadem hæc verba transcripsit in *Ecclesiasticam* suam *Historiam* ad sæculum XVI. sect. III. pag. 115. Joannes Henricus Hottingerus.

D. FERDINANDUS CORREA DE LA CERDA, Lusitanus, natus in oppido Tojal prope Lamecensem urbem, sive inde oriundus, Olisipone autem in lucem editus, nunc cum hæc scribimus, id est anno MDCLXXVIII. Portuensis episcopus, elucu-

cubravit lingua vernacula, qua disertus & eloquens est:

A Vida de la Princesa de Portugal Donna Joanna hirmaã do Rey D. Joaõ II. post Nicolaum Diazium, Joannem Lopezium, Bzovium Dominicanorum, Hieronymumque Romanum Eremitarum sodalem, qui Catarinam Pinaxiam ducem omnes habuere, ut in ea dicimus. Olisipone prodiit circa annum 1675. ex officina Joannis da Costa.

Vida do Grande Capitaõ o Conde de S. Joaõ Marques de Tavora. Olisipone in 4.

Vida do Marques de Marialva. Ibidem in 4. Idem ut fama fert auctor est libri, nullius auctoris certi nota signati, sed suppostitium Leandri Dorea Cazeres e Faria nomen præ se ferentis, hujus tituli:

Catastrophe de Portugal na deposiçaõ del Rey D. Afonso o VI. & subrogaçaõ do Principe D. Pedro o unico, justificada nas calamidades publicas, escrita para justificaçaõ dos Portuguefes. Olisipone apud Michaelem Manescal 1669. in 4.

FERDINANDUS CORTES, Metellinensis, inclytus ille Novæ Hispaniæ ad occidentem, Caroli Cæsaris Regisque Hispaniarum auspiciis, expugnator, Vallis Guaxacæ marchio, rebus fortiter prudenter atque animose gestis ad posterorum omnem memoriam clarissimus, ornare venit hunc catalogum propter eas, quas scripsisse fertur *De rebus a se apud Indos gestis epistolas* quatuor: quarum postrema tantum vulgaris est, quippe typis excusa in folio anno 1525. At Germani dicuntur omnes patria lingua possidere. Necnon Latinas hujus nostri narrationes duas, *de Nova Maris Oceani Hispania*, ad Carolum V. Romanorum Imperatorem, a Petro Savorgnano redditas, Coloniæ prodiisse anno 1532. refert Valerius Andreas Taxander in *Catalogo Scriptorum Hispaniæ.* Petrus hic Savorgnanus Foro Juliensis a secretis fuit Joanni a Revelles, Viennensi episcopo, edidit que hoc opus Norimbergæ anno 1524. eodemque anno ex Latina Savorgnani interpretatione Italicam dedit aliam Nicolaus Liburnus ad Marinum Grimanum, patriarcham Aquilejensem, Venetiis ex officina Bernardini de Viano de Lexova in 4. Lucius Marineus Siculus lib. XXIII. *De Rebus Hispaniæ memorabilibus*, qui liber de *Viris illustribus inscribitur*, & tam is quam duo sequentes libri XXIV. & XXV. integri reperiuntur in editione tantum Complutensi anni 1530. multa de Cortesio memoratu digna cumulavit, in quibus celebrat *Orationes* ejus ad milites, quas extare ait *rerum suarum commentaria*, & plures *Epistolas* ad Carolum Regem missas; itemque *Defensionem suæ dignitatis* apud eumdem Carolum habitam, in quibus omnibus facundiam ejus, ingenium, & rhetoricos frequenter colores elucere docet.

FERDINANDUS DE LA CRUZ, scripsit:

Avisos espirituales. Medinæ Campi 1603. 16.

FERDINANDUS DE LA CRUZ, nescio an alius a superiore, Hispalensis, scripsit:

Exercicios cotidianos de Oraciones, Indulgencias, Evangelios, Vidas de Santos, Letanias, y examen de conciencia para cada dia. Romæ apud Stephanum Dadelino 1600. in 8.

FERDINANDUS DIAZ, scripsit:

Libro de la vida, y excelentes dichos de los mas sabios Filosofos. Hispali 1538. in 4.

FERDINANDUS DIAZ, Regius advocatus fiscalis, una cum doctore ut vocant AGUILERA, juris Salmantino professore, ac doctore VICTORIA collegii Sanctæ Crucis Pincianæ urbis sodali, examinavit ac publici juris fecit:

El Repertorio de las Leyes de todos los Reynos de Castilla. Quod quidem Hugo de Celso in compendium a se redactum publicavit Pinciæ apud Joannem de Villaquiran 1547. in folio.

FERDINANDUS DIAZ PATERMANUS (Paternianus est in *Gesneri epitome*) Toletanus ait Valerius Andreas in *Catalogo*, scripsit:

Grammaticam Chaldaicam.

FERDINANDUS DIAZ DE VALDEPEÑAS, notarius causarum criminalium prætorii Granatensis, reliquit:

Suma de Notas copiosas segun el estilo, y uso destos reynos. Toleti 1546. in folio.

FERDINANDUS DE ENCINAS, Aragonus, Parisiis in Bellovacensi collegio artem dialecticam profitebatur, sterilem quidem illam, atque ineptissimis sophismatum tricis asperam & injucundam, sæculi vitio in gymnasio isto dominantem, quo tempore scripsit:

Oppositiones. Parisiis per Joannem a Penna 1527. folio.

Tractatum de verbo mentis, & Syncategorematicis. Parisiis 1528.

De Compositione propositionis mentalis. Parisiis 1521. folio.

Tractatum Summularum, & syllogismorum. Ibidem 1526.

Ter-

Terminos perutiles, *& principia Dialectices communia.* Toleti 1534. in 4. Lugdunique per Benedictum Bonnis 1537. folio. Videsis Ludovici Vivis libellum *in Pseudo-dialecticos*, & Matamorum *de Academiis & doctis Hispaniæ viris.* Hunc discipulum Thomæ a Villanova (si alius non est ejusdem nominis) fuisse monet Alvarus Gomezius *De rebus gestis Ximenii* lib. VIII. *Hic cum raram indolem*, adjungens, *& ingenii acumen opusculis editis ostentasset*, *magnamque sui spem concitavisset*, *immatura morte præreptus fuit.* Marineus Siculus lib. XXV. cap. de viris quibusdam literis insignibus, Ferdinandum de Encinas Pincianum vocat.

F. FERDINANDUS DE ESCALANTE, Hispalensis, ordinis Sanctissimæ Trinitatis, sacræ theologiæ magister, sacræque hujus facultatis primarius academiæ Hispalensis professor, postquam familiæ suæ provinciam Bæticam administrasset, dum istius urbis monasterium, quod divis martyribus Hispalensibus Justæ ac Rufinæ sacrum est, moderaretur edidit:

Clypeum Concionatorum verbi Dei, *in quo sunt sculptæ omnes visiones symbolicæ*, *& signa realia veteris Testamenti*, *& causæ universæ eloquii divini*; *& quid sacræ Scripturæ secundum seriem decem prædicamentorum attribui possit*, *una cum Historia Geneseos a mundi principio usque ad gentium divisionem*: libris VIII. ad Philippum III. Hispaniarum Regem, tum alibi, tum Venetiis in 4. apud Joannem Kruger 1613. *Ex concionandi methodis Ferdinandi de Escalante Clypeus concionatorum erudita operosaque tractatione & candore*, *quo suum cuique* (*reformatis etiam*) *relinquit*, *insignis est* eruditus ille ait Joannes Henricus Hottingerus in *Bibliothecarii* sui lib. III. cap. IV. in fine. Reformationem acatholici, qualis Hottingerus fuit, in ore semper ferunt.

D. FERDINANDUS DE ESCAÑO, advocatus, Hispalensis, & ordinarius ordinis S. Joannis Hierosolymitani, hac occasione scripsit:

Propugnaculum Hierosolymitanum sacræ Religionis Militaris S. Joannis Hierosolymitani. Hispali 1663. Deindeque electus a Rege nostro Carolo Manilani dicasterii judex edidit:

De Perfectione voluntatis testamento requisita, *& de Testamento perfecto ratione voluntatis*, *& imperfecto ratione solemnitatis*, *cœpto*, *& non completo ob impedimentum Testatori supervenient*, *ad Javoleni responsum in L. Si quis cum Testamentum* XXV. *D. De Testamentis.* Hispali apud Joannem Franciscum de Blas 1675. in folio. Spem dedit jam tum aliorum duorum, hoc est:

De locatione ad vitam. Itemque:

Selectarum Juris Allegationum. Transivit ad Philippinas usque insulas auditoris ut vocant munere ornatus.

FERDINANDUS FLOREZ, collegiatæ ecclesiæ Xereziensis canonicus, dedit versum ex Michaelis Savanarolæ Italico, Joannique Medinæ Assidonensis duci nuncupavit:

Regimiento de Sanidad. Hispali apud Dominicum de Robertis 1541. in 4.

Vertit etiam in Latinum, nuncupavitque Federico Tarifæ marchioni:

La Historia de Herodiano. 1532. folio.

FERDINANDUS DE GOES LOUREIRO, Lusitanus, Olisiponensis, abbas S. Martini de Soellaens, scripsit:

Breve Suma, *y relacion de las vidas*, *y hechos de los Reyes de Portugal*, *y cosas sucedidas en aquel Reyno desde su principio hasta el año de MDXCV.* Mantuæ apud Franciscum Osana, ducalem typothetam, 1596. in 4.

F. FERDINANDUS GOMEZ, ordinis Sanctissimæ Trinitatis, præfuit cœnobiis Toleti ac Pinciæ urbium, doctrina vir præstanti & ingenio. Reliquit inedita apud domesticos:

In Secundam Secundæ Sancti Thomæ Commentaria. Altuna in *Historia* hujus ordinis lib. IV. pag. 633. rei auctor est.

FERDINANDUS GOMEZ DE ALGAVA ET ESPEJO, Montilla Bæticæ provinciæ oppido Cordubensis amplæ familiæ oriundus, in proximo huic altero Aguilar dicto parochus, edidit:

Primera Parte del Arte de servir a Nuestra Señora, *y entretenimientos para los devotos.* Montillæ apud Joannem Baptistam de Morales 1631. in 8.

FERDINANDUS GOMEZ ARIAS, natus in Talavera, municipio agri ecclesiæque Toletanæ ornatissimo, juris artem professus est non sine argumento hujus studii foras in publicum dato, quippe ante alios plures, circa hanc ipsam adornandam Spartam occupatos, elaboravit atque edidit:

Subtilissimam & valde utilem Glossam ad famosissimas, *subtiles*, *ac necessarias*, *& quotidianas leges Tauri.* Compluti 1546. in fol.

FERDINANDUS GUERREIRO, Lusitanus, patria ex oppido Almodovar de Portugal, Societatis Jesu sacerdos, *Relationes* edi-

edidit vernacula lingua earum rerum quæ ad orientem solem anno MDC. tribusque sequentibus contigerunt, libris quatuor: quorum primus continet *res Japonicas*. II. *Sinicas & Molucas*. III. *Indicas*. IV. *Æthiopicas, Basilicas & Guineas*. Olisipone 1605. Partem hujus convertit in Castellanam linguam Antonius Collazus, ejusdem Societatis, ac Pinciæ edidit anno 1604. Item scripsit *Narrationem* alteram annorum MDCVI. & MDCVIII. libris IV. quorum primus continet *Japonica & Sinica*. II. *Res provinciæ Meridianæ*. III. *Res provinciæ Septemtrionis*. IV. *Guineam & Brasiliam* complectitur.

FERDINANDUS DE HERRERA, Salmantinus, rhetoricæ artis magister, parique in mathematicis & philosophicis disciplinis quam in suis rhetorum exercitationibus laude versatus. Hujus multiplicem doctrinam ingenium atque industriam celebrat in *Grammatica sua Propægnia* clarus vir, æqualis ejus Antonius Honcala, Abulensis canonicus. Extat quoque ejusdem honorifica mentio in Alphonsi cujusdam Seguræ epistola ad Joannem Vergaram Toletanum, quæ inter alias legitur *Marinæi Siculi* lib. XV. cujus ad nostrum verba hæc pertinent: *Memoriam mihi afferebat illius temporis cum merebam sub Ferdinando Herrariensi, utinam tam bene fortunato quam inter Latinos nostro tempore principe*. Scripsisse dicitur, laudatore Honcala, quos certe nusquam vidimus publicitus datos:

Commentarios in Laurentii Vallæ Elegantiarum libros.

Reperio huic, ni fallor, adscriptum Hispanum opusculum sic inscriptum:

Disputa breve de ocho levadas contra Aristoteles, y sus sequaces. Salmanticæ 1517. 4. Vidit D. Thomas Tamajus. Forteque non alius est Ferdinandus Herreriensis de quo & opere quodam ejus historico ita Marineus Siculus lib. XXIII. Rerum Hispaniæ memorabilium, in elogio Roderici comitis Caprensis: *De rebus præterea domus Caprensis magnifice gestis Ferdinandus Herreriensis, vir eloquentissimus, librum scripsit, quem mihi legendum tradidit, & ego non sine admiratione perlegi; dicens: O felices Caprensis domus equites, qui rerum suarum talem meruerunt habere scriptorem*. Idemque Marineus lib. XXV. (fol. 172. in editione Complutensi 1530.) Ferdinandum hunc, & Lupum ejus filium, his verbis extollit: *Fuit etiam contemporaneus Antonii Nebrisensis Ferdinandus Herreriensis, in omni genere literarum præstantissimus, qui nuper moriens discipulos reliquit quamplurimos, quos more Quintiliani propositis quæstionibus & argumentis declamare diligentissime laboriosissimeque docuit. Cujus filius Lupus Herreriensis eruditionem paternam si non excessit prorsus, æquavit, & admodum juvenis omnes quidem meo judicio suos coætaneos eruditione superavit*. Hæc Marineus.

FERDINANDUS DE HERRERA, Hispalensis, cum præcipuis ævi sui & aliorum vatibus in Lyrica poesi de palma contendit. Ea quippe ejus fuit casti ac nitidi sermonis cura, ea verborum ac rerum copia & elegantia, ea tandem felicitas explicandi honeste atque diserte, maximaque cum dictionis venustate conceptos amorum ignes & animi affectiones, musis & Apolline multo ut ille ait foecunda, ut paucissimis quidem tributam Divini appellationem omnium illius ætatis hominum confessio ei absque aliorum invidia uno ore detulerit. Heroicos etiam versus propria vi ac ceteris epicæ majestatis dotibus eadem cum elegantia & nitore consignavit, prosa etiam oratione in paucis disertus, Latinæque ac Italicæ eruditionis amator. Poetica opera simul prodierunt cum hac inscriptione:

Obras en verso, sive, *versos de Fernando de Herrera*. Hispali primum 1582. Iterumque cura Francisci Pacieci Hispalensis apud Gabrielem Ramos Bexarano 1619. in 4. cum erudita præliminari epistola D. Francisci de Rioxa, quem loco suo pro merito laudabimus.

Edidit quoque:

Obras de Garcilaso de la Vega con anotaciones. Hispali apud Alphonsum Barreram 1580. 4.

Vida, y muerte de Thomas Moro. Hispali 1592. in 8. Matritique apud Ludovicum Sanchez 1625. in 8. Scilicet elogium hujus summi cum literis, tum integritate morum & constantia viri tyrannide majoris gravissimum ac disertissimum, cujus vitam Latine scripsit Thomas Stapletonus.

Relacion de la Guerra de Chipre, y suceso de la Batalla naval de Lepanto. Fidei ac elegantiæ nomine opusculum cum paucis comparandum. Hispali 1572. in 8.

FERDINANDUS DE HOZES, scripsisse dicitur:

Sobre los Triunfos de Francisco Petrarca.

FERDINANDUS DE LAS INFANTAS, qui se Idiotam inscripsit, Cordubensis presbyter, edidit:

De Prædestinatione librum. Parisiis 1551. excusum; sed quem prohibitum lectoribus voluisse Romanam sedem Possevinus in *Apparatu* refert. Reperio tamen recusum Parisiis 1653. in 8.

De Libero arbitrio , & divinis auxiliis. Parisiis 1601. 8.

Librum divinæ lucis in CIX. Psalmi, ejusque mysteriorum expositionem, in quo de Humana Redemptione, Ecclesiæ Sacramentis, Electorum gaudio, & Damnatorum pœnis. De Pœnitentia. De Peccato in Spiritum Sanctum. De Visione Ezechielis, Esaiæ, Joannis &c. ex Italico, nec dicit cujus, in Latinum traduxit, atque edidit suis impensis Coloniæ 1587. Et Parisiis recusum 1601. in 8. Et Coloniæ iterum 1603. in 4. apud Bertrand. Bucholtzer. Qui liber prohibetur etiam in *Indice* nostro. Ambiguum huicne an alii tribuenda sequentia opera diversissimæ quidem artis. Nomen & patria Corduba, quibus etiam horum indigitatur auctor, detinet quominus dividas: quod sine veritatis præjudicio interim esto.

Plura modulationum genera, quæ vulgo contrapuncta appellantur super excelso Gregoriano cantu. Venetiis 1570.

Sacrarum varii styli cantionum tituli Spiritus Sancti lib. II. cum quinque vocibus. Ibidem in 4. 1580.

Hæc Verderius adducit in *Supplemento Bibliothecæ Gesnerianæ.*

FERDINANDUS DE JAEN, Cordubensis, theologus, morum integritate doctrinaque in sæculo, & in Jesuitarum sodalitate, in quam se dedit matura jam ætate, ac doctorali fulgentem laurea commendatissimus. In Hispania Romæque Viennæque theologiam explicuit, atque in Romana curia diem tandem suum obiit. Ediderat laicus:

Quæstionem quodlibeticam cum argumentis, in qua Matthæus & Lucas, qui videntur dissidere circa Christi genealogiam breviter in concordiam rediguntur. Compluti apud Joannem Brocarium 1557. in 8.

FERDINANDUS JARAVA, dedit in vulgus:

Las Liciones de Job, con los nueve Psalmos, que con ellas se cantan en las horas de los finados trasladadas en Castellano. Antuerpiæ 1550. in 16. Idem forte auctor est operis ita inscripti:

Instruccion de Mercaderes, que trata del comprar, y vender, y de la usura que puede ocurrir en la mercancia: con un Tratado de Cambios. Quod opus sub nomine doctoris Saravæ ab Alphonso Ulloa translatum vidimus in Italicam linguam, atque Venetiis editum apud Bolognium Zaltierum 1561. in 8. Auctor hujus libri theologus est & concionator, cujus sui muneris in *Tractatu de Cambiis* recordatur. Quare non temere eum distinximus a Joanne de Jarava medico.

D. FERDINANDUS DE LOAZES, Oriolæ in Valentinis ortus, literis operam, maxime legalibus, Bononiæ in sodalitio Hispanorum ab Ægidio Albornotio cardinali constructo procul navavit a patria; sed quas ipsa quidem in ore civium atque exterorum largiore cum commendatione venire fecit, honestissimis ecclesiasticæ rei muneribus, in hominem doctissimum, & utriusque juris doctorem, quandiu in vita fuit, collatis. Cum Ticini etiam jus docuisset, ut scriptum alicubi legimus, patrocinium fiscalium documentorum Valentiæ primo apud sacros judices temeratæ religionis exercuit, postea & sedit ipse judex in consimili patrum Barcinonensium senatu. Caroli dein Cæsaris postulatione ad Elnensis ejusdem Catalonici tractus ecclesiæ, paulo post ad Ilerdensis, necnon & sub Philippo rerum jam domino ad Dertusanæ etiam thronum conscendit. Antistes quoque Tarraconensis anno sexagesimo proximi retro sæculi creatus, veluti exhausit dignitatum album quas provincia ista in tam bene de se meriti gremium viri conferre poterat. Quare Philippus, talium hominum honestator providentissimus, patriarchatu jam Antiocheno (quæ dicis causa decerni hodie solet maxima olim totius orientis dignitas) a Pio IV. Pontifice ornatum, ad Valentinam sedem hujus regni principem in Martini Ayalæ recens defuncti locum ut transferretur effecit IV. kalendas Maji anni MDLXVII. Nec annum tamen complere eum in hujus muneris administratione mors permisit, Februarii nempe sequentis anni ultima die ad meliorem, nec ultra interituram diem, vocatum. Joannes frater germanus sodalis Prædicatorum ad Oriolanum sui ordinis collegium exuvias fratris, a quo extructa hæc domus fuerat, pertulit. Nec multo post ad manus domesticorum venerunt nuncupatæ ei, quem adhuc esse in vivis credebant, literæ cardinalium Alexandrini & Sancti Clementis, Pii Papæ V. propositum conferendi ei quantocius ad postulatum Regis purpuratorum patrum insignia renuntiantes. Vivus edidit:

De Matrimonio Regis Angliæ Henrici VIII. & Catherinæ Austriacæ. Barcinone apud Claudium Amorosum 1531. folio.

Super Rubricam, & integrum Titulum Institutionum de Justitia & Jure: ut est in *Indice Scriptorum Juris.*

Consilium, sive Juris allegationes super controversia oppidi de Mula orta inter Marchionem de Velez & illius subditos super ejus oppidi Jurisdictione. Mediolani 1552. in 4. In quo tamen argumento adversantem habuit summum virum Ferdinandum Vazquium a Menchaca, ut patet ex multis capitibus lib. I. *Controvers. illustrium.*

Su-

Super Leg. Filius fam. CXIV. §. Divi. D. de Legatis I. Extat tomo IV. *Repet. diverſ. Juris civilis.*

De Converſione & baptiſmo Agarenorum. Valentiæ 1525. quod opus laudat Joſephus Stephanus Oriolanus antiſtes in tract. *De Unica religione* : & Gaſpar Eſcolanus in *Hiſtor. Valent.* lib. x. cap. xxxvii. Laudat item Marcus Mantua in *Epitome virorum illuſtrium.*

Additiones necnon *ad Lancellotum Galiaulam* reperio alicubi hujus nomini inſcriptas.

Laudat ſæpius *diſertiſſimi ac doctiſſimi viri* appellatione Ferdinandum noſtrum alter Ferdinandus Vazquez Menchaca in *Controverſiis illuſtribus* , quorum jam meminimus.

FERDINANDUS LOPEZ DE CASTAÑEDA , Luſitanus , apparitor (ſive malis bedellum) academiæ Conimbricenſis alter ex duobus tunc primum erectæ impoſitis , meditatam olim diſpoſuit , ac Luſitanice dedit poſt Indicam in comitatu parentis Regii judicis peregrinationem:

Hiſtoria do Deſcubrimento e Conquiſta da India pe los Portugueſes. Conimbricæ 1552. decem libris. Quam deinde ſibi adoptavit Caſtellæ ſermo, Antuerpiæ editam (aut ſaltem ejus priorem partem quam vidimus) anno 1554. in 8. Item Gallicus , item Italicus Venetis typis anno 1577. apud Jordanum Zilettum in 4.

FERDINANDUS LOPEZ DE YANGUAS , ſcripſit:

Triunfos de la locura. 1542. in 4.

Cinquenta Preguntas. Valentiæ 1550.

FERDINANDUS MAGALLANES, (vulgo MAGALHAENS) Luſitanus , toto orbe notus ob maritimam illam expeditionem , qua novo invento meridionali freto, cui a nomine ſuo appellationem fecit , circuiſſet eumdem totum orbem terrarum rector ipſe claſſis Regum Catholicorum , niſi deſcendens in quamdam inſulam in levi prælio cum incolis ejus commiſſo miſerabiliter concidiſſet. Scriptum reliquit *Navigationis ſuæ Diarium* , ſive *Ephemerides* : quod apud Antonium Morenum , Regium Hiſpalenſis domus Indicæ coſmographum , fuiſſe in ſchedis MSS. Ruderici Cari Utrarienſis , mihi olim amiciſſimi capitis , me legiſſe memini.

FERDINANDUS MANZANARES FLORES , inter rhetores naſcentium in Hiſpania liberalium diſciplinarum , aut verius renaſcentium tempore numerabatur , qui Antonii Nebriſſenſis magiſtri juſſu olim edidit:

Rhetoricam : ſive de dicendi venuſtate , de verborum ſententiarumque coloribus , de componendis epiſtolis : ad Joannem Hiſpaniarum Principem.

F. FERDINANDUS DE SANCTA MARIA , Luſitanus , ordinis Prædicatorum, laudatus a ſuis in orienti præco Evangelii, ſcripſiſſe dicitur , nec adjungunt quo ſermone:

De obſidione Goenſi librum : *quam ante paucos annos ibidem Indorum multitudo innumera fecit , & Luſitanorum gens ſtrenuiſſime multis hoſtium turmis cæſis & profligatis propulſavit* , ait Antonius Senenſis in *Bibliotheca* ſua *Prædicatorum Fratrum.*

Vitam quoque *B. Fratris Hieronymi a Cruce* Oliſiponenſis pro Catholica fide in Taprobana inſula martyrio affecti : ut lego apud Fernandez in *De Scriptoribus* Prædicatoriæ familiæ.

F. FERDINANDUS DE SANCTA MARIA , Aſturicenſis , Carmelitarum Nudipedum in Italia primus præfectus generalis , poſtquam & iterum ad idem eſſet munus aſſumptus , & Gregorio XV. & Urbano VIII. Summis Pontificibus in pretio habitus a ſalutanda Pontificis hujus poſtremo dicti nomine Maria Hungarorum Regina per Italiam verſus Germaniæ limites iter dirigente, Romam rediiſſet , diem ſuum obiit anno MDCXXXI. Collegiſſe & edidiſſe dicitur:

Bullarium ſui Ordinis.

Inſtructionem fratrum ſuæ Congregationis.

Epiſtolam paſtoralem quandam.

Tractatum de Reverentia qua Sacerdotes debent celebrare.

D. FERDINANDUS MARTINEZ MASCAREÑAS , Luſitanus , nobili hac , rebuſque pace ac bello geſtis inclyta Portugalliæ familia natus , poſt gubernatam rectoris munere Conimbricenſem ſcholam epiſcopus Silvenſis , generaliſque ut vocant inquiſitor (Religionis ſupremum ibi judicem intelligo) moxque Guardienſis præſul , turbatis etiam regni rebus floruit integritatis & doctrinæ nomine. Edidit namque:

De Auxiliis divinæ gratiæ ad actus ſupernaturales tractatum. Lugduni apud Horatium Cardon 1615. in 4.

In Proverbia eum commentaſſe refert , virum laudans *epiſt. I. centuriæ IV.* D. Franciſcus Emmanuel.

D. FERDINANDUS MATUTE DE AZEVEDO , Matritenſis , poſt Compluntenſem juris profeſſionem , forenſemque in curia Regia viginti trium annorum exercitationem , conſultor ut vocant Siciliæ proregum fa-

factus, beneficio ætatis plurium fuit adeptus tempora. Ex Neapolitano tamen otio, forſan emerito, in vulgus emiſit:

Triunfo del deſengaño contra el engaño, y aſtucia de las edades del Mundo para todas profeſiones, y para todos Eſtados: duobus tomis apud Lazarum Scorigium 1652. in folio. In quo opere illud admiratione magis quam laude dignum eſt, octo ſyllabis verſibus a principio & titulo ipſo uſque ad calcem (quod neſcio an plures animadverterint) conſcriptum eſſe.

Diſquiſitionum item *Juris Semicenturia.* Prodiit anno 1653. poſtuma Panhormi in folio. Ejus quoque:

Reſponſum pro impoſitione gabellæ contra Meſſanenſes laudat Thomas Delbene I. parte *de Immunit. Eccleſ.* cap. v. dubit. xiv. ſect. ix.

FERDINANDUS DE MENA, quem Luſitanum Andreas Scotus Valeriuſque Andreas Taxander & Georgius Cardoſus nuncupant, mihi vero ex manuſcriptis docti viri Hieronymi Romani de la Higuera Jeſuitæ certum atque indubitatum eſt, in Carpentania ad oppidum Socuellamos natum, doctor medicus, Complutenſem ſcholam, ornatus ipſe tandem ſummo præcipuoque hujus artis docendæ loco, admodum nobilitavit. Deinde ad cubiculum Philippi II. Regis Catholici evocatus mire placuit, cum facultatis medicæ ſaluberrimis experimentis frequenter editis, tum elaboratis monumentis doctiſſimis, quorum habes catalogum:

Methodus febrium omnium, & earum ſymptomatum curatoria. Cui acceſſit liber:

De Septimeſtri partu, & purgantibus medicamentis. Antuerpiæ apud Plantinum 1568. in 4.

Claudii Galeni de Pulſibus librum e Græco convertit, & doctiſſimis commentariis illuſtravit. Compluti 1553. in 4.

Ejuſdem liber de Urinis cum interpretatione, & commentariis locupletiſſimis. Ibidem eodem anno.

Commentaria in libros Galeni de ſanguinis miſſione & purgatione. Auguſtæ Taurinor. anno 1587. in 8.

Libellus utiliſſimus de ratione permiſcendi medicamenta, quæ paſſim in uſus veniunt: Compluti 1555. 8. Auguſtæ Taurinorum 1587. in 8. Prodiit etiam Auguſtæ Taurinorum:

Antonii Lobetti de Foco putredinis in febribus intermittentibus Diſputatio cum commentariis Ferdinandi de Mena. 1625. 8. Joannes Antonius vander Linden in *Appendice Librorum ſerius viſorum* in fine *De Scriptis Medicis.*

FERDINANDUS DE MENA, Toletanus, vertit ex Gallica Heliodori interpretatione, non ex Græco aut Latina:

La Hiſtoria Etiopica de los amores de Teagenes, y Cariclea. Matriti 1615. in 8. & Compluti 1587.

FERDINANDUS MENDEZ PINTO, Luſitanus, Montemajore, quem xvi. paſſum millibus a Conimbrica urbe cognomentum Veteris nobilitat, prognatus, edidit peregrinationis ſuæ commentarium, qui nondum omnimodo fidem auctoris pluribus adprobavit. Titulus ei Luſitanicus, qua lingua conſcriptus eſt:

Peregrinaçam de Fernan Mendez Pinto. Uliſipone 1614. poſt auctoris mortem recognitus & in ſectiones tributus a Franciſco de Andrade, atque editus in folio. Quem deinde ex Luſitanico fecit Caſtellæ vernaculum, adjuncto *Apologetico* pro tuenda hiſtoriæ fide, Franciſcus de Herrera Maldonado, editque anno 1620. in folio Matriti Thomæ Juntæ typis. Cui quidem convenit cum magno illo Thoma Maluenda in propugnanda Pinti fide & hac hiſtoria. Conſuleſis ejus librum iv. *De Antichriſto* cap. xv. Gallice etiam prodiit Pariſiis. Jeſuitarum inſtitutum profitebatur cum in India agebat in ſodalitio S. Franciſci Xaverii, iſque e propria pecunia expenſas viro magno ſuffecit ad ædificationem primi Chriſtiani plagæ iſtius orientalis templi ut Luſitani affirmant. Ex cujus MSS. relationibus rerum a Xaverio geſtarum, quas penes Ferdinandi noſtri viduam (relicto enim religioſo inſtituto ſequutus poſtea fuit ſæculi caſtra) & quamdam ejus filiam reperit Joannes Lucena, dicitur hiſtoriam hujus eximii verbi Dei præconis atque Indiarum Apoſtoli maximopere locupletaſſe. Leguntur editæ Oliſipone quædam Ferdinandi *Epiſtolæ*, quæ primæ reputantur earum, quibus Indica Jeſuitarum expeditio rerum orientalium notitias Europam inſtruxit. Georgium Cardoſum videſis in *Agiologii Luſitani* iii. parte die xxi. Junii menſis in commentario lit. a.

Obiiſſe dicitur in oppido Almada e regione Oliſiponenſis curiæ.

D. FERDINANDUS DE MENDOZA, parentibus editus eſt longe illuſtrium familiarum Hiſpanæ nobilitatis, Joanne Hurtado a Mendoza Agneteque a Ribera. Hæc enim Melchioris a Ribera, Auñonenſis marchionis primi, germana ſoror, ille vero ex ampliſſima derivatus Mendoziorum progenie loci, El Freſno de Torote appellati, & a majoribus per manus accepti, quartus fuit toparcha. Legalibus hic literis & canonicis, atque adeo mul-

multiplici eruditione ſic ab adoleſcentiæ flore conſpicuum ſe reddidit ut in admirationem ſummi profectus tam brevi temporis ſpatio facti æquales omnes, eoſdemque viros totius Hiſpaniæ doctiſſimos plane commoverit. Juvenis adhuc edidit:

Diſputationes in locos difficiliores Tituli de Pactis in Digeſtorum libris. Compluti 1586. folio.

Maturioris ætatis, & accuratioris operæ fructus ſunt:

De confirmando Concilio Illiberritano ad Clementem VIII. P. M. libri III. Matriti apud Thomam Juntam 1594. Quod opus novis acceſſionibus auctoris ipſius locupletatum diu eſt, quod a Batavo-Lugdunenſibus typis expectamus. Præceſſit tamen in procuranda editione altera vir eruditus, & Salmantinus profeſſor, D. Emmanuel Gonzalez Tellez, qui Lugduni prodire id fecit ex officina Philippi Borde, Laurentii Arnaud & ſociorum anno 1665. adjunctis unicuique *Concilii* decreto, & Mendozæ lucubrationi diverſorum, Albaſpinei, Binii, Longi Coriolani, Loaiſæ, ac propriis notis.

Obiit Ferdinandus ante obitum dementiæ incurſo morbo, manſitque ad mortem uſque Matriti miſerabiliter eo detentus, feliciore vita atque exitu dignus.

FERDINANDUS DE MENDOZA, alius a ſuperiore, Pincianus patria, ſed profeſſione Jeſuita, philoſophiam Frexenali & Hiſpali, theologiam tam moralem quam ſcholaſticam Aſtigi, Cordubæ, Hiſpali, demumque Matriti in nova a Philippo IV. inſtituta academia docuit. Philippus Alegambe affirmat in *Bibliotheca* ſua *Societatis* maturaſſe eum per id tempus prelo, de quorum editione nil audivi hactenus:

De Judiciis & Judicibus opus.

Fundamenta Juris & Morum: pluribus tomis.

Principia & fundamenta Theologicæ doctrinæ ſcholaſticæ.

Prolegomena in Sacram Scripturam.

Hiſpane item:

Apologia por la Compañia de Jeſus.

FERDINANDUS DE MENDOZA, Jeſuitarum item ſodalis, poſtquam excel. D. Ferdinando Ruiz de Caſtro comiti de Lemos, cum Neapolitanum regnum gubernaret, a miniſterio ſacrarum confeſſionum fuiſſet, creatus archipræſul Cuſcenſis in Peruanis regionibus eo contendit, ibidemque fato functus eſt. Scripſerat:

Tres Tratados de las Gracias, Oficios, y Tratas. Neapoli apud Tarquinium Longum 1602. in 4. ut proregi ſuo præſto eſſet in rebus iis controverſis explanandis.

FERDINANDUS DE MENESES, Luſitanus, Sebaſtiani Portugalliæ Regis orator ad Pium V. Papam, edidit ut lego in *Bibliotheca Pontificia*:

Orationem, quam habuit Romæ in Aula Regia dicta, nomine iſtius Regis, ad eumdem Papam.

D. FERDINANDUS DE MENESES ET D. LUDOVICUS DE MENESES, germani fratres, Luſitani, familiæ hujus nobiliſſimæ comitum de Linhares, quorum primum comitem Antonium proavum, ſecundum Ferdinandum a Noronha avum habuere, germen duplex, qui Ludovicus Joannam unicam fratris filiam heredemque conjugem duxit, uterque vero comes de Erizeira nuncupatus, varia elucubraſſe dicuntur aut ſinguli, aut ſimul in unum conferentes. Georgius Cardoſus in *Agiologio Luſitano* tomo III. die V. Junii lit. a. in fine comitem de Erizeira ſcripſiſſe ait:

A Hiſtoria de Tanjer: quæ MS. ſervatur. Hic eſt Ferdinandus, qui eam urbem & Africanam arcem aliquando rexit gubernator. Idem edidit:

Vida & acçoẽs do Rey D. Gioaõ primeiro. Oliſipone 1677. in 4. At rever. P. Fr. Emmanuel a Reſurrectione Auguſtinianus, excalceatæ ſuæ provinciæ Portugalliæ procurator in urbe Romana, mihi auctor fuit, cum in ſimul ageremus anno MDCLXXVIII. ſcribere utrumque:

As Guerras que Portugal teve com Caſtelha por eſpaço de cerca quarenta annos: hoc eſt de Luſitano ultimo ſuper jure regni bello. Exiit tamen opus Ludovici nomine cum titulo *Hiſtoria de Portugal reſtaurada*: Luſitane. Pariſiis apud Joannem le Caille 1680. Ludovicus ex illis unus eſt, qui Regiarum rationum curam ex munere habent, quod Veador da Facenda vulgus vocat.

D. FERDINANDUS DE MENESES ET PEDROSA, Salmantinus, Ludovici Rodriguez de Pedroſa Luſitani, profeſſoris medici ejuſdem univerſitatis, cujus loco ſuo recordamur, filius, doctor ipſe canonici juris in hac ſchola, cathedrarumque candidatus, ſcripſit:

Repetitam prælectionem, ſive facilem & brevem expoſitionem ad Tit. Pandectarum de diverſis Regulis Juris antiqui. Salmanticæ apud Melchiorem Eſtevez 1665. in 4. Surdaſter factus, & muneri profeſſorio ineptus, honoris cauſa miſſus fuit ad Indos, eccleſiæ S. Fidei de Bogota nuncupatæ urbis novi regni Granatenſis portionarius.

FER-

FERDINANDUS DE MOLINA, Cordubensis, templi S. Mariæ de Fonte Sancta ejusdem urbis capellanus, ex pervetustis lapidibus & authenticis scriptoribus acceptam evulgavit:

La Historia de la milagrosa Imagen de la Fuensanta de la Ciudad de Cordoba: ut in suo *Atlante Mariano* refert Guilielmus Gumpenberg.

D. FERDINANDUS DE MONFORTE HERRERA, edidit:

Relacion de las fiestas que hizo el Colegio Imperial de la Compañia de Jesus de Madrid en la Canonizacion de los Santos Ignacio de Loyola, y Francisco Xavier. Matriti 1622.

D. FERDINANDUS MUÑOZ, in Valmaseda Cantabrorum oppido natus, in Bononiensi autem academia vespertinus Pontificii juris professor circa annum MDCXXI. & ad S. Clementis Hispanorum sodalis, variis deinde Neapolitani regni honoribus gestis Sanctæ Claræ concilii senator anno MDCXXXIV. creatus, tandem obiit in eo magistratu. Scripsit:

Super Cap. II. & XV. De rebus Ecclesiæ alienandis vel non in Decretalibus. Bononiæ 1622. in 4.

Orationem in gratiarum actionem coram Senatu populoque Bononiensi. Ibidem eodem anno in 4.

FERDINANDUS MURILLO DE LA CERDA, edidit:

Libro del Conocimiento de letras, y caracteres del Piru, y Mexico. 1602. MS. in 8. reperiri in bibliotheca magni comestabilis Castellæ refert Antonius de Leon in *Bibliotheca Indica occidentali* tit. XVII.

F. FERDINANDUS DE NAVAS ET PINEDA, Dominicanus sodalis, edidit:

Cofradia del Nombre de Dios. Neapoli apud Horatium Salviani 1578. in 8.

FERDINANDUS NOVAES, Lusitanus, Portuensis, Joannis II. Regis Portugalliæ jussu scripsisse dicitur *ejus Regni Regum*, usque ad Alfonsum V. Joannis patrem, *Historiam*. Cardosus.

FERDINANDUS NUÑEZ DE GUZMAN, a patria dictus Ferdinandus Nonius Pincianus, parentem habuit illustrissimæ Guzmanæ familiæ sobolem, Ferdinandi Hispaniarum Regis Catholici ærario præfectum, cujus nobilitatis merito, cum ætatis fuit justæ, obtinuit ut Jacobæi ordinis equestri militiæ adscriberetur. Sed vir studiorum gloriæ non Martis natus, literarum omnis generis, atque imprimis Græcarum, quas nondum Hispanis Græcia ipsa, quemadmodum Italis, eo tempore infuderat, amore exæstuans, patria relicta in Italiam se contulit. Bononiæque incredibili contentione animi literis tam Latinis quam Græcis, sub Joviano Peloponnesi cive, Philippoque Beroaldo, bonas omnes collocavit horas, ut brevi præceptoribus quoque ipsis paria facere posset. His ornamentis dives in Hispaniam reversus nil minus in voto habuit quam otio se aut curiæ negotio tradere, unde sibi honores aut alia vitæ honesta subsidia procuderet. Sed in liberalium disciplinarum exercitationibus, ad quas sese vocari intelligebat, reliquum vitæ tempus, spretis omnibus voluptatum delinimentis, speique aliunde afflantis promissionibus surda exceptis aure, transmittere statuit, doctusque docere alios magis quam nulli aut sibi tantum fructus studiorum præstantes edere. Imprimis, ut credere par est, a Tendiliæ comite benigne invitatus frequentavit eum ante alios proceres, doctumque heroa longe doctiorem reddidit, cujus & filium, ut Marinæus Siculus ad nostrum scribens inquit, docte sancteque literis & moribus instituit. Construxerat eo tempore Ximenius, præstantissimus ille Toleti præsul, & purpuratus ecclesiæ pater, academiam Complutensem, evocabatque ornandæ ejus causa professores ab omni Europæ angulo, nec minus instruendæ inclytæ illi Bibliorum editioni, quæ Complutensis vulgo audit, quorum e numero Ferdinandum ille esse voluit, Græcæque septuaginta virorum versionis Latinæ interpretationi curam & industriam suam conferre. Quod quidem, ut Alvarus Gomezius testis est Ximenii res gestas memorans, ex parte præstitit, successor postea Demetrii Lucæ Cretensis, olim ab eodem Ximenio ad suum gymnasium evocati, in professione Græcarum literarum allectus. Sed rixæ interim, qua de Gomezius, Compluti suscitatæ pars cum diceretur noster, quietem quæsitum musis amicam sese in Salmantinum lyceum transtulit, & nec ardua opera in petitione professionis Græcæ linguæ competitores alios superavit. Hanc ergo, & rhetoricam artem, & naturalem Plinii historiam, quas partes sibi omnes ab academiæ patribus habebat injunctas, simul docuit, Græcis antemeridianas, Latinis vero contribuens pomeridianas horas, æquali utrimque fructu & industriæ fama. Hujus scholæ propagines tot fuere inclyti eruditionis laude viri quot fere Hispania nostra ævi istius æquales procreavit, & in summo quodam vidit existimationis & honoris gradu collocatos: Leo nimirum Castrius, Franciscus de Bobadilla & Mendoza, S. R. E. car-

cardinalis, Joannes Christophorus Stella, Christophorus de Horozco medicus, Hieronymus Zurita, Laurentius Balbus Liliensius, Joannes & Franciscus Vergaræ, atque alii. Profitebatur eo tempore Salmanticæ Antonius Nebrissensis, quasi unus Latinarum literarum inter nos parens ac restaurator, quem tamen longe inferiorem, vixque aliqua ex parte comparandum nostro, ad ipsum scribens Lucius Marinæus Siculus, judicium plane in eo doctorum illius sæculi hominum sequutus, confidenter pronuntiavit. Datis nempe ad Ferdinandum literis, quæ lib. XV. ejusdem Marinæi *Epistolarum* hodie leguntur, referens ei quid sibi ante triennium Vallisoleti cum patre ejus, quem virum appellat studiosissimum, contigisset *Inter prandendum*, ait, *præter alia multa, quæ ultro citroque loquuti sumus, postremo de viris, qui tunc erant in Hispania, doctis nominatim gradatimque sermonem habuimus, in quo cum ego te ceteros omnes eruditione præstare dixissem, ille (ut est vir modestus & prudens) assentiri nequaquam voluit nisi duobus exceptis, Siculo poeta scilicet, & Antonio grammatico. Cui ego respondens; aut in re literaria, dixi, filium tuum non bene cognoscis, aut si cognoscis ejus quidem eruditionem perbelle dissimulas. Tuus enim filius tanto Siculum & Antonium præstat doctrina & omni genere scientiæ, quanto filium tuum Siculus & Antonius ætate præcedunt; vel potius, quanto majores gigantes sunt pygmæis, muribus elephantes, hirundinibus aquilæ, delphinis ballenæ Britannicæ: nec ut arbitror huic sententiæ meæ, nisi plus æquo placeat sibi, repugnabit Antonius.* Hæc ille. Qui & viros Hispaniæ literis insignes lib. XXV. *Rerum Hispan. memorabilium* celebrans: *Ceterum vivit hodie*, ait, *Ferdinandus Pincianus, ordinis S. Jacobi commendatarius, trium linguarum doctissimus interpres, & aliarum quoque peregrinarum particeps, quem ego, absit invidia, non solum nostri sæculi doctissimis hominibus comparo, verum in veterum præstantissimorum numerum refero.* In eo gymnasio reliquum quod fuit vitæ exegit Græci studii ac totius eruditionis, præcipueque ejus, quæ judicio atque sagacitate in veterum scriptorum libris recognoscendis ac restituendis utitur, vere inter nos auctor & propugnator. Cælebs, castus, comis, festive dicax sed innocue, vitiorumque reprehensor acerrimus. Proverbiis Hispanis, quæ ad senium vergens, veluti honestam aliorum studiorum recreationem, multa sibi paraverat & in promptu habebat, in familiaribus colloquiis appositissime utebatur, quare in domum ejus omnes, qui morum elegantia studiorumque delectabantur, certatim confluebant. Obiit tandem in eadem professione quinquagesimo tertio sæculi proxime præteriti anno, ingenti librorum supellectile Salmantinæ academiæ legata. Vir ævi sui eruditissimorum hominum & judicio præstantium nulli inferior; exteris, imo & civibus, minus fama notus propter studii genus haud ambitiosum, quod Justi Lipsii summi viri verbis præstat referre: *Fatum hoc esse sentio criticorum* (ait *Electorum* lib. II. cap. VIII.) *ut labor eorum fructus majoris in publicum sit quam famæ. Vide veteres, vide nostros, paucos reperies quorum nomen aut late fusum, aut diu perennavit. Vel in Ferdinando Pinciano hodie quam indignor! qui re vera vir eximius, vix tamen e vulgi tenebris se exemit, & paucis doctis in occulto laudatus jacet etiam nunc ignoraturque inter suos; at si acuminis & judicii aliqua laus est, huic eam recte tribues; si fidei & modestiæ, magis: non alium ego vidi qui minus adfectate hoc egerit, & qui criticam istam magis puriter coluerit, sine ambitione, sine fuco. Plinius, Seneca, Mela testes; sed primus ille imprimis, per cujus sexcentas salebras & æstuantia vada pervasit felici quodam ingenii & judicii vento.* Hæc ille ibi, iterumque in præfatione *Commentariorum in Senecam*, de illustratoribus hujus auctoris referens, ad nostrum deveniens ait: *Vir, ut verbo dicam, germanæ criticæ exemplar, cui maximam partem sanum Senecam meo quidem suffragio transcribas. Bonis in Hispania libris & bene est usus, non præceps, non præpes, acutus tamen, & sagacitate ac modestia pari.* Quibus cum Lipsii elogiis aliud Andreæ Scoti, in præfatione ad suam Pomponii Melæ editionem, omnino convenit. Barthius item lib. XIV. cap. XVII. *eruditissimum* vocat, *hominemque ingenio & cura in his literis, criticis, immortali.* Et lib. XV. cap. VI. *ingeniosum & eruditum.* Et *Animadversionibus* ad Statii lib. II. Theb. vers. 665. *numquam satis laudatum, qua ingenium, qua judicium, hominem.* Joann. Frider. Gronovius lib. IV. *Observat.* cap. VIII. *Magnum Pincianum*, laudans ejus judicium in retinenda quadam in Plinii præfatione lectione, quam omnes alii tentant. Nec minus laudat clarissimus ille doctor Martinus ab Azpilcueta in *Commentario de Horis Canonicis* cap. XIX. *Movit me ad hoc*, inquit, *præter supradicta auctoritas illius eruditissimi, & cum primis totius Europæ in auctoribus Græcis & Latinis profanis versatissimi, Ferdinandi Nonnii de Guzman, professoris cathedratici rhetoricæ & Plinii in nobilissima illa academia Salmanticensi, ubi tamquam hæc expertus affirmabat expedire multum religioni Christianæ hymnos & orationes ad grammaticorum scholas de more antiquo redire.* Christophoro autem de Horozco, medico, ejus discipulo, in

An-

Annotationibus ad Ætii interpretes, vir idem audit *in omni genere literarum eruditione eximia præditus*. Plura in ejus commendationem continent Leonis Caſtri prologus ad *Proverbiorum* editionem proxime laudandam, Valerii quoque Franciſci Romeri, neſcio cujus hominis, epicedion vulgari metro in ejus mortem; quod eidem *Proverbiorum* editioni, Salmantinæ ſcilicet anni MDLXXVIII. præfixum eſt; quædamque Jacobi Salvatoris Solanii inter ejus epigrammata. Neſcio autem unde in mentem venerit celebratoribus urbis Granatenſis, Franciſco Pedrazæ & Joanni Villeno a Biedma, natum in ea urbe Pincianum noſtrum fuiſſe, quæ quo tempore ortus ille creditur, nedum barbarorum dominationem exuerat. Scripſit Ferdinandus:

Annotationes in Senecæ Philoſophi opera. Venetiis 1536.

Obſervationes in Pomponium Melam. Salmanticæ 1543. in 8. Quas omnibus aliis anteponit Iſaacus Voſſius, poſtremus Melæ illuſtrator: *Ex his qui caſtigationes in hunc edidere, auctorem ſolus nobis profuit Pincianus. Vir iſte, quantumvis nobili apud ſuos ortus loco, plus tamen literis quam natalibus debet. Craſſiora ſunt illa menda quæ Hermolaus Barbarus, & ipſe alias vir inſignis, ſuſtulit. Andreas Scotus homo quidem bonus & eruditus, ſed quem ſucceſſus potius quam voluntas deſtituit. Vadiani annotationes rus & ſilvam olent. Olivarii, neſcio cujus, commentariolus imi ſubſellii magiſtellum prodiit.* Hæc Voſſius.

Obſervationes in loca obſcura, & depravata Hiſtoriæ naturalis C. Plinii cum retractationibus quorumdam locorum Geographiæ Pomponii Melæ, locisque aliis non paucis in diverſis utriuſque linguæ auctoribus caſtigatis & expoſitis: poſt Hermolai Barbari, B. Rhenani, & aliorum recognitiones, ad D. Franciſcum de Bobadilla & Mendoza, olim diſcipulum, S. R. E. cardinalem, qui eruditionis & elegantiæ plena epiſtola gratiam ei nuncupationis habet, ibidem edita. Antuerpiæ apud Martinum Nutium 1547. Et prius ut credo Salmanticæ 1544. in folio. Francofurti apud Hieronymum Commelinum 1596. in fol. Una cum B. Rhenani aliis Francofurti 1603. De quibus multa Joannes Geneſius Sepulveda epiſtola XLV. & ſequentibus.

Verſionem quoque *Latinam Græcæ interpretationis ſeptuaginta Interpretum*, quæ in Bibliis Complutenſibus edita eſt, majore ex parte confeciſſe Ferdinandum noſtrum vidimus ex Alvari Gomezii relatione.

Vulgaris linguæ hæc monumenta reliquit:

Gloſa ſobre las obras de Juan de Mena. Hiſpali apud Joannem Varela 1528. fol. Et Toleti apud Ferdinandum de Sancta Catharina 1547. in folio. Complutique apud Joannem de Villanova & Petrum de Robles 1566. in 8.

Refranes, y Proverbios gloſados. Salmanticæ apud Joannem de Canova 1555. 4. Sed tamen horum Proverbiorum, quæcumque Hiſpanæ linguæ fœcunditas ei ſuppeditavit, ingentem molem cum per morbos & occupationes alias digerere & explanare, quod cogitabat, jam non liceret, eidem Joanni Canovæ tradidit formis edendam, quod ille fecit adjuncta quadam ſua alteraque Leonis Caſtrii præfatione, legi quidem digna. Prodiiſſe hanc lego apud eumdem Canovam 1578. in 8.

FERDINANDUS NUÑEZ DE TOLEDO, ordinis Sancti Jacobi eques & commendatarius ut vocant, olim vertit in vernaculam linguam:

La Hiſtoria del Reyno de Bohemia. Sic lego in catalogo bibliothecæ comitis ducis Olivarum. Prodiit ſane Hiſpali 1509. folio. Æneæ nimirum Silvii hiſtoria in vulgarem ſermonem translata.

F. FERDINANDUS DE OJEA, Gallæcus, Aurienſis, ex Prædicatorum ſodalibus, Mexicani cœnobii alumnus, ſacræ theologiæ magiſter, edidit:

Venida de Chriſto, y ſu vida y milagros. Medinæ 1602. 8.

Hiſtoria del glorioſo Apoſtol Sant-Iago Patron de Eſpaña, de ſu venida a ella, y de la grandeza de ſu Igleſia, y orden militar. Matriti 1615. 8. Cujus libri decimum quintum caput ipſummet defenſorium eſt quod auctor anno MDCII. pro adventu D. Jacobi Apoſtoli in Hiſpanias, cum apud nos hoc tempore verſaretur, Hiſpano ſermone in vulgus ediderat.

De la nobleza Eſpañola tribuit ei tractatum Alphonſus Fernandez in *Scriptoribus Dominicanis*.

Hic ipſe Ferdinandus eſt qui *Tabulam geographicam regni Gallæciæ*, correctiorem quam in generali illa Hiſpaniæ totius, a neſcio quo indiligenter olim confecta eſſet, a ſe elaboratam, Joannis Baptiſtæ Urintii manu cælari fecit Antuerpiæ, extatque apud Ortelium, Mercatorem, Blaevos fratres, Hondiumque in eorum *Orbis terrarum Theatris*. Quamquam neque ipſa omnino palato auctoris ſatisfecit, qui queritur aliqua, ſe non præſente, ſtilo cælatorio minus recte ducta, cujuſque in melius reformationem, quibuſdam ex nova obſervatione ad veterem curam additis, ſeſe cum primum occaſio adpetat procuraturum alicubi ſcriptum reliquit.

Obiit anno MDCXV. menſe Auguſto, quin

quin fidem suam liberaret edendi *Historiam Gallæciæ generalem* vernacula lingua.

D. FERDINANDUS DE OJEDA, legum doctor ac professor in Ursaonensi Bæticæ academia, senator inde Regius non uno loco, scripsit eo tempore quo scholæ adhærebat:

Relectionem ad Tex. celebrem in C. Firmissime III. *De Consecratione dist.* IV. *bimembremque de Peccato originali Theologicam & Canonicam Disputationem.* Malacæ 1615. in 4.

FERDINANDUS DE OLIVEIRA, Lusitanus, edidit:

Grammatica da Lingoa Portughesa. Olisipone 1536. Forte idem est auctor libri inscripti:

Arte da guerra de mar : D. Petro da Cunha, triremium præfecto, nuncupati.

F. FERDINANDUS DE ORIO, Lucroniensis, ordinis B. Virginis de Mercede, diffinitor quondam ut vocant generalis Castellæ provinciæ, Matritensis dein cœnobii moderator, sacræ theologiæ cum magister tum inter sodales professor, almo rerum fidei ac supremo concilio a censuris, publicavit:

Quinti Septimii Tertulliani librum de Patientia novis illustrationibus pro usu concionatorum & politicorum exornatum. Matriti 1644. folio. Antuerpiæque. Necnon vulgari lingua:

El Prodigo santo : hoc est, cogitata in parabolam Prodigi in se reversi Lucæ XV. cap. Matriti 1650. 4.

Vivebat adhuc anno MDCLV.

FERDINANDUS ORTIZ DE VALDES, Matritensis, jurisconsultus, adolescens, supra ætatis captum juris disciplina liberaliumque atque amœniorum aliarum artium cognitione imbutus, edidit vigesimum agens annum:

Gratulacion Politico-catolica en la feliz restauracion de Lerida, con las noticias historicas, y topograficas de la misma ciudad. Matriti 1644. 4.

Nec diu post causam agens Joannis Palafoxii Angelopolitani Novæ Hispaniæ præsulis, sat libris editis virtutumque exemplis suo tempore spectati, prelo commisit:

Defensa Canonica por la dignidad del Obispo de la Puebla de los Angeles, por su jurisdicion ordinaria, y por la autoridad de sus puestos. Ibidem 1648. 4. Laudata quoque video ejusdem:

Commentaria in Septenarium Prologi Partitarum : a viro clariss. D. Laurentio Ramirez de Prado in schediasmate de Liber. studiis fol. 32.

Tirocinium vero ætatis vix emensus obiit circa annum MDCXL..... ut solet mors ingeniis quæ ante diem se exerunt ante diem manus injicere.

FERDINANDUS PAEZ, Ulisiponensis, Pontificii juris doctor Conimbricensis, scripsit:

De excusandis Parentibus ob numerum liberorum. Olisipone 1559. in 4. & *in Tractatibus DD.*

Ad cap. Missas LXIV. *De Consecrat. dist.* I. 1559. 4. sive de præcepto audiendæ Missæ.

Præceptorem laudat sæpe Martinum Navarrum. Ferdinandum Paez de Andrada vocat hunc Cardosus.

F. FERDINANDUS DE PAEZ, ordinis Minorum provinciæ Castellæ, doctor Complutensis, si lubrica fides non est Ludovici a Rebolledo, hujus Seraphicæ familiæ historici, elucubravit:

In Primum librum Sententiarum Commentaria : cujus nulla extat apud Lucam Waddingum mentio.

F. FERDINANDUS DE PERALTA MONTAÑES, domo ex Porcuna oppido tractus Bætici, priscorum Hispanorum Obulcone; Augustinianus sodalis, anno MDLXXXI. ad hunc ordinem Salmanticæ admissus, in Cordubensi domo sacra Biblia interpretabatur eo tempore cum posteros cogitabat scribens:

Librum Concionum de Adventu & Festis usque ad Epiphaniam. Murciæ 1605. 4. per Augustinum Martinez. Deinde iterum Venetiis 1612. 4. Demumque apud Laurentium Sonnium Parisiis 1618. 8. Promisit in hujus præfatione *Quadragesimalium* ac *de Sanctis Concionum* volumina duo. Concionum hoc volumen ab auctore scriptum, ut credo Hispane, in Latinum vertit Hippolytus Maria Tagliapietra, Dominicanus.

Libro de Christo, y Maria : quam primam ait *Sanctoralis* partem. Luciferi Fano 1626. Hujus fortasse tractatus est *contra Comædiarum usum* Hispanus, quem scio manu scriptum penes Bernardum de Alderete, dum viveret, fuisse:

Primera parte de Consideraciones sobre los Evangelios de Quaresma. Malacæ apud Joannem Rene 1612. 4.

F. FERDINANDUS PEREZ, Franciscanus provinciæ Castellæ, si credimus Petro Salazario in *Historiæ hujus provinciæ* lib. II. cap. XXIII. scripsit:

In Primum librum Sententiarum. Et:

De Angelis.

Ferdinandus Perez de Matrimonio est MS. in bibliotheca Ambrosiana.

De eo apud Waddingum & alios altum silentium.

FERDINANDUS PEREZ, edidit:

Descripcion de la Ciudad de Gibraltar, y del Monte Calpe. Matriti 1636. 4.

FERDINANDUS PEREZ DE OLIVA, Ferdinandi alterius cognominis pater (uti refert ejus ex filia nepos Ambrosius Morales V. C. in libro *de Antiquitatibus Hispaniæ* fol. 6.) magna scripsit accuratione ac diligentia geographicum opus, cui titulum apposuit:

La Imagen del Mundo. Quod ineditum mansit, forte jam deperditum

FERDINANDUS PEREZ DE OLIVA, superioris filius, Cordubensis, in Parisiorum schola auditor fuit Joannis Martini Silicei, in cujus *De Arithmetica* libri laudem prolusit Hispanico-Latino dialogo. Hinc Romam, inde iterum Parisios venit, docuitque per triennium ex Aristotele philosophiam morum, & alia quædam. Post peragratam Italiam, Galliæque magnam partem, in patriam redux, percursa quoque Hispania integra, restitit Salmanticæ, magnæque auditorum catervæ legit libros Philosophi *de Generatione* ac *de Anima*, dictans insuper *de opere intellectus*, *de lumine*, *& specie*, *de magnete*, aliaque mathematica; atque etiam in re sacra *Sententiarum Magistrum* explanavit, ornatus hoc tempore scholæ præfectura, sive ut vocant rectoratus munere, quod fere solet generosissimis academicæque juventutis principibus conferri. Præcipua hominis, ingenio judicioque excellentis, cura & studium fuit Hispani sermonis cultus, quem ut delitiis omnibus thesaurisque exterorum ornaret meditabatur, Ciceronis exemplo, serias quasque atque ex intima philosophiæ penu res producere hoc stilo; sat bene conscius præstantiæ ipsius ac dignitatis, uberrimæque ad concipiendas omnes omnium disciplinarum formas conditionis atque naturæ. Argumento sunt quæ ex schedis avunculi manu exaratis emisit in publicam typorum lucem Ambrosius Morales, quarum habes catalogum:

Tituli, quibus Salmanticensis Academia gymnasia distinxit atque insignivit.

Dialogus in laudem Arithmeticæ Hispana seu Castellana lingua, quæ parum aut nihil a sermone Latino dissentit: una cum *Joannis Martini Silicæi Arithmetica.* Parisiis 1518.

Dialogo de la Dignidad del Hombre: quem ait Morales magna nostrorum hominum lubentia & admiratione numquam non fuisse lectum. Hunc Italice vertit, ni fallor, Alphonsus Ulloa. Venetiis 1563. in 8.

De las Potencias del alma, y buen uso de ellas. Imperfectum hoc mansit.

Muestra de la Lengua Castellana en el nacimiento de Hercules, o Comedia de Amphitryon, tomado el argumento de la Latina de Plauto.

La Venganza de Agamemnon, Tragedia Prosaica: ex Sophocle.

Hecuba triste: ex Euripide tragædia altera.

Razonamiento que hizo en el ayuntamiento de la Ciudad de Cordova sobre la navegacion del Rio Guadalquivir.

Razonamiento que hizo en Salamanca el dia de la licion de oposicion de la catedra de Filosophia moral.

Algunas Poesias. Hæc omnia simul edita sunt, cum aliis Ambrosii de Morales laudati, Cordubæ apud Gabrielem Ramos Bexarano 1585. in 4.

Vir fuit summo loco ac pretio ab omnibus habitus, quibuscum versabatur, doctrinæ prudentiæ & gravitatis nomine: qua virtutum commendatione promeritus dicitur Philippo II. tunc in sacris paternis constituto, literarum magister destinari. Mors tamen cursum fortunæ abrupit, minorem adhuc quadragenario eum jubens e vita decedere. Auctor ipse de se hæc & alia in *Sermone habito pro Cathedra Philosophiæ Moralis*: nepósque Ambrosius in *præfatione* operum.

FERDINANDUS PEREZ DE SOUZA, Lusitanus, scite in sermonem nostrum vertit:

Los Discursos politicos, y Avisos de Parnaso de Trajano Bocalini: Cavallero Romano. Quorum prima pars, sive centuria, edita est Matriti anno 1624. altera 1640. in 4.

FERDINANDUS PEREZ DE XEREZ, Hispanicam dedit, protonotarii munus fronti inscribens:

La Historia de Herodiano: ex Latino *Angeli Politiani.* 1542. in folio: ad Federicum Henrici a Ribera, Tarifæ marchionem.

F. FERDINANDUS DE PINEDA, Dominicanus, devotioni suæ erga Deiparam Virginem obsequutus dedit foras; dum in Belgio versatur, Hispano sermone tractatum:

De la Cofradia del Rosario: Albano duci dicatum. Antonio autem Senensi ejusdem ordinis non sine quorumdam in melius muta-

tatione probatum : de quo videndus ipse est in *Bibliotheca*. Prodiit Antuerpiæ apud Danielem Verallet 1571. 8.

De modo bene vivendi : sive Latinum, sive vulgare aliud opus habuisse eum in manibus edendum, Neapoli dum in cœnobio Sancti Spiritus ageret idem, ipse auctor est Antonius Senensis, qui se eum hac in urbe anno MDLXXVII. convenisse affirmat, virumque gravitate morum & literatura ait ornatum.

D. FERDINANDUS PIZARRO ET ORELLANA, Truxiliensis nisi fallor patria, eques ordinis Calatravæ, Salmanticæ in collegio D. Jacobi, quod a Conchensi urbe propter erectoris memoriam illius episcopi vulgo appellatur, civilis prudentiæ studiis se exercuit, atque eam quoque de superiori loco munus professoris adimplens alios docuit. Inde inter Hispalensis conventus judices cooptatus, & mox ad Granatensis ire jussus, tandem evocatur in Regis curiam. Hic primo fiscalem advocatum, deinde senatorem egit Militarium ordinum, postremo ad summum Castellæ senatum fuit admissus. Edidit:

Varones ilustres del Nuevo Mundo descubridores, conquistadores, pacificadores de las Indias Occidentales : sus Vidas, virtud, hazañas, y claros blasones, ilustradas con singulares observaciones Juridicas, Morales, Politicas &c. Matriti 1639. Adjungitur:

Discurso legal de la obligacion que tienen los Reyes a premiar los servicios de sus Vasallos en ellos o en sus descendientes.

Destinabat posteriori hujus operis parti, quæ lucem hactenus non vidit, aliorum illustrium virorum res in utraque India gestas. *Historiæ* item is *militarium ordinum* Francisci Caro a Turribus a se recognitæ nonnulla addidit ut ipse affirmat. Saltem ejus nomine cum memorata historia prodiit:

Un Discurso Apologetico en gracia, y favor de las ordenes militares : sive de vero & proprio eorum, qui eos suscipiunt, religioso statu.

Denatus est Matriti post annum MDCXL.

FERDINANDUS DEL POZO, Burgensis natu, liberalium artium (sic vocant) baccalaurus apud Salmanticenses, ibidemque ejus studii professor, cui ab humanitate contingit appellatio, edidit:

Perbreves & utiles in Antonii Nebrissensis librum secundum de Præteritis & Supinis verborum expositiones. Salmanticæ 1567. 8.

FERDINANDUS DEL PULGAR, cognominatus ab oppido natali hujus appellationis juxta Toletum, Catholicorum Regum Ferdinandi & Elisabethæ chronographus, diserte conscripsit veraciterque:

Historia de los Reyes Catholicos : quæ edita est Cæsaraugustæ 1557. in folio. Nempe usque ad annum MCCCCXC. MS. extat in Villumbrosana bibliotheca. Hanc a se in Latinum conversam, nomine suo inscriptam, ire permisit Antonius Nebrissensis. Notatque Stephanus Garibai cap. I. lib. XVIII. *Compendii Historiæ Hispaniæ* in ea editione, quam procuravit Xantus, Antonii filius Nebrissensis, multa desiderari tam in fine quam in medio quæ in Pulgaris Historia leguntur. Sed non solum Latinam, quæ jure aliquo sibi arrogare potuit interpretis nomen, sed & Hispanam prodiisse cum Nibrissensis inscriptione jure meritoque Garibaius ibidem queritur.

Chronica del inclito, y muy poderoso Señor D. Henrique hijo del Señor D. Juan el II. Rey de Castilla, y de Leon. Incipit : *Despues que Dios nuestro Señor fue servido* &c. Quam vidi calamo scriptam apud D. Gasparem Ibañez de Segovia, Acropolis marchionem, equitem Alcantaræ, amicum nostrum Matriti. Est nunc in bibliotheca Villumbrosana.

Los claros Varones de España. Simulque:

Treinta y dos cartas escritas a diferentes personas. Zamoræ 1543. Pinciæ 1545. Antuerpiæ apud Meursium 1632. in 8.

Historia de los Reyes Moros de Granada: hæc MS. fuit in bibliotheca Adami Centurionis, marchionis de Estepa, viri eruditissimi, uti a Martino Vasquio Siruela, Hispalensis ecclesiæ portionario, veteri amico, qui manibus contrectavit, accepimus. *Tratado Genealogico de los Reyes de Granada* appellat Alfonsus Lopez de Haro in *Nobilarii* Hispaniæ lib. VI. cap. XIII. pag. 107.

Plane si non est ab hoc diversus (quod aliis placet, negantibus aliis, atque inter hos Gundisalvo Argote de Molina in catalogo librorum quibus ad conscribendam *Bæticæ Nobilitatis Historiam* se fuisse usum refert) Ferdinandus del Pulgar, toparcha del Salar, certe is scripsisse dicitur *Historia del Gran Capitan* : quæ Compluti apud Ferdinandum Ramirez prodiit 1584. folio. Pulgarium utique chronographum, incorruptæ fidei hominem, & sua lingua satis eloquentem Alvarus Gomezius alicubi appellat : eloquentiam quoque ejus laudat Ambrosius Morales *en el Discurso de la lengua Castellana.*

Tribuuntur ei quoque alia, ex quibus est:

La Glosa de las coplas de Mingo Rebulgo: sub quo nomine creditur Joannes de Mena, aut quivis alius, ævi sui mores satyrico sale perfricuisse. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1598. in 16.

Lucii Marinæi Siculi verbis e libro VII. de Hispaniæ laudibus : *Ferdinandi Pulgarii eloquen-*

quentia atque moralis philosophia magna fuit ac laudabilis. Siquidem sermone Hispano plura edidit eleganti facundia, & uberrima dicendi copia. In eo enim opere, quod de viris illustribus inscripsit, plurimum & ingenii & doctrinæ & scribendi artis ostendit. Permulta quoque memoratu dignissima composuit, in quibus magnam quidem laudem promeruit. Hactenus ille.

FERDINANDUS DE QUINTANA, unus ex primis colonis urbis Sancti Michaelis de Tucuman in meridionali America, scripsit:

Relacion de la provincia de Tucuman. Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro hujus Ecclesiæ.*

FERDINANDUS REBELLO, Lusitanus, ex oppido Prato Lamecensis dioecesis, apud Jesuitas, quibus sodalem se dedit in Olisiponensi domo, non doctrinæ tantum sed & omnium virtutum laude conspicuus vixit, Eborensis diu professor theologiæ, ejusdemque academiæ cancellarius, collegii quoque Portuensis rector fuit. Scripsit:

De Obligationibus Justitiæ. Lugduni apud Horatium Cardon 1608. in folio.

Eboræ denatus est xx. Novemb. MDCVIII.

FERDINANDUS RHOENSIS, vulgo DE ROA ut videtur, artium theologiæque professor celeberrimus ac disertissimus apud Salmantinos, publici juris fecit:

Commentarios in Politicorum Aristotelis libros. Accesserunt *Repetitiones* tres: *De Domino & Servo*: *De Justitia & Injustitia*: *De Fœlicitate*: quæ simul edidit magister Martinus de Frias, Didaco Hurtado a Mendoza, S. R. E. cardinali, patriarchæ Alexandrino, Hispalensisque ecclesiæ antistiti dicata. Salmanticæ 1514. in folio.

Lucii Marinæi Siculi ex opere antiquo *De Rebus Hispaniæ*, non eo quod in *Hispaniæ illustratæ* systemate editum fuit, dum de Salmantica & academiæ professoribus agit hæc verba sunt: *Hos autem sequitur quartus professor, vir vere doctus atque facundus, Ferdinandus Rhoanus magister, qui inter omnes Hispaniæ viros literis excellentes quam maxime pollet. Hic enim divinarum naturalium moraliumque rerum verus interpres.* Et lib. VII. dum viros literis illustres Hispaniæ laudat: *Subnectam huic*, inquit, *Ferdinandum Rhoanum, theologiæ magistrum, philosophum ac theologum celeberrimum, qui Salmanticam atque ejus celeberrimum gymnasium summis laudibus ornavit. Quippe qui doctrina singulari & vita honestissimus, theologiæ atque omnium liberalium artium sacrarumque rerum optimus interpres, sine ullo competitore Decio* (Didacum Dezam intellige) *Salmantino episcopo non immerito in theologiæ professione successit.* Hæc ille.

F. FERDINANDUS DE RIBERA, Hispalensis, monachus Cisterciensis, theologiæ professor in monasterio S. Bernardi de Palazuelos, edidit:

Primera Parte de Conceptos de la Sagrada Escritura para los dias de Quaresma. Burgis apud Varesium 1616. 4.

Segunda Parte &c. Pinciæ 1620. 4.

FERDINANDUS DE RIBERA, incola Bastæ in Betica urbis (Baza vulgo) scripsit carmine fideliter atque eleganter:

La Guerra de Granada que hicieron los Reyes Catholicos. De quo opere audire præstat Hispane loquentem Stephanum Garibay lib. XVIII. *Compendii Histor. Hispan.* cap. I. *Fernando de Ribera, vecino de Baza, escribio en metro Castellano* la Guerra de Granada *con opinion de toda verdad y eloqüencia poetica. Cuya obra escriben haber adulterado D. Henrique Henriquez, tio y mayordomo mayor del mismo Rey D. Fernando, porque el autor no le loaba quanto él quisiera.*

FERDINANDUS DE LOS RIOS CORONEL, sacerdos, edidit:

Memorial, y Relacion de las Philipinas: de lo que conviene remediar, de las riquezas que hay en ellas, y en las Islas del Maluco. Matriti 1622. 4.

FERDINANDUS RODRIGUEZ CARDOSO, Lusitanus, Ulisiponensis, medicæ artis doctor, edidit, ut se aliis utilem vixisse testaretur:

Methodum medendi summa facilitate ac diligentia: in tres libros distributam, quorum primo *De Indicationibus in genere*, secundo specialiter *De curativis*, ac tertio *De præservativis atque vitalibus* agitur. Venetiis apud Vincentium Somascum 1618. in 4.

De Sex rebus non naturalibus: primum ab auctore ipso editum........... deinde emendatiorem per Petrum Uffenbachium emissum librum Francofurti anno 1620. in 8.

FERDINANDUS DE SALAZAR, nescio quis, qui eximius doctor, more illius temporis quo vana hæc usurpabantur passim, vocatur, ex eo opere mihi dumtaxat notus est quod, ut voluntati obsecundaret Dominæ Joannæ Alarconiæ, se confecisse ait. Hoc tale est:

Iglesias, y Indulgencias de Roma con las reliquias, y estaciones della. Medinæ a Campo

po ex officina Guilielmi de Millis 1551. 8.

FERDINANDUS DE SANTANDER, artium theologiæque (uti voluit audire ipse) baccalaurus, grammatices professor Toletanus, edidit:

Petri Pentarei Siderati (proprium sibi ac lustricum nomen videtur fere abscondere per anagrammatismum voluisse) *Constructionis artem*. Necnon et:

Memoriæ Artem.

F. FERDINANDUS DE SANTIAGO, sive DE SANCTO JACOBO, Hispalensis, fratrum Redemptorum Deiparæ Mariæ de Mercede in patria sodalis, sacræ theologiæ magister, ecclesiasticorum sui temporis oratorum facile princeps, cognomentum ab aureo ore, quod ante plura sæcula Joanni Constantinopolitano antistiti sanctissimo & eloquentissimo inditum est, Matriti in curia Regis jam olim ex hac occasione vulgo accepit. Exoratum Philippus Rex Catholicus Divæ Matris precibus Deum voluit eo tempore quo Britannica expeditio navalis auspicato, pie scilicet, iniri debuit; sacra res in fratrum Mercenariorum domo coram venerabili Deiparæ Virginis, quæ insigni cultu frequens eo loci est, icone gerebatur. Convenerant cum Rege ipso, amplissimisque omnibus Regiorum senatorum ordinibus, innumera populi multitudo; sed utique ingentem declamationis expectationem superavit ea, quam Ferdinandus habuit, sacra oratio, quæ quidem debitæ loco, tempori, causæ, actionis omnes numeros perfectissime adimplevit, insuperque *cælestissimi* (quod Ciceroni Vellejus tribuit) *oris* viro præjudicatam illam, quæ supra memorata est, appellationem eximiæ laudis peperit. Hinc Salmanticæ & aliis locis, necnon Romæ apud Pontificem Paulum, hujus nominis V. semel sermone Hispanico, atque alias sæpe conciones habuit, demirante hominis ingenium facultatemque dicendi amplissimam sacra illa curia. Inde tamen post aliquot annos, non sine Pauli Papæ sodaliumque suorum querela (quæ rerum humanarum vices sunt) in Hispaniam remeavit. Granatæ diu vixit præfectus, Hispalim denique in collegium D. Laureano sacrum concessit, ibi post gravem & prolixum morbum ætate jam decrepita moriturus. Acumine is festivitateque ingenii præstans, vere melleo Nestoreoque sermone ad detinendos audientium animos utebatur, adeo affectiones hominum dicendi mira facultate, tamquam injecto fræno, ad arbitrium temperans ut sine intervallo ferme aliquo demersa fletibus altissimoque mœrore, quem concitaverat ipse, adstantium corda, ad nutum scilicet voculæ unius aut gestus, in effusissimam solidæ immensæque lætitiæ significationem converteret. Facetus fuit in paucis, mordacique sale perurbanus: joci certe illius quamplures nec decidunt quidem hodie ab ore elegantiorum. Scripsisse plura creditur, quæ autem typi expresserunt hæc sunt:

Consideraciones sobre los Domingos, y ferias de Quaresma: ex sacris actionibus Salmantinis. Ibidem 1597. Barcinone 1598. 4. Tertioque Pinciæ 1606. 4. apud Ludovicum Sanchez.

Consideraciones sobre los Evangelios de los Santos, con un breve parafrasis de las letras de los Evangelios. Matriti 1593. in 4. Cæsaraugustæ 1605. Salmanticæ 1615. 4. apud Antoniam Ramirez. Gallice prodiit in 8.

Sermon que predicó en Malaga a las honras del Rey D. Felipe II. Hispali 1598. in 4.

Otro Sermon en las honras del Rey Felipe III. Granatæ 1621. 4.

Tratado del Acto de contricion. Hispali 1634. Quæ vox ei cygnea.

Marial, o Sermones de Nuestra Señora: deperditum est cum Matrito in urbem Granatensem ad editionem transferretur, ut ad nos scripsit illustrissimus Hydruntinus archiepiscopus D. Fr. Gabriel Adarzo & Santander, qui & opera alia ab eodem auctore emanasse ait, utpote: *Apologiam pro usu æreæ monetæ in Hispania. Jubilei* quoque *magni explicationem* & alia.

Defuncti anno MDCXXXIX. III. kalendas Aprilis, in ætate fere centenaria, corpus sub eleganti Latina inscriptione domus majoris Hispalensis sodales conditum servant.

FERDINANDUS DE SEPULVEDA, Segoviensis, medicæ artis, præcipueque aromatariæ rei notitia dives, prodire in publicum, Adriano VI. recens Pontifici, dum in Victoria urbe moratur, nuncupatum, fecit:

Manipulum Medicinarum, in quo continentur omnes medicinæ, tam simplices, quam compositæ, secundum quod in usu apud Doctores habentur. Cum primum alibi, tum Pinciæ apud Joannem Villaquiran 1550. folio.

F. FERDINANDUS DE SEVILLA, mihi alias ignotus, scripsisse dicitur:

Glosa sobre las Extravagantes de Censos.

FERDINANDUS SOAREZ, Lusitanus, Cardoso teste, scripsit atque edidit:

Grammaticam artem. Conimbricæ 1551.

FERDINANDUS DE SOLA, medicus doctor, quem Zacutus in censum Lusitanorum retulit Hispanos hujus artis professores alicubi commemorans. Medicinam factitabat Hi-

Hifpali eo tempore quo tractatum foras prodire fecit:

De Nivis ufu. Latinum an vulgarem alius dixerit.

Hifpane certe fcripfit:

Del Garrotillo : five de morbo fuffocante. Atque inde:

Confirmationem eorum quæ dixerat in tractatu ifto. in 4.

FERDINANDUS SOLIS DA FONSECA , Lufitanus , medicus , fcripfit civibus fuis confulens , vernaculo idiomate:

Regimento da Saude : five regimen fanitatis. Olifipone 1626.

FERDINANDUS DE SOTO , edidit:

Emblemas moralizadas. 1599. in 8. Matriti.

FERDINANDUS DE SOTOMAYOR, ex Hieronymo Valdefano communicavit Hifpanis:

Hiftoria de la Legion Thebea. Matriti 1596. in 4.

F. FERDINANDUS SUAREZ , Lufitanus , Olifiponenfis , ex Carmelitarum ordine , apud Gallos majorem vitæ partem commoratus floruit Burdigalæ Bajonæque in Aquitania theologus atque philofophus profeffor , cooptatus quoque inter Regios concionatores. Vicarius fuit provincialis Aquitanæ provinciæ , annoque MDCXLIX. creatus Memphitanus epifcopus (maximam Ægypti urbem intelligo , quæ nunc Cairo) quo in loco fedit aliquot annis , atque inde Romam rediens Parifiofque , deceffit in hac Regia urbe anno circiter MDCLXIV. Scripfit:

Epilogum univerfæ Dialecticæ , quas Summulas vulgo dicunt. Burdigalæ apud Simonem Millangium 1622. Hunc & Francifcum Lufitani vocant , fub quo nomine a nobis etiam laudatur.

F. FERDINANDUS SUAREZ DEL CASTILLO , Toletanus , Carmelitarum familiæ Hifpali adfcriptus , Hifpalenfem domum femel , provinciam autem Bæticam bis rexit , generalifque in Regia curia fui ordinis procurator fuit. Noftræ autem genti communicavit:

El Compendio de la Hiftoria Antoniana: hoc eft , vitam & res geftas Sancti Antonii Abbatis , originemque & progreffum religiofæ familiæ quæ nomine hujus cenfetur : ex Latino Aymari Falconis. Hifpali 1603.

Exortacion a la Republica de Venecia del Cardenal Baronio : ex Latino ejufdem Baronii in 4. Matriti 1607.

Obiitque diem fuum Hifpali circa annum MDCX.

F. FERDINANDUS DE TALAVERA, ex oppido hujus nominis in Carpentanis (in quod transformata fuit , ut doctiffimo cuique placet antiquorum , five Ebora , five Libora) diœcefis ac dominii antiftitis Toletani, monachus ordinis Sancti Hieronymi. Tempore Catholicorum Regum Ferdinandi & Elifabethæ , facris eorum confeffionibus , ecclefiafticis bellicis politicifque confiliis frequenter admotus , nomen fuum ad pofteritatis omnem memoriam propagavit vitæ innocentiffimæ rerumque fortiter atque pie geftarum meritis , quæ tandem virum fumme Regibus gratum in Abulenfis prius , deindeque in Granatenfis urbis , recens a Maurorum poteftate ereptæ , pontificium evexere. Ad nos his fcriptis pertinet:

Provechofa doctrina de lo que debe faber todo fiel Chriftiano.

Confefional , o avifacion de las maneras de pecados.

Del reftituir , y fatisfacer.

De como hemos de comulgar.

Contra el murmurar.

De las Ceremonias de la Mifa. Idem credo eft opus *Memoria de nueftra Redencion en los fantifimos myfterios de la Mifa.* Salmanticæ apud Joannem Perier 1673. in 8.

Contra la demafia en el veftir , y en el comer.

De como debemos aprovechar el tiempo.

Editi funt hi omnes fimul in 4. Præterea:

Impugnacion Catholica en defenfa de nueftra Fe : adverfus librum quemdam Hifpali, dum ibi Regina moraretur , editum ab impio quodam Hebræorum fautore. Hoc tamen opus in noftro *Indice* prohibetur.

Ceremonial de todos los oficios divinos : cum Latine , tum Hifpane.

Una forma de vifitar Iglefias , y Conventos de Monjas.

Inftruccion para las Monjas de un Monafterio de Avila.

Officia quatuor , quæ variis diebus recitantur , compofuiffe etiam dicitur : duo nempe in die expugnationis laudatæ urbis Granatenfis ; tertium in die S. Jofephi ; quartum tandem in Expectationis partus Deiparæ Virginis. Tribuit noftro hæc omnia Alphonfus Matritenfis , archidiaconus de Alcor nuncupatus , in *Palentina Hiftoria* MS.

Obiit Granatæ Ferdinandus , miraculis poft mortem clarus XIV. Maii MDVII. Ejus vitam elegantiffimo ftilo pertexuit Jofephus Seguntinus , Hieronymianus , in *Hiftoria* hujus ordinis. Multa quoque de eo laudatus Alphon-

phonſus Madridius in memorata *Palentinæ urbis Hiſtoria* MS. Petrus Gonzalez de Mendoza, archiepiſcopus Granatenſis in *Salicetanæ domus*, Franciſcuſque Bermudez de Pedraza in *Granatenſium rerum Hiſtoriis*. Præter ea, quæ noſtro attribuimus, opera recognoviſſe etiam dicitur Franciſci Ximenii Franciſcani opus *de Vita Chriſti*, Hiſpane conſcriptum, ea impenſa cura & ſtudio ac ſi novum ac vernam procudiſſet. Ad hunc ſcriptæ ſunt Petri Martyris Anglerienſis XI. XII. XVI. & XXXVIII. epiſtolæ, pertinetque *Lucii Marinæi Siculi* hoc elogium e lib. VII. de Hiſpaniæ laudibus: *Ceterum Ferdinandum Talabricum, Granatenſem archiepiſcopum, ſilentio dignum non cenſeo. Hujus enim ſcientiæ ſapientiam, ſi recte conſideremus (quod paucis contingit) parem judicabimus. Quapropter hoc viro Ferdinandus Rex in rebus agendis atque negotiis omnibus maxime ſemper utitur, quod eum doctum ſapientem honeſtum novit. Hunc itaque Regiis negotiis ita obrutum ſæpe vidimus, ut ei neque ad ſomnum neque ad cibum capiendum locus aut ſpatium daretur.* Hæc Siculus.

D. FERDINANDUS TAMARIZ DE LA ESCALERA, edidit:

Tratado de la Caza del buelo. Matriti 1654. 8.

F. FERDINANDUS DE TAVORA, Luſitanus, ordinis Sancti Dominici, Funchalenſis inſulæ Maderæ epiſcopus, eruditione ac morum probitate excellens, ut Alphonſus Fernandez loquitur ſcriptores ordinis ſui in bibliothecam colligens. Scripſit anno MDLXXIV.

Commentaria ſuper Evangelium Joannis: quæ, uti credimus, lucem hactenus non viderunt.

F. FERDINANDUS DE TORQUEMADA, ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, ſcripſit:

Aparicion de Nueſtra Señora de los Remedios. Granatæ 1654. 4.

FERDINANDUS DE LA TORRE, ſcripſit, Antonio de Leone teſte in *Bibliotheca Indica*:

Deſcubrimiento de las Islas Filipinas. MS.

D. FERDINANDUS DE LA TORRE FARFAN, Hiſpalenſis, presbyter, ut officium patriæ urbi gratiſſimum exhiberet eleganter ſcripſit:

Fieſtas de la Santa Igleſia Metropolitana, y Patriarcal de Sevilla al nuevo culto del Señor Rey San Fernando el Tercero de Caſtilla, y de Leon, concedido a todas las Igleſias de Eſpaña por la Santidad de Clemente X. Hiſpali apud viduam Nicolai Roderici 1671. in folio.

Templo Panegyrico, y Certamen Poetico en las Fieſtas del Sagrario nuevo de Sevilla. Ibidem 1660. in 4.

FERDINANDUS DE VALDES, Hiſpalenſis, doctor medicus Complutenſis, primariuſque in patria academia hujus artis profeſſor, ſcripſit tractatum:

De utilitate venæ ſectionis in variolis, atque aliis affectibus puerorum. Hiſpali 1583. in 4. Qui quidem ipſo auctore ſui interprete vulgari ſermone converſus iterum prodiit eodem anno.

FERDINANDUS DE VALDES, Hiſpalenſis, Græcæ linguæ profeſſor Complutenſis, edidit:

Introductionem in Grammaticam Græcam. Compluti 1556. in officina Joannis Brocarii.

D. FERDINANDUS DE VALLEJO, Gaſparis filius, Hiſpali natus, Salmanticæ ad Sancti Bartholomæi collegium ſodalis, intempeſtiva morte viam laudis egregiæ a ſe muniri cœptam in eodem ipſo collegio terminavit, cum perſpicuum quidem doctrinæ ſuæ teſtimonium dediſſet in commentario, typis jam alicubi commiſſo:

Ad Caput ultimum de Donationibus inter virum & uxorem: uti legitur in *Libro memoriali Sodalium Collegii iſtius.*

Obiit anno MDCXXIIII.

F. FERDINANDUS DE VALVERDE, Limenſis, Auguſtinianus, ſacræ theologiæ magiſter, in Peruana Indorum occidentalium provincia, Limæque pro interprete ſacrarum Scripturarum, vulgavit anno 1622.

Relacion de las fieſtas que ſe hicieron en la Ciudad de los Reyes en el nuevo reynado de D. Felipe IV. de qua in *Bibliotheca Indica* teſtis eſt mihi Antonius Leo. Superfuiſſe autem eum uſque ad proximum retro tempus iterata illa hujus memoria preli beneficio notum fecit, quæ quidem extat in ſequenti poemate:

Santuario de Nueſtra Señora de Copacavana en el Piru. Limæ apud Ludovicum de Lyra 1641. in 4. Atque item:

Vida de Chriſto Nueſtro Señor. Limæ 1657. in 4. Et nuper Matriti 1669.

De Trinitate volumen unum adjudicat ei in *Theatro Indico Eccleſiaſtico Limenſis Ec-*

cle-

clesiæ Ægidius Davila, Regius chronographus.

FERDINANDUS VAZQUEZ MENCHACA, Pinciæ natus, patrem habuit Martinum Vazquium, Spinarensem, cum Granatensis tum Pinciani juridici conventus, deinde etiam Regii Castellæ concilii senatorem; fratres vero Joannem Vazquium, earumdem Granatensis Pincianæque curiarum judicem, Indici demum senatus patrem, ac Rodericum Vazquium de Arze, quem post administrata alia munera senatorem habuit ac tandem præsidem (qui honos inter nos habetur, ac vere est togæ summus) Regium proxime laudatum Castellæ concilium: quorum omnium, tam parentis quam fratrum, Ferdinandus ipse libro secundo *De Successs. creat.* §. III. requisito XXIX. n. I. meminit. Salmanticæ hic in collegio ab erectore Archiepiscopo urbis Compostellæ nuncupato dedit operam Ecclesiastico ac Cæsareo juri, quorum utriusque doctoralem apicem postea obtinuit. Fuerit quidem, ut ait Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro Hispalensis Ecclesiæ*, archidiaconus del Bierzo in Asturicensi collegio sacro, Gasparis tamen Stunicæ ab anno MDLVIII. ad MDLXVIII. Compostellani præsulis quod generalis fuerit vicarius; profecto adaptari non potest sæcularia reipublicæ munera interim exercenti. Refert enim ipse in præfatione lib. I. *Controversiarum illustrium* se inter IV. viros Hispalensis conventus juridici olim annumeratum, qua tempestate huic curiæ a Rege duo, tertius ab Assidonensi duce, quartus a Tarifæ marchione judices providebantur. Senatorem quoque Pincianum fuisse lego. Regi certe a consiliis fuit in Regiarum Rationum senatu, cujus muneris etiam ipse quoque meminit. Interfuit sacræ Tridentinæ synodo inter jurisconsultos eo destinatos a Philippo II. Rege Catholico. Porro ascendisse eum ad supremi Castellæ Cameræque senatus locum inde fuit ut credo iis qui affirmant persuasum, quod Menchacæ cujusdam Castellæ senatoris Pragmaticæ primæ tituli XXXII. libri secundi nostræ *Legum Compilationis* an. MDLVIII. nomen suum subscribentis mentio extet. Qui dubio procul ille ipse est, quem Cameræ jam honore conspicuum in solemnitate quadam juramenti sacra verba dictantem Ludovicus Cabrera lib. V. cap. VII. *Rerum Philippi II. Regis gestarum* celebrat. Sed profecto hæc ad alium quemvis, scilicet ad Franciscum Menchacam, Philippi Regis summum senatorem & a secretis consiliarium, cui nuncupavit noster *De Successionibus* libros, patruum appellans, seque illius ex sorore amitina nepotem, non ad nostrum referenda sunt, qui biennio integro deinde exacto, hoc est circa annum MDLXII. decretorum doctoris nota duntaxat venit in Tridentino patrum catalogo dignoscendus; & quod plus est, Doctoralem, ut vocant, canonicatum Hispalensis ecclesiæ Octobri mense anni LXVII. supra sesquimillesimum sibi a sacro ejusdem collegio delatum admiserit: quo cum suprema illa reipublicæ munia stare simul nequeunt. At hujus ultimo dicti, præterquam quod apud Ludovicum Mexiam Hispali *de Pragmatica panis* scribentem, atque item in libro, quem in eadem Hispalensi ecclesia *Obituum* vocant, diserta mentio fit, in epitaphio ipso sepulcri paulo post adjungendo memoria durat. Sed quantumvis honoribus gestis clarus admodum, doctrina tamen exquisita, miraque publici juris ac privati aliarumque disciplinarum eruditione adhuc clarior gentique suæ ac familiæ honestior fuit. Cum proposuisset quippe sibi, quod ætate sua contigit raris, philosophia & bonis aliis artibus juri non privato solum, sed publico lumen accendere, jurisconsulti clarissimi, atque inter principes juris interpretes adnumerandi nomen & laudem, exterorum omnium etiam doctissimorum judicio, promeruit, ut alius vix sit inter Hispanos juris enarratores quem Covarrubiæ & Navarro comparandum agnoscant. Opera ejus sex voluminibus continentur:

Primo & II. *Controversiarum illustrium* libri III. Francofurti apud Georgium Corvinum 1572. Venetiis 1564. Francofurti iterum 1577. ac tertio 1606. Barcinone 1563. Lugduni 1599. duobus tomis in 4. Forsan & Genevæ eodem anno.

III. *De Successionum progressu.* Venetiis 1564.

IV. V. & VI. *De Successionum creatione.* Salmanticæ 1559. in folio: sive *de Successionibus, & ultimis voluntatibus*: quod præferunt reliquæ editiones, Veneta 1564. in folio, Francofurtensis 1610. Genevensis 1612. Augustana item Senonum 1624. Scripsisse aliquid:

Ad L. Si quando Cod. De Inofficioso testamento innuit ipse lib. I. *Cont. Illust.* cap. XLIII. num. 3.

Consignari voluit moriturus fratri Roderico Vasquio, Granatæ tunc temporis senatori, quidquid operæ insumpserat libro *De vero Jure & naturali* inscribendo: precatus eum ut in perfectionem duci per idoneum aliquem, typisque edi procuraret, ut e testamento apparet ipso, cujus exemplum Hispali in ecclesia adservatur. Ibi nunc ante parvam portam sinistri chori lateris, Ferdinandi sive sepulcrum, sive cenotaphium visitur, inscriptionem hanc, quæ Francisci Paciecii viri di-

disertissimi, Latinique poetæ eximii, ejusdem ecclesiæ canonici, accurationem sapit, præ se ferens.

Vitæ immortalis
Origo

Fernando Vaskio Menciakæ.
Inlustri. I. V. D. præclaris
Honoribus defuncto, & in
Ispalen. Ecclesiæ Patres erudi-
tionis ergo denique adlecto.
æternis doctrinæ moni-
mentis de posteritate bene-
merenti positum. A... MIƆLXIX. *
Aetat. vero LVII. R. I. P.

* Ita est in lapide, cum debuisset magis IƆ. hoc est quingentesimo.

Et subtus gentilitii insignis scutum, quod interponitur:

Ex Collegii Decreto ob egre-
giam liberalitatem qua vir
pientissimus perpetuum. IƆƆƆƆ.
æris censum quodannis in dotes
virginum dedit,
legavit.

FERDINANDUS VELASCUS, Joannis II. Portugalliæ Regis orator, edidit:

Orationem habitam Romæ nomine dicti Regis ad Innocentium VIII. Pontificem Maximum. De quo auctor est Ludovicus Jacobus a Sancto Carolo in *Bibliotheca Pontificia.*

D. FERDINANDUS VELLOSILLO, Aillonensis, quod est oppidum Aillon dioecesis Seguntinæ (Italum *Bibliothecæ Pontificiæ* auctor falso refert) in Salmantino percelebri lyceo inter sodales Archiepiscopalis collegii, Jacobo Apostolo sacri, a quarto anno super quadragesimum sæculi præteriti sexennio integro sacras literas professus est. Unde ad Seguntinum evocatus sexdecim annis easdem docuit primarius interpres, Seguntinæque istius ecclesiæ Magistralis canonicus, jam eo tempore idoneus habitus qui cum aliis ab Hispania destinatis ad concilium Tridenti celebrandum theologis & ipse nominari, reversusque ad Lucensem pontificatum suffici meruerit. Dum tamen id munus sedulo gerit arthritide laborare cœpit, ac tamquam truncus, ut ipse queritur, in lecto jacere, quo tempore veluti profundissimo usus otio elucubravit:

Advertentias Theologicas Scholasticas in B. Chrysostomum & quatuor Doctores Ecclesiæ: ad Philippum II. Regem Catholicum. Compluti apud Joannem Iñiguez de Lequerica 1585. in folio. Venetiisque 1601. folio.

Promiserat quoque *Morales in usum Concionatorum Verbi Dei.* Sed interrupit mors propositum XXII. die Feb. an. MDLXXXVII. vitæ meliori eum restituens. Collegium D. Hieronymo sacrum erexit Complutensibus.

FERDINANDUS DE VERA, scripsit:

Panegyrico por la Poesia. Montillæ 1627.

Explicacion, y notas al Libro quarto del Arte comun. Granatæ 1631. in 8.

D. FERDINANDUS DE VERA, edidit:

Nobiliario.

FERDINANDUS DE VERGARA CABEZAS, juris doctor in collegio Granatensis urbis Imperiali, atque in schola canonum professor, edidit:

Defensa en derecho por la Inmaculada Concepcion de la Virgen Santisima. Granatæ 1653. 4.

FERDINANDUS DE VILLAREAL, presbyter Ubetensis, dedit in lucem hæc duo opera metrica:

Traduccion de las Imagenes de la Muerte con un Sermon para saberse exercitar en su memoria. Compluti apud Joan. Brocar 1557. in 8.

Emblema o escritura de la Justicia. 1546. in 8. Vidit D. Thomas Tamajus.

FERDINANDUS XIMENEZ DE ARAGAON, Olisiponensis, archidiaconus Sanctæ Christinæ in Bracharensi ecclesia, dedit carmine & prosa contextum opus sic nuncupatum, Lusitanum ut credimus:

Restauraçaõ o renovoçaõ do homem. Olisipone apud Petrum Craesbeck 1608. in 4. Posteaque:

Doutrina Catolica pera Instrucçaõ e confirmaçaõ dos Fieis, e extinçaõ das seitas superstiçiosas e em particular do Judaismo. Prodiit ex eadem officina 1625. in 4.

FERDINANDUS XUAREZ, Hispalensis, vertit in sermonem vernaculum Petri Aretini libellum ingeniosissimum, quem deinde Gaspar Barthius, vir eruditissimus, Hispanique idiomatis cultor eximius, ex Ferdinandi versione, qui prototypi quædam parum honesta prætermiserat, non ex ipso Aretini exemplari, hac inscriptione edidit insignitum: *Pornodidascalum, seu colloquium muliebre de astu nefario, horrendisque dolis, quibus impudicæ mulieres incautæ juventuti insidiantur.* Francofurti 1623. in 8. Hispanam Suarezii versionem nusquam vidimus. Acquievisse autem non toto animo Barthium suo in hoc opere exantlato labori hæc illius verba, in præfatione ad *Pornoboscodidascalum*, sive *Cœlestinæ* egregiæ nostratis comediæ interpretationem, post aliquot annos ut Latinam fa-

faceret in manus sumptæ, liquido ostendunt: *Edidi quidem*, ait, *paulo ante hunc ludum dialogum Petri Aretini, ex Hispanico Fernandi Xuarezii a me translatum. Sed is libellus ita plane conversus est in Romanum sermonem, ut denuo eum traducere velim potius quam eo modo legi: id quod etiam proximo otio facere decrevi. Quoniam rudior adhuc tum eram linguæ delitiarum, potius latinitati, quam hujus proprietati studens: quod nonnusquam tamen aliter faciendum res ipsa me edocuit.* Hæc ille.

Los Comentarios del Veneciano de las cosas del Turco: ejusdem sunt Ferdinandi Xuarezii presbyteri ex Italico versi Hispali 1546. Alius videtur Ferdinandus Xuarezius, quem medicum excellentem usu, omni genere scientiæ Græce & Latine facundissimum Marineus vocat lib. xxv. *de Rebus Hispan.*

F. FERDINANDUS DE ZARATE, Matritensis, ordinis Eremitarum in Cordubensi domo, sacræ theologiæ magister, professorque Ursaonensis in Bætica, edidit:

Discursos de la Paciencia Christiana: libris VIII. Compluti 1597. in 4. præter alia quæ non novimus. Sub hujus nomine laudari video *De Imagine sacra Deiparæ* dictæ *de la Oliva* nescio quid, Neapoli editum 1634. in 4. Ferdinando de Zarate tribuit non nemo *Certamen Conceptionis Dominæ Nostræ*, Valentiæ editum 1586. in 8. Hispanum scilicet.

FERDINANDUS DE ZURITA, Huetensis (diœcesis Conchensis Huete oppidum est) apud occidentales Indos sacræ legis Evangelicæ disseminator, scripsit Latine:

Theologicarum de Indis quæstionum Enchiridion primum. Matriti 1586. in 8.

D. FERDINANDUS DE ZURITA, nescio quis, scripsit hujus tituli opus:

Meritos disponen premios. Matriti 1654.

FIRMINUS.

FIRMINUS, Lusitanus:

Repertorium scripsisse dicitur *de mutatione aeris.* Parisiis 1539.

FIRMINUS LOPEZ DE MENDICORROZ, Navarrus ut videtur, Joannisque Ferdinandi a Velasco, magni Castellæ comestabilis, assecla seu familiaris, edidit:

Observaciones de la vida del Condestable Juan Fernandez de Velasco, y cifra de sus dictamenes: ad Bernardinum Joannis filium. Vigebani in ducatu Mediolanensi 1625. in 4.

D. FIRMINUS RATTARIAZI, sive alius sub hoc nomine, edidit:

Apologema, Espejo y excelencias de la Serafica Religion de Menores Capuchinos contra quemdam detractorem. Taurini ut sonat, re vera alibi intra Hispaniam 1673. in folio.

FLAVIUS.

FLAVIUS JACOBUS, Eborensis, Lusitanus Cardoso in schedis mihi teste, Latinis versibus cecinit:

Catonem minorem. Venetiis editum 1552.

FLORIANUS.

FLORIANUS DOCAMPO, Zamorensis, Lupi filius, quem ex Sanzia Garzia Docampo, femina ut alicubi lego Lusitana, Didacus de Valencia, Castellæ mareschallus, procreavit, sub Antonio Nebrissensi & aliis Compluti ad omnes bonas disciplinas multo studio adhibito, strenue se ad historicum munus, quod quasi præsagiebat sibi aliquando solemniter obeundum, comparavit. Quo consilio quæ latebant fere rerum nostrarum origines ex Romanorum & Græcorum libris, prisci ævi lapidibus, aliisque monumentis, atque adeo inferiorum temporum historiam ex authenticis & æqualibus scripturis, principalibusque concessionibus undique conquisitis, fere primus procudere concepit animo, atque ex bona parte exequutus est. Canonicus enim Zamorensis patriæ ecclesiæ factus meruit a Carolo Cæsare Regius destinari chronographus, ea spe de virtute atque eruditione hominis vulgo apud omnes concepta, valdeque in dies confirmata, ut in comitiis Castellæ regnorum anni MDLV. communi procuratorum voto pulsatus fuerit Cæsar de exhibendo Regiis, aliundeve quam ex sacerdotio Zamorensi venientibus, redditibus historico suo Floriano, quo posset muneri suo continuandæ historiæ, non ulli addictus ecclesiæ ministerio, totus vacare. Exquisitam adjunxit, pro captu ejus temporis, in commentando dictionis elegantiam, quæ vere digna esset rebus quas describendas curæ suæ commendaverat. Nec tamen solidam ab eruditis laudem colligere potuit ex quo veræ historiæ bono semini Berosianarum, hoc est anilium fabularum non multo antea publicatarum, evanida commiscuit grana: quas quidem ad deum Fabulinum relegandas nondum palam decreverat criticorum senatus. Quare Andreas Resendius multo superioribus diligentiorem vocat historicum, & quantum ad geographiam, eruditiorem; quem tamen alibi ut nimis credulum Berosi originum Hispanicarum accusat, nempe ad Moralem, & *de Antiquitatibus Eborensibus* scribens. Ambrosius item hic Morales in laudando Floriano multus & creber est, extollendaque ejus industria & sermonis majestate: de quo in prologo suæ continuationis, & in tracta-

tu

tu *de Antiquitatibus Hispaniæ*, atque etiam in *Excursu de Lingua Hispanica* adiri poteſt. Necnon Joannes Vaſæus hæc de Floriano habet in *Chronici* cap. IV. *Vir ut apparet multæ lectionis, & indefatigabilis hac in parte diligentiæ, omnes Hiſpaniæ res memorabiles quatuor tomis deſcribendas ſuſcepit, quorum primum tantum hactenus, quod ſciam, edidit, in quo quæque de primordiis Hiſpaniæ potuerunt inveniri ſtudioſe ac diffuſe collegit.* Andreas tandem Garſias Matamorus quam appoſite de Floriano in apologetica ſua ratione *de Academiis, & literatis Hiſpaniæ viris*, poſt Petrum Meſſiam & Geneſium Sepulvedam, Cæſareos hiſtoricos pro merito laudatos? *Poſtremus eſt Florianus, qui mihi vir unus & veterem majeſtatem imperii repræſentat, & quadam cum gravitate eloquentiæ & puritate ſermonis Hiſpani ad ſcribendam hiſtoriam ſe maximè applicat, clariſſimum hiſtorici nomen tranſmiſſurus ad poſteros.* Vere ex quatuor partibus hiſtoriæ noſtratis, quarum ſpem fecerat, primæ tantum ſemiſſem perfeciſſe is videtur. Ab eo enim habemus:

Los cinco libros primeros de la Coronica general de Eſpaña. Pertingere hæc prima pars debuit uſque ad Jeſu Redemptoris adventum, ut ex prooemio ipſius auctoris conſtat; nec tamen ultra duorum Scipionum cædem procedit narratio. Sane quatuor ex his quinque libris a quodam typographo extortos ſibi fuiſſe non diſſimulat Florianus in quadam ad Joannem Vergaram epiſtola, quam mox laudamus (prodiit utique id, quod fuit, Zamoræ 1544. in fol. cum indice rerum & locorum) pluraque ſe emendaſſe ait ad ſubſequentem editionem : quæ quidem, diem ſuum eo obeunte, non niſi cura Ambroſii Moralis prodiit integra, & quinque jam librorum, Compluti apud Joannem Iñiguez de Lequerica 1578. in fol. Audio & Pinciæ eam edidiſſe Sebaſtianum de Camas anno 1604. Quam quidem hiſtoriam ſatius habuit continuare Ambroſius idem Morales, quam a principio rerum novam recudere.

Circumferuntur & alia præ ſe ferentia Docampi nomen, utpote:

Libro de linages y armas : quem adſervari ajunt autographum in bibliotheca comitum de Lemos oppidi Monforte regni Gallæciæ. Hujus meminerunt D. Joſephus Pellizer Regius chronographus in libello ſupplici, ſeu *Memoriali pro Marchione de Ribas*, & Rodericus Mendez Silva in *Vita Nonii Alphonſi.* Certe Florianus ipſe, ad contexenda ſuis quæque hiſtoriæ locis, peculiarem ſe in deſcribendis nobilium familiarum originibus & inſignium uſu poſuiſſe curam induſtriamque in eo, quem laudavimus, hiſtoriæ prooemio admonere ſuos lectores voluit.

Laudant ſeparatim ejus:

Linage del apellido de Valencia : quod opuſculum habuit Gundiſalvus Argote de Molina in penu ſua genealogica manu exaratum; nempe de avito auctoris ſtemmate lucubrationem. Laudat quoque non ſemel D. Joſephus Pellizerius, Regius hiſtoricus.

Coepiſſe quoque eum de rebus Franciſci cardinalis Ximenii commentari, hujuſque hiſtoriæ fragmentum ad Joannem Vergaram miſiſſe lego in epiſtola ejus ad Vergaram, e Zamoræ urbe datam III. Maii MDXLIX. quam in *Archivio Complutenſi*, ſimul cum Ximenii ipſius *Cardinalis vita*, edi curavit collegium Complutenſe Sancti Ildephonſi, operis auctor. Quo quidem commentario uſus eſt in eadem Sparta exornanda, ut ipſe ait in prologo, Alvarus Gomezius. Sed in hac eadem epiſtola Florianus refert aggreſſum ſe eſſe Ferdinandi Pulgaris & Ferdinandi alterius Perezii Guzmani *de Viris illuſtribus* libellorum continuationem.

FORTUNIUS.

FORTUNIUS GARZIA DE ERZILLA, alias ARTEAGA, Cantaber ex Bermeo Guipuſcoæ provinciæ oppido, juris utriuſque doctor, atque eques & commendatarius, ſive præceptor ut vocant, ordinis Sancti Jacobi, inter Hiſpanos collegii Bononienſis, ab Ægidio Albornozio ædificati, ſodales die XIIII. Auguſti MDX. eo admiſſus ſuperiori ſæculo, in utriuſque juris profeſſione paucos Italorum pares habuit primarius legum interpres. Ingenium in eo fuiſſe acre, flexibile, multiplex, & exercitatum æquales referunt, gravitatem humanitatis plenam, judicium vero ſic maturum ac modeſtia imbutum ut in ſcholaſticorum circulis, de abſtruſis quibuſque eum quotidie interrogantium, qui vix aliquid ignoraret nihil tamen reſponderet ex tempore, niſi cunctanter rationibuſque utriuſque partis in medium productis. Sparſa tanti viri fama per diverſa Italiæ loca, Florentinæ urbis perſuaſit cives ut Fortunium ad academiam ſuam Piſanam invitarent, quam conditionem ideo non admiſit, ne videretur de togæ honorum, quos inter ſuos gerere ante omnia deſiderabat, ſpe non temere concepta cum nova iſtius profeſſorii muneris acceptatione tranſigere. Igitur evocatus a Carolo Cæſare in Hiſpaniam, eo tempore jam Regius conſiliarius erat, hoc eſt ſupremi Caſtellæ ſenatus pater, quo Joannes Geneſius Sepulveda de Albornozii rebus commentabatur, atque item in curia regni Navarræ ſummus juridicus, quem Regentem idiotiſmus noſter vocat. Hunc certe omni laude afficiunt viri duo, longe graviſſimi tam dignitate quam doctrina, Didacus Covarrubias lib. III. *Variorum* cap.

cap. I. & I. parte *de Sponsalibus* cap. v. §. I. n. 5. Et Gregorius Lopezius in *glossa ultima Leg. I. Tit. VII. Part. I.* Qui quidem ultimus *virum doctissimum*, & *Christianissimum*, quemadmodum & alii non minus exaggeratis laudum cumulis eum appellant. Scripsit:

Commentarium de Pactis, in Titulum Digestorum de Pactis, cum Repetitione Cap. I. Extra eodem Titulo. Bononiæ cum duobus sequentibus 1514. Et Francofurti apud Nicolaum Hofmannum 1611. in 8. Repetitio ista edita quoque est volumine III. *Repet. divers. Juris Canonici.*

Ad Legem Gallus D. de Liberis & postumis Commentaria. Item:

De Ultimo fine utriusque Juris Canonici & Civilis, de primo principio, & subsequentibus præceptis, de derivatione, & differentiis utriusque. Bononiæ simul, uti diximus, hæc tria 1514. & 1517. in folio. Hic autem postremus tractatus Coloniæ 1585. 8. Et inter *Doctorum Tractatus* volumine primo. Cujus quidem scripti perfectione permotus Boetius Epo, celebris illo ævo Duacenæ academiæ professor, nuncupationem Fortunio fecit tractatus sui *De vero Juris Ecclesiastici fine prorsus alio, quam Juris Civilis*: qui quidem operum ejus volumine secundo legitur ita nuncupatus. Propter hoc opus maxime Arnoldus quoque Baert, Bruxellensis, in alloquutione ad lectorem *Praxis criminalis*, a se denuo recoctæ, Arnaldi a Bellovisu: *Nullus*, inquit de Fortunio loquens, *meo judicio tam veterum quam neotericorum subtilius illo scripsit unquam, vel ad unguem diligentius omnia scrutatur.*

Ad Titulum de Justitia & Jure Commentarium attribuit ei D. Joannes de Pineda in *Prole Ægidiana.* Bononiæ 1517. folio. Item si Valerio Andreæ Taxandro credimus:

De Expensis & meliorationibus sumptibus bonæ & malæ fidei Possesorum, Usufructuariorum &c. Coloniæ apud Gymnicum 1599. in 8.

Consilium ejusdem *pro Militia Sancti Jacobi* laudatur a quibusdam. Idque innuit absque dubio Gregorius Lopezius relato supra loco, dum agit de foro equitum militarium: *Audio etiam quod super hac quæstione scripsit late Fortunius ab Arcilla, vir Christianissimus & doctissimus, qui fuit de Regio consilio, & quod speratur cito prodire in lucem.* Hæc ille.

Sobre el Desafio del Rey de Francia, y del Emperador: excursus quidam MS. Fortunii extitit in bibliotheca D. Joannis Bertrandi a Guevara, Compostellani antistitis, qui fuisse videtur inde ad Olivariensem translatus: in ejus namque catalogo sic legitur, *Fortun Garcia sobre el Desafio y materia del Duelo.*

Legesis, Fortunii germanam effigiem qui cupis conspicere, Joannis Genesii ad Jacobum Arteagam sodalem epistolam quamdam, quæ edita fuit cum ejus *Commentariis ad Legem Gallus.* Lectu dignum est Mariani Sozini ad Rub. D. *De Verb. oblig.* num. 47. elogium de nostro: *Fortunius*, ait, *Garzia Hispanus, vir profecto magnæ speculationis, ut ego re ipsa (ut ita dicam) in fractione panis cognovi, dum senis secum disputarem.* Meminere Pancirol. *De Claris Leg. Interp.* cap. 139. Ziletus in *Indice Librorum Juris.* Merula in *Cosmographiæ* parte 2. lib. 2. cap. 8. Miræus in *Bibliotheca*, & alii.

Pater fuit Fortunius noster Alphonsi Erzillæ, qui de Araucano in America bello elegantissime scripsit.

FRANCISCA.

D. FRANCISCA DE CASTRO, sanctimonialis Lusitana ordinis Cisterciensis in monasterio Almoster, scripsit:

A Vida de Sor Maria dos Serafins freira do mesmo Convento natural de Santaren. Hæc filia fuit Henrici de Quintal, obiitque cum fama egregiæ sanctitatis. Emmanuel de Resurrectione in *Addit. ad Catalogum MS. Georgii Cardosi Scriptorum Lusitanorum.*

D. FRANCISCA DE LOS RIOS, Matritensis, vertit in vernaculam ex Latina lingua, duodecim tantum annis nata (res miraculo similis!)

La Vida de la Beata Angela de Foliño. Apud Joannem Cuestam 1618. in 8.

FRANCISCUS.

F. FRANCISCUS DE ACOSTA, Augustinianus provinciæ Bæticæ, vir pie disertus, scripsit.

Vida prodigiosa, y heroycas virtudes de la venerable Madre Maria de Jesus, religiosa Carmelita descalza del Convento de S. Joseph y Santa Teresa de la ciudad de Toledo. Matriti 1648. in 4.

FRANCISCUS ADAME DE MONTEMAYOR, natus in oppido Villanueva de la Serena provinciæ Estremaduræ, ac presbyter, edidit parum limato stilo sed poetico, hoc est facili, & cum opus est vehementi & nervoso:

Nacimiento, vida y muerte del Apostol S. Pedro Principe de la Iglesia: cant. XXIIII. ad Garziam de Loaisa Toletanum antistitem. Toleti apud Petrum Rodriguez 1598. 4.

FRANCISCUS DE AGUADO, natus in oppido Torrejon prope Matritum, post adeptam inter sæculares lauream philosophiæ

Com-

Complutensem, Jesuitarum sodalis, administrata provincia Toletana domo præfuit Matritensi, ac Philippo IV. Regi nostro a concionibus fuit, prudentia doctrinaque spectatus, scripsit:

Del perfecto Religioso. 1619. folio.

Christiano Sabio. Matriti 1638. in folio. & 1653. folio.

Sumo Sacramento de la Fe, Tesoro del nombre Christiano: sive de augustissimo Eucharistiæ sacramento. Matriti anno 1640. in folio.

Misterios de la Fe. Ibidem 1646. folio.

Exortaciones varias doctrinales: ad D. Agnetem Stunicam, Olivarum comitissam. Ibidem 1641. folio.

Adviento y Quaresma. Matriti apud Dominicum Garsiam 1653. folio.

Carta a los Superiores de la provincia de Toledo, en que refiere la vida y muerte del P. Juan Gondino de la misma Compañia de Jesus: qui obiit anno MDCXXXI.

Apologos Morales: ex Latino Cyrilli, sive Alexandrini sive Hierosolymitani, quod interpres ignorare se ait. Interpretatum ex Græco existimavit Aguadus eum, qui Latine a principio conscriptus fuit, libellum, ut Aubertus Miræus & Carolus Labbæus notant: porro Hispana hæc interpretatio Matriti prodiit anno 1643. 8.

F. FRANCISCUS DE AGUILAR, Augustinianus, in gymnasio Ilerdensi Bibliorum professor publicus, nescio quæ dicitur anno MDC. edidisse in lucem: nihil enim ultra nos docuit *Alphabeti Augustiniani* auctor.

FRANCISCUS DE AGUILAR, nescio quis, edidit olim sub Latina Francisci Aquilarii nuncupatione:

Pro Virtute orationem: quæ Venetiis edita est apud Franciscum Rampazzetum 1569. in 4.

D. FRANCISCUS DE AGUILAR TERRONES DEL CAÑO, Iliturgitanus (Iliturgi hodierna est urbs Anduxar Giennensis dioecesis) doctor theologus, quam scientiam in gymnasio urbis Beatiæ aliquot annis fuit professus, Philippo II. Hispaniarum Regi a concionibus, & in Granatensi alma ecclesia sacrarum literarum interpres canonicus, dein Tudensis, demum Legionensis ecclesiarum præsul, scripsit:

Instruccion de Predicadores. Granatæ 1617. in 4. Quam quidem tribuens Lucas Waddingus Joanni cuidam Terrones, Franciscano, *de Scriptoribus hujus Ordinis* dum commentatur, a vero ipso refellitur.

Sermon que predico en Madrid en las honras de Felipe II.

Otro en las de la Serenisima Infanta Doña Catalina Duquesa de Saboya. Matriti 1577. 4.

Obiit XIII. Martii MDCXIII.

F. FRANCISCUS DE ALCOZER, ordinis fratrum Minorum provinciæ S. Jacobi, præstans vir judicio, divinarumque atque humanarum cognitione literarum, scripsit:

Tratado contra el juego. Salmanticæ 1559. apud Andream Portonariis.

Confesionario breve. Salmanticæ 1572. in 8. Cordubæ 1592. 8. Matritique 1598. in 8. Barcinone apud Sebastian. Matevad 1615. 8.

Alius credo Joannes est Alcozerius, qui de *Missæ Cæremoniis* libellum scripsit, quamvis utrumque eorumdem faciat operum auctorem inadvertenter Waddingus.

FRANCISCUS DE ALDANA, expertæ fortitudinis miles, prudentia ingenioque non minus quam robore animi ac manu valens, post facta plura sub Philippo Rege II. stipendia, approbatamque ei in multis bellicis officiis operam, jussu ejusdem comitatus fuit Sebastianum Lusitaniæ Regem in expeditione illa Africana, quæ tam ei quam Sebastiano fatalis fuit. Multa Aldanæ monumenta cum ligatæ tum prosæ orationis invidit nobis fortissimi ac disertissimi hominis mors, quorum memoriam conservavit saltem Cosmas, ejus frater, ad carmina ejusdem, quæ in vulgus edidit, præfatus. Prodierunt nempe ejus cura:

Las Obras que se han podido hallar del Capitan Francisco de Aldana. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1593.

Deperiisse alia opera eodem ipso fato, quod Aldanam sustulit, cum sacra tum profana Cosmas conqueritur. Ea sunt, ne viri sic bene de gente nostra & poetica arte meriti famæ quidquam decerpere aut invidere videamur, fratris quidem testimonio:

Del Santisimo Sacramento: foliorum fere centum opus prosaicum.

De la verdad de la Fe: ejusdem molis.

Perfecciones de Nuestra Señora.

De Amor Platonico.

Dialogo llamado Ciprigna: sive secessus nobilium quorumdam virorum in Cyprum insulam.

Historia del Genesis, en octavas.

De Angelica y Medoro, en octavas.

Epistolas de Ovidio, en verso suelto.

De Amor y Hermosura.

Cartas: epistolæ nempe tam seriæ quam jocosæ urbanitatis plenæ.

Omnia hæc partim lecta sibi, partim visa Cosmas refert, adjungens *Bucolica* alia *duo Poemata*, quorum alteri *de Partenio y Nise* nomen fecerat, ab ipso auctore eorum, egregio

gio quidem eo propriarum vigiliarum contemptore, Vulcano, præsente se qui testimonium oculatum perhibet, in prædam data.

Obiit in Alcazarensi infelici prælio secunda die Augusti anno MDLXXVIII.

D. FRANCISCUS DE ALFARO, Hispalensis, jurisconsultus, cum Regii fiscalis munus in prætorio Panamensi occidentalis Indiæ, circa annum sæculi superioris quartum a nonagesimo, obire jussus fuisset, vix satisfactum commisso sibi hujus ministerii honori existimavit antequam de recte ac laudabiliter eo gerendo administrandoque posteris accenderet documentorum facem. Hic ergo & in Charcarum, seu Argentinæ urbis, quæ Peruani regni est, conventu juridico, ad quem anno MDXCVII. in eumdem fiscalis advocati locum fuit translatus, elaboravit quod ad Philippum III. Regem misit opus, scilicet:

De Officio Fiscalis, deque Fiscalibus privilegiis tractatum. Pinciæ apud Ludovicum Sanchez 1606. folio. Qui Matriti deinde prodiit emendatior & auctior ex officina Francisci Martinez 1639. folio. Ejusdem Argentinæ curiæ judicem necnon & Limensis egit, demumque apud nos Regiarum Rationum senatorem, quo censebatur magistratu cum ad plures abiit.

F. FRANCISCUS DE ALFARO, Bæticus, Giennensis, ex sodalibus B. Mariæ de Mercede provinciæ Bæticæ, sacræ theologiæ magister, Italicæ nunc provinciæ præfectus, edidit:

La inconstancia de la vida, y certeza de la muerte: ad Bisiniani principem. Neapoli 1667.

Historia de la Imagen de la Madre de Dios de los Remedios del Convento de Madrid, sus milagros, y un Panegyrico a la santa Imagen: ad marchionem de Villafranca, Sicularum triremium præfectum. Ibidem 1669.

FRANCISCUS ALPHONSUS, Malpartidensis, Jesuitarum sodalis, primariusque sacræ scientiæ in collegio Complutensi professor, vir ob innocentiam & integritatem morum dignus habitus qui statim a morte chartis commendaretur, quæ viventis res gestas atque mortem describerent, disponente Francisco Aguado tunc temporis rectore. Philosophicum ut vocant cursum scripsit, qui magni habetur in ea schola. Vidimus ex his tantum:

Disputationes in universam Aristotelis Logicam. Compluti apud Antonium Vazquez 1639. 4. & 1641.

In octo Libros Phisicorum Aristotelis. In Libros Aristotelis de Generatione & Corruptione. In IV. Libros de Meteoris, & tres de Cœlo Disputationes. Ibidem 1641. 4.

FRANCISCUS ALPHONSUS COVARRUBIAS, presbyter, curioque loci Contreras nuncupati Burgensis diœcesis, scripsit:

Brevem Tractatum pro institutione Evangelici Prædicatoris. Matriti 1650. 4.

F. FRANCISCUS DE ALVARADO, Dominicanus provinciæ Mexici, typis edidit:

Vocabulario de la lengua Misteca. Antonius de Leon in *Bibliotheca Indico-occidentali* tit. XVIII. & Augustinus Davila Padilla in *Historia* ejusdem provinciæ testes sunt.

D. FRANCISCUS DE ALVARADO, archidiaconus de Birviesca in ecclesia Burgensi, protonotariusque Apostolicus, ad Mariam Austriacam Imperatricem scripsit:

Frutos admirables de la limosna: pluribus sacræ Scripturæ veterumque auctorum historiis collectis, & in nostrum sermonem conversis. Compluti 1609. 8.

FRANCISCUS ALVAREZ, Lusitanus, ex oppido Covilhaõ, Emmanueli Regi a sacris, vir industrius & inculpatis moribus, idoneus visus fuit prædicto Regi, quem una cum Eduardo Galvano ad Abissinorum principem Davidem in comitatu Matthæi Æthiopis, qui legatus ejusdem ad Emmanuelem venerat, ad suosque jam erat rediturus, mitteret oratorem. Mansit is in Æthiopia detentus ibi variis de causis sex integros annos, quo spatio temporis, non inutiliter facto, rediit ad nos cum literis ejusdem Davidis ad Joannem Regem, qui patri successerat, necnon & ad summum ecclesiæ patrem, qui tunc erat Clemens VII. eique tandem Januario mense anni MDXXXIII. hoc Æthiopicæ legationis officium Bononiæ exhibuit, Carolo ipso Imperatore per eos dies in ea urbe agente, honorificentissimamque & ecclesiæ & supremo ejus præsuli, cunctisque gratissimam, legationem præsentia sua & numerosissimæ aulæ frequentia ornante. Sed ne hujus expeditionis interiret memoria, altera fuit nostri cura scribentis idcirco, vernacule tamen:

Verdadeyra informaçaõ do Preste João das Indias, em que se contão todos hos sitios das terras, e dos tratos; e comercios dellas, e do que passara na viajem de D. Rodrigo de Lima (succenturiatus is fuit in locum demortui, priusquam in Æthiopiam perveniret, Galvani) *que foi per mandado de Pedro Lopez de*

de Sequeira ; *& assi das cartas e presentes, que ho Preste João mandou al Rey nosso Senhor.* Olisipone 1540. folio.

Receperat in se Paulus Jovius, historiarum scriptor celebris, Martino a Portugallia Lusitano apud Pontificem tunc temporis oratore instante, historiam hanc Latinam ex Lusitana reddere, quod & Damianus a Goes, Lusitanus eques, superfedente Jovio, facere debuit ex quo id promisit Paulo III. Papæ in opusculo *De Fide*, *religione*, *moribusque Æthiopum*, ei nuncupato. Hispaniensem, sive ut rectius loquar Castellanam, certe habemus, non unius diligentia, nam & Thomas de Padilla vertit Antuerpiæque edidit anno 1557. 8. & iterum Michael de Suelves Toleti 1558. 8. Gallicam alius fecit, Antonio Verderio teste, quam Bellerus edidit Antuerpiæ 1558. Collegit quoque in compendium Ramusius. Diversum ab hoc opus cur putabimus cum Antonio Leonio in *Bibliotheca Indica* tractatum *de la Etiopia* quinque libris comprehensum, de quo mentio est in *Relatione Legationis Imperatoris Æthiopiæ ad Clementem Papam*, quæ sine auctoris nomine legitur in *Hispaniæ illustratæ* volumine secundo fol. 1285. atque in laudato nuper *Goesii* opusculo, ibidem fol. 1301. Ceterum de hoc auctore Bodinus in *Methodo Historiarum* ita censet: *Franciscus Alvarezius multo majore fide ac diligentia res Æthiopum primus scripsit, quæ nunc a peregrinis & optimis quibusque scriptoribus probantur, nec sine magna voluptate leguntur.* Hæc ille.

FRANCISCUS ALVAREZ DE RIBERA, Mellitenensis, legalis scientiæ atque canonicæ tirocinio Salmanticæ facto, ne conjugio, juxta parentis Alphonsi Alvarez de Horozco destinationem, se submitteret, in Italiam aufugiens militaria stipendia in Senensi statu Regi suo fecit, & Orbitelli præfectus fuit, deindeque auditor Tusciæ ut vocant præsidiorum, hoc est castrorum quæ in ea provincia retenta sunt. Post tredecim annos in hoc munere exactos in Hispaniam venit, indeque præses Regiæ Cameræ Summariæ Neapolim reversus est anno MDLXX. cui senatui ab anno MDLXXXVI. præfuit, post biennium factus cancellariæ regens. Deinde etiam in Matritense rerum Italicarum concilium senator anno MDXCVII. septuagenarius fere senex, fuit vocatus: integritate summa vir prudentia & pietate, quæ ei pepererunt virtutes maximam apud omnes existimationem. Referturque non vana fama Sixtum V. Pontificem Maximum destinasse eum purpuratorum patrum sodalem, si arbitrio ejus se totum dare vellet. Ab anno quippe MDLXXXIX. sacerdos ordinatus, & Salmantinus canonicus fuerat creatus. Postquam vero in Hispaniam rediit abbatia S. Angeli in Sicilia MCC. scutorum annui redditus, ac DC. ducatorum pensione super ecclesiæ Tarentinæ mensam, cum episcopatum nescio quem recusasset, ditatus fuit. Scripsit, dum controversia verteret super Portugalliæ successione:

Pro Augustissimo Philippo II. Responsum de successione regni Portugalliæ: cui *Additiones* fecit Carolus Tapia, in senatu eodem supremo Italiæ regens, edito Matriti 1621. 4.

Decisiones MSS. laudat Carolus idem Tapia ubi proxime.

Obiit Pinciæ, dum ibi aula esset, apud Clericos Regulares sepultus VIII. Octobris MDCV. ætatis suæ LXXV. In ecclesia S. Spiritus Neapolitana Regio palatio proxima hanc inscriptionem legimus:

Franciscus Alvarez Ribera Miles Hispanus,
Regiæ Cameræ pro invictissimo Rege
Philippo Præfectus, quem Locumtenentem
Vocant, a latere Consiliarius, Sacellum
Hoc præclarum a fundamentis erexit,
Censu addicto ut septies in anno solemniter,
Et bis in die de more sacra fiant,
Alterum ad auroram, alterum prope
Meridiem,
Ut sedulis sit satisfactum, occupatis vero
Pigris licet immeritis non deficiat.
Mediumque istud & majus Altare
Sacrorumque partem intentioni Sargenti
Joannis Gutierrez militis strenui, a quo
Fuit institutus heres an. Dom.
MDLXXXIV.

Et super cœnobii, quod olim fuit Dominicanorum, portam hæc ejusdem extat memoria:

Illustri Francisco Alvarez de Ribera
Regiæ cameræ Locumtenenti
Dominicani fratres posuere:
Etenim ipse in Spiritus S. amore spem locans
Sua opera vel pietate totam fere hanc
S. Spiritus sacram ædem lustrando restituit:
Opus vero ab Illustriss. & Excellentiss.
Marchione de Mondejar Prorege
Fuerat designatum. Anno
MDLXXXIV.

Consule, si vis, D. Cæsaris d' Engenio Caraccioli *Neapolim sacram* pagina 545. & 548. Nicolaum Topium *De origine omnium Tribunalium urbis Neapolitanæ* lib. IV. cap. VII. prioris partis, qui prolixius in III. parte, ubi catalogum edidit sacram cancellariam regentium, specialem de vita Riberæ lucubrationem instituit, ex ea scilicet, quam scripsit Carolus Tapia, Belmontis marchio, illius veluti alumnus & discipulus. Legesis & Julium

lium Capacium in libro *Il Foraſtiero* nuncupato, giornata VII. pag. 611.

FRANCISCUS DE AMARAL, Luſitanus, Oliſiponenſis, atque in hujus urbis collegio Ieſuitarum, quorum erat ſodalis, philoſophiæ ac theologiæ profeſſor, habere ſe parata detulit ad *Bibliothecæ Jeſuiticæ* auctorem:

Concionum tomos duos: alterum *de Tempore*, alterum *de Feſtis*.

D. FRANCISCUS DE AMAYA, Bæticus, Antiquarienſis, juris utriuſque conſultus, cum in Urſaonenſi academia & collegio Civile jus ex primaria cathedra creatus rite doctor jam doceret, Salmanticam ad collegium epiſcopi Conchenſis XXII. Novembris MDCXVII. evocatus, quod ipſe refert ad L. v. n. 26. Cod. *de Jure fiſci* ſcribens, qua docendo, dum ex publico munere Juſtinianeum codicem & Codicis poſteriorem partem, Voluminis appellatione vulgo notam, atque Digeſtum ut vocant vetus interpretatur, qua ſcribendo plures annos in hac ſchola cum magna ſui nominis celebritate tranſegit. Ea quippe fuit præſtantia ac firmitate doctrinæ, ea ſtudiorum elegantia, liberaliumque aliarum diſciplinarum cognitione ut neminem fere ſui temporis profeſſorum in hac ſaltem eruditionis laude ſibi æqualem habuerit. Creatus inde fiſci apud Granatenſes advocatus, moxque Pincianæ curiæ ſenator, abſque eo quod publicis ceſſaret horis, hoc eſt muneri ſenatorio aliqua ex parte deeſſet, quod ipſe ſibi ad imitationem Plinii ſenioris in præfatione *Commentariorum Voluminis* modeſte vindicat, horas omnes ſucceſſivas, & bonum, quod uſquam concederetur, otium publicæ utilitati, quæ ad poſteros emanatura erat, expendit, in perficiendis nempe atque in vulgus proferendis, quorum jam ſpecimen fecerat, doctiſſimis lucubrationibus. Ediderat is in profeſſorio munere adhuc manens:

Obſervationum Juris libros tres: primum Salmanticæ anno 1625. 4. Dein Coloniæ apud Antonium de la Planche 1633. Genevæque eodem anno. In his inter alia *De lege Regia & poteſtate Principis*: *De Poſtliminii & Legis Corneliæ fictionibus*: *De Libertorum matrimoniis & ingratitudine*: *De Rerum furtivarum uſucapione*: *De Hæreditatis petitione*, & aliis juris capitibus commentatur. Ad hæc pulcherrima ſunt, & multa priſcarum rerum cognitione fulgeſcunt: *Nilus, ſive de Leg. unic. C. de Nili aggeribus non rumpendis*: *Majuma, ſive ad Legem unicam C. de Majuma lib. XII. & Eunuchus, ſive ad Legem Eunuchis v. C. Qui teſtam. facere poſſunt.* Hujus operis ea non ultima laus eſt quod lectionem librorum juris, quam ſæpiſſime obſervationum alii formatores expungere ſolent, conſtantiſſime ac validiſſime numquam non tuetur.

Deinde jam ſenator Pincianus edidit:

In tres poſteriores Libros Codicis Imperatoris Juſtiniani Commentarios: meditatos olim, ac ſine intermiſſione elaboratos poſt ineptam veterum, & ante alios illius ineptiarum hamaxarii, uti Pennam Cujacius vocat, explanationem, aliqualemque & partiariam Cujacii ipſius (ſiquidem pleniora commentaria quæ promiſerat non excudit) Alciatique, Pyrrique, ac Dionyſii Gotofredi operam. Quorum primus tomus Lugduni prodiit ex officina Petri Proſt anno 1639. in folio, deinde Genevæ 1656. in folio. Reliqui, auctore vivis exempto, lucem hactenus deſiderant.

Adjungitur in calce hujus prioris tomi:

Apologia pro Statuto Collegii Conchenſis contra calumniam Joannis Eſcobar del Corro.

Juvenis commentatus fuerat in Ovidii *Ibim*, atque item in vernaculi poetæ principis Ludovici a Gongora poematium, cui *Primera Soledad* inſcripſit auctor; necnon & reliquiſſe dicitur apud Joſephum fratrem morale ſcriptum, *Deſengaños de la vida humana* indigitatum, nec tamen perfectum: quod habui ex relatione Antiquarienſi.

F. FRANCISCUS DE AMEYUGO, ... ordinis S. Franciſci, lector jubilatus ut vocant, & aliquando Burgenſis ſuæ provinciæ præfectus, edidit:

Rhetorica Sagrada, y Evangelica iluſtrada con la Practica de diverſos artificios Rhetoricos para proponer la palabra divina. Quæ tertium edita fuit Madriti per Andream Garſiam de Eccleſia 1673. in 4. Item:

Nueva maravilla de la gracia deſcubierta en la Vida de la Venerable Madre Sor Juana de Jeſus Maria Monja del Convento de Santa Clara de Burgos. Madriti apud Bernardum de Villadiego 1673. in 4.

Obiit ut credimus ante libri hujus publicationem.

FRANCISCUS DE AMOLAZ, sereniſſimo D. Joanni de Auſtria noſtræ juventutis principi a ſecretis, laudatus a Fr. Petro de Alba in *Militia Conceptionis*, edidit:

Deiparæ Triumphum ab originali. Barcinone 1655. in 4.

FRANCISCUS DE ANDRADA, Luſitanus, Didaci Paiva de Andrada, eximii theologi ac Tridentinæ fidei defenſoris, & Auguſtini de Jeſu, eremitæ Auguſtiniani, qui *Jeſu labores* vernaculo ſermone in captivitate de-

descripsit, germanus frater, Philippo III. Regi fuit a consiliis & a munere scribendæ historiæ, quod quidem præstitit in vulgus edens Lusitana lingua:

Chronica do muito alto, e poderoso Rey destes reinos de Portugal D. João o III. deste nome: ad eumdem Philippum III. Regem Catholicum. Olisipone apud Georgium Rodriguez 1613. in folio.

Carmine etiam descripsit vernaculo:

O primeiro cerco de Diu. Olisipone 1589. in 4. Filius ejus fuit Didacus de Paiva junior, qui concepta spe cum decidisset parenti in chronographi Regii munere succedendi, subrogato in ejus locum Bernardo Britto Cisterciensi, hujus scriptis & famæ, *Antiquitatum Lusitanarum* libello in vulgus edito, non leviter detrahere ac derogare conatus est.

F. FRANCISCUS ANDREU, Valentinus, ordinis Redemptorum Deiparæ Virginis de Mercede, sacræ theologiæ magister, domusque Valentinæ, quam de Puig sive de Podio vocant, præfectus, scripsit magistri generalis Philippi Guimerani jussu:

Cæremoniale sacri ordinis Beatæ Mariæ de Mercede redemptionis captivorum cum scholiis. Valentiæ 1614. in 4.

Valentinam hic etiam & Balearicam provinciam rexit præfectus, honestate vitæ meritoque concionatorii muneris, ardenter exerciti, commendatus posteris in sacræ istius familiæ monumentis historicis.

F. FRANCISCUS AB ANGELIS, Franciscanus provinciæ Sancti Pauli, dedit in publicum:

Consideraciones piadosas sobre la Antiphona, Tota pulcra es Maria. Matriti 1643. in 4.

F. FRANCISCUS DE SANCTO ANGELO, Matritensis, Carmelitarum ordinis, sacræ theologiæ magister, scripsit:

Catalogo de los Santos de la orden de Nuestra Señora del Monte Carmelo. Cæsaraugustæ apud Angelum Tavanum 1608. in 8.

Compendio de las Indulgencias de la orden de Nuestra Señora del Carmen. Pinciæ apud Guilielmum Drouy 1598. in 12.

F. FRANCISCUS DE SANCTA ANNA, Franciscanus Excalceatus provinciæ sancti Josephi, perpetuusque ut vocant pater, Regiusque ecclesiastes, edidit in lucem:

Discursos predicables para todos los dias de la Quaresma. Cæsaraugustæ apud Joannem de Ybar 1651. in folio.

Spem fecit *Seminatoris celestis* Latino sermone a se publicandi.

FRANCISCUS ANTONIUS, patria Olisiponensis, Jesuita, Romæ novitiorum præfectus, Mariæ Imperatrici serenissimæ apud Germanos a concionibus & a consiliis fuit totos XXXV. annos, a qua missus in Hispaniam ad Philippum Regem fratrem, eamdem Augustam ad nos delatam ad obitum usque juvit præsenti obsequio. Scripsit:

Consideraciones sobre el altisimo sacrificio de la Misa: Del Santisimo Sacramento: Del Agua bendita: De las Imagenes y Reliquias: De la Señal de la Cruz: Del Agnus Dei. Matriti apud Petrum Madrigal 1598. in 4. Seu cum titulo *Misterios de la Misa.* Matriti 1596. in 4.

Avisos para los Soldados, y gente de guerra. Matriti apud Petrum Madrigal 1590. 12. Bruxellis apud Rogerium Velpium 1597. in 12. Et Antuerpiæ 1605. in 12.

Tratados espirituales de algunos Santos antiguos: ex Latino convertit, atque edidit Matriti apud Ludovicum Sanchez anno 1603. 8. scilicet Sixti Papæ *Sententias*: Dorothei, Nili, & Isaiæ abbatum libros *De Spiritualibus documentis.*

Cathechismum Emondi Augerii, notatis integre locis SS. PP. quos ille citat, prorsus apposite ad refellendos Calvinistarum errores, illustravit, uti ait Alegambius *Bibliothecæ* auctor.

Obiit Matriti in tironum domo XV. Februarii MDCX. ætatis LXXV.

D. FRANCISCUS ANTONIUS CRUZADO, Bæticus, comitis de Lemos familiaris, ex parte communicavit nostræ genti & linguæ ex Gallico auctoris:

La Corte Santa, y el Reyno de Dios del Padre Nicolas Causino. Matriti 1644. 4. tribus tomis: hoc est non integrum opus, continuatum postea a D. Petro Gonzalez de Godoy quatuor aliis voluminibus in sequentibus annis, ut in eo dicimus.

D. FRANCISCUS ANTONIUS DOCAMPO, ad S. Clementem Hispanorum Bononiæ sodalis, anno MDCIX. in collegium allectus, vertit in vernaculam gentis linguam:

Historia de la vida y hechos del Cardenal D. Gil de Albornoz: ex Latino Joannis Genesii a Sepulveda. Bononiæ apud heredes Joannis Roxo 1612. in 4. In academia Bononiensi summus fuit juris Civilis professor publicus, Neapolique post diversa munera exercita judex vicariæ Criminalis, & anno MDCXXIII. Sanctæ Claræ dicasterii senator.

Obiit I. Aprilis MDCXXXIV. ut monet Toppius in *De orig. Tribunalium Neapolis* parte 2. pag. 428.

D. FRANCISCUS ANTONIUS DE ETTENHARD, Matritensis, Georgii Ettenhard Germani Œnipontani, equitis ordinis Calatravæ, & D. Joannæ Gabrielæ Banrdres de Abarca filius, ejusdem ordinis Calatravensis eques, centuriæque Germanorum Regii corporis custodum prodecurio, geometricæ artis eam partem, quæ ensi tractando in defensionem & offensionem regulas præscribit, non minus practice quam theorice in paucis doctus, edidit:

Compendio de los fundamentos de la verdadera destreza, y filosofia de las armas: Carolo II. Hispaniarum & Indiarum Regi dicatum. Matriti 1671. in 4.

D. FRANCISCUS ANTONIUS DE FELOAGA, Navarrus, ex oppido Oiarzu, Calatravensis eques, Antonii filius Regii senatoris, nunc in regno Neapolitano Sanctæ Claræ senatus judex, post alia exercita in eodem regno munera scripsit:

Enchiridion Juris controversi, varia comprehendens lucubrationes theorico-practicas civiles & canonicas. Accessit Appendix de identitate personarum à jure constituta inter parentes, & liberos. Matriti apud Martinum de Espinosa & Arteaga 1675 folio.

FRANCISCUS ANTONIUS FUSER, canonicus in Aragoniæ regno Barbastrensis ecclesiæ, idemque vicarius Hieronymi Baptistæ de Lanuza ejus antistitis, patroni demortui sanctitate ac literis clarissimi exemplum extare fecit in eo elogio, quod sic indigitavit:

Relacion de la excelente y exemplar vida y dichoso transito del Ilustrisimo Señor D. Geronimo Baptista de Lanuza.

Hujus frater germanus fuit Hieronymus Fuser, Dominicanus, qui locupletiorem postea viri hujus clarissimi pertexuit historiam.

F. FRANCISCUS ANTONIUS DE MADRID. Vide D. GABRIEL DE MONCADA.

FRANCISCUS APOLLINARIS, Clericus Regularis Minor, in collegiis Complutensi & Salmanticensi hujus familiæ professor theologus, edidit:

Sermones Panegyricos en alabanza de Maria Señora Nuestra concebida sin mancha ni deuda de pecado original. Matriti apud Matthæum Fernandez 1663. in 4.

Suma moral y resumen brevisimo de todas las obras del Doctor Machado. Ibidem apud Andream Garzia de la Iglesia 1661. in 4.

FRANCISCUS ARANHA, Lusitanus, patria ex oppido Arronches diœcesis Portalegrensis, Jesuita, rhetoricæ artis & humaniorum literarum, philosophiæ item apud suos professor, collegii Elvensis rector, scripsit:

Seriem Historicam Regum Lusitaniæ. Eboræ 1661.

Concionem habitam Ulisipone coram sacrosancta Eucharistia exposita pro felici successu exercitus Lusitani 1657. vernacula lingua.

Bibliotheca Societatis: postremo locupletata. Item:

P. Virgilii Maronis Comment. quo difficiliora Poetæ loca, & scitu digna compte dilucidantur, addita diffusse tota fabularum serie, quas breviter attingit Vates: Accedunt ad majus juventutis commodum duo fere millia nominum, quæ in Eclogis ac Georgicis continentur, tribus Linguis illustrata. Eboræ typis Academiæ 1667. 8. Promittit in præfatione ad lectorem *Theologiæ Moralis opus.*

D. FRANCISCUS DE ARAOZ, Hispalensis civis, magister apparitorum Regiæ curiæ ejusdem urbis (vulgarem muneris compellationem Alguacil mayor de la audiencia de Sevilla sic interpretor). Scripsit:

De recte componenda Bibliotheca. Hispali in 8. anno 1631.

FRANCISCUS DE ARAUXO, archicapellanus legionis præsidiariorum militum, qui Neapoli merebantur sub Vespasiano Suardo tribuno (Capellan mayor del tercio de D. Vespasiano Suardo vernacule nos dicimus) protonotarius Apostolicus, scripsit:

Historia de los Martyres de la Ciudad de Otranto reyno de Napoles por la presa que de ella hizo el Baxa Acomat, en nombre de Mahamet Otomano Emperador de Constantinopla el año de MCCCCLXXX. y su recuperacion por Ferdinando I. Rey de dicho reyno. Neapoli apud Ægidium Longum 1631.

F. FRANCISCUS DE ARAUXO, nobili loco in Gallæcia provincia, ejusque ut dicitur oppido, quod Verim vocant, Monteregi proximo, natus, ordini fratrum Prædicatorum nomen dixit in Stephaniana Salmanticæ urbis domo, datoque sui in theologica re profectus, eaque maxime quæ a schola denominatur, specimine apud Abulenses sodales, qui sub Angelici Præceptoris appellatione academiam domi suæ habent, in latiorem bene merendi de Hispana juventute campum translatus fuit, Salmanticæque professorem agere jussus. Hic post minores alias, ex duabus primariis sacri studii cathedris eam adeptus est, quæ matutino tempore, hoc est præcipuo loco, Dominicanis tantum præceptoribus ex scholæ ipsius præscripto conferri debet.

bet. Quo munere functum, & post solemne jubilei vicennium academica donatum rude, urbs Segovia ecclesiæ suæ præsulem sortita est XIII. die Januarii MDCXLVIII. Post octo tamen administrationis annos, non tantum recusavit modeste Carthaginensem sibi oblatam, sed & sponsæ veteri bona gratia nuntium remisit, annuente Innocentio X. qui reservavit ei pensionem congruam privatum ut se ille atque onere vacuum aleret. Matritum ergo in curiam veniens, non ut curiæ ambiret munia, sed ut sibi & studiis vacaret, procul ab omni animarum cura ad statum se composuit imminentem obitus diem suscipiendi. Qui quidem initio anni MDCLXIII. præparato importunus non accidit. Theologiam omnem doctissimis commentariis perlustravit & illustravit maxime, quibus famam suam haud obscuram pervenire ad posteros fecit. Ea sunt hoc ordine edita in lucem:

De Fide, Spe, & Charitate in Secundam Secundæ Angelici Doctoris commentarius. Salmanticæ apud S. Stephanum 1635. folio.

In Tertiam partem Commentariorum tomus prior, hoc est, *De Verbo Incarnato.* Ibidem 1636. in folio.

In Tertiam partem Commentariorum tomus posterior, hoc est, *De Sacramentis.* Ibidem eodem anno.

In Primam Secundæ D. Thomæ lecturarum tomus primus. Ibidem 1638. folio.

In Primam Secundæ Commentariorum tomus secundus: sive *Tractatus de Divina gratia, justificatione, & merito.* Matriti apud Melchiorem Sanchez 1646. folio.

In Primam partem D. Thomæ Commentariorum tomus primus usque ad quæstionem XXIII. Ibidem 1647. in folio.

In Primam partem Commentariorum tomus secundus usque ad quæstionem LXIV. Ibidem eodem anno.

Præmiserat his omnibus:

Commentariorum in universam Aristotelis Metaphysicam tomos duos. Salmanticæ 1631.

Postumæ autem typis mandatæ sunt:

Variæ & Selectæ Decisiones morales ad Statum Ecclesiasticum & Civilem pertinentes. Lugduni apud Philippum Borde & socios anno 1664. in folio.

FRANCISCUS ARCEO, scripsit:

Fiestas reales de Lisboa. Olisipone apud Georgium Rodriguez 1619. in 4.

La Perla, o Jornada de Sevilla in 4. Vidit D. Thomas Tamajus.

FRANCISCUS ARCEUS, vulgo de ARCE, Frexenalensis, medicus doctor, scripsit:

De recta vulnerum curandorum ratione, & aliis ejus artis præceptis libros duos. Item:

De recta febrium curandarum ratione. Antuerpiæ typis Plantinianis 1574. in 8.

F. FRANCISCUS DE ARCOS, Toletanus, ordinis Sanctissimæ Trinitatis, sacræ theologiæ magister, Regius concionator Philippi IV. & Caroli II. Regum, vir a doctrina, ab humanitate, a prudentia & ingenio undique suspiciendus, edidisse fertur:

Apologiam pro Immaculata Conceptione. Itemque:

Elogia nominis Mariæ. Ut refert Franciscus de Jesu Maria in *Catalogo Scriptorum hujus ordinis.* Præter hæc:

Primera y segunda parte de la Vida y muerte del Venerable P. M. Fr. Simon de Roxas con doce Sermones que predicaron las Religiones, Villa y Clero. Matriti apud Julianum de Paredes 1670.

Membrete de los Blasones de la Religion de la Santisima Trinidad, y de sus Santos Patriarcas. Ibidem.

La Vida de Maria de Jesus, Labradora natural del Guixo del Duque de Alba, cum hoc titulo *La Sabia de Coria.* Madriti apud Franciscum Nieto 1671. in 4.

Vida y Sermones de S. Bernardo Abad.

Sermones item *varios*, seorsim editos his titulis: *Palio que recibio el Cardenal Moscoso en su Santa Iglesia de Toledo, dia del Nombre de Maria. Accion de Gracias que hizo la Nacion Española en la Octava que celebró en su Iglesia de Santiago de Roma al Nacimiento de Felipe Prospero. Threno Panegyrico al M. Fr. Joseph de Segovia Secretario del Venerable P. Fr. Simon de Roxas, y Varon penitente. A la Beatificacion de S. Pedro Arbues haciendo el Consejo Supremo de la Inquisicion la Fiesta en Santo Domingo de Madrid. En la Canonizacion del Santo Rey D. Fernando en la Fiesta que hicieron sus Magestades, asistiendo el Consejo de Ordenes.*

FRANCISCUS ARIAS, Hispalensis, philosophicas atque theologicas Compluti doctus literas, sacerdos jam atque ecclesiastes, septem nimirum supra viginti annos natus, dedit se in contubernium religiosæ vitæ Jesuitis sodalibus. Inter quos administratis aliquot domuum præfecturis, in Valentina deinde provinciæ Aragonensis Jesuiticæ urbe integro peregrinatus fuit decennio, jam eo tempore auctor non unius libri foras ibi gentium emisi. Patriæ, in quam redierat, coelum mutare iterum, seque Romam conferre habuit opus, ut in congregatione anni tertii ac nonagesimi transacti jam sæculi suffragio ac vicibus provinciæ suæ Bæticæ fungeretur. Ab hac legatione reversus Hispali ad mor-

mortem usque mansit, virtutis inclytæ doctrinæque, multis editis passim operibus, perpetuum sibi apud nostros homines testimonium consignans, interim Joanne Avila, Bæticorum qui audiit hoc tempore Apostolus, ob consensionem morum familiariter usus. Alter a septuagesimo ætatis annus, redemptique orbis millesimus sexcentesimus quintus, abstulit eum præpropera morte, quippe qui dum sacra celebraret animi deliquium passus, atque in lectum humeris sodalium delatus, postero die, qui Maii mensis tertius fuit supra vicesimum, naturæ concesserit. Demortui spolia, imo & crines & ungues barbamque pii mortales, admirati sanctitatem viventis, dum expositum fuit corpus in feretro diripuerunt. Elucet autem non minus eruditio, quam pietas in illius scriptis, quæ isthæc vulgari nempe lingua sunt:

Del Aprovechamiento espiritual: duabus partibus, quarum prior hæc continet:

Exortacion al aprovechamiento espiritual.

De la verdadera desconfianza de si mismo, y confianza en Dios.

Rosario de los cinquenta mysterios de Christo Nuestro Señor, y de su Santisima Madre.

De la Imitacion de Nuestra Señora. Valentiæ 1588. 4. Pinciæque 1593. Hos tractatus Latine conversos Joannis Busæi opera ediderunt Colonienses, ex officina Arnoldi Mylii 1603. in 12. Postremum Latio donavit atque edidit ibidem anno 1608. in 12. Hadrianus Hojus. Gallice quoque convertit Antonius Girard, Parisiisque edidit apud Gaspardum Maturas 1652. in 24. Omnia hæc Italice Julius Zanchinus vertit, Venetiis edita apud Petrum Bertanum 1610. 4. & prius apud Fioravantum Prati 1602. 4. Pars altera hos tractatus comprehendit:

De la oracion mental libros tres, qui facti sunt Latini opera Antonii Dulkenii Agrippinatis, simul cum altero opusculo *de Rosario B. Virginis*, editique Coloniæ 1616. 12.

De la Mortificacion: hunc itidem una cum aliis jam relatis Latine convertit Joannes Busæus. Gallicus extat Lugduni in 16.

Un Apendice del buen uso de los Sacramentos: hic prodiit etiam Coloniæ Latinus anno 1607. in 12. & Gallice in 16.

De la Presencia de Dios: Latinus hic prodiit typis Moguntinis in 8. & Coloniensibus 1615. 12. & cum Martini Delrii tractatu ejusdem argumenti Coloniæ 1621. 12. Gerardus item Zoes Belga civibus suis familiarem fecit, atque item Simon Visoki, Jesuita Polonus.

De la fealdad, y gravedad del pecado: quem tantum vidimus in *Catalogo Scriptorum Societatis*. In Italicum vertit Fabius Albergatus, Bononiensis Jesuita, Romanæ provinciæ præfectus, Romæ a Dragondello editum 1669. in 8.

Libro de la Imitacion de Christo Nuestro Señor: duabus partibus. Hispali apud Clementem Hidalgo 1599. in 4. Tiberius Putignanus in Italicum vertit, ac Romæ edidit apud Bartholomæum Zannettum 1609. duobus tomis in 4. & 1615. qui & Latine prodierunt Coloniæ apud Crithium 1610. in 4. Rursusque sub titulo *Thesauri inexhausti bonorum, quæ in Christo habemus* &c. opera Leonardi Creder Jesuitæ, Monachii apud Nicolaum Henricum 1652. in folio.

S. Franciscus, ille Genevensis episcopus, de Sales, vir juxta pius atque disertus, in *Introductione ad vitam devotam*, Gallice scripta, primæ partis cap. VI. Ludovicum Granatensem atque Ariam nostrum huc introire volentibus in paucis commendat.

D. FRANCISCUS ARIAS DE BOVADILLA, quartus comes de Puñonrostro, Arii Gundisalvi Davila & Annæ Gironiæ filius, bellica virtute suo tempore clarus, nempe sub duobus Philippis Hispaniarum Catholicis Regibus II. & III. præter militaria munera Hispalensem quoque gessit præfecturam, & Regii exercitus magister campi ut vocant generalis, cujus quoque laudatur libellus:

Del oficio de Maesse de Campo General: quem non vidimus; laudat tamen *De disciplina militari* scribens Christophorus Mosquera de Figueroa, ejus æqualis, lib. I. pag. 10. & Hieronymus Castillo de Bovadilla in *Politicæ* suæ lib. IV. cap. 11. num. 2.

D. FRANCISCUS ARIAS DE VALDERAS, Legionensis, I. V. conf. & doctor, in Sancti Clementis Hispanorum Bononiensi collegio anno MDXXX. allectus sodalis, ad dominum Stephanum Gabrielem S. R. E. cardinalem Merinum dedit:

De belli Justitia & injustitia. Romæ apud Bladium 1533. in 4. Inter *Tractatus Doctorum* legitur volumine XVI. Venetiis 1584.

Repetitionem ad Cap. Si quis suadente XVII. *quæst.* I. alias *Repetitionem ad Cap. Porro de Sententia Excommunicationis.* Venetiis 1587. & *In Repetitionibus Juris Canonici* IV. volumine.

Consiliarius fuit dicasterii S. Claræ Neapolitanæ urbis ut ex Topio constat in *De Origine Tribunal. Neapolit.* parte 2. pag. 413.

D. FRANCISCUS DE ARIS, Naxarensis, centurio, scripsit:

Historia de la antiquisima Imagen de Nuestra Señora de Balvanera, y por quien fue hallada en los años de CCCLX. Compluti 1608.

1608. in 8. apud Joannem Martinez Grande.

FRANCISCUS DE AVELAR, Lusitanus, ordinis Avisiensis, presbyter, & sui sacri conventus antistes, edidit:

Promptuarium ejusdem *Ordinis de Avis.*

FRANCISCUS DE AVILA, Bellomontanæ collegiatæ ecclesiæ canonicus, sacræque doctor theologiæ, doctrinam suam non minus quam pietatem nostris hominibus satis approbavit sequentibus, tam vulgaribus quam Latinis, operibus:

Figuræ Bibliorum veteris Testamenti, quibus novi veritas prædicatur & adumbratur: Gaspari Quirogæ, Conchensi tunc temporis episcopo, supremoque Fidei rerum censori, dicatæ. Antiquariæ 1574. 8.

Conciones in sacrum Quadragesimæ tempus & in dies dicatos Sanctis illo tempore occurrentes. Compluti apud Antonium Gotard 1589. in 8. Postea Venetiis 1590 in 8. apud Joannem Antonium Bertanum.

Vernacula hæc vidimus:

Avisos Christianos para vivir en todos estados desengañadamente. Cæsaraugustæ 1566. 8. atque prius Compluti apud Petrum Robles 1565. in 8. Italice quoque Venetiis apud Paulum Ugolinum 1599. 8.

Dialogos en que se trata de quitar la presuncion al hombre, a quien la prosperidad tiene sobervio; y de esforzar al que con la adversidad se halla afligido. Compluti 1576. in 8. apud Joannem Lopez de Lequerica.

F. FRANCISCUS DE AVILA, domo Abulensis, nobili loco in hac urbe natus, ad eamdem religiosæ vitæ natales refert, Dominicanis quippe ad S. Thomam aggregatus, in Pinciano S. Gregorii collegio theologiæ studia moderatus est. Veniens inde Romam una cum D. Francisco Davila S. R. E. cardinali, cui erat propinquus, præsentis controversiæ momento inserviens, quam sub Clemente VIII. P. M. diligentissime instruebant Dominicani ac Societatis Jesu sodales, edidit & ipse:

De Auxiliis divinæ gratiæ. Itemque:

De Confessione per literas aut Internuntium Dissertationem. Duaci 1623. contra eos qui probare tentarunt licere hoc modo confiteri.

Obiit anno MDCIV. Meminit hujus auctor *Historiæ ordinis Prædicatorum*, Monopolitanus episcopus, ad annum MDC. Fernandez & alii.

FRANCISCUS DE AVILES, domo ex oppido Monbeltran Abulensis dioecesis, jurisconsultus, permultis magistratibus cum laude administratis, parum tamen sibi profecisse visus est nisi & aliis munerum absque dolo gerendorum viam commonstraret. Excogitavit ergo, atque edidit:

Novam, diligentem, ac perutilem Expositionem Capitum, seu Legum Prætorum ac Judicum Sindicatus totius Hispaniæ. Salmanticæ 1571. folio. Regulæ sunt, quas exponit, a Catholicis Regibus Ferdinando & Elisabetha urbium prætoribus sive correctoribus, necnon judicibus ut vocant syndicatus ad observationem propositæ, & in *Compilationis* ultimæ *Legum Hispanarum* libri tertii titulum sextum jam conjectæ.

FRANCISCUS AYRES, Lusitanus, ex oppido Amyeira Cratensis prioratus, Jesuitarum sodalis, theologiæ cum exercuisset professionem, rexissetque collegium Farense Algarbiorum, oculorum visu orbatus licet haud tamen destitit in sacramento Poenitentiæ administrando, librisque dictandis meritum sibi fructusque salutares aliis procurare. Scripti enim ab eo tunc temporis in lucem prodiere, vernacula quidem lingua, quos verbis Latinis ita effert *Bibliothecæ Societatis* auctor:

Directorium spirituale in viam Cœli. Olisipone 1654. 4.

Theatrum divinorum triumphorum contra ingratitudinem hominum. Ibidem 1658. in 4.

Exemplaria metaphorica originis virtutum per Evangelicas Parabolas & Allegorias. Ibidem 1661.

Paralella Academica in duas Universalitates Divinam & Profanam. Ibidem 1662.

Imago Prudentium, & speculum ignorantium. Ibidem 1664.

Epitome spiritualis omnium, quæ christianus scire, credere, & operari debet. Ibidem eodem anno.

Obiit Ulisipone XI. Novembris hoc eodem anno MDCLXIV.

D. FRANCISCUS DE BALBOA ET PAZ, Pincianus natu, cum in Neapolitano regno & magna curia Vicariæ judex esset, sacræque Hispaniensi Inquisitioni a consiliis, edidit:

Monarchiam Regum, hoc est, de Jure Monarchiæ. Neapoli 1630. fol. Ac vernacule:

Retrato del Privado Christiano Politico, deducido de las acciones del Conde Duque de Olivares. Neapoli apud Octavium Beltran 1635. in 4.

F. FRANCISCUS BALLESTER, gente Valentinus, sacræ theologiæ magister, ex instituto Mercenariorum, suæque provinciæ præfectus, scripsit hujus tituli librum:

Sacro plantel &c.

D.

D. FRANCISCUS DE BARAHONA MIRANDA, Granatenſis, canonicus collegiatæ eccleſiæ Sacri Montis Illipulitani, primariuſque in ejus ſchola ſacræ theologiæ profeſſor, dedit foras:

Memorial por el ſacro Monte, y ſus reliquias y libros: contra fratrem Hieronymum de la Cruz Hieronymianum. Granatæ in fol.

Obiit Genuæ, dum pro expedienda hujus inventionis cauſa Romam veniret.

F. FRANCISCUS BARBA, ex ordine Sanctiſſimæ Trinitatis, quæ captivos redimit, in cœnobio Ubetenſis urbis, ſcripſit:

De la Inſtitucion o fundacion de la orden de la Santiſima Trinidad de la redencion de cautivos. Beatiæ 1556. 8.

F. FRANCISCUS DE BARCELLOS, Luſitanus, ex oppido Rates Bracharenſis diœceſis, Hieronymianus monachus, in ſua provincia (verba ſunt Thomæ de Faria Targenſis epiſcopi decade I. rerum ſui temporis lib. X. cap. III.) *virtute, religione & ſcientia, magnaque animi tranquillitate emicuit, præſertim vero in arte poetica. Nam ita muſis erat deditus ut, quod Ovidius de ſe commendavit* quidquid conabar dicere verſus erat, *de illo etiam potuerit publicari. Provincialatum inter ſuos bis egit, & provinciam induſtrie, ſollicite & tranquille moderavit.* Hæc ille. Ferebatur ardentiſſima devotione erga Dominicam Crucem, a qua natum ei fuit poema Latinum:

Triumphus Crucis nuncupatum, exametris & pentametris verſibus: quod ad D. Blaſium de Barros, primum Leirienſem epiſcopum, directum edidit anno 1551.

Deceſſit XXIX. Junii MDLXX. Agunt de eo Joſephus de Siguenza *Hiſtoriæ ordinis S. Hieronymi* parte II. lib. II. cap. XLII. Georgius Cardoſus in *Agiologio Luſitano* XXIX. Junii, qui Targenſis epiſcopi verba illa, ex ineditis adhuc ejus monumentis, ad rem nobis ſuppeditavit.

D. FRANCISCUS BARRANTES MALDONADO, Alcantarenſis, canonicus regularis ordinis de Alcantara, cum coadjutor eſſet Antonii Barrantes, oppidi de Zalamea prioris, edidit:

Relacion de la caliſicacion y milagros del ſanto Crucifixo de Zalamea. Matriti 1617. in 4. apud Alphonſum Martinum.

D. FRANCISCUS DE BARREDA, juriſconſultus, ſcripſit:

El mejor Principe Trajano Auguſto, ſu Filoſofia politica moral y economica deducida y traducida del Panegirico de Plinio iluſtrado con margenes y diſcurſos. Matriti 1622. 8.

Honras funebres a la memoria de la Mageſtad de Felipe III. por la Imperial Toledo. Toleti 1621. 4.

Silva Dramatica. Matriti apud Petrum Guzman 1622. 8.

Addiciones a las Leyes penales del Doctor Franciſco de la Pradilla. Matriti apud Coſmam Delgado 1624. 8.

FRANCISCUS BARRETO, Luſitanus, ex oppido Montemor diœceſis Eborenſis, Jeſuita, poſt diverſa in Indiæ orientalis Portugallenſi ditione geſta munera Cranganorenſis epiſcopus creatus, edidit dum Romæ eſſet ad congregationem generalem ab India ipſa vocatus:

Relationem de Miſſionibus & Chriſtianitate in Provincia Malabarica: Italica lingua. Romæ apud Franciſcum Corbelletum 1645. in 8.

FRANCISCUS BARRETO LANDIN, Luſitanus, carmine elucubravit B. Joannis de Deo Luſitani laudes, operi inſcribens:

Poema de S. Joaõ de Deos. Oliſipone 1648. 8.

FRANCISCUS BEDMAR, Velezmalacitanæ in Bætica littorali eccleſiæ, ut proprio verbo appellem, beneficiatus Magiſtralis, vicariuſque ſacrorum Fidei judicum, ſcripſit:

Boſquejo Apologetico de las grandezas de la ciudad de Velezmalaga. Malacæ 1640. in 4. Recoctum deinde, atque hac inſcriptione donatum, *Hiſtoria Sexitana de la antigüedad y grandeza de la ciudad de Velez.* Granatæ 1651.

FRANCISCUS BEIAN, edidiſſe refertur:

Memorial al Rey D. Felipe IV. ſobre la opinion que tiene la Religion de Santo Domingo acerca de la gracia con que fue criada la Virgen Maria. Matriti 1633.

F. FRANCISCUS DE BENAVIDES, laudatur uti ſcriptor libri, cui lemma:

Ramillete Virginal.

D. FRANCISCUS BERMUDEZ DE CASTRO, theologiæ doctor & profeſſor, uti ſe nuncupat, in ſchola oppidi de Cuellar, edidit:

Exercicios ſantos de Reformacion Chriſtiana. Pinciæ apud Hieronymum Murillo 1622. 8. V. FRANCISCUS DE CASTRO.

D. FRANCISCUS BERMUDEZ DE PE-

PEDRAZA, Granatensis, jurisconsultus, post causarum patrocinium in patria exercitum, eidem civili officio apud senatores Regiæ curiæ Matritensis diu vacavit. Creatus a Rege tandem ecclesiæ Granatensis canonicus ac thesauri custos, ad natale solum remeavit, ibique usque ad extremum vitæ diem se continuit. Scripserat olim, caritate in patriam stimulante, viginti trium annorum adhuc juvenis, *Antigüedad y excelencias de Granada*, atque Matriti ediderat anno 1608. 4. Quod quidem opus post longam annorum intercapedinem denuo a se recoctum, valdeque locupletatum, hac inscriptione vulgavit:

Historia Eclesiastica, principios y progresos de la ciudad y religion Catolica de Granada. Granatæ 1638. in folio.

Historia Eucharistica. Granatæ 1643. 4.

Ejusdem hominis sunt:

Hospital Real de la Corte. In 4. Matriti.

El Secretario del Rey. Ibidem 1620. 4.

Arte Legal para estudiar la Jurisprudencia, con la exposicion de la Instituta. Salmanticæ apud Antoniam Rodriguez 1612. 4.

Decessit septuagenarius anno MDCLV.

D. FRANCISCUS BERNARDO DE QUIROS, apparitor (alguacellum Arabica nomenclatura vocant) perpetuus aulæ & curiæ Regiæ, edidit:

Obras varias, y entremeses, y aventuras de D. Fruela. Matriti in 4.

FRANCISCUS DE BILCHES, Beaciensis, Jesuita, dum rector esset collegii S. Ignatii urbis Beaciensis edidit:

Santos y Santuarios del Obispado de Jaen y Baeza. Matriti apud Dominicum Garzia & Morras 1653. folio.

Historia de la ciudad de Baeza.

Memoriale item ut vocat *pro Officiis Sanctorum Beaciensium*: quod Joannes Tamajus laudat.

F. FRANCISCUS DE BILCHES, Bæticus, ex sodalibus Deiparæ Virginis de Mercede, sacræ theologiæ magister, plura inter suos munera obivit usque dum famæ ac vitæ integer mansit. Reliquit in Hispalensis cœnobii bibliotheca, quod inhabitare adhuc eum audio, in reatu tamen & pœnitentia:

Super Primam Secundæ S. Thomæ duo volumina.

FRANCISCUS BISBE ET VIDAL, juris utriusque doctor, scripsit:

Tratado de las Comedias, en el qual se trata si son licitas &c. Cui adjunctus est venerabilis viri Didaci Perez de Valdivia *un Sermon de las Mascaras.* Barcinone 1618. 8.

F. FRANCISCUS DE BIVAR, Cistercienis monachus, Matriti ortus, sacra Cistercio vota in æde Nucalensi nuncupavit. Philosophiæ theologiæque professorem ad S. Claudii apud Gallæcos, deindeque ad Montis ramorum agens monasteria, & jam peracto hujus officii tempore, domus suæ Nucalensis abbatem exercens, grande sibi meritum & existimationem non vulgaris eruditionis prudentiæque apud æquales omnes fecit. Hinc Romam cum perrexisset generalis in curia procuratoris vices gesturus, tam purpuratis patribus quam ceteris doctrina & pietate insignibus viris, bene doctus ipse, multarumque disciplinarum cognitione tinctus, integrisque moribus spectatus, innotuit breviter sustentavitque hominum de se judicium editis tam in Hispania quam in Italia variis libris, utraque lingua. Scilicet Hispana:

Historias admirables de las mas ilustres entre las menos conocidas Santas que hay en el Cielo. Nempe *Beatricis Silviæ*, Lusitanæ, ordinis Conceptionis Deiparæ fundatricis, & Sanctæ *Julianæ Cornelienſis*, sacræ virginis Cisterciensis, festi diei Corporis Christi institutricis. Pinciæ apud Hieronymum Murillo. 1618. 4.

Apologia en defensa de la santidad del B. Fr. Juan de Sagrameña monge converso del orden del Cistel.

Compendio de la vida del Apostolico varon Candido de Folengio monge del Monasterio de Nogales. Pinciæ apud eumdem Murillo.

Majoris operæ Latina sunt, & quæ duo sequuntur proxime, ut multa præ se argumenta eruditionis ferunt, quod auctoris sui famam semper tuebitur ne illi non sua crimina noceant, ita cessisse ei parum feliciter quotidie magis planum redditur iis qui malignitatem agri, tam operose ab illo exculti, jamque apud optimos veri censores perpetua sterilitate damnati, serio contemplantur:

Flavii Lucii Barcinonensis Chronicon omnimodæ Historiæ commentariis apodicticis illustratum. Simulque:

Apologeticus pro eodem Dextro contra Gabrielem Pennotum Clericum Regularem Historiæ Tripartitæ auctorem. Lugduni apud Carolum Landras 1627. folio.

Marci Maximi Episcopi Cæsaraug. Continuatio Chronici Fl. L. Dextri, una cum additionibus S. Braulionis, Tajonis, & Valderedi Cæsaraugustanorum item Episcoporum, commentariis apodicticis illustrata: quod opus prodiit postumum, cura abbatis & monasterii Nucalensis foras datum, Balthasarique Sandovalio S. R. E. cardinali, ac Toletano antistiti, nuncupatum. Matriti apud Didacum

cum Diaz de la Carrera 1652. folio.

Sancti Patres vindicati a vulgari sententia, quæ illis in controversia de Immaculata Virginis Conceptione imputari solet. Pinciæ 1618. in 4. Lugduni 1624. apud Horatium Cardon.

De reliquis testes mihi sunt Chrysostomus Henriquez, ejus quondam discipulus, & ex Angeli Manrici relatione Carolus Vischius *Bibliothecæ Cisterciensis* auctor, ineditis adhuc ut videtur:

De Officio parvo B. Virginis Mariæ lib. I.

De antiquo colore habitus Monachorum Cisterciensium lib. I.

De Viris Illustribus ordinis Cisterciensis lib. I.

De Bello Turcis inferendo lib. I.

Tractatus de Incarnatione Verbi divini. Itemque alia in *Aristotelis Logicam*, *Physicam*, *Metaphysicam.*

De Veteri Monachatu: aliud ingens opus, quo ipsum deducit ab Apostolis ipsis. Angelus Manricius, Pacensis præsul, vir doctissimus, laudat in *Cisterciensibus Annalibus* ad annum MCLXIV. cap. x. num. 9. Hoc vero eximium & refertissimum ecclesiastica eruditione, nondum tamen ultima auctoris lima perpolitum, asservari a Nucalensibus delatum fuit ad *Cisterciensis Bibliothecæ* auctorem, ut ipse ait in *Appendice.* De qua re testem nos citare possumus Bivarii ipsius epistolæ cujusdam autographum, Italiam ad Ferdinandum Ughelum Nonantulæ abbatem, duodevicesima die Decembris anni MDCXXXIII. ex Sacrameniæ Hispano monasterio datæ, in qua se calide hoc opus urgere, ac pleraque rara & ignota in eo comprehendere amico homini testatum voluit: atque ad majoris alterius operis, quod meditabatur, scilicet *Monasticorum Canonum*, duos ex quatuor priores libros ait se conficere, comprehensurum tertio *Commentarium in Regulam S. Benedicti*, quartoque & ultimo progressum istius ordinis, totoque orbe terrarum extensionem. Prodiit tandem *De veteri Monachatu*, *&* *Regulis Monasticis* hoc opus Lugduni apud Philippum Borde, & Laurentium Arnaud 1662. in fol. libris sex comprehensum, duobusque voluminibus seu partibus distinctum. Priori parti & posterioris initio Bivarii auctoris reliqua adjunxit Thomas Gomez, ejusdem instituti Cisterciensis monachus.

Epistolam necnon *Bivarii ad Eminentissimum Sandovalium*, *Giennensem tunc Episcopum*, *de Sanctorum Bonosi & Maximini actorum fide* conscriptam edidit in *Apologeticis* horum *MM. Urgabonensium Discursibus* ut vocat, Hispane confectis, Emmanuel Tamajus Jesuita.

Disceptationis Physico-logicas suas laudat ipse Bivarius in comment. ad *Dextri Chronicon* pag. 12.

Marial y Imagen de la limpia Concepcion de Nuestra Señora con los epitetos de Maria en varios Discursos &c. Vidit MS. Petrus Alba Franciscanus apud Thomam Gomez laudatum.

Vivis exemptus est Bivarius summo omnium moerore, quibuscum familiaris ei erat usus, Matriti anno Christiano MDCXXXVI.

D. FRANCISCUS BLANCO, natus in oppido Capillas dioecesis Legionensis, Pinciæ in collegio Sanctæ Crucis sodalis, & in academia vespertinus theologiæ professor, Ovetensis hinc, Palentinus deinde canonicus, uti vocant Magistralis, anno MDLV. Auriensis ecclesiæ antistes fuit creatus, eoque conspicuus honore synodo interfuit Tridentinæ, & quidem sic prospera comitante hominis veram, episcopoque dignam, virtutem & sanctitatem apud Italos fama ut si sedes Petri tunc temporis orba remansisset, quod ægrotante Pio Pontifice facile contingere posse fuit existimatum, non alius quam Blancus noster, siquidem electio ad patres concilii spectaret, in defuncti locum subrogandus videretur. Quo modo loquentem D. Andream Fernandez a Corduba, Sacræ Rotæ tunc auditorem, Pacensemque inde apud nos episcopum, qui testes ipse producebat plures viros præstantissimos, se audivisse scribit Petrus Salazar de Mendoza in *Historiæ rerum gestarum Cardinalis Mendozæ* lib. II. cap. XXXI. Ab Auriensi ecclesia translatus fuit ad Malacitanam anno MDLXV. deinde ad Compostellanam archiepiscopalem anno MDLXXIV. Obiitque XX. Aprilis MDLXXXI. Edidit:

Advertencias para que los Curas exerciten mejor sus oficios.

Para evitar algunos yerros en el oir las confesiones.

Suma de la Doctrina Christiana. Pinciæ apud Didacum Fernandez 1587. in 12. imo Cæsaraugustæ prius anno 1577. in 16. Petrus Cenedus in *Collectanea ad caput IV. de Hæreticis* num. 4. laudat Francisci Blanco archiepiscopi *Memoriale* ut vocat: quod de *Summa* dicta, seu *monitis ad Parochos* intelligo. Nescio tamen an ejusdem nostri sit *Discurso del Coro*, *y oficio divino.* Barcinone 1608. in 8.

F. FRANCISCUS BLANCO DE S. JOSEPHO, Dominicanus ex cœnobio Complutensi, Tagalico insularum Philippinarum sermone, quo venit ut animas Christo lucrifaceret infidelium, edidit:

De Devotione sanctissimi Rosarii librum. Alterumque:

De Sacramentis Ecclesiæ.

Obiit

Obiit anno MDCXIV.

F. FRANCISCUS BLASCO DE LANUZA, Aragonensis, Benedictinus, abbas monasterii Sancti Joannis de la Peña, scripsit:

Beneficios del Angel de la Guarda. Cæsaraugustæ 1637. in fol.

Obiit anno MDCLXIV.

F. FRANCISCUS DE BOBADILLA, ex familia fratrum Prædicatorum, vir stirpe in sæculo clara, sacræque theologiæ magister, in Lusitana provincia bis rexit sodales, cum Catharinæ Austriacæ confessionibus ibi præesset. Scripsisse dicitur, non edidisse:

Ad Quinque libros Sapientiales Salomonis breves notas.

Ad librum vero *Ecclesiastis* uberiores. Necnon et:

In omnes Sancti Pauli epistolas.

Joannes Marieta, & Alphonsus Fernandez, Historiaque hujus ordinis eum ad annum MDLXXX. referunt. Addit Georgius Cardosus:

Tratado da venida dos Magos : *& Da ordem judiciaria* ex Ludovico de Caçegas.

D. FRANCISCUS BOLLE PINTAFLOR, Joanni Henriquez de Cabrera, magno Castellæ architalasso, dum pro Philippo IV. Neapolitanis rebus præesset a secretis, ex Italico Virgilii marchionis Malvezzii nostris hominibus communicavit:

Tarquino el soberbio. Matriti anno 1639. in 16.

FRANCISCUS BONAVENTURA, Jesuitarum sodalis, ante religiosum statum VERDUGO cognominatus, Segoviensis, professus fuit theologiæ eam partem quæ ad mores pertinet, cum Salmanticæ tum Compostellæ, administratoque olim Legionensi collegio, Toleti tandem moritur anno MDXCII. scriptam relinquens, quæ inedita est adhuc:

In Extravagantem Gregor. XIII. quæ incipit, Ascendente Domino. In qua Pontifex institutum Societatis declarat, ac de novo confirmat, pereruditam *explicationem.* Tractatus item quosdam *moralium quæstionum.*

F. FRANCISCUS DE S. BONAVENTURA, ordinis Seraphici ex reformatis Bæticæ provinciæ, edidit adversus indumentorum utriusque sexus luxuriem:

Breve Tratado del adorno del alma, y descuido del cuerpo. Hispali 1644. in 4.

B. FRANCISCUS DE BORJA, ex Gandiæ duce in regno Valentiæ sacerdos, Jesuitarum sodalis, demumque generalis tertius post Ignatium & Lainium præpositus, quem ob insignem vitæ sanctitatem Urbanus VIII. Pontifex anno MDCXXIII. catalogo Beatorum, Clemens X. Sanctorum adscripsit, mortuum intra octavum istius muneris annum, ætatis suæ LXII. superioris sæculi LXXII. Scripsit, antequam sæculo renuntiasset, sequentia opuscula, quæ Alphonsus Deza ejusdem Societatis theologus Latine reddidit, nempe:

Sermonem de verbis illis Lucæ XIX. Ut appropinquavit Jesus videns civitatem &c. quæ leguntur Dominica IX. post Pentecosten.

Operum Christiani hominis Speculum.

Collyrium spirituale.

De Præparatione ad sacram Eucharistiam.

Exercitationem spiritualem ad sui cujusque cognitionem.

Super Cantico trium puerorum Benedicite omnia opera &c.

Prodierunt primum ex hac Latina editione Salmanticæ apud Mathiam Garziam 1579. deinde Moguntiæ, Antuerpiæ, Turnonique 1611. in 16. Certe Alphonsus Garsias Matamorus egregie quidem existimavit de his Beati viri lucubrationibus, præsertim de opere illo *Sui cognitionis*, cujus apponere verba lubet: *Librum præterea*, inquit, *de Christiana pietate, & seipsum cognoscendo composuit, qui numquam erat a manibus nostris meo consilio deponendus: tam est undique cœlesti philosophia & spiritu divino refertus.* Moxque *a commentario isto sanctitatem, religionem, pietatem, neque insulse, neque imperite*, ait, *proficisci.* Hæc tantum germana esse sanctissimi viri opera, non alia, quæ ejus nomine vulgata sunt, Petrus Ribadeneyra, qui hoc bene notum debuit habere, attestatur: ea intelligo quæ *Bibliothecæ Societatis* auctor superioribus subjicit, atque ego illius fide:

Libellus de confusione sui. 1646. aliquisne ex laudatis?

Instruccion del Cavallero christiano. Italicus hic liber prodiit ex versione Vincentii Abundii, Venetiis 1561.

Meditaciones de la Pasion de Nuestro Señor por todas las horas Canonicas. Hujus argumenti tractatus, Borgiæ non jure tributus, Ludovicum de Montoya Augustinianum auctorem habuisse dicitur.

Et Latina lingua:

Præcipuæ, & maxime necessariæ materiæ e Summa Theologia D. Thomæ Aquinatis in litaniarum rationem redactæ. Valentiæ apud Joannem Mey 1570. & prius 1550.

Fortasse ista sunt quæ Borgiæ abjudicat Ribadeneyra, ipse tamen primus produxit ad calcem vitæ illius:

Un Tratado breve para los Predicadores del santo Evangelio : quem Andreas Scotus una cum vita illius fecit Latinum , ediditque Antuerpiæ 1598. Romæ item atque Coloniæ excusum , ac demum una cum *Binsfeldii Enchiridio Theologiæ Pastoralis* Parisiis 1640. in 16. Gallicus prodiit, una cum Petri Ribadeneyra hujusmet Sancti patris vita , Lugduni 1609. in 8.

Adjungunt:

Epistolam ad Socios Aquitanos de mediis conservandi spiritum Societatis & Jesuiticæ vocationis : quæ IV. est inter præpositorum generalium epistolas.

Manuscripta in schedis asservantur hæc inter alia teste Ribadeneyra:

Tratado de las perfecciones , y excelencias que dió Dios al anima de Jesu-Christo Nuestro Señor desde el instante de su concepcion hasta su muerte.

Sobre los Evangelios del Adviento y Quaresma , Domingos y fiestas del año : duobus tomis.

Explicacion de los Trenos de Jeremias : dictata ab illo Pinciæ & Compluti. Quæ quidem immeditata opera creber potius orandi ac meditandi usus , quam legendi aliorum interpretum labores peperisse satis videtur.

D. FRANCISCUS DE BORJA , Eschillacii principis in regno Neapolitano , Majaldius comes , Joannis Borgiæ , comitis de Ficalho , & Franciscæ Aragoniæ filius , Caroli Villæformosæ in Aragonia dinastæ germanus frater , Philippo IV. Hispaniarum Regi nostro cubicularius extitit , olimque prorex Peruanus , suavis , urbanus facilisque in paucis poeta , ut a lyricorum principatu non longe constiterit. Ejus sunt:

Napoles recuperada por el Rey D. Alonso: poema epicum. Cæsaraugustæ in Hospitali domo Regia 1651. 4.

Las obras en verso de Don Francisco de Borja Principe de Esquilache : tum apud nos , tum Antuerpiæ 1654. Postumum prodiit sacrum ex alieno opus:

Oraciones , y meditaciones de la vida de Jesu-Christo por el B. Thomas de Kempis : *con otros dos Tratados , de los tres Tabernaculos, y soliloquios del Alma.* Bruxellis typis Francisci Foppens 1661. in 4.

Desiit inter vivos esse Matriti XXVI. die Septembris anni MDCLVIII. ætate decrepita.

FRANCISCUS BORJA , alias A GUERRA , scripsisse dicitur in *Supplemento Verderiano Gesneri Bibliothecæ*:

Antiatheon , quo rationibus aliquot Physicis probat Deum unum esse , æternum , omnipotentem , plenissimum misericordiæ , & bonitatis infinitæ , nostrique sollicitum. Tolosæ 1561. 4. apud Guidonem Boudevillæum.

FRANCISCUS BOSCA , Majoricensis, scripsit:

De las Alteraciones de Cataluña. Auctor est Vincentius Mut in *Historiæ Regni Balearis* volumine II. lib. VIII. cap. VI.

F. FRANCISCUS BRANDAON , Lusitanus , Cisterciensis , Antonii Portugalliæ chronographi ex sorore nepos , eo quidem non minus industrie ac diligenter continuavit *Monarchiam Lusitanam* Britti & Brandani avunculi , scribens hactenus quintum , quod sciam , ejus volumen hoc titulo:

Quinta parte da Monarchia Lusitana , que contem a Historia dos primeiros XXIII. annos del R. D. Dinis. Olisipone apud Craesbeck 1650. in folio. Laudatur a Georgio Cardoso in *Agiologio Lusitano* die XV. Aprilis pag. 585. ex hujus tituli opere:

Voto de Dona Felipa.

Vidimus et:

Discurso gratulatorio sobre o dia da felice restituçaõ & acclamaçaõ da Magestade del Rey D. Gioaõ IV. Olisipone apud Laurentium de Antuerpia in 4.

Cronographus & hic regni Portugalliæ confectum habebat , cum Georgius Cardosus luci dedit *Agiologii* sui *Lusitani* volumen tertium , hujus tituli opus:

Fundaçaõ do real mosteiro de Alcobaza: & quamprimum edendum id esse ab auctore ait VII. Maji lit. c. in fine.

D. FRANCISCUS BRAVO DE ACUÑA , Calatravensis eques , ait Vischius , *Bibliothecæ Cisterciensis* auctor , *Hispaniæ præclarum ornamentum , cujus ingenii acumen, facundiam , & diversarum linguarum peritiam , præsertim Græcæ , omnes mirantur docti , scripsit patrio idiomate , stilo eleganti*:

Del origen , y progreso de la orden de Calatrava , & pleraque alia ab eo expectantur. Hæc Vischius.

FRANCISCUS DE BRITO FREIRE, Lusitanus , in oppido Curuche natus , qui hoc ævo magnam in disciplina militaris artis famam promeruit , Portugalliæ archithalassus , scripsit vernacula gentis lingua:

Nova Lusitania , hoc est , Brasilicam historiam , duabus partibus : quarum prior Olisipone circa annum 1667. prodiisse dicitur. Necnon & alia , quorum notitiam adhuc desideramus.

D. FRANCISCUS BRUNO , edidit:

Legalem Cognitionem omnium contentorum in

in corpore Juris Civilis. Cæſarauguſtæ 1672. in 4.

F. FRANCISCUS DE BURGOS, Dominicanus, ſcripſit.

Compendio de la forma de rezar el Roſario. Compluti 1648. in 8.

FRANCISCUS CABRAL, Luſitanus, ex oppido Covilhaõ dioecefis Igedetanenſis, ſive da Guardia, Jeſuita, totius Indiæ viſitator & provincialis præfectus, de quo multis agit *Bibliotheca Societatis*, dedit e Sinis:

Literas annuas annorum MDLXXXIII. & ſequentis.

Literas ternas e Japonia ab anno MDLXXI. uſque ad MDLXXXIV.

Epiſtolæ aliæ extant in volumine magno *Epiſtolarum*, juſſu Eborenſis archiepiſcopi edito Eboræ 1608.

F. FRANCISCUS CABREIRO, Luſitanus, Ciſtercienſium ſodalis in Alcobazæ inſigni monaſterio, ſacræ theologiæ doctor & profeſſor in Conimbricenſi academia, qui vel docente ibidem Franciſco Suario, ſæculi noſtri oraculo, inter primarios meruit numerari uti ait *Bibliothecæ Ciſtercienſis* auctor, adjungens floruiſſe eum circa annum MDCIX. & ſcripſiſſe:

Commentaria doctiſſima in univerſam Sancti Thomæ Summam: quæ in Alcobazienſi laudato monaſterio adſervantur.

F. FRANCISCUS DE CABRERA, Antiquarienſis, ordinis Sancti Auguſtini, tam ſacris quam profanis excultus literis, poeſim cum vernaculam tum Latinam non infeliciter exercuit. Genealogicæ item rei ſtudio delectabatur, cujus argumento ſunt *Stemmata,* ſive *Iconiſmi familiarum Bæticæ illuſtrium Ponciorum & Cordubarum*, necnon & alii privatorum nobilium, quos cives ejus domi adſervant. Edidit tantum:

Remedios eſpirituales y corporales para curar y preſervar el mal de Peſte. 1649. in folio.

Majoris quippe molis hiſtoricum opus manſit in ſchedis, nondum a D. Franciſco del Real & Cabrera, auctoris ex fratre aut ſorore nepote, uti ſperamus in vulgus editum. Hæc eſt:

La Hiſtoria de la ciudad de Antequera, ſus grandezas, y antigüedades.

Mortuus eſt octo ſuper ſexaginta annos natus kalendis Octobris MDCXLIX.

FRANCISCUS DE CABRERA MORALES, patria ex oppido las Brozas Eſtremaduræ provinciæ, Romæ vixit, Petri Dezæ S. R. E. cardinalis epiſcopique Albanenſis theologus, Clementis VIII. Papæ acolytus, cum Salmanticæ olim Græcas & Latinas docuiſſet literas, ut ex carmine conſtat in laudem Franciſci Sancii Brocenſis civis ſui, ejuſque *annotationum in Horatii Poeticam artem,* una cum his edito, in hac urbe non uno elucubrato opere ſe non infructuoſe vixiſſe teſtatum reliquit. Extant nimirum ab eo:

Oratio in exequiis Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi D. D. Petri a Deza, Romæ habita ad collegium Cardinalium ad Sancti Laurentii in Lucina anno MDC. Latine & Hiſpane ſimul hæc prodiit Romæ apud Stephanum Paulinum hoc eodem anno in 4.

Continuatio ad Hiſtoriam Romanorum Pontificum Alphonſi Ciaconii, nempe a Pio III. uſque ad Clementem VIII. quæ cum additionibus Andreæ Victorelli & Ferdinandi Ughelli edita eſt Romæ 1630. Et cum Ciaconio prius anno 1602. in folio.

Vita & geſta Celeſtini Papæ II. Ibidem per Bartholomæum Zannetum 1613. in 4. Editam quoque vidimus Romæ apud Paulinum Arnulphinum anno 1593.

Epigramma ad Clementem VIII. & quatuor Cardinales creatos XVII. *Septembris MDXCIII.* quorum unus erat Franciſcus Toletus.

Hiſpanice quoque:

Las Igleſias de Roma con todas las reliquias y eſtaciones, donde ſe trata del modo de ganar las Indulgencias. Romæ 1600. in 8.

FRANCISCUS CACHUPIN, Jeſuitarum ſacerdos, a cenſura theologica inquiſitoribus Apoſtolicis, edidit:

Vida y virtudes del Venerable Padre Luis de la Puente. Matriti apud Didacum de Cuſſio 1650. in 4.

FRANCISCUS CALDAS PEREIRA ET CASTRO, e Luſitania oriundus, forte ex Brachara urbe, quare Bracharenſem Luſitani appellant, at in Tudenſi Gallæciæ urbe nobili ſtirpe natus, de qua illius patria Joannem Garziam, qui *de Nobilitate* ſcripſit, ad eamdemque natales ſuos referebat, laudamus teſtem, Compoſtellæ in collegio S. Hieronymi, quod ſolis provincialibus patet, liberaliter educatus, Salmanticæ præceptores juris habuit Emmanuelem Coſtam, Hectoremque Rodericium. Partim docendæ juventuti jus Civile in academia Conimbricenſi, partim cauſis inſtruendis ac defendendis vacavit: quod ſibi munus ultimo dictum ipſe attribuit in peroratione operis *de Nominatione Emphyteutica.* Senatorem quoque in prætorio aliquo Caſtellanæ ditionis egiſſe debet, qui Cæſareæ majeſtatis (Carolum Auguſtum intelligo) nonnuſquam audit ſenator. Scripſit varia

ria & apprime docta juris opera, instructus quoque ad id multis (quod ipse de se ait alicubi) politioris literaturæ præsidiis, quæ quidem in volumina quatuor. Zaccharíæ Palthenii heredes Francofurti conjecere post priores editiones.

Primum continet:

Receptarum Sententiarum, sive Quæstionum forensium, & Controversiarum civilium libros duos: qui seorsim olim ex eadem officina Paltheniana prodierant 1612. ac tandem ibidem 1660. Item:

Solemnem & Analyticam Relectionem utilissimi & quotidiani Tituli De Inofficioso testamento, ad Institutiones Imperiales, necnon & Relectionem ad Diocletiani & Maximiani Imperatorum decisionem in L. un. C. Ex delicto defuncti in quantum hæredes conveniantur. Demum:

Consilia LIII. in laudata officina olim 1612. deinde 1630. in folio.

Secundum volumen continet:

Syntagma quadripartitum de universo Jure Emphyteutico; ejus nempe renovatione, nominatione, successione, & progressu, nominandi item ad Emphyteusim potestate ex contractu, ultima voluntate; & electionis revocatione, tum etiam emphyteusis extinctione, interitu, & resolutione. Olim Olisipone 1585. Conimbricæ 1604. & 1605. Francofurti apud Palthenium 1612. & 1630. folio.

Tertium volumen:

Commentarium Analyticum ad Typum Instrumenti emptionis & venditionis. Francofurti 1619. folio.

Quartum volumen:

Commentarium Analyticum ad Leg. Si curatorem habens. Cod. De in integrum restitutione minorum: cum nova additione ad verbum, Prohiberis. Olisipone 1583. in folio. Conimbricæ 1616. Francofurti 1619. apud Palthenium. Antuerpiæque apud Joannem Kerbergium 1622. in folio. Item cum *de Restitutione in integrum* scriptoribus Lugduni apud Antonium Harsi 1586. Laudatur ultima & alia editio, in eadem urbe Francofurtensi procurata anno 1660. omnium Caldæ operum sex voluminibus. Hujus filius fuit Gabriel Pereira de Castro, de quo suo loco.

FRANCISCUS CALERO, ex Joannis Raulini, Benedictini, Latino exemplari fecit Hispanum:

El Tratado de la muerte temporal y eterna: ad Garsiam de Loaisa, archidiaconum Guadalaxarensem. Matriti apud Petrum Madrigal 1596. in 8.

FRANCISCUS CALERO DE MANZANARES, vertit in vernaculam linguam:

La Institucion del Principe de Guillermo Budeo. MS. in 4. in bibliotheca fuit Olivariensi; nisi idem sit cum superiore, quod facile crediderim.

FRANCISCUS CALZA, Barcinonensis, vir nobilis, professorque in patria cum rhetoricæ artis Græcæque linguæ, tum philosophiæ; quem Hieronymus Pujades, Cataloniæ historicus, *doctissimum* & *literatissimum* vocat: ex quatuor libris, quos destinabat de rebus patriis conscribere, unum tantum in vulgus dedit hac inscriptione:

De Catalonia librum primum. Barcinone apud Jacobum Cendrat 1588. in 8.

FRANCISCUS DEL CAMPO, scripsit, aut vertit ex Darete aut Dycti:

Chronica Troyana. Medinæ Campi 1587.

F. FRANCISCUS DE CAMPOS, ordinis Minorum provinciæ Sancti Jacobi, auctoris ipsius rogatu formavit:

Compendium, seu Indicem moralium conceptum ex operibus Philippi Diez Lusitani, ejusdem familiæ. Salmanticæ 1588. Venetiis apud societatem Venetam 1597. Genuæ per heredes Hieronymi Bartoli 1596. in 4.

F. FRANCISCUS DE CAÑEDA, ordinis Eremitarum S. Augustini, patria Burgensis, edidisse dicitur:

Sermones de Adviento.

FRANCISCUS DE CARDENAS, nescio quis, Ægidio Gundisalvi Davila referente in *Theatro Indico Ecclesiastico* jussu Regis nostri conscripsit:

Historia del Obispado de Yucatan.

FRANCISCUS CARDIM, Lusitanus, Jesuita, scripsit:

Relaçāo das provincias de Japāo, Malabar, Cochinchina &c. Quæ quidem Gallice prodiit Parisiis 1645. Idem est cum ANTONIO FRANCISCO CARDIM.

FRANCISCUS CARO DE TORRES, Hispalensis, presbyter regularis ordinis Sancti Jacobi, quod annis provectior exercita mari terraque in Belgio & apud Indos occidentales militia defunctus religiosæ vitæ genus probavit; curiosa & multa historiarum lectione, & in plerisque ad oculorum fidem provocans, digessit, supplens in multis Radesii Andradæ in eodem argumento operam:

Historia de las Ordenes militares de Santiago, Calatrava, y Alcantara desde su fundacion hasta el Rey D. Felipe II. Administrador per-

perpetuo de ellas : ad Philippum IV. Regem Catholicum. Folio.

Relacion de los servicios que hizo a su Mageſtad del Rey D. Felipe II. y III. Don Alonſo de Sotomayor del habito de Santiago en los Eſtados de Flandes , provincia de Chile y Tierra firme &c. Matriti 1620. in 4.

FRANCISCUS DEL CARPIO , Urſaonenſis , juriſconſultus , atque in patrio gymnaſio profeſſor legum publicus , Gaſparis hinc Borgiæ S. R. E. cardinalis, præſuliſque Hiſpalenſis , vicarius generalis , poſt Joannem cognomento Juriſconſultum , Joannem de Canibus , quorum commentarii *Tractatus* inter *Doctorum* extant , Jacobum item de Arenis, Joannemque Oldendorpium ſcripſit:

De Exequutoribus & Commiſſariis Teſtamentariis libros IV. Urſaone 1638. in folio.

FRANCISCUS CARRASCO DEL SAZ , Truxilienſis , ex Limenſi apud Indos cauſarum patrono Panamenſis prætorii judex, commentatus fuit:

In aliquas leges Recopilationis regni Caſtellæ. Hiſpali 1620. in folio. Item edidit:

Tractatum de Caſibus Curiæ. Matriti 1630. in folio.

Deceſſit in munere illo quod diximus.

D. FRANCISCUS CARRILLO DE CORDOBA , Cordubenſis , ſcripſit , poſt plures qui de patria S. Laurentii martyris ſcriptis ſuis examen habuere , pro urbe ſua Corduba:

Certamen Hiſtorico por la Patria del eſclarecido Martyr S. Laurencio adonde reſponde Cordova a diferentes eſcritos de hijos celebres de las inſignes Coronas de Aragon , y Valencia &c. quos in eodem titulo diſerte numerat. Cordubæ anno 1673. folio.

D. FRANCISCUS DE CARTAGENA, ſacræ theologiæ profeſſor , mihi aliunde ignotus , edidit:

De Prædeſtinatione & reprobatione Angelorum , & Hominum tractatum. Romæ 1581. in 8.

FRANCISCUS CARVALHAL DE VASCONZELOS , reliquit MS. Cardoſo teſte:

Trauaglos e Peregrinaçoẽs de Fenicio.

FRANCISCUS DE CASCALES , Murcianus , & in patria inſtitutor juventutis in grammaticorum rhetorumque diſciplinis non ineruditus , ſcripſit:

Diſcurſos de la ciudad de Cartagena. Valentiæ 1598. in 8.

Diſcurſos Hiſtoricos de la muy noble , y muy leal ciudad de Murcia. Murciæ 1624. in folio. Quibus adjungitur diſcurſus alter paulo ante laudatus.

Tablas Poeticas , ſive de re poetica. Murciæ 1617. in 8. Necnon Latine:

Artem Horatii in methodum reductam. Valentiæ 1659.

Denatum fuiſſe audio circa ann. MDCXL.

F. FRANCISCUS DE CASTAÑEDA, Burgenſis , ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini , concionatorque ordinarius in Matritenſi domo S. Philippi Apoſtoli , publicavit:

Tratados ſobre los Evangelios de las Dominicas y fieſtas de Santos del Adviento y Paſqua. Primera Parte. Matriti 1614. in 4.

D. FRANCISCUS DE CASTILLA, Palentinus , Alphonſi filius cognomento Sancti , Petri nepos Palentini epiſcopi , Joannis pronepos , Petri Caſtellæ Regis abnepos, cum ætatis non breve tempus in curia parum compoſite aut modeſte agens conſumpſiſſet, in ſeceſſu quodam ſibi opportune quæſito, tam ſoboli procurandæ uxorem , quam librorum variam ſuppellectilem excolendo literis ingenio ſibi paravit. His deditus , poeticæque ſtudio , varia carmina compoſuit , quæ prodierunt poſt auctoris obitum Sancii filii cura, quem Philippus II. Rex habuit a ſacris , hoc titulo:

Teorica de virtudes en coplas , y con comento. Compluti 1554. 8. Ad Alphonſum de Caſtella , Calagurritanum præſulem. Ultima libri pars inſcribitur:

Practica de virtudes de los buenos Reyes de Eſpaña en coplas de arte mayor : Carolo Imperatori nuncupata.

Florebat circa annum MDXXXVI.

D. FRANCISCUS DEL CASTILLO, Matritenſis , ſcripſit verſibus , eo metri genere quod Octavas vocamus:

Nueſtra Señora de los Remedios de la Merced de Madrid. Matriti apud Didacum Flamenco 1619. 8.

D. FRANCISCUS DEL CASTILLO, Ellerenenſis , ſcripſit:

Deſcripcion de la Inquiſicion , y numero de las de Eſpaña con algunas coſas ſucedidas en los autos de los años de MDCI. MDCIII. MDCIV. celebrados en la Villa de Llerena. 1605. in 8.

F. FRANCISCUS DEL CASTILLO, Gaditanus , ordinis Eremitarum provinciæ Bæticæ , ſcripſit:

Migajas caydas de la meſa de los Santos apli-

aplicadas a sus Evangelios. Hispali apud Gabrielem Ramos 1619.

Para los Evangelios de Quaresma. Pampelone eodem anno apud Nicolaum Assiain.

F. FRANCISCUS DEL CASTILLO, VELASCO, Matritensis, ex ordine Minorum, lector Complutensis emeritus, custosque provinciæ Castellæ, necnon & in senatu religionis vindice per Hispanias supremo censor theologus, scripsit:

Super III. Sententiarum librum. Tomum primum de Incarnatione Verbi Divini, & præservatione Virginis Mariæ ab Originali. Antuerpiæ apud Bellerum 1641. in folio.

Super eumdem Tertium Sententiarum. Tomum secundum de tribus virtutibus Theologicis Fide, Spe, & Charitate. Ibidem eodem anno in folio.

FRANCISCUS DE CASTRO, Granatensis, sacerdos, & in nosocomio ejusdem urbis, quod Beatus Joannes de Deo construxit, a sacris minister, publicavit:

Miraculosa vida, y santas obras del B. Joan de Dios Fundador de la Religion que cura enfermos. Granatæ 1588. in 8. & 1613. in 8. Burgisque 1621. in 4. Et quidem antequam vir sanctissimus in Beatorum albo reciperetur, ut materiem reliquerit Antonio Goveano, Cyrenensi episcopo, qui post examen solemne habitum, quod rite huic declarationi præmittitur, de eodem argumento copiose magis commentaretur. Italicum quoque factum Joannis Francisci Bordini opera hoc opus vidimus. Florentiæ per Franciscum Zosi 1589. in 8. & Taurini per Augustinum Disserolio 1611. in 8.

FRANCISCUS DE CASTRO, Granatensis, docendæ in grammaticis & rhetoricis literis juventuti plusquam XXII. annorum operam in Jesuitico sodalitio tam in variis Lusitaniæ collegiis quam in Hispalensis urbis eo, quod Ermenegildo Principi ac martyri sacrum est, insumpsit, nec ideo minus philosophicis ac theologicis ipse eruditus, edidit:

De Arte Rhetorica Dialogos quatuor. Cordubæ apud Franciscum de Cea 1611. in 8.

De Syllabarum quantitate, deque versificandi ratione: primum sine auctoris nomine, deinde eo affixo. Hispali apud Franciscum de Lyra 1627. in 8.

Dimissus aliquando Societate edidit, sese doctorem Franciscum Bermudez de Castro nuncupans:

Reformacion christiana: quem deinde librum locupletiorem a se factum edidit iterum, cum in Societatem denuo admissus fuisset. Hispali 1635.

Parabat, an ediderit nescio, ait *Bibliothecæ* auctor:

Chrysologiam Hispano-Latinam: hoc est, loquutiones aureas, tum ad recte loquendum, numerose dicendum, & facile intelligendum, tum ad omnem antiquitatem & humanitatem in Ciceronis operibus dispersam explicandam: opus in tomos III. divisum.

Decessit e vivis Hispali XI. Augusti anno MDCXXXII.

F. FRANCISCUS DE CAZERES, ordinis Seraphici, scripsit, a Waddingo illaudatus:

Ceremonial de los oficios divinos segun el uso de la Iglesia Romana. Toleti apud Petrum Rodriguez 1571. folio.

Sumario de las gracias y indulgencias que gozan los Hermanos Terceros de San Francisco. Compluti 1585. in 8.

FRANCISCUS DE CAZERES, si non idem est cum superiore, reddidit sermone Hispanico prosaico:

Los siete dias de la semana de la Creacion del Mundo: ex Gallico Guilielmi Sallustii, domini de Barthas. Antuerpiæ apud Petrum Bellerum 1612. 8. Error quidem commissus fuit, ut credimus, in constituendo hoc scriptoris nomine, qui Jacobus Carceres plane est laudatus suo loco.

F. FRANCISCUS DE CEPEDA, Dominicanus, edidit auctore Alphonso de Remesal in *Hist. Domin. Prov. Chiapensis*:

Artes de las lenguas Chiapa, Toque, Celdales, y Zinacanteca. 1560.

FRANCISCUS DE CEPEDA, Oropesanus, municipii de Cervera parochus, scripsit:

Resunta historial de España desde el Diluvio hasta el año MDCXLII. Matriti 1643. 4.

FRANCISCUS DE CEPEDA, Toletanus, Jesuita, rector aliquando collegiorum Huetensis & Conchensis, paratum habebat prelo cum *Bibliotheca Scriptorum Societatis* in vulgus emissa est:

In Ecclesiasticum Commentarios.

FRANCISCUS CERVANTES DE SALAZAR, nescio quis aut unde oriundus, inscripsit se auctorem ei libro, quem vulgus terit, nempe:

Obras que Francisco Cervantes de Salazar ha hecho, glosado, y traducido. Hæc scilicet:

Apologo de la Ociosidad y el Trabajo, intitulado Labricio Portuno por el Protonotario Luis Mexia, glosole y declarole Francisco Cervantes.

Dia-

Dialogo de la dignidad del hombre empezado por el Maestro Oliva : quem auctor perfecit.

La Introduccion o Camino para la sabiduria , de Luis Vives. Compluti ex officina Joannis Brocar anno 1546. 4. Ambrosius quidem Morales , vir judicio undequaque ac præsertim rebus in nostris gravissimo , multa ex his quæ Cervantes edidit talia esse ait, in quibus disciplinarum difficiles plerique loci præter spem sic perspicue atque apte tractantur , ut nec veneres jucunditatemque sermonis desiderare quisquam possit. Ipsum videsis in opusculo , quod *Discursum* vernacule indigitavit *pro lingua Hispanica.*

FRANCISCUS DE CESPEDES , Clericus Regularis Theatinus , sacræ theologiæ doctor , scripsit:

De Exemptione Regularium tractatum. Venetiis 1647. 4.

Dubia Conscientiæ militaria a diversis proposita & resoluta : ad Gregorium Britum, equitem Jacobæum. Mediolani 1643.

D. FRANCISCUS DE CESPEDES ET VELASCO , scripsit:

Tratado de la Gineta. Olisipone 1609. in 8.

Memoria de los diferentes piensos , y otras advertencias para tener lucidos los Cavallos, Hispali 1624. 4.

F. FRANCISCUS A CHRISTO , Lusitanus , Conimbricensis , sacræ theologiæ doctor ac professor , ex familia Eremitarum S. Augustini , vesperorum in cathedra emeritus, vir fuit linguarum callens , ingenio & sermone præstans , qui , ut adnotatum legitur in sepulchrali ejus elogio , primus in hanc academiam methodum , hoc est (ut explicant) annotationum sive specialium commentariorum , quas Postillas dicimus , usum invexit. Extant ab eo:

Prælectionum , sive Enarrationum admirabilis divini Verbi Incarnationis libri VI. Conimbricæ apud Joannem Alvarez anno 1564. in fol.

In Symbolum Apostolorum duo ingentia volumina. Romæ ut ajunt sive conscripta sive typis edita , quæ non vidimus.

Enarrationes in Collectanea I. libri Sententiarum. Conimbricæ per Antonium de Maris 1579. in folio.

In Tertium Librum Sententiarum , sive de Fide , Spe , & Charitate. Conimbricæ anno 1579. apud Antonium de Maris in folio.

Desiit esse inter vivos Conimbricæ anno MDLXXXVII.

FRANCISCUS CIDRON DE AZEVEDO , Pincianus , sacerdos Societatis Jesu, theologiæ professor ut se vocat emeritus, & in Salmantino collegio Bibliorum sacrorum interpres , foras dedit:

Commentarios literales & morales in Matthæum , seu potius in omnes Evangelistas. Lugduni sumptibus Laurentii Arnaud & Petri Borde 1670. folio. Accesit tractatus appendix *De Pulchritudine Virginis & Matris.* Expectari fecit a se aliud opus , hujus ut videtur tituli *De cœlo nova Politia* : cujus ut prelo jam parati meminit in præfatione ad lectorem , sive ut vocat auctor *Bibliothecæ Societatis* : *Illuminatus Salomon novæ de Cœlo Politiæ forma & Magister Princeps.*

FRANCISCUS COELIUS (vulgo Lusitanis , unde erat , COELHO) sub Portugalliæ Rege Joanne III. vixit , Regii pallatii judex (Desembargador do Paço vocant munus) quem quidem auctorem habet liber visus mihi in Vaticanæ bibliothecæ codice manuscripto 5454. sic inscriptus:

Cuniculus de libertate & immunitate Ecclesiarum : ad eumdem Joannem Regem. In primo folio notula hæc est : 1588. *dono datum ab Illustrissimo Domino Theotonio Archiepiscopo Elborensi die 19. Novembris.* Et sub titulo jam dicto hæc altera : *Sanctissimus Dominus noster Paulus V. hunc Librum dono dedit Bibliothecæ Vaticanæ die 17. Novembris 1608. Hic liber collatus fuit cum exemplari, quod penes Paulum Benium asservatur.*

FRANCISCUS COLIN , Majoricensis, Societatis Jesu , provinciæ Philippinarum insularum aliquando præfectus , edidit:

Vida y hechos y doctrina del venerable Hermano Alonso Rodriguez religioso de la Compañia de Jesus. Matriti apud Dominicum Garziam 1652. 4.

Labor Evangelica , Ministerios Apostolicos de los obreros de la Compañia de Jesus , Fundacion y progresos de la Provincia de las Islas Filipinas. Matriti apud Josephum Fernandez de Buendia 1663. folio.

Parare eum monuit *Bibliothecæ Societatis* auctor:

Indiam sacram , seu explicationem eorum locorum sacræ Scripturæ , quæ ab Indorum moribus seu institutis lumen accipiunt.

Obiit in iisdem Philippinis insulis VI. Maii MDCLX. ætate LXVIII.

D. FRANCISCUS COLOMA , comes de Elda in regno Valentiæ , scripsit , referente Petro Augustino Morla in præfatione *Emporii Juris*:

Decadas de la Pasion de Christo.

FRANCISCUS COMTE , Catalanus , ex op-

oppido Illa, atque ejusdem oppidi notarius, MS. reliquit:

Geographia dels Comptats de Rosello y Cerdanya. Hieronymus Pujades, historiographus principatus Cataloniæ, hujus geographiæ alterum exemplum habuit, qui etiam de altero, quod fuit penes D. Bernardum Garceran de Pinos, in *Cataloniæ Historia* meminit. Adscribunt huic quoque *Historia de Catalunya*, MS. adhuc.

F. FRANCISCUS DE CONCEPTIONE, edidit:

Examen veritatis Theologiæ Moralis.

F. FRANCISCUS CONTONENTE, Dominicanus, in vulgarem sermonem versum a se, nuncupavit excellentissimæ D. D. Feliciæ Henriquez, ducissæ de Lerma:

El opusculo LXIIII. *de Santo Thomas del modo de confesarse, y de la pureza de la conciencia.* Compluti in collegio S. Thomæ 1651. 8.

FRANCISCUS DE CONTRERAS, Hispano carmine miserrimum Emmanuelis Sousæ, Lusitani equitis, naufragium cecinit, quod argumentum Hieronymus Corterealis vernaculo prius luserat Portugalliæ metro, scilicet:

Nave Tragica de la India de Portugal. 1624. 4. Matriti.

FRANCISCUS CONTRERAS, Peruanus, Limensis, Jesuita, primarius patriæ urbis scholæ professor theologus, nescio quid scripsit super jus Romanorum, siquidem fides præstanda est Ægidio Gundisalvi Davila affirmanti in *Theatro Limensis Ecclesiæ* fol. 22.

D. FRANCISCUS DE CONTRERAS, canonicus ecclesiæ Palentinæ, pro veteri ejusdem ecclesiæ traditione, quæ constanti plurium sæculorum fama tenet Antonino Apamiensi, Galliarum martyri, dicatam fuisse Palentinam istam ædem sacram, quæ cathedra est episcopi, quamque oppugnare conatus fuit D. Franciscus de Sandoval, abbas Sancti Salvatoris, & canonicus ejusdem ecclesiæ, conficto novo quodam Hispano hujus nominis martyre, nunc prelo subjicit ut audio:

La Historia de S. Antolin Patrono de la Ciudad de Palencia.

FRANCISCUS CORBERA, scripsit & Philippo IV. Regi nuncupavit:

Guitarra Española, y sus diferencias de sones.

D. FRANCISCUS DE CORDOBA ET CASTRO.... Salmanticensis ecclesiæ portionarius, scripsit Romæ:

Celebres aclamaciones que la siempre triunfante Roma dio a la Bienaventurada Rosa de Santa Maria Virgen de Lima en su solemne Beatificacion, y compendio de su vida.

F. FRANCISCUS DE CORDUBA, Franciscanus, cujus familiæ sacramentum dixit Salmanticæ, Principibus serenissimis Mariæ Imperatrici Germanorum Caroli Augusti filiæ, quam in Germaniam comitatus est, posteaque ad nos reversus Annæ Austriacæ Hispaniarum Reginæ conscientiam expiantibus aures præbuit, scribens interim ut religionis negotium curaret, quam tot hostes in Babylonico illo impietatis & abominationum campo divexare nusquam cessant:

Annotationes in Religionis articulos a Sectariis controversos. Viennæ Austriæ 1567. Coloniæque apud Colinum 1572. 8. Item:

De Officio Prælatorum: quo opere hæc continentur: *De Residentia Prælatorum. De Legibus abrogandis. Quomodo pro necessitate temporum expediat sacratissimam Eucharistiam administrari; sive de indulgendo Bohemis usu Calicis.* In quo tamen huic noluerunt necessitati cedere ac deferre concilii Tridentini patres.

De Hæreticis item *recipiendis.* Pragæ typis Georgii Melantrici 1562. 8.

F. FRANCISCUS DE CORDUBA, Dominicanus, nobili loco in hac urbe ortus, morum honestate & eruditione spectatus, apud Indos, quorum salutis procurandæ causa eo transfretaverat, floruit, scripsitque, Alphonso Ferdinandi in *Catal. Domin. Scriptorum* teste:

Summam Moralem: Item.

Conciones de tempore, ac de Sanctis. Floruit circa annum MDCXX. de quo videsis *Chronicon Dominicanum* parte IV. cap. III. Velandicensem episcopatum, quem ei Alphonsus idem tribuit, nusquam reperio. Aubertus Miræus in *Bibliotheca Chronicon* seu *Manuale ordinis sui*, præter hæc laudata, nostro attribuit. In quo insigniter hallucinatus fuit, Antonium Senensem de eo docentem lippientibus oculis legens, qui ex Manuali hoc anonymi cujusdam Dominicani confirmat ea quæ de Corduba isto prius dixerat.

FRANCISCUS CORONEL, ordinis Eremitarum, scripsit:

Catecismo y Doctrina Christiana en lengua Pampanga: una ex his, quæ Philippinis insulis in usu sunt. Editum opus in oppido Macabebe earumdem insularum anno 1621. in 16.

FRAN-

FRANCISCUS CORREA DE ARAUJO, Lusitanus, musicus, edidit:

Facultad organica. Compluti 1626. in fol.

FRANCISCUS DA COSTA, Lusitanus, Jesuita, circa annum MDCXV. scripsisse dicitur, quantumvis *Bibliothecæ Societatis* auctores non meminerint:

De Conceptione Virginis Mariæ tractatum.

D. FRANCISCUS DA COSTA, Lusitanus, eques, dum in Marrochitana urbe Regis sui Portugalliæ, nescio cujus, oratorem ageret propria manu scripsit, & dominæ Joannæ conjugi suæ dicavit:

Varias Poesias a o divino: quæ vidit Cardosus.

FRANCISCUS CRESPO, Indiarum in curia Matritensi pro Societate procurator, scripsit:

Relacion de los Martyres, que en la Corte del Emperador del Japon padecieron por la fe de Christo el año de MDCXXIIII. Matriti 1625. Item:

Historia del Martyrio de los Padres Roque Gonzalez, Alfonso Rodriguez, y Juan del Castillo de la Compañia de Jesus, que el año de MDCVIII. padecieron martyrio por la fe en el Paraguay. Quæ relationes in varias linguas deinde translatæ sunt; Latine saltem Henricus Lamormain Jesuita Viennæ edidit 1631. in 16.

F. FRANCISCUS CRESPO, Aragonensis, Benedictinus monachus, monasterii Montisserrati, cui debuit religiosi status natales, aliquando abbas, & suæ congregationis visitator generalis, primarius theologiæ professor Ilerdensis academiæ, necnon Salmanticæ in Sancti Vincentii sodalium domo sacræ theologiæ magister, edidit:

Tribunal Thomisticum, de Immaculato Deiparæ Conceptu. Barcinone 1657. 4.

F. FRANCISCUS DE LA CRUZ, patria ex urbe Caceres, cum nondum sæculo renuntiasset DE MADRID cognominatus, Mercenariorum Excalceatorum, qui captivos redimunt, sodalis, ordinis sui chronographus, scripsit, quæ apud eum vidimus Matriti ad Sanctæ Barbaræ:

La Chronica de la Orden de Nuestra Señora de la Merced, tribus partibus: quarum I. est de rebus gestis S. Petri Nolasci patriarchæ. II. Historia ejus ordinis usque ad reformationem. III. denique hujus reformationis tempus comprehendit. Inedita erat adhuc anno MDCLV.

La vida, milagros y heroycas virtudes de la venerable Madre Mariana de Jesus professa de la orden descalza: con la vida del venerable P. Fr. Juan Bautista del Santissimo Sacramento su confesor, y primer reformado de dicha Religion.

Motivos espirituales de agradecimiento a Dios.

Obiit post annum MDCLX.

F. FRANCISCUS A CRUCE, Dominicanus, Granatæ in Hispania ortus, in Peruano autem regno, & provincia S. Joannis Baptistæ, religiosæ vitæ initiatus, vir æqualibus morum innocentia doctrinaque. Theologiæ diu lector ad sedem tandem episcopalem oppidi S. Marthæ, in Terræfirmæ ut vocant ora maritima, fuit adsumptus, postquam suæ provinciæ bis præfuisset, alteriusque provinciæ novi regni Granatensis vicarius ac visitator fuisset generalis.

Obiit priusquam consecraretur, dum Regio nomine argenti fodinas Peruanas oppidi de Potosi visitaret, circa annum MDCLXIV. cum fama eximiæ sanctitatis. Scripsit:

Pro puritate Conceptionis Sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ Theologicam demonstrationem. Limæ 1653. 4. Petro Alba & Astorga in *Militia Conceptionis* teste.

Discursum pro Occidentalibus. Limæ 4.

Cursum Artium: qui nunc, ut audio, Hispali quatuor voluminibus excuditur in 4.

Hispana quoque lingua:

Manifiesta obligacion del vasallo. Limæ atque Matriti in 4.

Proposicion Theologica: hoc est, compendium universæ theologiæ. Barcinone 4.

Conocimiento de Dios. Limæ anno 1657. in 4.

Doctrina Christiana. Ibidem eodem anno in 8.

Sobre las dos primeras palabras del Padre nuestro. Ibidem 1640. 8.

Historia del Rosario a Coros. Compluti 1652.

Inedita reliquit: *In Quæstiones S. Thomæ disputatas commentaria.*

Professor fuit S. Thomæ theologiæ in gymnasio Limensi ex propria cathedra, collegiique S. Thomæ ejusdem urbis fundator. Francisco a Cruce tributum legimus:

Jardin de Maria. Salmanticæ 1655.

F. FRANCISCUS A CRUCE, ex parente Hispano, Uclesii Jacobeæ militiæ oppidi cive, cui Didaco Velazquez nomen fuit, Neapoli, dum in ea urbe commoratur iste muneribus impensus militaribus, atque inter alia Castrinovi præfecturæ, natus, Carmelitarum Excalceatorum sodalis, scripsit juvenis:

Relacion de la vida del venerable Siervo de

de Dios Fr. Luis de Jesus Religioso Carmelita descalzo , en el siglo llamado D. Henrique de Toledo Marques de Manzera. Neapoli apud Joannem Franciscum Paci 1668. 12.

F. FRANCISCUS DE CRUCE , Carmelitanus Nudipes, ex patre Hispano Neapoli ortus in sæculo D.......... dedit foras pium & utile ita inscriptum opus:

Cinco palabras del Apostol S. Pablo comentadas por el Angelico Dotor Santo Thomas, y declaradas con dotrinas de la Santa Madre Teresa de Jesus , y exemplos de su orden, que despiertan para vivir , y morir bien : ad excellentissimum marchionem de los Velez, ejus regni proregem. Neapoli apud Marcum Antonium Ferro anno 1682. quinque tomis in 12.

D. FRANCISCUS DE CUBILLAS DONYAGUE , jurisconsultus & advocatus in Regiis conciliis , sacris ordinibus assumptis, parvo contentus, nihil antiquius habuit quam sibi & aliis private & publice prodesse , translatis in vulgarem sermonem promoventibus pietatem libris magnorum auctorum , ex quibus hos novimus:

La Practica del Amor de Dios de S. Francisco de Sales : ex Gallico. Matriti in 4.

Cartas Espirituales del mismo Santo. Ibidem 1671. 4.

Verdaderos entretenimientos espirituales. Ibidem 1667.

Saludables y divinas instituciones o enseñanzas del iluminado Doctor , y sublime Teologo Fr. Juan Taulero de la orden de Santo Domingo con la Historia de su vida , y conversion : ex Latina lingua. *Con un Tratado de la vida Espiritual que escribio S. Vicente Ferrer.* Matriti apud viduam Didaci Diaz de la Carrera 1669. in 4.

D. FRANCISCUS DE LA CUEVA ET SILVA , advocatorum nostri temporis facile princeps , sive doctrinam , sive ingenii acumen , sive eloquentiæ vires, quas summas habuit, consideremus, typis edi curavit, quam publice olim dixit ad consessum advocatorum Matritensium:

Informacion de derecho divino y humano por la purisima Concepcion de la Virgen Nuestra Señora. Matriti 1625. in folio.

FRANCISCUS DE CUEVAS , Matritensis , Lupo Felici a Vega , viro clarissimo, nuncupavit:

Experiencias de Amor y Fortuna. Giennii apud Petrum Cuestam 1646. in 8. Sed hic est Franciscus de Quintana , de quo infra.

F. FRANCISCUS DE LAS CUEVAS, Minimorum fratrum Hispalensis provinciæ sodalis , vertit ex Pauli Regii sermone Italico:

La vida y milagros de San Francisco de Paula : Regla tercera de su orden para hombres y mugeres. Cæsaraugustæ apud Laurentium de Robles 1588. in 8.

F. FRANCISCUS DE SANCTO CYRILLO , Olisiponensis , Carmelita ex Discalceatorum reformatione , ordinis sui generalis diffinitor erat eo tempore quo foras emisit:

Gloriam Matris Ecclesiæ ex consideratione cap. xv. secundum Lucam , scilicet in ove deperdita , hoc est Peccatore , ad ovile reducenda. Segoviæ in folio 1637. apud Didacum Diaz de la Carrera. Et hic quidem primus est tomus integri operis , quem alter ac tertius excipere debuerunt , quibus hujus capitis parabolæ tres , singulis quæque tomis , illustrarentur. V. F. THOMAS DE S. CYRILLO.

FRANCISCUS DECIUS , Valentinus, rhetor sæculi superioris , ac professor ut credimus in Valentinæ suæ urbis gymnasio, quasdam orationes in publica concione de literaria re habitas in publicum edidit, nempe:

Gratiarum actionem ad PP. Juratos , & Rationalem Valentiæ urbis pro structo Musis ædificio : quod vilissimum hactenus atque incommodissimum fuerat anno MDXXXVI.

Orationem de Re Literaria asserenda : anteriore anno MDXXXV. cujus meminit in prooemio superius laudatæ.

De Scientiarum & Academiæ Valentinæ laudibus : ad PP. juratos senatumque literariam orationem , per Onofrium Clementem discipulum habitam anno MDXLVII. atque eodem anno editam in 4. per Joannem Mey Flandrum. In qua oratione insigne legere est elogium Thomæ Villanovani archiepiscopi tunc viventis , jamque in Divorum numerum relati.

Declamationem quamdam quadripartitam super hoc themate : Vir quidam reipublicæ amans scripsit heredem ex filiis eum , qui artem ei utilissimam exerceret ; quatuor relictis , quorum primus tabellio , alter medicus , tertius jurisperitus , postremus theologus effectus est, singuli de hereditate contendunt, singulisque suæ declamationes breves eæ assignatæ sunt.

Epistolam amico cuidam turpissimo se matrimonio immiscenti.

D. FRANCISCUS DEZA , Lusitanus, eques , in Belgio diu peditum tribunus (Maestre de Campo idiotissimus noster vocat) vertit ex Gallica lingua , deditque foras

sub

ſub comitis Fontis Saldañæ protectione, cui opus nuncupavit:

Diſcurſos militares eſcritos por el Duque de Roan. Antuerpiæ in officina Plantiniana 1652. in 4.

F. FRANCISCUS DIAGO, patria ex oppido Bibel regni Valentini juxta Segobricam in Celtiberis, a quo ille Belſinenſem (tanquam Belſinum Ptolemæi hoc ſit oppidum) nuncupare ſe conſueverat, in Sancti Onuphrii prope Valentiam urbem, regni principem, Dominicanis fratribus adhæſit imbuendus pietate ac literis. Quas cum percepiſſet, Barcinoneque diu domeſticis theologiæ prælectionibus dediſſet operam non parum laudabilem, evolvendis præterea veterum annalium, præcipue Hiſpanorum, monumentis, demerendæque libris in vulgus editis poſteritati reliquum quod eſſet vitæ tempus voluit impendere. Quo in ſtudio valde cum profeciſſet, & dum ornare cupit res patrias & domeſticas multis ærumnis deluctaſſet, Aragoniæ regnorum nuncupari meruit chronographus. Edidit:

Hiſtoria de la provincia de Aragon de la orden de Predicadores: juſſu venerabilis viri Hieronymi Baptiſtæ de Lanuza, provinciæ per id tempus præfecti. Barcinone 1599. in folio apud Sebaſtianum Cormellas.

Hiſtoria de la vida y milagros de S. Vicente Ferrer, con una relacion de la ſanta reliquia, que de ſu bendito cuerpo ha llegado a Valencia, y de los grandes milagros que ha obrado, y fieſtas que ſe le han hecho. Barcinone 1600. 4. De quo ſacro oſſe commentatus fuit etiam Petrus Blaſcus, Dominicanus, vulgari lingua anno 1611. 8.

Hiſtoria de la vida de S. Raymundo de Peñaforte.

Vida del Beato Fr. Humberto de Romanis.

Vida de S. Pedro de Luxemburgo.

Hiſtoria de la vida exemplar, libros, y muerte del inſigne, y celebre Maeſtro Fr. Luis de Granada. Barcinone apud Cormellas 1605. 8. quacum editus eſt ejuſdem Ludovici Granatenſis *Un devotiſſimo Diſcurſo de la Encarnacion*, hactenus ineditus. Hic primus nobis viri celeberrimi geſta & virtutes, maxime ex Franciſci Oliveræ, Dominicani, quem ille ſocium habuit, relationibus publicavit, quem deinde alii ſequuti ſunt in Portugallia & Caſtella. Latina hæc Vita, neſcio cujus opera, facta Coloniæ prodiit 1614. in 8.

Catalogo de los Obiſpos de Girona, ſive *Epiſcopologium*: Latine ſcriptum, cujus cum laude auctoris meminit Stephanus Corvera in *Cataloniæ illuſtratæ* lib. 1. cap. xx. pag. 113.

Hiſtoria de los vitorioſiſſimos antiguos Condes de Barcelona: e locupletiſſimo Regii atque eccleſiaſtici duplicis archiorum Barcinonenſis urbis theſauro, quem immenſo eruit labore. Barcinone 1603. folio apud Cormellas.

Annales del Reyno de Valencia: duobus tomis comprehenſum opus, quorum prior editus fuit Valentiæ anno 1613. folio, a primis poſt diluvium incolis aduſque obitum Jacobi, ſeu Jaimii, Aragonenſium Regis Primi: cui labori ut ſerio ſe accingeret, publica & privata regni tabularia, in queis priſca adſervantur monumenta, vidiſſe omnia atque evolviſſe dicitur. Poſteriorem nihilominus Annalium tomum, quo reliqua uſque ad noſtram ætatem comprehenderat, & jam jam prelo erat ſubjecturus, auctoris obitus invidit poſteris, qui contigit anno hujus ſæculi xv.

Latina quoque ejus *Cataloniæ deſcriptio* laudatur.

F. FRANCISCUS DIAZ, natus in oppido S. Cebrian de Mayuelas nuncupato in Caſtella Veteri, Dominicanus, in cœnobio S. Pauli urbis Pincianæ ad ordinem hunc admiſſus, in collegio S. Thomæ Complutenſis academiæ ſodalis. Vir inſignis ſanctimoniæ & virtutis in excolendo eccleſiæ agro inter infideles, Sinarum quippe regno invectus difficillimum hoc negotium multa patientia, infractoque ac impenetrabili perſequutionum & laborum oppugnationibus animo, diu & uſque ad poſtremum vitæ ſpiritum procuravit, atque adeo ut & poſt mortem viveret prodeſſetque. Una cum Fr. Jonnne Garzia, ejuſdem ordinis & miniſterii, volumen formavit:

Ky Mung Sinica lingua dictum, hoc eſt *Doctrinam inſipientium*: quæ ad myſteria omnia Chriſtianæ fidei, ac legis gratiæ præceptorum cognitionem vaſtiſſimi hujus regni incolas, vernaculo eorum ſermone, invitat ac veluti manu ducit. Liber hic excuſus primum circa annum MDCL. ſæpius inde uſque ad hunc diem prelo fuit ſubjectus, atque utiliſſimus nuſquam non compertus. Dedit quoque ſolus eadem lingua:

De Quatuor virtutibus Cardinalibus volumen aliud, quod editum fuit in folio. Quorum omnium fidem nobis fecit reverendus pater fr. Joannes Polancus, procurator illius miſſionis & provinciæ Sinicæ Dominicanorum in curia Romana, qui hoc anno MDCLXIX. accingit jam ſe ad relegendum iter, quod caritas ei ac pietatis zelus conficiendum ſuaſit.

FRANCISCUS DIAZ, medicus doctor, Complutenſiſque philoſophiæ magiſter, Philippi II. Hiſpaniarum Regis chirurgus, ad

ad Franciſcum Valleſium, cubicularium ejuſdem medicum, ſcripſit:

Tratado de todas las enfermedades de los riñones, vexiga, y carnoſidades de la verga y orina. Matriti apud Franciſcum Sanchez 1588. in 4.

FRANCISCUS DIAZ DE VARGAS, Truxilienſis, Luſitanicæ ſub Philippo II. Rege expeditionis miles, edidit:

Diſcurſo y Sumario de la Guerra de Portugal, y ſuceſos della. Cæſarauguſtæ 1581. in 16. apud Dominicum de Portonariis. Verſum opus Italice a neſcio quo, atque editum Venetiis anno ſequenti in 8. typis Franciſci Ziletti.

FRANCISCUS DIDACUS DE AINSA ET IRIARTE, in Aragoniæ urbe Oſca editus, poſt Joannem de Garay, doctum in hujus urbis ſchola humaniorum literarum magiſtrum, qui immature mortuus noſtro hujus curæ ac ſtudii lampada tradidiſſe viſus fuit, ornandæ patriæ totus incubuit, ſcribens primum:

Translacion de las Reliquias de S. Orencio Obiſpo de Aux. Oſcæ 1612. in 4. Deinde majori molimine:

Fundacion, excelencias, grandezas, y coſas memorables de la antiquiſima ciudad de Hueſca &c. Oſcæ apud Petrum Cabarte 1619. in folio. Uſus eſt auctor Philippi Puivicini, ejus urbis eccleſiæ decani, de hoc eodem argumento ſchedis manu exaratis, quem Philippum ipſe non ſemel aut bis laudat, qui & hanc hiſtoriam, multis a ſe de novo additis ab editione, locupletiorem factam apud heredes reliquit: quod Joannes Franciſcus Andreas Uſtarrozius, Aragoniæ chronographus, alicubi refert, ſcilicet in *Defenſione patriæ Sancti Laurentii* cap. 1. pag. 6.

FRANCISCUS (alias DIDACUS) DE HERRERA, utroque enim nomine ſolet appellari apud D. Franciſcum de Herrera Maldonado in *Epitome de Sinarum rebus*, ſcripſit *de Inſulis Moluccis* neſcio quid, atteſtante eodem Herrera.

D. FRANCISCUS DIDACUS DE SAYAS RAVANEDA ET ORTUBIA, ex familia nobili antiquaque regni Aragoniæ natus, poeta olim, cum nondum ſacris initiatus fuiſſet, non mediocrem laudem reportavit a Lupo Felice Vega in *Lauru Apollinis* verſus finem ſecundæ ſylvæ. Hic propter hiſtoriæ non vulgarem eruditionem, poſtquam e matrimonio liberos ſibi & familiæ ſuæ procreaſſet, ordinatus ſacerdos, chronographus Aragoniæ regni, in locum Joannis Franciſci Andreæ Uztarrozii, ab hujus regni ordinibus renuntiari promeruit; quod munus pro dignitate adimplens nuper emiſſit foras:

Continuacion de los Annales del Reyno de Aragon, que empezó el Secretario Geronymo Zurita, y continuó el Doctor Bartholome Leonardo de Argenſola deſde el año de 1520. haſta el de 1525. Cæſarauguſtæ 1666. folio.

FRANCISCUS DOMENECH GRANOLLATS, Catalanus gente, ut ex cognominibus intelligi datur, foras dedit:

Pro Lege divina prohibente Clericis mercaturam Apologiam ex defenſione variarum concluſionum viri cujuſdam docti & pii excerptam. Florentiæ apud Zenobium Pignorium 1616. 4.

FRANCISCUS DOMINGUEZ, auſpiciis & ſumptu Regio deſtinatus in Americam ſeptentrionalem a ſupremi rerum Indicarum ſenatus patribus, confecit circa annum ſuperioris ſæculi ſeptuageſimum:

La deſcripcion de la Nueva Eſpaña: adhuc ineditam, una cum Sinarum regni, aliarumque provinciarum deſcriptione. Laudat opus Antonius Leonius in *Bibliothecæ Indicæ* parte geographica, pag. 179.

F. FRANCISCUS DE SANTO DOMINICO, ut credimus ordinis Prædicatorum, edidit:

Diſcurſo ſobre el Padre Nueſtro. Hiſpali 1645.

FRANCISCUS DUARTE, Hiſpalenſis, Jeſuita, domus Hiſpalenſis profeſſæ ut vocant præpoſitus, obiit poſtquam Cordubæ diu theologiam docuiſſet magna cum celebritate. Scripſit:

De Incarnatione Verbi Dei tractatum: cujus magnam partem ab alio quopiam fuiſſe editam Alegambius admonuit in *Bibliotheca.*

F. FRANCISCUS DUBAL, Præmonſtratenſis, magiſter generalis, & aliquando præfectus integræ congregationis Hiſpanæ, ſcripſit:

De Sacramentis in genere & in ſpecie: ſive primum tomum operis moralis. Valliſoleti 1660. folio.

Vernacula autem lingua:

Vida de S. Norberto: in folio 1667.

Sobre la Regla de S. Auguſtin: duobus voluminibus. 1663. Pinciæ, folio.

Deceſſit hoc anno MDCLXX. aut ſuperiore, Matriti in domo S. Joachimi.

F. FRANCISCUS DURAN, ordinis fratrum Minorum, ſacræ theologiæ lector, Fran-

Francifco a Sofa, miniftro generali, a fecretis, provinciæ S. Jacobi minifter, edidit:

Dictamen efpiritual, y razones de eftado para el difcreto Cortefano, que pretende ferlo del Cielo, con muchos avifos curiofos para todos los eftados del hombre, y muchos proverbios para los Predicadores Evangelicos de la palabra de Dios. Valentiæ apud Chryfoftomum Garriz 1613. in 4.

FRANCISCUS DURAN VIVES, fcripfit verfibus octofyllabis, metro illo quod Coplas Caftellanas apud nos audit:

Grandezas divinas. Vida, y muerte de Nueftro Salvador Jefu Chrifto: poema facrum ab auctore olim elaboratum, & ab ejus nepote Fernando Vivas de Contreras, Matritenfi advocato, ex variis fchedis collectum, fuppletum, & in fermonem hodierni temporis reformatum. Matriti 1643. in 4.

D. FRANCISCUS DE EGUIA BEAUMONT, Eneco Velezio Guevaræ, comiti de Oñate, dum Neapoli prorex ageret, ab equilis cura, fcripfit:

Varios difcurfos fobre la reduccion de Napoles. Matriti 1651. 8.

F. FRANCISCUS A S. ELIA, patria Legionenfis, profeffione Reformationis Carmelitarum Pincianus, Medinæ Rivificci domus rector, fcripfit:

Commentaria tam literalia quam moralia in Regulam primitivam S. Patris Alberti a Difcalceatis profeffam. Segoviæ typis Didaci Diaz de la Carrera 1638. in folio. Alia præventus morte imperfecta reliquiffe dicitur.

D. FRANCISCUS EMMANUEL DE MELLO, Olifiponenfis, nobili loco natus, eques ordinis cui a Chrifto nomen, Conimbricæ olim data ftudiis liberalibus humanifque omnibus difciplinis fedula opera, Martem Palladi fuccedere fecit in Belgium fe transferens, ubi militiæ aliquot impenfis annis creari tandem meruit legionis tribunus. Abripuit inde eum turbo patriæ rebellionis, & in Lufitaniam reverfus non diu poft, nefcio cujus criminis fufpicionem purgaturus, poft plures carceris annos, inter fpem & metum tranfactos, in Brafilia occidentalium Indorum peregrinari aliquot aliis fuit conftrictus. Nec tandem reftitutus propitiam adhuc potuit adipifci eorum voluntatem qui reipublicæ tunc infidebant, quare aggregatus Catharinæ Brigantinæ, Caroli Angliæ Regis II. deftinatæ fponfæ, ingenii & urbanitatis dotibus infinuavit fe in Reginæ gratiam, cujus, five alia negotia gefturus, anno MDCLIV. Romam acceffit: qua in urbe edidit ex multiplicis doctrinæ variæque literaturæ operibus facris, profanis, profaicis, metricis, elegantiffimis & ingeniofiffimis primum volumen, hoc titulo & partibus:

Obras morales. Tomo I. que contiene:

Vitoria del Hombre fobre el combate de virtudes y vicios. Triumfo de la Filofofia Chriftiana contra la Filofofia Eftoyca: libris XI.

El Fenix de Africa, Auguftino, Obifpo Hipponenfe. Primera Parte, Auguftino Filofofo.

El Fenix de Africa, Auguftino, Obifpo Hipponenfe. Segunda Parte, Auguftino Santo. Olifipone prius utraque pars prodierat.

El Mayor pequeño; vida y muerte del Serafin humano Francifco de Afis. Olifipone etiam editum ante hoc tempus in 8. 1646. Omnia hæc fimul Romæ apud Falcum & Varefium 1664. in 4.

Obras familiares. Primeira Parte das cartas familiares. Romæ apud Philippum Mariam Mancini 1664. in 4. in quarum epiftola nona libri feu centuriæ quintæ meminit fcripfiffe fe Lufitane:

Difcurfos Morais: quorum unum, quem *Dictaria primeira* vocat, ad eum mittit cui nuncupata eft epiftola. Item epiftola decima meminit *Officii* cujufdam *S. Joannis Baptiftæ*, vulgari lingua a fe formati.

Ediderat antea in Lufitania, five Hifpania:

Politica Militar en avifos de Generales. Matriti 1638. in 4. Pluraque alia, quorum auctor meminit in opere fuo Morali, nempe aut Lufitane, aut Caftellane fcriptorum, fcilicet:

Corona Tragica.

Hiftoria de Cataluña. Olifipone 1646. fub Clementis Libertini nomine, quod fatetur ipfe epift. VIII. cent. I.

Hecho politico.

El Manifiefto Real.

Las tres Mufas.

El Segundo Coro.

El Tercer Coro.

El Pantheon.

Jornada de la Flota.

Carta de guia de Cafados, pera que pello caminho da prudencia fe acerte com a cafa do defcanfo. Olifipone iterum 1665. in 12. Lufitana lingua uti & fequens liber, infcriptus:

Epanaforas de varia Hiftoria Portuguefa. Olifipone 1660. in 4.

La Declaracion.

La Demonftracion.

El Antidoron.

Ineditorum, quæ in feptem dividit genera, longum texuit catalogum: *Metricorum* fcilicet, *Hiftoricorum*, *Politicorum*, *Demonftrativorum*, *Solemnium*, *Exquifitorum*, *Fami-*

miliarium, *Variorum*, *tandemque Imperfectòrum*. Meminit quoque is cent. v. epist. ii. cujusdam tractatus:

De Patientia: quem misit ad serenissimum Principem Philippum Christophorum, archiepiscopum Trevirensem S. R. I. electorem.

Ex his quæ superius annotata sunt, aut aliis, edi curavit apud Gallos:

Obras Metricas. Lugduni apud Horatium Boisat & Romeus in 4.

Sed virum longiore vita dignum abripuit mors Olisipone xiii. die Octob. MDCLXVI.

FRANCISCUS DE ENCINAS, Burgensis, Novum Testamentum, in vulgarem Hispanam a se conversum, nuncupavit Carolo V. Imperatori, & excudi curavit Antuerpiæ. Libri titulus:

El Nuevo Testamento de Nuestro Redemptor, y Salvador Jesu Christo traducido de Griego en Lengua Castellana por Francisco de Encinas dedicado a la Cesarea Magestad. Antuerpiæ uti diximus apud Stephanum Mierdmannum 1543. Cyprianus de Valera in præfatione suæ Bibliorum Hispanorum Amstelodamensis editionis hujus actoris & translationis meminit: *Francisco de Encinas Burgales trasladó año de* 1542. *el Testamento Nuevo, y lo presentó al Emperador D. Carlos en Bruselas. El doctor Juan Perez de pia memoria año de* 1556. *imprimio el Testamento Nuevo, y un Julian Hernandez, movido con el zelo de hacer bien a su nacion, llevó muy muchos de estos Testamentos, y los distribuyó en Sevilla año de* 1557. *A Juan Perez Casiodoro y Julian yo los conoci, y traté familiarmente* &c.

Idem Franciscus ab Encinas ille absque dubio est qui *Plutarchi Vitas* in Hispanam linguam conversas edidit Argentinæ apud Augustinum Frisium 1551. in folio. Cujus versionis mihi auctor est Alphonsus Ciaconius in schedis ad *Bibliothecam universalem*, quam & laudatam vidimus in cujusdam bibliothecæ librorum catalogo.

FRANCISCUS DE ENCINAS, Abulensis, Societatis Jesu sacerdos, insigni morum sanctitate vir, in Philippinis insulis xxxvi. fere annis Evangelicum opus fecit eximio cum proventu, scripsitque pro devotione singulari in Deiparam:

Encomia B. Mariæ Virginis. Item:

Grammaticam & Confessionarium: lingua Bisajensi, Philippinarum vernacula.

FRANCISCUS DE ESCOBAR, Barcinonensis urbis civis, atque in eadem eloquentiæ professor, interpretatus est ex Græco: *Aphtonii Sophistæ primas apud Rhetorem exercitationes*. Quibus adjunxit:

De Fabula commentationem.

De octo partium orationis constructione librum, commentariis Junii Rabirii, & Catalana interpretatione illustratum. Accesserunt olim in hujusmet libri partem ejusdem *Francisci Scobaris Commentarii*, nunc demum *Pauli Laurentii scholiis aucti & locupletati*. Liber hic est Guilielmi Livii cujusdam emendatus, & in quibusdam mutatus ab Erasmo. Prodierunt hæc simul Barcinone apud Gabrielem Graells 1611. in 8. *Aphtonii Progymnasmata* ex *Scobaris* interpretatione prodierunt quoque Parisiis 1623. in 8.

Orationem: quam publice habuit Barcinone, cum doctoris medici lauream acciperet.

Flori Breviarium Historiæ Romanæ recognovit, atque edidit Barcinone apud Claudium Bornaticum 1557. in 8.

Valentinus patria ab Andrea Scoto audit, apud quem & professus fuisse refertur xx. annis rhetoricem Lutetiæ Romæque magno auditorum concursu. Unde Barcinonem se contulit, in qua urbe attentissime se eum audivisse Joannes Mallara Hispalensis, qui ejus *Aphtonii interpretationem* in vulgus dedit, scriptum reliquit.

Aristotelis rhetoricam interpretari cœperat Latine, ait Scotus, *quod videlicet Trapezuntius illi nec Hermolaus satis eo munere diligenter functi viderentur; in quorum altero, ut ajebat, majorem Latinæ linguæ scientiam, in hoc etiam Græcarum literarum peritiam requireret. Obiit Barcinone senex*. Hæc Scotus:

FRANCISCUS ESCRIVA, patria Valentinus, quem ex Hieronymo Escriva de Romani, rarum illud feminei sexus decus, Angela Zapata, probitate morum studiisque literarum inclyta, olim sustulit. Complutensis jam doctor, & patriæ metropolitanæ ecclesiæ canonicus, in quadraginta annorum ætate constitutus, sæculo vale dicto, inter Jesuitarum sodales censeri voluit. Plurimum in hac familia apud omnes auctoritate floruit, præcipue apud V. C. D. Joannem a Rivera, Valentinum antistitem egregium, cui a conscientia erat secretorum & consiliorum omnium, cujus & ipse vitam resque gestas calamo exaravit. Collegio Cæsaraugustano cum præfuisset, ab omni alio munere vacatione impetrata, literis se ac sacræ lectioni totum tradidit. Unde sequentia prodierunt:

Discurso de las quatro Postrimerias, seu de iv. Novissimis: scilicet:

De la Muerte. Valentiæ 1604. apud Patricium Mey.

Del Juicio. Ibidem 1609. 4.

Del Infierno, y de la Gloria. 1616. in 4.

Hi

Hi omnes pietate, eruditione, brevitate ac perſpicuitate plurimum commendantur. Item:

Diſcurſos de los eſtados; de las obligaciones particulares del eſtado y oficio, ſegun los quales ha de ſer cada uno particularmente juzgado. Valentiæ 1613. in 4.

Vida de Don Juan de Ribera Patriarca de Antiochia, y Arzobiſpo de Valencia. Valentiæ anno 1612. in 4. apud eumdem Patritium Mey.

FRANCISCUS ESCUDERO, ex oppido la Parra Conchenſis ſacri territorii oriundus, ſcripſit inter ſodales Jeſuitas, quorum ſectam ab anno ætatis tertio ſuper triceſimum tenuit:

La vida de San Julian ſegundo Obiſpo de Cuenca. Toleti apud Petrum Roderici 1589. in 8. Et Conchæ 1601. in 8.

Mortuus fuit duobus major ſeptuagenario. Hujus oblitus eſt ſcriptoris *Bibliothecæ Societatis* auctor.

F. FRANCISCUS DE ESPINOSA, Bæticus, Carmelita, theologus, & Evangelici verbi præco, a domeſticis multum laudatus, ſcripſiſſe dicitur:

De Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione tractatum, circa annum MDCXVI.

D. FRANCISCUS DE ESQUIVEL, Calaritanus in Sardinia archiepiſcopus, primas Sardiniæ & Corſicæ, publicavit:

Relacion de la Invencion de los Cuerpos ſantos, que en los años de MDCXIII. MDCXV. y MDCXVI. fueron hallados en varias Igleſias de la ciudad de Caller, y ſu Arzobiſpado. Neapoli apud Conſtantinum Vitalem 1617. 4.

F. FRANCISCUS DE EVIA, ordinis ut ſuſpicor S. Franciſci, ſcripſit:

Eſpejo del Anima. Pinciæ apud Franciſcum Fernandez 1550. 8. Hoccine eſt *De tribus ſtatibus Animæ* opus quod laudat Waddingus?

Ejuſdem credo ſunt, ſive Latina ſive vulgaria, hæc:

Præparatio mortis: quæ prohibita eſt in *Concilii Tridentini Indice.* Et:

Theſaurus Angelorum. Aſturicæ editus 1547. 4. Quem Waddingus Franciſco de Eicia adtribuit.

F. FRANCISCUS FALCONI, Dominicanus, ſacræ theologiæ ut vocant præſentatus, ac totius ordinis concionator, edidit inter alia:

Exercicios del Santiſimo Sacramento para ſu fieſta y octavas. Matriti 1624. 16.

FRANCISCUS FALERO, ſive potius FALEIRO, Luſitanus, edidit:

Tratado de la Esfera, y del Arte de marear, con el regimiento de las alturas. Hiſpali anno 1535. 4.

FRANCISCUS FARFAN, Toletanus, vir ſacræ theologiæ ac linguarum Hebraicæ atque Græcæ bene gnarus, cantor & canonicus Salmanticenſis, ſcripſit docte ac utiliter:

Contra el Pecado de la ſimple fornicacion. Salmanticæ apud Matthiam Gaſt 1565. 8.

Regimiento de caſtos, y remedio de torpes; donde ſe ponen veinte y ocho remedios para el pecado de la torpeza. Adjungitur: *Un Sermon de Santa Catalina.* Salmanticæ apud Cornelium Bonardum anno 1592. in 8. Edidit quoque:

Sermon predicado en Toledo en la opoſicion al Canonicato de lectura de aquella Igleſia a VII. de Febrero de MDXCII. Salmanticæ apud Petrum Laſſum eodem anno. Necnon et:

Prælectionem Pſalmi CXV. Toleti in ſummo Templo habitam in ejus Canonicatus petitione, cui adnexa eſt Sacræ Scripturæ interpretatio, VI. kalendas Martii MDXCII. Ibidem eodem anno.

FRANCISCUS DE FARIA, Granatenſis, Luſitani eum ſibi vindicare ob Luſitanum cognomen amant, canonicus (ut vocant proprio & eccleſiaſtico verbo) Doctoralis in Almerienſi eccleſia, deinde ut credo Malacitanæ canonicus, edidit verſibus, non ineleganter Claudianum interpretatus:

El Robo de Proſerpina de Claudiano. Matriti 1608. 8. Ac neſcio quid aliud metricum de *Dominica Cruce.* Laudat hunc auctorem Michael de Cervantes in libello *Viage del Parnaſo* nuncupato.

FRANCISCUS FEIXOO, Gallæcus, claſſis navalis Gallæcienſis almirantus (ſic vocamus nos vicariam ſeu ſuccedaneam præfecturæ ſupremæ curam) ſcripſit:

El Sargento embarcado: ſive de officio inſtructoris centuriæ, aut ſi mavis, legionis claſſiariorum. Gadibus 1629. 8.

F. FRANCISCUS FELIX, Matritenſis, ex familia Seraphica, lector ut vocant jubilatus, S. Mariæ a Jeſu collegii Complutenſis præfectus, diffinitorque provinciæ Caſtellæ, *vir*, ait Waddingus, *ſubtilis ingenii & claræ doctrinæ*, edidit:

De Incarnatione Verbi divini Tractatum ſin-

singularem ad mentem Doctoris subtilis. Parisiis apud Jacobum Quesnel 1641. in 4. Deinde alias disputationes theologicas, quas vocare libuit:

Tentativas Complutenses, duobus tomis: quorum primus est *De ultimo fine Hominis. De Beatitudine. De Actibus humanis: bonitate & malitia humanorum actuum. De Conscientia. De Habitibus, & Virtutibus.* Compluti apud Antonium Vazquez 1642. 4. Alter bipartitus, qui *De Visione Dei. De Peccato actuali originali & habituali. De Gratia, de Justificatione, & merito* agit. Ibidem apud Mariam Fernandez 1645. 4.

F. FRANCISCUS FELIX seu potius FOENIX DE CANALES, domo ex oppido Talavera dioecesis Toletanæ, professione sodalis Servitarum in Barcinonensis urbis monasterio, ubi manens dedit in lucem:

Abusos tolerados de las Carnestolendas. 1619. 8.

Israel libertada, y explicacion literal del Psalmo ciento y trece. Barcinone apud Sebastianum Mathevad 1612. in 8. Nondum autem liquet nobis edideritne opus inscriptum: *Nobleza Española.* Sacræ theologiæ fuit magister, degensque aliquando Mediolani in coenobio S. Dionysii edidit ibi:

Sermon del Mandato, y Santisimo Sacramento hecho el Jueves Santo de MDCXX. a instancia de la Nacion Española en Alexandria, dirigido a los Señores Duques de Feria Governadores de Milan. Mediolani 1620. in 4. apud Marcum Tullium Malatestam.

F. FRANCISCUS FERNANDEZ, Franciscanus Observantiæ Regularis provinciæ Conceptionis, serenissimæ Annæ Galliarum Reginæ Austriacæ a confessionibus, edidit semel atque iterum:

Guia de la vida espiritual para conseguir nuestro fin. Parisiis 1643. 12.

FRANCISCUS FERNANDEZ, Lusitanus ut creditur, Jesuita, in Bengalæ regno Indorum orientalium, quo penetraverat verbum Dei annunciaturus incolis, obiit carcere ab iis detentus anno MDCII. cum scripsisset lingua hujus gentis:

Tractatum, quo Catholicæ Fidei capita explanantur.

Catechismum item in modum dialogi.

F. FRANCISCUS FERNANDEZ DE AYALA, Dominicanus, scripsit:

De la vida, y venida del Ante-Christo.

FRANCISCUS FERNANDEZ BLASCO, domo ex oppido Sonseca dioecesis Toletanæ, presbyter, sacrum poema octoadibus formatum dedit in publicum, hac inscriptione:

Universal redencion, pasion, muerte y resurreccion de Nuestro Señor Jesu-Christo. Compluti apud Joannem Gratianum 1584. in 4. Matriti Regiis typis 1609. 4. Hunc per errorem vocat Lucas Waddingus Ludovicum in *Scriptoribus* suis *Minoribus*, quorum ex Tertiariis fuit.

FRANCISCUS FERNANDEZ DE CASO, natus in oppido Veteris Castellæ nobilissimo Medina de Rioseco, scripsit:

Discurso, en que se refieren las solemnidades y fiestas con que el Excelentisimo Duque Cardenal celebro en su Villa de Lerma la dedicacion de la Iglesia Colegial, y translaciones de los Conventos que ha edificado alli: in 4.

D. FRANCISCUS FERNANDEZ DE CORDOBA, scripsit, sed non publicavit:

Peru con armas, o Historia de lo que en el mar del Sur pasó con la esquadra que entró en el de Jaques Tremit el año de MDCXXIII. Antonius de Leon in *Bibliotheca Indica* titulo XI.

D. FRANCISCUS FERNANDEZ DE CORDOBA, Ludovici filius, quem ævi ejus equales idcirco Barbarum appellaverunt, quod filium unicum, quem ex matrimonio habebat, ob necem in Toletano equite singulari certamine patratam, morti addixerit, prætor cum esset Regiæ istius urbis, quem tamen Philippus Rex II. sævitiam aversatus parentis, supplicio eripuit. Franciscus ergo in Romana curia familiam augens Suessani ducis, Regii legati, cognatione sibi propinqui, portionem in Cordubensi ecclesia obtinuit, successor deinde admissus D. Ferdinandi Cordubensis in Rutensi abbatia, divisis cum eo fructibus, eo munere ornatus usque ad obitum vixit. Multiplicem ejus eruditionem commendat opus, quod sic inscriptum voluit:

Didascalia multiplex. Lugduni in 8.

In schedis manserunt, credo apud Adamum Centurionem, Astapanum marchionem, eruditione satis notum:

La Decendencia de la Casa y Familia de Cordoba. Et alia, nescio quæ.

FRANCISCUS FERNANDEZ FIALHO, Lusitanus, jurisconsultus, edidit:

Declarationem Titulorum Juris Civilis. Eboræ 1587.

FRANCISCUS FERNANDEZ GALVAON, Lusitanus, in domo Elisabethæ Infan-

fantis, quæ Eduardi Emmanuelis Regis filii uxor fuit, olim educatus, jam theologiæ doctor, Catharinæ Brigantinæ, eorumdem Eduardi atque Elisabethæ filiæ, causam in Lusitani regni hereditate apud Pontificem procuravit, ornatus in Romana curia Conimbricensi prius canonicatu, deinde archidiaconatu Villænovæ de Cerveira Bracharensis ecclesiæ. Scripsit, qui a morte ipsius prodierunt, vernacula lingua:

Sermões. Primeira parte, que comeza da quarta feria de Cinza ate a primeira oitava de Pascoa. Hispali apud Alphonsum Rodriguez Gamarra 1615. 4. Antonius de Azevedo & Sa Lusitanus vertit in Castellæ sermonem, ediditque Matriti eodem anno 1615. 4.

Sermões das festas de Christo nosso Senhor. Olisipone apud Petrum Craesbek 1614. in 4.

Sermões das festas dos Santos. Hispali anno 1616. in 4. Vitam ejus scripsit Amator Vieira.

FRANCISCUS FERNANDEZ DEL HIERRO, edidit:

Exemplos de virtudes y caridad: notables hechos que se vieron en la ciudad de Cordoba en los dos años de MDCI. y MDCII. en que estuvo afligida con peste. Cordubæ 1602. 8.

D. FRANCISCUS FERNANDEZ DE MIÑANO, Navarrus, ex Peralta oppido, juris doctor, protonotarius Apostolicus e numero participantium, Hispanæque Apostolicæ ut vocant Nunciaturæ judex, Carolo II. Regi nostro a sacris, Regiæ capellæ domus atque aulæ judex ordinarius ecclesiasticus pro capellano majori, atque item Regiæ capellæ S. Isidori, Matritensis Patroni, pro eminentissimo cardinali & archiepiscopo Toletano major sacellanus, edidit:

Basim Pontificiæ Jurisdictionis & potestatis supremæ, sive de ejusdem origine, fundamentis & successiva continuatione. Matriti apud Lucam Antonium de Bedmar 1674. folio.

FRANCISCUS FERRER ET NOGUES, Catalanus, civis Ilerdensis, juris utriusque doctor, post defensas per vicennium integrum de plano causas ascendere jussus in tribunal judex ordinarius, scripsit:

Commentaria, sive Glossemata ad utiliorem quamdam ex Consuetudinibus Principatus Cataloniæ incipientem, Les Impubers, *sub Rubro de pupillaribus & aliis substitutionibus.* Ilerdæ apud Ludovicum Menescal 1617. fol. hoc est, tractatum *De impuberum successione.*

Commentaria ad Constitutionem incipientem, Hac nostra, *Principatus Cataloniæ sub titulo, Soluto matrimonio.* Ibidem 1629. fol. apud Margaritam Anglada.

F. FRANCISCUS DE FIGUEROA, Limensis, ordinis Prædicatorum, sacræ theologiæ magister, scripsit:

Tratado breve del dulcisimo nombre de Maria repartido en cinquenta discursos. Limæ 1642. in 4.

FRANCISCUS DE FIGUEROA, Hispalensis, doctor medicus, libellum edidit, cui titulus hic:

Luxus in judicium vocatus & ad recta evocatus; gelida salutifera, sive de innoxio frigido potu. Cui accessit hujus tituli alter libellus:

Aciam, de qua loquitur Celsus Cap. XXVI. lib. V. filum semper, acum numquam significare: infibulationem & suturam utramque ex acia molli non nimis torta, sive ex molli filo non nimis torto serico, lineo, vel ex alia materia molli, non autem æreo, ferreo, argenteo, aut aureo, secundum ejusdem Celsi mentem semper fieri debere. Hispali 1633. 4.

Hispane etiam:

Dos Tratados, uno de las calidades y efectos de la Aloja. Y otro de una especie de Garrotillo o esquinencia mortal. Limæ 1616. apud Franciscum del Canto in 4. dum ibi versaretur medicus marchionis de Montesclaros proregis.

FRANCISCUS DE FIGUEROA, Hispalensis, Jesuita, provinciarum Americanarum Matriti procurator, scripsit ad Philippum III. Regem Catholicum:

Memorial de ocho Padres de la Compañia, y algunos otros Españoles y Indios martyrizados en la Provincia de Mexico el año de MDCXVI. anno 1617. editum. Quod pluribus Europæ gentibus deinde fuit communicatum.

F. FRANCISCUS DE FIGUEROA, diversus a superiore uti ait *Bibliothecæ Societatis* auctor, scripsit:

La vida del Padre Juan Sebastian de la Compañia de Jesus.

F. FRANCISCUS DE FIGUEROA, Hispalensis, ex ordine Sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, composuit:

Los Estatutos de los Esclavos de Nuestra Señora.

FRANCISCUS DE FIGUEROA, Complutensis, egregius ævi sui poeta, adeo ut Divini adeptus sit cognomentum, varia carmina scripsit, quæ edita sunt hoc titulo:

Obras en verso de Francisco de Figueroa. Olisipone apud Petrum Craesbek 1625. 8. Desunt tamen in editione ista plura alia carmi-

mina, quæ in manuſcriptis codicibus eorum operum conſervari audio. Hunc poetam celebrat in *Lauru* ſua *Apollinis* Lupus de Vega dum de Compluto loquitur, & id alluente Henares fluvio, his quæ ſequuntur:

Mas como tu Academia
No propone al Divino Figueroa,
Si con verde laurel ſus hijos premia?
Pero diras que el atributo loa
Quanto decir pudiſte.
Dichoſo rio que decir le oiſte
Con tan ſuave acento y armonia
Que los nobles eſpiritus eleva:
De paſo en paſo injuſto amor me lleva
Quando dexarme deſcanſar debia.

Huic nuncupatam fuiſſe illam Joannis Verzoſæ epiſtolam, quæ incipit:

Tu ducis choreas, dulceſque decenter amores:
Et luſus ſenis tractas &c.

Extatque lib. I. ejus *Epiſtolarum*, nullus dubito. Senarum ergo urbem incolebat noſter eo tempore cum Verzoſa Romæ degebat, qui in fine epiſtolæ natalem Figueroæ locum fuiſſe Complutum non obſcure indicat. Luſitanum Cardoſus exiſtimavit.

FRANCISCUS DE FLORENCIA, Americanus, ex inſula Florida (ita renovatæ *Bibliothecæ Societatis* auctor Nathanael Sotuellus) una ex occidentalibus regni Mexicani, Jeſuita, tum Romæ, tum Hiſpali omnium Indicarum provinciarum procurator, edidit Hiſpana lingua:

Menologio de los Varones inſignes en perfeccion de vida religioſa de la Provincia de Mexico. Barcinone per Hyacinthum Andream 1671. 4.

Vida exemplar, y glorioſa muerte en odio de la Fe del Venerable Padre Luis de Medina, martyrizado en las Islas que llaman de los Ladrones, o Marianas. Hiſpali apud Joannem Franciſcum Blaſium 1673. in 4.

F. FRANCISCUS FLORES, neſcio cujus religioſæ familiæ, ſcripſiſſe fertur:

Del Arte de eſcribir. 1615. in folio.

FRANCISCUS FONTANUS (credo DA FONTE) Luſitanus ſi Cardoſo credimus:

Librum Apologeticum pro Juſto Lipſio ſcripſiſſe dicitur.

F. FRANCISCUS FORERIUS, vulgari idiotiſmo FOREIRO, Oliſiponenſis, Dominicanorum fratrum ſodalis, philoſophus ac theologus egregius, quem præſtantiſſimæ eruditionis laus, triumque linguarum Latinæ, Græcæ & Hebraicæ peritia ſingularis, domi foriſque clariſſimum ac venerabilem reddidere. Namque a patria, ubi a concionibus Regi Luſitanorum ſacris erat, vix ulli tempeſtate ſua, Joannis Vaſæi judicio, quod in *Chronico* ejus extat ad annum Domini LXVII. concionandi dexteritate ſecundus; ad ſynodum miſſus Tridentum indictam, eccleſiæ univerſalis adeo fuit patribus, qui eo convenerant, doctrinæ multiplicis, atque eminentis cujuſdam ſapientiæ ſplendore conſpicuus ut corrigendis *Miſſali Romano*, *Breviarioque* ut appellant, *Horarum Canonicarum* libro, necnon *damnatæ lectionis auctorum Catalogo* conſcribendo, & *Catechiſmo* concinnando, ſummis viris Leonardo Marino Lancianenſi, Ægidioque Foſcheraro Mutinenſi, ex eadem Prædicatorum familia epiſcopis tota Italia clariſſimis, ſacri conſeſſus deſtinatione tertius acceſſerit. Legitur in præfatione *Indicis* laudati ad calcem ejuſdem ſynodi nomen Forerii. Catechiſmus vero ille eſt qui, jubente nomenque ſuum inſcribente Pio V. P. M. in lucem prodiit. Hinc pergens de eccleſiæ Catholicæ, ſacrorumque, quorum fide ſtat ipſa, librorum dignitate ac auctoritate benemereri, plures eorum, ſcilicet *Jobi*, *Davidis*, *Salomonis* & *Prophetarum* ex Hebraico iterum nova & ſimpliciori translatione, ut fidelem fuiſſe confirmaret interpretis vulgati operam, in Latinum convertit. Præterea & commentariis ipſoſmet libros illuſtravit, in quibus (utar Alphonſi Ferdinandi verbis in *Dominicanorum Scriptorum Catalogo*) *verum ac germanum literæ ſenſum aperiens, ſingulas Hebraicæ Scripturæ particulas, dictiones, & vocalia dictionum puncta ſummo ſtudio & exacta admodum diligentia expendit, peculiares linguæ ſanctæ idiomatiſmos ita elucidavit, & obſcuriſſimos Prophetarum locos ita illuſtravit ut nullum unquam opus in hoc ſcribendi genere prodierit in lucem, quod æquius poſſit cornucopiæ appellari.*

Poſt moderatam quadriennio provinciam Luſitanam, atque alios honores domi geſtos, obiit tandem vir ſapientiſſimus in cœnobio, ſua ipſius induſtria conſtructo, S. Pauli de Almada in conſpectu Uliſiponis urbis, & quidem ſubita ut ajunt morte, poſtquam cedentes in adverſa Oliſiponenſi ripa Caſtellanis Albæ ducis copiis Luſitanos ſuos vidiſſet, mœrore vehementi animum hominis conſternante, ſpiritumque intercipiente. Extant Forerii in omnium manibus:

Vetus & nova ex Hebraico verſio Iſaiæ Prophetæ cum Commentariis, ſive in Iſaiam ad Hebraicam veritatem Commentaria. Venetiis anno 1563. folio. Antuerpiæ apud Nutium 1565.

Præter hæc tributa eidem ſcio a Marieta, Scoto, Alphonſo Ferdinandi, aliis:

In XII. Prophetas minores; in Jobum, Pſal-

Psalmos Davidicos ; *Sapientiales* omnes *libros* ; necnon in *Ezechielem* , *Danielem*, *Hieremiam* ejusdem tenoris *Commentaria*. Extat quoque typis edita:

Oratio , quam habuit ad PP. Tridenti congregatos Dominica I. Adventus anni MDLXII. Brixiæ 1563. in 4.

Catechismum ejusdem laudat Georgius Cardosus qui *Bibliothecam* adornabat *Lusitanam* in schedis quas vidimus.

Incidit Forerii mors in annum MDLXXX.

F. FRANCISCUS FORMA , ni fallimur Catalanus , ordinis Minorum , Luca Waddingo referente *De Scriptoribus* hujus familiæ , edidit:

Nueva descripcion de Cataluña , y de sus seis Condados con tablas : Hispanice & Gallice. Parisiis 1643. apud Sebastianum Cramoisi in folio.

FRANCISCUS DE FRANCIA ET ACOSTA , scripsit carmine:

Jardin de Apolo. Matriti 1624. 8.

FRANCISCUS FRANCO , Valentinus, ex urbe Setabi , apud Complutenses medicam artem didicit , docuitque circa annum MDXLIII. Qui cum in Lusitaniam concessisset , Joannis III. serenissimi Regis salutem curæ suæ commissam habuit. Aliquot annis alibi peregrinatus Hispalim venit , atque in urbe hac & collegio Deiparæ Virginis , in quo erecta est nobilis academia a Roderico de Santa-Ella , primarium medicinæ docendæ locum tenuit. Scribebat per id tempus:

Libro de enfermedades contagiosas , y de la preservacion de ellas. Cui appenditur tractatulus:

De la Nieve , y del uso de ella. Hispali apud Alphonsum de la Barrera 1569. 4.

FRANCISCUS DE FRANZA , Lusitanus , Portuensis , scripsisse dicitur:

Rimas varias. Cardosus.

F. FRANCISCUS FRANZIN , forte Aragonus , Tertii Ordinis S. Francisci , vir pius , ac meditationibus divinorum totus intentus , edidit hujus tituli opus:

Passio Christi meditata , sive expensa per Franciscum Franzinum , oblata devotioni Christianæ. Romæ apud Franciscum Monetam anno 1641. in 16.

F. FRANCISCUS FREIRE , ordinis Minorum S. Francisci de Paula , in sacris Bibliis exercitatissimus , Hispali in academia divinarum Scripturarum interpres , judicumque Fidei Apostolicorum minister a censura theologica , edidit:

Præludium de sacrorum Interpretum dignitate & divinæ Scripturæ excellentia , vatisque Nahum illustrandi propositionem publice habitum in eadem Schola IV. Nonas Januarii MDCXXXVIII.

FRANCISCUS FREIRE , domo ex oppido Lusitaniæ Estremoz , Jesuitarum sodalis , prius biennii spatio humanioribus literis docendis navavit operam , deinde Romæ, quo ivit vocatus , moderandis in Germanico S. Appollinaris collegio studiis , explicandisque fidei controversiis præfuit. Hinc in patriam redux Eboræ philosophiam , posteaque theologiam explanavit. Ejus hæc opera laudat Alegambius:

De Symbolis Heroum libros v. multiplici eruditione illustres.

De rebus gestis S. Elisabethæ Portugalliæ Reginæ lib. II. Latine & Lusitanice ; sub nomine tamen Blasii de Pinha Freire , fratris sui. Item:

Officium ejusdem *S. Elisabethæ*.

De Excellenti magnitudine Imperii Austriaci.

Musas Christianas. Carmine.

Consiliorum libros v.

De Arte bene vivendi libellum.

Universam Philosophiam.

Habereque in manibus eum subjungit *Catenam in IV. Libros Regum* , aliasque lucubrationes.

F. FRANCISCUS DEL FRESNO , ordinis Minorum Observantiæ provinciæ Castellæ , dedit in vulgus:

Commentaria in Universalia Porphyrii , & Prædicamenta Aristotelis. 1622. 4.

FRANCISCUS DE FUENSALIDA, Toletanus , præceptor grammaticæ artis in urbe Abulensi , dedit foras:

Breve suma del sosiego y descanso del Alma. Compluti apud Sebastianum Martinez anno 1589. in 12.

FRANCISCUS DE LA FUENTE, professor grammaticæ artis in Abulensi urbe , scripsit , si diversus est:

Grammaticam Methodum. Compluti apud Joannem Brocar 1541. 8.

FRANCISCUS DE LA FUENTE, (Latine Fontanum vocant) domo ex oppido Llerena in Bæturiæ seu Estremaduræ tractu , quod est equestris ordinis S. Jacobi , in philosophia theologiaque magister , Complutensis collegiatæ ecclesiæ canonicus , fructuo-

ctuosissime octo annorum spatium impendit in conficiendo Alphonsi Tostati, vulgo dicti Abulensis, episcopi, operum omnium elencho, qui admodum desiderabatur, cui fecit titulum:

Index operum Alphonsi de Madrigal Abulensis Episcopi juxta ordinem literarum digestus: duobus tomis. Vallisoleti apud Joannem Villaquiran 1547. in folio.

FRANCISCUS DE LA FUENTE ET MORENO, Ellerenensis, regulare D. Jacobi institutum inter sacerdotes domi professus Hispalensis, apud Xerezium urbem, ab Equitibus nuncupatam, sacris praeerat scribens:

Memorial de los fundamentos y razones que hay para que en las provisiones de los beneficios Curados sean preferidos siempre los naturales de los lugares donde son los tales beneficios &c. 1626. 4.

FRANCISCUS FURTADO, Lusitanus, ex Fayal, insula Tertiarum una, Societatis Jesu, diu in Sinarum regno versatus, scripsit, edendos prope diem ait *Jesuiticae Bibliothecae* auctor Alegambius:

Libros de Coelo. Necnon et:

Logicam & Methaphisicam. Nec ultra docet quidquam de editione novus ejusdem *Bibliothecae* auctor Sotuellus; attamen libros sex *de Mundo & Coelo* Sinica lingua in eo regno editos nos docet, obiisseque auctorem Macai XXI. Novembris MDCLIII.

F. FRANCISCUS GABALDA, Valentinus, ordinis Praedicatorum, sacrae theologiae magister, patriae domus praefectus, atque in gymnasio professor theologus, scripsit:

Relacion de la peste de Valencia.

FRANCISCUS GABALDA, diversus ut videtur a superiore, ejusdem tamen urbis Valentiae, scripsisse dicitur:

Annotationes in Joannis Torrellae Syntaxim. in 8.

FRANCISCUS GALAZ DE BARAHONA, natus in oppido Torme in montanis Burgensibus non longe ab Espinosa, jurisconsultus variae eruditionis, scripsit:

Paradoxas en que principalmente persuade a un Pretendiente a la quietud del animo. Matriti 1625. in 4.

Parafrasis de los Psalmos Penitenciales. Ibidem 1636. in 4.

Habebat, cum de vita abreptus fuit, conscripta & alia, quorum approbator laudatae nuper Paraphraseos Franciscus de Peralta Dominicanus meminit, nempe vernacule:

Annotaciones al Tesoro de la lengua Castellana. Latine etiam:

De Jure Caesareo Romanorum, Civili Pandectarum & Codicis Justinianaei, quam late procedat ad omnes scientias pertractandas.

FRANCISCUS GALINDO, Pinciae in collegio Sanctae Crucis togatus sodalis, laudatur ex quodam opere quod scripsit, adducitque pro se Jacobus Simancas *Institution.* cap. IX. & Felicianus lib IV. de *Censibus* cap. unico num. 25.

Disputatio Regia nuncupatum, scilicet: *De superioritate Regis ac Principis. De Populi officio, ac reverentia, itemque de Tyranno.* MS. extitit in bibliotheca Olivariensi.

FRANCISCUS GARAU, Catalanus ut credimus, Jesuita, & in Barcinonensi collegio sacrae theologiae praeceptor, diserte scripsit, Aesopicae vestigia doctrinae inculcans, eruditis sacrarum & profanarum historiarum documentis ad rem adductis:

El Sabio instruido de la misma naturaleza en quarenta maximas politicas y morales, ilustradas con todo genero de erudicion sacra y humana. Matriti apud Antonium Gonzalez de Reyes 1671. in 4. Item:

Olympo del Sabio.

FRANCISCUS GARRIDO DE VILLENA, Beaciensis, communicavit nostris hominibus Italicum Matthaei Mariae Bojardi poema, vernacule foras emittens hoc titulo:

Orlando enamorado. Compluti 1577. 4. Toletique 1581. 4. Item metrice narravit:

El verdadero suceso de la Batalla de Roncesvalles &c. Toleti 1583. 4.

F. FRANCISCUS GARZIA, Dominicanus ex Valentina domo, sacrae theologiae professor primarius in Tarraconensi gymnasio, vulgari sermone scripsit:

Tratado utilisimo de todos los contratos quantos en los negocios humanos se pueden ofrecer: duobus tomis. Valentiae apud Joannem Navarrum 1583. Barcinoneque item in 8. Italicum etiam prodiit opus Brixiae apud Petrum Mariam Marchetti 1589. in 8. & 1596. Praeterea:

De erratis Typographorum Romae in operibus Sancti Thomae: ad Antonium Augustinum, Tarraconensem archiepiscopum. Tarracone 1568. Deinde Coloniae cum ejusdem Sancti doctoris *Summa* 1605.

F. FRANCISCUS GARZIA, Mercenariorum sodalis, & domus urbis Angelopolitanae praefectus, scripsit:

Verdadera inteligencia de la destreza de las ar-

armas del Comendador Geronymo Sanchez Carranza de Barreda. Extat MS. in 4. inter libros qui comitis de Villaumbrofa olim fuere, & nunc funt excellentiffimæ comitiffæ.

FRANCISCUS GARZIA, natus in oppido Ballecas prope Matritenfem curiam, Jefuita, poft domefticam aliquot annorum humaniorum literarum philofophiæ theologiæque profeffionem, Matriti degens, edidit:

Virtudes y excelencias de S. Jofeph. Ibidem in 8.

Compendio de la Vida de S. Francifco de Borja. Compluti apud Mariam Fernandez 1671. in 8.

Compendio de la Vida de S. Ignacio de Loyola. Madriti in 8.

Relacion de la perfecucion de los Predicadores de Chrifto en la China. Hifpali apud Joannem de Ofuna 1671. in 4.

Vida y milagros de S. Francifco Xavier Apoftol de las Indias. Toleti apud Francifcum Calvo 1673. in 4. Et Matriti apud Jofephum Fernandez de Buendia 1676. 4.

Tratado de Oracion mental, leccion efpiritual, y examen de conciencia. Matriti 1673. in 4.

Vida del Venerable Padre Luis de Medina, muerto por la fe de Chrifto en las Islas Marianas. Matriti eodem anno in 4. Vertit quoque ex Gallico:

Arte de Hiftoria del Padre Pedro Le Moine de la Compañia de Jefus. Ibidem 1676. in 8.

FRANCISCUS GARZIA DEL VALLE, Calagurritanus, presbyter Societatis Jefu, parabat Hifpanam totius Scripturæ veluti paraphrafim pluribus tomis diftributam, cujus unicam tantum partem vidimus in eo libro, quem fic notavit:

Hiftoria natural y moral del Nacimiento del Mundo. Parte I. Matriti 1648. in folio. Edidit item:

El Predicador Evangelico: duobus voluminibus. Alieno nomine evulgaffe dicitur:

Camino para la union y comunicacion con Dios. Auctor *Bibliothecæ Societatis* premere eum eo tempore retulit:

Hiftoria del nacimiento de Moyfes, y de la ley efcrita.

Itinerario de los hijos de Ifrael. Sed has contribuo libens partibus operis illius magni & multiplicis in Sacram Scripturam. Ægidius quoque Gundifalvi Davila in *Theatro Ecclefiæ Calagurritanæ* opera alia duo ejus laudat, nempe:

Breviario Romano de Predicadores.

Nuevas de la Eternidad.

D. FRANCISCUS GILABERT, Catalanus, baroniarum ut vocant de Tudela, de Labanza, ac de la Sentiu dominus, Philippo III. Regi Catholico ab inferendis dapibus minifter (Gentilhombre de la boca idiotifmus nofter vocat) edidit:

Difcurfos fobre la calidad del Principado de Cataluña, inclinacion de fus habitadores, y fu govierno. Ilerdæ apud Aloyfium Manefcal 1616. in 4.

F. FRANCISCUS DE GODOY NAVARRETE, nobili ftirpe in Ubeda urbe natus, ordinis Sanctiffimæ Trinitatis, divinarum atque humanarum rerum doctrina præftans, fcripfit:

Super Hiftoriam, feu librum Judith. Obiitque in patriæ cœnobio, ubi anno MDLXXIV. religionem fuerat profeffus. Hæc ait Martinus de Ximena Jurado in *Annalibus Giennenfibus* pag. 215.

F. FRANCISCUS GOMEZ, Francifcanorum fodalis, in fchedis reliquit:

Memoriales de vidas de Religiofos de San Francifco de Nueva Efpaña. Antonius Leonius in *Bibliotheca Indica.*

FRANCISCUS GOMEZ, Talaverenfis, Ferdinando de Talavera primo Granatæ archiepifcopo a facris, vitam hujus magni viri communicavit pofteritati fcribens:

Vida de D. Fr. Hernando de Talavera Arzobifpo de Granada. Granatæ 1564. in 8.

FRANCISCUS GOMEZ, Eftremaduræ oppido Frexenal oriundus, Cordubæ admiffus ad Societatem Jefuitarum, ingenti apud eos exiftimatione ac doctrinæ fama in eadem urbe ut plurimum vixit, Sancti Thomæ interpres publicus in collegio fodalium, quo loco inter ceteros auditorem habuit Francifcum Toletum. Multa reliquiffe dicitur, quæ lucem non adfpexerunt ufque ad hunc diem; fervari tamen ea in Cordubenfi collegio laudato Alegambius admonuit.

F. FRANCISCUS GOMEZ, Prædicatorum ordinis in cœnobio Burgenfi, facræ theologiæ (quod verbum fcholæ eft) præfentatus, fcripfiffe dicitur nefcio quid de S. Dominico, ordinis fui parente, ac ejufdem in Soriano regni Neapolitani oppido venerabili ac miraculofa imagine.

FRANCISCUS GONZALEZ DE SANTA CRUZ (nifi cognomen ultimum loci natalis appellatio fit, cum ipfe in *Dialecticæ* opere Sanctacruzanum apud Calatravam fe nominet) qui Jefuitarum facerdos Ro-

Romæ ante paucos annos obiit, pœnitentiarius ad Sancti Petri Apostolorum principis basilicam, cum prius in Bætica provincia philosophiam docuisset, unde ei natum est ut ederet:

Logicam Tripartitam, id est vocalem, realem & rationalem Philosophiam Aristotelis & interpretum ejus, SS. PP. Augustini & Thomæ doctrinæ valde conformem, illustratam tribus commentariis. Romæ apud Ludovicum Grignanum 1639. in 4. duodus tomis. Edidit olim:

Philosophiam naturalem de Physico auditu, Aristotelis & Interpretum ejus, SS. PP. Augustini & Thomæ doctrinæ valde conformem. Romæ apud Ludovicum Grignanum 1639. 4. iterumque 1645.

Metaphysicam. Romæ anno 1655. in folio.

FRANCISCUS GONZALEZ TORNEO, notarius ut suspicor, edidit:

Practica de Escrivanos. Medinæ Campi 1603. Et Matriti 1625. 8. & 1651.

Orden de examinar testigos. 1579. 8.

FRANCISCUS DE GRACIA DE TOLBA, Aragonius, Barbastrensis, dum visitaret ejusdem regni vallem de Aran dictam, assessor ipse comitatus Ripacurtiæ, scripsit:

Relacion de la Valle de Aran, su sitio, amenidad, poblaciones, Iglesias, Castillos, y los Reyes que la han poseido, sus conquistas, sus costumbres, leyes, y govierno. Oscæ 1613.

FRANCISCUS DE GRANADOS, scripsit:

Historia de la Virgen de Fuensanta. Madriti 1646.

F. FRANCISCUS GREGORIUS FANLO, Aragonus, ex oppido Molinos nuncupato, ordinis Mercenariorum, poemate complexus fuit Hispanico:

La Vida de San Ramon Nonat, en octava rima. Cæsaraugustæ apud Joannem de Lanaja 1618. in 4.

F. FRANCISCUS DE GUADIX, Franciscanus, cœnobii Granatensis aliquando præfectus, censorque theologus apud Fidei judices Apostolicos, scripsit de vocabulis ex Arabica lingua ad Hispanam derivatis nescio cujus lemmatis opus, quo sæpius utitur in eruendis hujus originibus Sebastianus Horozcò & Covarrubias in *Thesauro linguæ Castellanæ.*

F. FRANCISCUS GUERRA, domo ex oppido Villagarcia Palentinæ diœcesis, ordinis Seraphici provinciæ Conceptionis, sacræ theologiæ lector emeritus, Joanni a Campania generali ministro a secretis, inde assumptus ad Gaditanæ ecclesiæ, posteaque & ad Placentinæ, episcopales infulas, theologus eximius, edidit, sed publicaverunt post ejus obitum sodales:

Majestatem gratiarum ac virtutum omnium Deiparæ Virginis Mariæ: duobus tomis. Hispali apud Joannem de Ribera 1659. folio. An idem est opus cum *Quadripartita loqutione beatæ Virginis Mariæ in Evangelio*, de quo editioni jam parato admonuerat nos Lucas Waddingus?

Obiit Placentiæ anno MDCLVIII.

FRANCISCUS GUERRERO, portionarius, & choragus cantorum almæ ecclesiæ Hispalensis, qui duobus major septuagenario decessit anno MDXCIX. sepultusque jacet in eodem templo ad Deiparæ Virginis Antiquæ sacellum, scripsit:

El Viage que hizo a Jerusalem. Gadibus 1620. Hispali 1645. Item musicalia plura, quam artem eximie caluit, in hisque:

Motectorum VI. volumina. Venetiis 1589. in 4. apud Jacobum Vincentium.

Hymnorum alia: in Hispalensi ecclesia tantum cani solita.

Magnificat IV. vocum. Lovanii, in folio ut lego in catalogis.

FRANCISCUS GUILIELMUS CASMAK, patre Gallo, matre Germana apud nos editus (Castellanos an Lusitanos mihi ignotum) certe Olisipone medicam artem exercuit, quo tempore in lucem venire fecit:

Relaçam Chirurgica de hum caso grave a que sucedeo mortificarse hum braço, & cortarse com bom successo. Olisipone 1623. 4.

F. FRANCISCUS GUILLEN ET COLON, ordinis beatæ Mariæ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum, edidit:

Sermones y oraciones panegyricas a los santos varones insignes del sagrado y real orden de Redemtores. Hispali 1636. 4.

FRANCISCUS DE GURMENDI, Guipuscoanus, ex Arabico idiomate vertit in Hispanicum:

Doctrina fisica y moral de Principes. Matriti 1615. 8.

FRANCISCUS GUTIERREZ, Setabensis ex Valentiæ regno, Societatis Jesu presbyter, ecclesiastes egregius, scripsit:

Commentaria in X. priora Evangelii S. Matthæi capita: quæ avide expectata olim sunt.

De-

Denatus fuit Orceli in Catalonia Novembri menſe anno MDCIX.

F. FRANCISCUS DE GUZMAN, Toletanus, ordinis Seraphici Caſtellanæ provinciæ, inſignem edidit tractatum:

De Sacris Miniſtris altaris, & cœlibatu: ad Honoratum Joannem, Uxamenſem epiſcopum. Venetiis apud Gratioſum Perchaſinum 1569. 8. cum in agone hoc contra impuros Germaniæ ſectarios viri clariſſimi deſudabant, Clemens nimirum Monilianus, Maskardus de Suſannis, Claudius Spencæus, Cornelius Eſſeleſpergerius, atque omnium optimus Michael Medina, Hiſpanus, ejuſdem Franciſcanæ familiæ.

FRANCISCUS DE GUZMAN, patria ut audio ex urbe Civitatenſi Veteris Caſtellæ, notus poſteris propter vernaculæ poeſeos non vulgare meritum, cujus rei argumento ſunt quæ ab eo habemus opera metrica, facilitatis admodum luculentæ, ſcilicet:

Triunfos morales. Antuerpiæ 1557. in 8. Hiſpali apud Andream Peſcioni 1581. in 8. Medinæ 1587. 8. Compluti 1565.

Decretos de Sabios, sentencias varias en verſos Caſtellanos. Compluti apud Andream de Angulo 1565. Et Oliſipone 1598. in 8. Reperio & aliud ejuſdem, ut credere pronum eſt, operis lemma: *Flor de ſentencias*. Anno 1557.

Non ſatis perſpicuum mihi eſt huicne, an alteri ejuſdem nominis, ſubjicere ac tribuere debeam ſequentia opera:

De Iluſtres Mugeres.

Gloſa a las Coplas de D. Jorge Manrique: cujus hæc nuncupatio ibi legitur: *A la muy alta y eſclarecida Princeſa Madama Leonor, Reyna de Francia, ſu muy humilde ſervidor Franciſco de Guzman*. Prodiit Antuerpiæ cum *Marchionis de Santillana Proverbiis* 1594. in 12.

FRANCISCUS DE GUZMAN, qui ſe honoris cauſa centurionem appellat, ſi alius eſt a ſuperiore, de quo nil certum affirmare poſſumus, edidit:

De la Honra y Gloria mundana.

FRANCISCUS DE GUZMAN, Toletanus, & in patria eccleſia portionarius, ſcripſit:

Devociones eſpirituales con un oficio de la Paſion de Nueſtro Señor Jeſu Chriſto, y otras oraciones de diferentes autores. 1606. 8.

FRANCISCUS DE GUZMAN, Hiſpalenſis, ſodalis Jeſuitarum, obiit in flore ætatis Utreræ, cum in hoc oppido præeſſet domeſticis, anno MDCXLII. ætatis XLII. Scripſiſſe dicitur Hiſpanum opuſculum, quod non vidimus; laudat tamen hominem & librum Alegambius in *Supplemento* poſt *Appendicem Bibliothecæ Script. S. I*:

Impendium Amoris nuncupatum, atque editum Barcinone per Sebaſtianum Matevad 1639. in 24.

FRANCISCUS HENRICUS, Luſitanus, presbyter Societatis Jeſu, domus Oliſiponenſis præfectus, ſcripſit ſuo ac ſociorum nomine:

Epiſtolam de duodecim ſociis pro Catholica fide in mari Braſilico interfectis anno MDL. Neapoli apud Joſephum Cochium 1572. Et ad calcem *epiſtolarum Indicarum a Maphæo* collectarum.

D. FRANCISCUS HENRIQUEZ, Luſitanus, ſcripſit:

Relação da China. Antonius de Leone in *Bibliotheca Indica*.

F. FRANCISCUS HENRIQUEZ, Luſitanus, Oliſiponenſis uti Cardoſus affirmat, ordinis fratrum Deiparæ Virginis de Mercede, in Pinciano gymnaſio primarius profeſſor, luci dedit:

Diſcurſos morales a los Evangelios de la Quareſma: duobus tomis. Matriti 1638. & 1639. in 4.

Oraciones Panegyricas de los Santos Patriarcas de las Religiones: duobus aliis tomis. Ibidem 1634.

Diſcurſos morales a los Evangelios del Adviento. Ibidem 1644. Cardoſus addit:

In Cantica duo volumina.

De Metu Judeorum.

Suceſos militares. Valentiæ 1637. in 4. Promiſiſſeque eum:

Oraciones Panegyricas de los Santos de todo el año.

Sermones de Nueſtra Señora.

FRANCISCUS HENRIQUEZ DE VILLACORTA, Compluti natus, e montanis regni Legionenſis oriundus, doctor medicus Complutenſis, ſodalis in collegio Theologo ejuſdem oppidi, & academiæ hujus ampliſſimæ primarius profeſſor, olim Philippi IV. nunc Caroli Regis noſtri archiater, ſcripſit:

Laureæ Doctoralis Medicæ Complutenſis tomos duos: *quo continentur ſumme neceſſaria pro Laurea Doctorali Academiæ Complutenſis conſequenda*.

Primo continentur tractatus:

De Elementis & temperamentis. De Humoribus. De Coctione & putredine. De Semi-

mine. De Morbo & Symptomate. De Tumoribus. De Ulceribus. De Spiritibus. De Partibus corporis humani.

Secundo hi:

De Febribus. De Urinis. De Pulsibus. De Sanguinis missione. De Expurgatione. De Tumoribus alter. *De Ulceribus* secundus. Lugduni sumptibus Laurentii de Anisson 1670. in folio.

FRANCISCUS DE HEREDIA, Aragonus, doctor theologus, eleemosinarius, & concionator cathedralis ecclesiæ Turiasonensis, habuit ad Tridentinos patres:

Orationem solemnem in die festo Omnium Sanctorum: quæ edita fuit inter alias Lovanii 1567. fol. Et Parisiis nuper 1667. folio.

FRANCISCUS HERNANDEZ, Toletanus, medicus Philippi II. Regis Catholici, quem doctrina insignem, sibique amicissimum Ambrosius Morales in *Antiquitatum Hispaniæ* libello (folio 71.) cum Historia edito appellat, missus ad occidentales Indos a Rege suo, talium providentissimo, ut quidquid animantium & avium, atque plantarum in iis oris reperiretur Europæis ignotum in commentaria digereret, iconismisque ante omnia formas eorum describeret, negotium sibi commendatum strenue obivit. Cujus in re operam quindecim non minus volumina ostendunt, commendantque editioni matura, quæ adservari ad Escurialense monasterium in bibliotheca manuscripta refert cum aliis Antonius Leonius in *Bibliotheca Indica*, præter alia duo *Indicum* seu *Elenchorum* volumina. Inter superius laudata est etiam liber *De Templo Mexicano* inscriptus. Cetera *de Plantis & Animalibus Novæ Hispaniæ*, quam solam percurrisse videtur auctor, sunt. Plane ex hac unius hominis bibliotheca natum est, auctore Nardo Antonio Recco doctore medico:

El Epitome de la Historia natural del Dotor Hernandez: cujus exemplum MS. Matriti esse monuit idem Leonius, qui se etiam refert catalogorum Francofurtensium fide ad editionem hujus epitomes Germanicam, *Rerum medicarum Novæ Hispaniæ* inscriptam, atque hujus quidem editionis auctorem esse; Federicum Cæsium, Aquæspartæ ducem, plurium commentariis & animadversionibus, necnon & ejusdem ducis illustratæ, variisque iconibus condecoratæ, Leo affirmat Allatius in *Apibus Urbanis*. Prodierunt jam typis Romanis volumina duo, hac inscriptione donata:

Francisci Hernandez rerum medicarum Novæ Hispaniæ Thesaurus, seu Plantarum, Animalium, Mineralium Mexicanorum Historia cum notis Joannis Terentii Lincæi. I. tomus editus fuit anno 1648. II. anno 1651. in folio.

In cujusdam amici schedis MSS. vidimus anonymi nescio cujus ad Didacum Stunicam, supremæ Indiarum curiæ senatorem, consilium sive sententiam de impensis ad *Herbariam Epitomen Francisci Fernandi* typis edendam necessariis. At Latina lingua usum fuisse in his commentariis Franciscum Hernandez eo convincitur, quod Mexici editum fuit opus talis inscriptionis: *Plantas y animales de la Nueva España, y sus virtudes por Francisco Hernandez, y de Latin en Romance por Fr. Francisco Ximenez.* Mexici 1615.

Idem noster transtulit Naturalis Historiæ Plinii libros XIII. XIV. XV. ac XVI. & notas adjecit. Extat codex MS. in folio in bibliotheca comitis Villumbrosani, & reliqui apud marchionem Mondexarensem, in quo opere appellat se Toletanum. Translatio hæc directa est ad Philippum II. Regem.

FRANCISCUS HERNANDEZ BLASCO. Vide FRANCISCUS FERNANDEZ BLASCO.

FRANCISCUS HERNANDO VILLARINO, medicus Cæsaraugustanus, laudatur auctor:

Canonis medendi, Tudelæ excusi anno 1573. in 8.

F. FRANCISCUS DE HERRERA, ordinis Minorum Regularis Observantiæ in provincia Conceptionis, atque in eadem diffinitor, in Salmantina domo sacras literas docuit, procurator fuit Romæ suæ familiæ, Archangeloque Messanensi ministro generali a secretis, morum integritate & suavitate conspicuus, edidit:

De Angelis volumen unum. Salmanticæ 1595. in folio.

Disputationes Theologicas, & Commentaria in secundum librum Sententiarum Joannis Scoti a dist. XXVIII. *usque ad* XLII. *in quibus tota materia de Peccatis actualibus disputatur.* Ibidem 1600. in folio.

Commentaria in primum & secundum Sententiarum: duobus voluminibus. Ibidem 1589. 1590. & 1595. in folio per Andream Renaut.

Expositionem in Regulam Minorum.

Manuale Theologicum, seu dilucidationem resolutissimam principalium quæstionum, quæ communiter in quatuor libris Sententiarum disputantur. Romæ 1606. in 32. Seu potius 1610. apud Faciotum, cum nuncupatoria epistola ad cardinalem Pompejum Arigonium anno 1607. data sit. Barcinone 1611. Pa-

Parisiis 1616. novissime repurgatum a mendis editionum, cura Ludovici Cavalli ejusdem ordinis. Lugduni recoctum typis Hieronymi de la Garde 1642. in 16. Hispane etiam:

Institucion Christiana, primera parte; y consideraciones para todas las Ferias, y Domingos de la Quaresma. Medinæ 1604. 4.

Decessit Placentiæ in Italia.

D. FRANCISCUS DE HERRERA MALDONADO, Oropesanus, quod in dioecesi Abulensi est oppidum comitatus Toletanæ domus titulo clarum, prior ut vocant commendæ de Villela ordinis equestris Sancti Joannis Hierosolymorum, necnon & ecclesiæ Regiæ de Arbas canonicus, laudem, quæ ex historicis rebus candide pertractatis idoneum scriptorem consequitur, maxime ambivit, cum non minus poeticæ facultatis nomine a Lupo Felice a Vega, poeta summo, veniat alicubi celebratus, scripsit:

Epitome Historial del reino de la China, con la descripcion de aquel Imperio; y la Introduccion en el de nuestra Fe Catholica. Matriti 1620. in 8. apud Andream Parra.

Discurso Panegyrico, y decendencia de los Toledos de Castilla. Matriti 1622. 8. una cum Bartholomæi de Molina, Franciscani sodalis, libello Hispanico *De Vita & rebus gestis Joannis Garsiæ Alvarez de Toledo quinti Comitis Oropesani.*

Relacion de los casamientos del sexto Conde de Oropesa D. Fernando Alvarez de Toledo: hujus operis ipse meminit in superiori.

Libro de la vida y maravillosas virtudes del Siervo de Dios Bernardino de Obregon, Padre y fundador de la Congregacion de los enfermeros pobres, y autor de muchas obras pias de Madrid, y otras partes. Matriti 1633. 4.

Vertit Hispanice celebriores octo Luciani Samosatensis Dialogos, hoc titulo inscribens librum:

Luciano Español: Matriti 1621. 8. Hi sunt *Cynicus, Gallus, Philopseudes, Acheron, Icaro Mænippus, Toxaris, Virtus Dea, Hercules Mænippus.*

Ex Latino convertit:

Jacobo Sanazaro Español; los tres libros del Parto de la Virgen. Matriti apud Ferdinandum Correa 1621. 8.

Atque item e Lusitanica lingua:

Las Peregrinaciones de Fernan Mendez Pinto: adjuncto *Apologetico* pro fide historiæ, quam egre habent ei ex nostris hominibus plures. Matriti apud Thomam Juncti 1620. folio.

D. FRANCISCUS HIERONYMUS DE LEON, Valentinus domo, sed qui paternam originem ad Veterem Castellam, maternam vero, hoc est Guimeranæ familiæ stirpem, ad Cataloniæ principatum referret. Salmanticæ data juri opera, idem jus postea civibus suis senator dixit Valentinæ curiæ, unde Matritum vocari meruit, quo in rerum Aragonensium senatu fiscalis advocatus patribus assideret, deinde & inter ipsos patres sederet. Dedit in publicam lucem:

Decisiones Sacræ Audientiæ Valentinæ: duobus tomis. Prior editus fuit Matriti in folio anno 1620. apud Thomam Juncti; posterior autem Oriolæ apud Augustinum Martinez 1625. folio. Deinde prodiit et:

Diversarum Causarum, quæ in supremo Aragoniæ Concilio actitatæ sunt, tomus III. Valentiæ apud Silvestrum Esparza 1646. fol.

FRANCISCUS DE HOLANDA, Lusitanus, Olisiponensis, Batavis forte genitoribus natus, pictor celebris & miniator, simul & poeta, qui Romæ sub Paulo III. aliquando fuit, auctor quorumdam librorum laudatur, scilicet:

Louuores eternos, oferecedos ao seu Ango da Guarda. 1568. versibus.

Do Amor de....... duobus libris.

De Christo Homẽ, debuxado com consideraçoẽs. Olisipone 1583. folio.

FRANCISCUS HOME DE ABREU, Lusitanus, Eborensis civis, doctor philosophus, ac theologus Salmantinus: in hac inclyta & celeberrima totius orbis academia primarias tenuit vices humaniores disciplinas docendi, quo tempore scripsit Ferdinandi ducis Brigantini illius, qui a Joanne II. Lusitanorum Rege plexus fuit capite, fero agens patronum:

Cholobulemanaction, idest, Præceps Judicium Principum. Salmanticæ apud Hyacinthum Taberniel 1628. in 8. Agit etiam ex occasione causam Templariorum equitum, præcipiti ut censet æqualium ejus temporis principum judicio proscriptorum.

F. FRANCISCUS HONTIVEROS, Augustinianus, dum rector esset collegii Complutensis edidit:

Conceptos predicables politicos y morales a diferentes asuntos. Compluti apud Franciscum Garsiam Fernandez 1663. in 4. cujus argumenti & tituli, biennio transacto, alterum volumen edidisse audio 1674. in 4.

F. FRANCISCUS HURTADO, Franciscanus sodalis, in America pater ut vocant provinciæ Guatemalæ, concionator & custos alterius provinciæ Sanctæ Catharinæ de Honduras, edidit:

Aurea lamina de atributos virginales de la purissima Concepcion de la Virgen Nuestra Señora. Tomo I. Salmanticæ apud Antoniam Ramirez 1628. in 4.

D. FRANCISCUS HYACINTHUS DE VILLALPANDO, Aragonensis, marchio de Osera, edidit:

Vida de Santa Isabel Infanta de Ungria. Cæsaraugustæ 1655. in 8.

F. FRANCISCUS IBAÑEZ, Benedictinus, scripsit:

Compendium virorum Illustrium sui ordinis.

FRANCISCUS ICART, Barcinonensis, Societatis Jesu, de cujus morum sanctitate plura scriptor *Bibliothecæ Societatis*, edidit, Catalanica lingua ut credo:

Catechesim auctam, & alia ad hoc ministerium spectantia.

F. FRANCISCUS IGNATIUS, Augustinianus ut credimus, scripsit:

Vida de la Venerable Madre Isabel de Jesus, Recoleta Augustina. Matriti 1672. 4.

D. FRANCISCUS IGNATIUS DE PORRES, in oppido Villaseca Toletani agri natus, Toletique educatus, in academia Complutensi professor cooptari meruit linguæ Sanctæ, Hebraice doctus, & concionum ecclesiasticarum elegans atque ingeniosus scriptor, collegiatæque ejusdem oppidi Complutensis ecclesiæ canonicus, in lucem emisit:

Discursos morales para los Domingos, Miercoles, y Viernes de la Quaresma. Compluti in 4.

Discursos morales para los Lunes, Martes, Jueves, y Sabados de la Quaresma. Ibidem 1642. in 4.

Discursos morales para los Domingos despues de Pentecostes. Ibidem apud Antonium Vazquez 1641. 4.

Discursos morales para los Domingos de Adviento y del año. Ibidem 1645. 4.

Discursos en alabanza de diez Santos. Ibidem 1644.

Discursos morales aprendidos en las hazañas escandalosas y ruina miserable del Principe Absalon. Ibidem 1646. in 4.

Discursos morales aprendidos en las valerosas hazañas, y sagradas fortunas del Juez, Principe, y Capitan General de Israel Gedeon. Ibidem 1648. in 4.

Discursos funerales. Ibidem 1650. in 4.

Discursos de alabanza, y doctrina para las festividades de Christo Señor Nuestro. Ibidem 1650. in 4. Ineditum mansit:

El Compluto: vernaculum opus, sive historia Complutensis municipii. Et nescio an alia promanaverint ex divite ejus vena: quem & *Epitomen Historiarum Hispaniæ* meditari superioribus annis, aut scriptam habere, in aliquo ex his libris notatum legimus.

F. FRANCISCUS A JESU ET JODAR, Joanne a Jodar, Beaciensi decurione, & Maria Gallegos Hispalensi, hac in urbe natus, Beaciæ tamen educatus, Carmelitarum Excalceatorum prius, inde Observantium quos vocant, sodalis, sacræ theologiæ magister, Regibus Hispaniarum Catholicis Philippo III. quem paulo post moriturum præsenti consilio atque eloquentia egregie juvit confirmavitque, necnon & Philippo IV. hujus filio, carus in paucis, atque intimus: utriusque declamatorem sacrum, atque Philippi IV. destinatione ad examen quandoque rerum gravissimarum admissum, inter hæc supremi Fidei negotiorum senatus, cum alias, tum in expurgandis libris, censorem magna eruditionis laude, prudentiæque, solertiæque, ac pietatis exercuit. Episcopalem dignitatem sæpius sibi oblatam constanter recusavit. Ceterum quod ad nos spectat ab eo emanaverunt in formarum lucem:

Cinco Discursos, con que se confirma la antigua tradicion de que el Apostol Santiago vino, y predicó en España, defendiendola de lo que algunos autores han escrito de nuevo contra ella. Matriti 1612. in 4. ex typographia Regia.

En defensa del Patronato de España de Santa Teresa de Jesus.

Exercicios espirituales que se tienen en el Convento real de las Descalzas de Madrid. Antuerpiæ 1622. 8.

Sobre el matrimonio que el Principe de Gales pretendió con la Infanta Doña Maria: editum hoc votum Matriti ajunt anno 1623. Curæ enim suæ commissum habuit magnum id negotium; quod summa dexteritate, ut erat prudens in paucis, & urbanitatis plenus, tractavit, Gasparo Guzmano comite duce Olivariensi, & Buckingamo duce Philippi nostri Regis, atque Caroli Waliæ tunc Principis nomine sæpius, nec semel ipso Principe, ad eum venientibus. Quo quidem juxta Christianæ prudentiæ regulas ex voto ejus & doctissimorum aliorum hominum expedito, in mandatis habuit ut epistolam Regiam ad Jacobum Angliæ Regem, qua excusari debuit re infecta discedere Carolum filium, conscius ipse arcanorum, formaret, quam quidem scripsisse dicitur pro dignitate Regum & causæ ipsius xv. Augusti MDCXXIV. necnon & eorum omnium, quæ gesta essent, historicam narrationem confecisse: quæ una cum episto-

læ exemplari, propria auctoris manu descripta, penes magistrum Fr. Franciscum Zuazo eiusdem ordinis Matriti asservatur, quod ipse aliis referre solet.

Indicem librorum prohibitorum & expurgandorum jussu D. Bernardi de Roxas & Sandoval, Toletani præsulis, sacræque Romanæ ecclesiæ Cardinalis, & Generalis Hispaniarum Inquisitoris, formandum cum aliis ordinavit, Matriti editum apud Ludovicum Sanchez 1612. eiusque *Appendicem* publicatam anno 1614. Fertur & is præsulem illustrissimum quemdam in opere *De veneratione Reliquiarum* conficiendo egregie adjuvisse; quod de ejusdem Francisci nostri ore exceptum a se fuisse Zuazus idem confirmat.

Vitam cum morte commutavit Matriti XXIII. Septembris anni MDCXXXIV. ætatis suæ LXVI. anno quippe MDLXIX. fuit natus.

F. FRANCISCUS A JESU MARIA, Burgensis, Pinciæ inter Carmelitas Reformatos religiosæ vitæ initiatus in collegio Salmanticensi, unde insigne illud opus theologicum alii sodales emanare fecerunt, absoluturus id in moralibus, dedit saltem foras primum ejusdem partis moralis volumen, ubi:

De Sacramentis in genere, Baptismo, Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ, Pœnitentia, & Extrema unctione disputat. Salmanticæ anno 1665. folio. Typis jam vulgarem antea fecerat commentarium:

In Apocalypsim D. Joannis. Lugduni 1648.

F. FRANCISCUS DE SANCTO JOANNE, Hieronymianus monachus, scripsit:

La vida de la santa virgen Eustochio, copilada de lo que della escribió San Geronymo. Hispali 1610. 4.

Decessit ut existimo Octobri mense anni MDCL. insignis ecclesiastes Hispalensis urbis.

FRANCISCUS JOANNES BARDAXI, Latinæ linguæ professor Valentinus, edidit:

Syntaxim Latinam. Anno 1566. Ac:

De Conscribendis Epistolis.

FRANCISCUS JOANNES MASIUS, vulgo MAS, Valentinus, Villæregalensis, edidit:

Epitomen Copiæ verborum. Anno 1552. Valentiæ.

Compendium libelli Hadriani Cardinalis de sermone Latino. Ibidem 1554.

F. FRANCISCUS DE SANCTO JOSEPHO, Dominicanus, edidit Tagala Philippinarum insularum lingua:

Libro de Nuestra Señora del Rosario.

De los santos Sacramentos de la Iglesia. Auctor est Joannes Lopez, Monopolitanus episcopus, in *Historiæ hujus ordinis* IV. part. lib. III. cap. LVIII.

FRANCISCUS JOVERIUS, vulgo JOVER, Valentinus gente, natus in oppido Castellon, inter Peninsulam & Saguntum posito, quos natales ei diserte tribuit Escolanus *Hist. Valentinæ* lib. VII. cap. XXIX. (*Bibliothecæ Pontificiæ* auctor, Ludovicus Jacobus a S. Carolo, Valentini ductus cognomento quod adjudicatur Joverio, Delphinatem eum apud Gallos in Valentia urbe istius provinciæ ortum minus vere retulit) Parisiensis doctor præclarus theologiæ, collegit novo & commodiore ordine:

Sanctiones Ecclesiasticas tam Synodicas, quam Pontificias, in tres classes distinguens: quarum prima est universalium synodorum: secunda particularium: tertia pontificiorum decretorum. Parisiis apud Audoenum Parvum 1555. folio.

F. FRANCISCUS DE S. JULIANO, Tolosanus, ex provincia Guipuzcoa, post diuturnam theologiæ professionem inter sodales Nudipedes Sanctissimæ Trinitatis, variaque gesta munera generalis ejusdem congregationis Hispanæ præfectus, edidit:

Tribunal Regulare. Lugduni in 4.

Decessit Compluti III. Sept. MDCLXIII. septuagenarius, altero præfecturæ suæ anno.

FRANCISCUS LABATA, e Cæsaraugusta urbe oriundus; Montisone autem ejusdem Aragoniæ oppido natus, Jesuiticæ Societatis, cujus collegia Montisregiense & Salmanticense, domum quoque professorum Pincianam rexit, totiusque provinciæ Castellæ viceprovincialis fuit præpositus. Concionibus ad populum habendis cum eximia sui laude; & animarum profectu, vitam fere totam insumpsit; imo & concionum formatoribus, qui post eum idem munus exercituri erant, insigni opitulatus fuit opere, cui inscripsit:

Apparatum Concionatorum, seu locos communes ad conciones ordine alphabetico digestos: tomis tribus. Lugduni apud Horatium Cardon 1614. folio.

Hispanice vero edidit:

Discursos morales sobre los Evangelios de los Santos. Pinciæ 1625. 4. apud viduam Francisci Fernandez. Itemque:

Quatro puntos, en que se recoge lo mas util y agradable á Dios de la oracion mental y vocal. Matriti apud Joannem Cuestam anno 1610.

1610. in 8. Ilerdæque apud Ludovicum Manescal 1618. in 16.

Mortuus est in ætate decrepita Pinciæ, die Martii XXVII. anno MDCXXXI.

D. FRANCISCUS LANSOL DE ROMANI, Valentinus eques, æqualium testimonio, qui hominem cognoverunt, mathematicæ disciplinæ atque antiquitatis omnis eruditissimus, adeo ut Laurentius Palmyrenus, qui rhetoricam in Valentina docebat schola, non veritus sit ejus *Regni Historiæ lumen* sæpius eum vocare; summoque illi viro Hieronymo Zuritæ, ex quo ipsum noscere atque experiri potuit, historiarum magister idem visus fuerit. Geographicam Hispaniæ rem illustraturus opere quodam de ejus fluviis, rebusque circa eos olim gestis, de quo infra meminimus, universam peragravit, quidquid esset rei opus ac pretium operæ curiose observans: qua in peregrinatione familiarem rem ita detrivit ut emittendis in publicam lucem huic & aliis lucubrationibus jam non suffecerit. De quo Gaspar Escolanus in *Historiæ Valentinæ* lib. IX. cap. 48. num. 8. videri potest, qui & lib. I. cap. XVI. & lib. IV. cap. IX. hominem laudat: quemadmodum & Hieronymus Romanus de la Higuera in *Histor. Tolet. Urbis* MSS. lib. XIV. cap. VII. scripsit memoratum supra librum, vulgaris linguæ ut credimus:

De los Rios de España: eorumdem auctorum testimonio laudatum, quorum e numero Escolanus lib. VII. cap. I. annotatum voluit, hoc opus prope diem publicandum esse a Religioso quodam sodali, sub nomine *Historiæ Valentinæ*, Franciscum Diagum ut verisimile est significans.

Colectaneos de las piedras de España: sive de inscriptionibus ejus antiquis.

Descripcion de Africa, y en particular de la navegacion de Hannon Cartagines: cum animadversionibus in *Notas* ad eam navigationem seu periplum Floriani Docampi: quod opus 18. annos tantum natus absolvit.

Compendio del origen y guerra de los Turcos. Gaspari quidem Escolano lib. I. cap. XVI. num. VII. diserte annotanti scriptum ab auctore nostro inscriptionum opus anno 1520. parum convenire videtur Higuera, post octoginta fere annos, hoc est circa sexcentesimum sæculare, scribens contulisse cum illo se per litteras de re quadam: de quo alii judicent.

FRANCISCUS DE LARA, nescio quis, edidit:

Estimulo para bien obrar. Matriti apud Guilielmum Drouy 1579. 8.

FRANCISCUS LASO DE LA VEGA, scripsit:

Varias oraciones devotas para el exercicio del dia Christiano, con el Oficio de la purisima Concepcion, y del Señor San Joseph. Matriti 1626. in 4.

F. FRANCISCUS DE LEDESMA, sodalis Franciscanus provinciæ S. Jacobi, collegit (verba audis Lucæ Waddingi) *opus illud satis tritum & necessarium, quodque nostris conficiendis Annalibus, & Emmanuelis Rodriguez Quæstionibus regularibus scribendis magno usui fuit, inscriptum:*

Monumenta ordinis Minorum. Cujus tres sunt editiones: I. Salmanticæ apud Joannem de Porras 1506. 4. II. apud eundem 1551. III. non vidi. Opus hoc quidam tribuunt Antonio del Rincon, quem ego primum fuisse compilatorem, hunc vero auctoris ejus librum multis additis monumentis auxisse. Hæc Waddingus.

FRANCISCUS DE LEIVA ET AGUILAR, Cordubensis, medicus doctor scholæ Complutensis, Petri Garsiæ Carrerii olim auditor, cum in patria medicinam faceret typis commisit:

Desengaño contra el mal uso del Tabaco. Cordubæ 1634. 4.

Decision del conocimiento del preñado por la orina. Cordubæ 1633. 4.

F. FRANCISCUS DE LEMOS, Matritensis, Benedictinum ordinem professus in monasterio S. Zoili Carrionensis oppidi nobilissimo, præfecturam ejusdem non semel gessit, concionatoris generalis honore auctus, & sanctitate morum in vita & usque ad mortem commendatus, scripsit:

Super Threnos Hieremiæ Prophetæ. Matriti 1649. folio.

F. FRANCISCUS DE LEON, Toletanus, Eremitarum sodalis, ecclesiastes, sacræque theologiæ magister, edidit:

Privanza del hombre con Dios sobre el Parce mihi, Job. cap. VII. Pampelone apud Nicolaum de Assiain 1622. in 4.

F. FRANCISCUS DE LEON, edidit:

Cartas Espirituales. Neapoli 1653. in 8.

FRANCISCUS DE LEON GARAVITO, Hispalensis ut credo, scripsit:

Informacion en derecho por la purisima y limpisima Concepcion de Nuestra Señora. Hispali 1625. in 4.

F. FRANCISCUS DE LIZANA, domo ex Huete Conchensis diœcesis, Mercenario-

riorum, qui captivos ex instituto apud nos redimunt, sodalis, bis apud Conchenses præfectus, deinde totius ordinis diffinitor, edidit:

Primera escuela de Dios en la primera fabrica de sus obras: sive in primum caput Genesis, ad usum concionatorum. Matriti 1653. 4.

Doctrinas Evangelicas para el Adviento, y otras festividades. Ibidem 1661. 4.

Discursos panegyricos para varias festividades. Ibidem 1654. 4.

Tesoro Mariano. Ibidem 1663. 4. apud Melchiorem Sanchez.

Discursos panegyricos para diversidad de misterios, y Santos. Ibidem apud Andream Garziam 1658. in 4.

Quaresma. Matriti 1657. duobus voluminibus.

Sermones varios. Circa annum 1664. Item:

Primera Imagen del nombre de Dios. 1669.

FRANCISCUS LOPEZ, Olisiponensis, bibliopola, versibus edidit brevioribus, eo rhythmi genere ac metri, quod Quintillas nos vocamus; sed Lusitanis:

Santo Antonio de Lisboa, primeira, e segunda parte, de seu nacimento, criação, vida, morte, e milagros. Olisipone apud Petrum Craesbeck 1610. in 4.

FRANCISCUS LOPEZ, Lusitanus, doctor medicus, Catharinæ Portugalliæ Reginæ a corporis tuenda sanitate, scripsit:

Loor de Nuestra Señora en diversos generos de metros. Olisipone apud Antonium Gonzalez 1573. in 8. Diversumne opus an idem est, quod video laudari hoc titulo:

Versos devotos: eodem anno in 4?

FRANCISCUS LOPEZ, Julipensis, hoc est ut credimus e Zalamea Estremaduræ oppido, tractatum quemdam fecisse dicitur:

De Locis antiquis his nominibus Ilipæ, & Ilipulæ nuncupatis: cujus rei testis mihi est Rodericus Carus lib. III. *Chorographiæ Conventus Hispalensis* cap. XI.

FRANCISCUS LOPEZ, Aragonensis, Cæsaraugustanus, natus anno MDCXLVIII. ad religiosum statum inter Jesuitas Oscæ admissus, triginta tantum annos natus, & in ipso Evangelici muneris ingressu singulare quoddam præbuit sui specimen, acerrimo ingenio, mira facilitate, ac dexteritate diserte ac subtiliter de quocumque argumento disserendi ac dicendi usus. Viderunt hactenus lucem Joannis Ludovici Lopezii fratris, viri docti atque eruditi, opera:

Sermones predicados por el Autor el año de 1677. primero de su predicacion. Tomo I. Matriti apud Andream Garsiam de la Iglesia 1678. in 4.

D. FRANCISCUS LOPEZ DE AGUILAR, Matritensis, sacerdos, ordinis S. Joannis Melitensium, Ascensii Lupi in eadem curia celebris advocati filius, diserte valideque Lupi a Vega, nostrorum omnium poetarum coriphæi, tutatus est famam a Petri Turriani Ramilæ Complutensis censura scribens:

Expostulationem Spongiæ a Petro Turriano Ramila evulgatæ, pro Lupo a Vega Carpio Poetarum Hispaniæ principe. Cui accessit ejusdem:

Oneiropægnion, sive insomnium ludicrum adversus eumdem Ramilam Lupomastygem: & varia illustrium virorum poemata in laudem Lupi ejusdem. Editus fuit apud nos liber, sed in Gallia editum præ se fert inscriptio anno 1618. Inedita alia ei tribuit Joannes Perezius Montalbanus, dum Matritenses cives suos alicubi celebraret.

FRANCISCUS LOPEZ CUESTA, dedit nostris hominibus qui Latine non sciunt:

Selectas de San Geronymo: id est, epistolas quasdam Hispane loquentes. Matriti ex officina Ludovici Sanchez 1613. 4. & Joannis Cuesta 1617. in 8. Necnon & anno 1664. aut 1665.

FRANCISCUS LOPEZ DE GOMORA, Hispalensis, sacerdos, stilo quidem eleganti & luculento res Indicas complexus, falsis tamen relationibus credens, non bona prorsus fide argumentum tractasse visus est. Refutat quidem ejus Historiam passim Bernardus Diaz del Castillo in *Novæ Hispaniæ Historia* a se conscripta. Supremus itidem apud nos Indiarum senatus decreto suo exempla edita vetuit quondam legi, aut venalia proponi, cujus rei auctor satis idoneus est Antonius a Leone in *Epitome Bibliothecæ Indicæ*; prostat nihilominus, & inter manus omnium est opus sic inscriptum:

Historia general de las Indias: duabus partibus. Altera est de rebus Peruanis, seu Americæ meridionalis, altera de septemtrionalium Novæ ut vocant Hispaniæ regionum, Medinæ utraque edita apud Guilielmum de Millis 1553. in folio. Et Antuerpiæ 1554. in 8. Versa est tum Gallice a Martino Fumet, atque edita anno 1606. in 8. tum & Italice diu ante ab Augustino Cravalia, typisque commissa Venetiis anno 1560. & 1565. in 8. Necnon & inde petitus est, ut credimus, diversæ notæ liber, hujus scilicet:

Descripcion y traza de todas las Indias. Antuerpiæ 1553. in 8.

Scio

Scio & elucubrasse, Petroque Osorio marchioni Asturicensi nuncupasse:

Historia de Horruc y Haradin Barbarroja Reyes de Argel.

Laudat quoque ipse aliud suum opus in *Historia Indica* seu *expeditione Mexicana* cap. XL. hujus inscriptionis:

De las Batallas de mar de nuestros tiempos.

Reperiebatur quoque in bibliotheca Olivariensi codex MS. continens (cujus formæ opus nescio) & nunc extant penes D. Petrum de Guzman, comitem Villæumbrosæ, Castellæ senatus præsidem:

Los Annales del Emperador Carlos V. in 4. ut ex ejus constat catalogo. Julius tamen Chiffletius in *Aulæ sacræ Principum Belgii* cap. VI. Gomoræ laudat idem, an diversum opus, scilicet *Indice Historico de los sucessos del tiempo del Emperador D. Carlos.*

FRANCISCUS LOPEZ TAMARID, Granatensis, atque in ejusdem urbis ecclesia portionarius, Regius & judicum violatæ Fidei interpres linguæ Arabicæ, scripsisse dicitur:

Diccionario de los vocablos que tomó de los Arabes la lengua Española: quo passim utitur D. Sebastianus de Horozco & Covarrubias in *Thesauro linguæ Castellanæ.*

FRANCISCUS LOPEZ TERAN, Toletanus, ad S. Michaelis in patria urbe parochus, deinde in oppido Polan dicto eodem functus munere, scripsit:

Sermon en que se contiene la vida de Doña Maria del Aguila y Canales Beata de Nuestra Señora del Carmen natural de Toledo. Matriti apud viduam Joannis Gonzalez 1634. in 4. Mariæ hic fuit a confessionibus.

FRANCISCUS LOPEZ DE ULLOA, ex insulis Fortunatis, ineditam reliquit:

Historia de la Conquista de las siete Islas de Canaria. MS. in 4. in bibliotheca comitis de Villaumbrosa.

FRANCISCUS LOPEZ DE ZARATE, Lucroniensis, hac nostra ætate poeseos quasi principatum obtinuit. Militiæ & peregrinationibus vacavit juvenis, unde reversus ob ingenii alacritatem in domumque receptus D. Roderici Calderonis, Septem Ecclesiarum marchionis, Philippo III. regnante in summa apud Lermæ ducem gratia positi, minister fuit illi a secretis, postea que inter officiales, sive adjutores cancellariæ Status (ut vocant reipublicæ arcanorum tractationem) admissus. Sed cum alio quovis quam ad negotia genius otii, & musarum cupidus, eum vocaret, brevi se in libertatem vindicans, patriam prius, dehinc iterum curiam, inde non discessurus, habitavit multis ante obitum annis, vitæ adamussim philosophiæ, & quidem Christianæ, exactæ modum servans, contentus paucis, non adulationi, non ambitioni, non ulli ex curialibus vitiis obstrictus; serius, mitis, valdeque modestus; ad nutum amicorum scripta quæque delere promptus; ceteros omnes qui versificarentur laudare, nullum spernere, pares sibi omnes, quamvis haberet paucissimos, judicare solitus. Exquisite tamen proprios versus in examen vocabat, refingebat, deletili spongiæ committebat, adeo ut sæpe nimia hæc accuratio in contrarium verteret, cum non tam quod limæ esset indigens dedolare, quam quod absolutum jam esset, apprimeque formatum, deterere videretur. Nec minus recte lyrica quam heroica tractavit; in moralibus tamen, tradendisque philosophiæ regulis frequentior & melior. Hæc scilicet causa est quare non solide ac præ aliis omnibus celebretur, aversantibus multis caperatos fere semper ac tristes musarum vultus, quos venerum omnium & amoenitatum sedes arbitrantur, virilemque potius quam suavem ac morbidam corporum formam: adeo nervi per totum eminent, & dum recta feriat ictus mentem satis ad auctoris propositum; quamvis negari nequeat non mediocriter eum ad concinnitatem & harmoniam carminis attendisse. Paulo ante mortem exire permissit e manibus poema heroicosacrum, quod juvenis composuit, vir limavit, senex, nescio an dispendio majori quam compendio, multis in locis incudi subjecit, nempe:

Poema Heroyco de la Invencion de la Cruz por el Emperador Constantino Magno. Matriti 1648. in 4.

Ediderat in adolescentiæ flore primos ingenii fructus, præcipueque *Silvas* (ut vocant metri vulgare genus) *duas*, cum omni antiquitate in lyricæ poeseos dotibus contendentes, titulum apposuit: *Poesias varias*, ediditque Compluti 1619. 8. Sed postea locupletavit aliis, quos produxerat maturior ætas, fructibus, deditque sic inscriptum hoc systema:

Obras varias de Francisco Lopez de Zarate. Matriti 1651. in 4. In quibus *Tragœdia Herculis*, quam ille magno habebat, & ingeniosus quisque habet in pretio.

Obiit v. die Martii MDCLVIII. septuagenario major, fereque ab aliquot annis sibi præmortuus sæva paralysi, artus & mentem hominis, unaque sensus, nunquam tamen animi pietatem, dissolvente.

FRANCISCUS DE LOSA, parochus me-

metropolitanæ ecclesiæ Mexicanæ, morum sanctitate spectatus, literis consignavit:

La vida que hizo el Siervo de Dios Gregorio Lopez en algunos lugares de Nueva España. Mexici 1613. 8. Aureum vere libellum, fereque mystico-historicorum principem, quem vel exteri homines sibi jam ostensum avide amplexantur.

Degebat adhuc inter vivos admodum senex Losa anno MDCXX. quo tempore, Philippi Regis III. Hispaniarum nutu, Gregorii hujus Lupi res gestæ, vitaque sanctissime transacta referebantur in authentica instrumenta, quamplurium testimoniorum fide roborata, in quibus noster conceptis verbis juravit se nusquam in his, quæ de eo scripsisset, aut falso aut temere quidquam affirmasse. De Gregorio dicendi infra erit locus, nam & scriptor est, cujus hanc vitam locupletiorem dedit proprio stilo Ludovicus Muñozius, vir pius atque disertus; Gallice quoque publicavit anonymus Jesuita Parisiis 1643. apud Petrum Rocolet.

FRANCISCUS LOSCOS, domo ex Xerica regni Valentini oppido, Oriolanæ ecclesiæ scholasticus, artium ac theologiæ doctor, philosophiæ professor, edidit:

De Logica Arte, uti refert Gaspar Escolanus lib. VIII. *Historiæ Valentinæ* cap. x. in fine, sive *Progymnastica Dialectica*. Valentiæ apud Mey.

FRANCISCUS LOZANO, Matritensis, architectus, vulgari sermone convertit ex Italico:

Los diez libros de la Arquitectura de Leon Baptista Alberto. Matriti apud Alphonsum Gomez 1582. folio.

FRANCISCUS LUCAS, Hispalensis, grammatista, edidit:

Arte de escrivir. Matriti 1608. in 4.

F. FRANCISCUS LUCAS DE CORDOBA, Eremitarum sodalis, scripsisse dicitur (quod lego in *Alphabeto Augustiniano*):

Vida de San Guillermo. Anno 1589.

D. FRANCISCUS DE LUCIO ESPINOSA, Pampilonensis, libellum foras emisit hoc titulo:

Verdadera fama contra la Ley del duelo. Pampilone 1633. in 16.

F. FRANCISCUS LUENGO DE S. BERNARDINO, sodalis Minorum provinciæ Castellæ, ac cœnobii Complutensis concionator, domusque Salicetanæ præfectus, edidit:

Controversias viginti super Regulam Patrum Minorum. Compluti apud Antonium Vazquez 1642.

FRANCISCUS DE LUGO, Matriti natus ex patre Hispalensi, Joannis S. R. E. cardinalis germanus frater, eidemque cum eo Jesuitarum instituto adscriptus, philosophiam Palentiæ, theologiam vero Compostellæ prius, deinde apud Indos Mexici, & in urbe Sanctæ Fidei novi regni Granatensis docuit. Restitutus tandem Hispaniæ docta edidit theologiæ commentaria, quantumvis plura alia amiserit, intercepta ab Hollandis in portu quodam Cubæ insulæ ea qua vehebatur classe. Prodierunt quidem ab eo ista:

Decursus prævius ad Theologiam moralem, sive de Principiis moralibus actuum humanorum, id est, de conscientia, & motu animi voluntario: duabus partibus. Matriti apud Franciscum Martinez 1643. in 4.

Opusculum De Sacramentis in genere. Vallisoleti apud Antonium Vazquez 1638. in 4. Granatæ 1644. in 4.

De Deo & Angelis, sive commentaria ad Primam Partem Sancti Thomæ: duobus voluminibus. Lugduni in folio.

Decessit, ut audio, collegii Pinciani rector circa annum MDCL.

D. FRANCISCUS DE LUGO ET AVILA, Matritensis, Americanæ provinciæ de Chiapa olim prætor, humaniorum literarum historiæque peritus, lusit olim:

Novelas. Matriti 1622. in 8. Deinde scripsit:

Replicas a las Proposiciones de Gerardo Basso: quæ de re monetaria sunt.

Expectari a se jam diu fecit librum *De la Nobleza exemplificada en el linage de Lugo.*

In vivis erat anno MDCLIX. Matriti.

D. FRANCISCUS LUIRAGO, edidit:

Practica, y maximas de la guerra del Cavallero de la Valeta. Matriti 1676. 8.

FRANCISCUS DE LUQUE FAXARDO, Hispalensis, sacerdos, ecclesiæ oppidi de Pilas prope Hispalim ministerio addictus, excogitavit pro aleatoribus ad bonam mentem reducendis:

Fiel desengaño contra la ociosidad y los juegos: in quo opere dialogistæ sunt Florinus aleator, Laurentius admonitor. Matriti apud Michaelem Serrano 1603. in 4. Item ascetica alia; nempe:

Exortacion a las obras de misericordia. Hispali 1609. in 8.

Despertador del Alma, y motivos para

la oracion por el discurso del año. 1611. in 8.

Item historica hæc:

Relacion de la fiesta que se hizo en Sevilla en la Beatificacion de S. Ignacio. Hispali 1610. in 4. apud Ludovicum de Estupiñan.

Relacion de las fiestas que la Cofradia de Sacerdotes de S. Pedro celebró en su Parroquial Iglesia de Sevilla a la Purisima Concepcion de Nuestra Señora. Hispali 1616. in 4.

Ejusdem credo est opus, quod Francisci de Luque præfert nomen:

Politica Christiana inscriptum, quod prodiit 1602. in 12.

Anno MDCXVI. rector erat Seminarii, quomodo collegium vocant ubi educantur pueri cathedrali ecclesiæ deservientes.

D. FRANCISCUS DE LUZON, Bæticus, Rondensis, præfectus castri de Fuentes nuncupati in Vallis Tellinæ Helvetiorum aditu, scripsit superiore sæculo, quod ex relatione Rondensi notum mihi:

De la formacion de los esquadrones.

F. FRANCISCUS MACEDO, Lusitanus, Conimbricensis, vix major annis Societatem ingressus Jesuitarum, in ea plures annos mansit, cum rhetoricam, tum philosophiam & rationem temporum, hoc est chronologiam, docens, multa eruditionis & eloquentiæ ac poeticæ facultatis fama. Hinc tamen in sodalitium Franciscanorum fratrum se conferens, Francisciquc a Sancto Augustino Macedo nomen præ se ferens, ea tempora adeptus est quæ calamitatem rebellionis Portugalliæ invexerunt, cujus æstu abreptus & ipse non in Anglia solum, sed & in Gallia, lateri eorum adhærens qui rebellem Brigantinum apud eos Reges tuebantur ascititio legatorum honore conspicui, hanc causam voce & scriptis promovere non destitit; Parisiis edito *Propugnaculo*, de quo mox dicimus, aliisque hujus argumenti. Romæ demum tradidit, urbanæque tum habitationi, tum professioni, vegetæ adhuc senectutis fructus in collegio Urbano de Propaganda Fide addictus polemicæ theologiæ docendæ, ac necessariis exhibitus, insuperque in Romano Sapientiæ gymnasio cathedra ornatus Ecclesiasticæ Historiæ, Sanctique Officii censor theologus. Acumine ingenii, memoriæ præsentia, multarumque disciplinarum præstanti eruditione clarissimum Romæ vidimus majorem septuagenario, priusquam ad Patavinam theologiæ, qua nunc quo tempore hæc scribimus detinetur, professionem ante biennium evocatus fuisset, libris tamen adhuc immersum, & procudendis sui monumentis in gratiam posterorum. Post plures qui Macedum laudibus efferunt meritis Julius Clemens Scotus in libro, quem absque auctoris nota edidit, *Notæ sexaginta quatuor morales Censoriæ & Historicæ ad Inscriptionem, epistolam ad Lectorem, Approbationem, & capita tredecim introductionis ad Historiam Concilii Tridentini* inscripto, refert eum Romæ in templo S. Augustini trium spatio dierum anno MDCLVIII. de omni plane scibili theses exposuisse, ac de iis respondisse: de quacumque re sibi proposita copiosum concinnumque sermonem habere, oppositasque, nedum diversas, doctorum opiniones Catholicorum ingeniosissime defendere. Simile alium exhibuit vasti sui doctrinæque omnis capacissimi ingenii experimentum Venetiarum urbi, per integros octo dies Theses sustinens. *I. De Sacra Scriptura. II. De Romanorum Pontificum serie, auctoritate &c. III. De Historia Ecclesiastica. IV. De SS. PP. ætate & doctrina. V. De tota Philosophia & Theologia speculativa & morali. VI. De Historia Græca, Latina & barbara. VII. De Rethorice atque ejus arte, ita ut quamcumque quis quæstionem dicenti poneret de ea extempore dicentem audiret. VIII. De Poetica, & Poetis Græcis, Latinis, Italis, Hispanis, Gallis*, ita ut oblatam quamvis materiam extemporalis eam poeta describeret. Cujus rei notitia extat in laudanda inferius epistola, Archangeli de Parma nomine publicata. Ediderat in Societate, ut partim Philippus Alegambe Jesuitarum ejusdem Societatis Bibliothecæ auctor retulit, partim ipse Macedus expressit in elencho suorum librorum, edito in calce Myrothecii sui Moralis:

Apotheosim S. Francisci Xaverii, epico carmine. Olisipone anno 1621.

Apotheosim Sanctæ Elisabethæ Reginæ Lusitaniæ, epico carmine. Conimbricæ 1624.

Theses Rhetoricas: quas Matriti publice proposuit anno 1628. & in unum volumen conjecit.

Artem Poeticam: quæ tamen nunquam vidit lucem.

Item Hispana Castellæ lingua.

Epitome Chronologico desde el principio del Mundo hasta la venida de Christo. Matriti 1634. in 4.

La Vida de D. Luis de Atayde Virrey de la India. Ibidem 1633. in 4.

Historia de los Nuevos Martyres del Japon. Ibidem 1632. in 4.

In ordine S. Francisci, in quo jam nos deserit Alegambe, plura & potiora scripsit, quæ habemus in eodem elencho, scilicet:

Apologeticum pro Lusitania vindicata. Parisiis 1641. in 4.

Jus succedendi in Regnum Lusitaniæ cum Historia Lusitaniæ liberatæ, & schemate genea-

nea-

nealogico competitorum de Regno Lusitaniæ. Parisiis eodem anno 1641. in folio.

Elogia Gallorum. Aquisfextis eodem anno 1641.

Descriptionem Villæ Luquii & Sanctæ Baumes, id est speluncæ S. Mariæ Magdalenæ. Ibidem 1641. carmine, in 8.

Panegyricum Urbano VIII. Apes Barberinas. Lyram Barberinam. Romam Veterem & Novam: simul eodem volumine. Romæ 1642 in 4.

Honorem vindicatum. Rupellæ 1642. in 8.

Filipica Portuguesa. Hispana lingua. Olisipone 1643. in folio.

Propugnaculum Lusitano Gallicum contra calumnias Hispano Belgicas, in quo ferme omnia utriusque Regni tum domi, tum foris præclare gesta continentur. Parisiis apud Antonium Bertier 1647. in folio.

Laurum Harcourtican. Parisiis 1647. 4.

Cortinam Augustini. Parisiis 1648. in 4.

Tesseram Pontificiam pro dignitate & auctoritate Papæ adversus Buccinam Thomæ Angli. Londini 1652. in 4.

Controversiam Ecclesiasticam inter Fratres Minores. Anno 1653. in 8.

Lituum Lusitanum contra Tubam Anglicanam, hoc est Apologiam mentis Innocentii Papæ X. adversus Thomam Anglum. Londini 1652. in 4.

Mentem divinitus inspiratam Pontifici Innocentio X. super quinque Propositiones Jansenii. Londini 1654. in 4.

Scrinium S. Augustini de Prædestinatione Gratiæ & libero arbitrio. Parisiis 1648. in 4. Monasteriique apud Christophorum Hongalt 1649. in 4. Tertioque Londini 1654. in 4.

Domum Sadicam, id est *Familiam Nobilium Lusitanorum cum eorum gestis descriptam.* Londini 1654. in folio.

Rosam Alexandrinam, id est *Electionem Pontificis Alexandri VII. cum Panegyrico & Poematis omnis generis.* Romæ 1655. in 4.

Palladem togatam, id est *Reginam Sueciæ ad fidem conversam.* Romæ anno 1656. 4.

Encyclopœdiam. Romæ anno 1657. in fol.

Vitam SS. Joannis de Mata, & Felicis de Valois Fundatorum ordinis Redemptorum Sanctissimæ Trinitatis. Romæ 1660. in 8.

De Clavibus Petri: libris IV. Romæ apud Philippum Mariam Mancini.

Archigymnasii Romanæ Sapientiæ Descriptionem. Romæ 1661. in 8.

Theatrum Meteorologicum. Ibidem typis Jacobi Dragondelli 1661. in 8.

Diatribam de Adventu S. Jacobi in Hispaniam. Ibidem 1662. in 4.

Controversias selectas. Ibidem 1663. in 12.

Scholas Theologiæ Positivæ ad doctrinam Catholicorum & refutationem Hæreticorum apertas. Romæ apud Philippum Mariam Mancini 1664. in folio.

Assertorem Romanum, sive Vindicias Romani Pontificis, & Pontificatus. Ibidem 1666. in folio.

Vitam Teresiæ & Granciæ Reginarum Lusitanarum. Ibidem 1667. in 8.

Concentum Euchologicum. Venetiis 1668. in folio.

Vitam S. Turibii de Mogrovejo Archiepiscopi Limani. Venetiis 1668. in 4.

Panegyricum Sanctissimo Patri D. N. Clementi Papæ IX. a se dictum. Patavii typis Pauli Frambotti 1669. 8.

Picturam Venetam. Venetiis 1669. in 4.

Collationes Doctrinæ S. Thomæ & Scoti ad lib. I. Sententiarum. Patavii 1673. in folio.

Collationum inter S. Thomam & Scotum alterum tomum ad lib. II. Sententiarum. Ibidem in folio.

Azimum Eucharisticum. Veronæ 1673. in 8.

Commentationes duas Polemicas pro Sancto Augustino. Veronæ 1674. in 4.

Responsiones ad Notas Critici. Ibidem 1674. in 4.

Myrothecium Morale Documentorum tredecim seu totidem Lectiones super Textum Aristotelis lib. VIII. Ethicorum. Patavii 1675. in 4. Occasione controversiæ cujusdam literariæ cum doctissimo viro Henrico de Noris Augustiniano dedit aliqua in lucem, nempe:

Obviam epistolam, nomine Archangeli de Parma ejus socii, *Adventoriæ Patris Henrici de Noris Augustiniani super Quæstione quadam Grammatica*: in 4. Deperditorum autem operum loco hæc elenchus enumerat:

Historiam expeditionis Brasilicæ ad Bahiam recuperandam. Anno 1625. in 4.

Librum de Generibus & differentiis styli tum Rhetorici, tum Poetici, tum Historici, tum Epistolaris. Conimbricæ anno 1626. 8.

Vitam Pii viri Dominici Joannis Laici Jesuitæ, tum Latine, tum Lusitanice. In 8.

Scientiam Rhetoricam. Matriti scriptam in folio, casu amissam.

Scientiam Poeticam: opus accuratissimum. Matriti in folio æmulorum fraude interversam.

Bella Hispanorum cum Galliis lingua Castellana. Matriti in 4. Invenietur apud ducem de Villahermosa.

Descriptionem Poeticam heroico carmine Palatii Matritensis rusticani trium millium versuum epicorum. Mansit in bibliotheca comitis de Olivares.

Adversaria collecta ex omnibus operibus S. Augustini: ingentem tomum. *Hunc*, ait, *guardianus mei ordinis, quod erat interpunctus & ex chartis solutis male composi-*

tus, putans esse aliquod opus inutile combussit magno meo dolore, & aliqua opinor doctrinæ Augustinianæ jactura.

Vitam Rosæ Limensis Dominicanæ: quæ prima omnium scripta fuit. Servatur ad Minervæ Romæ in 4. Confectos habere se atque editioni paratos:

Historiam de Bello Lusitanico: cujus duo libri ad ideam Titi Livii sunt confecti; continuationem autem interrupit destinatio auctoris in Angliam.

De Conciliis Universalibus & particularibus librum. Folio.

Librum Apologeticum contra Caronem & Valsium Romanæ Ecclesiæ adversarios. In 4.

Calamitatem eruditam. In 4.

Diatribem de opinione probabili. In 4.

Lucernam Macedi. In 8.

Dissertationem de Validitate matrimonii Ethnicorum, præsertim Tunchinensium Barbarorum. In 4.

Interpretationem Latinam metricam Ludovici Camoesii Principis Poetarum Lusitaniæ heroico carmine: opus magni laboris & accurationis. In 4. Continet myriadem ferme versuum, totidem poetæ versibus respondentium. Habere se ait item præ manibus librum inscriptum:

Prosper redivivus contra Narratorem. Et urgere alium cujus titulus est:

Accipiter sive Sparaverius Rafrerii plumis vestitus desplumatus & viginti quinque errorum convictus. In fine elenchi hanc notam adjunxit Macedus: *Erit qui velit nosse opera vaga & solitaria, hæc, quod sunt plurima, ægre nominari possunt, & ægrius inveniri; verum obiter attingam. Panegyricos dixi* LIII. *Orationes Latinas habui* LX. *Laudationes sive Funebres orationes* XXXII. *Poemata epica recitavi publice* XLVIII. *Elegias composui* CXXIII. *Epitaphia* CXV. *Epistolas Dedicatorias* CCXII. *Familiares* DCC. *Poemata epica juxta bis mille sexcenta. Elegias quingentas. Odas* CX. *Epigrammata, & id genus alia plusquam tria millia. Comœdias Latinas* IV. *Tragœdias duas. Satyram unam Hispanice. Carmina, quantum recolendo præterita consequi possum, omnis generis, quæ scripsi, & ex tempore fudi, ea opinor centum & quinquaginta myriades posse conficere, hoc est sesquimillionem versuum.*

F. FRANCISCUS MACHADO, Lusitanus, Cisterciensis ordinis, theologiæ doctor Parisiensis, abbas Tomaraensis, laudatur a Chrysostomo Henriquez & Carolo Vischio, Cisterciensium scriptorum celebratoribus, horum operum nomine:

Vitæ, & miracula BB. Theresiæ & Sanciæ Reginarum, sanctimonialium ordinis Cisterciensis.

Epistolæ variæ ad Henricum Lusitaniæ Principem S. R. E. cardinalem: quæ extant typis Bernardi Briti anno 1600. in folio.

Contra Judæos duo egregia volumina: quæ MSS. adservantur in Alcobaciensi domo.

FRANCISCUS MACHADO, Lusitanus, ex oppido Villaponensi diœcesis Bracharensis, Jesuita, eloquentiæ & humaniorum disciplinarum professor, edidit:

Mausoleum Majestatis Joannis IV. Augustissimi Regis Lusitanorum, & vitæ, & obitus compendium. Ulisipone apud Craesbechi heredes 1657. in 4.

Obiit Estremotii XXIX. Januar. MDCLIX.

FRANCISCUS DE MADRID, laudatur ab Alphonso de Ulloa in *vita Caroli Imperatoris* conscriptæ historiæ nomine, quam pertexuisse dicitur, nec nos vidimus:

De la Guerra de Alemania.

FRANCISCUS DE MADRID, Palentinus, Petri Gundisalvi filius, Alphonsi frater qui Palentinam in schedis reliquit Historiam, de quo jam diximus, canonicus Palentinæ suæ ecclesiæ, & archidiaconus de Alcor, *homo amœni ingenii* (ut verbis laudem Antonii ab Honcala Abulensis in libro *Grammatica Propægnia* inscripto) *& elegantiæ non vulgaris, necnon divinarum rerum sciens*: vertit ex Latino eleganter, Magnoque Gundisalvo Cordubensi, Suessano duci, dicavit:

La prospera y adversa Fortuna de Francisco Petrarca Cæsaraugustæ apud Georgium Coci 1523. in folio. Et Hispali per Joannem Varela de Salamanca 1524. Nonnulla de hoc opere dicta manent in Alphonsi fratris, ejusdemque in honoribus his ecclesiasticis, quos Francisco tribuimus, successoris elogio. Alexius item Vanegas in *Enucleationibus ad locos obscuriores Velleris Aurei Alvari Gomezii* hanc de nostro mentionem habet: *Nuper Franciscus de Madrid, archidiaconus de Alcor in ecclesia Palentina, scripsit ad doctorem Joannem Bernardum Diez de Lugo &c. ut me quæreret atque expostularet quid causæ esset quod Illiberi oppidum Salsas esse in secundo Differentiarum libro asseruerim, cum, me unico dempto, nemo non sit qui Granatam Illiberim fuisse contendat. Primum (sane fateor) cum epistolam perlegissem admiratus sum hominis in explicanda suffulciendaque sententia omnium hinc inde rerum corrivationem. Deinde, non secus atque si ex ungue leonem totum elicerem, visus sum mihi totius antiquitatis exemplar in illa opistogra-*

grapha epiſtola circumſpicere. Adeo enim in tenui argumento omnes aggeres, vineas, arietes, & catapultas in Salſas direxit, Granatæ opitulaturus, ut, ni veritas reclamaret, de Illipula magna jam funditus actum eſſet. Hæc Vanegas.

F. FRANCISCUS DE MADRID, ſumpto nomine a loco natali, Franciſcanus, ſcripſiſſe dicitur, illaudatus tamen Waddingo:

Teſoro de Pobres.

FRANCISCUS MALDONADO, Vianenſis e dioeceſi Aſturicenſi, Jeſuita, profeſſor cum philoſophiæ tum theologiæ Valliſoleti atque Salmanticæ, ſcripſit:

Milagros, y portentos ſucedidos en el Santuario de Nueſtra Señora de las Hermitas. Salmanticæ apud Antonium Coſſio 1673. in 16.

F. FRANCISCUS MANZANO, Trinitariorum ſodalis, ſacræ theologiæ magiſter & provinciæ Caſtellæ diffinitor, vir doctus & pius, ſcripſit:

Centellas de Amor de Dios, y ſu Madre, que ſin poderſe contener deſpidió el encendido corazon del muy venerable P. M. Fr. Simon de Roxas. Matriti 1653. apud Dominicum Garzia & Morras in 4. Partes operis tres ſunt: prima de venerabilis hujus ſervi Dei piiſſima vita: ſecunda de ejus filiis ſpiritualibus: tertia demum verbis fere ejuſdem ſancti viri ex quodam aſcetico ab eo relicto libello vitæ ſpiritualis ſectatores docet auctor.

F. FRANCISCUS DE SANCTA MARIA, alias DE TRUXILLO, Matritenſis. N. de Truxillo doctoris medici, Regiſque Hiſpaniarum cubicularii filius, poſtquam in religioſa alia familia, bene imbutus literis, virilem attigiſſet ætatem, ſodalium Mercenariorum reformati ordinis ſacramentum dixit. In eo diu theologiam profeſſus, diffinitoris ut vocant generalis ſemel atque iterum, procuratoriſque generalis apud Romanam curiam munera geſſit. Cum vero Matriti degeret, ubi & ſublatus fuit e vivis, doctrinæ ac prudentiæ nomine plures eum viri docti graveſque frequentare ſolebant. Græce, Hebraiceque eruditum, proſaque ac verſa oratione Latina diſertum, domeſtici, & quibus notus fuit dum viveret, multi aſſeverant, & idonei adhuc magis teſtes, opera quæ reliquit, viri famam tuentur, hæc ſcilicet:

Cœna magna, ſive de Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti myſterio, & ejus figuris in utraque Lege naturali & ſcripta: tomis tribus, quos penes ſe habebat anno MDCLV. D. Hieronymus de Camargo, Regius Caſtellæ ſenator, in gratiam cari olim ſibi capitis propria cura & impenſis publicandos.

Joſephina, ſive de laudibus Divi Joſephi: quod opus adſervatur in S. Barbaræ cœnobio Matritenſi MS. Idem, an alius ſimiliter appellatus, auctor eſt *Annalium* ſui ordinis? Prodierunt enim hi cum hac epigraphe:

Annales del orden de Deſcalzos de Nueſtra Señora de la Merced: duobus tomis. Matriti 1641. folio. Priuſquam vero in hac familia ſacra numeraretur ediderat:

Diſcurſo ſi ſe puede ayunar tomando chocolate. Gravatus diu pinguedine & arthritite amanuenſis manu commentari ſolebat, extinctus demum LX. fere natus annos Matriti ut diximus anno MDCLIV.

F. FRANCISCUS DE SANCTA MARIA, ex ſodalitio Carmelitarum Reformatorum, in cœnobio Eliæ parenti ſacro Salmantino ſacram ſcientiam profeſſus, ſodales autem Burgis cum regeret, publicavit:

Commentarios literales & morales in Apocalypſin Joannis Apoſtoli: *hoc eſt, in ejus XI. priora capita.* Lugduni 1648. in folio.

F. FRANCISCUS DE SANCTA MARIA, ordinis Seraphici, edidit:

Manual de Sacerdotes, y eſpejo del verdadero Chriſtiano, con la explicacion de las ceremonias de la Miſſa. Granatæ 1598.

F. FRANCISCUS DE SANCTA MARIA, Granatenſis, Ferdinandi del Pulgar & D. Hieronymæ a Cepeda filius primogenitus, in Carmelitarum Reformatorum ſodalitium Pinciæ admiſſus, religioſa hæc caſtra ſequutus fuit ſtrenuus miles, viæ ducem habens ſanctiſſimam virginem Thereſiam, ſibi non religioſæ tantum adoptionis, ſed & naturalis neceſſitudinis vinculo ex materno latere propinquam. Qua quidem cognatione haud indignum ſe oſtendere conatus eſt, non ſolum exactiſſima, quamque domeſtici non vulgaribus elogiis commendare ſolent, propoſiti obſervantia, ſed & calamo lucubrationibuſque, quas illuſtrandæ ſectæ ſuæ rebus omni ævo, etiam antiquiſſimo, hoc eſt Eliæ auctoris, necnon & a reformationis tempore geſtis ſalubriter impendit, ſtilo quippe uſus elegantiæ maſculæ, hoc eſt modeſtæ ac religioſæ, pleno in lucem edidit prius:

Hiſtoria Profetica de la Orden de Nueſtra Señora del Carmen. I. tomo. Matriti 1630. in folio. Quam & propugnare opus habuit adverſus aliter de hujus ordinis originibus ſentientes, ſcripta:

Apologia del tomo primero de la Hiſto-

ria Profetica. Valentiæ 1642. in folio.

Tranſitu inde facto ad propiora, & propriora tempora reformationis Thereſianæ publici uſus fecit:

Reforma de los Deſcalzos de Nueſtra Señora del Carmen de la prima obſervancia: duobus tomis. Prior Matriti anno 1644. Poſterior autem...... prodiit una cum vita auctoris. Atque uterque Italis communicatus fuit opera Gaſparis de S. Michaele, congregationis Italiæ, Genuæque excuſus 1654. in folio. Gallis quoque vulgares fecit Fr. Gabriel a Cruce, ediditque Pariſiis anno 1655. in folio. Præter hæc:

Reſpueſta a la Proclamacion Catholica de Cataluña. Item aliud:

Satisfacion Real, tribuit noſtro is, qui nuper Romam ad reverendum patrem Ludovicum Perez de Caſtro, ſtudiorum in Transpontinæ ædis collegio præfectum, miſſit elenchum Reformationis hujus ſcriptorum. Is eſt ut credo Joſephus a S. Thereſia, congregationis ſuæ chronographus, de quo infra agimus. Reliquiſſe eum quoque abſolutum undique ac typis deſtinatum Hiſtoriæ Propheticæ alterum volumen ex eodem novimus ſcriptorum catalogo.

Pluribus in locis theologiam docuit, nempe Salmanticæ, Beatiæ, Hiſpali; plures ordinis domos, ſemel atque iterum provinciam Bæticam, rexit præfectus.

Obiit Matriti octogenario major anno MDCXLIX. alias MDCLIV.

FRANCISCUS MARQUEZ TORRES, illuſtriſſimi D. D. Bernardi de Roxas & Sandoval S. R. E. cardinalis, archiepiſcopi Toletani cappellanus, puerorumque eidem famulantium præceptor, edidit:

Diſcurſos conſolatorios al Iluſtriſimo Señor D. Chriſtoval de Sandoval y Roxas Duque de Uzeda &c. en la temprana muerte del Señor D. Bernardo de Sandoval y Roxas Primer Marques de Belmonte ſu hijo. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1626. in 4.

D. FRANCISCUS MARROQUIN, epiſcopus primus Guatemalenſis in ſeptemtrionali America, fecit atque edidit:

Doctrina Chriſtiana en lengua Utlateca. Mexici apud Joannem Paulum 1556. in 4.

FRANCISCUS MARTI ET VILADAMOR, juriſconſultus Barcinonenſis, Regius, uti ſe appellat hiſtoriographus ſub detentoribus provinciæ Gallis, & advocatus fiſcalis patrimonialis bajuliæ generalis Cataloniæ, ſcripſit tempori ſerviens:

Præſidium inexpugnabile Principatus Cataloniæ pro Jure eligendi Chriſtianiſſimum Monarcham. Barcinone 1644. in folio apud Sebaſtianum Cormellas.

Manifieſto de la Fidelidad Catalana, y la integridad Franceſa. Barcinone 1646. Item:

Defenſa de la autoridad real en las perſonas Eclesiaſticas del Principado de Cataluña ſobre el hecho de tres capitulares de la ſanta Catedral de Barcelona. Barcinone in officina Petri Joannis Dexen 1646. in 4.

FRANCISCUS MARTINEZ, edidit:

Tratado de la fundacion y antigüedad de la ciudad de Origuela, y de las coſas memorables de ſu Igleſia Catedral. Oriolæ 1612. in 8.

Exequias y fieſtas funerales, que la Santa Igleſia de Origuela hizo a la dichoſa muerte del Venerable y Angelico Padre Moſen Franciſco Geronymo Simon Beneficiado en la Parroquia de S. Andres de la ciudad de Valencia con una breve relacion de ſu vida y muerte. 1612. in 8.

Oriolanus fuit auctor, & in cathedrali ejus urbis eccleſia beneficiatus, ut vocant eum qui beneficio gaudet eccleſiaſtico.

FRANCISCUS MARTINEZ, Luſitanus, Salmanticæ ludum habuit grammaticæ, cui quidem (ut ipſe de ſe ſcribit in *Oratione* quadam pro Antonio Nebriſſenſi habita) per duodeviginti annos juventutis inſtitutori, præter publicum ſtipendium honeſtiſſima quotannis prœmia ob eximiam diſcipulorum frequentiam felicemque proventum academia decrevit. Dignoſcitur hodie ex his quæ reliquit opuſculis:

De Grammatica Profeſſione Declamationem in Grammaticos. Cui oppoſuit aliam:

Pro Grammaticis. Salmanticæ apud Joannem Ferdinandi 1589. in 8.

Orationem pro Antonio Nebriſſenſi. Ibidem apud Michaelem Serrano de Vargas 1588. in 8. De qua in Antonio egimus.

Prodierant antea ſermone vulgari:

Inſtituciones de la Grammatica. Salmanticæ apud Sebaſtianum Hernandez 1555. in 8. Ex Beira provincia hunc oriundum Cardoſus annotatum reliquit.

FRANCISCUS MARTINEZ, Jeſuita, in collegio Pampilonenſi diu fama ſanctitatis (ait ſcriptor *Jeſuiticæ Bibliothecæ*) floruit, ibique diem clauſit extremum XXIX. Februarii MDCXXIV. Scripſit vernacula lingua:

Vida de S. Franciſco Xavier.

FRANCISCUS MARTINEZ, Aragonus, Bilbilitanus, ſcripſit, Lanuza teſte in *Eccleſ. Hiſtor. Aragonenſi*, & Valerio Andrea in *Catalogo*:

Fa-

Facilem introductionem ad linguam Latinam : in 8. Nisi idem opus alteri cognomini attributum jam sit.

FRANCISCUS MARTINEZ DE ABREU , Lusitanus , Eborensis , edidisse dicitur:

Grammaticam Artem. Cardosus.

FRANCISCUS MARTINEZ DE CASTRILLO , patria ex Castillo de Oniello , publicavit:

Coloquio de la dentadura , y orden de aderezar los dientes. Pinciæ typis Sebastiani Martinez 1557. Matritique apud Alvarum Gomez 1570 in 8.

FRANCISCUS MARTINEZ MONTIÑO , Philippi Regis Hispaniarum II. ut suspicamur , culinæ præfectus , cœnarum, quam vocat Horatius , artem eo libello edocere voluit qui extat sic inscriptus:

Arte de Cocina , pasteleria , bizcocheria , y conserveria. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1611. 8. 1628. quem eumdem cum eo habeo qui lucem vidit anno 1560. 8. quod alii viderint. Lusitanum hunc fuisse ait Cardosus.

Satis equidem scio hanc palati & ventris curam fere omnium nationum fuisse , nam Artemidorus Aristophanius glossas scripsit Græce ὀψαρτυτικὰς , eorum scilicet quæ pertinent ad rem culinariam , Athenæo laudatore in IX. & XIV. libro. Glaucus item Locrus inter ὀψοποιητικῆς πραγματίας σοφιςὰς *coquinariæ artis doctores* ponitur a Julio Polluce lib. VI. cap. X. meminitque ejus idem Athenæus lib. IX. & XII. Apicius inter Romanos bene cunctis notus est *De re culinaria* scriptor. Editaque sunt Italice *Il Maestro del arte del cucinare* Bartholomæi Scappi. Gallice que *Le Cuisinier Francois* domini de la Varenne. Belgas docuit non unus scite condire obsonia Gerardus Vorselman , ac Petrus Scholierius , senator Antuerpiensis , nomen præ se ferens Marci Antonii Magiri. Non omnino inutiliter , si nata sunt hæc omnia instruere lautitiem urbanam mensarum , non vero illum , ut vocat *Pedagogus* Clementis , *Ventri-dæmonem* , dæmonum omnium pessimum ac perniciosissimum , in nos ipsos armare & irritare.

FRANCISCUS MARTOREL , Dertusanus , scripsit:

Historia de la Ciudad de Tortosa , y de la santa Cinta que dio la Virgen Nuestra Señora a la dicha ciudad. Dertusæ 1626. in 8.

F. FRANCISCUS MARZAL , Balearis , Minoricensis , ordinis Sancti Francisci Regularis Observantiæ , cœnobii de Jesu extra muros urbis Majoricensis præfectus , in Regio ejusdem urbis atque ordinis monasterio Lullianæ artis pro more illius provinciæ professor publicus , deinde in Aracælitano urbis Romæ lector theologiæ , vir religiosus doctusque ut Waddingus ait , edidit:

Artem generalem ultimam venerabilis Magistri ac Doctoris illuminati Raimundi Lulli, a mendis correctam , districtius divisam , notis marginalibus ornatam , atque Indicibus locupletatam. Cui præponitur : *Archielogium vitæ & doctrinæ ejusdem Lulli.* Palmæ Balearium apud heredes Gabrielis Guasp 1645. in 4.

FRANCISCUS MATHÆUS , Setabensis in regno Valentiæ , mathematicus , scripsit:

Antipronöstico a las vitorias que se pronostica el Reyno de Francia. Valentiæ 1635. Et Matriti 1637.

FRANCISCUS MATHÆUS FERNANDEZ BEXARANO , patria , ut ad me delatum est , ex urbe Pacensi Estremaduræ, doctor medicus , scripsit:

La Noticia intuitiva de todas las artes y ciencias. 1625. Item Latine:

De Facultatibus naturalibus. Disputationes Medicas & Philosophicas. Granatæ apud Bartholomæum de Lorenzana 1619. in 4.

FRANCISCUS DE MEDINA , erat in bibliotheca Olivariensi inscriptus libro manu exarato in folio hujus tituli:

Suma de la vida de D. Pedro Gonzalez de Mendoza Arzobispo de Toledo , y Patriarcha de Alexandria.

F. FRANCISCUS DE MEDINA ET ARTIAGA , Bæticus , ex urbe Xerez de la Frontera , aliis Castellanus ex urbe Huete, ordinis fratrum , quos dicimus Mercenarios, ejusdem provinciæ totiusque ordinis sui præfectus generalis tricesimus quartus , quo munere spoliatus fuit , non jure ut fama est, Clementis VIII. Papæ tempore. Celebratur a domesticis pietatis , ingenii atque eruditionis nomine. Reliquit namque perfectum:

In Tertiam Partem Sancti Thomæ Commentariorum volumen unum : quod Salmanticæ in bibliotheca collegii S. Crucis ejusdem ordinis adservari scribit frater Petrus de S. Cecilio in opere adhuc inedito *De Scriptoribus suæ familiæ.* Alii notant hæc omnia transcripta legi in Petri Cabreræ Hieronymiani ad *eamdem tertiam Partem Commentariis.*

FRANCISCUS DE MEDINA DE MEN-

MENDOZA, Guadalaxarenſis, vir nobilis, Hiſpanicarum hiſtoriarum callentiſſimus, miræ quidem memoriæ, qua orbitatem oculorum olim contractam ſupplevit inſigniter, laudatus non mediocriter ab Ambroſio de Morales in *Antiquitatibus* pag. 26. ſcripſiſſe dicitur:

Annales de la ciudad de Guadalaxara. Quamvis id non facile admiſerit D. Thomas Tamaio in *Notis ad Luitprandum* pag. 142.

F. FRANCISCUS DE MEDRANO, Franciſcanus ſodalis, reliquit MS.

Hiſtoria del Nuevo reyno de Granada. Antonio Leonio auctore in *Bibliotheca Indica Occidentali* tit. XIV.

Arte de la lengua Moſca, ejuſdem regionis vulgaris.

F. FRANCISCUS DE MEDRANO, ex oppido Tordeſillas Caſtellæ Veteris, laicus ſodalis fratrum Minorum, ſcripſit:

Oracion para ayudar a bien morir fundada ſobre la del Padre nueſtro. Matriti apud Dominicum Garſiam 1648. in 8.

D. FRANCISCUS DE MELGAR, Bæticus, ex municipio La Puente de D. Gonzalo Cordubenſis dioeceſis, almæ eccleſiæ Hiſpalenſis canonicus, & juris Canonici doctor, ſcripſit:

Por el unico Patronato de Eſpaña del Apoſtol SantIago. In 4.

F. FRANCISCUS MELLADO, Franciſcanus, provinciæ Angelorum diffinitor, ex præcepto Andreæ Camacho, miniſtri provincialis, collegit omnia quæ in archiviis prædictæ provinciæ reperire potuit monumenta, formavitque inde:

Hiſtoriam provinciæ Angelorum: quam Lucas Waddingus ait *ad me miſit manuſcriptam.*

FRANCISCUS DE MENDOZA, Oliſipone ortus nobili ſtirpe, magnum vixit inter ſodales Jeſuitarum religioſæ vitæ, multiplicisque eruditionis atque facundiæ, exemplar. In Societatem admiſſus tam patriæ urbis quam Conimbricenſis juventutem rhetorum ac philoſophorum diſciplinas, deindeque ſacras literas apud Eboram docuit. Collecta his ſtudiis luculenta fama Romam ire juſſus eſt provinciæ ſuæ procurator: quo loco ſic inter alios generali præpoſito familiæ hujus placuit ut virum undique numeriſque omnibus abſolutum palam eum conſtanterque prædicaret, ſive concionatoris, ſive ſcriptoris, ſive doctoris vices, ſive jubentis, ſive obtemperantis officia ſumma cum laude per eum obita ſpectarentur. In reditu per Gallias Lugduni coegit eum mors curſum vitæ, non famæ, abſolvere tertia die Junii anno ſalutis MDCXXVI. ætatis ſuæ LIV. Siquidem ad immarceſſibile pietatis omnigenæque virtutis meritum, emendatiſſimæ cujuſdam eloquentiæ doctrinæque non intermorituram laudem adeptus, in operibus editis præſentem ſe ac ſuperſtitem, bona omnium qui literas amant gratia & plauſu, quotidie ſiſtit. Hæccilla:

Commentaria in Libros Regum: tomis tribus, quorum primus explicat duo prima libri primi capita. Lugduni apud Jacobum Cardon 1622. folio: ſecundus ſex capita ſequentia: tertius ſeptem deinceps alia. Ibidem 1625. & 1631. folio. Cetera mors abrupit. Poſtuma prodierunt:

Viridiarium ſacræ & profanæ eruditionis. Lugduni 1632. in folio. Et Coloniæ apud Petrum Henningium 1633. 4.

Luſitanice autem:

Sermones per Adventum, Quadrageſimam, & Dominicas per annum. Oliſipone apud Mathiam Rodriguez 1632. fol. Quos in Caſtellanam converſos linguam Franciſcus Palau, Barcinonenſis, Dominicanus ſodalis, Barcinone edidit anno 1636. in 4. *In omni literatura ſummum virum* appellat Andreas Pinto Ramirez, olim diſcipulus, in *Spicilegii ſacri* tract. I. cap. VII.

D. FRANCISCUS DE MENDOZA, nobilitate vir & dignitate ſimulque doctrina commendatiſſimus, Eneci marchionis III. de Mondejar filius fuit, marchio de Guadaleſte, & Aragoniæ (ita loqui fas eſt cum vulgo ad exemplum eruditorum hominum) almirantus, commendatariuſque de Valdepeñas in Calatravæ militia, Regius oeconomus, atque item Alberti Auſtriaci Belgarum Principis archioeconomus, militariumque ejus copiarum tandem præfectus, ad Rodulphum Secundum Imperatorem, Galliarumque & Poloniæ Reges legatus. Captus hic ab Hollandis hoſtibus in Neoportuenſi prælio manſit per biennium in Zelandia, reverſuſque ad nos diuturniorem & graviorem carceris & reatus calamitatem incurrit, qua tandem liber, conjugalique vinculo (Mariam Ruiz Colon de Cardona, duciſſam de Veraguas, ſibi copulaverat) ſolutus ordines ſacros ſuſcepit, atque his eum ornatum reperiens Philippus Rex noſter IV. eccleſiæ Seguntinæ deſtinavit antiſtitem. Qua dignitate ſaltem delibata cedere eum brevi mors coegit Matriti, nondum inde divulſum, I. Martii MDCXXIII. Extant formis edita:

Franciſci de Mendoza Relatio legationis ſuæ ad Cæſaream Majeſtatem, ad Archiduces

Au-

Auſtriæ , *& Regem Poloniæ*. Bruxellis 1598. Forte & vulgari ſermone Hiſpaniæ editus liber eſt eodem anno , in eadem officina , cum & Hiſpani hujus lemmatis codex fuerit in bibliotheca Caſtellæ magni comeſtabilis , *La Embaxada de D. Franciſco de Mendoza.*

Majoris operæ eſt opus alterum , cujus nomine plurimum a viris doctiſſimis noſter laudatur , ſcilicet:

De Genealogia Virginis Deiparæ. De qua operæ pretium erit Gaſparis Sancii , Societatis Jeſu viri graviſſimi atque eruditiſſimi, cenſionem audire. Hic cum *Commentaria* ſua ſuper *Actus Apoſtolorum* Franciſco Mendozæ nuncuparet , *Aggreſſus es* , inquit , *de Chriſti generatione , in cap. primum Matthæi , commentationem , in qua res natura ſua difficiles, & opinionum varietate confuſas , in quibus magnorum ſcriptorum diu elaborarunt ingenia , ſic explicas dilucide , ſic graviter & acute probas ut perſuadeas quod ſuadere vis, & nemini quidquam in poſterum reliquiſſe videaris quod ad tuas cogitationes & curas poſſit accedere. Legi non ſemel vigilias tuas, & antelucanas operas , quas in eo argumento non modo patienter , ſed etiam jucunde poſuiſti ; neque in eo genere (nihil dabo gratiæ , nihil adulationi , quod abeſſe longiſſime debet a religioſo viro) in eo inquam genere nihil meo judicio magis elaboratum ac magis accurate perfectum vidiſſe me recordor.* Hæc Sancius. Didacus item Vega , Franciſcanus , in alia nuncupatoria epiſtola cujuſdam ex concionatoriis ſuis operibus multa de Franciſco Mendoza noſtro : cujus etiam res in bello geſtas inſigni elogio comprehendit Laurentius Beyerlinck, Antuerpienſis canonicus , in *Hiſtoria rerum geſtarum ab anno MDLXXII. ad MDCXI.* totamque vitæ ſeriem Balthaſar Porreño in *Hiſtoria Sanctæ Liberatæ* , dum Seguntinæ eccleſiæ præſulum formando albo inſtitit: idemque argumentum proſequutus Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro* hujuſmet eccleſiæ : de quo & ejus genealogico profano quodam opere cum eximia laude refert Alphonſus Lopez de Haro in præfatione ſui *Nobiliarii.*

F. FRANCISCUS DE MENDOZA, ordinis Minorum provinciæ Caſtellæ , interpretatus fuiſſe dicitur in Hiſpanicum Franciſci Gonzagæ opus de *Origine ordinis Seraphici* , quamvis Waddingus illaudatum reliquerit.

D. FRANCISCUS DE MENDOZA ET BOVADILLA , Didaci Hurtado de Mendoza & Eliſabethæ a Bovadilla , comitum de Cañete , filius , Conchæ , aliis Cordubæ, natus anno MDVIII. Salmanticæ fere dedit pueritiæ atque adoleſcentiæ fructus. Studiis quippe utriuſque linguæ Romanæ Græcæque apprime inſtructus in Complutenſi gymnaſio , Salmanticam venit juriſprudentiam docendus , cujus artis poſt aliquot annos doctoralem lauream reportavit. In eadem academia docuit ipſe ex cathedra Græcam linguam , gymnaſioque præfuit viginti annis natus ſcholaſtici munere. Hinc almæ Toletanæ eccleſiæ archidiaconus , inde Caurienſis poſtremoque Burgenſis epiſcopus anno MDL. creatus , & in purpuratorum patrum collegium a Paulo III. P. M. aſſumptus , ingenti apud nos , ingenti apud Italos virtutis & beneficentiæ fama decoravit eos honores atque ea munera , quibus Carolus Imperator , Philippuſque ejus filius , hominem optime de ſe meritum ante alios ornare voluerunt. Obiit tandem Valentinæ eccleſiæ archiepiſcopus, priuſquam eo venire poſſet , in oppido Arcos Burgenſis diœceſis prima die Decembris anni MDLXVI. magno quidem ſui deſiderio relicto , & in florenti adhuc LVIII. annorum ætate. Quem *imaginibus majorum clariſſimum* , *ſed integritate vitæ* , *& optimarum diſciplinarum ſtudiis* , *atque eruditione multa clariorem* , *bonarumque artium patronum* Joannes Vaſæus viventem compellavit *Hiſpaniæ* ſui *Chronici* cap. XXI. Uti *Græce ac Latine callentiſſimum* , *& juris divini ac humani valde peritum* Martinus Navarrus in *Relectione* ad cap. *Novit. de Judiciis* , num. 102. Joannem Goropium Becanum Antuerpienſem a cura bibliothecæ habuit , quod ſcriptum reliquit Goropius ipſe in *Hiſpania* ſua. Plurimam item Mendozæ noſtri mentionem continet epiſtola Alexii Vanegas Toletani nuncupatoria operis ſui *De Differentia librorum* , in qua illius ſcripta , tam edita quam inedita, uſque ad eum diem commemorat , auctorique gratulatur. Nempe ſcripſit:

De vera & naturali quadam cum Chriſto unitate , quam per dignam Euchariſtiæ ſuſceptionem fideles conſequuntur. De occaſione hujus operis ſcribendi Gabriel Vazquez Jeſuita tomo III. in tertiam partem diſp. CCIV. cap. I. *Ante quadraginta annos* , ait , *cardinalis Mendoza , epiſcopus Burgenſis , non minus literis quam ſanguine illuſtris , habens ſermonem ad populum publice docuit per venerabilis Euchariſtiæ ſacramenti dignam ſumptionem fideles non tantum conſequi unionem caritatis & affectus cum Chriſto , ſed etiam realem & ſubſtantialem naturalemque unionem carnis ſuæ cum carne ejus. Quæ propoſitio non paucis theologis illius ætatis principiis fidei noſtræ parum conſentanea viſa eſt. Atque hac de cauſa idem cardinalis , ut eam ab omni nota defenderet , librum ſcribere compulſus eſt , ubi eam luculenter Sanctorum teſtimoniis confirmavit.*

Et

Et quamvis verum sensum illius non tam aperte exposuerit quam opus esset , nil tamen docuit quod sinceræ fidei adversaretur ; nil enim absurdi ex iis , quæ adversarii illi objiciebant , aut ex opinione illius sinistre intellecta colligere sibi videbantur , ille unquam concessit. Hæc ille. Quem laudat Joannes de Lugo , cardinalis doctissimus *De Sacram. Eucharistiæ* disp. XII. sectione V. in fine. Hunc librum MS. & Pio IV. Papæ anno I. sui pontificatus nuncupatum , se vidisse testatum reliquit in mentione archiepiscopi nostri Burgensis , *Theatroque* hujus ecclesiæ , Ægidius Gonzalez Davila. Quem quidem in eadem urbe nos vidimus penes Ministros Infirmorum domus Mariæ Magdalenæ sacræ , transcribique curavimus , si alicunde subministrentur impensæ , nonnunquam a nobis in communem utilitatem edendum. Quo quid magis eruditum , doctum , ingeniosum , elegans , atque undique perfectum conficere humana industria valeat non facile dixerim.

In Isaiam Prophetam scripsisse *Glossam* utilissimam , ex pluribus Hebræis expositoribus desumptam , refert laudatus Vanegas , qui hoc opus non perfunctorio elogio celebrat.

Oratio quoque *a Francisco Bovadilla Hispano Pragæ habita in Conventu ordinum regni Bohemiæ* , cujus meminit *Gesneri Epitome*, hunc ipsum ut credimus habet auctorem.

Hispanus quoque circumfertur MS. libellus supplex ad Philippum Regem , *De los linages de España* , quem nostro adjudicare solet communis hominum persuasio. Utique diversum opus ab eo quod de eodem argumento Hieronymus de Aponte , Francisci nostri cardinalis ut dicitur auspiciis & expensis , gratissimum iis qui hoc studio genealogico dant operam , elucubravit. Certe eum Petri comitis Barcelensis *Nobiliarium* ex MSS. veteribus fideliter excribi curasse, auctarioque locupletasse ait D. Thomas Tamajus de Vargas. Duplex igitur per me esto genealogicum Francisci Mendozæ opus , alterum de *Familiis Hispanis* , sive auctarium prisci istius Petri comitis *Nobiliarii*, quod vidimus justo volumine contentum; alterum , quo de *Hispana nobilitate* ad Philippum Regem , nescio quo œstro iræ percitus , amarulenter scripsit. In qua doctrina genealogica valde profecisse eum ostendit Petrus Salazar de Mendoza in *Chronico* adhuc MS. *Domus & familiæ de Sandoval* , ubi , relata ejus de hujus origine sententia , *deferendum ei tanquam Pythagoræ præceptoris dictis discipuli ejus deferre solebant , nec quidquam ulterius desiderandum* , ait. Nostri quoque extat *Epistola* ad *Ferdinandum Pincianum* , hujus clarissimi viri ad *Plinii Historiam Animadversionum* præambula. Præterea Joannes Isaac Levita , Germanus , suasionibus Mendozæ cardinalis inductum , se ex Hebræo vertisse affirmat *Rabbi Aben Tibbonis de Physica Hebræa* librum: quem quidem bona ex parte una secum hujus linguæ non indoctum Mendozam legisse adjungit. *B. Cyrilli Alexandrini De Adoratione in spiritu & veritate* ex interpretatione Bonaventuræ Vulcanii Brugensis Toleti edendos idem noster curavit.

Jacent exuviæ viri magni in paterno seu familiari basilicæ Conchensis sacello.

D. FRANCISCUS DE MENDOZA ET CESPEDES , convertit ex vernaculo auctoris:

Relaciones del Cardenal Bentivollo. Matriti 1638. in 4.

F. FRANCISCUS DE MENESES, Franciscanus , edidit:

Difficilium accentuum Compendium. Parisiis editum 1527. 8. quod opus non sine speciali auctoris laude commendat , vir hoc tempore eruditissimus , Philippus Labbeus , Jesuitarum sodalis , in *Lectore erudito ad mensam*: quod etiam notat Lucas Waddingus.

D. FRANCISCUS DE MENESES, Lusitanus , cujus nomen præ se fert:

Poetico Certamen. Conimbricæ editum 1626. a Cardoso laudatur.

F. FRANCISCUS MEXIA , ordinis Prædicatorum , edidit:

Coloquio provechoso de la santa Cofradia del Rosario de Nuestra Señora. Hispali 1573. in 4. Alphonsus Fernandez , *De Scriptoribus Prædicatoriæ familiæ* scribens , refert se hoc libro usum ad volumen suum *de Rosario* formandum.

F. FRANCISCUS MEXIA , sive MESSIA , DE PAREDES , Dominicanus , dedit foras:

Methodum Partium S. Thomæ. Ulisipone 1618. 8. Cardosus , nescio qua ratione inductus , cum locus editionis nullam præstet, Lusitanum existimabat.

F. FRANCISCUS DE MEZINA , Hieronymianus , doctor theologus , scripsit:

Explicacion de las ceremonias de la Misa segun el nuevo rezado.

Directorio del Anima Christiana Ecclesiastica y religiosa.

Discurso de como han de andar juntos la singularidad y la comunidad , sobre aquello de S. Juan , Unus de XII. non erat cum eis. Compluti simul apud Joannem Iñiguez 1593. in 8.

FRAN-

FRANCISCUS MICON, Catalanus, patria Vicensis, doctor medicus, artem refrigerandi potus, non vulgo inter salutaria eo tempore contributam, studiose commendavit scribens:

Alivio de sedientos, en el qual se trata la necesidad que tenemos de beber frio, y refrescado con nieve. Barcinone apud Didacum Galvan 1576. in 8.

D. FRANCISCUS DE MIRANDA ET PAZ, Salmantinus, & in Toletana ecclesia capellæ Novorum Regum sacerdos, scripsit:

Discurso sobre si se puede hacer fiesta a Adan. Matriti 1636. in 4. Cui opposuit nescio quid Apparicius quidam. Ibidem 1639.

El Desengañado: opus morale. In 4.

FRANCISCUS DE MIRANDA VILLAFAÑE, post facta aliquot militiæ stipendia sub Carolo Cæsare, sacerdos, & Salmantinæ ecclesiæ cantor, edidit:

Dialogos de la fantastica Filosofia de los tres en un compuesto. Salmanticæ per Mathiæ Gastii heredes 1582. in 8. Cui accedunt:

Dialogos de las letras y armas. Et:

Dialogo del Honor.

F. FRANCISCUS DE MOLINA, Seraphici ordinis Valentinæ provinciæ, scripsit, Ludovico Rebolledo mihi teste in *Catalogo Scriptorum* hujus familiæ:

Declaracion de quatro Psalmos de David. Lucas Waddingus hunc prætermisit.

FRANCISCUS MOLINUS, vulgo MOLI, patritius Ilerdensis, Petri filius, qui in ejus urbis schola interpretandis e cathedra juribus Canonicis vacaverat; subintrans ipse parentis locum ac professionem, cum ejusdem Pontificii juris, tum Cæsarei antecessor primarius extitit. Inde ad gerendam rempublicam judex Regius in Balearium majorem insulam pergere, hujus præfuit muneri usque ad id tempus quo, missione impetrata, otium domus suæ Barcinonensis, sed utique studiosum ac posteris utile, publicorum negotiorum expeditioni, tempus redimens, prætulit. Qua in urbe, quod vitæ superfuit, bene suas horas commentando procudens mansit. Editi namque sunt eo auctore:

De Brachio sæculari Ecclesiæ præstando, & mutuis Judicum auxiliis, Commentarii. Quibus accessit:

De Sacra homicidio ammittenda Immunitate liber singularis. Barcinone. 1607. in 4.

De Ritu Nuptiarum, & pactis in matrimonio conventis. Barcinone apud Laurentium Deu 1618. folio. Quod opus in schedis mansit, inter alia volumina sodalibus Jesuitarum legatum, prodiitque in lucem ab auctoris obitu.

D. FRANCISCUS DE MONCADA, vivente Gastone patre, Aitonensi marchione, qui Sardiniam & Aragoniam pro Rege gubernavit, ac Pauli V. Papæ tempore Hispanicam legationem ordinariam Romæ obivit, Ossonæ adhuc comes, quæ primogenitorum amplissimæ hujus domus propria nuncupatio est, existens, vir egregius, & familia dignus, veluti initiabat se adventuræ olim ex singulari virtute, administratisque summa cum laude honoribus, famæ, aliorum famam & laudes ab oblivione vindicans, eo libro, cui hunc præfixit titulum:

Expedicion de Catalanes y Aragoneses contra Turcos y Griegos. Barcinone 1623. 4. Necnon et:

Vida de Anicio Manlio Torquato Severino Boecio: qui libellus a morte auctoris prodiit Francofurti in 16.

Notas ejus MSS. *de Benearnis Comitibus*, laudat Petrus de Marca V. C. in fine *Historiæ Benearnensis.* Legatus Regius Moncada fuit in aula Ferdinandi II. Imperatoris, demumque Elisabethæ Austriacæ Belgarum Principis archioeconomus, eaque diem suum, ut in æternum viveret, obeunte Germaniæ totius inferioris pro Rege gubernator, & armorum summus præfectus. Decessit in oppido Cliviæ provinciæ, Goch dicto, anno MDCXXXV. Hujus filius est Gasto, Aitonæ marchio, Philippi IV. Regis nostri cubicularius, hinc serenissimæ Reginæ Mariæ Annæ equilis, atque inde Palatii seu domus Regiæ præfectus, vir insigniter probus ac pius, & inter gubernatores hodie Hispanicæ totius monarchiæ ultimis Philippi Regis tabulis destinatus.

FRANCISCUS MONTAÑES, portionarius Valladolitanæ ecclesiæ, scripsit:

Arte de musica, theorica y practica. Pinciæ apud Didacum Fernandez 1592. in 4.

Arte de Canto llano. Salmanticæ apud Franciscum de Zea 1610. 4.

F. FRANCISCUS DE MONTE ALVERNIA, olim ex naturali propagine DE BARROS, Lusitanus, cum inquisitoris Apostolici in patria fungeretur munere, ad strictiorem vitæ normam vocatus, ordini Seraphico dedit nomen, vixitque in eo magna cum pietatis fama. Supersunt ab hoc, inedita usque ad hoc tempus, Lusitanica lingua:

Da Monarquia de Roma em tres Estados, Reyno, Imperio, Republica.

Da Nobreza de Portugal.

Necnon & Latine:

Commentaria Philosophica juxta Scoti mentem. Ex relatione Lusitanica remissa Romam ad P. Franciscum Haroldum, *Annalium Franciscanorum* continuatorem.

F. FRANCISCUS DE MONTILLA, ordinis S. Francisci, reliquit MS. in India occidentali:

De la Propagacion de la Fe en las Filipinas: teste Fr. Antonio de Remesal in *Historia ordinis Prædicatorum de Chiapa & Guatemala.*

FRANCISCUS DE MONZON, Matritensis domo, literis atque integritate morum venerabilis, inter Lusitanos vixit academiæ Conimbricensis professor theologus, & Olisiponensis almæ sedis canonicus ut vocant Magistralis, necnon & Joanni III. & Sebastiano Portugalliæ Regibus a capellæ ministerio, atque item a sacris fuit concionibus. In lucem emisit dignum prorsus luce opus, sic inscriptum:

Espejo del Principe Christiano. Olisipone, primum anno 1544. folio, iterumque apud Antonium Gonzalez 1571. folio. Itemque:

Norte de Confesores: ad eumdem Joannem III. Regem. Olisipone apud Joannem Rodriguez 1546. 8.

Pollicitus fuit viri aulici manuductorem, sub hoc vulgari themate, *Del perfecto Cortesano*: quod tamen ut credere par est inter schedas adhuc latet opus.

Avisos espirituales. Simulque tractatum sic appellatum:

Norte de Idiotas ejusdem servare se affirmat Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano* die xx. Martii pag. 250.

Decessit xx. hac Martii die MDLXXV.

FRANCISCUS DE MORAES, Lusitanus, sive Brigantinus, sive Saurensis, hoc est ex oppido Soure (nam utrumque diversis locis Cardosus ait) sive Pacensis, quod asseveravit nobis Augustinianus quidam sodalis, rerum Portugalliæ valde gnarus, scripsit:

Prima e segunda Parte do Palmerim de Ingalaterra. Eidem attribuit laudatus Augustinianus:

El Amadis de Gaula: celeberrimum & princeps hujus generis opus.

D. FRANCISCUS DE MORALES, scripsit:

Hechos y dichos de Trajano. Vallisoleti 1654. 8.

D. FRANCISCUS MORATO ROMA, Lusitanus, ex oppido Castel de Vide, Jesu-Christi eques, ac medicus Regius, scripsisse dicitur:

De Re medica volumina duo: ac Olisipone edidisse. Fr. Emmanuel a Resurrectione. Sed Lindanus non meminit in *Bibliotheca Medica.*

FRANCISCUS MOREL, chirurgus, MS. reliquit opus, quod in bibliotheca fuit Gabrielis Soræ:

De Carbunculos y callos de la via de la orina.

F. FRANCISCUS MORENO, Franciscanus provinciæ Angelorum, scripsit:

De Conceptione Beatæ Virginis Mariæ volumina duo. Hispali apud Alphonsum Gamarram 1617.

D. FRANCISCUS MORENO PORCEL, Hispalensis, Antonii filius (qui in domo Hispalensi negotiationis seu navigationis Indicæ Regius fuit cosmographus, loco suo jam laudatus) ipse Latinitatis & mathematicarum artium peritus, scripsit eleganter:

Retrato de Manuel de Faria y Sousa Caballero del orden militar de Christo. Matriti 4.

D. FRANCISCUS MOROBELLI DE PUEBLA, Hispalensis, vir eruditus & ingeniosus, præcipue historicæ rei gnarus, dedit in publicum:

Apologia por la Ciudad de Sevilla cabeza de España, en que se muestra y defiende la lealtad constante, con que siempre a servido a sus Reyes; contra Juan Pablo Martyr autor de la Historia de Cuenca, que escrivió de Sevilla y Cordova, que se levantaron por Comunidad contra el Emperador Carlos Quinto. Hispali anno 1624. in 4. Item pro a nonnullis prætenso Hispaniarum patronatu sanctæ virginis Theresiæ, non sine aliquo Jacobi Apostoli, ad hoc tempus unici eorumdem regnorum patroni quod ad nos attinet, præjudicio, libellum edidit in gratiam feminæ principis, illo sub rerum statu maxime compendiosam, cui sic inscripsit:

D. Francisco Morovelli de Puebla defiende el Patronato de Santa Teresa de Jesus, y responde a D. Francisco de Quevedo Villegas, a D. Francisco de Melgar Canonigo Dotoral de Sevilla, y a otros que an escrito contra él. Malacæ 1628. 4.

Decessit Matriti ante annum MDCL. jam ætate decrepita.

D. FRANCISCUS MOSQUERA DE BARRIONUEVO, patria ex urbe Soria, quæ inclytæ Numantiæ veterum Hispanorum sub-

ſubrogata eſt, patriæ nobilitatis memor & famæ edidit verſibus & proſa oratione:

La Numantina : quindecim libris, quibus ſcholia adtexuit. Hiſpali apud Ludovicum de Eſtupiñan 1612. 4.

F. FRANCISCUS MUÑOZ, Auguſtinianus, ſcripſit, ineditam adhuc Antonio de Leone teſte in *Bibliotheca Indica*:

La Hiſtoria de la orden de S. Aguſtin de Nueva Eſpaña.

FRANCISCUS MUÑOZ DE ESCOBAR, juriſconſultus, auctorque cauſarum Pinciæ in curia, quod olim Caſtellus exili quodam tractatu initiaverat, rite recteque ſecundum juris regulas putandarum rationum materiam eo libro explicuit, quem hoc ineunte ſæculo ſic inſcriptum vulgavit:

De Ratiociniis Adminiſtratorum, & aliis variis computationibus. Metinæ Campi 1603. in folio. Francofurti apud Palthenium 1606. Taurini deinde 1627. in folio. Et Norimbergæ apud Germanos 1646. in 4. Et antea Urſellis 1606. in 4. Tandem Goudæ in Hollandia apud Guilielmum vander Hoeve 1662. in 8.

D. FRANCISCUS MURCIA DE LA LLANA, profeſſor Complutenſis philoſophiæ, atque in collegio Theologorum ſodalis, edidit, partim vernacule partim Latine, Curſum ut vocant Artium integrum, ſcilicet:

Selecta circa univerſam Ariſtotelis Dialecticam &c. Compluti 1606. in 4. Auguſtæ Vindelicorum 1622. 4.

Circa VIII. *libros Phyſicorum, una cum Tractatu de ſubſiſtentia & modis unionum* &c. Compluti 1606. 4.

Circa libros de Anima, una cum Diſputatione de Immortalitate animæ, appetitu in communi, & in particulari de dolore, potentia motiva, habitibus, & actibus vitalibus. Ibidem 1609. in 4.

Circa libros Ariſtotelis de Cœlo. Ibidem 1609. in 4.

Circa libros de Generatione, & Corruptione. Ibidem 1605. in 4.

Quæſtiones metaphyſicas ex variis locis operum P. Gabrielis Vazquez. Matriti 1615. 4. Hiſpaneque:

Traduccion de las Sumulas del Dotor Villalpando. Matriti 1615. in 8. apud Ludovicum Sanchez.

Compendio de los Meteoros. Matriti 1615. in 4.

De Rhetorica. Matriti 1619. in 8. apud Ludovicum Sanchez.

Conciones lugubres a la muerte de D. Chriſtoval de Oñate Teniente de Governador y Capitan General de las conquiſtas del Nuevo Mexico. Matriti 1622. in 4.

F. FRANCISCUS DE NATIVITATE, Luſitanus, ordinis S. Pauli ſcripſit:

Ceremonial da ſua Ordem. Oliſipone 1615.

D. FRANCISCUS (vulgo D. FRANCES) DE NAVARRA, Caroli Cæſaris atque Hiſpaniarum Regis ſcurra, ſive ridiculus, ſcripſit:

Hiſtoria del Emperador D. Carlos, y Epiſtolario a diverſas perſonas iluſtres. Scurrile opus, at eo tempore, quo illi aulici de quibus loquitur noti erant, proprietatis nomine ut veriſimile eſt non parum jucundum.

F. FRANCISCUS DE NAVARRETE, Dominicanus, edidit:

Memorial de la devocion del Angel Cuſtodio.

FRANCISCUS DE NAVARRETE ET RIBERA, notarius Apoſtolicus, ſcripſit:

Caſa de juego. Matriti 1644. in 8.

Flor de Santas. Ibidem 1640. in 8.

F. FRANCISCUS NAVARRO, ex oppido Alfaro Veteris Caſtellæ, Franciſcanus ſodalis, ſcripſit:

Manuale ad uſum chori juxta ritum Fratrum Minorum. Salmanticæ 1606. in 4.

F. FRANCISCUS DEL NIÑO JESUS, hoc eſt PUERI JESU, in Carmelitarum Reformatorum ſodalitio vixit laicus ut vocant, ſeu oblatus, ſumma cum innocentiæ atque pietatis exiſtimatione, quam eximie redolent *Epiſtolæ* quædam ad varios exaratæ, quæ in *Vitæ* illius *Hiſtoria* Joſephi de Santa Maria leguntur. Exuviæ hujus venerabilis viri ab anno MDCIV. quo nempe dono prophetiæ atque miraculis clarus obiit, honorifice adſervantur in Matritenſi domo.

FRANCISCUS NUÑEZ, doctor medicus Complutenſis, emiſit foras tractatum:

Del Parto humano. Cæſarauguſtæ apud Petrum Verges 1638. in 8.

F. FRANCISCUS NUÑEZ, Franciſcanus provinciæ S. Jacobi, eccleſiaſtes doctus atque eloquens, dedit foras:

Retrato del Pecador dormido : hoc eſt, ſimulacrum ſeu ſpeculum peccatorum dormientium, ſeu in peccatis ſordeſcentium. Salmanticæ 1575. apud Mathiam Gaſt in 8.

Tratado del Hijo prodigo. Salmanticæ typis Mathiæ Gaſt 1575. in 8.

Advertencias sobre los quatro Evangelios del Adviento. Salmanticæ apud Joannem Fernandez 1595. in 4.

Annotaciones a los Evangelios de la Quaresma, duobus tomis: quorum prior Salmanticæ 1595. posterior vero 1599. prodierunt ex officina Didaci de Cussio.

F. FRANCISCUS NUÑEZ DE AVENDAÑO, Augustinianus, artium magister, & Valentiæ in academia professor publicus, sacræ theologiæ doctor, & collegii S. Fulgentii rector, scripsit:

Compositionem totius artis Dialecticæ.

FRANCISCUS (alias LUDOVICUS) NUÑEZ DE AVILA, Lusitanus, scripsit:

Vida da Grande Serva de Deos Briolanza Vogada de nobre geraçaõ e d' humilde vida per cuya intercesaõ obrou a man divina evidentes maravilhas nesta vida, a qual faleceo em 11. *de Janeiro de* 1623.

Vida de Gregorio Lopez.

FRANCISCUS NUÑEZ DE CEPEDA, Toletanus, Societatis Jesu sacerdos, exemplar sequutus ideæ *Principis Christiani* D. Didaci Saavedra, & instruere volens prælatum ecclesiasticum vivis symbolis, edidit:

Idea del Buen Pastor copiado por los Santos Doctores representada en Emblemas sagrados: cum iconibus emblematum ære eleganter incisis. Lugduni apud Anisson 1682.

FRANCISCUS NUÑEZ NAVARRO, Astigitanus, in Ursaonensi gymnasio professor theologus, dedit in lucem:

Tratado del Precepto Evangelico de perdonar, y amar a los enemigos, segun el cap. v. de S. Matheo. Hispali ex officina Gabrielis Ramos 1588.

FRANCISCUS NUÑEZ DE ORIA, natus in oppido Casarrubios Toletanæ dioecesis, medicus doctor, & poeta Latinus non infimi subsellii, scripsit quidem in medicina, proprio Hispaniæ idiomate:

Regimiento, y avisos de sanidad. Matriti 1569. in 8. & 1572. in 8. Medinæque 1586. Latinis vero hexametris versibus:

Lyræ heroycæ libros XIV. sive de Bernardo Carpiensi Hispano heroe, ac Palatinis Caroli Gallorum Regis. Salmanticæ 1581. 4.

FRANCISCUS NUÑEZ DE VELASCO, in oppido Portillo dioecesis Pincianæ ortus, militiæ & pacis artes experimentaque velut in cinnum colligens scripsit:

Dialogos de convencion entre la milicia, y la ciencia. Vallisoleti 1614. 4. Cum hos elaborare se ajebat historiam chorographicam *de los Reynos de Napoles y Sicilia.*

D. FRANCISCUS DE OCAMPO, transtulit in vernaculum sermonem ex Latino Joannis Genesii a Sepulveda:

La Historia del Cardenal Albornoz. Bononiæ 1612. Sodalis fuit in Bononiensi S. Clementis collegio, judex inde in curia Vicariæ, & S. Claræ senator in Neapolitana urbe.

FRANCISCUS OCHOA DE SAMANIEGO, Victoriensis, scripsit:

Aritmetica guarisma. Lycii apud Petrum Michaeli & Nicolaum Franciscum Russo. 1644. in 4.

F. FRANCISCUS ORANTES, Latina formatione HORANTIUS, Cuellarensis, Pinciæ in Minorum religiosam sodalitatem receptus, deindeque ad collegium Complutense SS. Apostolorum Petri & Pauli studiorum causa translatus, in hac universitate gnaviter se literis doctrinæque omnigenæ imbuendum tradidit. Quare eum sequentibus annis præcipuum inter alios habuit Palentinus sui temporis episcopus (Christophorum Fernandez Valtodano anno MDLXI. ineunte postulatum intelligo) quem loco suo ad Tridentinam synodum, sive lectissimorum totius ecclesiæ theologorum coetum dimitteret, ad quam nempe habuit festo die Omnium Sanctorum sequentis anni elegantem concionem. Ad nos reversus, ea integritatis doctrinæque laude conspicuus vixit ut Joanni Austriaco, in Belgium venienti, adjunctus sit minister a sacramento poenitentiæ, copiarumque Belgicarum vicarius generalis. Quocum usque ad obitus diem illius vixit, cadaverque immature demortui Principis fortissimi in Hispaniam comitatus fuit. Sacris deinde Ovetensis ecclesiæ infulis accinctus XX. die Februarii MDLXXXI. tribus tantum annis supervixit suscepto muneri. Obiit quippe XII. Octobris MDLXXXIV. Quod sepulcro ejus in eadem ecclesia inscriptum legi affirmat Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro* hujus ecclesiæ; Franciscus tamen Gonzaga Pinciæ apud S. Franciscum terræ mandatum fuisse, nescio quam vere, scripsit. Edidit Horantius noster:

Locorum Catholicorum pro Romana Fide adversus Calvini Institutiones libros VII. ad Carolum Hispaniarum Principem. Venetiis 1564. Et Parisiis apud Jacobum Macoeum 1566. Cujus operis nomine Guilielmus Eisengreinius *virum* appellavit Horantium *profanarum atque sacrarum literarum peritissimum, atque in refellendis hæreticis exercitatissimum.*

Con-

Concionem jam laudatam *ad Patres Tridentini confeſſus habitam 1. Novemb. MDLXII.*

Epiſtolam, *ſeu Tractatum de quibuſdam Quæſtionibus inter Philippum Marnixium Sanctæ Aldegondæ Abbatem*, *& Michaelem Bajum Academiæ Lovanienſis Cancellarium circa Eccleſiæ auctoritatem*, *& Judicem controverſiarum Fidei.* Hanc nuper edidit, ſeu forſan recudit, in *Reſolutionibus* ſuis *Ortodoxo-moralibus* Thomas Hurtado, Clericus Regularis Minor, cum honorificentiſſimo auctoris elogio.

De Juſtificatione opus laudat Franciſcus Gonzaga; niſi fuerit *Locorum Catholicorum* portio. *Commentarii* quoque *in librum Job* doctiſſimi ab eodem ſcripti Antonius Daza meminit lib. I. cap. XII. *Hiſtoriæ ordinis Minorum.*

D. FRANCISCUS OREJON, ſcripſit:

Politica militar para Sargento mayor de Tercio. Matriti 1669.

FRANCISCUS DE ORLEANS, ſi noſter non eſt, certe Hiſpanis ſcripſit:

Invencion de cuentas. Cæſarauguſtæ 1590. 16.

FRANCISCUS DE OROPESA, doctor medicus Hiſpalenſis urbis, ſcripſit:

Tres Propoſiciones hechas a la Ciudad de Sevilla acerca de la Peſte. Anno 1599.

F. FRANCISCUS ORTIZ, qui Pincia oriundus dicitur, Seraphici ordinis Obſervantiæ Regularis provinciæ Caſtellæ, ſenior duobus aliis ejuſdem cum nominis tum familiæ, imbutus literis apud Complutenſes, ibidemque religioſo inſtituto addictus, præſtantiſſimus aliquando devenit, non vulgaris doctrinæ ac prudentiæ pietatiſque nomine, ſacri Evangelii præco. Poſtquam vero in luce hominum plures annos vixit, ut Deo quod reliquum vitæ erat ſibique vacaret in Turrislacunæ monaſterium ſeceſſit, ibique alterum atque alterum elaboravit opus, edendum poſt mortem cura fratris germani, nempe:

De Ornatu Animæ librum ſingularem. Compluti apud Joannem Brocar 1548. 4.

Quadrageſimale, *ſive Expoſitionem Pſalmi L.* multum laudatam. Itidem iis typis 1549. in 4. Sed & tertium vidimus abſque loco editionis, forſan a vivo auctore editum, ac Didaco Dezæ Hiſpalenſi archiepiſcopo dicatum, cum hoc titulo:

Informacion de la vida Chriſtiana, *en la qual ſe contienen tres Tratados*, *Erudimiento de la vida Chriſtiana*: *Penitencia que es virtud*: *Penitencia que es Sacramento.* In 4. Lucas tamen Waddingus hæc etiam tribuit ei quæ ſequuntur:

Soliloquium inter Animam & Deum. Compluti 1551.

Expoſitionem in Orationem Dominicam a S. Franciſco notis illuſtratam, *& in alia ſancti viri opuſcula.* Ibidem 1551. Quæ quidem ex editionis tempore comprobantur Franciſci hujus antiquioris eſſe.

In editione *Quadrageſimalis* publicavit Brocarius typographus catalogum plurium aliorum operum ejuſdem, in ſchedis relictorum, nec minus ſedecim voluminibus ut Waddingus quoque adnotat comprehenſorum. Qui tamen Waddingus perperam confundit noſtrum cum cognomine alio, ſed recentiore, Franciſco Ortiz Lucio, de quo paulo poſt ſermo erit. Noſtri quoque ſunt:

Epiſtolas familiares. Simulque *unas Oraciones en Romance*, *y un ſermon en Latin.* Compluti apud eumdem Brocarium 1552. Cæſarauguſtæ 1592. 4.

Deceſſit ante annum MDXLVII.

F. FRANCISCUS ORTIZ ARIAS, ordinis S. Franciſci provinciæ Caſtellæ, doctor theologus, ſcripſit, Annæque Auſtriacæ Hiſpaniarum Reginæ ſereniſſimæ inſcripſit:

Los Myſterios de la ſacroſanta Paſion de Chriſto Nueſtro Señor: tribus partibus. Compluti apud Ferdinandum Ramirez anno 1578. in 8. Ediditque quoque:

Del Remedio contra el Pecado. Matriti 1603.

F. FRANCISCUS ORTIZ LUCIO, Franciſcanus, quem Toleti ortum Hieronymus Romanus de la Higuera, Jeſuita Toletanus, Guadalaxaræ autem Thomas Tamajus mihi auctores ſunt. Caſtellanam hic ordinis ſui provinciam diu nobilitavit beneficio longiſſimæ ætatis, tum pro concione de rebus ſacris & componendis rite moribus docens, tum ſcriptis lucubrationibus, quæ voce inſinuabat præſentibus, ad abſentes ſimul & poſteros fructuoſe tranſmittens. Quorum hæc ſeries eſt:

Jardin de Amores ſantos, *y lugares comunes.* Compluti primum 1589. in folio. Deinde ab auctore ipſo locupletatus 1592. in folio. Viginti nempe tractatus ſunt. I. *Del Amor de las mugeres.* II. *De la Oracion.* III. *De Ocioſidad*, *y malas compañias.* IV. *De Amor de padres a hijos.* V. *Del Amor de los caſados.* VI. *Del Amor de Dios.* VII. *Del Amor de los enemigos.* VIII. *De Paciencia.* IX. *De las Lagrimas.* X. *Del Pecado.* XI. *Del Bautiſmo.* XII. *De la Penitencia.* XIII. *De la Conciencia.* XIV. *De la Dignidad Sacer-*

cer-

cerdotal. xv. *Del Sacramento del Altar.* xvi. *De la Consideracion de la muerte.* xvii. *Del Juicio final.* xviii. *Del Infierno.* xix. *De la Gloria.* xx......... Prodiit item 1601. 4.

Jardin de divinas flores del Sacerdote Christiano, de su dignidad, y obligaciones. Matriti apud Michaelem Serrano anno 1601. in 12.

De los quatro novisimos, y remate de la vida humana. Ibidem apud Ludovicum Sanchez 1608. in 8. & 1610. 8. Et prius apud Michaelem Serrano 1602.

Compendio de Sumas, sive *Suma de Sumas, y avisos para todos Estados.* Cui accesserunt: *Sermones del Miserere, y penitencia.* Compluti 1595. in 4. Majoricæ 1599.

Mystica Theulugia, y Tratado de Sacramentos, y remedios contra el pecado, y consuelo del pecador. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1608. in 16.

Republica Christiana. Ibidem apud Laurentium de Ayala 1604.

Tratado del Principe, y Juez Christiano; Espejo de Juezes. Ibidem 1606.

Compendio de declaraciones sobre la Regla de San Francisco. Ibidem apud Franciscum Sanchez 1585. 8.

Consideraciones de Lucio. Editæ sunt Salmanticæ 1597. 4.

Flos Sanctorum: vida de Christo, de Nuestra Señora, y de todos los Santos: ad D. Petrum Portocarrero, Conchensem antistitem, supremum rerum Fidei censorem. Anno 1597. Et iterum Matriti apud Michaelem Serrano de Vargas 1605. folio.

Plane hic diversus homo est a Francisco Ortiz jam laudato, ejusdem instituti, sed antiquiore, cujus sunt *De ornatu Animæ. Expositionis in Psalmum* L. *Soliloquii*, & *Epistolarum*, aliorumque operum illa volumina, quorum meminit Lucas Waddingus, perperam hunc cum Francisco Ortiz Lucio confundens nostro; cui quidem nos, quæ ejus sunt, dedimus, Francisco Ortizio seniori laudem suam laboresque restituentes. Matriti denatus est centenario ut dicitur major, superiore anno MDCLI. marchione Vallisparadisi, qui viventem aliquot annis exhibuerat, demortui funus pie procurante.

FRANCISCUS ORTIZ DE SALZEDO, Matritensis, notarius Apostolicus, scripsit:

Curia Eclesiastica para Secretarios de Prelados, Notarios Apostolicos &c. Matriti 1610. in 4. Et 1615. apud Ludovicum Sanchez in 4.

F. FRANCISCUS DE OSUNA, Bæticus, Ursaone, si cognomentum sibi inde hausit, natus, in familia fratrum Minorum doctrina & pietate paucis comparandus superiore vixit sæculo. Facundiam quippe, qua magna vigebat, sic immensa instruxit librorum omnium, præcipueque sacrorum & Ecclesiasticorum, quod virum religioni mancipatum, adeoque ecclesiastem, summe decet, lectione ut inter principes hujus sacræ artis ministros locum paucis cederet. Quo tamen proficere magis in publicum visus est, studium fuit lucubrationes doctissimas & piissimas in vulgus proferendi, & posterorum memoriæ fructuique consecrandi; quarum alicui sanctissima & seraphica illa virgo Dei Theresia, propter viri famam, laudis commendationem in scriptis suis consignatam reliquit. Post alia domestica munera Indicæ Franciscanorum familiæ præfuit (Comisario General de Indias nos dicimus) quod ultramontanæ istius partis munus est amplissimum. Opera hujus, tam Latina quam vulgaria, subjecimus:

Sermones de Beata Virgine super illa verba, Beatus venter, qui te portavit &c. Tolosæ apud Jacobum Collomiers 1533.

Sanctuarium Biblicum cum sermonibus VIII. *Deiparæ Virginis sub hoc themate, Ipsa conteret caput tuum: pro Sabbatis Quadragesimæ & Resurrectionis sequentis.* Ibidem eodem anno in 4.

Commentarius super Evangelium, Missus est &c. Antuerpiæ 1535.

Expositionis super Missus est alter liber: ubi agitur *de Hominis reformatione in Paradiso delitiarum deformati, ac per Incarnationem Filii Dei in Paradiso virginea reparati.* Ibidem eodem anno. Librum hunc Antuerpiæ manens auctor prelo subjecit.

In Psalmum L. *Miserere mei Deus* &c. Waddingo referente.

Trilogium Evangelicum, sive de Christi Passione, Resurrectione & Ascensione. Antuerpiæ apud Gasparem Cocum anno 1536. Parisiisque sequenti.

Postumum prodiit *Concionum* systema, scilicet:

Pars Meridionalis in accommodas hisce temporibus allegorias, hermeniasque mirabiles Evangeliorum Dominicalium totius anni. Nuncupavit hanc ex cœnobio Parisiensis urbis, in quo degebat anno MDXXXIII. illust. D. Alphonso Manrique, Hispalensi archiepiscopo. Cæsaraugustæ 1546. Medinæque anno 1554. Romæque apud Dominicum Bassam anno 1590. in 8.

Pars Occidentalis in accommodas hisce temporibus Evangeliorum Quadragesimalium expositiones a Dominica Septuagesimæ usque ad Feriam secundam Resurrectionis. Simul editi sunt

funt *feptem* illi *Sermones fuper Beatus venter*, *& Paffio compaffionis Chrifti.* Parifiis anno 1546. in officina Petri Gealtherot 8. Cæfarauguftæ eodem anno. Lugduni 1560. Venetiis 1572. apud Jacobum Simbenum. Medinæque anno 1554.

Cogitabat opus abfolvere *Orientalis* & *Septentrionalis* partium adjunctione : *ficut enim Sol* (verba auctoris funt in *Meridionalis* prooemio) *omnem peragrat mundum oriens & occidens*, *& dum girat per meridiem radios fuos mittit ad feptentriones ; fic Dominus meus Jefus oritur in fuo Natali*, *quod in fine Adventus Domini celebramus*, *cognofcit occafum fuum tempore Quadragefimæ*, *in cujus fine Paffio Chrifti agitur ; luftravit per meridiem dum vixit*, *ac perinde in feptentriones*, *id eft Sanctos*, *immifit fuorum exemplorum radios.* Cogitabat, inquam, *Orientalem* partem Adventui Dominico, *Septentrionalem* Sanctorum feftis dedicare, quas tamen nufquam edidit.

Tractatus de Euchariftia. Waddingo auctore. Prodiit hic in lucem vulgari Italiæ fermone cum hoc titulo : *Il convito delle gratie del Santifimo Sacramento dell' Altare*, interprete Julio Zanchini. Venetiis apud Joannem Baptiftam Ciotti 1599. 12.

De Myftica Theologia, five Hifpana, five Latina lingua, fcripfit, fuppreffoque nomine in lucem edidit, quod ipfe refert in laudata *Meridionalis* partis præfatione.

Vernaculi autem fermonis certa monumenta hæc funt, quæ operæ pretium effet prelo denuo fubjici:

Abecedario Efpiritual de las circunftancias de la Pafion de Chrifto Nueftro Señor, y otros myfterios, quinque voluminibus: quorum I. prodiit Hifpali ex officina Joannis Cromberger anno 1528. in 4. & hoc quidem in Italicum vertit Francifcus Moneta, ediditque Venetiis 1583. apud Toletum. Secunda pars Hifpali anno 1530. typis Joannis Varelæ cum hac notatione : *Segunda Parte del Abecedario efpiritual*, *donde fe tratan diverfos exercicios en cada letra el fuyo.* Aliæ alibi excufæ funt. Saltem quintum volumen five pars, *Confuelo de pobres*, *y avifo de ricos* nuncupata, poft auctoris obitum prodiit in publicum, Antonio Guevaræ Mindonienfi epifcopo nuncupata, Burgis 1541. *Abecedarium* hoc, five ejus tertiam partem, commendat ut credimus pietatis amatoribus fapientiffima virgo Therefia de Jefu in libro *De vita fua* cap. IV.

Norte de los Eftados, *en que fe da regla de vivir a los mancebos y cafados*, *y viudos*, *y a todos los continentes*, *y fe tratan muy por eftenfo los remedios del defaftrado cafamiento*, *enfeñando que tal a de fer la vida del Chriftiano cafado.* Burgis apud Joannem Junti 1541. & 1550.

De las cinco llagas de Nueftro Señor Jefu-Chrifto : quod opus fcio vertiffe ex Hifpana in Italicam linguam Sebaftianum Ugolinum, abbatem Siculum, Regiæ majeftati a facris, Romæque edidiffe apud Guilielmum Faciottum 1616. in 4.

Obiiffe creditur circa annum MDXL.

F. FRANCISCUS DE OVANDO MOGOLLON DE PAREDES, ex urbe Caceres Extremaduræ oriundus, facræ Minorum familiæ fe quindecim annis natum Salmanticæ dedit, in quo gymnafio Leonem Caftrium Latinæ & Græcæ linguæ, Antonium Cordubenfem, itidem Francifcanum, theologiæ præceptores fortitus eft. Provinciæ Sancti Michaelis præerat cum publicavit:

Breviloquium Scholafticæ Theologiæ in IV. libros Magiftri fententiarum : duobus tomis. Salmanticæ 1584. 4.

Expofitionem ab eo factam *Regulæ Sancti Francifci* laudat Ludovicus Mirandenfis, ejufdem argumenti enarrator.

FRANCISCUS DE OVIEDO, Matritenfis, Jefuita, in Complutenfi collegio, in quo & deceffit, primarius fuit facræ fcientiæ profeffor, Apoftolicifque Fidei judicibus a cenfione theologica. Dedit foras:

Integrum Curfum Philofophicum. Lugduni, duobus tomis, apud Proft 1640. in folio.

Tractatus fcholafticos & morales refpondentes Primæ Secundæ Sancti Thomæ : duabus partibus. Lugduni apud Petrum Proft & focios 1646. in folio.

Tractatus De Fide, *Spe*, *& Charitate ad Secundam Secundæ S. Thomæ.*

FRANCISCUS PACHECO, Hifpalenfis, patriæ ecclefiæ canonicus, vir præftanti eruditione, poetaque Latinorum potioribus connumerandus, magno inter cives fuos pretio habitus fæculo fuperiori, quod eum tulit, & fuftulit integerrimis moribus ornatum, vereque pium.

Catalogum formavit *Archiepifcoporum Hifpalenfium* cum *elegantiffimis elogiis* carmine fcriptis : quæ in veftibulo aulæ capitularis ecclefiæ ejufdem publicata funt.

Adminiftravit Hifpali nofocomium, quod Cardinalis vocant, ab erectore D. Joanne de Cervantes S. R. E. cardinali, quo munere fungebatur cum Alphonfus Morgadus urbis *Hifpalenfis* confcribebat *Hiftoriam*, in cujus lib. IV. mentioneque hujus piæ domus, Francifci Pacieci meminit. Capellæ Regiæ in eadem ecclefia Hifpalenfi archicapellanum fuiffe alii ajunt.

FRAN-

FRANCISCUS PACHECO, Hispalensis, alterius jam laudati Francisci Pacieci ut suspicor ex fratre nepos, pictoriam artem non tantum excoluit, industriæque suæ plura Hispali atque alibi monumenta reliquit, sed & calamo illustrare ipsam conatus est scribens:

Arte de la Pintura, su antiguedad y grandezas. Hispali apud Simonem Fajardum 1649. in 4.

Depinxit quoque *Imagines virorum illustrium*, quos beneficio longæ ætatis plurimos novit, adjunxitque *elogia*, unoque volumine compactas comiti duci Olivarum nuncupavit, in cujus bibliotheca, aut bibliothecæ reliquiis, ubi ubi sunt, latet. Generum Paciecus habuit Didacum Velazquez, Regium pictorem, ante aliquot annos denatum, in effigiebus hominum ad vivum ducendis ævo hoc nostro clarissimum.

D. FRANCISCUS DE PADILLA, Antiquariensis, doctor theologus, & in lyceo Hispalensi hujus scientiæ primarius professor, cappellanus fuit Toleti Regius capellæ illius, quam Regum Novorum appellant, Philippi II. Regis Catholici beneficio, deindeque in Malacitana ecclesia canonicus, ac thesauri sive sacrorum vasorum præpositus. Is cum indignaretur deesse nobis Ecclesiasticam rerum nostrarum Historiam, quæ quidem huic argumento præcipue insisteret, profanis insuper habitis, aut non nisi ex transitu, quatenus intelligendis sacris opus sit, pertractatis tentavit rem, & ex bona parte compos fuit voti factus, scribens:

Historia Eclesiastica de España: duobus tomis. Malacæ 1605. apud Claudium Bolan in folio. Absolvit utique centurias annorum septem; reliquæ desiderantur. Hujus quoque sunt:

Conciliorum omnium Chronologia: Latine scripta. Uti et:

Tabulæ Septem Ecclesiæ Sacramentorum. Matriti 1587. Hispane vero hæc:

Oratorio real, en que se contienen muchas oraciones &c. Matriti apud Petrum Madrigal 1592. in 8.

Instruccion de Curas. Malacæ 1603.

Historia de la Santa Casa de Nuestra Señora de Loreto. Matriti 1588. in 8.

Obiit XV. Maii MDCVII.

D. FRANCISCUS DE PALACIOS, Burgensis ecclesiæ canonicus, deinde Hispalensis portionarius, abbas demum Aquilaris, sub nomine ut credimus Andreæ Garsiæ de Molina scripsit:

Contra la suposicion del Chronico de Hauberto Hispalense, sive *Discurso Historico Juridico contra el intitulado Hauberto Hispalense* &c. Matriti 1669. in 4.

FRANCISCUS PALOMINO, qui se bachalaurum vocat pro more suæ ætatis, sacerdos ordinis S. Jacobi cœnobii de Ucles, vertit ex Latino in Hispanum:

Batalla o Pelea del Anima de Aurelio Prudencio: hæc est *Psycomagia.* Editam hanc interpretationem anno 1529. vidimus penes D. Joannem Lucam Cortesium, amicum nostrum.

FRANCISCUS PARDO, capellanus, ut vocatur chori Tlascalensis, sive Angelopolitanæ urbis Novæ Hispaniæ matricis ecclesiæ, scripsit:

Vida y virtudes heroycas de la Madre Maria de Jesus, Religiosa profesa en el Convento de la Concepcion de la Ciudad de los Angeles. Mexici apud viduam Bernardi Calderon 1676. in 4.

F. FRANCISCUS DE PAREJA, Auñonensis (Toletanæ diœcesis Auñon oppidum est) Franciscanus, provinciæ Floridæ, seu Sanctæ Helenæ in America præfectus, edidit:

Catecismo, y examen para los que comulgan, en lengua Castellana, y Timuquana. Mexici 1614. 8. & 1627.

Confesionario. Mexici 1612. in 8. nisi idem opus sit.

Grammatica de la lengua Timuquana. Mexici 1614.

F. FRANCISCUS DE PAZ, ordinis Redemptorum sub Beatæ Virginis de Mercede titulo, celebratur a domesticis auctor:

Commentariorum in libros Regum. Alteriusque operis:

De Potestate regia. Sed cuinam sæculo hunc adscribant ipsi quoque ambigunt, nempe Alphonsus de Roxas in *Catalogo Virorum Illustrium* hujus ordinis, & Petrus a Santo Cecilio in libello adhuc inedito de ejusdem familiæ *Scriptoribus.*

F. FRANCISCUS DE PAZ, Salmantinus, Carmelita, scripsisse dicitur:

Asserta selectissimæ Theologiæ, Gaspari cardinali Borgiæ nuncupata.

Chronicon item *ordinis sui* ad limam reduxisse dicitur, quod obeunte diem suum nostro promulgari desiit. Salmanticæ id contigisse anno MDCXIV. notatum invenio.

FRANCISCUS DE LA PEÑA, Frexenalensis (Frexenal oppidum Extremaduræ intellige) sacerdos, nuncupavit Joanni Ribe-

beræ, Pacenſi epiſcopo, electo jam Valentino antiſtiti:

Inſtruccion Catolica para bien morir. Salmanticæ apud Joannem Perier 1574. in 8.

FRANCISCUS PEÑA, domo Aragonius, ex oppido Villaroya de los Pinares Cæſarauguſtani ſacri territorii, juriſconſultus ac theologus evaſit clariſſimus e Valentina ſchola, cujus ſacræ ſcientiæ profeſſorem eximium Joannem Blaſium Navarrum adeptus fuit ibi præceptorem. Romæ theatrum habuit ſuæ virtutis, namque a Philippo II. Rege Catholico judex cauſarum pontificiarum, qui & Rotæ Auditor audit, deſignatus munere iſto cum integerrime, tum magna doctrinæ atque eruditionis celebritate functus eſt; quem laudis atque erga Romanam eccleſiam officiorum curſum ne rumperet, canonicum in Cæſarauguſtana eccleſia ſacerdotium prius, deinde & Albarrazinenſis ſedis infulas repudiavit, ditatus ob hanc temperantiam a Rege ſuo penſionibus opimis, majorique apud eum in dies gratia atque exiſtimatione. Porro hic maximi momenti rebus a Pontifice expediendis vicaria præfuit opera. In his Sanctorum Didaci Complutenſis, Hyacinthi, Raymundi, Caroli Borromæi, & Franciſcæ Romanæ canonicam apotheoſim judex promovit Apoſtolicus. Interim quaſi a manu & ſtudiis fuit Hiſpaniarum legatis ſui temporis æqualibus, cujus rei quamplura ſuper magni momenti rebus vota in ſchedis archivii noſtri Romani extantia fidem faciunt. Tandem dierum plenus, quippe annis duobus ſeptuagenario major, hujuſque ſæculi XII. ingenti urbis mœrore extinguitur, ſolatium relinquens non mediocre in operibus editis, quorum hic elenchus:

In Directorium Inquiſitorum a Nicolao Eimerico conſcriptum, commentaria: quæ permittente Gregorio XIII. P. M. una cum *Directorio* ipſo Romæ prodierunt anno 1578. ex ædibus Populi Romani. Deinde 1585. & 1587. apud Georgium Ferrarium. Venetiiſque auctum & multis bullis Apoſtolicis locupletatum opus totum apud Marcum Antonium Zalterium 1607. folio. Flores ex his Commentariis collegit Aloyſius Bariola, ediditque Mediolani 1610. in 8.

Vitam S. Raymundi de Pennaforte, a vetuſto anonymo ſcriptore breviter collectam, *notis* illuſtravit, & duobus libellis auxit; quorum prior de quibuſdam S. Raymundi poſt mortem miraculis, alter de geſtis Canonizationis. Romæ 1601. Hoc opus Hiſpane converſum editum fuit Cordubæ in 8.

De Vita, miraculis, & actis Canonizationis S. Didaci lib. tres: ad Philippum II. Hiſpaniarum Regem. Romæ 1589. in 4.

Inſtructio ſeu Praxis Inquiſitorum. Hanc edidit una cum opere ſuo *De Officio S. Inquiſitionis* Cæſar Carena Cremonæ anno 1655. in folio. Olim edita eſt in 4.

De forma procedendi contra Inquiſitos de Hæreſi: extat inter *Tractatus Doctorum* tomo IX. parte II.

In Ambroſii de Vignate Tractatum de Hæreſi Commentaria. Et:

In Pauli Grillandi de Hæreticis, & eorum pœnis notæ. Romæ anno 1581. in 4. apud Georgium Ferrarium.

In Bernardi Comenſis Dominicani Lucernam Inquiſitorum notæ. Simul ad ejuſdem *Tractatum de Strigibus.* Romæ anno 1584. in 4. Adjunxit his *Tractatus duos Joannis Gerſonis*: alterum *de proteſtatione circa materiam fidei contra hæreſes diverſas*: alterum *de ſignis pertinaciæ.*

Reſponſio Canonica ad ſcriptum nuper editum in cauſa Henrici Borbonii, quo illius fautores perſuadere nituntur Epiſcopos in Francia jure illos abſolvere potuiſſe ab excommunicatione in caſu Sedi Apoſtolicæ reſervato. Romæ 1595.

Cenſura in Arreſtum Parlamentale Curiæ Criminalis Pariſienſis pronuntiatum XXIX. Novembris anno MDXCIV. contra Joannem Caſtellum & reverendos Patres Societatis Jeſu. Romæ apud Nicolaum Mutium anno 1595. in 4.

De Temporali regno Chriſti. Romæ apud Stephanum Paulinum 1611. 4.

De Hæreticis, & tempore gratiæ, quod ab hæreſi ad Catholicam fidem redeuntibus interdum concedi ſolet: MS. eſt in bibliotheca eminentiſſimi cardinalis Barberini, cod. CLXXIII. Incipit prooemium: *In vetuſtis libris MSS.*

Commentarius de S. Agnetis, & Sanctæ Conſtantiæ inventione: MS. in eadem bibliotheca. Sive *Baſilica S. Agnetis ſæpe inſtaurata, ſeu renovata*: ad cardinalem Alexandrum de Medicis, cod. MCCXXXIV.

Vitam S. Caroli Borromæi ſcripſiſſe etiam dicitur, quam non vidimus. Hanc tamen vertit in Hiſpanicum D. Ferdinandus Arias de Saavedra, Hiſpalenſis, ediditque Hiſpali anno 1609. 8. Hujus quoque nomen præ ſe fert liber Italicus ita inſcriptus:

Relatione ſummaria della vita, ſantita, miracoli & atti, & Canonizatione di Santa Franceſca Romana. Romæ apud Bartholomæum Gianetti 1608. in 8.

Deciſiones ſacræ Rotæ, ab eo formatas noſtro ævo collegit, ediditque D. Didacus Antonius Frances de Urritigoiti, archipresbyter Darocenſis in eccleſia Cæſarauguſtana, nunc jam Balbaſtrenſis epiſcopus, duobus tomis. Priorem edidit Petrus Proſt & ſocii 1648.

1648. in folio, posteriorem Philippus Borde & socii 1650. Antonius Augustinus dialogo xx. libri prioris *De emendatione Gratiani* catalogum appendit eorum, qui sub Piis IV. & V. emendationi Gratiani præfecti fuere, quorum postremus noster legitur ita notatus: *Franciscus Peña, Hispanus, cujus sunt Additiones Decretalium, sine nomine, quia templum Dianæ incendisse visus est.* Ad quæ verba in notis Stephanus Baluzius in editione sua Parisiensi anni 1672. hujus Augustiniani pulcherrimi operis hæc habet: *Diu molestum me habuere quæ hic dicuntur de Francisco Pegna. Videbam virum fuisse doctissimum, & laudatum non solum ab hominibus qui eodem cum ipso tempore vixerunt, sed etiam ab illis qui sequuti postea sunt; & tamen Antonius Augustinus subindicare videtur aliquid adversum famæ viri, dum ait eum templum Dianæ incendisse visum esse cum Additiones Decretalium componeret, ac si Franciscus alioqui ignotus famam sibi comparare voluerit hoc labore non secus ac Erostratus incendendo templum Dianæ Ephesiæ. Per Additiones autem istas intelliguntur notæ marginales Decretalium in editione Gregorii XIII. quas nullus ferme scit esse Francisci Pegnæ, atque adeo sunt sine nomine.* Hæc ille.

FRANCISCUS DE PERALTA, Jesuitarum sodalis, Hispalensisque Anglorum collegii moderator, edidit:

Relacion, en que se da quenta del estado que oi tienen las cosas de la Religion Catolica en Ingalaterra; y la persecucion que padecen los Catolicos, y del Martyrio que padecieron dos Sacerdotes, y un lego. Hispali 1616. Hanc intexuit libro suo *de Anglicana persequutione* Didacus Yepes, lib. VI. cap. IX. §. X.

Carta del Padre Rodrigo de Cabredo Provincial de Nueva España, en que se da quenta de la dichosa muerte que tuvo en Londres la Señora Doña Luisa de Caravajal. Anno 1614. in 4. Hispali.

FRANCISCUS PERANDREU, Valentinus; Societatis Jesu sacerdos, scripsit:

De la Pasion de Christo Nuestro Señor. Valentiæ apud Hieronymum de Villagrassa 1668. in 4.

Decessit febre maligna correptus Alone, quæ Alicante vulgo audit, dum pestis ibi grassaretur, medicandis ægrorum animabus sponte addictus, Septembris mense MDCLXXI.

F. FRANCISCUS DE PEREDA, Matritensis, ordinis Prædicatorum, scripsit:

La Patrona de Madrid Nuestra Señora de Atocha: sive de Historia hujus sacræ Imaginis. Pinciæ 1604.

F. FRANCISCUS PEREIRA, Lusitanus, ordinis Eremitarum, olim Paulo V. P. M. a concionibus, provinciæque suæ præfectus, Mirandensis deinde episcopus. Obiit jam translatus in Lamecensem ecclesiam anno MDCXXI. Scripserat, sive Latine sive vernacule:

De lo que hicieron los Padres Augustinos en las provincias del Oriente. Videsis *Alphabetum Augustinianum* Thomæ de Herrera.

FRANCISCUS PEREZ, Toletanus, Latinæ linguæ professor Salmantinus, edidit:

De Latinitatis rudimentis. Salmanticæ apud Mathiam Mares 1566. 8. Toletanum diximus eum, qui in Toletana diœcesi refertur natus.

FRANCISCUS PEREZ CARRILLO, Regi Philippo III. a sacris, Regiæque ejus cappellæ advocatus fiscalis, scripsit:

Via Sacra, exercicios espirituales, y arte de bien morir. Cæsaraugustæ apud Petrum Cabarte 1619. 8.

FRANCISCUS PEREZ CASCALES DE GUADALAXARA, medicus doctor, inter Seguntinos professores primarius, scripsit librum:

De Affectionibus Puerorum. Unaque:

De morbo illo, vulgo Garrotillo appellato, cum duabus quæstionibus, altera de gerentibus utero rem appetentibus denegatam; altera vero de fascinatione. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1611. in 4.

De morbis puerorum. Matriti anno 1600. in 4.

FRANCISCUS PEREZ DE CASTILLA, Societatis Jesu, quamvis ab scriptore *Bibliothecæ* hujus familiæ illaudatus, scripsit:

Vida del P. Martin Gutierrez: cujus viri sanctitatem commendans Joannes Eusebius Nierembergius in *Viris* suis *illustribus*, hujus historiæ meminit. Moniti sumus a *Bibliotheca Societatis* ultimo auctore nullum reperiri in hujus sacræ familiæ sodalibus Franciscum Perez de Castilla, quem credit idem Giennensem typographum fuisse, apud quem edita fuit Vita P. Martini Gutierrez.

FRANCISCUS PEREZ DE SANCTA MARIA, publici juris fecit œconomicum opus ita inscriptum:

Guias discretas, y instrucciones Christianas para que los Maestros de Escuela, Ayos, Padres

dres de familia instruyan a los que tienen a su cargo. Institucion de una nueva escuela. Valladoliti apud Franciscum Fernandez 1622. 4.

FRANCISCUS PEREZ DE NAVARRETE, ex centurione prætor urbis Sancti Jacobi de Guaiaquil & Portus Veteris in Peruano regno, typis mandavit:

Arte de enfrenar. Matriti 1626. 4.

FRANCISCUS PEREZ DE NAXERA, Bletissanus, Jesuita, de quo multa scribit *Societatis Bibliothecæ* auctor, scripsit:

Ortografia Castellana. Pinciæ apud Ludovicum Sanchez 1604. in 8.

Desengaños del Alma, y memoriales divinos para todos estados. Ibidem apud Franciscum Fernandez de Cordoba 1619. in 8.

Obiit quatuor & centum annis natus Pinciæ anno MDCXXIII.

F. FRANCISCUS PICHON ET MERINERO, Franciscanus, lector ut vocant jubilatus, Toletique synodalis examinator, ac supremo concilio S. Inquisitionis a censura theologica, scripsit:

De Deo Incarnato. Toleti 1659. 4.

De Matrimonio. Ibidem apud Franciscum Calvo 1664. in folio.

FRANCISCUS DE LA PIEDAD, seu anonymus hac suppostitia usus appellatione, scripsit:

Theatro Jesuitico Apologetico: Discurso &c. de quo agimus in Matthæo de Moya.

F. FRANCISCUS DA PIEDADE MACIEL, Olisiponensis, ordinem fratrum Prædicatorum in cœnobio Goæ, urbis Indiæ Lusitanæ principis, fuit professus, scripsitque, seu potius cœpit scribere:

Expositiones selectas Sanctorum Patrum, Doctorumque Classicorum in totum Historiale utriusque paginæ textum collectas, & conceptibus prædicabilibus applicatas. Et primus quidem tomus constare debuit tribus partibus, *De opere sex dierum*: quarum prima prodiit Neapoli 1634. in folio: *Immensum opus*, ait ille, *si adimplendum sit, & vix intra ætatem avi mei materni Petri Corsi, Corsicæ nati, qui CXV. annis vixerat, absolvendum.*

D. FRANCISCUS PINEL ET MONROY, Abulensis, D. N. de Guzman, comitis de Niebla, excellentissimi Dom. D.......... de Guzman Medinæsidoniæ ducis primogeniti, institutor & morum formator, vir doctus ac disertus, historiarum & antiquitatis gnarus, ac felicis venæ poeta, scripsit:

Retrato del Buen vasallo copiado de la vida, y hechos de D. Andres de Cabrera primero Marques de Moya. Madriti 1677. apud Josephum Fernandez de Buendia in folio. Vidimus quoque inter alia poetica:

Epitalamio escrito en las bodas de los Excelentissimos Señores D. Juan Manuel Fernandez Pacheco, y Doña Josefa de Benavides Silva y Manrique Marqueses de Villena: par quibusque hujusmodi poematis poematium.

FRANCISCUS PINHEIRO, Lusitanus, in oppido Govea diœcesis Conimbricensis natus, Jesuitarum sodalis, ac doctor theologus in academia Eborensis urbis, primarius cum fuisset sacræ scientiæ professor edidit:

De Censu & Emphyteusi tractatum. Conimbricæ typis Emmanuelis Diaz 1655. fol.

De Testamentis alium reliquit prelo jam maturum, cum decessit Conimbricæ, rector hujusce urbis collegii, anno MDCLXI.

FRANCISCUS DE PISA, Toletanus, sacræ theologiæ ac liberalium artium in urbis suæ academia decanus, Pontificiique juris doctor, in S. Catharinæ collegio, ubi fundatum istud gymnasium est, sodalis, atque item Muzarabum (uti vocant tredecim sacerdotum in majori æde collegium a Francisco Ximenio institutum, qui Gothico ritu sacra peragunt) major sacellanus, scripsit:

Historia de Toledo, primera parte. Toleti anno 1605. in fol. Rursus cura Thomæ a Tamajo 1617. in folio. Posteriorem Ecclesiasticis rebus destinatam occupatus aliis non perfecit.

Historia de la gloriosa Virgen y martir Santa Leocadia. Ibidem 1589. Iterumque cum *Toletana Historia.*

Las Tablas de las ceremonias y oficio Mozarabe. 1593. in fol. apud Petrum Rodriguez. Et 1613.

Catalogo de los Santos, o Varones insignes de la tercera orden de San Francisco; su aprobacion y alabanza: el sumario de las Indulgencias espirituales, de que participan los que la siguen. 1617. in 4. Ibidem.

Estimulo de la devocion, o suma de exercicios espirituales 1586. 12. Ibidem.

Latina vero hæc reliquit, edita quidem:

Commentarios in Aristotelis libros de Anima. 1576. Matriti.

Manuale ad Sacramenta Ecclesiæ ministranda. Hujus operis condendi munus, sic utilis & expetiti, Garsiæ Loaisæ, tunc temporis canonico, & Guadalaxarensi Toletanæ ecclesiæ archidiacono, a Gaspare Quiroga præsule fuerat injunctum; at noster, qua causa nescio, suscepit in se solus vicaria ope-

ra absolvendum, editumque fuit Salmanticæ anno 1583.

Officium Sancti Dominici Silensis (populares *de Silos* vocant). Toleti 1599.

Inedita hæc:

Summam casuum conscientiæ, *sive Commentarios de Sacramentis*: quod opus tantum non perfecit.

De sacris ritibus & cæremoniis.

In Divum Thomam, *& Sacras Scripturas* quædam commentatus est, & in *Aristotelem*: quorum catalogum præfixit ejus Toletanæ Historiæ renovatæ editioni D. Thomas Tamajo de Vargas in vestibulo ipso operis Pisani.

Obiit anno ætatis LXXXIII. humanæ salutis MDCXVI. in Segoviensi urbe, in cujus alma ecclesia erat canonicus, cum magna pietatis existimatione.

F. FRANCISCUS PIZAÑO, Mercenariorum sodalis, sacræ theologiæ (ut vernaculo utar verbo) præsentatus, edidit:

Instruccion de la oracion. Compluti in 8.

F. FRANCISCUS PONCE, nescio cui religiosæ familiæ addictus, scripsisse refertur:

Descripcion del reyno de Chile. In 4.

F. FRANCISCUS DE PORTES, Vallisbonæ Cisterciensium cœnobii monachus, publicavit a se confectam collectionem:

Privilegiorum Congregationis Hispanæ Ordinis Cisterciensis. Compluti 1574. in 4.

Obiit in suo monasterio anno MDCXIII.

FRANCISCUS DE LA PORTILLA, sacerdos ut suspicor equestris militiæ S. Jacobi, edidit:

Reglas de la orden, *y Cavalleria de Sant-Iago. Tratado de su antigüedad*, *y fin porque se ordeno.* Antuerpiæ apud Plantinum 1598. 4.

Tratado de la Nobleza: quem vidit D. Thomas Tamajo.

FRANCISCUS PORTOCARRERO, Metellinensis comitis filius, in eodemque oppido ad Anam fluvium natus, in Jesuitarum sodalitate vixit usque ad ætatis suæ LXXVIII. initæ Societatis LVII. annum, multarum virtutum commendatione clarus. Scripsit:

De la Descension de Nuestra Señora a la santa Iglesia de Toledo, *y vida de S. Ildefonso Arzobispo della.* Matriti 1616. in 4.

Vertit in Hispanicum:

La Historia de los Martires de la legion Thebea. Reliquitque moriens Toleti anno MDCXXVI. prelo maturos:

Tractatus duos egregios, *Del Venerable Sacramento de la Eucharistia*, et *De la Virgen Nuestra Señora.*

D. FRANCISCUS DE PORTUGAL, Lusitanus eques, nobilissimus comes postea de Vimioso, disertusque poeta, scripsit, a filio post obitum patris edenda, poemata vulgaris Castellanæ linguæ hoc lemmate:

Divinos y humanos versos de D. Francisco de Portugal por D. Lucas de Portugal seu filho, *Comendador da Villa da Fronteira*, *Maestresala de sua Maestade.* Olisipone in officina Chraesbekiana 1652. in 4. Extat inibi auctoris vita & opera a Francisco Ludovico de Vasconzellos conscripta, qui meminit alterius libri editionem expectantis hoc titulo:

Arte de Galantear, hoc est, artem honeste serviendi Regiæ aulæ virginibus.

Sentencias Varias tribuit quoque ei Georgius Cardosus. 1605.

Elogium eorum habes a D. Francisco Emmanuele cent. II. epist. XCI. & cent. IV. epist. I. Lusitanum Catonem appellant domestici.

FRANCISCUS PRATS, Valentinus, scripsit:

Institutiones Grammaticæ linguæ: quas Valentiæ publicavit anno 1620. in 8. Felicianus filius, Teruelensis urbis ludi magister, post auctoris obitum.

FRANCISCUS PRATS, Majoricensis, si credimus Vincentio Mut, cives suos qui literis aliquid consignaverunt enarranti altero volumine *Historiæ Balearis* lib. 8. cap. 6. librum scripsit *Vision deleytable* dictum.

FRANCISCUS DE PRAVES, Regius architectus, ex Italico vernaculum dedit:

El libro I. de la Arquitectura de Andres Paladio, *que trata de cinco ordenes para fabricar.* Valladoliti 1625. folio.

FRANCISCUS DE LA PUENTE, Burgensis, presbyter in Regia urbe Cusco Americæ ad meridiem positæ, elucubravit:

Tratado breve de la antiguedad de la Casa de Vera, *y memoria de las personas señaladas deste apellido*, *que se hallan en Historias y papeles.* Limæ 1635. 4. Sed verus auctor libri est D. Fr. Ferdinandus de Vera, Cusquensis in America præsul, uti monet D. Josephus Pellizerius in *Bibliotheca* suorum operum pag. 153.

D. FRANCISCUS DE QUEVEDO VILLEGAS, eques Sancti Jacobi, dominus uti vulgo audiebat loci Turris Joannis Abbatis, in tractu illo Castellæ Novæ quem nos Mancha dicimus, urbanitatis & ingenii laudem cui hoc nostro sæculo concedere posset

ſet aut vellet ante ſe neminem habuit. Nobilibus parentibus Petro Gomez a Quevedo & D. Maria de Santibañez anno MDLXXX. editus fuit Matriti, cum pater Auguſtæ imperatricis Mariæ olim a ſecretis, eidem apud ſereniſſimam Hiſpaniarum Reginam Annam, Philippi II. uxorem, officio eſſet mancipatus. Compluti dedit literis operam Latinis Græcisque, quibus & Hebraicas addidit, necnon philoſophis medicis atque theologis capacis ingenii præſtantes aliquando fructus ad invidiam uſque æqualium editurus. Nec tamen ſcholæ aut profeſſioni cuiquam voluit addictus vivere, quo peregre captis rerum experimentis doctrina homine politico & bono cive digna imbuere animum poſſet, & maturiores nonnumquam literarum proventus ex peregrinationis commercio iſto & cum exterorum quibuſque bonis commutatione colligere. Quo vitæ ſic formandæ voto minime fruſtratus fuit. Poſtquam enim experimenta virtutis atque induſtriæ ſuæ in virili ætate viris principibus, qui per Italiam Regia vice provincias adminiſtrabant, præcipueque D. Petro Gironi, Urſaonenſium duci, viro præſtantis famæ, cui Siculas indeque Neapolitanas res adminiſtranti ad latus fere ſemper hæſit, ſummopere approbaviſſet, periculoſæ plenis aleæ negotiis, non ſine præſentiſſimo vitæ periculo, immixtus & impenſus, Gallias, Italiam integram, Germaniæque partem cum tota Hiſpania peragraſſet, Matriti in curia ſubſtitit inſignitus laudato jam equeſtris militiæ honore, ſtudiis contentus, exercendoque diſciplinarum liberalium meditationibus ingenio, ſumma cum ſui nominis commendatione atque æqualium admiratione. Doctus enim ex incurſo a ſe olim diſcrimine, ob ejuſdem nuper laudati ducis amicitiam, triennalique cuſtodia periculoſæ plenum aleæ opus eſſe quod reipublicæ impenditur in Regiis aulis, longe inde ut vitam degeret, oblatum ſibi a Philippo IV. Rege munus a ſecretis ei miniſtrandi conſtanter recuſavit, admiſſit tamen titulum honore contentus. Ductaque poſt biennium, anno ſcilicet MDCXXXIV. uxore D. Eſperanza de Aragon & Cabra, Bernardi Albarrazinenſis epiſcopi ſorore, quam non poſt plures annos amiſſit, ſtudiis ſe atque amicorum conſuetudini totum reſervavit. Ex quo pleno utilitatis ac jucunditatis otio ea prodiere vorſæ omnis generis proſæque orationis in publicum monumenta, quæ cum univerſa hominum poſteritate, uſque dum Hiſpana lingua in pretio erit aliquo, auctoris ſui commemorationem adæquabunt. Compoſuit quippe ſtudiorum quorumcumque graviſſimorum ſeria cum jocorum & facetiarum ludicra arte ſic feliciter nemo ut, niſi rei gnarus, exiſtimare poſſet ad diverſa natum, aliiſve aſſuefactum quam quibus de ageret; ſive ſacrarum politicarumve rerum documenta exponeret, ſive fabulis & poeticis adinventionibus, ſaleque innocuo perfundendis ſæculi moribus, ad libentiſſimum excitandum a lectoribus riſum mentis aciem intenderet. Res enim Sanctorum geſtas, Chriſtianæ ac veræ politices dictata, philoſophorum ſeveriſſima dogmata, virorumque fama celeberrimorum actiones eo ſtylo duxit, iis eruditionis atque ingenioſiſſimæ prudentiæ geminis perornavit ut perfectiſſimos horum omnium enarratores ex æquo provocare poſſit: eo autem acumine, ea inventionum, & nove atque excellenter excogitatorum ubertate, iis ſalibus urbaniſſimiſque jocis, ea ſive carminis ſive liberi ſermonis facultate univerſos ridiculi argumenti adimplevit numeros ut non tantum feſtivis omnibus Hiſpaniæ noſtræ hominibus lumina (ut ſic dicam) obſtruxerit, ſed vel inter univerſæ antiquitatis, novioraque florentiſſimæ Italiæ, atque aliarum gentium decora ingeniorum, quæ hac via graſſata ſunt (verbo abſit invidia) quem noſtro parem dicere poſſim inveniam nullum. In poeticis nempe heroica nervoſe ac ſublimiter, lyrica venuſte, ridicula ingenioſiſſime, feſtiviſſime, atque ſic varia & inexhauſta de tenuibus quoque & ſiccis argumentis diſſerendi copia tractavit ut accedentes ad quodcumque, hujus præcipue ultimi generis, carmen legendum vix ſine ſtupore dimittat. Senex jam propter liberius, atque Socratice ab eo, ut creditum eo temporis fuit, traductam carmine adminiſtrationem reipublicæ, in viri cujuſdam principis rerum tunc potentis indignationem incurrit, calamitatemque exilii & carceris per aliquot annos fortiter fuit & conſtanter paſſus. Tandem libertati reſtitutus vidit obitus ſui diem Villænovæ Infantum, anno hujus ſæculi XLVII. ætatis ſuæ LXVII. Opera ejus variis in locis ſeorſim ſimulque typis promulgata ſunt, præſertim fabuloſa & ludrica ſolutæ dictionis, tandemque Bruxellis tribus tomis prodierunt, ea diſtributione & ordine quo minus debuit. Quare nos ita commodius diſtribuiſſe ea neminem dubitaturum ſperamus.

Proſaica aut ſacra ſunt, aut ſacro-hiſtorica, ſive ſacro-politica, qualia hæc:

Politica de Dios, Gobierno de Chriſto, ſacada de la ſagrada Eſcritura, duabus partibus: quarum prior edita olim fuit Cæſarauguſtæ 1625. in 8. Matriti 1626. 8. Barcinone apud Stephanum Liberos eodem anno. Cui poſterior adjuncta fuit primum ut ſuſpicor poſt auctoris mortem Matriti 1655. in 8. In editione Bruxellenſi diviſæ ſunt, pars prior primo volumine, poſterior autem ſecundo edi-

edita est. Amstelodami lucem vidit anno 1669. D. Francisci a Quevedo *Politicus prudens* (quod non aliud ab isto esse, quod laudamus, opus verisimile est) ex Hispano Latine redditum.

La Caida para levantarse, el Ciego para dar vista, el Montante de la Iglesia en la vida de San Pablo Apostol. Matriti 1644. 8.

Epitome a la Historia de la admirable vida y heroicas virtudes del Beato Padre Fr. Tomas de Villanueva. Matriti apud Cosmam Delgado 1620. 8.

La Cuna y la Sepultura, doctrina para morir. Matriti, atque Hispali 1634. in 16.

Afecto fervoroso del Alma agonizante, con las siete palabras que dixo Christo en la Cruz: opusculum hoc ut credo primum prodiit Bruxellis in hac postrema editione.

Memorial por el Patronato de SantIago: Cæsaraugustæ anno 1629. 8. pro unico scilicet Jacobi Apostoli patrocinio Hispaniarum, cujus partem Theresiæ sanctissimæ de Jesu adjudicari debere acclamatione publica quibusdam sederat.

Carta al Rey Luis XIII. de Francia en razon de las acciones nefandas y sacrilegios execrables, que cometio contra el derecho divino y humano Monsiur de Xatillon con el exercito descomulgado de Franceses hereges. Matriti 1635. 4.

Introduccion a la vida devota compuesta por el Bienaventurado Francisco de Sales Principe y Obispo de Colonia de los Allobroges: post veterem aliam versionem Gallici operis Salesii, quæ nostro minus recta & correcta visa fuit. Matriti 1634. in 8.

Aut profana: eaque vel historica, vel historico-moralia, vel politico-moralia, scilicet:

Vida de Marco Bruto, escrita por el texto de Plutarcho, ponderada con discursos. Matriti cum prius, tum anno 1648. in 4. Hanc vitam Latine reddidit Theodorus Grafwinckelius, aliis sat scriptis notus, inscriptamque: *Politicus prudens sub persona M. Bruti & excursibus politicis in ejus vitam a Plutarcho conscriptam exhibitus* Amstelodami ediderunt Henricus & Theodorus Boom 1669. in 4. Cui quidem Grafwinckelio interpreti noster id maxime propter scriptum, inter plurimos nostræ ætatis politicos talis est, ut quod de Scipione poeta Calaber olim dixerat accommodari existimet posse:

Ille sapit solus, reliqui volant velut umbræ. Sic de eo censet: *Nihil in hoc vulgare, nihil proteritum; totus prodest, totus delectat; est quoque eorum quæ suggerit ea series ut cum ingerant se multa egregia, vel ad primos obtutus supersint tamen plura, sed dumtaxat oculis pectoris haurienda, & per intellectum se in momenta rerum, quas ex longo præviderit, penetratura.* Hæc ille & alia.

De los Remedios de qualquier Fortuna; Libro de Lucio Anneo Seneca traducido con adiciones, que sirven de comento. Matriti apud Joannem Martinez 1638. Falso tamen hic liber tribuitur Senecæ.

Virtud militante contra las quatro pestes del Mundo, Invidia, Ingratitud, Sobervia, y Avaricia, con los quatro fantasmas, desprecio de la muerte, vida, pobreza y enfermedad. Cæsaraugustæ apud heredes Petri de Lanaja 1651. in 8.

El Romulo del Marques Virgilio Malvezzi. Matriti 1636. in 16. Ex Italico auctoris Hispane conversum opusculum.

Carta de lo que sucedio en el viage que el Rey D. Felipe IV. hizo a la Andaluzia.

Aut tandem jocosa: sive joco-seria, aut satyrico-moralia, hæc scilicet:

Los Sueños. Quo nomine veniunt omnes hi tractatus, variis locis atque annis excusi recusique:

El Sueño de las Calaveras.
El Alguacil Alguazilado.
Las Zahurdas de Pluton.
El Mundo por de dentro.
El Entremetido, la Dueña y el Soplon.

Visita de los chistes. Variis locis prodierunt, & Barcinone apud Petrum de la Cavalleria 1628. 8.

Gallice omnia hæc vertit dominus de la Geneste hac inscriptione: *Les visions de Dom Francisco de Quevedo Villegas, augmentées de l'enfer reformé, traduites de Español par le Sieur de la Geneste.* Parisiis 1641. in 8. Deinde Rhotomagi 1653. in 8. apud Jacobum Heroult. His somniis adjunguntur minutiora alia, æque festiva, scilicet:

Cartas del Cavallero de la Tenaza: quæ & Gallice leguntur.

Libro de todas las cosas y otras muchas mas.

La Culta Latini-parla.

Cuento de cuentos.

Casa de los locos de Amor: ad D. Laurentium de vander Hammen & Leon. Qui Laurentius verus auctor est hujus opusculi, quod ex ore ipsius Granatæ audivi, non Franciscus noster, cujus ingenium & stylum ne minimum quidem sapit.

Tira la piedra y esconde la mano.

Prematica del Tiempo.

Carta de las calidades de un Casamiento.

Historia y vida del Gran Tacaño, alias, del Buscon. Sæpius in 8. Quæ & Gallice prodiit ab anonymo conversa hac inscriptione *L' Aventurier Buscon, Histoire facecieuse, ensemble les letres du Chevalier de l' Espargne.* Lugduni apud Petrum Bailly 1644. in 8.

La

La Fortuna con seso, y la Hora de todos; Fantasia Moral. Cæsaraugustæ prodiit postumus hic liber anno 1650. in 8. nuncupatus ab ascititio auctore D. Stephano Pluvianes.

Manu exaratus liber alius extat sic inscriptus:

Providencia de Dios padecida de los que la niegan, gozada de los que la confiesan. Doctrina estudiada en los gusanos, y persecucion de Job. Incipit: *Suelen decir por oprobio* &c.

Metrica omnis generis, præter ea quæ olim prodierunt seorsim, de quibus postea, uno volumine edita sunt industria & opera D. Josephi Gonzalez de Salas, viri admodum eruditi, qui & dissertationes in unumquodque carminis genus adjunxit, notulisque per marginem sparsis obscurioribus quibusdam locis facem immisit, systematis hic titulus:

Parnaso Español. Matriti anno 1648. in 4. Deinde 1650. apud Didacum Diaz de la Carrera. Tertio Bruxellis ex officina Foppens 1660. in 4. quæ tertia pars seu volumen est hujus Bruxellensis editionis. Desiderantur adhuc ex novem Musis hujus Parnassi tres ultimæ, quas invidit nobis laudati Josephi obitus. Desiderabantur quidem cum hæc scriberemus, sed prodierunt postea:

Las Tres Musas Castellanas segunda cumbre del Parnaso Español: ex bibliotheca D. Petri de Alderete Quevedo & Villegas, propinqui & heredis. Matriti 1670. in 4. typis Regiis.

Ediderat olim:

Epicteto Español en versos con consonantes: con el origen de los Estoicos, y su defensa contra Plutarcho, y defensa de Epicuro contra la opinion comun. Matriti 1635. in 12.

Phocilides Filosofo Griego traducido en verso suelto. Simul cum *Epicteto.*

D. Thomas Tamajo de Vargas in *Defensione Joannis Marianæ* pag. 38. scriptas habere ait Quevedum, persuasione ejus prope diem edendas, *in omne genus Scriptorum, Hebræorum, Græcorum, Latinorum observationes.* Post hæc scripta incidimus primum in Francisci nostri *Vitam* auctore D. Paulo Antonio de Tarsia; Italo Cupersanensi, viro docto, qui fato jam functus est, Hispane atque erudite conscriptam, Matritique a Paulo de Val typis in 8. anno 1663. commissam. Unde contigit quædam nos corrigere, quædamve adjungere olim annotatis posse. Nam præter edita ab auctore nostro in vulgus opera, Vitæ huic annexam legimus:

Una Carta que escrivió a D. Antonio de Mendoza Cavallero del habito de Calatrava, y Ayuda de Camara del Rey D. Felipe IV. en que prueba que el hombre sabio no debe temer la necesidad del morir.

Reliquisse eum quoque in schedis alia quæ hodie asservantur a D. Petro de Alderete & Quevedo, ejusdem ex Margarita sorore nepote heredeque; multa autem plura vivo fuisse subtracta & occultata ex eadem *Vita* discimus. Extant quidem opuscula duo præter alia, affecta & imperfecta, scilicet:

Flores de Corte.

Cosas mas corrientes de Madrid, y que mas se usan, por alfabeto.

Deperditorum vero manu ipse propria annotatam reliquit seriem, quæ non ignorari ad famam ejus pertinet, neve alieno sub nomine adoptivos olim sortiri facile parentes possint. Ea hæc sunt:

Teatro de la Historia.

La Felicidad desdichada.

Consideraciones sobre el Testamento nuevo, Vida de Christo.

Algunas Epistolas y Controversias de Seneca traducidas y ponderadas.

Dichos y hechos del Duque de Osuna en Flandes, España, Napoles y Sicilia.

Discurso de las Laminas del Monte santo de Granada.

La Isla de los Monopanthos.

Tratado contra los Judios.

Traducion y comento al modo de confesar de Santo Thomas.

Vida y Martyrio del P. Marcelo Mastrillo de la Compañia de Jesus.

Historia Latina en defensa de España, y en favor de la Reyna Madre.

Vida de Santo Thomas de Villanueva, cujus *Compendium* publicavit.

Tratado de la Inmortalidad del Anima.

Algunas Comedias: quarum duæ in theatris Matritensibus exhibitæ non sine plausu dicuntur fuisse.

D. FRANCISCUS DE QUINTANA, Matritensis, philosophicis atque theologicis imbutus disciplinis, edidit latens sub nomine Francisci de las Cuebas:

Experiencias de Amor y Fortuna. Tum alibi, tum Giennii apud Petrum Cuestam 1646. in 8. quod opus Italice versum extat per Barthol. della Bella, Venetiis anno 1654. in 12.

Proprio autem:

La Historia de Hipolito, y Aminta: prosaicum & amatorium poema. Matriti anno 1627. in 4.

F. FRANCISCUS DE QUIÑONES, Legionensis, nobilissimam in sæculo nactus originem, utpote filius Didaci Fernandez de Quiñones, comitis primi de Luna, ex Joanna Henriquez Henrici, comitis de Alva-deliste, nata, religiosum Franciscanorum vitæ statum præ ea habuit, ac præ stemmate gentilitio Fran-

Francisci ab Angelis appellationem. Cujus quidem familiæ integræ, post adimpleta laudabiliter domestica cum studiorum tum regiminis munera, renuntiatus fuit Burgis anno MDXXII. generalis minister. Carolo Augusto reatus confitenti aures præbuisse dicitur. Ab eoque ad Clementem VII. Papam venit Romam, atque inde a Clemente ad Carolum rediit quo tempore Cæsariani exercitus impotentia divina omnia & humana præ sævitate morum ac temporum conculcaverat. Bene autem secum actæ rei testimonium daturus Pontifex collegio eum aggregavit purpuratorum patrum, nec diu post infulis Cauriensis ecclesiæ, annuente ac supplicante Cæsare, decoravit. Romæ ad S. Crucis in Hierusalem, cujus basilicæ appellabatur titulo, pietatis suæ ac munificentiæ testimonia non obscura reliquit, in qua & terræ mandatus fuit, cum Verulis in Latio mense Octobris MDXL. vivis abreptus fuisset. Singulare interim viri, æque docti piique, de literis ac doctrina ecclesiæ meritum in eo collocatum communis persuasio est quod, Clementis ejusdem hortatu:

Breviarium Romanum confecerit, aliquanto brevius, sed numeris omnibus Pauli Papæ III. judicio, qui approbavit, atque ecclesiæ totius perfectum & absolutum, quod Romæ publicavit anno MDXXXVI. In quo tamen opera usus fuit Didaci a Neyla, ut in eo jam annotatum manet, Joannesque Genesius Sepulveda diserte affirmat in centesima suarum epistolarum ad eumdem data. In eo vero sibi adeo placuit anonymus quidam auctor *Consultationis de reformandis Horis Canonicis* ut causam quærat, nec inveniat, subsequutæ deinceps aliquando hujus Breviarii prohibitionis. Verba hujus quæresis apud Waddingum. Reliquit etiam:

Registrum accuratum *sui Generalatus*: quod penes se idem Waddingus habuit.

Compilatio item *omnium Privilegiorum Minoribus concessorum* Hispali typis edita 1530. ejusdem curæ debetur. Plura de eo Waddingus, & Davila noster in *Theatro Ecclesiastico Cauriensis Ecclesiæ*.

FRANCISCUS RADES DE ANDRADA, sacerdos religiosæ militiæ Calatravensis, Philippo II. Regi Catholico a sacris, vir nostrarum historiarum industrius enarrator, ac optimæ fidei & judicij scriptor, edidit, eo nomine ab Ambrosio Morali laudatus lib. IX. *Historiarum* cap. VII.

Coronica de las tres Ordenes y Cavallerias de SantIago, Calatrava, y Alcantara. Toleti 1572. in folio.

Catalogo de las obligaciones, que los Cavalleros Comendadores, Priores y otros religiosos de la orden y Cavalleria de Calatrava tienen en razon de su abito y professon. Toleti apud Joannem de Ayala 1571. in 8.

Genealogia de los Ponces de Leon. MS. quam vidit D. Thomas Tamajus.

Nobiliario: hoc opus adhuc latet, ac possidere se id MS. testatus fuit Thomas Herrera Augustinianus in *Chronico* vernacule scripto *Salmantinæ* sodalium *domus* cap. XIV. aliique. Toletanis civibus adscribit hunc D. Thomas Tamajus in *Collectione librorum Hispanorum*.

D. FRANCISCUS RAMIREZ DE HARO, eques ordinis Sancti Jacobi, vertit ex Latino in vernaculam nostræ gentis linguam:

Libro de los Quatro Novissimos de Dionysio Cartusiano. Matriti 1630. in 8. Quæ tamen interpretatio prohibitionis notam apud nos incurrit.

D. FRANCISCUS RAMOS DEL MANZANO, domo ex Salmantica urbe, natus, educatus inter studia gymnasii istius amplissimi, prosperrimisque instructus a natura ipsa singularis ingenii, memoriæ præsentissimæ, ac defæcati judicii dotibus exquisitam studiis primum humanitatis, deinde jurisprudentiæ industriam sub optimis præceptoribus mancipavit. Adolescens adhuc in primis jam ipse numerabatur, ex quibus schola hæc optimum quemque ad docendi munus non sine prævia multiplicis experimenti probatione admittere solet. Quare ad album juris Civilis professorum mature receptus in omnibus academicis docendi locis & gradibus summa cum admiratione hominum & plausu emicuit, donec ad primæ horæ diei cathedram; quæ honorificentissima est omnium aliarum, ascenderet. Doctrinæ ibi tam legalis quam variæ, tam sacræ quam profanæ, tam severæ quam amoenioris & politioris locupletem gestare animum quotidianis experimentis fuit compertus; eaque vigere in prælectionibus publicis & concertationibus scholasticis ingenii alacritate & subtilitate, memoriæ excellentia, dicendique majestate ac decore ut collegarum, quos habuit, doctissimorum censione vix alius tot propitiæ naturæ dotibus æqualem omnino industriam laboremque induxisse, aut inducere potuisse videretur, principemque suæ artis locum libenter omnes ei concederent. Sed ne hoc tanto præceptore academia ista diutius frueretur Philippus Rex noster IV. fecit, creans ipsum, instante Montisregis comite, qui rerum Italicarum consiliis præerat, Extraordinarii ut vocant Mediolanensis senatus præsidem. Hinc adlectus inter patres supre-

premi ejusdem Italiæ concilii, non diu post ad Castellæ alterum, hoc est, amplissimum omnium ordinem qui apud nos publicam gerunt rem, transfertur. Homo tamen ad omnia egregia natus, & ipse idoneus ante alios visus fuit cui dignitate spectabili, sermonis tam Latini quam vulgaris facundia ornato, judicii præstantia (quo summe est ad rem opus) atque omnigena eruditione prædito scribendi partes committerentur res ab eodem Rege nostro gestas pace belloque, quas nemo hactenus pro dignitate tractavit. Parabat jam huic ponderi gestientes humeros, nactus quippe liberalibus studiis, quibus summopere delectatur, excolendis patentem campum; & ecce administrare jubetur vices absentis tunc concilii Indiarum præsidis (erat is D. Gaspar de Bracamonte, Peñarandæ comes, qui Neapolitanum moderabatur regnum) nempe historicis lucubrationibus in aliud tempus sepositis, quasi carere ejus industria publicæ nequirent rei momenta, curiaque & forum domesticis ac privatis occupationibus hominem invidissent. Usque dum reverso Bracamontio iterum secessit ad munus suum gerendum; quod ita cum senatoris vicibus composuerat Rex maximus, ut liberum & arbitrarium Ramo esset Regio historico manere domi intentum operi, aut in senatum venire. Nec adhuc tamen ei diu licuit hac uti conditione, quippe qui succedenti Carolo Regi nostro in Philippi IV. parentis magni locum ea in ætate, quæ puerilibus rudimentis, tamque literariæ quam Christianæ doctrinæ præceptis imbuenda fuit, magistri operas, ante biennium huic destinatus muneri, nunc exhibet, ornatus insuper cameræ Regiæ ut vocant Castellæ munere. Ramum auctorem habet:

El Memorial a Nuestro Santisimo Padre Alexandro VII. sobre la provision de las Iglesias que estan vacantes en la Corona de Portugal. Matriti prius sermone Hispano, circa annum 1659. deinde Neapoli Italico apud Ægidium Longum 1661. folio. Item succedentibus in media pace tumultibus bellicis, aggredienteque Gallo Rege provincias Belgicas (quo jure notum satis est universæ Europæ) libello a Gallis prætexendæ irruptioni phantastico justitiæ titulo in publicum emisso opposuit:

Respuesta de España al Manifiesto de Francia. Matriti 1668. in folio. Cujus interpretationem Latinam adornabat Joannes filius, Regius senator, cum ad meliorem vitam fuit vocatus. Dum professorem adhuc Salmanticæ ageret, typis commisit:

Dissertationem extemporaneam ad Tit. Cajum de Usufructu municipibus legato. Salmanticæ 1623. in 4.

Dissertationem aliam *extemporaneam de Domesticis & Protectoribus ad Leg. II. C. de Excommunicationibus munerum lib. X.* Ibidem 1629. 4.

Ad Leges Juliam & Papiam, & quæ ex libris Jurisconsultorum fragmenta ad illas inscribuntur, Commentarii & reliquationes: quatuor libris, ac duabus tomis in folio. Matriti apud Josephum Fernandez de Buendia 1678. Posteriori annectuntur:

Ad Tit. Gaium De Usufructu municipibus legato Dissertatiuncula extemporanea publice apud Salmanticenses ex suggestu habita auspicali professionis die.

Ad Cæsarum Constitutionem in Lege 2. Cod. De excusat. munerum lib. X. De Immunitate Protectorum, & Præpositorum.

Vulgarique lingua ad instruendum Romæ D. Francisci Menchaca Salmanticensis, ex prima nobilitate civis, votum sedi Apostolicæ offerendum uxorem ducendi in secundis nuptiis, conjugis præmortuæ sororem:

Consultacion sobre que es dispensable para el matrimonio el impedimento del primer grado de afinidad en la linea obliqua. Ibidem 1644. in folio.

Abiit e vivis doctissimus ac piissimus senex, dilectissimusque præceptor noster, & Hispaniæ communis, senio confectus Matriti die IX. Februarii MDCLXXXIII.

FRANCISCUS RANGEL, Lusitanus, Portuensis, Lazari Lopez & N. Rangel filius, Jesuita, apud Indos juxta institutum Apostolicæ hujus Societatis diversatus, transmisit inde:

Relaçaõ da Christiandade de Oriente: datam in urbe Macaçar XIV. Aprilis MDCXLIV. & Olisipone editam 1645. in 4. Hujus vitam scripsit frater ejus germanus Augustinus Rangel, ejusdem ut suspicamur instituti. Meminit Cardosus in *Agiologii Lusitani* volum. 2. die XII. Martii lit. i. Commentarii fol. 152. non vero *Bibliothecæ Societatis* auctores.

FRANCISCUS REBELLO FREIRE, Lusitanus, patria ex oppido Castanheira, prior S. Mariæ de Bucellas, alias de Purificatione de Carvalho, territorii Olisiponensis, edidit:

Primavera espiritual. Olisipone 1664. apud Antonium Rodriguez in 4. & plura alia parare, aut parata editioni habere dicitur. Fr. Emmanuel a Resurrectione.

FRANCISCUS REDDON, Valentinus, scripsit:

El mayor prodigio, origen de las Misas de San Vicente Ferrer. Matriti 1654. 8.

FRANCISCUS DE REGIBUS, vulgari Luſitana lingua DOS REYS, Luſitanus, mercator Antuerpienſis urbis, oriundus ex Tranſtagana provincia, edidit:

Campos Eliſios.

FRANCISCUS REVERTER, Catalanus ut exiſtimo, juris utriuſque doctor, in Neapolitano regno magiſtratus geſſit, probitateque ac doctrina admodum floruit. Anno quippe MDXXXII. præſes ut vocant Regiæ cameræ electus, eidem curiæ anno MDXLI. datus fuit præfectus (præſidem conſiliarium quemque, præfectum vero locumtenentem Regiæ cameræ appellant) tandemque ſupremæ curiæ ſeu cancellariæ ſenator ſive regens, hoc eſt, collateralis concilii pars, anno MDXLVII. cooptari meruit. Moriens ille Auguſto menſe MDLXXX. inedita reliquit:

Deciſſionum Regiæ Cameræ quinque volumina: quæ adſervat Neapoli Laurentius Craſſus juriſconſultus, uti lego in *Origine Tribunalium Neapolitanæ urbis* Nicolai Topii parte III. pag. 223.

FRANCISCUS DE LA REYNA, Zamorenſis, veterinariæ artis fere inter nos princeps, ſcripſit:

Libro de Albeiteria: qui cum notis ſeu gloſſis Ferdinandi Calvi, Placentinæ urbis veterinarii, editus fuit circa annum 1602. Burgis ut credo, a Philippo Junta. Deindeque Compluti 1623. in 4. & anno 1647. in 4.

FRANCISCUS DE RIBERA, Villacaſtinenſis (oppidum eſt ſatis amplum in Segoviæ urbis territorio) Jeſuitarum presbyter, cujus inſtituti legibus ſuppoſuit ſe Salmanticæ tribus jam ſupra triginta annis natus, poſt decurſa feliciſſime ſub optimis præceptoribus ſtudiorum omnis generis ſpatia, præſertim theologica, Bibliorum ſacrorum quibus commendata eſt clavis, linguarum itidem Latinæ, Græcæ Hebraicæque; quarum præcellenti cognitione, quo magis fuit inſtructus eo facilius inoffenſo pede, apertiſque ut dici ſolet muſarum januis, adyta omnia ſcientiæ iſtius ſcientiarum, arcanaque difficillimorum librorum myſteria, ſi quis alius ætatis noſtræ, penetraſſe videtur. Collegium interim Jacobo Apoſtolo dicatum, quod in eadem academia ab erectore vocant Compoſtellæ Archiepiſcopo, unus e togatis ſodalibus habitaverat, inſigniaque theologi doctoris ſuſceperat. Quinquennio autem vix inter ſuos elapſo cathedræ ſacrorum Bibliorum præficitur, quam domi tunc primum Salmanticæ inſtituere operæ duxit pretium Societas. Sexdecim huic muneri integros annos, quibus ſuperſtes fuit, exquiſitamque in iis eruditionis & induſtriæ impendit operam. Nec religioſe minus ſolidam undecumque pietatem, inſtitutique ſui tenorem ſervavit, ut verum Balthaſaris Alvari, cujus inſtitutionem ſortitus eſt Medinæcampi Salmanticæque, diſcipulum diceres. Sciebat nempe doctrinam quamvis multiplicem abſque ſapientiæ ſtudio in revelandis divinarum inſinuationum myſteriis, tractandiſque ſacris codicibus vix aut ne vix quidem promovere.

Obiit vegeta adhuc ætate, atque eo majori deſiderio ſui relicto, quod quidem doctiſſimis editis in lucem commentariis bona ex parte levare viſus eſt, anno videlicet MDXCI. menſe Novembri quatuor annis tantum quinquagenario major. Scripta ejus:

Commentarii in XII. Prophetas minores, ſenſum eorumdem Prophetarum hiſtoricum & moralem, ſæpe etiam allegoricum complectentes. Romæ 1590. apud Jacobum Tornarium in 4. Coloniæ typis Mylii 1599. Et Birckmanni 1600. in folio. Lutetiæ 1611. Ac demum opera Ricardi Gibboni Jeſuitæ correctius Duaci typis Balthaſaris Belleri anno 1612.

Commentarii Hiſtorici ſelecti in eoſdem XII. Prophetas minores: ſive Commentariorum præcedentium veluti Compendium. Salmanticæ apud Joannem Ferdinandum 1598. 8.

In Sacram B. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ Apocalypſim. Et:

De Templo & iis quæ ad Templum pertinent lib. V. Lugduni apud Juntas 1592. Antuerpiæ apud Bellerum 1593. Rurſumque apud Martinum Nutium 1603. 8.

In Sacrum Jeſu Chriſti Evangelium ſecundum Joannem. Lugduni apud Horatium Cardon & Petrum Cavellat 1623. 4.

Hiſpanice vero:

Vida de la Madre Tereſa de Jeſus Fundadora de las Deſcalzas y Deſcalzos Carmelitas. Matriti 1602. in 4. cujus ſcilicet ſanctiſſimæ heroinæ confeſſionibus is præfuerat aliquando. Ea Gallice converſa extat Pariſiis 1645. in 8. Latine quoque, & Italice: Latine quidem una cum operibus Sanctæ ipſius Thereſiæ Coloniæ apud Joannem Kimkium 1620. in 4.

F. FRANCISCUS DE RIBERA ANGULO, Auguſtinianus provinciæ Bæticæ, in Granatenſi & Urſaonenſi familiæ hujus religioſæ domibus ſtudiorum præfectus, ſacræ theologiæ magiſter, ſcripſit:

Diſcurſos Quareſmales ſobre la vida de San Nicolas de Tolentino. Hiſpali anno 1631.

Practica de perfeccion en la vida de la perfecta viuda Santa Monica. Hiſpali apud Franciſcum de Lyra 1621. in 4.

F.

F. FRANCISCUS DE RIBEIRA, si alius est a superiore, Mexici apud Indos florebat circa annum MDC. in Augustiniana eadem familia, scribens, uti Joannes Gonzalez de la Puente in *Chronico* refert Hispanico Mechoacanensis provinciæ:

Vida del Venerable Padre Fr. Juan de Alvarado.

FRANCISCUS RINCON ex dioecesi Toletana, Jesuitarum sodalis in regno Neapolitano, edidit in urbe hujus principe Italica lingua sub anagrammatico nomine Cesfranchi Coronein:

Gloria delle glorie di Maria Vergine, hoc est, de ejus meritis. Apud Franciscum Collegi 1648. in 4.

F. FRANCISCUS RIOLANO (Waddingus Rivollianum appellat) ordinis Minorum provinciæ S. Jacobi, edidit:

Seraphicam Hierarchiam Sanctorum ordinis Minorum. 1632.

D. FRANCISCUS DE RIOXA, Hispalensis, acri vir judicio & bonarum artium cognitione, divinarumque atque humanarum rerum notitia non mediocri, evocatus in curiam lateri adhæsit Gasparis Guzmanii, Olivarum comitis, Philippo Regi IV. ante omnes alios dum viveret cari, apud quem bibliothecarii munus gessit, historiographi Regii decoratus honore, necnon inquisitoris, cum Hispalensis, tum supremi judicum Fidei senatus, quem tamen ultimo dictum locum, variante patroni fortuna, occupare non valuit, quantumvis aliquot ante mortem annis gratia floruerit ejusdem Philippi Regis, tradita sibi bibliothecæ Regiæ cura. Elucubravit olim:

El Aristarcho, o censura de la Proclamacion catolica de los Catalanes. Matriti 4. absque auctoris nomine.

Ildefonso, o Tratado de la Concepcion de Nuestra Señora. Hunc librum laudat D. Thomas Tamajus in opere inscripto, *La verdad de Dextro*, fol. 93. nondum ut credo formis excusum.

Carta sobre el Titulo de la Cruz.

Respuestas a las Advertencias contra su carta, intituladas del Duque de Alcala. 4.

Avisos a Predicadores attribuit ei Franciscus Paciecus, pictor Hispalensis, *en los Dialogos de la Pintura.* Minuta alia fecit in gratiam amicorum, majoribus forsan abstinens ob judicii acrimoniam, qua non aliena tantum sed & sua opera dijudicabat.

Matriti demum obiit circa annum MDCLVIII.

FRANCISCUS ROALES, Salmantinus, mathematicarum artium professor, serenissimo Principi Emmanueli Philiberto Sabaudico, Austriaco, a sacris, comitatus fuit in Hispaniam ejusdem Principis in Sicilia defuncti corpus, scripsitque:

Exequias del Principe Filiberto. Matriti anno 1626. apud Joannem Gonzalez in 4.

Satyrico etiam sale perfricuit Angelum Manriquium, Cistercinsem, exequiarum solemnia Philippo III. Regi Salmanticæ soluta referentem, censorio codicillo inscribens *La Mironeria.* Necnon apologiam formavit hoc titulo:

Epiphaniam, sive manifestationem & satisfactionem in luce totius Ecclesiæ Dei &c. Mediolani 1633. adversus quemdam ut credimus religiosum ordinem, quæ idcirco apud nos prohibita est.

F. FRANCISCUS DE ROBLES, ordinis Minorum provinciæ Castellæ, scripsit:

Rationem accentum omnium fere dictionum difficilium tam linguæ Latinæ, quam Hebraicæ, nonnullarumque Græcarum, sed præcipue earum, quæ per sacras literas sparguntur, cum quibusdam Ortographiæ regulis: cum additionibus Joannis de Robles. Toleti 1572. 8.

Tribuitur etiam Francisco de Robles domus Cæsaraugustanæ Franciscanorum:

La Ortografia Castellana: de quo nil ultra compertum habeo.

FRANCISCUS DE LA ROCHA, inscriptus auctor legitur operis mechanico-geometrici, hujus tituli:

Geometria, y traza perteneciente al oficio de Sastres, donde se contiene el modo, y orden de cortar todo genero de vestidos Españoles, y algunos Franceses, y Turcos, sacandolos de qualquier anchura de tela, asi por la vara de Castilla, como por la de Valencia, Aragon, y Cataluña. Valentiæ 1618. in folio.

FRANCISCUS RODRIGUEZ, Arandensis ad amnem Durium, Jesuita, xx. annis Romæ commoratus ab epistolis etiam fuit præposito hujus familiæ generali. Reversus ad nos Conchensi collegio, bis quoque Toletanæ domui Professorum præfuit, ubi & denatus est magnam pietatis famam relinquens. Scripsit:

Tratado del Jubileo del Año Santo. Romæ apud Stephanum Paulinum 1600. Qui & Italice prodiit ex officina Aloysi Zanneti eodem anno in 24.

Italice vero:

Epistolam ad Congregationem B. Mariæ Virginis assumptæ in domo Professa Romana. Romæ apud Aloysium Zannetum 1595. 8.

Ejus quoque Hispanum vidimus simile aliud, hoc titulo:

Del origen y progreso de las Congregaciones de Nuestra Señora, que hay en la Compañia. Compluti apud Joannem Gratianum 1611. in 8.

Vulgavit item alieno nomine:

Librum de Meteoris. Reliquitque prelo matura:

De Christiani hominis Officio.

*Vitam*que *D. Catharinæ de Mendoza Fundatricis Complutensis Collegii Societatis Jesu.*

Exempla quoque *magnorum virorum.*

Obiit XXI. Martii MDCXXVII. ætatis LXXIX. religiosæ vitæ LXII.

FRANCISCUS alter RODRIGUEZ, Soriensis, ejusdem instituti, qui Metinæ-Campi diu vixit. Vertit is in Hispanicum ex Hieronymi Plati Latino commentarium:

Del Bien del estado Religioso. Medinæ 1595. 4. ubi decessit x. Decembris MDCXX.

FRANCISCUS RODRIGUEZ, Lusitanus, ex oppido Montemor dioecesis Conimbricensis, Jesuita, scripsit Hispanice, cum Matriti ageret procurator provinciarum Lusitani regni & coronæ:

Catalogo de los Martyres de la Compañia de Jesus, que murieron por la Fe en Japon el año de MDCXXXV. Matriti apud Andream Parram 1635. Romæ etiam Italice prodiit suppresso auctoris nomine. Latine quoque Antuerpiæ ex officina Joannis Meursii 1636. in 12.

FRANCISCUS RODRIGUEZ, diversus ut videtur a cognomine alio, attamen ex eadem Jesuitarum Societate, scripsit:

Catalogo de los Religiosos de la Compañia de Jesus, que fueron atormentados, y muertos en Japon por la Fe de Christo año de MDCXXXII. y MDCXXXIII. sacado de cartas annuas llegadas año de MDCXXXV. a Lisboa. Eodem anno 1635.

FRANCISCUS RODRIGUEZ LOBO, Lusitanus, Leiriensis, amoeno ingenio vir, & musarum operi quasi natus, multa scripsit, tam prosaica quam metrica, venustatis & elegantiæ non vulgaris: dignus quidem feliciori exitu, nam cum ab Scalabi Ulisiponem scapha secundo Tago veheretur submersus periit, Assentaris comite, qui simul erat, ad littus enatante. Præsagiisse sibi hoc fatum ipse visus fuit cum, nescio ubi, exoptavit, poetica licet exaggeratione, inter Tagi arenas sepulturam. Hæc ejus opera laudantur:

O Condestable de Portugal Don Nuno Alvarez Pereyra: poema heroicum. Olisipone 1610. in 4.

Eglogas. Ibidem 1605. 4.

Os Romances.

Corte em Aldea, o noites de Inverno: quem Castellanum vidimus, opera Joannis Baptistæ de Morales ex Lusitano conversum, atque editum Montillæ in Bætica 1622. in 8.

Primaveiras: tripartitum opus. Prima pars generali nomine *Primavera* appellata Olisipone fuit edita anno 1608. in 4. sicut & secunda *El Pastor Peregrino* inscripta: tertia autem, cui titulus *O Desenganado*, ibidem prodiit anno 1614. in 4.

Comoediam *Euphrosynam*, inter Lusitanos celebratissimam, auctoris anonymi, qui se tamen Joannis Spera in Deo appellatione notum voluit, primus edidit Lupus noster a se recognitam. De cujus viri laudibus Emmanuel Faria de Sousa in *Fonte Aganippes*, quadamque hujus libri *Egloga*, videri potest. Reperio etiam Francisco Rodriguez Lobo inscriptum *La Jornada del Rey Felipe III. a Portugal año de MDCXIX. en varias Poesias*, quod erat MS. in 4. in bibliotheca Olivariensi. Item elegiis vulgaribus:

Do furto do Santisimo Sacramento da Cidade do Porto.

FRANCISCUS RODRIGUEZ SYLVEIRA, Lusitanus, librum formavit, hujus nuncupationis:

Reformaçaõ da Milicia Portuguesa na India. Cardosus.

FRANCISCUS RODRIGUEZ DE VALCARCER, Zamorensis, post Salmantinam & Pincianam juris Civilis professionem, Seguntiæ obtento Doctorali canonicatu, jus insuper Canonicum primarius lector docens, edidit:

Epitomen Juris Canonici. Compluti anno 1647. in folio.

Creatus hic episcopus Carthaginis Novæ in America XXI. Junii anno MDCXLIX. obiisse dicitur XVIII. recurrentis ejusdem mensis anno MDCLI.

FRANCISCUS ROLLIM DE MOURA, Lusitanus, Leiriensis ut audio, de Azambuja, de Marmelar & Montargil toparcha, poeta eruditus, scripsit:

Dos Novissimos: quatuor canticis, sive partibus. Olisipone 1623. 4.

FRANCISCUS ROMAN, Carmonensis in Bætica, fecit publici usus, Joanne a Cespedes curante:

Tratado de la Esgrima con figuras. Hispa

ſpali ex officina Bartholomæi Perez 1532. in folio.

FRANCISCUS ROS, Gerundenſis, Jeſuitarum ſodalis, ob ſtrenuam navatam in Oriente pro Chriſti fide & Chriſtianæ illius gregis pace operam epiſcopus Angamalenſis, Goano antiſtiti metropolitano ſubjectus, indeque a Paulo V. ea ſede Cranganorem tranſlata, Cranganorenſis archiepiſcopus fuit renuntiatus. Scripſit:

Doctrinam Chriſtianam: lingua Malabarica.

Ritus baptizandi, inungendi infirmos, nuptias celebrandi: e Latina in Syriacam linguam convertit in uſum parochorum Angamalenſium.

Miſſalia, Breviaria, Ritualia, alioſque libros Eccleſiaſticos e ritu Romano in Chaldaicam linguam tranſtulit.

F. FRANCISCUS DO ROSARIO, Luſitanus, Portuenſis, ſodalis Minorum, converſus cœnobii S. Mariæ de Nivibus oppidi Pernambuco in Braſiliæ regno, ſingularis pietatis vir, ſcripſit vulgari gentis Luſitanæ lingua:

Dos Ritos, coſtumes, trajos & povoaçoes do Maranhaõ: quo miſſus fecit in plaga illa uberem Chriſtianitatis proventum. Cecidit liber hic in manus Hollandorum cum eodem Pernambuci oppido.

Catechiſmum quoque: Braſilica lingua.

Obiit in urbe *La Ciudad de la Bahia* huiuſmet regni Regia XXVIII. Junii MDCXLIX. Hæc de eo refert Cardoſus in *Agiologio Luſitano* XXVIII. Junii lit. h.

FRANCISCUS ROSARIUS, vulgo DE ROSALES, profeſſor bonarum literarum Burgenſis urbis, edidit:

Obſervationes quaſdam in *Hymnos Breviarii*. Burgis 1578. in 8. Sub Petri nomine hunc hymnorum illuſtratorem laudabimus; nec quonam eorum vere ſit vocatus affirmare poſſumus qui libro caremus.

D. FRANCISCUS DE ROXAS, Valentinus, ex primaria totius regni urbe, ad quam refert natales claros, ut formaret ſtudia juris in Salmanticam ſe conferens, locum inter ſodales collegii quod Archiepiſcopi, propter fundatorem antiſtitem Compoſtellanum vulgo appellant, ſortitus eſt, triennio poſtquam legitimæ ſcholæ temporis rite tranſacti reportaviſſet ſolemne teſtimonium. Eo loco manere diu non potuit, Romam quippe ad jus dicendum inter Rotæ ut vocant Pontificiæ auditores pro corona (trium regnorum collectio ſic audit) Aragoniæ profectus fuit, in qua urbe integris manſit duodeviginti annis, mactus interim eccleſiaſticis aliquot beneficiis, præcipueque archidiaconatu & canonicatu Valentinæ eccleſiæ. Revocatus tandem in Hiſpaniam, donatuſque VIII. Januarii, anni MDCLIII. eccleſia urbis fuit Tarraconenſis, ac poſt annos X. hoc eſt XXIII. Aprilis MDCLXIII. Abulam Caſtellæ, retento alioqui archiepiſcopi titulo, translatus. Prodierunt nuper:

Deciſiones ejus *Sacræ Rotæ*. Lugduni in folio, ex officina Joannis Antonii Huguetam & M. Antonii Ranaud 1662. cura Joſephi Vileta I. V. D. & Barcinonenſis profeſſoris.

F. FRANCISCUS DE ROXAS, Toletanus, ordinis Minorum Caſtellæ provinciæ, ſacræ theologiæ lector, ac theologus cenſor apud ſupremæ Inquiſitionis patres, concionator magni nominis, edidit:

Commentaria in concordiam Evangeliſtarum juxta translationes literales, anagogicas, morales & allegoricos ſenſus: ſecundum ordinem Evangeliorum totius anni, partim Latino, partim populari ſermone, duobus tomis. Matriti apud Joannem de Cueſta 1621. in folio. Lugduni iterum ſub *Catenæ* nomine tribus tomis in folio. Hiſpane etiam:

Quadrageſimal ſobre los Evangelios. Matriti 1628. folio.

De los oprobrios, que en el arbol de la Cruz oyó Chriſto, quando dixo las ſiete palabras: duobus tomis. Prior Matriti 1634. poſterior 1640. prodierunt.

Teſoro funeral de la Igleſia Catolica. Ibidem 1636.

Elucidario de Nueſtra Señora. Ibid. 1643.

Sermonem quoque *de S. Franciſci ſtigmatibus* tribuit ei Haroldus in ſupplemento Waddingi MS.

Parabat ordinis ſui *Hiſtoriam* ſeptem aliis voluminibus; ſed mors forte has cogitationes interrupit.

FRANCISCUS DE ROXAS, ſcripſit nomen ſuum libello qui hoc titulo notatus prodiit:

Dos Oraciones, que Nueſtro Señor enſeñó a ſu ſierva Agueda de la Cruz para ſacar Animas del Purgatorio. Matriti apud Didacum Flamenco 1623. in 16.

FRANCISCUS DE ROXAS, inter ſcriptores numeratur Hiſpanos, qui matrimonii inter Henricum Angliæ Regem VIII. & Catharinam olim contracti cauſam propugnarunt. Nicolaus Sanderus lib. I. de *Schiſmate Anglicano*: *Apud Hiſpanos vero*, ait, *Franciſcus Roxas, Alphonſus Virueſius, Alphon-*

phonsus de Castro, *& Sepulveda*: *apud Lusitanos Alvarus Gomesius* &c.

D. FRANCISCUS DE ROXAS, natus uti audio in oppido S. Stephani de Gormaz Castellæ Veteris, ordinis S. Jacobi eques, acumine ingenii ad comicam instruendam musarum operam, & urbanis facetiis ad condiendam probatus civibus suis poeta, majorem vitæ partem in curia mansit, huic studio totus deditus, quod ut perennaret, nec oblivionis injuria periret exantlatus labor, in publicum prodire fecit:

Comedias diferentes. Matriti in 4.

FRANCISCUS RUBIO DE LA GUIA, natus in oppido El Fresno de Castilla, uti ipse refert, incola vero urbis Manilæ Philippinarum insularum Regiæ, MS. reliquit harum veluti historiam quamdam, hoc titulo:

Fortuna del Esquadron Christiano, *y acontecimientos Españoles*: XLVII. capitibus, in quorum fine promisit se daturum alteram operis partem. Matriti possidebat hujus exemplum Laurentius Cocus Umber, sæpius a me laudatus.

F. FRANCISCUS RUIZ, alias DE VALLADOLID, Pincianus, Benedictinorum sodalis, atque in cœnobiis Salmantino & Zamorensi, & Sancti Facundi (Sahagun vocant) abbas, claruit sæculo superiore sacrarum literarum, Biblicæque imprimis totius rei cognitione, cui exoticarum linguarum promovendis theologiæ studiis valde utilium, multæque eruditionis ornamentum adjunxit. Quapropter non mediocribus & ipsum ornant laudibus Sixtus Senensis *Bibliothecæ* libro IV. Antonius Possevinus in *Apparatu Sacro*, Arnoldus Wionius lib. II. *Ligni vitæ* cap. LXXII. E nostris Antonius Yepes, Ægidius Gonzalez Davila, atque alii, præsertim ejus operis nomine, quod indigitavit:

Regulæ CCCXXXIII. intelligendi Sacras Scripturas ex mente Sanctorum Patrum tum Græcorum, *tum Latinorum*, *quas brevibus explanationibus illustravit.* Lugduni 1546. in 8. Parisiis 1547. in 16. Coloniæ cum Sixto Senensi 1588. 16. Constantiæque 1598. in 8. Formavit item:

Indicem locupletissimum in Aristotelis Stagiritæ omnia, *quæ extant*, *opera*: duobus tomis, editum in cœnobio Sancti Facundi anno 1540. in folio. In quo, ut ipse jactat, *tam multa exposita sunt in quamplurimis & obscuris apud Aristotelem locis*, *quæ aut perperam intellecta usque ad hoc tempus*, *aut omnino sunt prætermissa*, *ut vice commentarii attento lectori esse possit.* Accedit ejusdem:

Judicium de Aristotelis operibus.

Meminit quoque hujus perdocti viri Joannes Vasæus in *Cronici Hispaniæ* capite decimo, referens illius de prisca *Mirobriga*, quam fide cujusdam inscriptionis eamdem cum *Roderici Civitate*, aut, si mavis, urbe *Civitatensi* existimabat, sententiam.

FRANCISCUS RUIZ, medicus doctor urbis Cæsaraugustanæ, dedit foras:

Discurso sobre la composicion del azucar rosado solutivo. Cæsaraugustæ apud Petrum Verges 1625. 4.

D. FRANCISCUS RUIZ DE VERGARA ET ALABA, Victoriensis, eques Sancti Jacobi, Castellæ senator Regius, probitate, integritate morum, ac doctrina gestis muneribus omnino par, Salmanticæ olim toga indutus Bartholomæani collegii, quod Vetus vocant, e diversis cathedris jus Civile docuit, primo Hispalensibus, Granatensibus inde senator datus, atque hinc ad Regium Ordinum Militarium concilium translatus, tandem ad supremum Castellæ senatum acciri promeruit. Edidit:

La Historia del Colegio de San Bartolome mayor de la Universidad de Salamanca. Matriti ut credimus. Ordinavit idem jussu Regis Philippi IV. ultimam editionem:

De la Regla, *y establecimientos nuevos de la Orden*, *y Cavalleria del Apostol Sant-Iago* &c. Matriti apud Dominicum Garcia & Morras 1655. in folio.

Edi de novo curavit:

D. Didaci de Alava Esquivel *De Conciliis* opus, cum propriis additionibus & illustrationibus. Matriti apud Franciscum Nieto 1671. folio. Parabat editionem *Commentarii perpetui ad Constitutiones Collegii S. Bartholomæi*, & volumen aliud *Tractatuum ac Decissionum*, ut ipse retulit in Historia laudata sui collegii pag. 364. & 365.

Obiit tandem Martio mense MDCLXXII. ætatis LXXXIV.

FRANCISCUS RUS DE LA PUERTA, Beaciensis, in patria academia philosophiæ doctor, obtinuit in ecclesia oppidi de Bailen, quod jura in sacris & ecclesiasticis rebus Giennensem petit episcopum, prioris munus, quo annis XXX. perfunctus est, industriam interim illustrandæ tractus illius Ecclesiasticæ historiæ conferens, quod utique cum laude præstitit edita ex parte:

La Historia Eclesiastica del reyno y obispado de Jaen: *primera parte*, *que contiene sus principios y progresos en la religion Christiana.* Giennii apud Franciscum Perez de Castilla 1634. in 4. Secundam sive alteram partem

tem servari manuscriptam in archio sanctæ ecclesiæ Giennensis refert D. Martinus Ximena Jurado in *Annalibus Giennensibus* pag. 509. qui auctorem doctrinæ ac pietatis nomine celebrat.

Duobus major sexagenario hic obiit XXV. Martii MDCXLIX.

FRANCISCUS SA DE MENESES, Lusitanus, claro sanguine ortus, cecinit carmine propriæ linguæ, quod octavas dicimus:

Malaca conquistada.

Assumpsit postea S. Dominici religiosum habitum sub nomine Francisci a Jesu, teste Georgio Cardoso in *Agiologio Lusitano* XXIV. Martii pag. 295.

FRANCISCUS SA DE MENESES, Lusitanus, comes de Matosinhos, diversus a superiore, si Cardoso credimus, *Varia Carmina* scripsit.

FRANCISCUS SA DE MIRANDA, Lusitanus, eques, Conimbricæ Gundisalvo parente natus, poeta fuit carmine vernaculo inter cives suos celebratissimus. Hic postquam ad humaniorem in liberalibus disciplinis ingenii cultum, Græcæque linguæ ac totius antiquitatis peritiam, juris in Conimbricensi academia diligens adjunxisset studium, doctoris suscepisset insignia, atque ex cathedra etiam docuisset, pertæsus artis, quæ litibus professores suos ac turbis implicat, non scholæ tantum sed & curiæ ipsi, quam & inde habitavit, quo liberius philosophiæ studiis vacare posset nuntium remisit. Secedens igitur in quemdam locum equestris militiæ Jesu Christi provinciæ Interamnensis, sibi pro more hujus ordinis commendatum (Duas Ecclesias vocant) uxorem sibi matrimonio copulavit, ex qua duos suscepit liberos; seu potius philosophiæ suæ arctissimo se innodavit vinculo, atque in gremium ipsius totum effudit. Quo tempore majorem carminum partem composuisse dicitur, in quibus Lusitani sententiarum gravitatem, simul & acumen, sermonis castitatem, servatum uniuscujusque rei decorum, imitatos felicissime veteres poetas agnoscunt pariter, & effuse laudant, alterum huic post Camoesium, poetarum suorum coriphæum, sine controversia locum adjudicantes. Natum anno MCDXCV. tribus majorem sexagenario annus MDLVIII. extinxit, jacetque in ecclesia Sancti Martini de Carrazedo Bracharensis diœcesis. Poetica ejus opera hoc titulo lucem viderunt prænotata:

As Obras de Doutor Francisco Sa de Miranda. Olisipone anno 1595. & rursus curante Michaele de Lyra anno 1605. 4. deinde anno 1614. in 4. Cui editioni adjunctam vidimus auctoris vitam. Et post plures alias editiones tandem ibidem apud Craesbeck anno 1651. Quorum quidem carminum autographum, priusquam ederentur, eo pretio habitum scias, ut matrimonio accepturus Francisci filiam nobilis vir Gallæcus, Don Ferdinandus Cores Sotomayor, id sibi cum aliis in dotem dare haud ægre tulerit, magno pretio æstimatum.

As Comedias: scilicet, I. *Os Villalpandos*, II. *Os Estrangericos* nuncupatæ: ad Henricum Portugalliæ Infantem S. R. E. cardinalem. Olisipone anno 1595. atque iterum ibidem apud Antonium Alvarez anno 1622. 4. una cum duabus aliis Antonii Ferreira.

FRANCISCUS SALAT, domo Valentinus, medicæ artis doctor ac professor in hujus urbis academia, scripsit:

De Febribus: et

Anatomiam.

FRANCISCUS DE SALAZAR, Complutensis, Jesuita, impensus fere tota vita institutioni puerorum in scholis Societatis, scripsit utile opus:

Afectos, y Consideraciones sobre las quatro Postrimerias, o Novisimos para los exercicios espirituales de San Ignacio. Id primum *Summæ Theologiæ* P. Hieronymi Perez primæ parti fol. 204. insertum prodiit Matriti anno 1628. Dein Pampelone seorsim 1658. in 24. Ulisipone 1660. Atque iterum Matriti 1663. Italice etiam Romæ 1661.

Decessit Legione anno MDXCIX. dum epidemica labe infectis pia officia deferret.

F. FRANCISCUS DE SALAZAR, ordinis Minorum, episcopus Salaminensis, edidit:

Orationem habitam in exequiis Marcelli Cardinalis Crescentii. Romæ ut credimus. Meminit Waddingus. Idem forte cum eo cujus est:

Oratio ad PP. Synodi Bononiæ Congregatos in Festo Pentecostes, Sacrificium peragente Reverendissimo Cardinali Sanctæ Crucis Apostolicæ Sedis Legato. Bononiæ excusa per Bartholomæum de Bonardo 1547. in 4.

D. FRANCISCUS SALGADO DE SOMOZA, Gallæcus, Corunienfis, in hujus urbis conventu juridico, sive ut vocant Regia audientia causas olim defendit, collegis usus patre & fratre germano, sive æmulis & ad gloriam ex contentione incitamentis. Matritum veniens, cum fama doctrinæ eum præcessisset, pro Ferdinando serenissimo Hispaniarum Infante, Toletano archiepiscopo, &

& S. R. E. cardinali, vicariam aliquandiu curam obivit. Factus deinde monarchiæ Siculæ, ut proprio verbo appellant, judex, eo iter arripuit nauticum, pervenitque Genuam usque: quo loco monitus per literas creatum se de cameræ Regiæ senatorum consilio Pincianum judicem, sive auditorem a Philippo Hispaniarum Rege IV. Siciliensi muneri vale dicto ad nos rediit, Pinciæque jus dixit prudenter atque integre, libris editis, & argumenti quidem difficillimi, summeque necessarii & quotidiani, pridem omnibus notus, in pretioque atque in oculis habitus. Hinc vocari ad Regiam Matritensem curiam promeruit, principalisque patrimonii rebus invigilare fuit jussus in concilio Regiarum Facultatum. Unde quasi propellente virtutis ac doctrinæ merito, insistensque ipse bene de literis merendi veteri proposito, supremi tandem senatus Castellæ patribus adgregatur. Sed post aliquot annos hujus amplissimi muneris exerciti, cum sacerdotem sacerdotio alicui opulento & uberi jam deceret imponi, nec sic facilis relictus ei fuisset aditus ad Pontificia obtinenda, ex quo de Ecclesiasticis rebus, non omnino ad gustum Romanæ curiæ, stylo tamen Hispaniæ innixus scripsisset, abbatia ei Alcalitana in Granatensi regno, quæ unius Regis nutu conferri solet, dives affatim atque in paucis nobilis, data fuit. Qui secessus virum aliquot annis continuit libris immersum, curarumque publicarum invidiæque omnis vexatione liberum. Edidit quidem is:

De Regia protectione vi oppressorum appellantium a causis, & Judicibus Ecclesiasticis, duobus tomis, *Tractatum*. Lugduni apud Ludovicum Prost anno 1626. in fol. Deinde apud Laurentium de Anisson & socios 1647. folio.

Tractatum de Supplicatione ad Sanctissimum a Bullis & literis Apostolicis nequam & importune impetratis in perniciem reipublicæ, regni, aut Regis, aut juris tertii præjudicium, & de earum retentione interim in Senatu. Matriti anno 1639. in fol. Deinde Lugduni apud Laurentium Anisson anno 1664. folio.

Labyrinthum creditorum concurrentium ad litem per communem debitorem inter ipsos causatam: duobus tomis. Lugduni apud eumdem Anisson anno 1651. & 1654. fol. Quibus appendicis loco est:

Centuria Decisionum novissimarum sacræ Rotæ Romanæ spectantium ad materiam Labyrinthi Creditorum. Antuerpiæ apud Jacobum Meursium 1656. folio.

Labyrinthi Creditorum concurrentium ad litem per debitorem communem inter illos causatam, Partem quartam & ultimam: quæ postuma prodiit cura Fr. Alvari Salgado Augustiniani, rectoris collegii S. Augustini urbis Coloniæ Agrippinensis, Francisci auctoris ex fratre nepotis. Accedit:

Tractatus de Libertate Beneficiorum, & Cappellaniarum recuperanda ab eodem Auctore alias concinnatus: ad D. Garsiam de Haro & Sotomayor, comitem de Castrillo, Neapolitanum olim proregem, Castellæ præsidem, & a consiliis Status. Lugduni sumptibus Laurentii Anisson 1672. folio.

Paravisse eum alia a non nemine audivi, tertium nempe volumen *De Regia Protectione*; alterum item *De Supplicatione ad Sanctissimum*. Necnon & *De diversis Qualitatibus circa idem; & de Foro & Patronatu Laicorum*.

Obiit diem suum in ecclesia sua, mense Augusto, aut circiter, anni MDCLXIV.

FRANCISCUS DE SALINAS, Burgensis (Jacobi Augusti Thuani verbis hominem describam & commendabo ex lib. XCIX. *Historiarum sui temporis* sub finem, quo virorum illustrium meminit, qui anno MDXC. diem suum obierunt) *Joannis, qui quæstorium munus sub Carolo V. exercuit, filius, vix decennis oculorum usum amisit, cum Didymo Alexandrino quadamtenus ob id comparandus: quippe indole innata fretus, dum orbitatis solatium quærit, tantum valuit ut non solum exactam utriusque linguæ cognitionem sit adeptus, sed etiam in mathematicis artibus maxime excelluerit, ac præsertim in musica, de qua eruditissimos libros reliquit, qui tanti a peritis harum rerum fiunt ut aliunde potius quam ab hominis industria profecti credantur. Inter hæc & poeticam excoluit, & ex Martiale Hispano ipse Hispanus quædam felicissime lingua vernacula transtulit. In Pauli IV. & Ferdinandi Toletani, Albæ ducis, gratia floruit, a quo, dum regni Neapolitani summam præfecturam teneret, opimo S. Pancratii* (*de Rocca Salegna*, ut addit *Scotus* paulo post laudandus) *cœnobio donatus est. Joannis Alvari Toletani, denique Gasparis Quirogæ* (Toletani) *Roderici Castrensis* (Hispalensis antistitum) *necnon Antonii Perennoti Granvellani cardinalium familiaris fuit; & arctissimam longe cum Ludovico Legionensi, Augustiniano eremita, divinorum librorum in academia Salmanticensi interprete, cujus elegantissima in Canticum Canticorum explanatio extat, ob studiorum & consiliorum consensionem coluit amicitiam. Ubi musicæ professor eximius consenuit ad annum usque* LXXVII. *quo in vivis mense Februario esse desiit*. Hæc Thuanus. *Vir fuit præter linguæ Græcæ & Latinæ cognitionem*, ait Scotus, *mathematicorum peritissimus, in Italia viginti annos versatus, in theoretica & practica musica ætate sua parem non habuit. Organis pulsandis excelluit, com-*

pen-

penſante natura quod oculis ademptum. Ambroſius Morales lib. xv. cap. xxv. profeſſorem muſicæ artis Salmantinum vocat, docereque eum præterea computi eccleſiaſtici rationem docet: *Virum inſignem jure* (ſubjungit) *appellavimus, cum ſic profundam hujus artis muſicæ cognitionem ſit adeptus ut viderim ego eum tam cantando, quam inſtrumentum aliquod muſicum pulſando, in audientium animis, mutata modulatione, diverſiſſimas imo contrarias lætitiæ ac mœroris, incitati & quieti animi, affectiones brevi tempore, atque ea vi & impetu ingenerare ut jam mirari deſinam ea quæ Pithagoras muſica perfeciſſe dicitur, quæque S. Auguſtinus ea perfici poſſe alicubi ſcriptum reliquit.* Hactenus Morales. Scripſit:

De Muſica libros vii. doctiſſimos ex optimis quibuſque auctoribus Græcis Ptolemæo, Porphyrio, Ariſtide, Quintiliano & Briennio (*quos apud eum vidimus*, ait Scotus) e Latinis Capella, Boetio, & Glareano collectos. Salmanticæ 1577. in folio. Hos libros, ajebat Eduardus Caldeira Luſitanus, *aſſidue legere in academiis Hiſpaniæ operæ pretium fuerit ad informandos adoleſcentum animos in numeris, in proportionibus, in muſicis, ut ea eruditi doctrina & meliores evadant, & alias artes facilius aſſequantur.* Ludovicus Legionenſis, ſupra memoratus, elegantiſſimo carmine, quod inter opera ejus vernacula extat, amicum eruditiſſimum celebravit. Meminit & laudatus Eduardus Caldeira lib. iii. *Variar.* cap. iv. *optimum & eruditiſſimum* appellans, qui eo uſus fuit familiariter Salmanticæ.

FRANCISCUS DE SALINAS, patria ex Navarrete oppido diœceſis Calaguritanæ, Societatis Jeſu ſacerdos, in eaque nonnullius collegii rector, ſacrarum literarum bene gnarus, dum in curia Matritenſi commoratur publici juris fecit:

In Jonam Prophetam Commentarios: tribus tomis. Lugduni 1654. & ſequentibus, folio. Editioni paratum habet opus, aut forte jam edidit:

Pro Immaculata Conceptione: quod apud auctorem ſe vidiſſe refert Petrus Alba in *Militia Conceptionis.*

FRANCISCUS DE SAMANIEGO, relator cauſarum apud Mexicanos Criminalis curiæ judices, publicavit:

Oracion panegyrica en admiracion del gobierno y demas virtudes del Iluſtriſſimo Don Franciſco Manſo y Zuñiga Arzobiſpo de Mexico. Mexici 1635.

D. FRANCISCUS DE SAMANIEGO, ſcripſit:

Memorias Auguſtas del Señor Rey D. Fernando el Catolico.

D. FRANCISCUS DE SANABRIA, in collegio Hiſpanorum Bononienſi jus Pontificium profeſſus eſt, & in academia veſpertinis horis docuit. Tuſciæ ut vocant auditor pro Neapolitano prorege legationem aliquando apud magnum Etruriæ ducem exercuit. Ab eo extant:

Canonicarum Reſolutionum tomi duo. Bononiæ 1630. in 4.

Primatus Cœli. Ibidem 1626. in 8. Ex relatione Bononienſi.

FRANCISCUS SANCHEZ, a natali oppido Las Brozas, quod in Extremadura provincia eſt, Brocenſis cognominatus, vir tam Græce quam Latine inſigniter eruditus, judiciique minime vulgaris, Salmanticæ vixit, & profeſſus fuit tum rhetoricæ artis, tum linguarum Græcæ & Latinæ doctrinam magno auditorum plauſu & profectu, ingentique apud exteros fama virtutis, non per veſtigia priorum gradientis ſed propriæ obſervationis viribus innixæ. Quem Juſtus Lipſius in epiſt. ad Emmanuelem Sarmientum lxxxix. Centur. ad Italos & Hiſpanos *Mercurium & Apollinem Hiſpaniæ vocat.* Gaſpar Scioppius nulla non laude donatum dimittit, cui & ὁ δαιμόνιος ἀνὴρ, *divinus*, aut *admirabilis homo* eſt in dedicatoria epiſt. *Paradoxorum literariorum.* Operæ pretium erit eum conſulere in præfatione ſuæ *Grammaticæ.* Anonymus quoque iiſdem veſtigiis graditur in præfatione ad lectorem *Grammaticæ Philoſophicæ* ejuſdem Scioppii, Amſtelodami editæ 1659. apud quem *divini* etiam *hominis* appellatione donatur, *proprio atque immortali quodam beneficio ſuo ſatis commendati. Primus enim ille,* ait, *ſincero graviſſimoque judicio exercuit grammaticos, quorum in doctrinis purgandis tanquam in ſordidiſſimo Augiæ ſtabulo, alter Hiſpaniæ ſuæ Hercules, immenſam operam moleſtiamque devoravit.* Hujus opera quæ extant talia ſunt:

Minerva; de cauſis linguæ Latinæ. Salmanticæ 1587. in 8. *Quo libro* (ait idem Scioppius, judex talium optimus, in *Conſultatione* quadam *de Scholarum, & ſtudioſorum ratione*) *meruit auctor communis literatorum omnium pater & doctor appellari.* Similiter *optimum* hujus argumenti librum appellat Balthaſar de Ceſpedes, auctoris gener, in tractatu *Del Humaniſta*, typis adhuc inedito. Gaſpar Scioppius notas ſeu obſervationes adjunxit, quibuſcum editum fuit opus Patavii anno 1663. typis Pauli Frambotti in folio. Confuſſis tamen Scioppianis obſervationibus ſeu additionibus cum Sanciano textu, quam ſtu-

ſtupiditatem averſatus Jodocus Pluymer, typographus Amſtelodamenſis, recudit diſtinguens prudenter, & ſingula quæque ſuo auctori tribuens anno 1664. in 8. Qui enixe & exaggerate in laudes auctoris divagatur epiſtola nuncupatoria ad Marquardum Gudium, & ad lectorem præfatione.

Veræ breveſque Grammatices Latinæ Inſtitutiones. Salmanticæ 1587. in 8. Simulque ſermone vernaculo : *Arte para ſaber latin.* Ibidem 1595. in 8. Quam quidem Grammaticam idem Scioppius omnium *abſolutiſſimam*, eamdemque *breviſſimam* vocat. Scipionem Paſchalem, Caſalenſem epiſcopum, hac multum profeciſſe ex eodem Scioppio ait Joannes Nycius Erithræus prima part. *Pinacothecæ* cap. 143. Hanc & *Minervam* ſummopere cupiebat videre Chriſtianus Daumius, vir eruditus, ut epiſtola quadam ad Thomam Rayneſium is ajebat, quæ inter *Reyneſianas ad Daumium*, Jenæ in Germania anno 1676. in 4. editas, decima octava eſt.

Grammaticæ Græcæ compendium. Salmanticæ 1592. Antuerpiæ 1581. in 8. apud Chriſtophorum Plantinum

De Partibus orationis, & de Conſtructione. Salmanticæ.

De Arte dicendi. Salmanticæ 1556. in 8. Antuerpiæ 1592.

De Interpretandis Auctoribus, ſive de Exercitatione. Antuerpiæ 1582. & 1592.

Paradoxa. Antuerpiæ apud Plantinum 1582. in 8.

Organum Dialecticum, & Rhetoricum, cunctis diſciplinis utiliſſimum & neceſſarium. Salmanticæ apud Michaelem Serrano de Vargas 1588. in 8.

De nonnullis Porphyrii, aliorumque in Dialectica erroribus ſcholæ Dialecticæ. Salmanticæ 1588. & 1597.

Commentaria in Andreæ Alciati Emblemata. Lugduni apud Gulielmum Rovillium 1563. in 8. alias 1573.

In Virgilii Bucolica Notæ. Salmanticæ 1591. in 8.

In Auli Perſii Flacci opera Notæ. Salmanticæ eodem anno.

In Horatii Artem Poeticam Annotationes. Salmanticæ eodem anno apud Joannem & Andream Renaud, & Antuerpiæ 1592. De iis ſcilicet, *quæ viderat a commentatoribus ignorari*, ut auctor ait, nec *commentaria ſcribere ſe ; ſed ab aliis prætermiſſas animadverſiones.*

Scholia in IV. Angeli Politiani Silvas carmine heroico conſcriptas, ſcilicet Nutriciam, Ruſticum, Manto, & Ambram. Salmanticæ apud Andream de Portonariis 1554. 8. Quæ poſt multos annos auctiora & emendatiora præſtare ſe in Annotationum Artis Poeticæ epiſtola nuncupatoria refert.

Pomponium Melam a ſe caſtigatum edidit: cujus editionem omnibus anterioribus præponit Andreas Scotus in ſua ejuſdem Geographi editione.

Pentecontarchon, quod Laurentii Ramirezii a Prado editum fuit nomine, interpolatum ab eo tantum, at a Sancio noſtro conſcriptum Scioppius exiſtimavit in memoratarum Conſultationum ſecunda, ubi de auctoribus agit linguæ Latinæ. Aliis auctor creditus ejus operis Balthaſar de Ceſpedes, jam laudatus, Sancii gener ac diſcipulus, Ramirezii magiſter : de quo nihil nobis liquet, nec temere derogandum exiſtimamus magno nomini, atque in aliis æque doctis comperto, quod hujus operis inſcriptum eſt fronti.

Hiſpana hæc:

Anotaciones a las obras de Juan de Mena.

Notas a las obras de Garcilaſo de la Vega. Salmanticæ apud Petrum Laſſum 1574. in 16. & apud Didacum Lopez 1582. 12.

Doctrina del Eſtoico Filoſofo Epicteto : e Græco hujus auctoris. Salmanticæ 1600. 8. Barcinone & Pampilone 1612. in 16. Matriti apud Joannem Cueſta eodem anno in 8.

Declaracion y uſo del Relox Eſpañol entretexido en las armas de la muy antigua y eſclarecida Caſa de Roxas : ex Latino Hugonis Helt, marchionis Pozæ domeſtici, 1549. in 4. Salmanticæ apud Joannem Juntam.

Sæculari anno MDC. quo Epitectum edidit, in ætate habebat annos LXXVII.

FRANCISCUS SANCHEZ, Luſitanus, ex Bracharenſi patria urbe, puer in Gallias Burdigalam ab Antonio patre, primæ notæ medico, delatus, in eo regno habuit laudis & honorum domicilium. Peregrinatus quippe in Italia, Romæque per aliquod tempus hærens, lares Gallicos repetivit, Monſpeliumque deveniens ; Huchetoque præſtanti medico familiaris factus, ita apud eum profecit ut docendi ex cathedra obtinuerit copiam in eo gymnaſio, XXIV. tantum annis natus. Sed non diu poſt exinde pepulere eum turbæ religionis, Toloſamque tranſtulere, in qua urbe, quod reliquum vitæ fuit, medicinam feliciſſime fecit, medici & philoſophi inſignis appellationem a Juntino meritus in *Kalendario*, ſecundo ſcilicet ejus operum volumine. Plura ſcripſit, quæ quidem Petrus Boſc, Toloſanus typographus, ex officina ſua in 4. ſimul emiſit anno 1636. Nempe:

Opera Medica. Sub quo titulo comprehenduntur:

De Morbis internis lib. III.

De Febribus, & earum ſymptomatis lib. II.

De Venenatis omnibus cum ſignis & remediis liber.

De

De Purgatione lib. singularis.
De Phlebothomia lib. I.
De Locis in Homine lib. I.
Observationes in Praxi.
De Formulis præscribendi medicamenta ad Tyrones.
Pharmacopeiæ libri III.
De Theriaca lib. I.
Examen Opiatarum , Syruporum , Pilularum & Electuariorum solidorum lib. IV.
In Lib. Galeni de Pulsibus ad Tyrones Commentarii.
In Lib. III. Galeni de Crisibus Commentarii.
In ejusdem Lib. de Differentiis morborum Commentarii.
In ejusdem Lib. De Causis morborum.
In ejusdem De Differentiis symptomatum. Item:
In De Causis symptomatum lib. III. Commentarii.
Censura in Hippocratis opera omnia.
Summa Anatomica lib. IV. Adjunguntur quatuor tractatus philosophici:
De Longitudine & brevitate vitæ liber.
In Lib. Aristotelis Physiognomicon Commentarius.
De Divinatione per somnum ad Aristotelem.
Quod nihil scitur liber. Quatuor hi tractatus prodierunt seorsim Rotarodami 1649. 12.
De Semine Tractatus Francisco Sanctio adscriptus , olim fuit inter libros D. Ludovici a Castella.

Præter hæc *objectiones* quasdam , & *erotemata super Geometricas Euclidis demonstrationes ad Christophorum Clavium* , mathematicorum sui temporis principem , solvenda transmisisse dicitur , in quibus respondens Clavius vix satisfecit nostro. Libellum quoque ab eo conscriptum *super Cometa anno MDLXXVII. apparente* tradit Raymundus Delassus , a quo , nostri Sancii olim discipulo , vitam ejusdem operibus præfixam habemus. Obiisse diem suum septuaginta & plus annis natum , post viginti quinque philosophiæ , atque undecim alios medicinæ publicæ professionis , ibidem refertur.

F. FRANCISCUS SANCHEZ , Lusitanus , Olisiponensis , ordinis S. Benedicti , vir non solum theologiæ peritus imprimis Biblicæ , sed instrumento Hebraicæ linguæ , quo multa obscura sacrarum Scripturarum explanantur loca , bene instructus , edidit , dum in Montisferrati monasterio esset , ad quod forte is pertinebat , Ludovico Tena Dertusensi præsuli nuncupatum:

In Ecclesiastem Commentarium cum Concordia vulgatæ editionis , & Hebraici Textus. Barcinone apud Sebastianum Mathevat 1619. 4.

F. FRANCISCUS SANCHEZ DEL CAMPO , Franciscanorum fratrum sodalis, scripsit librum , cui titulus:

Passio duorum. Compluti 1597. Ita Waddingus.

FRANCISCUS SANCHEZ DE OROPESA , in cognomine isto oppido , quod Abulensis est dioecesis , ut credimus natus, medicinam Hispali diu exercuit non sine laude , cui viam muniverat Salmanticæ auditor & assecla Laurentii Aldereti , insignis hujus scholæ medici. Plane eum Græcorum ejus artis auctorum libros , absque eo quod ab interpretibus manu duceretur , consuluisse admonitus sum epistola Petri de Valentia , viri clarissimi , ad ipsum data , qua Oropesam rogat de sententia quorumdam Hippocratis atque Aretæi locorum. Scripsit:

Discursos para averiguar que mal de orina sea el que padece Diego Henriquez Leon su compadre y amigo : ubi plura de calculo , & urinæ retentione. Hispali apud Joannem de Leon 1594. in 4.

Discurso sobre los vaguidos que padece el Padre Fr. Andres de S. Geronimo Rector del Colegio de S. Lorenzo el Real. Ibidem 1599. 4.

Respuesta acerca de una palpitacion y tremor que padecia un enfermo en Guatemala. Ibidem 1594. in 4.

Respuesta a lo que ha sido preguntado en un accidente de un Vaguido de calor y sol. 1593.

FRANCISCUS SANCHEZ RANDOLI , Salmantinus , in patria schola professor juris Pontificii ex vespertina , atque inde e primaria cathedra , deinde Pincianæ cancellariæ senator Regius , edidit:

Repetitionem Salmantinam ad Text. in cap. Aliter XXX. quæst. V. sive Tractatum de Ritu Nuptiarum. Salmanticæ 1630. apud Didacum a Cussio in 4.

F. FRANCISCUS DE SANCTA CRUZ , Dominicanus , in collegio Sancti Thomæ Aquinatis Hispalensis urbis studiorum præfectus , qui valde a suis laudatur, scripsit:

Super totam Summam Theologiæ S. Thomæ. Joannes Lopez , Monopolitanus episcopus, in *Histor. Dominic.* parte IV. lib. I. cap. XLIV.

FRANCISCUS DE SANCTA CRUZ ET MORALES , Aragonensis , juris utrisque doctor , fiscalisque advocatus in curia Cæsaraugustana , scripsit:

Noticia sumaria de las cosas de Aragon: sive de regimine & politia ejus regni. MS. quam penes se habere affirmavit Joannes Franciscus Andreas Ustarrozius , Aragoniæ chro-

chronographus, in notitia auctorum, quos laudat in opere *Coronationum.*

Relacion breve de la Vall de Aran y su govierno : ad Philippum Regem II. Hæc & alia erant apud Bartholomæum Morlanem, uti laudatus jam Ustarrozius scribit.

F. FRANCISCUS DE SANCTA MARIA, edidit:

Patrocinio de Nuestra Señora en España. Matriti 1666. in 4.

F. FRANCISCUS DE SANCTISSIMO SACRAMENTO, Lusitanus, Olisipone natus, Carmelita Nudipes, præfectusque suæ Portugalliæ congregationis, præter alia genealogica confecit librum:

Da Familia dos Condes, Almirantes, Marquefes de Niza e arbore da sua familia dos Gamas. Fr. Emmanuel a Resurrectione.

Epitome unico da Dignidade de Grande e mayor Ministro da puridade & de sua muita antiguidade & excelencia : ad Ludovicum de Vasconcellos & Sousa, comitem Castellimelioris. Olisipone typis Joannis da Costa 1666. in 4.

F. FRANCISCUS DE SANCTO ELIA, Carmelita Excalceatus, dum Medinæ Rivisicci suis præesset publicavit:

Comentarios y doctrina sobre la Regla primitiva de la orden de Nuestra Señora del Carmen, Segoviæ apud Didacum Diaz de la Carrera 1638. folio.

D. FRANCISCUS DE SANDOVAL, Palentinus, Bernardi hujus urbis decurionis filius, jurisconsultus, Palentinæ ecclesiæ canonicus, ac Sancti Salvatoris abbas, vigesimum secundum agens ætatis annum edidit:

San Antonino Español : *Discurso Apologetico, en que se prueba que el Patron de la Santa Iglesia, ciudad y Obispado de Palencia no es el Santo Frances Antonino, sino otro Antonino Español hasta hoy ignorado; y se averigua que Santo Toribio Obispo de Astorga no anegó a Palencia, como dicen, sino Santo Toribio el monge su Obispo* &c. Pinciæ 1633. in 4. Portio hæc nimirum in specimen oblata est *Historiæ Palentinarum rerum*, cui formandæ jam ab aliquot annis incumbebat.

D. FRANCISCUS SANDOVAL QUIXANO, excellentissimo D. D. Eneco Melchiori Fernandez de Velasco, magno Castellæ comestabili, a rationibus, scripsit:

El Prudente aconsejado, avisos Cortesanos deducidos de varios autores. Matriti apud Melchiorem Alegre 1666. 8.

FRANCISCUS SANTOS, Regii palatii domesticus, scripsit:

Dia y noche de Madrid ; *discursos de lo mas notable que en el pasa.* Matriti apud Paulum del Val 1663. 8.

El No importa de España. Madriti apud Dominicum Garzia & Morras 1668. 8. An idem est qui verso stylo edidit?

Alva sin escrupulo y Parafrasis de lugares sagrados ajustados a la inmunidad de Nuestra Señora. Ibidem 1664. in 8.

Idem credo scripsit:

Las Tarascas de Madrid y Tribunal espantoso. In 8.

Los Gigantones de Madrid por desuera: in 8. Ibidem.

F. FRANCISCUS DE LOS SANTOS, Segoviensis, Seraphicæ familiæ, plurium domorum præfectus, ac definitor provinciæ S. Pauli, scripsit, sed non edidit ait Waddingus:

Commentaria in Evangelium Sancti Joannis:

F. FRANCISCUS DE LOS SANTOS, Hieronymianus monachus Regii monasterii Scurialensis, eleganter edidit:

Descripcion del Real monasterio de S. Lorenzo del Escurial. Matriti anno 1657. folio. Meditatur nescio quid operis *De Viris illustribus ordinis sui Hieronymiani*, aut potius continuationem Historiæ domesticæ Josephi de Siguenza.

F. FRANCISCUS SARABIA, monachus Benedictinus Portugalliæ, laudatur a Cardoso eo quod scripserit:

In Ecclesiasten commentarium, Barcinone editum 1615.

FRANCISCUS SARABIA (sive SARAIVA) DE SOUSA, Lusitanus, ex oppido Trancoso ut ajunt, scripsit:

Baculo Pastoral de flores de exemplos.

D. FRANCISCUS SARMIENTO DE MENDOZA, Burgis, primariæ Castellæ Veteris urbi, natalium nobilitatem a Ludovico, S. Jacobi militiæ equite, & Joanna Pesquera & Castillo parentibus acceptam; Salmanticæ vero eum sub optimis præceptoribus, atque inter alios Petro a Peralta, jurisconsulto, ingenii cultum debuit, ut non amplius quam unius atque viginti annorum adolescens jam publice ex propria cathedra Pontificium jus doceret, non sine peculiari quadam sui laude inter ceteros professores; cujus ea cathedra ob excellentem ingeniosissimi rectoris in ea ætate doctrinam, famæ cathedra vulgo audivisse fertur: quod sæpius de præceptore suo re-

retulisse sibi D. Petrum Castrium Quignonium, Hispalensem antistitem, Giennensis auctor Historiæ annotatum reliquit. Proinde collatis ei magistratuum ornamentis reipublicæ gerendæ concessus fuit, Pinciam quidem prius evocatus ut in hac curia jus redderet, sexennioque ibi exacto, ad auditorum ut vocant Pontificiorum ordinem Romam translatus. Quo in gravissimo totius ecclesiastici orbis senatu XII. alios annos conspiciendum se, atque ob animi dotes literarumque ac virtutum præstantiam non mediocriter suspiciendum præbuit. Quousque in patriam reversus, edito per eos dies studiorum suorum in *Selectarum* aliquot libris specimine, Asturicensis ecclesiæ præsul anno MDLXXIV. renuntiari, atque interim Regiis instructus mandatis visitare cancellariam Pincianam, necnon & anno MDLXXX. ad Giennensem ampliorem sedem transferri dignus fuit habitus. Quindecim vero adhuc annis posteriori huic convixit sponsæ, pietate in Deum, caritate in pauperes, exercitioque ceterarum virtutum, quæ in populorum sacris rectoribus maxime expetuntur, exactissimum & ad unguem veluti factum Christiani episcopi exemplar. Egregiæ suæ doctrinæ, qua in juris studio maxima pollebat, hæc ad posteros monumenta propagavit:

Selectarum Interpretationum libros VIII. Quorum primus, II. III. VI. & VII. miscelli sunt, reliqui tres propriam & singularem quisque tractationem continent; nempe IV. *Enarratio* est tit. DD. *De Liberis & posthumis*: V. specialiter *L. Gallus Aquilius*, ejusdem tituli: VIII. autem *Ad Tit. de Legatis secundo* inscribitur, in quem jam antea commentatus fuerat Francisci olim auditor Antonius Padilla Menesius. Prodierunt Romæ ex officina Julii Accolti 1571. in 4.

De Redditibus Ecclesiasticis: ad Pium V. P. M. librum unum. Scilicet teneri clericos ad superfluum pauperibus erogandum lege tantum caritatis & misericordiæ, non præscripto justitiæ, adversus Martinum doctorem Navarrum eo noster probare conatus fuit. Romæ anno 1569. apud Julium Accoltum in 8. Atqui Navarro denuo insurgente natus est:

Defensio hujus *libelli de Redditibus Ecclesiasticis ab impugnationibus Doctoris Martini Navarri*: ad Gregorium XIII. P. M.

Omnia hæc tribus voluminibus prodierunt: I. & II. Burgis ann. 1573. & 1575. III. Asturicæ 1577. in fol. Simul vero edita sunt cum alias, tum Antuerpiæ apud Joannem Kerbergium 1616. folio.

Hispanice reliquit in schedis manu adhuc scriptum:

Dialogo en que se trata de los Concilios y guarda dellos, interloquutoribus Francisco & Antonio: quem majori ex parte auctum a D. Emmanuele Sarmiento a Mendoza, Francisci ex fratre nepote, Hispalensis ecclesiæ canonico Doctorali, ex quodam exemplo vidimus inter MSS. codices D. Fr. Dominici Pimentelli S. R. E. cardinalis, atque ejusdem ecclesiæ antistitis.

Reperio etiam Beatiæ excusum per Baptistam Montojam:

Dialogo de la Doctrina Christiana. Anno 1591. in 12. D. Josephus Pellizerius, historicus Regius, in libro suo *Del origen, antiguedad, calidad, y servicios de la Casa de Sarmiento de Villamayor* fol. 4. supplicem nostri libellum (Memorial nos dicimus) laudat his verbis:

Un Memorial de D. Francisco Sarmiento de Mendoza, obispo de Jaen, que corresponde bien a su grande erudicion y letras, pues con exquisito examen de fundaciones de monasterios, inscripciones de sepulcros, y sellos de escrituras prueba la antigüedad de las armas y divisa de los Sarmientos, verdes en campo de plata &c. Hæc ille: si tamen diversum est opus ab eo quod ejusdem Pellizerii fide D. Petro Sarmiento cardinali adjudicavimus; quod eo magis vereor, quod amicus hic noster eruditissimus fol. 31. scribit eumdem Franciscum nostrum (cui tamen per errorem cardinalis titulum affixit) primum invenisse in archio monasterii de Benevivere exemplar unicum, quod in Hispania visum fuit hactenus, Illiberitani concilii, ad quod *Scholia* elucubravit doctissima.

FRANCISCUS SARZOSUS, (vulgari nomine ut credimus SARZOSA) *Cellanus Aragoneus, scripsit libros duos in Æquatorem Planetarum Alphonsinæ hypothesi superstructum anno* 1525. Hæc totidem verbis Joannes Baptista Ricciolus in elencho auctorum mathematicorum, altero volumine *Novi Almagesti.*

FRANCISCUS SATURRIS (forte SATORRE) Catalanus, Balaguerensis, sacerdos, composuit:

Delphinum Comœdiam. Barcinone anno 1543. Valerius Andreas. Historiam alii hanc nominant hujus tituli: *Delphini contra Perpinianum*, scilicet expeditionis Henrici Galliæ Principis sub Francisco I. parente adversus Perpinianum, quæ successu caruit anno MDXLII. cujus meminerunt de rebus Caroli Cæsaris historici, ac præter eos Beuter in lib. I. *Hist. Valent.* cap. 16. Medina *De las Grandezas de España* lib. 2. cap. 179. Urrea *Dialogo de la verdadera honra militar* fol. 90. Blasco de Lanuza tomo I. *de la Histo-*

toria de Aragon lib. 4. cap. 16. Nisi & comœdiam & historiam scripserit Franciscus Satorres , hoc enim modo appellabatur.

F. FRANCISCUS SECURIS , Lusitanus , Cisterciensis monachus in Alcobaciensi magna hujus ordinis domo , ac Parisiensis doctor theologus , nuncupavit serenissimo Henrico S. R. E. cardinali Portugalliæ Infanti:

Veritatis repertorium in Hebræos. Conimbricæ 1567. in 4.

Paraphrasim quoque in *Septem Psalmos Pœnitentiales* MS. tribuit Cardosus.

FRANCISCUS DE SEGURA , domo ex oppido Atienza Seguntinæ diœcesis , vexilliferum se , atque domesticum aut familiarem , Aragoniæ proregis , nescio cujus , referens , dedit foras poetica varia opera , scilicet:

Romancero Historiador.

Romancero de los Reyes de Portugal.

Archimusas de varias rimas. Cæsaraugustæ 1614. 8.

Sagrados misterios del Rosario de Nuestra Señora. Ibidem apud Angelum Tavanum anno 1602. 8.

F. FRANCISCUS DE SEQUEIROS ET SOTOMAYOR........ ordinis eremitarum S. Augustini , concionator Regius , & præter alia domi gesta munera professor theologus Complutensis e cathedra S. Thomæ , indeque ex primaria Magistri Sententiarum , scripsit:

Impugnationem Propositionum Cleri Gallicani de Ecclesiastica potestate. Matriti 1683. in.....

F. FRANCISCUS DE SERPA , Lusitanus , ordinis nescio cujus , scripsit:

De Eucharistia. Hujus meminit D. Franciscus Emmanuel epist. 1. Centuriæ IV. Nisi Franciscanus ille sit , quem Balthasar Limpus, Portuensis & Bracharensis antistes , episcopum suffraganeum habuit , concionator fama clarus. Sed hunc Franciscanum , eumdemque *Eucharisticæ Chronologiæ ab ipso mundo condito per figuras legis naturæ depictæ & enarratæ* auctorem , quam Parisiis edidit Sebastianus Cramoysi anno 1648. in folio , Antonium Serpensem vocat Waddingus ; Franciscum a Conceptione, Serpensem patria, alii Lusitani.

FRANCISCUS DE SESSE , Aragonus, jurisconsultus , ex Hispano in Latinum convertit:

Martini de Azpilcueta Doctoris Navarri Manuale Confessorum , & notas addidit. Venetiis 1573.

FRANCISCUS DE SIGUENZA , Hispalis urbis civis , dedit ad Ferdinandum Henriquez de Ribera , Tarifæ marchionem, anno MDLXXIX.

Dialogo de la Translacion de los cuerpos reales a la nueva capilla : Regum nempe Ferdinandi III. cognomento Sancti , cum uxore ejus , atque item Alphonsi X. Sapientis , eorum filii , in capellam , quam Regum appellant in Hispalensi ecclesia.

F. FRANCISCUS DE SIGUENZA, ordinis S. Francisci Strictioris Observantiæ provinciæ S. Josephi , edidit:

Declaracion breve de la Regla de S. Francisco. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1613. in 4. Deinde Italice Venetiis apud Joannem Baptistam Combi 1627. 16.

FRANCISCUS DE SILVA ET OLIVERA , Complutensis , medicinam faciebat Granatæ quo tempore in ea urbe edidit:

Discurso de la providencia y curacion de secas y carbuncos con contagio. Apud Sebastianum de Mena 1603. 8.

FRANCISCUS SOAREZ , Lusitanus, ex oppido Torresnovas , Olisiponensis diœcesis , alias ex civitate principe ista , marchionis de Trocisal frater , Jesuita , cum Conimbricæ tum Eboræ theologiam XVIII. annis professus , Eborensis collegii , & academiæ rector , utriusque juris peritus , incendio periit Jerumeniæ tormentari pulveris cum officialibus academiæ , quo tempore cum Lusitanis bellum ardebat , die IX. Februarii MDCLIX. Edidit:

Cursum Philosophicum : quatuor tomis. Conimbricæ apud Paulum Craesbeck 1651. atque iterum Eboræ 1668. 1669. & 1670. folio. Paratum reliquisse eum alia opera renovatæ *Bibliothecæ Societatis* auctor docet , nimirum:

De Pœnitentia opus insigne.

De Censuris Ecclesiasticis & Bulla Cœnæ: brevi in lucem edenda : peneque absoluta reliquisse *Commentaria in Primam Partem S. Thomæ.*

F. FRANCISCUS DE SOBRECASAS, Aragonensis , ordinis Prædicatorum , Sancti Officii patribus a censura theologica , edidit:

Ideas varias de orar evangelicamente , con reglas para la forma y eleccion de libros para la materia. Cæsaraugustæ apud heredes Petri Lanaja 1681. folio.

FRANCISCUS SOLER , Catalanus, elucubravit:

Ad Edictum de monetarum reformatione in

in Catalonia. Barcinone 1611. Item:
Del Titulo de Don.

FRANCISCUS DE SOLSONA, Catalanus, Angularienſis, juriſconſultus in patriis rebus exercitatiſſimus, cum tamen notariatus artem tantummodo exerceret, ſcripſit:

Lucernam Laudemiorum omnia Emphyteuſeos jura complectentem. Barcinone apud Joannem Gordiola 1556. folio. Deinde cum aliis ejuſdem argumenti auctoribus Amadeo de Ponte, Antonio Fabro, Bertrando Argentræo, Camillo Borello, Carolo Antonio Blancardo, Hartmanno Piſtore, & Mario Burgo Auguſtæ Taurinorum apud heredes Tarini anno 1629. in folio.

De Stylo Capibreviandi: quod vernacule Catalanis ſignificat emphyteuſis renovationem. Barcinone 1561. 8. cum quodam utili *Clauſularum* tractatu, ſive de *Stylo clauſularum* & aliis, Catalanice.

F. FRANCISCUS SORIANO, Franciſcanæ familiæ ſodalis, edidit Granatæ anno 1648. 4.

Concertationem Theologicam: ut credimus De Conceptione Virginis immaculata: quem auctorem laudat Fr. Petrus Alba in *Militia Conceptionis.*

F. FRANCISCUS DE SOSA, Toleti nobili loco natus, ad Seraphicam familiam in Salmantina domo admiſſus, anno ſæculari MDC. miniſter ejuſdem ordinis generalis creatus, propter obitas pie ac prudenter ad varios legationes, principibus Europæ impenſe fuit carus. Antiſtes hinc Canarienſis anno MDCVII. deſtinatus in ſedem non transfretavit, factus interim unus ex iis, qui fidem in Catholici Regis curia tuentur, patribus. Oxomenſis tandem eccleſiæ infulis ornatus, anno MDCXVIII. Arandæ juxta Durium amnem, quod iſtius diœceſis oppidum eſt, fato conceſſit: vir magnanimus, prudentiaque & conſilio præſtans. Scripſerat olim, theologiam dum docet in Salmantina domo:

Advertencias cerca de una Conſtitucion de Clemente VIII. De Largitione munerum utriuſque ſexus Regularibus interdicta. Barcinone 1595. Deinde variis temporibus:

Como la queſtion de la Inmaculada Concepcion de Nueſtra Señora ſe puede definir de Fe.

Un parecer, que dió en Madrid el año de MDCXVII. en razon de la Oracion, que el Doctor Mexia de la Cerda hizo y dixo en S. Franciſco de Valladolid de la puriſima Concepcion de Nueſtra Señora.

En razon del libro de la ſanta Soror Juana de la Cruz.

En razon de la Profeſion, que hazen los Hermanos Terceros de la orden de S. Franciſco.

Que la orden Tercera de Penitencia es verdaderamente orden, y no coſradia: in 4.

Carta al Rey D. Felipe III. ſobre que no convenia dar licencia a los Padres Capuchinos para fundar conventos en la Corona de Caſtilla.

Diſcurſo contra dos Tratados, que ſin nombre de autor ſe eſtamparon cerca de la cenſura que el Papa Paulo V. pronunció contra la Republica de Venecia. Neapoli anno 1607. 4. per Joannem Jacobum Carlinum. Necnon & Latine:

Sanctorale Seraphicum Sancti Franciſci & eorum, qui ex tribus ejus ordinibus relati ſunt inter Sanctos. Hi novem tractatus Toleti ſimul prodierunt 1623. 4.

Adjungit his Lucas Waddingus:

De iis, ad quæ obligantur Epiſcopi ex Regularibus aſſumpti: ſive Hiſpane (quo ſermone ſcriptus eſt) *Obligacion con que quedan los Obiſpos Religioſos.* Matriti 1631. Miror fugiſſe diligentiſſimum familiæ ſuæ luminum collectorem & illuſtratorem majoris adhuc ſuperioribus cunctis molis, & forſan meriti, opus, quod in Vaticano codice MSS. 1512. aſſervatum vidimus, ſcilicet:

De Juriſdictione & optimo genere procedendi in Cauſis Regularium libros ſex ad Clementem VIII. Papam.

Obiiſſe eum jam factum Segoviæ urbis præſulem, Romamque ad promovendam articuli Conceptionis Immaculatæ Marianæ expeditionem, loco Antonii de Trejo ejuſdem ordinis, Carthaginenſiſque antiſtitis, deſtinatum anno MDCVII. ſcribit Waddingus.

FRANCISCUS DE SOSA, Medinæcampi ortus, doctor medicus & philoſophus, obtulit Roderico Gomezio a Silva, Ebolitano principi, exhibendum ab eo Philippo Regi II. librum, qui MS. circumfertur:

Del Arte como ſe ha de pelear contra los Turcos; y como defendiendonos dellos ſe ha de rematar ſu potencia. Hunc perfectum fuiſſe Medinæ anno MDXLIX. auctor ipſe teſtatum reliquit, ſeque alium habere abſolutum: *De las iluſtres Mugeres que en el mundo ha havido.*

F. FRANCISCUS SOTA...... Benedictinus, ſuæ congregationis concionator, & Catholicæ majeſtatis in Caſtellæ regnis chronographus, edidit, paullo poſt moriturus:

Chronica de los Principes de Aſturias y Cantabria. Madriti apud Joannem Garzia Infanzon 1681. in folio. Sed, quod pudere quemque ſanum lectorem debet, ex Haubertinis fabulis majorem partem.

FRAN-

FRANCISCUS DE SOTO, Bæticus, Marcienenſis, Jeſuita, edidit:

Confeſionario general, y Inſtruccion para examinar la conciencia. Hiſpali ſæpius prodiit, & Conchæ anno 1623. Alia non vidimus; laudat tamen Alegambius in *Bibliotheca* & in ejus *Appendice* aliquot ejuſdem *Conciones*; ſed cum propoſitum nobis ſit concionum ſeorſim editarum non meminiſſe, abſtinemus his, ad *Appendicem* illam te, lector, invitans.

Obiit Gadibus xxx. Januar. MDCXXXIV. ætatis LXVI.

F. FRANCISCUS DE SOTO, Franciſcanus, plurium operum ſcriptor audit a Luca Waddingo, ineditorum ut exiſtimo, nullius enim eorum editionis in publicum meminit. Hæccilla:

Expoſitionem in Lamentationes Hieremiæ.

Tractatulum ſuper præconium Paſchale, Exultet; quo in Sabbatho ſancto benedicitur Cereus Paſchalis.

Contemplationes de Jeſu Chriſto cruci affixo, & univerſa ejus Paſſione.

Meditationes de doloribus, quos Beata Virgo paſſa eſt ad pedem crucis in conſpectu filii in ea confixi.

FRANCISCUS DE SOUSA, Luſitanus, juriſconſultus, ſub Philippo III. Rege noſtro, ac Flandriæ comite, Fiſci advocatus, Bruxellis ſcripſit *Repetitiones* ut vocant:

Ad L. Fœminæ D. de Regulis Juris. Et:

Ad §. Actionum, Inſtitutionum de Actionibus. Antuerpiæ apud Verduſium anno 1618. in folio. Simulque:

Commentaria ad Tit. D. De Pactis. Matriti 1626. in folio.

FRANCISCUS DE SOUSA TAVARES, Luſitanus, miles, Malacæ olim urbis præfectus in India Portugalliæ, ſæculo deinde relicto Minorum ordinis ſodalis factus, ſcripſiſſe dicitur neſcio quid aſceticum, ſive ut Cardoſus rei auctor loquitur *De Devoçaõ.* Eboræ 1587. qui & laudat alium *Doctrina Chriſtiaã* inſcriptum, Oliſipone editum 1564.

FRANCISCUS STEPHANUS DE VILES, Murcianus, S. Clementis Bononienſis ſodalis, doctor theologus, canonicus Palentinus, convertit in linguam Italicam:

Joannis Gineſii Sepulvedæ Hiſtoriam de rebus geſtis Cardinalis Ægidii Albornozii Fundatoris Clementini ſui Collegii. Bononiæ 1590. apud Joannem Rubeum in 4.

FRANCISCUS SUAREZ, Granatenſis, magnum patriæ urbis, atque adeo totius Hiſpaniæ, Jeſuiticæque ſacræ ſodalitatis incrementum, ineuntis anni milleſimi quingenteſimi quadrageſimi octavi die quinta in lucem editus eſt, parentibus Gaſpare Suario a Toleto, Granatenſis prætorii advocato, & Antonia Vazquez de Utiel, quorum familiæ ædeſque tanti viri cognatione atque ortu, necnon antiqua nobilitate, conſpectiſſimæ in ea urbe ſunt. Parentum cum eſſet primogenitus, literis tamen addixit Salmanticæ adoleſcentiam, ingratis quidem uſque ut videbatur muſis, ne vola ſane aut veſtigio, ut dici ſolet, ejus quod aliquando erat in his præſtiturus, eo illo tempore quo plus exerere ſe ingenium amat, comparente. In Societatem admiſſus ejuſdem ipſius urbis, quod nec facile impetravit, ea quidem ſui diffidentia verſatus eſt in prioribus philoſophiæ ſtudiis ut ad aliud quodcumque opus inter ſodales faciendum deſtinari ſe mallet, exercitium ſibi infeliciter ſucceſſurum, anxie inſtanterque ab his, quorum curæ res erat, deprecatus. At præfinito a natura tempore, quod tardius, atque ideo ſæpius ſolet contingere beatius, prodere ſenſim vires animi latentes, tanquam a veterno quodam expergefactas, illumque hominem, in quem poſtea evaſit, promittere cœpit atque adumbrare. Cujus rei argumentum quamprimum editum hoc fuit: nam poſt expoſitum Segoviæ Ariſtotelem, Pinciæque ſacras literas, Romam ingenti de ſe jam conceptæ ſpei reſponſurus, non ſine conſilio prudentiſſimorum, commigravit. Urbis eum profeſſorem celebratiſſimum curia octo annis, atque adeo univerſus Chriſtianus orbis, qui inde jura ſacra petit, ſuſpexerunt, Gregorio XIII. Pontifice, cujus in re præſentis auſpicio diem profeſſionis primum Suarius vidit permagna cum ſua laude tranſactum. Nec patriam prius cogitavit, quam valetudo adverſa reditum imperaſſet. Reverſus Compluti munus idem docendi octo alios annos, Salmanticæque uno tantum exercuit. Quouſque in Luſitaniam, ejuſque Conimbricenſe gymnaſium ire juſſus a Philippo Rege, vota hujus lycei apud principem iſtum, callidis officiis expoſita, læto adventu reque ipſa beavit; in tranſitu doctor Eborenſis theologus plauſu magno ejus ſcholæ renuntiatus. Nam primariæ impoſitus theologiæ docendæ apud Conimbricenſes cathedræ, vicennium integrum, hoc eſt, ad exitum uſque vitæ, carus omnibus, ſummeque ob ſapientiam & vitæ integritatem venerabilis, dignum ſe illo culmine, gentiſque doctiſſimæ ea, quam de ſe commoverat, ſumma expectatione demonſtravit. Hujus viri clariſſimi tot paſſim nota opera, libriſque inſculpta effigies animi, perennioribus ære monumentis, ingenium, eru-

di-

ditionem, doctrinæque genus quoddam singulare, atque modestia imbutum præstantissima, soliditateque non vulgari ad sæculorum omnium memoriam consecrarunt. Perspicuitate docendi judicium limatissimum, æque ut memoria eorum omnium quæ in literas retulisset præsenti & fida magnum, gravitateque an subtilitate (ambiguum id est) felicius ingenium adæquavit. Voces istæ sunt memoriam suam modeste jactantis, facile se omnium operum toto vitæ spatio elaboratorum jacturam, si contigisset, nullaque illius concussione graviori reparaturum. Quotidie in scholis relectiones per horam integram memoriter dictare solitus, domi etiam exceptores non unius commentarii, sed sæpe duorum aut plurium recitatione lassabat. Quatuor jam & viginti doctissimorum philosophiæ theologiæque voluminum testimonio credimus assiduam istam legendi & commentandi, ac ferrei pectoris, quæ Didymum etiam illum Chalcenterum provocare possit, intentissimam curam. Quo librorum numero vix aliquem, aut ne vix quidem, eorum qui ex operibus etiam nunc durantibus pernoscuntur, æqualem sibi Suarius habet. Sed quod maxime opus fuit, ut doctrina non vana esset, aspera sui tractatione, conversandi modestia, exacta in Deum pietate, virtutibusque aliis quamplurimis honorem sibi ejus etiam, quæ sapientiæ basis merito audit, initiumque sanctimoniæ, apud mortales fecit. Septuagenarium ille senem, operique intentum & parem adhuc agebat, cum ad superos evocatus est Ulisipone, quo suos *De Gratia* libros typis mandaturus concesserat, nempe Septembris XXV. die anno hujus sæculi decimo septimo. Quem obitum Lusitania integra, pro viri in rem literariam atque adeo publicam merito, Conimbricensisque illa præ aliis schola multum diuque mœrentes planxerunt. Catalogus operum ab eo conscriptorum is qui sequitur:

I. & II. Metaphysicarum Disputationum: volumina duo: cum *Indice locupletissimo in XII. libros Metaphysicorum Aristotelis.* Tum in Hispania, tum Genuæ 1608. folio. Venetiis 1610. in folio. Coloniæ 1620. Genevæ 1636. fol. Et *cum Notis Revii* Lugduni Batavorum 1664. 4.

Commentationum deinde *ac Disputationum in Summam Theologiæ Divi Thomæ Aquinatis* XIX. volumina: quorum tria proxime sequentia respondent Primæ Parti Angelici Præceptoris, scilicet:

III. De Deo uno & trino. Moguntiæ typis Birckmannicis Lippii 1607. folio.

IV. De Angelis libri VIII. Ibidem 1621.

V. De Opere sex dierum libri V. Et *de Anima* lib. VI. Lugduni apud Jacobum Cardon & Petrum Cavellat 1621. & ibidem anno 1635. in folio. Cum titulo *De Deo effectore Creaturarum omnium* prodierunt hæc duobus tomis Moguntiæ ex officina Balthasaris Lippii 1622. folio.

Sequuntur ad primam Secundæ Partis:

VI. De Ultimo fine Hominis, ac Beatitudine.

De Voluntario & Involuntario.

De Humanorum actuum bonitate & malitia.

De Passionibus & Habitibus.

De Vitiis atque peccatis. Lugduni apud Jacobum Cardon 1628. in fol. Et Moguntiæ typis Birckmannicis Hermanni Meresii anno 1629.

VII. De Legibus, ac Deo Legislatore lib. X. Conimbricæ 1613. fol. Et Antuerpiæ apud Joannem Keerbergium eodem anno.

VIII. De Divina Gratia: tripartiti operis pars prima, continens sex *Prolegomena, & de Necessitate divinæ gratiæ ad honesta opera* libros duos. Lugduni 1609. in fol. rursusque apud Cardon & Cavellat 1620.

IX. De Divina Gratia: pars secunda continens libros III. & IV. & V. nimirum de *Auxiliis divinæ gratiæ in generali, & de Auxilio sufficienti & efficaci*: quæ tandem habita facultate Pontificia tamdiu desiderata primum vidit lucem, & adsociata est primæ ac tertiæ jam editis, Lugduni apud Borde & Cavellat socios anno 1651. in folio.

X. De Divina Gratia: pars III. continens posteriores libros septem *de habituali gratia, sanctificatione hominis, merito.* Lugduni 1609. Et typis Cardon 1620. folio.

XI. Opuscula varia Theologica: scilicet:

De Concursu, motione & auxilio Dei lib. III.

De Scientia Dei futurorum contingentium libri II.

De Auxilio efficaci.

De Libertate divinæ voluntatis.

De Reviviscentia meritorum.

De Justitia Dei. Matriti 1599. folio. Lugdunique anno sequenti 1600. apud Horatium Cardon. Moguntiæ apud Lippium 1612. folio. Lugduni 1611. in 4.

Secundam Secundæ interpretantur:

XII. Opus de triplici virtute Theologica, Fide, Spe, Charitate. Parisiis 1621. folio. Ascaffenburgi apud Lippium 1622. folio.

XIII. Opus de virtute, & statu Religionis, ubi de natura & essentia Religionis. De præceptis affirmativis. De Vitiis Religioni contrariis. Lugduni 1609. folio. Moguntiæ apud Lippium eodem anno. Venetiisque.

XIV. De Religione: secunda pars: ubi *de Oratione, Devotione, Horis Canonicis, de Juramento, & Juratione, de Voto.* Moguntiæ 1609. folio. Lugduni 1610. folio.

XV. De Religione tertia pars: ubi *de statu Re-*

Religionis in genere , *seu de obligationibus, quæ religiosum statum constituunt* , *vel ad illum disponunt*. Moguntiæ apud Meresium 1625. folio.

XVI. De Religione : quarta pars : ubi *de obligationibus Religiosorum ex regula* , *prælatione* , *& subjectione regulari provenientibus. De varietate Religionum tam in genere* , *quam in specie. De Religione Societatis Jesu in particulari*. Moguntiæ 1626. folio.

Tertiæ Parti respondent:

XVII. De Incarnatione Verbi : qui cum olim omnium primus Suarii tractatuum prodiisset in lucem , Lugduni forte , anno 1592. apud Joannem Baptistam Buysson , ab ipso deinde recognitus , auctus , & locupletatus, ita ut novum opus videri posset , editus est Moguntiæ a Balthasare Lippio 1604. folio, & Lugduni 1604. & 1608.

XVIII. De Mysteriis vitæ Christi , *& utriusque adventus illius* : *ubi etiam exacte de Beata Virgine* , *de S. Josepho* , *de S. Joanne Baptista*. Lugduni ac Moguntiæ 1604.

XIX. De Sacramentis : prima pars : *ubi de Sacramentis in genere* ; *de Baptismo* , *de Confirmatione* , *de Eucharistia* , *& Sacrificio Missæ*. Lugduni 1604. Et Moguntiæ 1610. folio.

XX. De Sacramentis : secunda pars. *De virtute Pœnitentiæ* , *de Clavibus* , *de Sacramentis Pœnitentiæ & Extremæ Unctionis* ; *de Purgatorio* ; *de Suffragiis* ; *de Indulgentiis*. Lugduni 1604. folio. Moguntiæ eodem anno. *Summa* hujus operis *de Sacramentis* Lugduni prodiit 1627. in 8.

XXI. De Censuris in communi & particulari , *& de Irregularitate*. Lugduni 1604. Moguntiæ 1606. folio.

Præter hæc volumina , quibus illustratur *Summa Theologiæ* Angelici Præceptoris , reliquit Suarius:

XXII. Defensionem Fidei Catholicæ & Apostolicæ adversus Anglicanæ Sectæ errores, *cum responsione ad Apologiam pro Juramento fidelitatis* , *& præfationem monitoriam Serenissimi Jacobi magni Britanniæ Regis*. Conimbricæ 1613. folio. Moguntiæ 1619. Hujus operis quoddam exemplar Londini a Fidei hostibus rogo publico fuit combustum, quo nuntio accepto ea jucunditate atque lætitia perfusus auctor est , ut sancta correptus libri invidia nil sibi optatius contingere potuisse sit palam testatus quam si iisdem cum eo flammis fuisset traditus. Omnia hæc opera XXIII. comprehensa voluminibus prodierunt Lugduni , Coloniæque.

Inedita sunt hactenus:

XXIII. Consilia , *& variæ quæstiones*. Uno volumine.

XXIV. Commentaria in Logicam , *aliosque Aristotelis libros*.

Commentarii in Decretum Clementis VIII. circa confessionem & absolutionem in absentia datas ad cap. Multiplex de Pœnitentia dist. 1. Sumptum ex Leonis epistola LXXXIX. *cum concordia eorumdem Canonum inter se*. Publicatis nempe Suarii commentariis de Pœnitentia in 4. volum. super Tertiam Partem S. Thomæ , emanavit aliquanto post decretum Pontificium hujus confessionis & absolutionis reprobatorium , qua occasione id quod prius succincte scripserat voluit hac lucubratione distinctius exponere , *in ejusdem Sanctissimi*, ut ait , *præsentia* , *& de illius consensu & benigna licentia* , *quod in hoc brevi commentario perfeci* , *& Sanctissimo Domino nostro humiliter emendandam obtuli* , *ut sub illius gravissimo patrocinio securus posset percurrere*. Prosequiturque : *Tres autem præcipuas partes tractatus hic continebit* : *in prima complectar omnia quæ ad ipsius Decreti intelligentiam per se spectant* , *& in fine illius difficultatem peculiarem proponam* , *quæ ex decissione generali hujus Decreti cum alia speciali S. Leonis suboritur* ; *qua occasione Decretum illud Leonis fuse in secunda parte hujus tractatus exponemus* , *hoc enim necessarium est* ; *at in tertia parte veram utriusque Decreti concordiam & propositæ difficultatis resolutionem concludemus*. Hæc ille.

Apponam vero nunc duo ex aliis elogia (ne multus sim in re tam omnibus perspicua) de Suaresio nostro ceteris adjungenda. Hugo Grotius (qualis vir!) in quadam epistola *tantæ subtilitatis philosophum ac theologum* vocat , *ut vix quemquam habeat parem*. Thomas Aquinas a Sancto Josepho , Carmelita Excalceatus , in *Dissert. Historico-Theolog. de Patriarchatu Eliæ* part. II. sect. III. *theologorum Societatis Jesu* appellat *verticem* , *talem saltem ut si parem aliquem in his habuerit, at non* , *meo quidem & plurimorum aliorum judicio* , *superiorem* ; *idque sive claritatem* , *quæ in eo potissima est* , *sive doctrinæ soliditatem, sive maxime polygraphiam spectes*. Hæc ille.

F. FRANCISCUS SUAREZ , Cisterciensis , domus Vallisparadisi monachus, congregationis Hispanæ generalis præfectus, Olivetanus deinde in Navarræ regno (de Oliva appellant) abbas , scripsit:

Compendium Privilegiorum Congregationis Hispaniæ. Pinciæ 1596. in 8.

In Magistrum Sententiarum libros IV. Chrysostomus Henriquez in *Phœnice* suo auctor est.

F. FRANCISCUS SUAREZ , Lusitanus , forte Benedictinus monachus , nam Cardosus , qui laudat , id omisit annotare, edidit Lusitane:

Vi-

Vida de S. Bento : S. Benedicti scilicet. Necnon et:

Vida de Santa Anna. Olisipone 1577. in 8.

FRANCISCUS SUAREZ, jurisconsultus Avenionensis, jure hic a nobis catalogo inseritur Hispanorum scriptorum, quod genere is Hispanus e parente aut avo natus sit Cordubensibus, ex qua urbe circa annum sæculi superioris vicessimum profecti, domicilium Avenione constituerunt, Pontificiæ ditionis oppido: cujus rei certiores facti sumus a viro doctissimo simul & humanissimo, qui ante paucos annos Romæ, cum ibi versaremur, fato functus fuit, Josepho Maria Suarezio, Vasionensi olim episcopo, postquam vero cessisset huic muneri sanctissimæ Apostolorum Principis basilicæ Romanæ Francisci, ac postea Caroli S. R. E. cardinalium Barberinorum præfectorum vicarias, scriptis suis, & eximia linguarum & veterum literarum eruditione celebri admodum, nobisque amicissimo, qui de Hispana hac origine, uti decuit probum ac prudentem virum, gloriabatur. Cujus & generis ejus Hispano-Gallici, Avenionenses inter cives præcipuo quodam loco habiti, memoriam hic voluimus propter Francisci istius, origini adhuc magis proximi quam Josephus Maria, et....... ejus frater germanus, & in episcopatu Vasionensi successor. Suarezii fuere:

Panegyrica quædam: ex quibus unum cum *Primi* titulo, ad Sixtum V. P. M. directum, continet Vaticanus codex MS. 5542.

FRANCISCUS SUAREZ DE ARGUELLO, inter forensem strepitum, procurationemque causarum apud Regiæ curiæ senatores exercitam, fecit sibi studiis liberalibus otium, præsertim mathematicis, namque scripsit:

Efemerides generales de los movimientos de los Cielos por doce años desde el de MDCVII. hasta el de MDCXVIII. al meridiano de Madrid, esto es XL. grados, y XVI. minutos. Matriti apud Joannem Cuevam 1608. in fol.

FRANCISCUS SUAREZ TOSCANO, Lusitanus, Eborensis, scripsit ad Theodosium II. Brigantinum Regulum, Lusitanice:

Paralelos de Principes, e Varoẽs illustres antigos, a que muitos de nossa naçaõ Portuguesa se asomelharan en suas obras, ditos y feitos, com a origem das armas d' alguãas familias deste Reyno. Eboræ 1623. in 4.

Fœtus alter, *Theatrum Portugalliæ* scilicet, etiam vernaculus, ab eo expectatus, in schedis ni fallor adhuc latet.

F. FRANCISCUS SUAREZ DE VILLEGAS, Olisiponensis, aliis Bracharensis, Carmelitarum sodalis, magnæ famæ vir inter Gallos, Burdigalensis scilicet scholæ antecessor seu professor philosophiæ perpetuus a Rege ipso cooptatus, Gastoni Aurelianensium duci nuncupavit:

Universæ Dialectices Epilogum. Anno 1622. Eumdem ut existimo habet auctorem:

El Jardin sagrado del Lovre. Parisiis sub ejus nomine editum opus apud Antonium Robinot 1643. in 16. Scripsit quoque:

Votivam tabellam Mysterii Pacis interpretatam. Romæ apud heredes Francisci Corbelletti 1645. in 4. Damascenum episcopum titularem hunc fuisse Cardosus annotat.

F. FRANCISCUS DE SUBIRATS, Catalanus ut videtur, ordinis Minorum, cœnobii Ilerdensis urbis, a Domino nostro Jesu nuncupati, guardianus, scripsit:

Memorial Apologetico, verdad autentica, y satisfaccion a los devotos de S. Francisco en sus Llagas. Barcinone apud viduam Mathevad 1651. 4.

FRANCISCUS TAMARA, interpretem egit veterum auctorum cum esset in Gaditana urbe humaniorum studiorum professor, scripsit nempe, seu vertit in vulgarem sermonem:

Marco Tullio Ciceron, de los Oficios; de la Amicitia; de la Senectud; con la Economia de Xenofon. Salmanticæ 1582. in 8. Antuerpiæque una cum Joannis Xaravæ interpretatione Ciceronianorum *Paradoxorum* & *Somni Scipionis.*

Juan Bohemo de las Costumbres de todas las Gentes. Antuerpiæ 1556. in 8. apud Martinum Nutium.

Suma y Compendio de las Coronicas del Mundo, nempe ex Joannis Carrionis *Chronico*: demptis pluribus, atque additis aliis, quæ ad Hispaniam proprie spectant. Metinæ apud Guilielmum de Millis 1553. 8. Antuerpiæque apud Nutium eodem anno.

Libro de Apotechmas: ex variis auctoribus. Antuerpiæ apud Nutium 1543. & 1552. in 8.

Suma y erudicion de Grammatica en metro Castellano. Ibidem apud eumdem Nutium 1550. in 8.

F. FRANCISCUS TAMAYO, patria ex oppido Cazalla in Marianis montibus provinciæ Bæticæ, Augustinianus olim in hac provincia, deinde Minimorum Sancti Francisci de Paula sodalis, verbi Evangelici non ignobilis fuit præco, supremique Fidei rerum senatus patribus a consiliis theologicis, ediditque:

Discursos Teologicos de las grandezas y pre-

prerogativas de Nuestro Señor Jesu-Christo. Matriti 1610. 4. Hunc librum Gallice vertit Joannes Baudonus, excuditque Lugduni 1615.

Denatus est Matriti anno MDCXIV.

D. FRANCISCUS DE TAPIA ET LEIVA, comes del Basto, ex Italico fecit Hispanum Caroli Tapiæ, Bellomontani marchionis, senatorisque Neapolitani, parentis sui, librum:

Espejo de Murmuradores indigitatum. Matriti apud Alphonsum Martin 1623. in 8.

FRANCISCUS TARRAFA, canonicus Barcinonensis, sæculo superiore aggressus est Latinam Hispaniæ historiam scribere, sed brevem, ac per capita tantum rerum ab initio nostræ gentis usque ad præsens tempus apud nos gestarum. Parum tamen laudabiliter hoc munere functus est, Berosianis totus addictus fabulis. Nuncupavit ergo Philippo Regi II. Hispaniarum commentarium:

De Origine ac rebus gestis Regum Hispaniæ usque ad Caroli Cæsaris inaugurationem. Rursusque, relicto aliis Caroli tempore, continuavit: *Brevem rerum a Philippo II. Rege Catholico gestarum descriptionem.* Antuerpiæ 1553. in 8. Unaque cum Joannis Vassæi *Chronico.* Coloniæ anno 1577. Francofurti 1579. in folio. Deinde in systemate *Hispaniæ illustratæ*, volumine I. pag. 518. Hispanica lingua hoc idem conversum opus prodiit Barcinone anno 1563. in 8. cum hac inscriptione: *Francisco Tarrafa, del principio y origen de cosas notables de los Reyes de España, traducido en Castellano por Alonso de Santa Cruz, con adiciones suyas en cada Rey de las mas notables cosas que en otras Historias ha hallado.* Præterea scripsit Catalonica lingua:

Dels Pobles, Rius, y Montanyes de Espanya, hoc est, Hispaniæ descriptionem: quam extare MS. penes Paulum de Fluvia, equitem Barcinonensem, scripsit in *Historia Cataloniæ* vernacula Hieronymus Pujades, qui & ipse aliud opus Tarrafæ adscribit eodem loco, nempe:

Episcopologi, o Vidas dels Pontifices de Barcelona. Sed opus Latinum est, *In Vitas Pontificum Barcinonensium Historia* dictum, & Jacobo Cassador hujus ecclesiæ nuncupatum, anno scilicet 1547. scriptum. Asservat Matriti marchio Mondexarensis.

Ex tabulario quoque Barcinonensi, cujus fuit custos, procudit opus aliud:

De las Casas solariegas de Cataluña: si Gasparo Escolano fidem habemus in *Valentina Historia* id affirmanti, lib. VIII. cap. XVII.

FRANCISCUS TAVARES, sive TAVORA, Lusitanus, *Artis Hebraicæ Linguæ* cujusdam auctor laudatur a Cardoso.

F. FRANCISCUS TIRADO, Franciscanus provinciæ Aragoniæ, scripsit vernacula lingua.

Manual de ayudar a bien morir. Cæsaraugustæ 1614. in 16. Hic auctor idem atque unus homo forsan est ac Fr. JOANNES TIRADO.

D. FRANCISCUS DE TOLEDO, domini Francisci Alvarez de Toledo, comitis de Oropesa, ex D. Maria Manuel de Figueroa filius, Christianis moribus vir passim commendatus, Peruani regni prorex, scripsisse dicitur librum, qui in schedis adhuc latet:

Del Gobierno del Piru. Antonio de Leone teste.

FRANCISCUS DE TOLEDO, Cordubæ IV. nonas Novembris anni MDXXXII. editus in lucem fuit, lux ut esset in candelabro Ecclesiæ dignitatis doctrinæque radiis fulgentissima. Priusquam religiosæ vitæ inter Jesuitarum sodales sacramentum diceret, Salmanticæ XXVII. annos jam ætatis numerans, doctor theologus, philosophiæque professor censebatur, Dominicum Sotum, olim præceptorem, spe non defraudans de se jam ab eo tempore concepta, qui Toleti auditoris ingenium summæ cuique laudi adæquare solebat. Anno vix inter sodales completo, a B. Francisco Borgia, generali ut credimus per Hispaniam vicario, Romam venire jussus fuit anno exacti sæculi quinquagesimo nono, magnamque istam Ecclesiæ totius metropolim dignum sortitus est, usque ad obitus diem, virtutis suæ atque sapientiæ theatrum. Imprimis enim Aristoteli explanando, hinc theologiæ, cum scholasticæ tum morali, docendæ magna eruditionis & judicii collecta fama diu vacavit. Majore tamen adhuc virtutis significatione corda & ora omnium convertere ad se, unusque totam, quanta est, implere Romam, cunctisque omnium statuum mortalibus in pretio maximo ac veneratione esse visus est ex eo tempore, quo Pio V. P. M. & sacro cardinalium coetui de rebus ad salutem pertinentibus jussus fuit verba facere. Quo in munere sui quidem generis honestissimo, quo nil majus habet eloquentia sacra sectatoribus suis conferre, gravi illo & masculo dicendi genere, quod Evangelicos summe decet concionatores, mire omnibus placuit. De quo verba adjungere lubet clarissimi eloquentia & pietate viri Federici Borromei, S. R. E. cardinalis, & archiepiscopi Mediolanensis, ex aureo illius *De claris* sui temporis *Oratoribus* commentario: *De hoc*

(To-

(Toleto) *fuerit instar compendii*, ait, *si dicam concionatorem eum assiduum per multos annos fuisse Pontifici cardinaliumque senatui ; cumque in illa urbe flos virorum ei dicenti semper adesset , nunquam auditum esse cum tædio. Fortasse aliquis dicet quod raro admodum concionaretur , quodque mutaret sæpius auditores urbs inclyta , id remedium fuisse satietati ; sed magis arbitror posse dici placuisse semper eum quod in omni foret oratione serius & gravis , idemque varius , & cum novo semper argumento. Ab eo procul aberant inania & fucata. Observationes ejus & monita spectabant mores tantum eorum , qui præsentes aderant; communia & aliena non attingebat ; eaque nimirum erat causa cur audiretur libentissime. Videtur autem hoc illi munus proprium contigisse , ut in tractatione singularium excelleret , idque , sicut opinor , fiebat quia rerum humanarum usu , simulque omni literarum varietate , erat satis instructus.* Et post alia : *Brevis erat Toletus , & tamen quemdam ostendebat in ipsa brevitate candorem animi qui veluti persuasionis erat telum.* Et mox : *Ita penetrabat animos Toletus argumentorum enthymematumque violentia , quibus in illo simplici genere frequenter admodum utebatur , ut vulgo numeraretur inter dicendi artifices & magistros.* Hæc ille. Vulgareque illud dicterium fuit ejus ætatis : *Toletus docet , Panigarola delectat , Lupus autem movet* : nota sacrorum concionatorum nomina. Plane totos XXIV. annos , frequentissimeque ut illius ævi mos erat , apud Pium ipsum V. Gregorium XIII. Sixtum V. Gregorium XIV. Clementem VIII. sacrum & Pontificium numeris omnibus concionatorem implevit. Hujus meriti virum , quo quidem in gravissimis quibusque expediendis de theologorum consilio negotiis directore , reipublicæque ad Poloniæ, Germaniæque utriusque , Superioris & Inferioris , regiones deferendis momentis legato Summi Pontifices usi fuerant, Clemens VIII. anno redempti orbis MDXCIII. in almum purpuratorum patrum cooptavit collegium. Qua dignitate ornatus vixit per triennium dumtaxat , reconciliationis Henrici Gallorum Regis IV. cum Ecclesia promotor in paucis , auctorque Pontifici : verum cardinalitii sui ordinis decus. Opera hæc reliquit posteris:

Instructionem ad Logicam. Coloniæ 1575. Lugduni 1586. Venetiis 1588. in 8.

Commentaria cum quæstionibus in universam Aristotelis Logicam. Venetiis apud Joannem Baptistam a Porta 1589. in 4.

In Libros VIII. Physicorum. Venetiis apud Juntas 1573. in 4. & 1580. Romæ 1590. in 4.

In Libros duos de Generatione & Corruptione. Venetiis apud Juntas 1575. 4.

In Libros III. de Anima. Venetiis eodem anno ac typographo. Coloniæ 1579. Lugduni 1602. 8. Universum hoc philosophiæ systema Lugduni prodiit quatuor voluminibus 1608. 8.

Commentaria cum annotationibus in Sacrosanctum Joannis Evangelium. Romæ apud Jacobum Tornerium 1588. Lugduni 1589. Coloniæ 1599. & 1611. In quo commentario ea præstitit quæ in Cornelii Jansenii *Concordia Evangelistarum* desiderabantur : explicationibus enim primo , mox annotationibus , vix quidquam omisit quod non fuerit dilucide , breviter , & quidem ad literam expositum. Si quid adversus Jansenium poterat dicere , id suppresso ejus nomine modeste fecit. Quæ verba sunt Antonii Possevini lib. II. *Bibliothecæ selectæ* cap. XVIII. in fine.

Reliqua post ejus obitum lucem viderunt, nempe:

Commentaria in XII. Capita Sacrosancti Jesu-Chisti Evangelium secundum Lucam. Venetiis 1601. & Coloniæ 1611. apud Antonium Boetzerum. Cujus in *Lucam Commentarii* duo non minus volumina ab auctore expectari Possevinus idem nuper laudatus annotavit.

In Epistolam Beati Pauli Apostoli ad Romanos. Quibus accesserunt:

Sermones XV. in Psalmum XXXI. Et:

Tractatus duo in ejusdem Epistolæ duo loca. Romæ , Lugduni , Venetiis 1602. Coloniæque aqud Lippium 1603.

Summa Casuum Conscientiæ , sive Instructio Sacerdotum : libris VIII. quæ sæpius prelo subjecta est præsertim Romæ 1602. apud Joannem Antonium Franzinum scilicet & alios. Demumque *cum annotationibus & additionibus Andreæ Victorelli* , theologi ac presbyteri Bassanensis , & Martini Fornarii tractatu *De ordine* , aucta multisque modis correctior prodiit Lugduni apud Jacobum Cardon 1630. in 8. Petrus item Schenkelius , Hagæ-comitanus Batavus , addidit ad Summam hanc *Directorium Juris Pontificii , & explicationem terminorum Juris in Toleto occurrentium.* Antuerpiæ 1628. in 8. Hispanica eadem prodiit hoc titulo : *Instruccion de Sacerdotes , y Suma de casos de Conciencia , del Cardenal Toledo , con las addiciones de Andres Victorello* , interprete doctore Didaco Henriquez de Salas , Pinciæ 1616. in folio. Valentiæque 1617. in 4. Gallica etiam hoc : *Instruction des Prestes de Tolet.* Lugduni 1638. in 4. Hujus Summæ *Compendium* Coloniæ excussum scio 1612. in 8. quod forte idem est cum eo quod Genesius Minutius , Florentinus , monachus Vallumbrosanus , confecit circa annum 1603. editumque Venetiis vidimus apud Baretium 1642.

1642. in 16. cum utilibus *ad Compendium appendicibus*. Petrus item Francifcus, Vercellenfis, Francifcanus provinciæ Mediolanenfis, edidit (Luca Waddingo tefte) *Lecturam* quamdam *in Toleti Summam*.

Manferunt inedita:

Concionum aliquot volumina; fed inpolita, & quibus poftrema defit manus. Plane inter libros Urbinatenfis bibliothecæ, quæ in Vaticana jam funt, Francifci Toleti *Sacrarum Concionum* tria volumina vidimus, numeris 590. 591. & 592. fignata. Itemque:

Commentaria in univerfam Summam Theologiæ Sancti Thomæ: quæ in Romani collegii bibliotheca affervantur, uti refert auctor *Bibliothecæ Societatis*.

Explicatio quoque *Bullæ Cœnæ* eft in bibliotheca Ambrofiana Mediolani.

Obiit XIV. Septembris anno MDXCVI. Deiparæ Virginis, vulgo Majoris, Romana æde bonorum omnium, præter librariam fupellectilem, quam Societatis collegio Urbano legavit, herede relicta in duodecim facerdotum alimenta, qui templi iftius ampliffimi facrum ordinem horariis precibus perfolvendis deftinatum augerent. Qua in bafilica ad finiftrum portæ maximæ latus fepultura ei data eft hoc titulo infignis:

D. O. M.
FRANCISCO TOLETO Cordubenfi S. R. E. Presb. Cardin.
Summo Theologo, Verbi Dei Prædicatori Eximio.
In rebus magnis agendis confilio & prudentia Singulari.
Qui ob excellentem virtutem & merita Præclaro Clementis VIII.
P. M. judicio primus in Societatem Jefu Ampliffimam dignitatem intulit.
Vixit annos LXIII. menfes XI. dies X.
Obiit anno MDXCVI. die XIV. Septembris
S. Dei Genitrice hærede inftituta, Presbyteris,
Qui ad ejus Altare miffas celebrent,
Cenfum perpetuum attribui juffit.
BenedictusJuftinianus &PetrusAldobrandinus Cardinales
Exequutores Teftamentarii Collegæ optimo, &
Capitulum & Canonici hujus Bafilicæ Viro Ampliffimo
Et optime de fe merito poffuerunt.

Plura virorum fama clarorum de Toleto judicia elogiaque collegit Alegambius in *Bibliotheca Scriptorum Societatis*; commendari autem in primis illud meretur, quod Janus Nicius Erythreus, five Joannes Victorius de Roffi, *Pinacothecæ* fuæ primo volumine comprehenfum voluit. Conferunt & alia, Joannis Nadafi Jefuitæ in *Anno rerum memorabilium Societatis Jefu*, XIV. die Septembris Latinum; Laurentiique Craffi Italicum nelli *Elogii d' Huomini Letterati*.

FRANCISCUS DE TOLEDO, alter quidem ab eo qui Jefuitarum fuit fodalis, eoque antiquior, *philofophus* (ut verbis utar Eifengreinii in *Catalogo Teftium veritatis*) *rhetor, atque theologus fuæ ætatis clariffimus, & cum in difputationibus vir magnus, tum in argumentorum ac demonftrationum probationibus argutus atque fubtilis, omni doctrina confummatiffimus.* Scripfit:

De Divina Euchariftia contra Joannem Rechizanam Boemum Joannis Hufi difcipulum.

F. FRANCISCUS DE TOLOSA, Cantaber, ordinis Minorum, fcripfit:

Demonftrationes Catholicas. Juliobricæ 1612.

F. FRANCISCUS DE TORAL, Ubetenfis, Francifcanus, poft tricennalem operam Indorum faluti impenfam, domefticamque provincialem præfecturam, epifcopus Jucatanenfis creatus, obiit anno MDLXXI. fcripto prius:

Arte y vocabulario de la lengua Topolaca: variifque aliis. Waddingus *De Scriptoribus ordinis Minorum.*

F. FRANCISCUS DE TORRALVA, Matritenfis, ex Seraphico ordine in Jucatanenfi Americæ, quæ ad feptentrionem vergit, provincia, Maja (uti appellant) hujus gentis lingua *Sermones totius anni*, concionatoribus & parochis Indorum hodie etiam utiles, confcripfit, deceffurus ibi feptuagenario major anno MDCXXV.

FRANCISCUS DE LA TORRE, quem Lupus a Vega *Divinum* appellat *poetam* in *Lauru Appollinis*, Garfiæ Lafo, poetarum noftrorum principi, æqualis fuit, reliquitque variorum carminum librum, qui tandem ætate noftra typis commiffus fuit cum hoc titulo:

Verfos del Bachiller Francifco de la Torre: in 8. Salmantinus fuit ut credimus, & Lupus innuit.

D. FRANCISCUS DE LA TORRE ET SEBIL, eques ordinis Calatravenfis, fcripfit:

Agudezas de Juan Oven traducidas en Caftellano. Matriti 1674. 4. Item ex eadem Latina lingua vulgarem Hifpanis fecit:

Nicolai Caufini Societatis Jefu de Symbolica Ægyptiorum Sapientia fintagma eruditum.

Poefias varias: in 4. Matriti.

Luces de la Aurora, Dias del Sol en fieftas de la que es Sol de los dias, y Aurora de las lu-

luces, motivadas por el indulto de Alexandro VII. y celebradas por la piedad del Excelentisimo Señor Marques de Astorga Virrey de Valencia en aquella Ciudad. Valentia apud Villagrassa 1665. 4.

D. FRANCISCUS DE TORREBLANCA ET VILLALPANDO, domo Cordubensis, Francisci Sancii Brocensis, ac Martini Roensis Jesuitæ discipulus, Joannis Baptistæ Villalpandi, illius qui in Ezechiele illustrando laudabilem adeo operam posuit, ex sorore nepos, advocatus ipse in curia Granatensi, divinarum atque humanarum rerum eruditione non leviter tinctus. Juris studia tractavit, in iisque publici juris fecit:

Epitomen delictorum, in quibus aperta vel occulta invocatio Dæmonum intervenit: libris IV. Hispali 1618. Cui appenditur populari lingua:

Defensa en favor de los Libros Catolicos de la Magia. Quod opus cum *Demonologiæ*, sive *Magiæ naturalis*, titulo Moguntiæ recoctum fuit impensis Joannis Theobaldi Sconwetteri 1623. in 4.

Post plures annos forensi munere relicto, sacrisque initiatus, domestico labore idem scilicet opus recoxit, & alia forma donatum, valdeque locupletatum, alia etiam cum inscriptione publicavit, nempe:

Juris spiritualis Practicabilium lib. XV. ex lege Domini, sive revelatis a Deo per Sacram Scripturam, vel in communi Ecclesiæ, vel in particulari hominum. Cordubæ 1635. in folio, duobus tomis, qui volumine uno ferri solent. Quo opere illorum obstruxit os, qui *Magicarum lucubrationum* laudem Joanni Baptistæ avunculo tribuebant: simulque se editurum promisit tres alios *Juris Ecclesiastici*, duos etiam alios *Lecturarum* & *Consiliorum* tomos. Juris spiritualis hoc opus commendat valde Cæsar Carena in tractatu suo *De Officio Sanctissimæ Inquisitionis* in præfatione *Annotationum ad Modum procedendi in Causis Strigium & Maleficorum* pag. 487.

Fertur quoque MS. ejusdem:

Tratado panegyrico de las grandezas de la ciudad de Cordova. Quem laudatum video apud Regium historicum D. Josephum Pellizer in Memoriali *Por la calidad y servicios de D. Fernando de los Rios Señor de Miranda*, fol. 3.

Decessit in patria circa annum MDCXLV.

F. FRANCISCUS DE TORREJONCILLO, Franciscanus, provinciæ S. Gabrielis Reformatorum, scripsit:

Centinela contra Judios puesta en la Torre de la Iglesia de Dios. Madriti apud Julianum de Paredes 1674. in 8.

F. FRANCISCUS DE TORRES, Hieronymianus monasterii Hispalensi urbi vicini, S. Isidori del Campo nuncupati, scripsit:

Historia del Monasterio de S. Isidro del Campo, y Casa de Medina Sidonia en que se refiere muy por menor la ascendencia de los Guzmanes. MS. in folio extat Matriti inter libros MSS. bibliothecæ comitis de Villaumbrosa.

FRANCISCUS DE TORRES, Latine TURRIANUS, domo Legionensis, aliis ex vico Herrera Palentinæ diœcesis, ingenio industriaque eum sibi ad omnem memoriam hominum aperuit callem, ut quem ipsi comparemus in superiori sæculo, totius eruditionis omnigenæque doctrinæ ad aliorum usque invidiam fulgentissimis luminibus splendentem, unum & alterum, aut vix paucissimos inveniamus. Excellenti namque rerum omnium, quæ instruere debent verum & germanum theologum, hoc est, veræ Fidei inter tot quotidie erumpentes sectarum atque errorum propagines athletam & assertorem, notitia imbutus, totum se, quantus erat, summa diligentia, ferreaque vir assiduitate in conquirendis, pervolutandis veteribus libris, mirabilique in explicandis, exornandis, atque in communem utilitatem publicandis animi sensibus, naturæ vi ac facultate, ad eruditissimas, sive aliorum sive proprias, lucubrationes vulgo communicandas, & communiendam fortissimis defensionibus Dei Ecclesiam, veluti ad indeclinabilem scopum direxit. Græcæ linguæ imprimis, quam continere thesauros doctrinæ omnis catholicæ, cujusque studio importunissimos falsi propugnatores maximopere sibi placere non ignorabat, eam navavit, atque eo fructu, operam, quam nunquam dedignatura sit posteritas, sed in præcipuo celebritatis loco, universo plaudente eruditorum hominum cœtu, collocatura. Grandior annis in Italiam pertransiisse, ejusque insignes omnes bibliothecas excussisse dicitur: unde, improbo accedente labore, in eum virum profecit, quem exaggeratissimis laudibus homines undequaque excellentes, quorum aliquos *Bibliothecæ* collegit auctor *Jesuiticæ*, cum superstitem, tum vita defunctum exornare olim soliti sunt, nec ulla ætas silentio involvet. Domesticum fuisse eum cardinalis Salviati (Joannem intelligo, qui ad annum sæculi præteriti LIII. usque vixit) ex introductione ejus ad opus suum *De Votis monasticis* notum habemus. In familiam quoque receptus fuit anno MDLXI. Hieronymi Seripandi cardinalis, recens in hunc ordinem vocati, quod Latinus Latinius refert in epist. quadam ad Andream Masium VI. kal. Aprilis hujus anni data. Senex, post-

poſtquam in Tridentino conſeſſu famæ ex tot lucubrationibus in publicum editis collectæ par inventus fuiſſet, Societatem Jeſuitarum delegit, in cujus gremium reliquæ ætatis fructus, tam ſtudiorum quam Chriſtianarum virtutum, deponeret. Torrenſis tunc nomen, quo hucuſque uſus fuerat, in Turriani transformaſſe dicitur, ne cum Torrenſi Hieronymo, ſcriptis quoque ipſo celebri, confunderetur; ſed vere ante hoc tempus apud Latinium nuper laudatum Turrianus audit. In qua Societate adhuc totos decem & octo annos ſingulare domeſticis omnibus religioſæ converſationis exemplum præbuit; addictus quippe huic anno MDLXVI. diem ſuum obiit anno MDLXXXIV. Romæ ipſo Præſentationis Deiparæ Virginis feſto, cujus antiquitate olim propugnata, reſtitui Eccleſiæ faſtis, unde exulaverat, obtinuit. Scripſit priuſquam vitam religioſam amplecteretur:

Dogmaticum de Electione divina. Et:

Dogmaticum de Juſtificatione. Romæ apud Bladium 1551.

De Reſidentia Paſtorum, ſcripto Divino Jure ſancita. Item:

De Summi Pontificis ſupra Concilium auctoritate lib. III. Item:

De Actis veris Sextæ Synodi, deque Canonibus, qui ejuſdem Synodi falſo eſſe feruntur; & de Septima, ac multiplici Octava Synodo. Florentiæ ſimul, ad cardinalem Salviatum, typis Laurentii Torrentini 1551. 4.

De Dogmaticis caracteribus Verbi Dei lib. IV. Ibidem 1561.

De Commendatione perpetuæ adminiſtrationis Eccleſiarum vacantium, & reſidentia Paſtorum extra ovilia ſua. Romæ 1554. per Valerium & Aloyſium Doricos. Venetiiſque apud Jordanum Zilettum 1562.

Opuſcula item varia.

De Votis monaſticis liber. Romæ apud Vincentium Luchinum 1566. in 4. Olim fuit inſcriptum opus *de Apoſtatis*, & quidem primum omnium noſtri operum, ut auctor ait in prologo reformatæ ſub novo titulo editionis, in qua liber ſecundus audit qui & prius ſeorſim prodierat, *De Inviolabili religione votorum monaſticorum* inſcriptus, & Stanislao Hoſio S. R. E. cardinali nuncupatus. Romæ 1561. atque ut monemus 1566.

De Cœlibatu.

De Matrimoniis clandeſtinis. Venetiis apud Zilettum 1563.

Antapologeticum pro Libro de Reſidentia Paſtorum jure divino ſcripto ſancita: ad cardinalem Salviatum. Florentiæ 1552. 4. Scripſerat olim *De Reſidentia Paſtorum jure divino ſcripto ſancita adverſus Ambroſium Catarinum*: cui cum oppoſuiſſet hic *Confirmationem doctrinæ de perſonali reſidentia Epiſcoporum contra quemdam Novitium*, replicavit Turrianus *Antapologetico* iſto *pro libro ſuo De Reſidentia Paſtorum* &c. Venetiis omnia hæc prodiere apud Zilettum 1562. cum aliis de hocce argumento in 4.

De ſola lectione Legis & Prophetarum Judæis permittenda. Romæ anno 1555. a Valerio Dorico.

Poſt ingreſſum in Societatem ſcripſit:

De Hierarchicis ordinationibus miniſtrorum Eccleſiæ Catholicæ adverſus ſchiſmaticas vocationes Miniſtrorum, & Superintendentium Hæreticorum lib. II. Dilingæ apud Sebaldum in 4. 1569.

Adverſus Magdeburgenſes Centuriatores pro Canonibus Apoſtolorum, & pro Epiſtolis Decretalibus Pontificum Apoſtolicorum lib. V. Florentiæ apud Bartholomæum Sermartellium 1572. Et Coloniæ apud Gervinum Calenium 1575. Huic noſtra ætate oppoſuit David Blondellus, vir heterodoxus ſed eruditus, *Pſeudo-Iſidorum* ſuum, *& Turrianum vapulantes, ſeu cenſuram Epiſtolarum Decretalium* &c. Deinde etiam Blondello reſpondere conatus eſt *Apologia* ſcripta pro Epiſtolis Decretalibus Bonaventura Malvaſia, Franciſcanus conventualis, quæ Romæ prodiit ſuperioribus annis.

Adverſus Capita Diſputationis Lipſicæ Andreæ Freihub de Eccleſia & ordinationibus Miniſtrorum Eccleſiæ lib. II. Coloniæ apud Calenium 1574.

Adverſus Capita Diſputationis poſterioris Andreæ Freihubii Doctoris Academiæ Lipſienſis de eodem argumento. Coloniæ apud Ludovicum Alectorium 1578. 8.

De Sanctiſſima Euchariſtia Tractatus duos, contra Andream Volanum, Polonum, Calvini diſcipulum, & contra omnes metonymicos. Romæ 1576. 4. Pariſiis apud Sebaſtianum Nivellium 1577.

Apologeticum contra Boquinum Biturigem ſectæ Zuinglianæ, nominis Societatis Jeſu calumniatorem. Coloniæ apud Alectorium 1578. in 8.

Apoſtolicarum Inſtitutionum de Catholica doctrina Clementis Romani lib. VIII. adjunctis ad finem LXXXV. *Canonibus Apoſtolorum*, ipſomet Turriano interprete e Græco, cum ejuſdem *ſcholiis*, & *obſervationibus ad confirmanda dogmata ortodoxa contra Hæreticos.* Antuerpiæ apud Plantinum 1578. Prius tamen prodierat cum Græco titulo Διάταξαι τῶν ἁγίων Αποστόλων, hoc eſt, *Conſtitutiones Sanctorum Apoſtolorum: doctrina catholica a Beato Clemente Romano Epiſcopo & cive ſcripta*, lib. VIII. Græce, cum Franciſci Turriani prolegomenis. Venetiis apud Jordanum Zilettum 1563. At, uti dies diei eructat ſcientiam,

tiam, hujus operis Clementi Romano adjudicati fides lubrica jam facta est apud noviores Bellarminum, Possevinum, Albaspinæum, Baronium, Petavium, Halloixium, Ferdinandum Mendozam, Labbæum; & ex hæreticis Usserium, qui de auctore conjectatur in *notis ad Sancti Ignatii Martyris Epistolas* cap. x. Vossium, Blondellum, Dallæum, & alios, quos Labbæus appellat.

Canones Concilii Nicæni LXXX. *ex Arabico in Latinum conversos, & recognitos, cum Annotationibus.* Adjecit:

Nicolai I. Responsa ad consulta Bulgarorum. Antuerpiæ apud Plantinum 1578.

Defensionem locorum Sacræ Scripturæ de Ecclesia Catholica & ejus Pastore Episcopo Romano, Beati Petri Principis Apostolorum successore, adversus nugatorias cavillationes Antonii Sadaelis Lutherani lib. I. Coloniæ typis Arnoldi Birkmani 1580. 4.

Ejusdem Defensionis librum II. Ibidem eodem anno.

Ejusdem librum III. bipartitum contra responsiones Antonii Sadaelis. Ingolstadii apud Sartorium 1581.

Posterioris Defensionis locorum Scripturæ de una Ecclesia Catholica in terris visibili, & de Episcopo ejus Pontifice Romano, contra secundas cavillationes Sadaelis, lib. I. & II. Ingolstadii apud Wolfangum Ederum 1583. in 4.

Adversus tertias in librum bipartitum cavillationes Sadaelis. Ibidem apud Sartorium 1584. in 4.

Epistolam ad Gonzalum Herreram Episcopum Laodicensem de redditibus Ecclesiasticis, & ratione eis utendi: Romæ xx. Aprilis MDLXXXIV. In hac urbe, uti credo, editam 1587. in 8.

Epistolam de diffinitione propria peccati originalis ex Dionysio Areopagita: & de Conceptione Mariæ matris Dei sine peccato ex scriptura Angelicæ salutationis, & testimoniis antiquorum Patrum: ad Jacobum Amiotum, Antisiodorensem episcopum. Ingolstadii apud Davidem Sartorium 1581. in 4. Salmanticæ apud Lucam de Junta 1582. in 16.

Epistolam ad quemdam in Germania Theologum contra Ubiquistas, Arianistas. Ingolstadii 1583. in 4.

Responsionem apologeticam ad capita argumentorum Petri Pauli Vergerii Hæretici ex libello ejus inscripto, De Idolo Lauretano, pro sancta domo Lauretana. Ingolstadii 1584. in 4.

Epistolam prolixam & luculentam ad Stanislaum Cardinalem Hosium, cur admiserit in Polonia Concionatores aliquos, eosque in Italiam vocaverit. Extat inter Hosii epistolas CLXXV.

Transtulit e Græco in Latinum plura veterum Patrum opuscula: quare non debuit Turrianum illaudatum relinquere Petrus Daniel Huetius cum lib. II. *De Interpretatione* Hispanos aliquot laudat, qui Græca in Latinum sermonem converterunt, nempe:

S. Diadochi Episcopi Photices in veteri Epiro Illirici capita C. de Perfectione Spirituali. Et:

S. Nili Capita CL. *de oratione ad Deum; annotationesque* adjecit. Florentiæ apud Bartholomæum Sermartellium 1573. Et Antuerpiæ in officina Plantiniana 1575.

Joannis Sapientis cognomento Cyparissiotæ, expositionem materiarum eorum, quæ de Deo a Theologis dicuntur, in X. Decades partitam cum scholiis Turriani. Romæ apud Dominicum Basam 1581. 4.

Photii Archiepiscopi Constantinopolitani librum de voluntatibus in Christo, quæ dicuntur Gnomicæ. Extat tomo singulari *Insignium Auctorum* Petri Stevartii.

Basilii Seleuciæ Episcopi Demonstrationem adversus Judæos de Christi Adventu. Extat volumine III. *Bibliothecæ veterum Patrum;* & in laudata Stevartii collectione, qui addidit:

Collectanea contra eosdem Judæos ex Sacris Scripturis, eodem interprete. Item:

Miscellanea de quibusdam Hæresibus, earumque auctoribus: ex ejusdem interpretatione.

Maximi Martyris disputationem adversus Pyrrhum Archiepiscopum Constantinopolitanum Monothelitam: volumine VII. ejusdem *Bibliothecæ*, & apud Baronium *Annalium* tomo VII.

Theodori Presbyteri Rhaithensis Præparationem de Incarnatione Divina: I. tomo *Bibliothecæ Græco-latinæ.*

Theodori Abucaræ Episcopi Cariæ opuscula contra Hæreticos, Judæos, & Saracenos. Extant cum seorsim a Jacobo Gretsero edita Ingolstadii apud Adamum Sartorium 1606. in 4. tum etiam tomo IX. parte II. *Bibliothecæ Patrum.*

Serapionis Episcopi Tmueos adversus Manichæos librum. Extat in *Lectionibus antiquis* Canisii, & tomo IV. *Bibliothecæ*, alias tomo II. *Auctarii.*

Leontii Bizantini libros III. contra Eutychianos & Nestorianos. Item: *Adversus Appollinaristas; & solutiones argumentorum Severi*: tomo IV. *Bibliothecæ.* Item ejusdem *Dubitationes Hypoteticas* cum *notis:* Ibidem. Et cuncta hæc *Leontii*, communicata sibi ab Antonio Possevino ex interpretatione Turriani, retulit in *Antiquarum lectionum* tomum IV. Henricus Canisius.

Anastasii Sinaitæ Patriarchæ Antiocheni orationes V. quæ inter Canisii adversaria re-

pertæ sunt ab Stevartio, & in lucem editæ dicto systemate *Lectionum antiquarum*. Eædem ex translatione Godefridi Tilmanni prostant volumine *Bibliothecæ SS. Patrum*. Scilicet: *De S. Trinitate. De Incircumscripto. De Divina œconomia*, hoc est, Incarnatione. *De Passione & impassibilitate Christi. De Resurrectione Christi.*

Anastasii Abbatis contra Judæos librum: tomo III. *Bibliothecæ.*

Incerti Collectanea contra Severianos & Acephalos. Ibidem.

S. Nicephori Constantinop. Patriarchæ opuscula IV. contra Iconomachos. Ibidem.

Dionysii Archiepiscopi Alexandrini epistolam adversus Paulum Samosatensem Episcopum Antiochiæ. Romæ typis Vaticanis 1608. in 8. Et *Auctarii Bibliothecæ* secundo volumine.

Didymi Alexandrini contra Manicheos versionem Francisci Turriani habere se MS. Antonius Possevinus annotavit in *Didymo*.

Zachariæ Episcopi Mitylenensis Disputationem contra Manicheos: apud *Canisium* tomo V. *Antiq. lection.* & tomo VI. *Biblioth. Patrum* editæ Coloniæ.

Titi Bostreni Episcopi tres libros contra Manicheos: eodem tomo V. *Canisii.*

Timothæi Presbyteri de Differentia eorum, qui accedunt ad Christianam fidem: non eum libellum qui extat in *Bibliotheca* PP. Bignæi tomo VI. sed quem, ex Turriani versione codicem locupletiorem nacti, edidit Antonius Possevinus in *Apparatu*, tomo II. verbo *Timothæus Presbyter.*

Theodori Studitæ ad Gelasium ex monasterio perfugam quamdam *epistolam*, a se Latinam factam, appendit auctor ipse interpretationis operi *De Votis monasticis* jam laudato.

Eusebii Alexandrini XVIII. Sermones: quos tamen perpetui & implacabiles Turriani hostes hæretici ejus non esse, quem præ se fert titulus, sed ab interprete, ut videri voluit, Turriano confictos contendunt, Cocus scilicet Rivetus, Olearius, Blondellus, quos collegit Vincentius Placcius *De Script. Pseudonymis* pag. 191. verbo *Eusebius Alexandrinus.*

S. Gregorii Nisseni orationes octo in Ecclesiastis tria tantum priora capita: quas ex Gentiani Herbeti versione in editis Nisseni operibus habemus, ipse quoque Latine interpretatus fuit, teste Joanne Pineda ejusdem cum eo instituti, qui commentario suo in *Ecclesiasten* cap. XIII. præfationis §. 4. hanc penes se habere interpretationem testatum reliquit.

Adornabat autem, cum e vita decessit, *Hoplothecam*, quæ imperfecta mansit: eam tamen laudat Gabriel Vazquez III. parte, tomo I. dist. XVI. cap. V. num. 24. Item: *Commentarios in Psalmos* scripsisse eum, sed qui interciderint, testatur Silvester Maurolycus in *Oceano Religionum* lib. V.

Jure quidem optavit auctor *Bibliothecæ Societatis* existere aliquem typographum, qui omnia Turriani opera diligenter collecta tomo uno & altero simul evulgaret.

F. FRANCISCUS TORRES, ordinis Minorum provinciæ Aragoniæ, unde erat domo, theologiæ lector, & provinciæ suæ pater, concionator & aliquando præfectus, necnon & chronographus, scripsit:

Consuelos de los devotos de la Inmaculada Concepcion de la Virgen. Cæsaraugustæ apud Petrum Cabarte 1620. in 4.

FRANCISCUS TRENADO DE AYLLON, Villalpandi oppidi civis, edidit:

Arte curiosa para entender y hablar la lengua Italiana. Medinæ 1596. in 8.

Convertit quoque in Hispanicum:

Las Rimas de Francisco Petrarcha.

D. FRANCISCUS DE TRILLO ET FIGUEROA, Gallæcus, Coruniensis, Granatæ ab undecimo ætatis anno commoratus, literisque institutus, præsertim humanioribus historicisque, nisi quod & in Italiam aliquando venit, stipendiaque ibi militaria fecit. Scripsit carmine:

La Neapolisea, Poema heroyco del Gran Capitan. Granatæ 1651. in 4.

Varias Poesias. Ibidem in 4.

Habere se MSS. mihi ipse retulit sequentia:

Historia Politica del Rey Catolico.

Epitome de la historia del Rey Henrico IV. de Francia.

Historia y antiguedades del reyno de Galicia, y su nobleza.

Antiguedades de la ciudad de Granada.

Notas y adversarios a los Autores de la historia antigua de España.

Discursos Politicos y militares.

Cartas.

Discursos chronologicos.

Blasones y armas de la nobleza de España.

FRANCISCUS TRUCHADO, Beaciensis, transtulit Italicum opus Francisci Straparola de Caravaccio bipartitum in linguam vernaculam, hoc titulo:

Primera y segunda parte del entretenimiento de Damas y Galanes. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1598.

D. FRANCISCUS DE TRUXILLO, natus in oppido Cañizera Seguntinæ dioecesis,

ſis, Compluti in collegio Sancti Ildephonſi ſodalis, ſacræ theologiæ doctor, & canonicus ædis ſacræ ejuſdem Complutenſis municipii SS. MM. Juſti & Paſtoris, epiſcopus tandem Legionenſis creatus circa annum MDXCII. ſcripſit librum quemdam:

De la Santa Igleſia de Leon: quem laudat Prudentius Sandovalius in *vita Fruelæ II. Regis Legionenſis* pagina 261.

FRANCISCUS VAIO, Valentinus, ſcripſit:

Grammaticæ Latinæ linguæ Inſtitutiones. Valentiæ apud Petrum de Huete 1569. 8.

FRANCISCUS DE VALDERRABANO, Matritenſis, Franciſci aurificis filius, quindecim fere annorum adoleſcens publicavit:

Vida y muerte de S. Eloy Obiſpo de Noyon Abogado y Patron de los Plateros: ex Latina Sancti Audoeni hiſtoria apud Surium, aliiſque rerum ab eo geſtarum ſcriptoribus. Matriti 1640. in 4.

D. FRANCISCUS DE VALDERRAMA ET HARO, Oſunenſis domo, profeſſor juris Canonici Salmantinus, atque collegii in eo gymnaſio Conchenſis ſodalis, ad Granatæ dicaſterium ivit ſenator, indeque ad concilium Regium Sacrarum Rationum, S. Jacobi ordinis eques, edidit dum Salmanticæ competitor eſſet majoris Decretalium cathedræ:

Extemporaneam Relectionem ad cap. finalem de Præſcriptionibus. Salmanticæ typis Didaci a Cuſſio in 4. circa annum 1636.

FRANCISCUS DE VALDES, tribunus militum, ſive peditum magiſter (Maeſſe de Campo nunc vocant) ſcripſit:

Eſpejo y diſciplina militar, en el qual ſe trata del oficio del Sargento mayor. Bruxellis 1586. & 1590. in 4. Matriti 1591. in 8. Antuerpiæ 1601.

FRANCISCUS VALENTE, Oliſiponenſis, presbyter Societatis Jeſu, in Conimbricenſi collegio philoſophiæ, atque inde in Eborenſi theologiæ profeſſor, Romæ reviſorem librorum Societatis egit, non unius collegii in patria rector, ſcripſit:

Concordiam Juris Pontificii cum Cæſareo, & cum Theologica ratione: de cauſis & effectibus Divini & Humani Juris in genere, ad Titulos de Summa Trinitate &c. & de Conſtitutionibus, & XX. Diſtinctiones Decreti. Pariſiis 1654. in folio apud Sebaſtianum Cramoyſi.

Obiit octogenario major Oliſiponenſis Domus Profeſſæ præpoſitus XXIII. Novembris MDCLXII.

FRANCISCUS VALLESIUS, profeſſor ut arbitror Valentinus rhetoricæ artis, ſcripſit ad diſcipulos:

Epitomen troporum ac ſchematum, & Grammaticorum, & Rhetorum ad auctores tum profanos, tum ſacros intelligendos. Valentiæ apud Thomam Mey 1555. 8.

FRANCISCUS VALLESIUS (vulgo VALLES) DE COVARRUBIAS, quod ultimum cognomentum ei forte venit a natali loco Caſtellæ Veteris, medicorum omnium quotquot in Hiſpania umquam reperti ſunt (& reperti quidem ſunt præſtantiſſimi) laudem & meritum adæquavit, aut ne quid minus dicam, dum verbo abſit invidia, ſuperavit. In Complutenſi namque academia plurium annorum profeſſor, celeberrimis jam expertus ubique lucubrationibus, ſupremumque docendi locum antemeridianis horis adeptus, a Philippo II. Hiſpaniarum Rege in curiam evocari, Regiæ ſalutis tutelæ præfici, gratiaque principali, ac muneribus liberaliter diſpenſatis, ornari promeruit. Plena ſunt medicorum commentaria Valleſii laudibus, quibus abſtineo, ne noctuas, quod dicitur, Athenas. Pro omnium tamen aliorum, etiam doctiſſimorum, commendatione ſeſe lectoribus commendant opera ipſa, quæ ſummum philoſophum, præſtantiſſimum medicæ artis doctorem, acuminis & judicii non vulgaris, eximiæque ac multiplicis eruditionis, ubique præferunt: ea ſcilicet:

Controverſiarum Medicarum & Philoſophicarum libri X. Priores duo libri eas, *quas Philoſophi habent cum Medicis communes*: III. *Quæſtiones de Pulſu, & Urinis*: IV. & V. *Pathologicas*: VI. *quæ ad artem tuendæ valetudinis ſpectant*: VII. VIII. & IX. *Curativas*: X. *Prognoſticas* comprehendit. Acceſſit *Controverſiarum* huic operi libellus:

De locis manifeſte pugnantibus apud Galenum: poſt navatam olim ab Andrea Lacuna Segovienſi in eodem argumento operam, quæ noſtro non arriſerat. Compluti 1564. & 1583. Francofurti 1582. fol. & 1590. & 1595. in fol. Venetiis 1591. in 4. Hanoviæ apud Vekelii heredes 1606. fol. Anjunguntur in editione Complutenſi anni 1583. & aliis:

In Tertium librum de Temperamentis Galeni, et:

In IV. priores libros de Simplicium medicamentorum facultate commentaria. At hæc duo, & plura alia hujuſmodi in Galenum, jam ſimul prodierunt Coloniæ ut mox dicimus, videlicet:

Commentaria in Galeni Artem medicinalem. Compluti 1567. in 8. Venetiis 1591. in 8. Item in ejusdem:

De Inæquali intemperie libellum.

De Differentia Febrium duos libros.

De locis patientibus sex. Lugduni anno 1559. in 8. Accedunt:

Tractatus medicinales. Lugduni anno 1559. in 8.

De Urinis compendiaria Tractatio. Item:

De Pulsibus libellus. Ac:

De Febribus alius libellus. Compluti anno 1569. in 8. Taurini apud heredes Nicolai Bevilaquæ anno 1588. in 8. Patavii apud Paulum Mejettum 1591. 8.

Methodus medendi: libris III. Omnia hæc, ut annotare cœpimus, opera & industria Joannis Petri Airoldi Marcellini prodierunt simul Coloniæ, typis Francisci de Franciscis & Joannis Baptistæ Ciotti, anno 1592. in fol.

Aliud credo opus est, aut certe aliqua ex parte auctum:

Methodus medendi, in libros quatuor divisa, quorum primus continet: *Victum ægrotantium*: II. *Rationem curandi per indicationes simplices*: III. *per compositas*: IV. *Occasiones curandi & abstinendi a curationibus.* Venetiis anno 1589. in 8. Matriti apud Ludovicum Martinez Grande anno 1614. 8. Lovanii apud Hieronymum Nempæum 1647. 8.

In Aphorismos Hyppocratis. Simul et:

In Libellum ejusdem de Alimento. Compluti 1561. in 8. apud Andream de Angulo

In Librum Prænotionum.

In Libros de Ratione victus in morbis acutis. Compluti apud Andream de Angulo 1569. 8. Augustæ Taurinorum apud heredes Nicolai Bevilaquæ 1590. 8. Compluti etiam anno 1564. in 4. Omnes hi in Hypprocatem commentarii una cum Aphorismis editi sunt, simul cura ejusdem Airoldi, Coloniæ in eadem officina 1589. folio.

In ejusdem Hyppocratis libros Epidemion seu de morbis popularibus commentaria: cui Vallesii scripto palmam inter alia omnia deferre solent magni viri. *Epidemici libri* (ait Zacutus Lusitanus in *Introitu ad Praxim*) *maturum & expertum medicum exoptant: unus adest mihi mille instar Vallesius, in cujus commentariis, meo & doctorum judicio, totius, præsertim practicæ, medicinæ præcepta reposita sunt.* Prodierunt Matriti 1577. in folio. Deinde ejusdem Airoldi opera Coloniæ in officina Ciotti anno 1588. folio. Neapolique apud Lazarum Scorrigium 1621. in folio.

Octo librorum Aristotelis de Physica doctrina versionem novam ex Græco fecit, & *Commentariis* explanavit. Compluti apud Andream de Angulo 1562. folio.

Controversiarum naturalium Partem primam deinde edidit, eas continentem quæ spectant ad VIII. libros jam laudatos Physicorum Aristotelis. Compluti 1563. folio.

In quatuor libros Meteorologicorum ejusdem Commentaria. Compluti anno 1558. in 8. Taurini 1588. in 8. Patavii apud Paulum Mejettum 1591. 4.

De Sacra Philosophia, sive de his quæ scripta sunt physice in Libris sacris liber singularis. Lugduni 1588. in 8. 1592. & 1595. Taurini 1587. in 4. Francofurti apud Nicolaum Bassæum 1590. & 1608. in 8. Adjunguntur in omnibus fere his editionibus propter argumenti similitudinem Levini Lemnii de *Plantis sacris*, & Francisci Ruei de *Gemmis* libri.

Hispanicum quoque extat a nostro opus, scilicet:

Tratado de las aguas destiladas, pesos y medidas, de que los Boticarios deben usar. Matriti anno 1592. 8.

FRANCISCUS DE VALLES, Matritensis, prior domus Deiparæ Virginis de Sar cognominatæ in Gallæciæ regno, edidit:

Cartas familiares de moralidad. Nempe: De Eleemosina. De Instabilitate humanarum rerum. De vera nobilitate. De sequendo Deum, quo nos vocat, aliisque. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1603. 8.

F. FRANCISCUS DE VALVERDE, edidit:

Vida de Jesu-Christo Nuestro Señor. Matriti 1669. 4.

F. FRANCISCUS VANEGAS, Lusitanus, Olisiponensis, D. Garcerani Albanelli, Philippi IV. pueritiæ in literis directoris, posteaque Granatensis ecclesiæ archiepiscopi, familiaris, humaniorum disciplinarum, universæque antiquitatis peritissimus, aggressus est mythologicum opus *de Gentilium, sive Ethnicorum falsa religione*, hoc est, Commentaria ad Lactantium Firmianum: ex quo opere perfecta vidi apud Martinum Vazquium Siruelam, Hispalensis ecclesiæ portionarium, virum eruditissimum:

Prolegomena in L. Cælium Lactantium Firmianum & cæteros auctores, qui scripserunt adversus Gentes disputationes, Apologeticos, προτρεπτικοὺς, παραινετικοὺς λόγους. Item: *Commentaria ad Librum primum Lactantii, & ad Librum de falsa religione, usque ad cap. XXII. & ad Librum de Origine erroris, usque ad cap. V. variasque lectiones* ad diversos alios libros. Consuluit quippe plures hujus auctoris MSS. codices, qui in bibliotheca Regia Scurialensi adservantur.

F.

F. FRANCISCUS VAQUERO, Benedictinus monachus monasterii S. Mariæ de Veruela regni Aragoniæ, conscripsit:

Apologia en alabanza de la orden de S. Benito. Cæsaraugustæ 1616. 4. apud Joannem de Lanaja.

FRANCISCUS DE VARGAS MEXIA, jurisconsultus, Toleti forsan, de quo mihi non liquet, natus, sub Carolo & Philippo Regibus Catholicis postquam gessisset varia hujus professionis munera, supremo in Castellæ senatu cum Fiscalis advocati partes sustinuit, tum deinde in amplissimum ordinem fuit admissus. Foras hinc destinatus ad negotia publica expedienda, quorum capax existimabatur, Bononiæ prius una cum Martino Soria Velasco, Caroli Cæsaris nomine, anno MDXLVIII. atque iterum Tridenti anno MDL. comparuisse dicitur in *Historia Concilii Tridentini*, cum de translatione ejus synodi in Bononiam serio conquesturus, tum de restitutione ejusdem in urbem Tridentinam gratias publice acturus. Venetiis hinc per septem octove annos, quod ex Onuphrio Panvinio alicubi constat, & ex Joannis Verzosæ quadam epistola ei nuncupata, quæ lib. I. ejus *Epistolarum* legitur, bis tamen, Caroli semel Philippi Regis iterum nomine ut ex Joannis Riccii nuncupatoria ei facta *Prognes* tragœdiæ Latine, de qua postea, novimus; deinde Romæ prolegati, ut ajunt, Regii munere functus est, principio solus ob non admissum a Paulo IV. Joannem Fonsecam, loco ipsius subrogatus quod libro X. *Historiæ Philippi II.* refert Cæsar Campanna. Cujus etiam temporis, & Pauli sub idem obitus, officiorumque a Varga præstitorum meminit idem Joannes Verzosa lib. I. *Epistol.* in ea, quam ad Gonsalvum Perezium dedit, incipitque:

Dum vos Cantabrica per vecti classe Britannos: deinde una cum Tendillæ comite, ad Pium IV. oratore. Hic Pontifex de approbanda Ferdinandi in Cæsarem renunciatione, deque Tridentinis maximi momenti rebus cum sacro cardinalium collegio quotidianis fere consultationibus instanter agebat; cui cum nota esset hominis integritas & doctrina, de Jurisdictione Episcoporum, quæ per eos dies negotium facessebat Tridentinis patribus, ab eo sententiam rogatus, gravissimis eam & ornatissimis verbis coram lectissimis quibusdam cardinalibus dixit, quæ cum aliis aliorum Tridentum fuit remissa. De quo responso cum non mediocri oratoris laude agit cardinalis Pallavicinus in laudata *Historia Concilii Tridentini*, lib. XXI. cap. XI. qui & de aliis rebus ab eo apud Pium gestis adeundus est lib. XIV. cap. XIV. Post hæc Philippo Regi maximo a consiliis status fieri promeritus, aliquot annis elapsis ab eodem vitæ quietem atque emeritum otium impetravit, & in Cislensem prope Toletum Hieronymianorum domum secessit: quo loco attentissime legisse eum Commentarios de *Rebus Ximenii Cardinalis*, priusquam ederentur, sibi communicatos, Alvarus Gomezius auctor in eorum præfatione scriptum reliquit, *doctissimi atque integerrimi, multorumque negotiorum usu prudentissimi* commendatione Vargæ nostri mentionem consignans. Quemadmodum & Venetiis agens summis quibusque ornatus fuit laudibus ab Onuphrio Panvinio in nuncupatoria ad ipsum epistola suæ *in Fastos Consulares Appendicis* in hac urbe editæ anno MDLVIII. ubi inter alia *antiquitatis omnis historiæque studiosissimum* eumdem appellat. Joannes item Riccius, nescio quis, academicus Venetus, e sua bibliotheca *Prognem* tragoediam antiqui, sed anonymi, auctoris foras emissurus, Vargæ eam dedicavit, quæ quidem est cum honorifica nuncupatione Romæ apud Mascardum anno 1639. ubi *quantum ille maximarum rerum usu, vel liberalium artium cognitione, vel pietate in Deum excelleret*, Venetos cives dilucide perspexisse ait, vocans insuper *in philosophia peritissimum*. Ita scilicet anno MDLVIII. cum post duplicem Venetam legationem jam Romæ ageret. Extat non minus honorifica hujus viri memoria in literis ad eum datis a Paulo Manutio, homine eruditissimo, quam fronti lib. II. *Epistolarum* præfixit, quo loco præter alias animi dotes negat Vargam *pietate in Deum, & sanctitate vitæ aliquem superiorem habere*: qui ad laudatum nostri opusculum de *Jurisdictione Episcoporum* præfationem quoque edidit. Nihil tamen ab eximio viro adepti sumus posteri, si demas ante dictum:

De Episcoporum Jurisdictione, & Pontificis Max. auctoritate Responsum, Romæ editum, Pii IV. cui datum est jussu, apud Paulum Manutium 1563. in 4. deindeque inter *Tractatus Doctorum* volum. XIII. parte I.

Commentarios tamen se scripsisse de *Justo bello adversus infideles* affirmavit ipse in laudati *Responsi confirmatione X.* in quibus, qua via, quibusque modis expediendum esset, collatis atque inter se conciliatis contrariis *Innocentii & Hostiensis*, pluriumque aliorum sententiis conatum se ait docere. Quod tamen opus negat a se visum, sive de eo auditum ubi esset, Joannes Solorzanus lib. II. *De Jure Indiarum* cap. I. n. 33.

De Certitudine etiam *Pontificiarum Definitionum* ac *de Canonizatione Sanctorum* se copiose admodum scripsisse affirmat in ejusdem *Responsi Confirmatione XI.* Necnon &:

Contra Bracharensem Archiepiscopum pro To-

Toletano in causa Primatus Hispaniarum apud Tridentinam Synodum suscitata peculiare opusculum edidisse auctor mihi est D. Thomas Tamajo de Vargas in libro, cui titulus, *Verdad de Dextro* fol. 109. Fuerunt & inter libros D. Ludovici de Castella *Adversaria* ejusdem *ad Leges Tauri* MSS.

FRANCISCUS VARRON, nescio unde aut quis homo, laudatur ab Athanasio Lobera Cisterciensi in *Historia urbis Legionensis* cap. IX. tamquam auctor operis metrici:

Casa de Varron, ut suspicor, nuncupati, nam vix hoc quale sit ille explicavit.

FRANCISCUS VAS DE ALMADA, scripsit Lusitanica lingua, qui Castellana sonat:

Tratado del sucesso de la nao S. Juan Baptista, y jornada de la gente que de ella se salvó año de MDCXXII. 1625. 4.

FRANCISCUS VAZQUEZ, legitur in catalogo bibliothecæ Olivariensis inscriptus codici manu exarato in folio:

Tractatuum variorum. Item alteri opusculo hujus tituli:

Relacion de lo que sucedió en la jornada de Amagua y alzamiento de D. Hernando de Guzman. Forte non idem utriusque, sed duo auctores sunt cognomines.

FRANCISCUS VAZQUEZ CORONADO, scripsit, Antonio de Leone teste in *Bibliotheca Indica*:

Relacion del descubrimiento de las siete Ciudades. Excusa extat Italice volumine tertio *Joannis Baptistæ Ramusii Relationum.*

FRANCISCUS DE UBEDA, Toletanus, auctor libro cuidam inscribitur, cujus hic titulus:

La Picara Justina. Bruxellis 1608. 8. ac nescio an alibi prius. Ad imitationem nempe *Guzmanii Alfaraciensis*, cujus libri a Matthæo Alemano recens editi magna tunc erat famæ celebritas, ut germanam ei conjugem daret. Audio tamen Dominicani cujusdam sodalis hunc librum esse prolem.

F. FRANCISCUS DE LA VEGA, Pincianus, monachus Benedictinus, Anglicanarum missionum commissarius generalis, scripsit:

De la Diferencia entre el Varon justo y perfecto.

De la Conveniencia que hay para que la orden de S. Benito reciba las ceremonias Romanas de la Missa.

F. FRANCISCUS DE LA VEGA, Franciscanus sodalis, scripsit:

De la Vida y milagros del S. Fr. Juan de Capistrano, Legado Apostolico, del orden de los Menores. Matriti 1623. in 4.

D. FRANCISCUS VELAZQUEZ MINAYA; Matritensis, D. Jacobi eques, & commendatarius de Lobon, Elisabethæ Hispaniarum Reginæ Borboniæ strator, edidit:

Esfera del Mundo, con una breve descripcion del Mapa. Matriti 1626. in 8.

Obiit Matriti ineunte anno MDCLVII. plusquam septuagenarius.

FRANCISCUS VELEZ DE ARCINIEGA, patria ex oppido Casarrubios del Monte, D. Bernardi de Roxas & Sandoval Toletani præsulis pharmacopola, edidit:

Historia de los Animales mas recibidos en el uso de la medicina. Matriti typis Regiis 1613. 4.

Farmacopea de muchas cosas importantes a los Boticarios. Ibidem 1603. 4. apud Ludovicum Sanchez.

Parecer de que las Cubebas son el Carpasio de Galeno. In 4.

Anotaciones sobre Mesue de muchos compuestos y simples.

FRANCISCUS VELHO, Lusitanus, Jesuita, scripsisse fertur:

Vida de S. Olympio: quem, falsus a Juliano Petri Toletano diacono & aliis hujus farinæ pseudo-historicis, antistitem Toletanum credidit. Eam servari MS. docet nos Cardosus in *Agiologio Lusitano* die XII. Junii lit. b.

D. FRANCISCUS VENTURA DE LA SALA ET ABARCA, ex Aragoniæ regno Jacensis, eques ordinis S. Jacobi, militiæ pluribus datis annis munere nunc fungitur, quod summi aciei præfecti tenet locum (Teniente de Maestro de Campo general vulgo) scripsit hujus tituli librum dum in regno Neapolitano ageret:

Despues de Dios la primera obligacion: y Glosa de Ordenes militares, hoc est, de militaribus officiis juxta Regias ordinationes adimplendis. Neapoli apud Hieronymum Fasulum 1681. 4.

F. FRANCISCUS DE VERA VILLAVICENCIO, Bæticus, Xerecensis, ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, sacræ theologiæ magister, Medaurensis olim episcopus, & Hispalensis coadjutor dum huic ecclesiæ D. Ferdinandus Niño de Guevara, S. R. E. cardinalis, præerat, Elnensis deinde in Catalonia, tandemque Salmanticensis designatus obiit

obiit Matriti anno MDCXVI. Scripferat:

De las Indulgencias, que los Sumos Pontifices concedieron a la Religion de Nueſtra Señora de la Merced.

Linguaque Catalanorum:

Catechiſmum. Perpiniani in 4.

D. FRANCISCUS VERDUGO, domo ex oppido Talavera de la Reyna, virtute ac prudentia, militarifque artis peritia fingulari in Belgico adverfus rebellium fubditorum provincias, Anglos Gallofque earum auxiliatores, bello nemini Hifpanorum ducum inferior. Quatuordecim annis, & quidem difficillimo tempore, induftria & animi præfentia fupplens copiarum & pecuniæ tenuitatem, Frifiæ provinciæ, aliquandoque etiam Geldriæ, gubernator præfuit; unde ad alia rerum momenta, quæ pari confecit virtute, translatus Lutzemburgi, qua in urbe Dorotheam, Petri Ernefti Mansfeldii comitis filiam, ante plures annos uxorem duxerat, diem vidit extremum anno MDXCVII. ætatis fuæ LXI. Scripfit Julium Cæfarem & alios magnos imperatores æmulatus:

Los Comentarios de la Guerra de Friſia. Qui quidem penes D. Francifcum Joannem de Torres, Valentinum equitem, Neapolitanæ aliquando magnæ curiæ vicariæ regentem, Verdugi generum, relicti in manus Hieronymi Frachettæ MSS. pervenerunt, qui eos in Italiæ fermonem translatos Neapoli edidit apud Felicem Stigliolam 1605. 8. cum hac infcriptione: *Li Commentari di Franceſco Verdugo delle coſe ſucceſſe in Friſia nel tempo che egli fu Governatore e Capitan Generale in quella provincia; con la vita del medeſimo Verdugo*: ad D. Joannem Alphonfum Pimentel, Beneventanum comitem, Neapolis proregem. Exemplar Hifpanum nefcio ubi nunc lateat.

De Verdugo temperare mihi non poffum, quin exteri, imo & adverfarii, hominis elogium hic fubjiciam. Is eft Hugo Grotius *Annal. Belgic.* lib. IV. Sed ille ait de noftro: *Quamvis infelici Friſiæ præfectura nomen meritus, ut cui tempus & vires ſæpius quam robur & induſtria defuerint. Fides illi religioſa, & militaris facundia, etiam comitas ingenii, quo infrequentior Hiſpanis hoc inſignius honeſtamentum; & quod magnos ad honores ab imo evectus, quippe natus domo non ignobili ſed paupere, prioris fortunæ quantum ſatis erat meminiſſet.* Hæc Grotius. Verdugianæ familiæ infigne monumentum is continet liber, quem hoc titulo infignem Coloniæ edidit Joannes Kinckius 1630. in 4. *Trophea Verdugiana pace & bello ab Illuſtriſſimis Verruſiani veteris & nobiliſſimi ſtemmatis Proceribus immortalitatis cedro glorioſe appenſa, hiſtoriis vere memorabilibus, eventibus miraculoſis, rerum olim & nuperrime geſtarum certiſſimis narrationibus elucidata a R. P. Guilielmo Stadem Agrippinate ord. B. Benedicti Monaſt. B. V. Mariæ Luxemburgi profeſſo Sacerdote Theologo, Paſtore in Spanheim & Buchenau.* Hic auctor in epiftola ad lectorem fuum eos libros, ex quibus profeciffet, referens, hunc inter alios ejufdem Verdugi noftri laudat his verbis: *Apologetico manuſcripto Hiſpanico Illuſtriſſimi Domini D. Franciſci Verdugo, Friſiæ gubernatoris generalis exercitus Regii in Belgio Caſtrorum magiſtri*, cujus tale eft initium: *En el nombre de la Santiſima Trinidad, Padre, Hijo, y Eſpiritu Sancto, que ſon tres perſonas y un ſolo Dios verdadero, a quien todas las perſonas afligidas deben acudir a pedir ſocorro en ſus aflicciones, yo el Coronel Franciſco Verdugo Gobernador Capitan general deſtas provincias de Friſia por el Rey Nueſtro Señor* &c. Qui diverfus videtur a Commentariis.

FRANCISCUS VERGARA, Toletanus, Joannis, ejus almæ ecclefiæ canonici, virique literatiffimi, frater germanus, ingenio, ut ait Scotus, *Joanne ipſo inferior, ſtudio major, ſed paris cum eo & admirandæ induſtriæ*, fub Demetrio Cretenfi ac Ferdinando Nonio Pinciano literis operam dedit, præcipue Græcis, quarum ipfe totos viginti annos, collegam habens Laurentium Balbum Lilienfem, Compluti fuit profeffor. Senex fcholam Georgii Naveri, fummi theologi, Bibliorumque ibidem interpretis linguarum cognitione præftantis, frequentare non erubuit. Quo in loco etiam denatus eft VI. kalendas Januarii MDXLV. fepultufque in æde facra Jufti & Paftoris Martyrum, in qua canonicus fuiffe dicitur. Scripfit:

De omnibus Græcæ linguæ Grammaticæ partibus. Compluti apud Michaelem de Eguia 1573. in 4. Deinde Parifiis 1550. in 8. *ex antiquis recentioribuſque auctoribus* (ait Scotus, idoneus quidem hujus rei teftis, Græce enim doctiffimus) *ſcholiiſque explanavit tam accurate, nihil ut in eo genere perfectius.*

E Græco vertit in Latinum:

S. Baſilii Homilias IX. breviores, a nemine antea editas.

Theonis quoque *Sophiſtæ Progymnaſmata.*

Item e Græco in vernaculam gentis linguam:

La Hiſtoria Ethiopica de Heliodoro: quam in bibliotheca ducis Infantatus, cui dicaverat auctor, latere delatum eft ad Andream Scotum. Francifci Vergaræ meminit etiam, non fine debita tali viro & Joannis Vergaræ fratri laude, Alphonfus Garzias Matamorus *De Academiis & Claris Hiſpaniæ viris.*

ris. Ad hunc item scripta est Erasmi Roterodami epistola xv. libri xx. anno scilicet MDXXVII. in qua multa de Francisco, tunc temporis ut apparet juvene, ac de Joanne Vergara ejus fratre.

FRANCISCUS DE VERGARA, jurisconsultus ut apparet, scripsit, quæ in bibliotheca Olivariensi quondam servabantur MSS. in folio:

Consilia quædam, & *Adversaria ad Leges Tauri.*

D. FRANCISCUS UGARTE DE HERMOSA ET SALCEDO, Peruanus, presbyter, dum Matriti degeret fere sexagenarius emisit in publicum:

Origen de los dos Gobiernos Divino y Humano, y forma de su exercicio en lo temporal: ad D. Gasparem Bracamontium, Peñarandæ comitem, Indici senatus præsidem. Matriti 1655. in 4. apud Dominicum Garziam Morras.

In eadem curia paulo post obiit.

F. FRANCISCUS DE VICTORIA, domo ex Victoria urbe provinciæ Alabæ, puer Burgos, Castellæ Veteris metropolim, translatus a parentibus inter Dominicanos sodales religiosæ vitæ sacramentum dixit, in eaque familia sic ad virtutum omnium, doctrinæque studia se composuit, ingenio præcellenti usus & industria maxima, ut aliquando *instituti Dominicani splendor, decus & ornamentum theologiæ, exemplar antiquæ religionis*, ad hæc, *vir excellens, divinus, incomparabilis* a Matamoro Hispalensi, virorum Hispaniæ in literis illustrium censore optimo, audire meruerit. Parisios in Gallias, uti mos erat illius temporis, delatus theologiam in hac schola didicit, patriæque redditus docere cœpit Pinciæ primum, in cujus urbis Gregoriano collegio superioris sæculi anno xxv. studiorum erat præfectus. Salmanticam deinde vocatus in locum Petri Legionensis similiter Dominicani qui per triginta annos in ea schola professus fuerat, cujusque inter Salmantinos theologiæ professores sui temporis Marinæus Siculus meminit, academiæ hujus amplitudini eum splendorem & augmentum attulit, in re præsertim theologica, ut quidquid umquam in hac schola, Hispaniæque aliis viri excellentes de hoc studio, factaque ab hinc maxima in eo a nostris hominibus progressione, meruerint, ad hunc veluti fontem referri debere videatur. Primus enim doctrinam, quam vocant Scholasticam, vix emergentem & quasi ignotam, e Sancti Thomæ ditissimo thesauro in lucem produxit, locupletavitque omni genere literarum, atque in eum existimationis locum provexit, quam hodie hoc studium, ejusque studii nomine ubique terrarum Hispania nostra obtinet. Primus ille dicitur in quotidianis scholis non verbo tantum, quod in usu erat, docuisse, sed exantlatum a discipulis laborem, quæ is dictabat scribendi utilitate longe majori compensasse. Adjunxit quidem gravioribus philosophiæ Naturalis & Moralis, totiusque theologiæ disciplinis eum ab aliis non ita severis ornatum, ab eruditione scilicet, atque humanitatis & eloquentiæ studio, quem Nicolai Clenardi & Joannis Vasæi, æqualium ejus temporis, affirmatio dubitare non sinit. *Illud certe sine scrupulo*, ait Vasæus *Hispaniæ Chronici* cap. vi., *mihi videor affirmare posse neminem fuisse multis annis tota Hispania omnium bonarum artium ac totius humanitatis doctiorem*, *ut non immerito Nicolaus Clenardus dicere solitus sit neminem se nosse, ne ex his quidem qui omnem ætatem in Latinis literis trivissent, cujus ipsi tam placerent epistolæ quam Victoriæ, qui si animum aliquando ad scribendum appelleret, orbem universum fama sui nominis occupasset.* Hæc ille. Atque etiam frequentissime Melchior Canus (quantus ille vir!) & Victoriæ discipulus, magistri præconia inculcat, cujus & e libri xii. *De Locis Theologicis* secundo capite illud exaggeratæ laudis est: *postulare se ab iis, qui scripta ista in manus sument, ut majus quidam de magistro suo, quam quantum a se exprimi posset, suspicentur.* Idem in cap. v. Victoriam academias Hispanas adeo insigniter ingenio suo & doctrina illustrasse ait, *adeoque nostris hominibus spectabiles & amabiles reddidisse, ut in eas certatim non confluxerint modo, sed irruperint. Quod si ille* (adjungit) *Gallis, Germanis, atque Italis scripsisset, quæ erat hominis in disputando perspicuitas, elegantia & suavitas, non ita nunc apud eas gentes scholæ studia jacerent.* Scriptis ejus quæ olim in scholis dictaverat visis Conringius, laudatissimus inter Germanos vir, dum in opere *De Rebus publicis* de Hispana disereret, ad Victoriæ libros accedens: *Adeo accurate & subtiliter* (ait tit. 1. §. 23.) *diserit de rebus moralibus ut sine admiratione eum numquam legam.* Et mox: *Hic primus cœpit magno conatu moralia tractare, quæ adeo & operose hodie in Hispania excoluntur ut mireris & plane stupescas. Efflagitant enim ingenium acutum, magnum & tenax.* Hic tamen vir tantus, viam aliis aperuisse contentus, qua possent ad hujus studii summam laudem publicatione vigiliarum suarum pertingere, nullus adduci potuit ut publicaret ipse quæ per tot annos, fere scilicet vicennariæ professionis Salmantinæ, ea quam vidimus celebritate sui nominis, atque auditorum fructu,

ctu, dictaverat in scholis, domive observata custodiebat, quæque abrogato auctoris nomine multas aliorum paginas implevisse vero prorsus simile est. Ex his omnibus lucem aspexerunt dumtaxat, post Victoriæ tamen obitum:

Theologicæ Relectiones XII. duobus tomis. Lugduni 1557. in 8. Salmanticæ 1565. 8. Ingolstadii 1580. 8. Antuerpiæ anno 1604. in 12.

Quarum hæc argumenta:

De Potestate Ecclesiæ.
De Civili Potestate.
De Potestate Pontificis & Concilii.
De Indis, & Jure Belli.
De Matrimonio.
De Augmento Charitatis.
De Temperantia.
De Homicidio.
De eo, ad quod tenetur perveniens ad usum rationis.
De Arte Magica.
De Simonia.
De Silentii obligatione.

Ex doctrina quoque ejus Thomas de Chaves, ejusdem Dominicani instituti, publicavit:

Summam Sacramentorum Ecclesiæ. Pinciæ 1561. 8. Hinc Venetiis 1569. in 12. Romæ 1567. Antuerpiæ 1586. 1594. & 1610. in 12.

Hispana lingua Francisci Victoriæ nomine vulgatus fuit confessorum quædam instructio:

Confesionario inscripta. Salmanticæ apud Mathiam Gast 1562. in 12.

Præterea in libro quodam, cui Didacus de Zuñiga, Hieronymianus sodalis, *Instruccion y refugio del Anima* titulum fecit, Salmanticæ edito apud Joannem Juntam 1552. in 8. legitur:

Un parecer que dió el Padre Fr. Francisco de Victoria sobre si los Señores pueden vender o arrendar los oficios, como Escrivanias y Alguazilazgos.

Manuscripta remanserunt:

In universam Summam Theologiæ Sancti Thomæ Commentaria, & in IV. *Sententiarum*. Certe hic Romæ, ubi hæc scribimus, Altempsiana bibliotheca habet ea quæ in Primam Partem, atque item in Secundam Secundæ elucubravit.

Obiit diem suum Victoria in eadem urbe Salmantina & professorio munere pridie idus Augusti MDXLVI. De quo agunt præter superiores, magnum virum posteritati commendantes, Bartholomæus de Medina in *Prologo* ad sua in *S. Thomam Commentaria*: Martinus Navarrus in *Enchiridii* cap. I. *De Contritione* num 38. & cap. XVI. num. 16. & in *Repetitione Cap. Inter verba* II. quæst. III. Joannes Marieta lib. XXI. *Historiæ Ecclesiasticæ* cap. XLII. Joannes Lopez, Monopolitanus præsul IV. parte *Histor. ordin. Prædicatorum* libro primo cap. ultimo. Antonius Possevinus....... Dominicus Bañez in *Secundam Secundæ D. Thomæ* quæst. I. art. VII. dub. II. argum. III. Ignatius Galvaõ in *Discursibus variis* lib. I. cap. XVI. disc. V. num. 9.

FRANCISCUS VIDAL DE NOYA, inscribitur ut auctor Sallustianæ interpretationi, quæ hac nuncupatione edita est:

Salustio traducido por Maestro Francisco Vidal de Noya en estilo asaz alto y muy elegante. Lucronii 1529. in folio. Deinde Antuerpiæ 1554. In bibliotheca D. Ferdinandi de Aragonia & Borgia, ducis de Villahermosa, quam in oppido Pedrola habebat, alios inter manu exaratos liber erat hic, aureo titulo & versicoloribus ornamentis insignis, *Salustio Catilinario* dictus, atque illustrissimo D. D. Ferdinando de Aragonia, Calabriæ duci, ab eo, qui subscribit se Montis Pelosi episcopum, dicatus. In cujus fine hæc leguntur: *Salustio Catilinario aqui acaba, fielmente escrito en Napoles por manos de Sicilia, Rey de Armas del Victorioso D. Fadrique de Aragon, Rey de Sicilia, de Hierusalem* &c. Auctor rei mihi fuit Didacus Josephus Dormer, diligens harum observationum Aragoniæ regni historicus. Montis vero Pelosi episcopum istum, qui Vitalis Noiæ Sallustianam interpretationem Calabriæ duci Ferdinando Federici filio nuncupavit, Marcum existimamus Coppuleum Neapolitanum, quem huic ecclesiæ ab anno MCCCCXCVIII. ad MDXXVII. præfuisse Ughellius scribit *Italiæ sacræ* primo volumine.

F. FRANCISCUS DE VILLAFRANCA, Franciscanus provinciæ Castellæ, vulgari cognomento *El Italiano* (vixerat forte diu in Italia): scripsisse dicitur, sed non in lucem edidisse plures tractatus *De rebus Indicis*, itemque de *Prædestinatione*, admodum doctos, quod refert Fr. Petrus de Salazar in *Historia provinciæ Castellæ ordinis S. Francisci* lib. II. cap. XXIII.

D. FRANCISCUS DE VILLAGOMEZ VIVANCO, natus in oppido Espinosa de los Monteros, Sancti Jacobi eques, hujusque ordinis thesauri præfectus, Philippi IV. Regis Catholici strator, scripsit:

Consideraciones Politicas.

D. FRANCISCUS DE VILLAGRASSA, gente Valentinus, juris utriusque doctor, dominus baroniæ de Marsa, canonicus Segobricensis, scripsit:

Antiguedades de la Iglesia de Segorve y Ca-

Catalogo de sus Obispos. Valentiæ per Hieronymum de Villagrassa 1664. in folio.

FRANCISCUS DE VILLALOBOS, doctor medicus, Caroli Cæsaris aulæ domesticus ac Philippi Principis, disertus & eloquens sermone patrio, scripsit:

Problemas con otros Dialogos de Medicina y familiares. Zamoræ 1543. in folio, & alibi etiam in 4. Ejusdem est:

Glossa naturalis in Plinii Historiæ naturalis primum & secundum libros. Compluti apud Michaelem de Eguia 1524. in folio. Item:

Librum XII. Principiorum, qui etiam appellatur congressiones & Epistolæ: in folio. Salmanticæ apud Laurentium Lion de Deis 1514.

D. Thomas Tamajus Francisco a Villalobos Toletano, qui videtur non diversus esse, duo sequentia opera tribuit:

Sumario de la Medicina en verso mayor. Et:

Tratado de la Enfermedad de las Bubas: quæ Salmanticæ prodiisse ait anno 1498. in folio.

At cur Francisco Villalupensi Franciscano Lucas Waddingus, *De Scriptoribus ordinis Minorum* scribens, *Commentaria* illa (sic vocat) in *Historiam naturalem Plinii* adscripsit? Religiosumne hunc habitum aliquando adsumpsit noster?

FRANCISCUS DE VILLALPANDO, Toletanus, edidit:

Tercero y quarto libro de Arquitectura de Sebastian Serlio, en los quales se trata de como se pueden adornar los edificios, traducidos de Toscano; con figuras. Toleti 1573.

FRANCISCUS DE VILLALVA, toparcha del Gospi & baroniarum de Montmagastre, edidit ad filios:

Avisos de Padre, y Rosario de Nuestra Señora. Barcinone 1630. 8.

F. FRANCISCUS DE VILLANUEVA, Solanæ oppido natus, Augustinianus, in Complutensi ordinis sui collegio professor theologiæ emeritus, scripsit:

Promptuarium Divinæ providentiæ seu de Præscientia, qua Deus cognoscit contingentia posibilia, & futura, conditionata & absoluta: Tractatus Apologeticus ad mentem Fundatissimi Doctoris Ægidii Romani. Compluti apud Mariam Fernandez 1670. folio.

D. FRANCISCUS DEL VILLAR, Anduxarensis, scripsit docte pro patria:

Discurso Apologetico en el qual se prueba, que la Poblacion que antiguamente se llamaba Iliturgi, o Forum Julium es hoy la Ilustre Ciudad de Andujar. Laudat opus & auctorem D. Josephus Pellizer in *Bibliotheca propriorum operum* fol. 151.

FRANCISCUS VINCENTIUS TORNAMIRA, Navarrus, Tudelæ natus, Moræ toparcha, scripsit:

Cronologia y Repertorio de los tiempos. Pampelone anno 1585. in 4. apud Thomam de Porralis.

El Kalendario Gregoriano. Pampelone 1591. 4.

FRANCISCUS VIVAS, nescio quis, reliquisse refertur, post mortem suam editum a D. Ferdinando de Vivas, librum:

De las Grandezas de Christo. Matriti 1649.

FRANCISCUS DE ULLOA, scripsit:

Relacion del Descubrimiento que desde Nueva España hizo por la mar: MS. Antonius de Leon in *Bibliotheca Indica* laudat.

FRANCISCUS VOPIS, sive proprio, sive ementito nomine, perduellibus e Cataloniæ principatu adhærens librum hujus viæ sic nuncupatum scripsit:

Ingenuidad Catalana. Corona de los Lilios: adversus Francisci de Rioxa *Aristarchum* vulgaris linguæ. Prodiit Barcinone ex officina Joannis Dexen 1644.

D. FRANCISCUS XARAVA, Peruanus, jurisconsultus, Regii Philippo Apostolico sacri collegii urbis Limanæ sodalis, in quo ejusdem urbis curia causarum patronus, scripsit:

Relectiones Juris Civilis quatuor. I. ad Tit. C. de Interd. matrim. inter pupillum & tutorem. II. in L. Ab hostibus 2. C. de Postliminio reversis & in L. In bello 12. §. Si quis servum D. De Captivis. III. In §. Sed & unum Instit. de Testamentis. IV. In L. un. C. Si secundo nupserit mulier. Matriti apud Dominicum Garsiam & Morras 1669. in 4.

S. FRANCISCUS XAVERIUS, vulgo XAVIER, Navarrus, Indiarum cognominatus Apostolus ab Urbano VIII. P. M. unus e primis Ignatii patriarchæ sodalibus, quibuscum Societatem constituit Jesuiticam, jam sæculo & amplius orbi Christiano fructuosissimam, Indiæ orientalis continentem, circumque positas quamplures insulas, jubare Evangelii, vitæque sanctissimæ collustravit exemplo, Eoam istam plagam novis Christianorum coloniis replevit, tandemque in aditu regionis Sinarum raptus est ad fruendum Deo sponso & remuneratore qui, etiamnum

num viator, ingruentis divinitatis pondus, quamvis ſuaviſſimum, vix ſuſtinere valens in verba hæc, *Satis Domine, ſatis gratiarum eſt*, prorrumpere auditus aliquando fuit. Obiit ſecunda die Decembris anni MDLII. ætatis ſuæ LV. Eccleſiaſtico Beatorum honore dignum Paulus V. XXV. Octobris MDCXIX. Sanctorumque albo adſcribendum Gregorius XV. ſucceſſor XII. Martii MDCXXII. conſtituerunt; cujus tamen canonizationis (ut vocant) literas Urbanus expedivit Octavus VIII. idus Auguſti proxime ſubſequentis anni MDCXXIII.

Scripſit Xaverius vernacula Caſtellæ lingua:

Epiſtolas XLI. vere Apoſtolicas. Has Joannes Suarez, Conimbricenſis epiſcopus, in lucem protulit, excudique fecit Compluti apud Joannem Iñiguez de Lequerica 1575. 4. Deinde Horatius Turſellinus Latine a ſe redditas in IV. libros digeſſit, qui Romæ prodierunt ex officina Aloyſii Zannetti 1596. Moguntiæque ex Balthaſaris Lippii anno 1600. in 8. Nuper tamen ex Petri Poſſini interpretatione, quam fecit ex Caſtellana & Luſitana linguis, nova editio facta eſt harum Epiſtolarum, libris jam VII. comprehenſa, ex autographis tunc primum repertis, Romæ apud Vareſium 1667. in 8.

Catechiſmum primus Malabarice tranſtulit, quo ſocii deinceps in ora Comorini uſi ſunt.

Doctrinæ Chriſtianæ epitomen: Luſitana lingua. Vitam & res geſtas ſanctiſſimi hujus viri Joannes Lucena ſermone Luſitano eleganter, unde ceteri profecerunt, Caſtellane Alphonſus Sandoval, Franciſcus Martinez, Joannes Paulus Fons Catalanus conſcripſere. Italice reddidit Lucenæ illam nuper laudatam Ludovicus Manſonius Siculus. Dederunt & eademmet lingua Bartholomæus Petraccius, & ipſe Siculus, Hieronymus Gypſius Bononienſis, Joannes Hieronymus de Sopranis Genuenſis, uterque autem ſuppreſſo nomine. Belgice Joannes Martini Antuerpienſis. Latine demum Horatius Turſellinus, Societatis chronographus, communicatus & ipſe Hiſpanis opera Petri de Guzman Abulenſis: qui omnes Societatis ſunt ſodales.

FRANCISCUS DE XEREZ, Hiſpalenſis, cum a ſecretis eſſet Franciſco Pizarro, illi qui Peruvianas provincias Caroli Regis Hiſpaniarum ac Cæſaris auſpiciis invenit primus ſubegitque, inclyti ejus viri res geſtas duxit ſtilo ut Regi offerret, ſcripſitque:

Conquiſta del Piru: verdadera relacion de la conquiſta del Piru, y provincia del Cuzco, llamada la nueva Caſtilla, conquiſtada por Franciſco Pizarro, embiada a ſu Mageſtad. Salmanticæ apud Joannem Juntam 1547. in folio. Hanc Baptiſta Ramuſius in patrium vertit ſermonem Italicum, ediditque volumine tertio *Indicarum Relationum*.

F. FRANCISCUS XIMENEZ, Franciſcanus ſodalis provinciæ S. Jacobi, unus fuit e duodecim primis occidentalium Apoſtolis, egregia vir pietate, ac propagandæ religionis zelo. *Pontificii juris ſtudioſiſſimum* vocat eum Lucas Waddingus. Qui ne in albo epiſcoporum cenſeretur a Carolo V. Imperatore ac Rege noſtro, qui Tabaſco Indorum imponere ipſum voluit, conſtanti ad recuſandum quidquid honoris eſſet Pontificii animo impetravit, monaſterii cujuſdam præfectura contentus. Mexicano idiomate, quod egregie callebat, ſcripſit:

Dictionarium hujus linguæ, atque *Artem*: libroſque omnes Mexicane ab aliis editos juſſu ſuperiorum evolvit, ac recenſuit.

Vida del P. Fr. Martin de Valencia, ejuſdem ordinis. Qui injuria temporum, (ut ajunt Poſſevinus & Waddingus) liber excidit, unico quaternione ſervato.

De la naturaleza y virtudes de los arboles, plantas y animales de la Nueva Eſpaña, en eſpecial de la provincia de Mexico, de que ſe aprovecha la medicina. Mexici 1615. Paſſim commendare hunc librum in opere ſuo *de Novo Orbe* Joannem de Laet Batavum notat Waddingus. Sed hic labor ille ipſe eſt Franciſci Hernandez doctoris medici eximius, qui multis voluminibus in Regia bibliotheca Laurentina adſervatur, de quo alibi, quem librum ex Latina in vulgarem linguam noſter vertiſſe dicitur.

Jacent exuviæ hominis ſat geſtis inclyti apud Mexicanos ſodales. Videri poteſt de eo Franciſcus Gonzaga *Hiſtoriæ Seraphicæ* IV. parte, in deſcriptione provinciæ Sancti Evangelii.

FRANCISCUS XIMENEZ DE CARMONA, Cordubenſis, doctor medicus Salmantinus, & in ea ſchola profeſſor anatomices, quo tempore apud Hiſpalenſes medicinam faciebat publicavit:

Tratado de la grande excelencia de la agua y de ſus maravillas, virtudes, calidades y eleccion, y del buen uſo de enfriar con nieve. Hiſpali 1616. in 4.

FRANCISCUS XIMENEZ GUILLEN, medicus Hiſpalenſis, dedit in publicam lucem:

Quid ſit per ſapientiam mori apud Plinium. Hiſpali apud Franciſcum Perez in 4. Itemque adverſus Joannem de Luna, doctorem item medicum:

Pro nova hac Plinii expositione Apologiam. Item:

Quod mora in prima mensa sit assumenda, & quod Horatius secundæ recte apposuerit, ubi etiam de ovis quædam scitu digna annotantur.

FRANCISCUS DE ZAMBRANA, notus mihi ex eo quod Gundisalvus Argote de Molina in suppellectile sua libraria MS. possederit ejus:

Calendario de cosas acaecidas en su tiempo, del Comendador Francisco Zambrana. Nobilis hæc est familia in urbe Beatiensi.

F. FRANCISCUS DE ZAMORA, ordinis Minorum, generalis minister Aquilæ in Aprutio creatus anno MDLIX. scripsit:

Homilias in singulos versus Psalmi Quinquagesimi.

Orationem in Tridentina Synodo habitam Dominica secunda Quadragesimæ MDLXII. Quæ edita est Lovanii cum ceteris an. 1567. in fol. Et Parisiis 1667. in fol.

Edi curavit *S. Bonaventuræ opuscula* a se correcta, duobusque tomis distincta, Venetiis 1564. in folio.

Peste obiit anno MDLXXI. dum Romam navigio ad capitulum generale contenderet, uti refert Franciscus Gonzaga in tertia parte *Franciscanarum originum*, dum de monasterio agit S. Antonii de Velada provinciæ Sancti Gabrielis; non anno MDLXV. quod Scotus & Miræus testantur, domestico enim testimonio in hujusmodi rebus fides major adhibenda est. Patria Conchensem fuisse affirmat Joannes Paulus Martyr in hujus urbis *Historia* III. parte cap. XIV.

F. FRANCISCUS ZUMEL, Palentiæ ut creditur natus, e Pincia tamen oriundus, quo pertinere videtur id quod sibi ipse in commentariis suis theologicis adsumpsit Palentini ex Pincia cognomentum, religioso schemate inter sodales Deiparæ Virginis de Mercede tenera adhuc in ætate suscepto, sub disciplina Gasparis de Turribus, celeberrimi hujusmet ordinis Salmanticæ professoris, sapientiæ non minus, quam scholasticarum artium, theologicarumque quæstionum didicit. Quo utroque nomine florens adhuc annis judex (sic vulgus appellat) Conservator academiæ Complutensis in locum Augustini de Rebenga, ejusdem familiæ hominis sanctitate conspicui, subrogatus, provinciam deinde Castellanam sodalium rexit, Salmanticæ ex propria cathedra Morum theologiam docuit, decanusque amplissimo ejus scholæ præfuit ordini. Ad hæc collegiorum, quibus maximopere eadem academia illustratur, quæque in aliis Majora audiunt, visitator extitit. Anno autem superioris sæculi XLIII. in comitiis Calatajubiensibus electus fuit generalis præfectus XXXII. quod utique sexennio completur munus, vixitque ad annum MDCVII. in magna omnium, qui literas morumque gravitatem amant, existimatione & pretio, sive judicium viri purgatissimum doctrinamque excellentem accepissent fama; sive consultationibus, quod frequenter deque magni momenti rebus contingebat, experti fuissent. Benemereri quoque voluit de posteritate scribens:

In Primam Sancti Thomæ Partem commentaria: duobus tomis. Prior usque ad quæst. XLIII. posterior vero usque ad CXIV. pertingit. Salmanticæ primum, ut existimo; deinde Venetiis anno 1597. & 1601. in folio. Lugdunique 1609. in folio.

In Primam Secundæ Commentaria: duobus aliis tomis. Prior tractat *De fine ultimo*: *De voluntario & involuntario*: *De bonitate & malitia actuum humanorum*: *De circumstantiis*: *De virtutibus*: *De vitiis & peccatis*: *De gratia, merito, & justificatione.* Salmanticæ 1594. in folio. Posterior *De gratia & operibus*: *De auxiliis, & præfinitionibus*: *De causalitate gratiæ*: *De fide, & pœnitentia*: *De merito & gratia Christi*: *De justificatione & merito.* Salmanticæ eodem anno.

Defensionem justificationis, & processus censurarum & mandatorum Domini Nostri Pauli V. Pont. Rom. contra injusta Decreta Senatus Venetorum.

De inconcussa Clementis VIII. Papæ electione, & certitudine infallibili ipsius Pontificatus tractatum: quem Papæ huic nuncupavit, meritus ob id gratias ab eodem habitas, benedictionemque Apostolicam literis in forma Brevis impertitam.

De Fundatione ordinis sui, ejusdemque viris illustribus: Latinam historiam breviorem, sed utilem. Una et:

Scholia in Regulam Sancti Augustini, & vota, quæ in religione Beatæ Virginis de Mercede nuncupantur.

Instructionem item *officiorum. Manuale chori & processionum Ordinis.* Salmanticæ apud Cornelium Bernardum 1588.

Ab ejus morte prodierunt:

Variarum disputationum tomi III. Salmanticæ apud Artum Tabernier 1608. fol. scilicet:

Primus, in Primam Partem Sancti Thomæ, De Præscientia Dei circa futura contingentia.

Secundus, in ejusdem Primam Secundæ, De libero arbitrio; ipsius cum gratia Dei convenientia & assensu, ac Prædestinatione.

Tertius, in utraque harum Partem; quo novæ & abstrusiores inductæ quæstiones enodantur, dirimuntur, & verissimis rationibus termi-

minantur. Qui & Lugduni prodierunt 1609. fol. typis Joannis Philleot.

FRANCISCUS DE ZUÑIGA, Cantaber, nobili genere natus, deformis corpore & vultu, ingenio fuit exculto & acri, adeo ut inter Jesuitas, quorum sodalis fuit, Compostellæ philosophiam, uti Salmanticæ theologiam, magno cum plausu docuerit. Prodiit ejus postumus fructus:

Tractatus de Sanctissima Trinitate in Primam Partem Summæ Sancti Thomæ a quæstione XXVII. usque ad XLIII. Lugduni apud Ludovicum Prost 1623. in 4.

D. FRANCISCUS (vulgari usu ab aliquibus usurpato FRANCES) DE ZUÑIGA, nescio quis, in feriis ludere volens, *Historiam* (ita vocat) scripsit Cæsaris Caroli ridiculam & salibus urbanis conditam. Inscribit sese operi cum hoc Hispano titulo:

Historia de D. Frances de Zuñiga Criado muy privado y bienquisto, Predicador y Historiador del Emperador Carlos V. Habemus nos MS. in 4. cujus & alterum exemplum vidimus in bibliotheca Urbinatensi, jam hodie Vaticanæ adjuncta, codice 711.

FROILANUS.

F. FROILANUS DE UROSA, Cisterciensis monachus, sanctissimis moribus, multaque vir doctrina, Hortensem domum, sibi religiosi status patriam, semel, collegiumque Salmantinum bis rexit; integrum ordinem per Hispanias visitavit censor; lucique dedit, non nisi præcepto adactus, libellum aureum:

De la buena crianza de los Novicios en la religion del Cister. Compluti apud Antonium Vazquez anno 1636. in 8. Necnon et:

Meditaciones para todo el año. Valentiæ editas, jussu excellentissimi ducis Medinæcoeli, hujus regni tunc proregis, anno 1642. in 8.

Manuscriptum reliquit moriens Hortæ anno MDCXLVIII.

Consiliorum moralium ingens volumen: sive *Speciosorum florum ex immenso difficultatum & resolutionum conscientiæ campo Fasciculum pulchrum, suavem, & odoriferum.* Auctor hujus rei est Carolus Vischius in *Appendice Bibliothecæ Cisterciensis.*

FRUCTUOSUS.

F. FRUCTUOSUS, nescio cujus cognominis, vel instituti religiosorum, Lusitanus, *Artis Grammaticæ* auctor fuisse dicitur a Cardoso, quam Olisipone editam anno 1643. adjungit.

FRUCTUOSUS DE S. JOANNE, Lusitanus, Algarbiensis, canonicus Regularis in monasterio S. Crucis Conimbricensis, magnis virtutibus floruit, eximiaque pietate. Eruditionis Latinæ ac poeticæ artis, rituumque ecclesiasticorum exactissimæ cognitionis vestigia reliquit non obscura, quæ tamen vel nunc inter domesticos latent. Agiologus gentis Lusitanæ Georgius Cardosus, qui hominis laudes diei Junii XIII. consignavit, horum meminit:

De Ritibus & Computo Ecclesiastico Tractatus: quem asservari refert in quodam codice monasterii de Moreira.

Commentariorum in Rhetoricam Ciceronis.

Commentariorum in Artem Poeticam Horatii.

Historiæ seu narrationis variarum rerum sui temporis: prosa & versa oratione, quarum utraque multum valuit.

Decessit Conimbricæ XXIII. Junii MDCXXIV.

FRUCTUS.

FRUCTUS DE LEON TAPIA, Segoviensis, poeta, carmine illo, quod nos Quintillas sive coplas Castellanas vocamus, & singulis quinque versibus alternatim consonantibus resultat, hujus argumenti & inscriptionis librum publicavit:

Poema Castellano que contiene la vida del Bienaventurado S. Frutos Patron de la ciudad de Segovia, y de sus gloriosos hermanos S. Valentin y Santa Engracia. Matriti 1623. in 4. Ediderat antea:

Elogio en las fiestas de la translacion de Nuestra Señora de la Fuencisla. Ibidem 1614.

Obiisse diem suum dicitur in Bætica peregrinatione anno MDCXXVI. ætatis suæ XXXVIII.

FULGENTIUS.

F. FULGENTIUS DE OVIEDO ET HEVIA, Pincianus, nobili ortus genere, ex Benedictinorum religiosa familia, cui se in patria addixit, sacræ theologiæ magister, pluribus domesticis præfecturis propter doctrinæ meritum prudentiæque functus, conscripsit:

Morale opus, & Praxim de Republica regulari, Hierusalem nova Ecclesia primitivorum: in duas partes divisum, quarum altera est *De Servitute ingenua Religiosi*, altera *De Potestate varia Prælatorum Regularium*, tertio *Ecclesiæ militantis gladio, ipsorum & aliorum Ecclesiastica potestate & dignitate.* Matriti anno 1639. in folio.

GA-

G

GABRIEL.

GABRIEL D' ACOSTA, Lusitanus, domo ex Torresvedras oppido, exili genere, puro tamen, ortus, doctor theologus Conimbricensis, jam in oculis omnium istius academiæ eruditorum hominum nempe erat, ingeniique habilis plurima laude celeber, cum virorum doctissimorum destinatione, id in mandatis Regiis habentium, Noni Norognæ rectoris, episcopi deinde Ægitanensis, Ludovicique Sotomajoris sacrarum literarum professoris primarii, ex novem unus & præcipuus nomen edidit, quibuscum inter togatos D. Petri sodales supplementi atque ornamenti causa reciperetur. Nimirum ingens collegii hujus antiqua existimatio præsensque jactura Philippi Regis animum vere Regium ad instaurationem sui commoverat. Hoc honore auctus, & in dies magis ac magis omnium, quos tribuere solet schola ista, dignus, id, quadam veluti meritorum violentia, sed a libentibus, extorsit ut nova sibi cathedra, exorato ad preces academiæ Rege, sacris libris explanandis crearetur; unde in locum Ludovici antea memorati Sotomajoris, rude jam propter ætatem donati, scholæ suffragiis, Regioque insuper nutu professor fuit docendæ theologiæ princeps renunciatus, post vicennium & ipse ad otium emeritum rite dimissus. Canonico interim sacerdotio functus est in Conimbricensi sacra æde, quod Ulisiponensis ecclesiæ aliud post exantlatum professionis munus excepit. Otium vero id nactus, meditabatur suorum Commentariorum publicationem; sed ejus cœptis manum immature satis mors posuit. Verum, quo magis viri doctissimi lucubrationes usus tereret publicus, Francisci Castri præsulis opera factum est, qui a consiliis status Catholici Regis cum esset, Fideique rerum summus per Lusitaniam arbiter, curæ huic vindicandæ, atque asserendæ præceptoris quondam sui famæ, inter publica negotia locum non ultimum fecit. Hi sunt Commentarii ad Veteris & Novi Testamenti quosdam libros, literam plerumque ex Hebræorum aditis, Patrumque ac Interpretum placitis edocentes, morum dictata nonnunquam inculcantes, vere Latina nec prolixa oratione pertexti. Prior tomus continet:

Commentaria quinque in totidem libros veteris Testamenti: nimirum:

In Caput XLIX. *Genesis de Benedictionibus Patriarcharum.*

In Librum Ruth.

In Threnos Hieremiæ Prophetæ.

In Jonam Prophetam.

In Malachiam omnium Prophetarum novissimum. Lugduni apud heredes Gabrielis Boissat & Laurentii Anisson 1641. in folio.

F. GABRIEL DE ADARZO ET SANTANDER, Matritensis, in religiosissimo ejusdem curiæ monasterio induto habitu Mercenariorum sodalium, Salmanticæ in collegio studiis philosophicis atque theologicis operam dedit, Toleti, Compluti Salmanticæque inter domesticos ejusdem scientiæ professor, domum Huetensem gubernavit, Philippo IV. Regi a concionibus fuit Evangelicis. Idem propter ingentia doctrinæ ac probitatis merita, eodem postulante Rege nostro, die IX. Maii MDCLIV. Viglevanensis præsul, indeque XXIV. Septembris MDCLVII. Hydruntinus archipræsul fuit creatus. Quo munere, ut ad matris suæ gremium redeat sibique vivat, exonerare se, annuente ut audio serenissima Regina Caroli Regis tutrice, si per sedem Apostolicam liceat, calidis votis nunc exoptat. Multa superiorum suorum præcepto, multa ad nutum Regiorum ministrorum, de rebus theologicis ad rempublicam spectantibus scripsit, quæ in publicum edi valde utile esset. Vidimus typis mandatum hucusque unicum opusculum, scilicet:

Dictamen circa exclusivam quandoque a Principibus interpositam, ne aliquis in Summum Ecclesiæ Pontificem eligatur; quæ est responsio ad quoddam scriptum hanc exclusionem improbans. Id opus absque auctoris opera aut notitia excusum fuit Francofurti apud heredes Joannis Godofredi Schomvetteri 1660. in 4. ac excellentissimo D.D. Gaspari a Bracamonte, Peñarandæ comiti, nuncupatum, cujus quidem alteram partem servat in schedis auctor.

Alia referam de quibus ad me idem scripsit.

De Origine absolutionis generalis, excellentia & effectibus: ad nutum præfecti generalis sui ordinis.

De Cultu immemorabili S. Petri de Armengol ejusdem ordinis in oppido la Guardia de Monblanc regni Aragoniæ. Typis commissus fuit hic libellus nomine D. Petri de Berrocal, Matritensis advocati.

De Potestate Petri & successorum supra Apostolos & Concilia, ac de Potestate Conciliorum.

Contra Pontificatum S. Pauli Apostoli.

De Mente S. Thomæ in materia Conceptionis Deiparæ Virginis: nempe S. Thomam numquam nusquamque negasse Mariæ præservationem.

De Canonizatione Sanctorum.

Quæ-

Quæstiones scholasticas: in quibus auctor singulariter opinatus fuit: quarum illam quæ de auxiliis divinis adversus scientiam mediam disputat, Valentinum quemdam ordinis Prædicatorum sodalem, ex schedis auctoris ut videtur transcriptam, suo nomine cum aliis edidisse ait.

Pro iis qui expelluntur a Religione Societatis Jesu, aut ab ea dimittuntur, non comprehendere eos pœnas Urbani Papæ VIII. contra expulsos: sub nomine doctoris D. Emmanuelis de Vargas excusum fuit Matriti in folio.

Obiit tandem, priusquam munus pastorale renuntiasset, tertia die Aprilis MDCLXXIV.

GABRIEL DE AYALA, Antuerpiensis, medicus, cognomine Hispanus est, Balthasaris Ajalæ Antuerpiensis civis, qui de *Jure Belli* elegantem librum procudit, paterne, quod magis credo, an germanus frater propinquusve? Celebratur a Valerio Andrea *Bibliothecæ Belgicæ* auctore, & Joanne Antonio vander Linden *De scriptis medicis*, Verderio in *Gesneriano supplemento*, propter hæc scripta:

Popularia epigrammata medica. Item:

Pro vera medicina carmen. His adjungitur:

De Lue pestilenti liber: cui notas addidit.

Elegiarum tandem lib. unum. Omnia hæc simul Antuerpiæ apud Guilielmum Silvium 1562. in 4.

D. GABRIEL DE AYROLO CALAR, Mexici atque Hispali patronus causarum vixit, ediditque:

Pensil de Principes y Varones Ilustres. Hispali 1617. 4. apud Ferdinandum Regem: sunt carmina varia laudatoria. Laudatur in *Lauru Apollinis* Lupi de Vega Carpio ut Gaditanus.

GABRIEL ALAMIN, Aragonensis ut suspicor, certe Alcanizienfis oppidi (jam urbis) civis, scripsit, etiamsi doctor medicus:

Las Antiguedades de la Villa de Alcañiz: teste Didaco de Espes in *Historia* MS. *Sanctæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ*, de quo admonuit nos Didacus Josephus Dormer, Aragoniæ chronographus.

GABRIEL ALPHONSUS, ex oppido Castellæ Veteris Villabraxima, Beneventani comitis Joannis Alfonsi Pimentelii medicus a cubiculo, edidit:

De Viri & fœminæ comparanda fœcunditate Tractationem. Villæbraximæ apud Franciscum Fernandez de Corduba 1620. 4.

GABRIEL ALPHONSUS DE HERRERA, Talabricensis, Ferdinandi Alphonsi filius, de quo suo loco monuimus: ipse cum in rei rusticæ scriptoribus legendis versatus esset (quæ Alvari Gomezii *De rebus gestis Ximenii Cardinalis* amplissimi scribentis de eo fere verba sunt) in eamque exercendam natura propensus; geoponicæ artis callentissimus evasit. Huic ergo præcepit Ximenius de ea ut diligenter scriberet, præmiis etiam propositis, ut indocti & rustici homines, qui tunc agriculturam indignissime tractabant, aliquid vulgari lingua quod legerent & ediscerent ad manum haberent, ne disciplina honestissima periret. Hoc ille argumentum ita feliciter tractavit ut jure cum priscis illis contendat qui Græce Latineve de ea re scripserunt. Quanti vero fiant quæ scripsit testimonio sunt crebræ illorum voluminum editiones, nostris nimirum hominibus ea semper avide exoptantibus. Editum est opus hoc titulo:

Agricultura del Campo, labranza y crianza. Toleti 1520. & 1551. Metinæ 1569. Matriti 1598. atque item apud viduam Alphonsi Martini 1620. in fol. Cui adjunctæ sunt variæ aliæ diversorum de eodem fere argumento lucubrationes. Prodiit quoque Matriti 1645. folio. Hoc opus Francisci Sansovini hortatu in vulgarem Italicam transtulit Mambrinus Rosæus, ediditque Venetiis 1568. in 4. & 1577. 4. Quemadmodum & Gallis hanc viam præiverunt Carolus Stephanus & Joannes Leibault, doctores medici, in libro *L' Agriculture & maison rustique* inscripto, Rothomagique edito 1596. 4.

GABRIEL ALVAREZ, Oropesanus, ex sodalibus Societatis, vir multæ eruditionis, dignusque quem vel hoc nomine absentem amaret Justus Lipsius, Belgarum eruditissimus, Majoricensis & Barcinonensis collegiorum rector, ac inter suos humaniorum literarum, Moralisque Expositivæque theologiæ lector, dedit in lucem:

Isaiam expositum: tomis duobus. Lugduni 1623. folio. A quo & olim expectari ait *Bibliotheca Societatis*:

Commentaria in Oseam Prophetam.

Historiam provinciæ Aragoniæ Societatis Jesu, & alia.

D. GABRIEL ALVAREZ DE VELASCO, patriæ sibi Pincianæ urbis, Regiæque Matritensis curiæ advocatus, variam utriusque juris eruditionem literarumque jucundiorum gratiam in opere illo explicuit, quod quidem, ut patrocinium egenis & qua aliacumque de causa miseris hominibus perpetuum commodaret, post alios tenuiores ejusdem argumenti enarratores fecit publici usus, nempe:

Tra-

Tractatum de Privilegiis pauperum & miserabilium personarum. Hujus alteram & alteram partem primitus fecerat, quarum prior continet privilegia in electionibus, contractibus judiciisque civilibus; posterior ea quæ in ultimis voluntatibus, judiciis criminalibus delictisque his competunt. Matriti anno 1630. folio. Ab hac editione nondum sibi conscius piæ operæ atque utilis absolutæ, quod reliquum fuit, colophonem argumento maturavit, jamque ad Indos Granatæque Novi Regni curiam ire senator jussus, ope amicorum edidit:

Ejusdem Tractatus tertiam partem, materiam præcipue L. Unicæ C. quando Imperator inter pupillos & viduas & alias miserabiles personas cognoscat, continentem. Ibidem 1636. in folio. Prodiit secundo integrum opus Lugduni Gallorum ex officina Horatii Boissat anno 1663. folio.

Judicem item *perfectum; seu de Judice perfecto Tractatum.* Apud eumdem Boissat 1662. in folio.

Epitomen de Legis humanæ, mundique fictione, veritate divinæ, & æterni temporalisque differentia. In eadem Lugduni officina 1662. 4. Hoc scripto munire voluit se adversus ingruentium dolorum & languorum quasi contractam tabem, senioque ejusque consectariæ morti se præparare, longe jam positus a forensi negotio, emeritique palmam adeptus. Credo & hujus sunt, cum eodem nomine notata sint:

Axiomata Juris. Matriti 1631. Operis fundus Simon Vaz Barbosa, cujus labori Velascus plura superaddidit. Vide in Simone Vaz Barbosa.

F. GABRIEL DE SANCTO ANTONIO, Dominicanorum sodalis provinciæ Castellæ, edidit:

Relacion de los sucesos del Reyno de Camboja. Pinciæ apud Petrum Lasso 1604. 4.

F. GABRIEL AUGUSTINUS DE RIUS, Barcinonensis, Augustinianus, apud Tarraconenses D. Annæ domum, prætereaque in æde sacra metropolitana theologus professor cathedram huic doctrinæ assignatam administrabat, provinciæ simul Aragonensis totius judex Censorius, cum scripsit innatæ fidelitatis argumento insigni edito:

Cristal de la verdad, Espejo de Cataluña: ad Philippum IV. Regem Catholicum. Cæsaraugustæ 1646. in 4. In quo opere verum perpetuumque illius dominium in Cataloniæ principatu multis confirmans, prætextas rebellioni causas tollit evacuatque.

F. GABRIEL DE AULON, Carmelitanus, in nostrum sermonem convertit:

El segundo libro de las Epistolas familiares de Ciceron y algunas a Attico.

Coloquios de Juan Luis Vives perifraseados en romance. Compluti apud Joannem Gracian 1574. in 8.

D. GABRIEL AZEDO, edidit:

Amenidades, florestas, y recreo de la Provincia de la Vera en Estremadura. Matriti 1667. 8.

GABRIEL BERART ET GASSOL, Barcinonensis, I. V. doctor, inter classiarios triremium Catalonicarum jus ex officio dixerat, cum in curiam ad relatoris in supremo Aragoniæ senatu exercendum munus fuit vocatus, emisitque in vulgus post alios aliarum & nostræ gentis de syndicatu (sic vocant) scriptores:

Speculum Visitationis sæcularis omnium Magistratuum, Judicum, Decurionum, aliorumque reipublicæ Administratorum. Barcinone 1627. in folio.

Postea in album Barcinonensis curiæ senatorum adscriptus, turbatis in Catalonia rebus anno MDCXL. eorum miserabiliter auxit numerum qui ex hoc ordine inter perduellium manus dilacerati sunt.

D. GABRIEL BOCANGEL ET UNZUETA, Matritensis, Nicolai, medici loco suo laudandi, filius, serenissimi Ferdinandi Austriadi, Hispaniarum Infantis, strator ac bibliothecarius, Philippo Regi nostro a rationibus, prosa ac versu elegans & disertus, edidit:

La Lira de las Musas de humanas y sagradas voces. Matriti 1635. in 4. Includuntur in hoc volumine: *Las Rimas*, quæ olim in minori forma typis fuerant commissa.

Fiestas a la Reyna Nuestra Señora.

Templo militante Christiano consagrado a la memoria de la Reyna D. Isabel de Borbon en octavas. Matriti 1645. in 4.

Relacion Panegirica del novenario con que el orden ilustrissimo de Alcantara solenizó en S. Bernardo de Madrid el quarto voto de professar y defender el misterio de la Concepcion purissima de Nuestra Señora. Matriti anno 1653. in 4.

Decessit octava die Decembris anno MDCLVIII.

GABRIEL DE CASTAÑEDA, rector, uti audit, S. Annæ oppidi de Villalon, Hispana lingua vertit, & ita inscripsit:

Quinto Curtio, Historia de Alexandro, y se continuó con lo que escrivieron Arriano, Josepho, Antonino, S. Augustin, Plutarco, y la

la Glossa ordinaria. 1534. in folio.

F. GABRIEL CASTELLANOS, Cisterciensis monachus domus Hortensis, ordinis sui aliquando visitator, familiarem fecit nostris hominibus:

El libro de S. Bernardo ad Sororem. Pinciæ 1602. 8.

F. GABRIEL DE CEPEDA, Ocaniensis, Dominicanus sodalis Matritensis domus Deiparæ Virginis de Atocha, atque in ea nunc studentium, ut vocant, magister sive præfectus, nuper edidit:

Historia de la milagrosa y venerable Imagen de Nuestra Señora de Atocha. Matriti typis Regiis 1670. in 4.

F. GABRIEL DE CONCEPTIONE, Augustinianus ex Reformatorum seu Excalceatorum ordine, scripsit:

Breve relacion de la devocion a S. Joseph Esposo de Nuestra Señora, con las alabanzas mas notables, que los Santos Doctores dicen de este Santo Patriarca. Salmanticæ 1624. in 24. Et ut credo alias 1657. Formavit quoque is:

Constitutiones Fratrum Eremitarum excalceatorum S. Augustini Hispaniarum & Indiarum. Matriti apud Joannem Gonzalez anno 1631.

D. GABRIEL DEL CORRAL, Pincianus, jurisque utriusque doctor, & ut credimus ecclesiæ Zamorensis canonicus, prosa oratione ac versa æque disertus, communicavit genti nostræ, Hispano metro Latinum reddens:

Las obras Poeticas del Papa Urbano VIII. vario carminis genere. Item ex Joannis Barclaii Latino fonte derivavit ad areolas nostras, non parum apposite atque eleganter:

La prodigiosa Historia de los dos amantes Argenis y Poliarcho. Matriti apud Joannem Gonzalez 1626. 4. Quam Italia habet, Caroli Antonii Cocastelli opera, Taurini editam 1630. Invenit ipse:

La Cynthia de Aranjuez: opus prosaicometricum. Matriti 1629. in 8. Pluraque alia varii argumenti carmina. Hominem laudat Leo Allatius in *Apibus Urbanis*, tanquam sibi Romæ notum ab anno MDCXXX. ad XXXII. Extat ejus quoque MS. in 4. in bibliotheca quæ fuit comitis de Villaumbrosa:

Discurso sobre la suspension de la jurisdicion de la Nunciatura de España.

D. GABRIEL DIAZ VARA CALDERON.......... canonicus Abulensis, Carolo II. Regi nostro a capellæ munere, ejusdemque ordinarius judex, episcopus Cubæ in America, scripsit:

Grandezas, y maravillas de la Ciudad de Roma. Matriti 1673. fol. apud Josephum Fernandez de Buendia.

D. GABRIEL FERNANDEZ DE ROZAS, computator Residuorum Regius (sic interpretor vulgare muneris nomen Contador de Resultas de Su Magestad) edidit:

Noches de Ivierno. Matriti 1662. Scripsit & alia pia opuscula, jacetque ante Carmelitarum Excalceatorum Matritensium sacræ ædis portam, quo loco jussit in supremis tabulis corpus suum tumulari.

GABRIEL DE FONSECA, Lusitanus, Lamecensis, Cardoso Visensis, doctor medicus, Pisis olim philosophiæ professor, dein Romæ medicinam usque ad obitum fecit, nemini secundus, ne ulterius aliquid aliorum ad invidiam dixerim. Quare ei curam salutis suæ commisit Innocentius X. Papa. Scripsit, Allatio teste in *Apibus Urbanis*:

Medici Œconomiam. Romæ apud Andream Phæum in 8.

Romæ in Sapientiæ ædibus docuit etiam medici artis praxim, meditabaturque paucis ab hinc annis experimenta quædam suæ artis publicare, ad exemplum Roderici Fonsecæ viri doctissimi, quem patruum habuit & studiorum auspicem.

Obiit tamen anno MDCLXVIII.

GABRIEL GARSIAS, Catalanus, Tarraconensis, dedit Latino carmine ad Didacum de Vargas, Regis Caroli a secretis:

Christum patientem, D. Gregorii Nazianzeni Tragædiam Græcam: cujus laborem in ea translatione, quam primus tentaverat, scriptis epigrammatis commendaverunt cum Græce Joannes Auratus Regius Galliarum professor, tum Latine Achilles Statius noster, vir eruditissimus.

F. GABRIEL GOMEZ DE LOSADA, ordinis Sanctissimæ Virginis de Mercede, Salmanticæ in S. Crucis collegio rector, & in academia subrogatus philosophiæ Moralis & S. Thomæ professor, generalis diffinitor, & Novæ Hispaniæ bis electus vicarius generalis, semel atque iterum munus sui ordinis gerens, redemptorem ut vocant, eo etiam maximo fructu egit, quod reversus ad aliorum instructionem curiose scripserit:

Escuela de trabajos: sive de statu captivorum in Algeriensi urbe, atque ejus descriptione, & redemptionum utilitate. Nec non & *Vida de D. Fr. Pedro Pasqual de Valencia, Obis-*

Obispo de Granada , y de Jaen. Madriti apud Julianum de Paredes 1670. 4.

F. GABRIEL DE GUILLESTIGUI, natus in Marquina Cantabriæ oppido, Franciscanus, post varia inter suos gesta munera lector jam emeritus, sive ut vocant jubilatus, in Americam venit, qua in regione exercito commissariatus generalis Peruanarum provinciarum munere, commendatus tandem fuit Alexandro VII. P. M. ad Paraquariensem ecclesiam, quæ ei collata fuit anno hujus sæculi MDCLXVI. ætatis suæ LXXII. Scripsit olim:

Apologia por la orden de Penitencia. Bilbao 1643.

GABRIEL DE HENAO, Gabrielis filius, quem superioribus annis urbanum valde ingenium & carminis facultas commendabant, Pincianus, Jesuita, collegio Medinensis urbis postquam præfuisset, Salmanticæ ante paucos annos sacram scientiam sodales docebat, cujus ingenii doctrinæque monumenta hæc in præsentem diem extare scio:

Empyreologiam , sive Philosophiam Christianam de Empyreo Cœlo: duabus partibus. Lugduni 1652. in folio.

De Sacrosancto Eucharistiæ Sacramento. Lugduni in folio. Simulque:

De Scientia media Historice propugnata. Ibidem 1655. Seorsimque hoc Salmanticæ apud Antonium a Cossio 1665. in folio.

De Missæ Sacrificio divino atque tremendo Tractationem scholasticam, moralem, expositivam, & canonicam. Salmanticæ apud Sebastianum Perez 1658. Scilicet primam operis partem; secunda enim postea lucem vidit hac inscriptione nota:

Practica moralis & canonica &c. Ibidem 1659. atque etiam tertia 1661. in folio.

Theologiam scientiæ mediæ sectam in duos tomos: quam superioribus annis Lugdunum misit typis edendam.

Cum Pampelone per aliquot annos mansisset, ansam arripuit Cantabriam describendi, confecitque volumen unum sic appellatum:

Ilustraciones de Vizcaya. Cæsaraugustæ 1637. in specimen justi voluminis quod parabat de Vizcaiæ totiusque Cantabriæ antiquitatibus Hispano sermone suo tempore edenda, quod auctor ait renovatæ *Bibliothecæ Societatis* qui et ait parata eum prelo habere alia super Biblia, & super theologiam Moralem.

Vivit adhuc LXIX. annorum senex hoc anno MDCLXXXI.

GABRIEL HENRRIQUEZ, Matritensis, jurisconsultus, Legumque in Salmantina universitate primarius interpres, elegantia ingenii, doctrinæ varietate, multarum disciplinarum cognitione, ac morum probitate & jucunditate longe spectatissimus, ut verbis laudem Feliciani a Solis, de *Censibus* qui eleganter scripsit, præter solemnes ejus ex cathedra dictatas prælectiones edidisse dicitur:

Practica civil y criminal. Quam in 4. MS. vidit D. Thomas Tamajus de Vargas.

F. GABRIEL DE SANCTO HIERONYMO, Hieronymianus monachus Regii monasterii S. Laurentii juxta Escuriale oppidum, vir eruditus Græceque doctus, repertas in codice manu exarato bibliothecæ, quæ ibi est, amplissimæ:

Quatuor S. Joannis Chrysostomi Homilias in Psalmos: itemque:

Interpretationem Danielis exscripsit, atque interpretatus est Latine. Quam versionem vidit & adprobavit, dum viveret, D. Martinus de la Farina, Siculus, abbas S. Luciæ, homo Græce eruditus. Displicuit ea tamen Joanni Baptistæ Cotelerio, socio Sorbonico, & utcumque renovatam edidit cum Græcis Chrysostomi, Parisiis apud Ludovicum Billaine 1661. in 4. nec sine nostri Gabrielis laude.

GABRIEL LASO DE LA VEGA, Matritensis, edidit versibus:

Cortes valeroso: sive de rebus a Ferdinando Cortesio in India gestis poema, duodecim libris, 1588. in 4. Recoctum postea ab ipso auctore, adeoque vel epigraphe ipsa reformatum prodiit in lucem iterum sic inscriptum: *La Mexicana*, tredecim libris. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1594. 8.

Elogios en loor de los tres famosos Varones D. Jayme Rey de Aragon, D. Alvaro Bazan Marques de Santa Cruz y D. Fernando Cortes Marques del Valle. Cæsaraugustæ apud Alphonsum Rodriguez 1601. in 8.

Romancero y tragedias. Compluti apud Joannem Gracian 1587. in 8.

MSS. quoque extant ab eo plura, quæ vidit D. Thomas Tamajus, qui hæc refert:

Primera y segunda parte de la Curia Española.

Jornada de los Duques de Pastrana, y Humena.

Compendio de España.

Condes de Flandes y Reyes de España.

Compendio de las cosas notables de España.

Varones insignes en letras de España: in catalogo bibliothecæ ut credimus Olivariensis *Gabriel Lobo Lasso de la Vega de los Varones ilustres de España.*

Plumage de diamantes de diversas sentencias.

Ori-

Origen de los Reyes de Portugal y Jerusalen.
Tratado de todos los Señores de Castilla.
Sitio y pressa de Ostende y plazas de Frisia.
Advertencias del Emperador D. Carlos a su hijo.
Relacion puntual de las rentas del Rey de España.
Discursos de las Ordenes militares de España.
Iglesias de España.

F. GABRIEL LOPEZ, Ocaniensis, ex fratribus Minimis Sancti Francisci de Paula, domus Matritensis præfectus cum esset, luci dedit:
Sagrado Combite del Santissimo Sacramento. Matriti 1618. 4. apud Alphonsum Martinum. An idem est Gabriel Lopez Navarro?

GABRIEL LOPEZ DE MENDOZA, scripsit:
Obras en verso.

F. GABRIEL LOPEZ NAVARRO, ex familia Minimorum S. Francisci de Paula provinciæ Castellæ, theologiæ lector emeritus, & Apostolicis Sancti Officii judicibus a censura theologica, scripsit:
Theulugia mystica, union y junta perfecta del Alma con Dios por medio de la contemplacion. Matriti 1641. in 4.
Obiit circa annum MDCXXXXV.

F. GABRIEL DE MAQUEDA, Minorum sodalis ex Tertio Ordine, doctor theologus, lectorque theologiæ emeritus, dum Granatæ ad Sanctum Antonium ageret vulgavit:
La Invectiva contra el uso de las casas publicas de las mugeres rameras. Granatæ 1622.

F. GABRIEL DE SANCTA MARIA, Bæticus, domo ex oppido Moguer comitatus de Niebla, ordinis Reformatorum Mercenariorum, singulari in Mariam Dei Genitricem affectu varia scripsit pia hujus argumenti opuscula, inter quæ:
De Conceptione B. Mariæ Virginis. Diffinitor fuit generalis.

F. GABRIEL DE MATA, Franciscanus, metro Hispano dedit patriarchæ Seraphici sui ordinis vitam & res gestas, hoc nominis velamento usus:
El Cavallero Assisio; Vida de S. Francisco, y otros cinco Santos: duobus tomis. Flaviobrigæ I. anno 1587. II. anno 1589. in 4. Necnon & octoadibus:
Vida de S. Diego de Alcala. 1589. in 4. Item:
Cantos morales. 1594. 4.

GABRIEL DE MATOS, Lusitanus, ex oppido Vidigueira Eborensis diœcesis, Jesuitarum sodalis, ad Indos & Japoniam insulam veniens, atque inde Romam usque procurator veniens, duodecim secum socios e Lusitania denuo in Japoniam aut Sinas, aut alias Indiæ plagas, transportavit, mortuus tandem post diuturnam & fructuosam peregrinationem in collegio Macaensis urbis IX. Januarij MDCXXXIII. Extant ejus:
Annuæ Literæ ex Japonia annorum MDCIII. & MDCXIII. & MDCXIV. Meminit Cardosus in *Agiologii Lusitani* tomo 2. folio 454. in Comment. lit. i.
Lettera annua del Giappone del MDCXIV. ad præpositum generalem. Romæ apud Bartholomæum Zannetum 1617. in 8. Quæ liber est potius quam epistola. Adscribitur ei:
Persegiçaõ de Japaõ. Olissipone 1616. in 8. alio forsan titulo una ex laudatis epistolis.
Obiisse creditur ab eodem Alegambio Cocini anno MDCXXX.

F. GABRIEL DE MOLINA, Seraphici ordinis, nescio quo sermone (nam Italicum, sive natum sive reformatum opus scio) scripsit:
Regola del Terzo ordine di San Francesco. Mediolani 1586. 8.

D. GABRIEL DE MONCADA, Matritensis, cum advocatus esset non multis cedens locum in Regia curia, utpote eximio vir ingenio, musarumque, sicubi erat opus, arte a numine imbutus, nuntium remisit sæculo, Francisci patriarchæ vexillo militiæque Seraphicæ inter Cappuccinos ejusdem Matritensis curiæ adhærens, quibuscum vixit. Bene quoque de universitate hujus familiæ, maximeque Hispaniensis, meritus, convertit quippe in sermonem vernaculum ex Zachariæ Boverii Latino:
Las Coronicas de los frayles Menores Capuchinos del Bienaventurado S. Francisco: tribus tomis. Matriti 1644. in folio, sub nomine Fr. Francisci Antonii de Madrid, quod lustrici loco, cum veterem hominem exuisset, adsumpserat.
Prosodiam scripsisse, ac nescio quid *De Pactis*, apud cives fertur, nisi alius sit Gabriel de Moncada Toletanus, cui Tamajus tribuit *Prosodia en Romance, Tratados de versos y figuras.* Matriti apud Alphonsum Martin 8. Prosodia quidem prodiit anno 1611. cum auctor esset annorum XIII. eratque is filius Joannis Belluga de Moncada, Toletanæ urbis jurati.

D. GABRIEL MONTERO, laudatur auctor systematis cujusdam poetici ita inscripti:

Paraysso esspiritual en todos metros. Matriti 1651.

GABRIEL DE MONTERROSO ET ALVARADO, Taurensis origine, at Pincianus incolatu, scripsit utiliter:

Practica civil y criminal, y Instruccion de Escribanos. Matriti 1603. in folio, & antea Compluti 1571. in folio. Indubitatum est aliquibus auctorem huius operis non hunc, qui nomen suum apposuit, sed senatorem quemdam fuisse magni nominis. Testantur de fama Bobadilla in *Politica* lib. III. cap. XIV. n. 81. Carrasco ad *LL. Regias* cap. VI. §. XIV. n. 23.

F. GABRIEL DE MORALES, Augustinianus e Matritensi domo, Philippi Apostoli memoriæ sacra, dedit in lucem varia solidioris doctrinæ, multiplicis eruditionis, spectatæque pietatis documenta in his, quorum catalogum jam teximus, libris:

Visita general del Rey supremo Dios a todos sus vasallos racionales: I. tomo. Matriti apud Didacum Diaz de la Carrera 1651. in folio. Expectatur secundus.

Penas de la mas culpable inocencia en veinte sermones de la pasion y muerte de Christo Nuestro Señor. Ex eadem officina 1653. folio.

Complacencias gozosas de la Concepcion purissima de la Santissima Virgen y Madre de Dios Maria. Ibidem 1655. in folio.

Relox despertador del Alma fiel; repartimiento de las horas del dia y de la noche en exercicios espirituales. Ibidem ex eadem officina 1656. in 8.

F. GABRIEL PAEZ, Lusitanus, Seraphicæ familiæ, ut suspicor ex opere quod lusitane edidisse refertur, scilicet:

Ordenaçoẽs da Terceira orden de S. Francisco.

D. GABRIEL DE PAREJA ET QUESADA, Laminitanus (si Laminium vetus est Alcaraz oppidum hodiernum Toletanæ dioecesis) alias Castaonensis quod idem quibusdam est, jurisconsultus, actor causarum in Matritensi curia, egenorumque in sacro rerum Fidei concilio advocatus cum esset, in publicam lucem beneficio typographicæ artis emisit:

De universa instrumentorum editione tomos duos: quorum prior Matriti prodiit anno . . . posterior autem anno 1649. in folio. Deinde Lugduni sumptibus Anisson 1668. in folio, cum additionibus seu emendationibus, ut videtur, ejusdem auctoris. Gessit postea apud judicem Regiorum Ædificiorum & Montium Fiscalem advocatum.

GABRIEL PEREIRA DE CASTRO, Francisci de Caldas Pereira filius, Bracharensis ipse ut fertur natu, & eques militiæ Christi, inter cives suos Lusitanos variis togæ muneribus, tandemque curiæ Ulisiponensis senatoris (Desembargador dos agravos da Casa da Supricaçaõ audit) parique doctrinæ atque ingenii laude conspicuus. Juridica solide & cum judicio, musica, quorum apprime gnarus fuit, summa elegantia & majestate carminis, tam popularis quam Latini, tractavisse eum sequentia opera curiosos lectores docere poterunt:

De manu Regia Tractatus, in quo omnium Legum Regiarum, quibus Regi Portugalliæ in causis Ecclesiasticis cognitio est ex jure, privilegio, consuetudine, seu concordia, sensus & vera dicendi ratio aperitur: ad Philippum III. Lusitaniæ Regem, Hispaniæ IV. Olisipone 1622. folio.

Decissionum Supremi Senatus Portugalliæ liber unus. Ibidem 1611. folio. Duplici epigrammate non parum eleganti celebravit Francisci patris industriam *ad L. Si Curatorem C. de Restit. in integ.*

Post ejus obitum prodiit:

Ulisea, ou Lisboa edificada, Poema heroico. Ibidem apud Laurentium Craesbeck 1636. in 4.

Inter præclara Lusitaniæ ingenia nemini secundum existimavit Pereiram nostrum Antoninus Diana parte IV. tract. I. *De Immunit. Ecclesiarum.*

GABRIEL PEREZ DEL BARRIO ANGULO, Cantaber, Ordunienssis, universum fere vitæ spatium in secretariis tum Regiis, tum quorumdam regulorum, præcipueque D. N. Faxardi, Velesiorum marchionis, contriverat cum scripsit:

Secretario y Consejero de Señores y Ministros. Matriti 1645. in 4. iterumque typis Matthæi de Espinosa 1667. in 4. Olim aliter inscriptum, *Direccion de Secretarios* nempe, Matriti apud Alphonsum Martin 1613. 4.

Huic nomini (an ejusdem hominis?) inscribitur:

Devociones, rosarios y oraciones quotidianas, discursos &c. Matriti 1644. in 8.

GABRIEL DE QUEMADA, judex Fisci ut vocant Sanctæ Inquisitionis per sacra territoria Seguntinum Segoviense & Abulense, edidit:

Quæstiones viginti quinque compendiosas, quæ frequentiore usu in materia fiscali coram Judicibus Fisci Sacræ Inquisitionis controverti so-

solent. Toleti 1564. in 8. Mox Venetiis 1583. apud Ziletum, una cum Joannis de Roxas *Singularibus juris*.

GABRIEL REBELLO, Lusitanus, ut ex appellatione deducitur, scripsisse fertur:
De las Islas Molucas. Antonius de Leone ex D. Francisco de Herrera Maldonado.

F. GABRIEL DE RIBERA, ordinis Minorum provinciæ Sancti Michaelis minister, scripsit:
Sermones de Quaresma desde la Dominica de Septuagesima hasta la Pasqua. Salmanticæ 1595. in 4 & 1603. & 1605. in 4.
Quaresmal segundo, o repetido. Ibidem eodem anno. Lucas Wadingus.

GABRIEL RODRIGUEZ DE ARDILA ET ESCAVIAS, nescio quis, scripsit:
Origen, descendencia y hazañas de la gran casa de Mendoza, donde en compendio se tocan muchas historias de España del año DCCXIIII. al de MDCX. Cujus historiæ eam partem, quæ ad Mondexarensium marchionum Hispaniæ magnatum successionem pertinent, domi servat MS. excellentissimus D.D. Gaspar de Mendoza Ibañez de Segovia & Peralta, olim marchio Acropolitanus, eruditione & lucubrationum fama bene omnibus notus.

GABRIEL DE SESE, Aragonus, canonicus ecclesiæ Balbastrensis, scripsit:
Historia de la antiguedad de el Obispado de Balbastro, union con el de Roda, espolios y trabajos que padeció hasta la restauracion, y Obispos que en las dos Iglesias presidieron. MS. Oscæ in bibliotheca Vincentii Joannis Lastanosæ, uti monet Joannes Franciscus Andreas Ustarozius in *Historia S. Dominici del Val*. cap. XIII. Nuncupatio libri, Joanni Moriz de Salazar episcopo Barbastrensi facta, indicat ante annum MDCXVI. quo is ad ecclesiam Oscensem fuit translatus, opus conscriptum fuisse.

GABRIEL SOAREZ DE SOUSA, Lusitanus, Olisiponensis, scripsit, Cardoso teste:
Historia do Brasil.

GABRIEL SOLORZANO, jurisconsultus, edidit.
Epitomem de Jure Indiarum Joannis Solorzani. Matriti 1639 in folio.

D. GABRIEL DE SORA, Aragonensis, jurisconsultus, vir doctissimus, & regni Aragoniæ cancellarius, Albarrazinensis tandem episcopus, in qua sede diem vidit extremum. Bibliothecæ amplissimæ dominus, cujus non exigui voluminis extat catalogus typis editus, atque eo discendi & docendi perfecto instrumento in paucis optime usus, dedit in publicam utilitatem promulgandum opus de speciali ejus regni praxi in expediendis controversiarum ecclesiasticos inter & sæculares judices causis, quæ propriæ sunt ex indulto Apostolico cancellarij partes ab eo exercitæ. Ineditum tamen usque nunc id remansit in schedis & exemplis curiosorum oculos, utinam non vermium dentes, pascens. Libri titulus:
De Competentiis jurisdictionum inter Ecclesiasticos, & sæculares Judices Regni Aragoniæ. Hanc viri civibus suis numquam non venerabilis memoriæ, atque illius hujusce libri notitiam acceptam ferimus amico nostro veteri, ac judici integerrimo, nec minus omnimodæ doctrinæ amænitatibus exculto D.D. Petro Valero Cæsaraugustano, unique ex regentibus Regiam Neapolitanam cancellariam, quod collaterale proregis concilium vulgaris appellat usus.

F. GABRIEL A TALAVERA, oppido regni Toletani appellationem sortitus, Hieronymique sanctissimi religiosa, quæ apud nos habet, castra sequutus, Virginis Deiparæ Guadalupensis toto orbe celeberrimam domum administrans edidit:
Historia de Nuestra Señora de Guadalupe. Toleti 1597. in 4. Quam quidem ipse affirmat auctor habere se Latio communicatam.

GABRIEL DE TARRAGA, si Hispanus est, quod indicat cognomentum ab oppido tractum hujus appellationis in Cataloniæ principatu, doctor fuit medicus, professorque hujus artis in Burdigala civitate, quam & ibi exercebat quotidiana praxi cum emisit in publicum varia ejusdem opera, quæ quidem hac sub notatione edita sunt:
Opera brevissima Theoricam & Practicam Medicinalis scientiæ amplexantia pro majori parte: hoc est:
Summa diversarum quæstionum.
Aggregatio de curis quarumdam ægritudinum per modum Summæ.
Textus Avicenæ per ordinem Alphabeti in sententia per eumdem reportatus, cum quibusdam additionibus, & concordantiis Galeni & aliorum.
Compendium eorum, quæ super Techni (Arte) *Galeni, & Aphorismis Hippocratis scribuntur*.
Figura amplissima rerum naturalium, non naturalium, & contra naturam. Hæc omnia simul edita sunt Burdigalæ apud Joannem Guyart 1524. in folio, commendata Joannis si-

filii auctoris quodam epistolio, in quo notum posteris esse voluit patrem, publicis stipendiis Burdegalensium exhibitum, jam viginti sex annis in ea urbe hærere ordinarium medicum.

F. GABRIEL TELLEZ, Matritensis, ordinis Sanctæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, sacræ theologiæ magister, genio & ingenio obsequens, quod ad musarum artes ferebatur, plures Comœdias in theatris exhibendas, simul & alia æque festiva & ingeniosa in vulgus edidit, prudenter his omnibus modesteque proprium nomen subducens, atque fictitium Tyrsi de Molina inscribens: poeta est facilis & ingeniosus. Ab eo prodierunt:

Comedias de Tyrso de Molina. Earum lemmata: *Palabras y plumas. El Pretendiente al reves. El Arbol del mejor fruto. La Villana de Vallecas. El Melancolico. El mayor desengaño. El Castigo del Penseque: I. y II. Parte. La Gallega Mari Hernandez. Tanto es lo de mas como lo de menos. La zelosa de si misma. Amar por razon de estado.* Matriti in 4.

Segunda Parte de las Comedias. Ibidem in 4.

Tercera Parte de las Comedias recogida por D. Francisco Lucas de Avila. Dertusæ 1634. in 4.

Soluta etiam oratione edidit:

Los Cigarrales de Toledo. Matriti in 4.

Deleytar aprovechando: juxta Horatii illud *Utile dulci.* Matriti apud Regium typographum 1635 in 4. Huic tamen operi proprium nomen affixit.

Cessit e vivis circa annum MDCL.

F. GABRIEL DE TORO, Franciscanus, ex provincia S. Jacobi, quam & præfectus administravit, eruditus admodum atque pius vir, cui & Regium Burgense virginum Deo sacrarum, Las Huelgas nuncupatum, cœnobium visitandi munus, selectissimis commendari solitum, Carolus Imperator imposuit, & quod plus est ad visitandum quoque Regium senatum, qui Castellæ rebus summa auctoritate præest, si Dazæ credimus, Seraphici ordinis chronographo, eumdem destinaverat. In cœnobio Salmantinæ urbis conscripsit pulchrum atque utile opus, a summo illius temporis theologo Alphonso a Castro maximopere commendatum, cui rei testimonio est epistola hujus ad auctorem directa, simulque edita. Libri titulus:

Tesoro de Misericordia divina y humana sobre el cuidado que tuvieron los antiguos Hebreos, Gentiles y Christianos de los necessitados. Salmanticæ 1548. in 4. Deinde Conchæ 1599. in 8. Appenditur mantissæ loco:

Un Sermon predicado en las obsequias de la Reyna Nuestra Señora en la Iglesia mayor de Salamanca.

Teulugia mystica, union del Alma con Dios. Cæsaraugustæ 1548. 4.

De Puritate Deiparæ Virginis tractatum se scripsisse affirmat ipse in laudato prius opere Thesauri.

F. GABRIEL DE VACA, Franciscanus, scripsit:

Sermonario Quadragesimal medicinal. Pinciæ apud Sebastianum Martinez 1553. in folio.

GABRIEL DE VALDES ET SARASOLA, Toletanus, vertit in vernaculum sermonem, ex Italico uti refertur:

Los discursos de Fr. Francisco Panigarola Obispo de Asti. Salmanticæ apud Andream Benaut 1611. in 4. post antiquiorem editionem 1592.

GABRIEL VAZQUEZ, Bellomontanus, (Conchensis diœcesis locus dives atque amplus Belmonte est) Societatis Jesu accessit sodalibus decem & octo annos natus, eidem ut esset insigne decus atque ornamentum. In academia Complutensi sub Alphonso Deza, magni nominis theologo ejusdem instituti, sacras edoctus literas, Ocaniensis inde ac Matritensis collegiorum sodalibus doctrinæ suæ rudimenta probavit. Mox in Complutensi & Romano summo omnium plausu, seu verius admiratione, Thomam doctorem Angelicum explanavit. Sed repentina mors invidit nobis hominem, quasi in medio vitæ ac celebritatis cursu, in Jesu-montano Complutensis collegii secessu anno Christiano MDCIV. cum ipse ætatis ageret quintum & quinquagesimum. Vir fuit acerrimo ingenio, singulari ac recondita rerum sacrarum eruditione, totius theologicæ doctrinæ callentissimus, atque in veterum patrum monumentis exercitatissimus. Quem supersedeo hic meritis, & quidem a doctissimo quoque hujus sæculi scriptore passim expressis commendare laudibus, ne actum jam a diserto & prudenti *Bibliothecæ Societatis* auctore atque aliis agam. Opera illius decem tomis comprehensa circumferuntur, cum alibi, tum Lugduni 1620. edita in folio, nempe:

I. Commentarius & Disputationes in Primam Partem Summæ Sancti Thomæ per priores XXVI. Quæstiones de Deo, de Prædestinatione, &c.

II. A' Quæstione XXVII. usque ad LXIV. De Trinitate & de Angelis.

III. In Primam Secundæ Sancti Thomæ per priores XX. Quæstiones. Atque hæc ab ipso aucto-

ctore, dum viveret, publicata sunt. Quæ sequuntur a morte ipsius prodierunt:

IV. Per Quæstiones reliquas Primæ Secundæ Partis de Legibus, de Merito, de Gratia &c. Ingolstadii 1606. Venetiis 1608. in folio.

V. Opuscula moralia, quæ ad Secundam Secundæ S. Thomæ spectant, nempe Tractatus:

De Eleemosina.

De Scandalo.

De Restitutione.

De Pignoribus & hypothecis.

De Testamentis.

De Beneficiis.

De Redditibus Ecclesiasticis. Venetiis apud Petrum Mariam Bertanum 1618. folio.

VI. In tertiam Partem per Quæstiones xxvi. *priores de Verbi Incarnatione.*

VII. A Quæstione xxvi. *usque ad* lxxi. *De Vita Christi, De Sacramentis in genere, De Baptismo.*

VIII. A Quæstione lxxiii. *usque ad* lxxxiii. *De Eucharistia, De Sacrificio Missæ, De Sacramento Ordinis.*

IX. A Quæstione lxxxiv. *usque ad* xciii. *De Pœnitentia, De Matrimonio, De Sponsalibus, de Excommunicatione.* Venetiis, Ingolstadii, Antuerpiæ 1610. 1612. 1615. in folio.

X. Paraphrasis & Compendiaria explicatio ad octo Epistolas Sancti Pauli; nempe ad Romanos, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, ad Thessalonicenses Primam & Secundam, & ad Hebræos: duobus tomis ut audio Venetiis edita 1646 in folio. Vulgaverat olim, ut vires suas experiretur judiciumque doctorum exploraret:

De cultu adorationis libros iii. Moguntiæ 1600. 8. apud Joannem Albinum.

Disputationes duas contra errores Felicis, & Elipandi de adoptione & servitute Christi in Concilio Francofurdiensi damnatos. Quæ seorsim prius edita jam suo loco, ubi de Incarnatione verbi Dei agitur inserta sunt. Extant præterea collectæ ab aliquo doctrinæ Gabrielis studioso, ex ipsis nempe operibus laudatis:

Metaphysicæ Disquisitiones. Matriti per Ludovicum Sancium 1617. in 4. Antuerpiæque editæ 1618. in 8.

GABRIEL DE LA VEGA, Societatis Jesu sacerdos, vir Apostolici spiritus, vixit pietatique operatus est eximie in Peruano & Chilensi limite, scribens insuper:

Arte Gramatica, Vocabulario, y notas a la lengua de Chile.

GABRIEL DE LA VEGA, curio oppidi del Viso, scripsit:

Chronica de los Maestres de la Religion de S. Juan, y de otros Cavalleros della, y del principio, y progreso de la Religion. MS. extat in bibliotheca quæ fuit comitis de Villaumbrosa.

D. GABRIEL ZELPO SERRANO, natus in oppido Fuensalida, edidisse ante paucos menses dicitur:

Vida de S. Francisco de Borja. Matriti 1671. in 4.

GALDERICUS.

GALDERICUS GALI, Catalanus, Gerundensis, jurisconsultus, Pedemontano-Insubricæ legionis peditum, quæ Mediolani meret, juridicus, vertit ex Italico Ludovici Melzii:

Las Reglas militares sobre el gobierno y servicio particular de la Cavalleria. Mediolani apud Joannem Baptistam Bidello 1619. in folio. Item:

El Rosario de Nuestra Señora con una Parafrasi de los Salmos: ex Italico etiam Panigarolæ. Neapoli 1611. in 8.

GARCERANUS.

D. GARCERANUS ALBANEL, Barcinonensis, Hieronymi filius, Calatravensis equitis, ex Elisabetha Giron de Rebolledo, ea quidem pietatis, modestiæ, ac omnimodæ eruditionis fama inter suos privatus, & in habitu vixit laicali, ut Philippo III. Regi dignus ante alios existimatus fuerit, quem literis instruendo Philippo regnorum successori præficeret. Quo functus officio laudabiliter, presbyteralique jam schemate ornatus, abbatialem urbis de Alcala la Real dignitatem, deindeque Granatensem ecclesiam archiepiscopi munere administrandam suscepit. Illustrium virtutum decus magna cum Latinæ Græcæ atque Hebraicæ linguarum, totiusque humanitatis cognitione conjunxit. Vidimus ejus:

Panegyricum in Philippi IV. Hispaniarum Principis & Serenissimæ Isabellæ Borboniæ nuptiis. Qui MS. extat in bibliotheca collegii Jesuitarum Granatensis urbis. Imperfectum quoque reliquisse dicitur:

Un compendio de la Historia general de España.

Obiit x. Maij MDCXXVI. ætatis suæ lxv.

GARSIAS.

GARSIAS ALPHONSUS DE TORRES, scripsisse dicitur:

Historia de los antiguos y notables hechos de Castilla y España. Qua MS. utitur D. Petrus de la Escalera in libro *Del origen de los Monteros* cap. ii.

D. GARSIAS DE BARRIONUEVO, Cu-

Cusani marchio, toparcha de las Villas de Fuentes y Valdesaz, apud Neapolitanum proregem Catholicæ majestati a consiliis status & belli, dedit in lucem:

Panegyricum ad Comitem de Lemos Neapolitanum Proregem. Neapoli 1616. Vernacula quoque lingua:

Defensa de D. Francisco de Barnuevo Peralta su hijo, o Memorial y Discurso Historico, Juridico y Politico sobre la authoridad que a tenido y debe tener siempre la intercesion, principalmente la del Sumo Pontifice, en que se ilustra la L. I. del Titulo XXXII. de los Perdones de la Partida VII.

GARSIAS DE BOVADILLA, Bernardini S. R. E. cardinalis de Caravajal familiaris & a secretis, ex Hispano vertit in Latinum, dicavitque D. Didaco de Mendoza, patriarchæ Alexandrino, Hispalensique archiepiscopo:

Consolatoriam epistolam in obitu Serenissimi Principis D. Joannis ad Catholicum Regem & Reginam ejus parentes ejusdem cardinalis Bernardini de Caravajal, de qua loco suo meminimus. Edita est in 4. sine loci aut anni mentione, extatque in Vaticana bibliotheca, cod. XMCCCCLVII.

F. GARSIAS DE CISNEROS, Franciscanus sodalis, scripsit, Antonio Leonio teste in *Bibliotheca Indico-occidentali*, tit. XVIII.

Sermones: Mexicana lingua: de quo & Antonius Possevinus.

F. GARSIAS DE CISNEROS, domo ex urbe aut regno Toletano, quod ultimum Antonius Yepes, ordinis Benedictini chronographus, expressit, nobilis ortus genere, sed pietate ac religione nobilior, laudati ordinis monachus ex Pinciana domo, in qua viginti annorum adolescens sacramento illius se addixerat, ad Montisferrati coenobium se contulit, Ferdinando Rege Catholico instante, ut regulam ibi restauraret S. Benedicti secundum normam quæ in monasterio Pinciano jam diu observabatur, quo deveniens magno omnium consensu abbas cooptatur. Hoc ille munus, dum vixit, totos decem & octo annos, collatum sibi denuo singulis bienniis, administravit, vir integerrimæ vitæ, & qualem oportet fuisse eum, cujus non displicuit perpetua, quæ alias temporaria futura fuisset, gubernatio. Extant in manibus sodalium opuscula aurea duo illius, unde quidquid asceticorum hodie librorum est videtur utique dimanasse:

Exercitatorium Vitæ spiritualis, et:

Directorium Horarum Canonicarum. Quæ simul extant Latina apud Bellerum 1615. 8. Ferebantur olim sine auctoris nomine, indita dumtaxat monachi Benedictini appellatione, Parisiis, atque Venetiis apud Michaelem Tremezinum anno 1555, necnon Ingolstadii apud Davidem Sartorium, una cum libris *Humberti Generalis Magistri Prædicatorum de Eruditione Religiosorum*, anno 1591. in 8. imo vernacula lingua Barcinone 1530. de qua editione (ne dubites) Baronius Dominicanus videndus in *Manuductionis ad Moralem Theologiam* parte II. fol. 286. Sed Franciscus Ibañez, sodalis quoque Benedictinus, germano parenti suam prolem vindicavit cum in compendium redigeret hos tractatus, adjungens brevem *virorum illustrium ordinis* sui *Catalogum*, quæ quidem Barcinone, ut credo, edita sunt anno 1561. & 1570. in 8. aut Salmanticæ, ut scribit Arnoldus Wion in *Catalogo ligni vitæ* lib. II. cap. LXVII. Translati etiam sunt in linguam Italicam a Julio Zanchini, & excusi Florentiæ 1595. in 12. & Romæ apud Franciscum Caballum 1635. in 12. Nec non & in Hispanicam conversi, & locupletati a Petro Burgensi, ejusdem instituti monacho, ejusdemque coenobii abbate, excusique una cum *Vita & rebus gestis ac Regula Sancti Benedicti* Barcinone 1633. 8. Scio Barcinone ex domo Societatis exisse, ut frons loquitur, librum hujus tituli: *Compendio de exercicios espirituales sacados de un libro llamado Exercitatorio de vida espiritual que compuso el M. R. P. Fr. Garcia de Cisneros* &c.

Obiit Garsias XXVII. Novembris anno MDX. ætatis LV. scriptorem vitæ suæ rerumque pie gestarum sortitus Laurentium Ayalam, Benedictinum Pincianæ domus sodalem.

GARSIAS DE ESCALANTE DE ALVARADO, reliquit MS. Antonio Leonio referente in *Bibliotheca Indica*:

Relacion del Viage de Ruy Lopez de Villalobos al descubrimiento de las Filipinas.

D. GARSIAS FERDINANDUS BAZAN, auditor Regius copiarum equestrium & pedestrium, quæ adversus Lusitanos in territorio Hispalensis regni militabant, scripsit:

Potestad Civil, y Militar, union de ambas jurisdicciones. MS. in 4. in Villaumbrosana bibliotheca.

GARSIAS GARZES, Jesuita, scripsit:

Relacion de la persecucion del Japon y Martyres, que en ella huvo el año de MDCXXII. 1625. in 4.

GARSIAS DE GIRONDA, Rondensis,

ſis, juriſconſultus, poſtquam foro ſe & patrocinio cauſarum aliquot annis impendiſſet, in patria eccleſia canonico ſacerdotio jam ornatus, edidit:

De Explicatione Privilegiorum. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1617. in folio.

De Gabellis. Matriti 1594. folio. Quæ duo opera ex Matthæi Luzon, ejuſdem urbis preſbyteri, ſchedis MSS. noſtrum uſurpaſſe, ut pro ſuis venditaret, ex relatione ſcio inde ad me tranſmiſſa.

GARSIAS GOMEZ DE ESTERMIANA, forte ESTERMIÑANA, natus in oppido Medina de Pumar in Caſtella Vetere, reliquit in ſchedis opus metricum hujus tituli in 4.

Esfera Eſpañola y Zona Filipica de los Reynos, Provincias, y Islas que de un Polo a otro eſtan ſujetas a Eſpaña. Vidit D. Thomas Tamajus. Antonius Leonius in *Bibliotheca Indica* Gabrielem vocat.

D. GARSIAS DE GONGORA TORREBLANCA, Navarrus gente, elucubravit:

Hiſtoria Apologetica y deſcripcion del Reyno de Navarra, y de ſu mucha antiguedad, nobleza, calidades y Reyes &c. cui adjungitur:

Un Tratado de Matematicas del Computo y reformacion del Tiempo. Pampelone apud Carolum Labaien 1628. folio. Eſtne autem propria ipſius auctoris, an illi per irriſionem ſuppoſita:

Una Carta de D. Garzia de Gongora y Torreblanca acuſando a un Maeſtro de Muchachos en Pamplona por aver impreſo a ſu nombre la Hiſtoria apologetica de Navarra en eſte año de 1629? Nam erat hæc inter libros Raphaelis Trichetti du Freſne, Galli, ut ex eorum conſtat *Catalogo*.

GARSIAS LASO DE LA VEGA, patre cognomine, qui in militia S. Jacobi archicommendatarius, uti vocant, Legionis, Ferdinando Regi Catholico a conſiliis ſtatus fuit, ejuſque apud Alexandrum P. M. hujus nominis VI. legatione functus; matre autem Sancia Guzmania, domina de Batres, parentibus nobiliſſimis natus fuit Toleti: dubium calamo an gladio melior, Palladi an muſis gratior futurus. Quippe a teneris annis muſica delectatus poeſique, hujus artis ſequela & comite, non eo ſolum animi vires intendit, quo ſciebat magna cum Hiſpani nominis laude e poetis vernaculis quamplures enixos, ut ſcilicet ingenioſiſſime & caſtiſſime quocumque ſuper argumento verſificaretur; ſed cum videret injuriam fieri naturæ maximam, ars quam deſtitueret, e Latinis, Etruſciſque idoneioribus poetis omnibus, cum obſervatione ut videtur ac judicio lectis, id quoque ſibi aſſequendum propoſuit ut artificioſe & ornate, ac veluti ad unguem, formaret carmina, imitationibuſque veterum atque exterorum pulcherrimis nobilitaret. Quinimo placens ſibi in Joannis Boſcani, Barcinonenſis equitis, nupera inventione conficiendi ad Italorum menſuram & rhythmum Caſtellanos verſus, relictis octo ſyllabarum brevioribus, Hiſpaniæ noſtræ quaſi municipalibus, duodecimque aliarum majoribus, qui Joanni de Mena & aliis decimi quinti ſæculi poetis claritudinem peperere, endecaſyllabos, metriciſque Italorum regulis conformes, utpote genio ſuo accommodatiores, ſibi delegit, in quibus majeſtatem explicaret ſtili, atque uberioris venæ latices abundantius & libentius effunderet. Nec ideo minus armorum laudem conſectatus fuit, nobilibus viris eo ſæculo & ſuperioribus convenientiorem, ſibi tamen, maximo quamvis cum honore, numquamque intermoritura gloria, fatalem futuram. Nam poſt Auſtriacam adverſus Solimanum Turcarum Imperatorem, Tuneticamque in Africana ora expeditionem, in quibus Carolum Cæſarem ſequutus fuit, ejus lateri adhærens, anno tandem MDXXXVI. in Gallia, dum quindecim peditum cohortium ductor exercitum ſequeretur, quem in Provinciam & Maſſiliam uſque, infeſto in Gallum hoſtem animo, invexerat Cæſar, in expugnatione turris cujuſdam, non niſi a quinquaginta ruſticis Provincialibus defenſam, dum partes agit non ducis ſed militis, in conſpectu ipſius Caroli Laſus ictu lapidis cæditur; unde Nicæam delatus, vigeſima prima poſt acceptum vulnus die ſummo cum omnium dolore, Cæſariſque potiſſimum, ætatis anno XXXVI. ſpiritum exhalavit, qui in aliqualem poetæ ſui vindictam ruſticos illos ſuſpendi laqueo juſſit. E Nicæa in Toletum poſt aliquod tempus delatum fuit cadaver, ſepultumque ad Sancti Petri Martyris in majorum ſarcophago. Ex Helena de Zuñiga, nobilitatis antiquæ virgine, quam duxerat ante annos XIV. tres liberos, virilis ſexus duos, ſequioris unum, ſuſtulit, de quibus Andreas Scotus accurate agit in Laſi noſtri elogio, adjungens elegantiſſimum in ejus laudem Jacobi Gironis carmen, aliudque proprium, necnon & loca in quibus Petrus Bembus, cardinalis, ſummus orator & poeta, Joviuſque honorificenter eum appellant. Meminit quoque Joannes Geneſius Sepulveda, & quaſi aliud agens debitis donat laudibus ad Ludovicum Avilam, cujus commentarios *De Bello Africo* a Cæſare geſto a Garſia Laſo acceperat,

fcribens, epift. xvi. *Quamquam vos* (adjungit) *pro talibus officiis gratiarum actionem non expectatis, quibus video propofitum effe gloriam bellicam laude literarum cumulare, & hujufmodi ftudia cunctis rationibus fovere.* Literas noftrum Latinas & eruditionem veteris ævi non mediocriter coluiffe calluiffeque ex quadam ad eum fcripta epiftola, five dedicatione Servii Grammatici ad Virgilium interpretationis a Scipione Capycio, Neapolitano viro docto, fatis apparet, quam legere eft in *Additionibus ad Bibliothecam Nicolai Toppii* Neapolitanam in Joviani Pontani mentione pag. 128. ubi eum Capycius *virum doctiffimum* Garfiam vocat, ejufque nutu & juffu fe hanc Servii edere interpretationem affeverat: quæ cum facta fit anno 1535. id tempus intelligas quo Garfias poft Tunetanam expeditionem Neapoli verfabatur, unoque anno ejus in Provincia infelicem præceffit obitum. Metrica ejus opera, majeftate & acumine, facilitate ac poetico fpiritu plena, fæpius excufa funt, vel feorfim, vel cum Bofcani carminibus: de quo jugo celeberrimorum poetarum Lupus Vega feftive aliquando dixit:

Las obras de Bofcan y Garcilafo
Se venden por dos reales;
Y no las hareis tales
Aunque os precieis de aquello del Parnafo.

Ferdinandus quoque de Herrera Hifpalenfis, poetaque ipfe nobiliffimus, annotationes feu explicationes Lafi operum fecit, prodieruntque hoc titulo:

Obras de Garcilafo de la Vega con annotaciones. Hifpali apud Alphonfum Barreram 1580. in 4. Item: *Cum annotationibus Francifci Sancii Brocenfis* viri doctiffimi, qui de auctoris imitationibus, ubicumque conatus fuit veterum poetarum fenfus exprimere, curiofe docteque admonuit, Salmanticæ apud Petrum Lafo 1574. in 16. & apud Didacum 1589. in 16. *Cum notis D. Thomæ Tamaji de Vargas* Matriti apud Ludovicum Sanchez 1622. in 32. Venetiis quoque prodierunt ex officina Giolitti 1553. in 12.

GARSIAS LASO DE LA VEGA, diverfus a fuperiore, in Cufco totius Americæ meridionalis Regia olim urbe natus, parentem habuit fibi cognominem, ex iis unum qui Catholicis Hifpaniarum Regibus Peruvianum imperium armis pepererunt; matrem autem feminam ex Imperiali ftirpe Incarum prognatam, unde & ipfe Inca vulgo audiebat. Res avorum geftas ante Hifpanorum appulfum, necnon & ipfam Hifpanorum expeditionem, parentis teftimonio & aliorum illius temporis æqualium fubnixa hiftoria, comprehendit fcribens:

Primera parte de los Comentarios Reales que tratan del origen de los Incas, Reyes que fueron del Piru, de fu Idolatria, leyes y gobierno en paz y en guerra &c. Catherinæ Principi, Brigantiæ duciffæ. Oliffipone apud Petrum Craesbeck editam anno 1609. folio.

Segunda Parte, Hiftoria general del Piru. 1617. in folio. Utramque in Gallicum fermonem vertit J. Baudin Parifiis, ediditque duobus tomis apud Simonem Piget anno 1658. in 4. Scripfit infuper:

Hiftoria de la Florida, y Jornada que a ella hizo el Governador Hernando de Soto. Anno 1695. 4. apud Craesbeck. Hiftoria hæc, Gallice converfa a P. Richelet, edita fuit Parifiis duobus tomis in 12. a Gervafio Glouzier anno 1670.

D. GARSIAS DE LOAYSA GIRON, Talaverenfis, Petri Gironis, Regii Caftellæ fenatus patris, & Menciæ Caravajalliæ proles, Compluti doctus literas philofophorum ac theologorum eximiam iis antiquitatis atque hiftoriæ omnis cognitionem, veluti condecens ftudiorum facrum ornamentum, adjunxit. Toleti deinde obtentis canonico metropolitanæ ecclefiæ facerdotio, atque infuper Guadalaxarenfi archidiaconatu hujufmet ecclefiæ dignitate, ab avunculo Joanne Lupi Caravajallio, bona Pontificis venia, in fe translatis, domicilium hic fixit ufque ad annum MDLXXXIV. quo ab eleemofynis, & a capellæ præfectura Philippo II. Regi fuit factus, nec diu poft Philippi Principis ftudiis præpofitus. Fuit enim oris fpecie honeftiffima, & incomparabili morum fuavitate, adeo ut hominum delicium, veluti alter Titus Cæfar, audiret: quod Hieronymus Almonazirius in *Commentarii fuper Cantica* nuncupatione, Scotufque *in Bibliotheca* referunt. Pro fereniffimo Alberto Auftriaco, Toletano archipræfule, hujus fedis ampliffimæ, vicem ejus abfentis fuftinens, adminiftrationem diu tenuit, & quafi arrhabone quodam obftrinxit fe fponfæ nobiliffimæ paulo poft matrimonio accipiendæ. Hujus quippe conditioni renuntiante Alberto, Clemens Papa VIII. poftulante eodem Rege, non diu fupervicturo, Garfiam Toletanæ fedi, ceterarum Hifpanicarum principi, anno xcvii. fupra fexquimillefimum impofuit. Nec tamen accedere eo valuit; dum pallium a Roma expectat letali contracto morbo, qui eum lxv. ætatis anno Februarii xxii. die femeftrem vix archiepifcopum extinxit. Fama eft ægrotaffe ex mœrore animi, exinde veniente quod fub novo Rege alumno non illam, quam fpe conceperat, meritis atque educationi gratiam rependi videret, de qua fama præter fcriptores noftros Jacobus Augu-

ftus

ſtus Thuanus docet CXVII. *Hiſtoriarum ſui temporis* libro, diligentiæ & induſtriæ nomine noſtrum laudans in ſacræ hiſtoriæ veritate indaganda. Gerardus item Joannes Voſſius, eruditorum hujus temporis coryphæus, *viri doctiſſimi* compellatione. Stephanus Baluzius, in præfatione ad Reginonis libros *de Eccleſ. diſciplinis*, *eruditiſſimi & ſummæ dignitatis viri.* Aliis alii pro merito illius honeſtaverunt, excepto uno Joanne Fileſaco Gallo, qui, de *Origine Paræciarum* ſcribens inter alia opuſcula, intemperanter ſatis famæ viri obſtrepere auſus fuit. Extat ejus cura in lucem edita:

Collectio Conciliorum Hiſpaniæ, cum notis & emendationibus. Matriti apud Petrum Madrigal 1593. folio. Cui præponitur inter alia pertinentia ad ejuſdem argumenti ornatum: *Ordo & Chronologia Gothorum Regum, & Suevorum: Chronologia Toletanorum Præſulum*, item *Conciliorum.* Inſeriturque *De primatu Eccleſiæ Toletanæ: De Dignitatibus, & Officiis Regni & Domus Regiæ Gothorum.* Quod quidem ultimo dictum commentarium Petrus Pantinus Toletanus Belga ſibi arrogabat, dum in vivis eſſet: certe hunc domi ſuæ Loayſa exhibuit. Hujus collectionis exemplum ſequuti ſunt qui poſt eam ſynodos nationales collegerunt, Gallicas Jacobus Syrmondus, Anglicanas Henricus Spelmannus.

GARSIAS LOPEZ, Luſitanus, medicus, commentarios edidit, uti lego in *Bibliotheca Medica*:

De varia rei Medicæ lectione. Antuerpiæ 1564. Portalegrenſem aſſerit Cardoſus.

GARSIAS LOPEZ DE ALVARADO, edidit Romæ:

Compendio de Confeſion. Apud Vincentium Lucrinum 1558. in 8.

D. GARSIAS DE MEDRANO, Regii Militarium Ordinum concilii judex ſeu ſenator, ordinavit atque edidit:

La Regla y eſtablecimientos de la Cavalleria de SantIago de la Eſpada: Hiſtoria, y origen de ella. Pinciæ apud Joannem Sanchez 1603. in folio.

Tributam ſcio huic: an alii ejuſdem nominis?

Chronica de las Tres Ordenes militares.

GARSIAS ORDOÑEZ DE MONTALVO, decurio municipii Caſtellæ Veteris nobiliſſimi Medinæ Campi, correxit, & ad elegantiorem ſtilum reduxit:

La Hiſtoria de Amadis de Gaula, ediditque Salmanticæ apud Petrum Laſo 1575. in folio. Item ex propria penu:

Las Ergas de Eſplandian. Opera intelligo hujus fabuloſi herois, quæ tamen tranſcripſiſſe fingit ſe ex Græco libro magiſtri Eliſabat: ſic de tempore luditur. Prodiit liber Compluti ex officina heredum Joannis Garay 1588. in folio.

GARSIAS DE ORTA, Luſitanus, proregis Indiæ orientalis medicus, eximio ingenio & multa vir doctrina, rerumque, imprimis Indicarum, peritia, cum triginta ibi & amplius annos medicinam feciſſet, inſtructiſſimus. Scripſit Διαλογικῶς libros duos vernacula lingua, quos primum Latine conſcripſerat:

De los Aromas e ſimples medicamentos, que nacem em a India. Hos in Latinum vertit, *Exoticiſque* ſuis intexuit Carolus Cluſius ſeptimo & octavo libris, ad quos & annotationes fecit Jacobus Bontius, Batavus Leidenſis, qui in eadem India orientali fecerat medicinam, extantque eæ cum aliis Bontii Lugduni Batav. editæ 1642. in 12. Verſio illa Cluſii ſeparatim prodiit cum notis anno 1593. in 8. Hunc noſtri laborem, pluribus additis tum plantis, tum plantarum omnium iconibus, valde locupletavit Chriſtophorus da Coſta, medicus Luſitanus, in Africa natus. Italice etiam vertit Annibal Brigantus Venetiis 1576. in 4. & 1605. apud heredes Scoti in 8. & 1616. in 8. Gallice alius, ediditque una cum Chriſtophoro da Coſta Lugduni 1619. 8. perperam interpretatus pro Garſia de Orta Garſiam de Jardin.

D. GARSIAS DE PADILLA, inſcribitur libro cuidam MS. bibliothecæ Villa-umbroſanæ hoc modo:

Infeudaciones de la Igleſia Romana a todos los Reyes del Mundo, y al fin Relacion Hiſtorica de los progreſos y principios de los Turcos, trasladado de los originales que eſtan en el Vaticano por D. Garzia de Padilla. MS. in 4.

GARSIAS PEREZ DE MORALES, medicus doctor, medicæque artis in lyceo Hiſpalenſi primarius profeſſor, ad Petrum Gironium, ducem atque Ureniæ comitem, dedit tractatum:

Del Balſamo y de ſus utilidades para las enfermedades del cuerpo humano. Hiſpali apud Joannem Varela 1530. in 4.

GARSIAS DE RESENDE, Luſitanus, Joannis Regis II. Portugalliæ chronographus, ſcripſit vernaculo idiomate illius temporis res ejus geſtas: quod opus prodiit in lucem typorum noſtra ætate, conſpectu hoc, ſeu titulo:

Chronica da vida do Chriſtianiſimo D. Joam o ſegundo deſte nome y decimo terzio dos Reis de Portugal. Accedit:

A entrada del Rey D. Manoel en Caſtella, & Hida da Infanta Dona Beatris pera Saboya. Editum ad calcem libri fuit Garſiæ poematium, eadem populari lingua Portugallica, ſic inſcriptum:

Miſcellanea, o variedade de Hiſtorias, coſtumes, caſos, & couſas, que em ſeu tempo aconteceraõ: quod quidem non diu poſt trigeſimum ſupra ſexquimilleſimum annum ex ipſa rerum memoratarum ſerie compoſitum apparet. Necnon librum quemdam:

Das Trouas (carmina ſcilicet) *que feceraõ varios autores* tribuit ei Cardoſus, ſive *Cancioneiro geral.* Lisbonæ 1510. qui credo iterum prodiit ibidem 1616.

D. GARSIAS DE SALCEDO CORONEL, Hiſpalenſis, eques D. Jacobi, Ambroſio parente in hac urbe natus, qui cum Zafrenſis eſſet civis ad id prætorium, acturus ſtrenue advocatum, ſe contulit. Poeta fuit excultus, & majeſtate quadam, veluti charactere proprio, dignoſcendus. Humaniora ſtudia coluit hiſtoriamque libris, quos ſedula & perpetua cura in bibliothecam bene inſtructam collegerat, navata omnis fere ætatis opera. Neapoli apud Ferdinandum de Ribera, ducem Alcalitanum, proregem, ſtipatoribus corporiſque cuſtodibus præfuit; Capuamque urbem adminiſtravit; inter ſtratores etiam Ferdinandi Auſtriaci Infantis ſereniſſimi connumeratus. Poemata ſua duobus voluminibus comprehenſa voluit, quæ hac nuncupatione nota in vulgus ſunt:

Rimas, Primera Parte: ubi *la Ariadna,* ni fallor eſt. Matriti edita 1624.

Criſtales de Helicona, o Segunda Parte de las Rimas. Matriti apud Didacum Diaz de la Carrera 1649. in 4.

Edidit etiam, non dedignatus poetam illuſtrare poeta:

Obras de D. Luis de Gongora comentadas: quatuor voluminibus. Primum continet *Las Soledades.* Matriti 1636. Secundum *El Poliſemo.* Eodem anno. Tertium *Los Sonetos.* Matriti 1644. Quartum & ultimum *Las Canciones, Madrigales, Silvas, Eglogas, Octavas, Tercetos, y el Panegyrico al Duque de Lerma.* Ibidem 1646. Item:

Inſcripcion del Sepulchro de Saturnino que ſe halló en Merida año MDCL. iluſtrada. Matriti in 4.

Obiit diſertus urbanuſque, ac mihi amiciſſimus vir Matriti anno MDCLI. ſeptima die Octobris, maligna febre correptus.

GARSIAS DE SALCEDO CORONEL, Chriſti militiæ torquatus eques, Regiſque Luſitaniæ medicus, qui & Hiſpali aliquando medicinam fecit, uti legitur in Franciſci Sanchez de Oropeſa Hiſpalenſis medici *Variarum relationum* ſive *Tractatuum medicinalium* libello, cui quidem Garſias nuncupavit:

Apologiam, in vero lethargo perpetuum neceſſario eſſe delirium.

GARSIAS SANCHEZ DE BADAJOZ, natus forte in urbe hujus nominis ad Anam fluvium, alii Aſtigitanum dicunt, poeta ſuo tempore nulli ſecundus. Is cum ex amore propinquæ cujuſdam feminæ inſaniam contraxiſſet divina & inimitabilia paſſim jacere conſueviſſe refertur: quare poetis inſaniam tribui, quæ in Garſia noſtro tam ingenioſa fuit & alacris, non ſine ratione uſurpari cœptum eſt. Laudant in metricis ejus:

Las Lecciones de Job: ſed in alium ſenſum transformatas, de qua hujus perverſe tractati ſacri ſermonis culpa auctor anonymus, qui ſcripſit *la Celeſtial Hierarquia y Infernal laberinto* carmine Hiſpano, ad D. Joannem de la Cerda Medinæcœli ducem, cum relatione calamitatis a noſtro, forte in pœnam inſolentis hujus licentiæ incurſæ, admonere poſteros voluit.

Obras Poeticas de Garci Sanchez de Badajoz natural de la Ciudad de Ecija. MSS. reperiuntur cum hac inſcriptione apud excellentiſſimum comitem de Villaumbroſa, Caſtellæ ſenatus præſidem.

D. GARSIAS SARMIENTO DE ACUÑA, vir nobilis, in collegio Salmantino S. Bartholomæi ſodalis, inquiſitor Apoſtolicus apud Conchenſes Cæſarauguſtanos & Pincianos, abbas de Santillana, reliquiſſe dicitur in bibliotheca propinqui ſui comitis de Gondomar:

In Jus Canonicum volumen unum, auctore mihi D. Joſepho Pellicer in informatione *De la Caſa de Sarmiento de Villamayor* fol. 32.

D. GARSIAS SARMIENTO DE SOTOMAYOR, toparcha de Salvatierra & Sobroſo, neſcio quid operis a ſe confecti nuncupavit Catholicis Regibus. Conſtat enim id ex ejus teſtamento, unde hæc ſunt verba: *Item mando que un libro que hize para los Catolicos Rey D. Fernando y Reyna Doña Iſabel, que eſtá en mi arca de eſcrituras, que ſe ſaque en limpio, y ſe dé al Rey nueſtro Señor, y quede el eſcrito de mi mano en mi libreria.* Confectum fuit inſtrumentum anno MDXXIII. Hæc de eo refert idem D. Joſephus Pellizer in eodem opere *De la Caſa de los Sarmientos de Villamayor.*

D.

D. GARSIAS DE SILVA ET FIGUEROA, in Eſtremadura natus nobili loco ex ducum Feriæ ut ajunt familia, cum legatus Regius Philippi III. juſſu ad Perſas, eorumque Regem ejus temporis Abbas, ex *Relationibus* Petri de Valle ſatis notum, ſe contuliſſet anno MDCXIX. aut circiter, Goæ dum ſubſiſteret ſcripſit vernacule ut credo:

Breviarium Hiſtoriæ Hiſpanicæ: quod editum fuit Uliſipone anno 1628. 8. poſt auctoris obitum.

Commentarios inſuper, uberes admodum & locupletes, *totius ſuæ Legationis & Indiæ ac Perſiæ Regum*, uti refert Aubertus Miræus, neſcio a quo doctus, qui adjungit obiiſſe in mari anno MDCXXIV. cum ſuo jam defunctus munere in Hiſpaniam reverteretur. Gallice jam hi prodierunt opera domini de Wicqfort 1667. Pariſiis in 4. Legeſis de Silva epiſtolam v. Petri de Valle laudati. Luſitanus vero fuit ſi credimus Cardoſo.

GARSIAS TOLEDANO, ex Turriculæ municipio oriundus, quod Hieroſolymitanorum equitum per Hiſpanias ditione continetur, apud Salmanticenſes licentiæ lauream obtinuit, & dum patronum agit cauſarum edidit:

Lucernam Rubricarum & Titulorum in tres poſteriores libros Codicis Juſtinianæi. Matriti anno 1618. in fol. Quam neſcio an ſequutæ ſint *Lucernæ* aliæ tres ab eo tunc promiſſæ I. *Ad Digeſtorum integrum corpus*: II. *Ad Codicis novem libros*: III. *Ad quinque Decretalium* accenſæ.

F. GARSIAS DE TOLEDO, Hieronymianus monachus, collegit privilegia ordinis ſui, confecitque:

Compendium privilegiorum ordinis Divi Hieronymi. Romæ 1561. in 16. apud Paulum de Dianis. Matriti 1563. Idem collegit:

Indulgentias VII. *Eccleſiarum Urbis*, *imo & omnium Eccleſiarum Urbis*, *item Hieruſalem & Compoſtellæ.* Romæ 1561. 8.

D. GARSIAS VENEGAS DE ALARCON, Granatenſis, neſcio quid ſcripſit:

De Aſtrologia. Laudat opus & auctorem Franciſcus Bermudez de Pedraza in *Hiſtoria urbis Granatenſis.*

GASPAR.

F. GASPAR, Luſitanus, ordinis Minorum provinciæ Pietatis, juſſu cardinalis Henrici, Eborenſis tum archiepiſcopi, doctrinam Chriſtianam Congi docturus incolas, quo ſe tranſtulerat, ejus gentis lingua dedit:

Cartilha da doctrina Criſtaã: ex Luſitana. Eboræ in 8. Cardoſus.

GASPAR ÆGIDIUS SEVERINUS, (vulgo GASPAR GIL SEVERIM) Luſitanus, qui ex munere ſuo Primeiro Exequutor mor do Reyno audiebat, confecit proſaica oratione:

Comedias & Hua Junta de ſentenzas moraes pe los lugares communes. Cardoſus.

GASPAR DE AGUILAR, gente Valentinus, comiti de Chelva a ſecretis, præter comœdias quaſdam, cujus artis laudem non ultimam tempore ſuo ambivit, laudatus eo nomine a Lupo Felice Vega in *Apollinis Lauru*, ſylva ſecunda, ſcripſit:

Expulſion de los Moriſcos de Eſpaña por el Rey D. Felipe III. en octavas. Valentiæ 1610. 8.

Fieſtas nupciales, que la ciudad y reyno de Valencia hizieron al feliciſimo caſamiento del Rey D. Felipe con Doña Margarita de Auſtria. Ibidem apud Patritium Mey 1599. 8.

GASPAR ALVREZ DE LOUSADA MACHADO, Luſitanus, Bracharenſis, Auguſtini de Caſtro, Bracharenſis archiepiſcopi, quondam a ſecretis, quem laudare ſatius duxi Antonii Brandani, monachi Ciſtercienſis, Portugalliæ chronographi, his verbis ex præfatione tertiæ partis *Monarchiæ Luſitanæ*: *Gaſpar Alvrez de Louſada, reformator patronatuum Regiæ coronæ, notarius ſeu cuſtos Archivi publici* (Eſcrivaon da Torre do Tombo id ſonat) *antiquitatum non iſtius regni tantum ſed Hiſpaniæ totius cognitione inſtructiſſimus, cui ſtudio adeo indefeſſe incumbit ut abſque illo multa etiam nunc ignorarentur ab ſcriptoribus præſentis ævi, qui ipſi ea ingenue Gaſpari accepta referre ſolent. Perfectum habet nuncupationis hujus librum*:

Eſcudo Real de Portugal, qui egregie confirmaturus eſt eam, quam habet apud exteros omnes, inſignis cujuſdam eruditionis famam. Hæc Brandanus. Laudat & Rodericus da Cunha in *Hiſtoriæ Bracharenſis* cap. XXV. Plura alia reliquiſſe videtur in ſchedis, quarum Georgius Cardoſus in *Agiologio Luſitano* meminit. Ea ſunt:

Deſcripçaõ de entre Douro e Minho: ſive Interamnenſis Luſitaniæ provinciæ. Meminit is die XXVI. Martii pag. 319.

Comarca de Valenza del Minho: die XI. Aprilis pag. 518.

Deſcripçaõ da provincia de Traloſmontes: die XVI. Aprilis qui & III. Maii lit. a. tertium non minus tomum ejus Hiſtoriæ laudat.

Epiſtola al Maeſtro Villegas ſobre S. Tyrſo. Ibidem pag. 607. Necnon et:

Epitome de San Tyrſo: utrumque enim opus diſerte laudat idem III. die Junii lit. a. in

in fine. Habemus nos ex codice bibliothecæ Villumbrosanæ:

Arbol de los Machados. Laudat Felix Machado, marchio Montisbelli, in suo *Memoriali* pag. 277.

Latineque:

Epitome Bracharensis Ecclesiæ. Hanc laudat die II. Aprilis pag. 400. &, nisi idem sit opus:

De vera Primatum Bracharensium successione. Cujus & meminit die VII. Maii pag. 113. *Epitomen* vocans: unde colligas diversum a superiore opus non esse. Idem Cardosus meminit etiam IV. Junii pag. 542.

GASPAR ALVAREZ VEIGA, Lusitanus, ex oppido Feixo de espada na cinta, Salmantinus professor grammaticæ doctrinæ, dedit ibi foras:

Exercicio de principiantes en la lengua Latina. Salmanticæ 1619. Cardosus.

GASPAR DE AMARAL, Lusitanus, Jesuita, scripsit, ut lego in epistola I. *Cent. IV.* D. Francisci Emmanuelis:

De Philosophia naturali.

GASPAR DE AÑASTRO ET ISUNZA, Catharinæ Austriacæ Sabaudorum & Allobrogum Principi a custodia Patrimonii sive Thesauri se esse testatus est, cum ex Gallica in nostratem linguam trasformavit:

Los seis libros de la Republica de Juan Bodino. Augustæ Taurinorum 1590 in folio. Omissis nempe his aut meliore sensu donatis quæ apud Catholicos religionis causam olim dixissent.

GASPAR DE ASTETE, Salmanticensis, Societatis Jesu sacerdos, religiosus vir, ac in promovendis juvenum utilioribus studiis industrius ac diligens, scripsit tractatus hos:

Del Estado de las Viudas y Donzellas. Burgis 1597. 8.

Del Govierno de la familia, y estado del Matrimonio. Vallisoleti 1598. 8.

Del estado de la Religion. Ibidem 1603.

Doctrina Christiana y documentos de crianza. Pampilone 1608.

Institucion y Guia de la juventud Christiana: duabus partibus. Prior Burgis edita est 1592. 8. posterior autem 1594. 8.

Modo de rezar el Rosario, Salmos, y oraciones. Burgis 1593. in 12.

Abiit ad plures Burgis major sexagenario, natus anno MDXXXVII.

F. GASPAR DE AVILES, Ovetensis, ordinis S. Benedicti, edidit:

Muerte Christiana y avisos para bien morir. Pinciæ apud Franciscum Fernandez 1603. 8. In cœnobio Iraciensi 1609.

GASPAR DE BAEZA, cui patria, urbs in Bæticæ tractu bene nota, cognomen fecit, cum primum datam copiam judicii sensit, gloriam studiorum, arrepta quæ eo tendit Regia via, animose & flagranter ambivit. Salmantinum certe gymnasium pro addiscendo Civili jure frequentasse eum oportet, qui legentem ibi miro pronunciandi genere Joannem Oroscium, Commentariis ad *duos priores Digestorum libros* celebrem, se audivisse refert. Plane philosophiæ theologiæque, necnon geographiæ atque historices, meliorisque omnis literaturæ præceptis notitiaque imbutus ad scribendum accessit. Granatæ interim in curia patrocinio causarum addictus. Quem nisi mors in flore ipso ætatis abstulisset, nondum scilicet triginta annos natum, senili tamen prudentia & in Deum pietate, altiora se ac perennia cogitantem, haud mediocri bono id factum fuisset Civilis atque aliarum disciplinarum.

Postuma edita sunt a Melchiore fratre hæc opera:

De non meliorandis dotis ratione filiabus: sive enarratio in Caroli Regis Hispaniarum constitutionem, quæ est *Lex I. tit. II. lib. V. Compilationis.* Granatæ 1656.

De Inope debitore ex Castellana consuetudine creditoribus addicendo tractatus. Granatæ 1570. in folio.

De Decima Tutori Hispanico Jure præstanda, ad interpretationem Leg. II. Tit. VII. Lib. III. Fori legum. Granatæ 1567. folio. Matriti 1592. folio. Hi tres tractatus simul omnes editi etiam extra Hispaniam circumferuntur, & in *Doctorum Tractatibus.*

Extant a Gaspare in Hispanicum sermonem elegantissime conversa:

La Historia de Paulo Jovio I. y II. Parte: ad Franciscum Erasum, Regi a secretis. Salmanticæ apud Andream de Portonariis 1562. folio. Item:

Los elogios de Paulo Jovio. Granatæ 1568. in folio.

Las Comunidades de España por Paulo Jovio en la vida del Papa Hadriano VI.

GASPAR BARREIROS, Lusitanus, Visensis natu, canonicus primum in patria ecclesia, mox in Eborensi metropolitana, quo tempore Lusitaniæ Infans Henricus ei præerat, in cujus domo eas literas se didicisse, studiaque elegantiora frequentasse, quæ quidem superstiti ornamento non vulgari, mortuo vero essent famæ & honori nunquam interituro, alicubi refert. Jussu ejusdem, pi-

leo

leo cardinalitio recens donati, Romam venit anno MDXLVI. Paulo III. Pontifici Maximo debitum officium grati animi & obſequio pleni pro eo impenſurus; quod ampliſſimis verbis, præſentibus S. R. E. purpuratis omnibus, publice exhibuit. Ac tunc quidem in cognitionem, brevique in familiaritatem venit duorum cardinalium, inter alios doctrina & eloquentia ſpectatorum, Petri Bembi & Jacobi Sadoleti, cum quo præcipue, ut ipſe Gaſpar ait, conjunctiſſime vixit dum Romæ fuit, nullo officiorum prætermiſſo genere quo non fuerit ab illo & mirifice ornatus, & maxime affectus. Cum rediiſſet in patriam, digeſſit meditata & affecta quædam opera, præcipuumque illud Chorographiæ, de quo mox dicimus, Joanni Barrio avunculo obſequutus, magno illi expeditionum Indico-Luſitanarum hiſtorico, qui hac nepotis opera in partem ejus, quam parabat, univerſi terrarum orbis Geographiæ uti deſtinaverat. Sed cum meditaretur Luſitane factam deſcriptionem in Latinum convertere, mors interceſſit, translata in Lupum de Barros fratrem, ejuſdem eccleſiæ canonicum Regiumque Uliſiponenſem ſenatorem, cura edendi poſtumos fratris fetus. Hi ſunt:

Chorographia de alguns lugares, que ſtam em hum caminho, que fez Gaſpar Barreiros o anno de MDXXXXVI. comenzado na cidade de Badajoz em Caſtella te a de Milam em Italia. Conimbricæ apud Joannem Alvarez 1561. 4. ubi quædam ex Andreæ Reſendii ſcriniis, candide ſibi communicatis, non candide uſurpatis, ſcripſiſſe dicitur ab eodem Reſendio in *Epiſtola ad Bartholomæum Quevedum*, qui plagium conqueritur adverſus ſe in pleriſque hujus operis locis commiſſum, quod nec tacet in altera *ad Ambroſium de Morales Epiſtola.* Adjuncta eſt hujus editioni *Oratio Latina, quam coram Sixto IV. olim habuit Garſias Meneſius, Eborenſis Præſul, Luſitaniæ Regis Legatus, & regiæ claſſis adverſus Turcas Præfectus*: de qua ſuo loco mentionem fecimus. Item adjungitur:

Commentarius de Ophyra regione apud divinam Scripturam commemorata: cum duabus nuncupatoris epiſtolis, altera Joanni III. altera, decennio interim exacto, Sebaſtiano, Luſitanorum Regibus. Commentarius hic ſeorſim editus fuit Antuerpiæ per heredes Joannis Belleri 1600. in 8. Sed Eboræ primum prodiiſſe refert Joannes Iſaacus Pontanus in opere ſuo *Diſcuſſionum Hiſtoricarum* de mari libero aut non libero, cui attexuit hunc *De Ophyra* commentarium, Hardervici edito apud Nicolaum a Wieringen 1637. in 8. Ubi de re ipſa, *ut taceam*, ait, *quod præcipue inſtitutum hoc ſpectat, quæri hodieque inter eruditos quæ orbis plaga hæc habeatur Ophyra, quæri inquam nec inveniri, alio huc, aliiſque viciſſim alio trahentibus. Quos inter omnes, meo animo, haud alium exiſtimo id explicaſſe vel clarius, aut attigiſſe verum propius, vitatis quæ incurrunt hic plures non unis abſurdis, hoc ipſo, quem damus his quæ ſequuntur pagellis, Barrerio.* Item vernacule:

Cenſuras ſobre quatro libros intitulados en Marco Portio Catam de originibus, em Beroſo Chaldeo, em Manethom Egyptio, & em Q. Fabio Pictor Romano: Marco de Bethania, alias Uliſiponenſi, ordinis Minorum chronographo famigeratiſſimo, inſcriptas anno MDLVII. quas & Latine cogitabat, non Luſitane, in vulgus emittere. Attamen fratris Lupi diligentia in vulgus eæ prodierunt vernacula iſta lingua in hac editione Uliſiponenſi. Veniens tamen ille Romam, ex occaſione habitæ coram M. Ant. Amulio, cardinali, de hac cenſura ſua cum erudito quodam viro contentionis, locupletiorem & Latinam illam fecit *Cenſuram*, quæ Beroſum Chaldæum examinat, quam Romæ editam vidimus anno 1565. in 4. cum præfatione ad eumdem Amulium cardinalem doctiſſima. Hanc forte auctoris ſive interpretationem ſive novam lucubrationem cum non vidiſſet Scotus, ex Luſitano antiquam illam ceteraſque vertit, atque in *Bibliothecam Hiſpanam* ſuam conjecit. Initium Barrerianæ verſionis eſt *Extat commentarius de Ophyra regione* &c.

Vitam Sancti Franciſci Latinam apud ſe eſſe breviter perficiendam ait ipſe in nuncupatoria *Cenſurarum* epiſtola, confirmatque Lupus frater, ſuperiorum operum editor, cujus meminit etiam D. Franciſcus Emmanuel *Cent. II.* epiſt. I. & ante eum Marcus de Lisboa, laudatus in prooemio II. partis *Hiſtoriæ ordinis Minorum.*

Reliquit etiam *Genealogicum* neſcio quid, de quo & Reſendius non tamen ſine diffidentia ad Quevedum refert: *As Linhagens* ſcilicet: quo modo hoc opus appellat Gaſpar Statius in ſuis *Antiquitatibus* cap. LIII. Meminit quoque Georgius Cardoſus *Agiologii* volum. III. die IV. Maii lit. b.

Tribui quædam alia Barrerio ſolent: nempe Georgius Cardoſus in *Agiologio Luſitano* die ſecunda Martii Barrerium laudat ex neſcio quo opere *ſuper Ptolemæi Geographiam.* Extat quidem id Romæ in Vaticanæ bibliothecæ cod. MS. 3632 cum hac inſcriptione: *Vetuſta aliquot oppidorum, Inſularum, Fluminum, Montium, ac locorum nomina, quæ diu & temporis longinquitate & diuturno Bar-*

Barbarorum dominatu vel corrupta vel penitus mutata in Hispaniis latuerant. Ex incorruptis gravissimorum auctorum monumentis, excriptis lapidibus, tum etiam ex Antonini Itinerario, necnon ex diligenti conjectura opera Gasparis Barrerii, ac clarissimi viri M. Antonii Amulii S. R. E. Presbyteri Cardinalis jussu, in publicam utilitatem restituta: cujus exemplum inde descriptum penes nos habemus.

Denatum fuisse anno MDLX. colligebam olim eum, qui nuncupatoriam cum dedisset eo anno ad Sebastianum Regem epistolam, jam non esse in vivis Septembris xx. die mihi videbatur, qua die Lupus Barrius ad Henricum cardinalem in editione fratris operum præfatur. Postquam vero incidissem in editionem Romanam, de qua mentio facta est, *Berosianæ Censuræ*, cujus nuncupatoria epistola ad M. Ant. Amulium cardinalem IX. kalendas Augusti anno MDLXIII. ab ipsomet Barrerio scripta est, conjecturæ veteri novam istam subrogavi, de absentia Gasparis nostri, aut saltem de morte aliqua civili, ut vocant, Lupum fratrem ad Henricum cardinalem verba fecisse atque explicandum esse, eo magis quod ex eadem nuncupatione ejus ad cardinalem constat Romam se venisse non multo post suorum operum vernaculam editionem illam fratris cura confectam, cum jam Pius IV. Papa rerum sacrarum administrationi præesset; obiisseque eumdem nostrum Barrerium inter Franciscanos sodales, dato huic instituto nomine magna cum pietatis opinione, referat in *Vita Barrii* avunculi ejus Emmanuel Severinus Faria, Eborensis cantor, & Georgius Cardosus in *Relatione* Romam transmissa ad manus Francisci Haroldi, ordinis Minorum chronographi. Virum laudant eruditionis non vulgaris nomine Joannes Vasæus in *Chronico* cap. v. Abraham Ortelius in *Thesauro Geographico*, verbo *Castellani*: Gaspar Statius in laudato *Antiquitatum* cap. LIII. Didacus Paiva in *Examine Antiquitatum*: Rodericus a Cunha in *Historia Bracharensi* cap. LXXXI. Antonius Brandaon in *Prologo III. partis Monarchiæ Lusitanæ*: laudatusque nuper Emmanuel Severinus de Faria, & alii plures.

D. GASPAR BONIFAZ, in Matritensi curia sub Philippo Rege IV. bene notus eques, scripsisse dicitur:

Del arte de andar a caballo. Anno 1635.

GASPAR BRAVO RAMIREZ DE SOBREMONTE, natus in oppido Aguilar de Campoo Burgensis diœcesis, doctor medicus Pincianus, in qua schola liberales artes, chirurgicam & methodicam, deinde alias medicæ doctrinæ partis horis pomeridianis, e vespertina scilicet ut vocant cathedra, cum laude docuit. Quare Rex noster Philippus IV. ut inter alios connumeraretur Regios medicos, in curiam superioribus annis eum accivit. Ediderat olim:

Resolutionum medicarum circa universam totius Philosophiæ doctrinam: tomum primum. Vallisoleti apud Antonium Vazquez de Esparza 1649. in folio. Sed auctior ex tertia editione prodiit Lugdunensi apud Philippum Borde 1662. sex partibus nempe constans, quarum duæ tunc primum adjunctæ sunt: *Prima Phisiologiæ; II. Pathologiæ; III. Febrium Theoriæ ac curationis; IV. Sanguinis missionis, Purgationis, & de sudore; V. Sanguinis circulationis, & artis Sphygmicæ theoriæ e Galeni mente, ac prognosis recidivæ naturæ, ac de quorumdam Eunuchorum potentia; VI. Selectarum observationum & consultationum.* Vidimus quoque:

Disputationem Apologeticam pro dogmaticæ medicinæ præstantia, & omnium scientiarum & artium dignitate ex omnigenæ literaturæ decretis. Accesserunt:

Tractatus duo: quorum primus continet decem consultationes medicas nusquam hactenus editas; alter vero Tyrocinium practicum artis curativæ hominum exhibet. Lugduni apud Laurentium Arnaud & Petrum Borde 1671 in folio. Tractatus quoque duo hi prodierunt eodem anno Coloniæ ex officina Guil. Friessem junioris in 4.

De Febribus intermittentibus lethalibus, de crisibus, diebus decretoriis & urinis, & variarum rerum promptuaria. Lugduni in folio 1674. ut credimus. Quæ per me fuerit *Resolutionum* pars II. sive operum tomus III.

Resolutionum medicarum partem III. sive tomum 4. Continet tres disputationes: I. De Vita & morte, & de causis mortis repentinæ. II. De Mixtorum proprietatibus ratione miscibilium, coctione, fermentatione, & putredine. III. Miscellanearum aliquot resolutionum. Lugduni apud Laurentium Arnaud 1679. folio.

Decessit doctus vir Matriti sub finem Martii mensis MDCLXXXIII.

GASPAR CALDERA DE HEREDIA, doctor medicus, Hispalensis, ex Lusitana origine, vir doctus atque eruditione varia perpolitus, ad hæc singularis humanitatis, quem ultra laudare vivum modestia ejus & amicitia nostra impedit, ad eminentissimum Franciscum Mariam, S. R. E. cardinalem Brancaccium, Mecænatem suum, scripsit:

Tribunal Medico-magicum & Politicum: sive ejus Primam Partem. Lugduni Batavorum

rum apud Joannem Elzevirium 1658. in fol. Deinde et:

Tribunalis Medici illustrationes practicas: hoc est Febrium & symptomatum exactissimam curationem etiam a veteribus traditam, a se illustratam, ac totius operis illustrationes & observationes practicas, cum plerisque aliis selectis, quæ in Tribunali Medico desiderabantur. Accessit liber aureus: *De facile parabilibus e veterum & recentiorum observatione comprobatis, & ex arcanis naturæ Chimico artificio, & artis magisterio eductis.* Antuerpiæ apud Jacobum Meursium 1663. in folio.

Alia medica & politica parata habet, præcipue *Theatrum honoris*, sive confutationem falsæ hominum circa duellum privatum opinionis, vernacula lingua, sic inscriptum: *Aranzel politico y defensa del honor*, quod dudum expectamus ab officina aliqua Amstelodamensi, cujus rei ab eodem auctore per literas certiores facti sumus, uti & alterius libri, quem se conficere atque nobis nuncupaturum esse jam tunc jactabat, hoc titulo scilicet notatum: *Theatrum Olimpiacæ & veræ sapientiæ veteris sæculi gentilitiæ nostro desideratæ, medicis ac philosophis ac omnibus, qui amœna eruditione delectantur, selectum, novem continens abstrusarum rerum illustrationes.*

GASPAR CARDILLO DE VILLALPANDO, ex Francisco Villalpando atque Elisabetha de Cartes, honestis & piis plusquam opulentis parentibus, anno MDXXVII. in urbe Segovia editus est. Complutum inde ivit grammaticæ artis jam gnarus, in qua schola, post navatam in philosophicis sacrarumque literarum studiis sedulam operam, sodalis primum in collegio Trilingui, mox philosophus, dein theologus, & tandem (qui præcipuus est in eo loco togatorum ordo) ad S. Ildephonsum extitit. Publicum jam ab aliquot annis philosophiæ doctorem titulus solemnis cohonestavit, laurea scilicet rite ibi suscepta. Sed cominus ad majorem studiorum profectum in ea schola diutius commoraretur, obtentum per eos dies Fontis-salicis (vulgo Fuente el Sauce) oppidi sexdecim passuum millibus Compluto distantis, opimum sacerdotium in causa fuit. Tempus aderat celebrandæ ad Tridentum synodi, tertium jam a Pio IV. P. M. instauratæ, eo noster se contulit Alvari Mendozæ, quem Abulensis ecclesia præsulem per id tempus jure excusatum habebat, vices gerens, lubenti animo versans quale sibi & studiis theologiæ atque eloquentiæ theatrum in consessu illo gravissimorum & sapientissimorum totius ecclesiastici orbis hominum præpararet. Magno ibi plausu tribus concionibus ad patres habitis, quarum una *de usu Calicis Bohemis non communicando* disseruit, præterea cum Petro Paulo Vergerio & Fabricio Montano hæreticis collato publicarum scholarum pede, subrogatus interim ad nutum cardinalis Borromæi in locum Petri Soti Dominicani theologus Pontificis, magnaque gratia cardinalis ipsius ac ceterorum fuit versatus. Jam in patriam rediens in collegio sacro Sanctorum Martyrum Justi & Pastoris ecclesiæ Complutensis canonicum adeptus est sacerdotium. Quem quidem locum & dignitatem, literis excolendo animo pervicaciter instans, ad annnum sustentavit ætatis quartum ferme super quinquagesimum, cujus die Joannis Baptistæ anniversaria, octavo scilicet kalendas Julii mensis, acuti cujusdam morbi letalem expertus est vim anno MDLXXXI. in ea ipsa æde sacra, cui se vivus addixerat, sepultus. Præcipua jam Gasparis laus, præter eruditionis illam profanæ sacræque, Latini adhæc & Græci sermonis, assertus fuit in decus pristinum, & a barbarie ineptiisque laboriosissimorum interpretum vindicatus ac perpurgatus Aristoteles: quæ maxime cura illius & consilium cum omni posteritate nominis ejus commemorationem adæquavit. Plane hujus agonis palmam eo symbolo jactasse creditus fuit cudens vultus sui imaginem, cujus adversum latus Chimera, monstrum sagittis confixum, *Bellerophontea* nempe (quod scriptum erat) *manu* signaverat. Scripsit namque:

Apologiam Aristotelis adversus eos, qui ajunt sensisse animam cum corpore extingui: ad Carolum Hispaniarum Principem. Compluti apud Brocarium 1560. 8. Feruntur una illius ad *Joannem Genesium Sepulvedam*, hujusque ad illum *Epistolæ de Animarum transmigratione*, an scilicet philosophus eam docuerit. Joannis Genesii illa legitur etiam lib. v. ejus *Epistolarum* LXXVIII.

Isagogen, sive Introductionem in Aristotelis Dialecticam. Compluti 1557.

Summam Sumularum. Compluti anno 1557. & 1571. 8. 1584. & anno 1586. 8. ad Complutensis academiæ patres: qui quidem publico sanciverunt decreto ne in posterum aliunde quam ex hac *Summa* dialecticæ artis principia discipulis traderentur.

Commentaria in Porphyrii Universales. Compluti 1566. 4. apud Joannem a Villanova.

In Prædicamenta, & Categorias. Ibidem apud Joannem Brocarium 1558. 4.

In librum Periermenias, sive de Interpretatione. Ibidem 1558. 4.

Breve Compendium artis Dialecticæ. Compluti, ut suspicor, apud Joanem a Villanova 1599.

In Libros de Priori resolutione. Compluti 1561. in 4.

In Libros de Posteriori resolutione. Ibidem 1559. 4.

In Topica Aristotelis; librum de ratione disputandi. Ibidem 1569. 4.

In Libros duos de Generatione & corruptione; Joannis Genesi Sepulvedæ interpretatione usus: ad Antonium Perezium Regi a secretis olim auditorem. Compluti apud Joannem Villanovam 1568.

In Octo Libros Physicorum Aristotelis: præterea *Quæstiones, quæ ad eosdem libros pertinent in contrariam partem disputatas*: Didaco Espinosæ supremi senatus Castellæ præsidi. Compluti in folio 1667. apud Joannem de Villanova.

In Quatuor libros de Cœlo. Compluti 1568.

Interrogationes naturales, morales & mathematicas. Compluti 1573. in 8. Hæc philosophica, quæ vero sequuntur theologica:

Concionem in Tridentina Synodo de Primatu Petri & Romanæ Sedis, ipsa die SS. Apostolorum Petri & Pauli habitam anno MDLXII.

Concionem aliam *de nomine Jesu*: in eadem synodo kalendis Januarii anni sequentis MDLXIII. in 4.

De non indulgendo Germanis usu Calicis tertiam *Orationem.* Quæ tres una cum aliis aliorum eodem loco habitis editæ sunt Lovaniensibus typis anno 1567. folio, & Parisiensibus 1667. in folio.

Disputationes novem coram Patribus habitas adversus Petri Pauli Vergerii, Fabriciique Montani blasphemias. Venetiis 1564. Quarum Bellarminus lib. I. *De Conciliis & Ecclesia* cap. II. V. & XXI. cum laude meminit. Prodiit simul:

De Traditionibus Ecclesiæ tractatus.

Disputationes adversus protestationem XXXIV. *Hæreticorum Augustanæ Confessionis.* Venetiis per Donatum Bertellum 1564. in 8. Quod non aliud videtur opus a superiore.

Commentaria præcipuarum rerum, quæ in Conciliis Toletanis continentur. Compluti 1570. 8. In quibus plura sunt, quæ partim ad Ecclesiæ disciplinam, partim ad Gothorum historiam pertinent, cognitione digna. Necnon vertit in Hispanicum pio consilio:

El libro de la Doctrina Christiana del Padre Pedro Canisio: Compluti apud Lequericam 1574.

Declaracion del Salmo del Miserere. Ibidem 1576. in 12.

Catecismo breve para enseñar a los niños. Ibidem 1580. in 12.

F. GASPAR CARDOSO, Benedictinus monachus, Potentinus in regno Neapolitano episcopus, quem *virum clarissimum* appellat Vghellus in *Italia Sacra*, synodum hic celebravit, quæ edita est hoc titulo:

Constitutiones & decreta Synodi Potentinæ. Romæ apud Guilielmum Facciotum 1606. in 4.

Anno MDCVI. cum titulo Dragonensis episcopi vicarius sive coadjutor datus est Sebastiano Barnabæ, Potentino præsuli, quo defuncto hanc ecclesiam gubernavit usque ad MDCXV.

GASPAR CARDOSO, Lusitanus, ex oppido Frontera, Societatis Jesu presbyter, rectorque in collegio Funchalensi, edidit (quonam sermone non dicit Alegambius)

Meditationes in omnes anni dies.

Kalendarium Romanum ad usum Missarum & Canonicarum horarum.

GASPAR CARDOSO DE SIQUEIRA, si cognomen nos non fallit Lusitanus est patria aut gente. Scripsit:

Tesoro de prudentes. Cominenice 1612. Necnon et:

Pronostico geral. Insuper, ut e Petri Borellii bibliotheca Chimica pag. 239. editionis Parisiensis anni 1654. constat:

Secretorum opus.

F. GASPAR CASAL, Lusitanus, nobili loco in Leiria urbe natus, id quod ex epistola ad ipsum Andreæ Resendi colligitur, sive ut aliis videtur, confirmat Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano* die XXX. Iunii lit. d. Santarenensis, in familia eremitarum Sancti Augustini, eruditionis atque ingenii, necnon & vitæ integritatis laude præstans, Conimbricensi scholæ circa annum MDXLII. primarius sacræ theologiæ professor his dotibus illuxit, quorum nomine Funchalensis prius Maderæ insulæ antistes, in Lusitania dehinc Leiriensis anno MDLVII. mox & Conimbricensis præsul creatus fit, factus inter hæc Joanni III. Lusitaniæ Regi a consiliis & a confessionibus, Regiique senatus, quem Mesa de conciencia y ordenes vocant, præfectus; præterea Joannis Principis instruendæ literis pueritiæ olim præpositus. Concilio Tridentino bis interfuit. Scripsit utique privatus adhuc, primusque ex Augustinianis prelo editis libris in Conimbricensi academia clarus:

In Prædicamenta, & in libros Topicorum Aristotelis: quæ quidem Venetiis fuisse typis mandata lego in *Supplemento Verderiano Gesnerianæ Bibliothecæ.* Creatus autem episcopus:

De Sacrificio Missæ, & Sacrosanctæ Eucha-

charistiæ celebratione libros III. Venetiis anno 1563. Antuerpiæ apud Libertum Malcotium 1566. in 4.

De Cœna, & Calice Domini: ad Pium IV. P. M. libros III. Venetiis apud Jordanum Zilettum 1563. in 4.

De usu Calicis libros III.

Axiomatum Christianorum lib. III. *ex diversis Scripturis, & Sanctis Patribus adversus Hæreticos antiquos, & modernos*. Conimbricæ 1550. 4. Venetiis 1563. Lugduni 1593. in 4. Præterea libris XI. quatuor autem tomis distinctum, opus, cui præfixus est titulus:

De Quadripartita Justitia decima in quibus omnium, quotquot extant, Theologorum conquisitis, probeque digestis sententiis ortodoxa de justificatione nostra fides asseritur. Venetiis apud Zilettum 1563. necnon Antuerpiæ, atque alibi prodierunt.

Abiit ad plures anno MDLXXXVII. sive MDLXXXV. uti lego in *Chronico Augustiniano* Antonii a Purificatione, lib. VII. tit. I. §. III. Extat ad hunc epistola Andreæ Resendii, viri eruditissimi, perquam eleganti sermone scripta, cum præsul is Leiriensis, a conventu Tridentino reversus, Olisipone synodum cum aliis patribus pro reformandis Lusitaniæ ecclesiis celebraret.

GASPAR CASTELLANOS, nescio quis, in publicum dedit:

Modo de bien morir. In 8.

F. GASPAR CATALAN DE MONSONIS, Prædicatorum sodalis Valentini cœnobii, studia ibi rexit, philosophiæ ac theologiæ scientiam docuit, studioque pietatis floruit, quo non sibi tantum, sed & aliis in salutis via præluxit. Fato functus est, cum jam ad Ilerdensem ecclesiam administrandam esset a Rege vocatus. Post ejus mortem lucem vidit:

Tratado de la explicacion del Pater noster. Valentiæ apud Hieronymum de Villagrasa 1667. 4.

F. GASPAR CENTOL, Hieronymianus monachus cœnobii Gandiensis in Valentiæ regno, atque ejus præfectus, scripsit:

Relacion de la vida, virtudes, muerte y entierro del Siervo de Dios Mossen Miguel Lopez Grez Navarro Vicario de Roteva en el reyno de Valencia. Pampelone apud Carolum de Labayen 1606. in 8.

GASPAR DE CHAVES, Lusitanus, familiaris magnæ domus ducum Brigantinorum, hodie jam ad solium Portugalliæ exaltatæ, scripsisse dicitur:

Sentido natural de Portugal.

Jardin real de Aruores e Genealogias dos Reis Christaõs do mundo. In folio.

Da Casa de Braganza dedicado a o Duque D. Joaõ II. anno 1622. MS.

Sucesos del Rey D. Sebastian en Africa, y entrada del Rey D. Felipe. Matriti 1620. Castellano idiomate.

GASPAR COELHO ARANHA, Lusitanus, edidit:

Idea de Blasõs, anno MDXCIV. comiti de Monte Sancto nuncupans: qui liber MS. servatur in 8. Cardosus.

F. GASPAR DE CONCEPTIONE, Lusitanus, ordinis Seraphici provinciæ Portugalliæ, scripsit:

Dictata salutis. Olisipone 1620. in 12.

GASPAR CORREA, Lusitanus, a civibus suis laudatur eo quod scripserit:

Historia da India. Sub Alphonso Albuquercio militavit, scripsitque de primis LIII. annis rerum ibi gestarum.

D. GASPAR DE CRIALES ET ARZE, ex canonico Pœnitentiario ut vocant sanctæ ecclesiæ Conchensis judex creatus monarchiæ in regno Siciliæ, quinquennioque fere post Rheginensis archiepiscopus in Neapolitano regno, præfuit huic sedi annis quatuordecim, literis, probitate vitæ & prudentia omnibus carus, & in magno pretio. Habemus ab eo justi voluminis opus:

Carta que escrivió a su Magestad: qua inter alios abusus Hispaniæ regnorum majoratuum introductionem acriter insectatur. Rhegii per Jacobum Mathei de Mesina 1646. in 4. In hoc opere refert se ad eamdem Majestatem transmisisse anno MDCXLII.

Observationum super Tribunali & Jurisdictione Judicis Monarchiæ Siculæ volumen primum.

Decessit in sede sua anno MDCLVIII.

F. GASPAR DE CRUCE, Lusitanus, Cetobricensis, ordinis Prædicatorum, in India, Persia, Camboja, Sinarumque regno versatus edidit, Regique Sebastiano dicavit:

Tratado em que se cõtam muito per estenso as cousas da China com suas particularidades, e assi do reino de Ormus. Eboræ 1569. in 4. Castellanam reperiri formis Hispalensibus hujus libri editionem alicubi lego.

Electus auctor in Malacæ urbis præsulem ab eodem Sebastiano Rege, obiit diem suum in patria, peste confectus, in quam ex ministerio præstando iis, qui epidemiam contraxerant anno MDLXIX. ei regno fatalem, vi-

victima caritatis incurrit. Mentionem ejus habent Thomas Malvenda lib. IV. *de Antichristo* cap. XV. & XVI. Joannes Gonzalez de Mendoza lib. II. *Histor. Sinensis* cap. I. & III. Alphonsus Fernandez in *Historia Ecclesiastica* sui temporis libro II. cap. XLIII. Joannes de Sanctis in *Æthiopia Orientali* parte II. lib. II. cap. II.

D. GASPAR DE ESCALONA ET AGUERO, Americanus, ex Argentina urbe regni Peruani, parentibus tamen Hispanis natus, Chilensis senator, scripsit:

Arcæ Limensis Gazophilacium regium Peruvicum administrandum, calculandum, conservandum. Matriti 1647. in folio.

Del Oficio del Virey. MS. Laudat Antonius de Leon in *Bibliotheca Indica.*

GASPAR ESCOLANO, Valentinus gente, forsan & urbe, gentis quidem chronographus Regius, & in eadem urbe regni principe ad S. Stephani paræciale templum rector, post Martinum Vicianam, Beuterumque patriis rebus scripto consignandis intentus, excuso in eum finem urbis tabulario, pluribusque aliis veteris ævi monumentis, ad rem accurate pertractandam decennii totius opera collectis, digestis, atque in historiæ corpus transformatis, dedit in vulgus tandem:

Decada primera de la Historia de la insigne y coronada ciudad y reyno de Valencia: duobus tomis. Valentiæ typis Petri Patricii Mey: priore quidem anno 1610. posteriore autem 1611. folio. Quæ tantum Decas vidit lucem ex tribus ab auctore promissis.

GASPAR ESTAZO, hoc est, STATIUS, sive EUSTACHIUS, Lusitanus, Eboræ forte natus, literis saltem instructus in domo Henrici serenissimi Portugalliæ Regis, dum adhuc Regum antecessorum frater patruusque, S. R. E. cardinalis & antistes esset Eborensis, a decimo ætatis anno educatus, vir quidem studio rerum antiquarum, defæcatoque ac virili judicio præstans, edidit vernacule:

Varias antiguidades de Portugal. Simulque:

Tratado de linhagem dos Estaços naturales da ciudade de Evora. Olisipone apud Petrum Craesbeck 1625. in folio.

F. GASPAR ESTEVAN, hoc est, STEPHANUS, laudatur ab Alphonso Acevedo in *Comment. Leg. v. Tit. III. Lib. I. num. 6. & in Leg. XI. Tit. III.* ejusdem *Libri Recopilationis legum Hispanarum* uti auctor cujusdam:

Tractatus pro Immunitatis Ecclesiasticæ defensione.

GASPAR FERNANDEZ, Toletanus, Jesuitarum sodalis, Francisci Borgiæ perpetuus comes, & a confessionibus, quem Martinus Navarrus in *Manualis* sui præfatione *eruditissimum*, & *Societatis decus egregium* appellat, scripsit inedita adhuc:

De Statu & officio S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium libros III.

De Dialectica.

De Immortalitate Animæ: nonnullaque alia.

Toleti denatus est anno MDLXXV.

GASPAR FERNANDEZ, Lusitanus, Pacensis, cum Alegambius Jesuitarum publicavit *Bibliothecam* paratos editioni habebat, an Lusitanica lingua?

Concionum tomos XII.

Moliebatur etiam *Continuationem Commentariorum P. Francisci Mendozæ super Libros Regum.*

GASPAR FERREIRA, Lusitanus, in oppido Fornos natus, Jesuita, anno MDXCIII. ad Indos missus Portugallensis ditionis Asiaticos, in Sinas usque pervenit facturus Christo cum aliis, & inter eos Matthæo Riccio, ejusdem Societatis operariis lætam per quadraginta annos & amplius messem. Linguam is Sinicam perfecte callens edidit ibidem:

Sanctos menstruos, additis Sanctorum Patrum, ac S. Scripturæ sententiis, quos singulis mensibus more Societatis solent Jesuitarum Sodales Neophytis partiri. Item:

Meditationes de Quindecim Rosarii Mysteriis. Bibliotheca Societatis postrema.

GASPAR FERREIRA REIMAN, Lusitanus, dedit Lusitanice:

Derroteiro da carreira da India 1610. in 4.

GASPAR DE LA FIGUERA, Bilbilitanus, Jesuita, de quo late agit renovatæ *Bibliothecæ Societatis* auctor, scripsit:

Suma Espiritual en la qual se explican todos los casos y dificultades que se ofrecen en el camino de la Perfeccion. Vallisoleti 1637. Cæsaraugustæ eodem anno. Hispali 1648. in 16. Compluti 1653. Italice autem dedit Carolus Zannerus Bononiæ 1650. in 12.

GASPAR DE LA FIGUERA CUBERO DE MONFORTE, Valentinus, eques ordinis de Montesia, balliuus ut vocant generalis de Morella, judex Regiarum causarum, vir valde eruditus, scripsit:

Mis-

Miſcellanea ſacra. Valentiæ 1657. Item:

Vitam S. Antonii Abbatis magni Archimandritæ Ægypti. Ibidem 1664.

Georgicas ſacras : diverſum opus ut credo a Miſcellaneis. Laudat hunc non mediocriter Hippolytus Samper in *Monteſiæ illuſtratæ* prima parte, num. 328. lit. v. in margine, & num. 355. lit. i. in margine. Didacus Joſephus Dormer in *S. Laurencio defendido en Hueſca* pag. 166.

GASPAR FRUCTUOSUS, Luſitanus, inſulas hujus regni deſcripſiſſe dicitur, reſque in his geſtas in commentarium retuliſſe, ſic inſcriptum:

Hiſtoria das Ilhas, hoc eſt, Inſularum Hiſtoriam. Meminit ſæpe hujus Georgius Cardoſus in *Agiologio Luſitano.*

F. GASPAR DE LA FUENTE, Toletanus, ordinis Minorum provinciæ Caſtellæ, ex collegio Complutenſi evocatus Romam docuit prius liberales artes in cœnobio Sancti Petri, Montiſaurei nuncupato, mox theologiam una cum Antonio Hiqueo Hiberno, viro doctiſſimo, in collegio S. Iſidori Agricolæ, ſodalibus Hibernis ejuſdem ordinis nuper erecto. Complutenſem domum a reditu gubernavit, Joanni Merinero miniſtro generali a ſecretis fuit, præfectus ſuæ provinciæ, ac diffinitor generalis, ſupremis itidem apud nos Fidei cenſoribus a conſiliis theologicis, vir ſubtilis, doctus & prudens. Scripſit:

Quæſtiones Dialecticas & Phyſicas ad mentem Doctoris Scoti. Lugduni 1631. in 4. apud Jacobum & Andream Proſt. Contulit quoque operam ſuam una cum Petro de Balbas, Petro de Alba & Joanne Gutierrez in:

Armamentarium Seraphicum, & Regeſtum univerſale tuendo Titulo Immaculatæ Conceptionis. Matriti typis Regiis editum anno 1649. in folio. Edidit etiam Hiſpanice:

Relacion del Capitulo General celebrado en Toledo año de MDCXXXIII. Matriti eodem anno.

D. GASPAR GARZERAN DE PINOS ET CASTRO, comes de Guimera, & vicecomes de Evol, Aragonenſis, hujus regni antiquitatum non mediocriter gnarus, ſcripſit:

Tablas demonſtrativas de los antiguos y modernos Condes de Ribagorza. Quas MSS. habere ſe in bibliotheca ſua, donatas ſibi a Ferdinando Aragonio, Villæformoſæ duce, retulit mihi D. Joſephus Pellicer, Regius chronographus.

El Sumario Genealogico de la Caſa de Pinos. Hoc opus ſub nomine Ludovici de Vera, quem a ſecretis habebat, publicavit; ſed verum auctorem eſſe comitem noſtrum Stephanus Corvera in *Vita Dominæ Mariæ Cervellon* cap. LXXXVIII. affirmat non obſcure.

GASPAR GARZIA, Oriolanus cognomento, quod ex Orihuela regni Valentiæ urbe oriundum ſignificat, vere autem ex Oliva ejuſdem regni oppido, quod Gaſpar Eſcolanus in Commentariis Valentinarum rerum aſſeverat, verſibus celebravit Murcienſis regni Chriſtianam a Jacobo Rege factam expeditionem illo opere, quod titulo iſto inſignivit:

La Murgetana del Oriolano, guerras y conquiſta del reino de Murcia por el Rey D. Jayme I. de Aragon. Valentiæ 1608. in 8.

Pedeſtri ſermone *Annales* ſeu *Chronicon ejuſdem regni*, quod elaborare ſe tunc temporis publicavit, nondum vidimus.

F. GASPAR GARZIA DE LA CRUZ, Franciſcanus laicus provinciæ Caſtellæ, natus in urbe Huete, ſuaſurus Hieroſolymitanam expeditionem ſcripſit:

Patria del Hijo de Dios. Matriti apud Franciſcum Martinez 1642. Ita Waddingus *De Scriptoribus ordinis Minorum.*

GASPAR GERAU, Valentinus, rhetor, & in Complutenſi ſchola ejus artis profeſſor, ſcripſit:

De Arte oratoria. Valerius Andreas in *Catalogo Scriptorum Hiſpaniæ* eum laudat.

GASPAR GIL POLO, Valentinus, juriſconſultus, celebratur maxime inter eos qui eruditis fabularum adinventionibus delectantur. Ejus namque eſt opus ſic inſcriptum:

Diana enamorada : quinque libris, proſequens Georgii Montis-majoris Luſitani Caſtellanam elegantiſſimam illam compoſitionem, cui Dianæ nomen auctor fecit, quæque *Prima* hodie audit *Dianæ Pars.* Continuavit fabulam, adjunxitque ſecundam partem Alphonſus quidam Perezius Salmantinus parum dextre, lampada noſtro Polo tradens, qui vel æquavit Georgium ipſum, vel ſuperavit. Prodiit Valentiæ 1564. apud Joannem Mey in 8. Antuerpiæ quoque hanc tertiam partem editam ſcio 1574. in 12. Bruxelliſque apud Rogerium Velpium 1613. in 12. Digna quidem hæc viſa eſt viro immenſæ lectionis, ſubactique judicii, Gaſpari Barthio quam una cum aliis Hiſpanorum operibus in Latinam linguam converteret, hoc elogio auctoris & libelli uſus : *Egregia vero compoſitio eſt, & quæ, ſi Græco Latinoque ſermone ante aliquot hæc ſæcula concepta fuiſſet, dubio procul cum principibus ſcriptorum amabilium cenſeretur jam olim. Monita inſunt inſignia,*

gnia, & ex medio rerum usu petita, quæ palmam merito omnibus aliis eripere censentur. Scopus ipse libelli minime turpis, aut fœditatis consectator est, quo vitio non pauca etiam antiquorum scriptorum monumenta vere prudentibus sordere debent. Historiæ obiter recensitæ nulla prorsus obscœnitate, multa vero venere artificiose & suaviter, ne juncturam videas intextæ. Procul omnis sermonis & allusionum quæ vernilitas dicitur, re ipsa autem lascivia est. Carmina faventibus adeo musis & gratiis nata, ut horum inventiones potissimum omnibus memoriæ artificibus hoc quidem in genere opponere velim. Hæc Barthius in commendatione operis, quem *Erotodidascalum*, seu *Nemoralium* libros v. appellatum edidit Hannoviæ 1625. in 8. apud Aubrios. Quam conformat huic judicio Michaelis de Cervantes judicium! qui in celebri illo similium librorum, & fabulosorum nostratis linguæ operum examine, quod in festivissima illa introduxit fabula de *D. Quixote de la Mancha*, primam Georgii Montis-majoris partem nonnullis impertinentibus expurgari, secundam Salmantini rogo cum aliis pluribus tradi, tertiam vero Poli, tanquam si esset ipsius Apollinis, reservari debere censuit. Scripsit:

De origine & progressu Juris Romani, deque Jurisprudentum, & Imperatorum temporibus. Cujus editio quædam Valentina est anni 1615. ex officina Philippi Mey. Item:

Ad Titulum Digest. Ad Municipalem. Nam extitisse hunc in Ramireziana bibliotheca refertur in ejus catalogo.

Veneracion que en Valencia se hace al Padre Mossen Francisco Geronimo Simon. Segobricæ per Philippum Mey 1613.

GASPAR GONZALEZ, Lusitanus, Societatis Jesu, propter multiplicem eruditionem evocatus Romam ad formanda sociorum studia, habuit in aula Pontificia, cum Japonum legati publici exciperentur, die XXIII. Martii MDLXXXII. gravem atque elegantem ad Gregorium XIII. P. M. Francisci Regis Bungi nomine:

Orationem, quæ edita est, cum Romæ 1582. tum alibi.

Obiit Romæ anno MDXC.

GASPAR GRAXAR, theologiæ licentiatus ut vocant apud Lovanienses creatus, magisterque apud Salmanticenses, anno MDLXI. vices gerebat Gregorii Galli Dominicani, rude jam ab eadem academia donati, explanandorum sacrorum librorum in cathedra. Abbas deinde S. Jacobi de Pennalba ecclesiæ Asturicensis factus scripsit:

Commentarium in Micheam Prophetam. Salmanticæ apud Mathiam Gastium 1570. in 8.

Viri doctrinam Francisci Sanctii Brocensis hæc querela ostendit in epigrammate operi præfixo, unde hi versus sunt:

An magnum præstasse putas post tempora longa,
Micheam parvum si dederis populis?
An docti periere, rogo, monumenta laboris,
Quæ vidi in pluteis multa jacere tuis?
Cur tanta invideas orbi bona, &c.

GASPAR GUTIERREZ DE LOS RIOS, Salmanticensis, humaniorum literarum atque utriusque juris professor, scripsit:

Noticia general para la estimacion de las Artes; y de la manera que se conocen las liberales de las que son mechanicas, y serviles, con una exhortacion a la honra de la virtud y trabajo contra los ociosos: Francisco Sandovalio Lermæ duci. Matriti 1600. in 4. apud Petrum Madrigal.

GASPAR DE HERMOSILLA, jurisconsultus, scripsit, quod filiorum Joannis & Sebastiani opera in lucem prodiit, opus, scilicet:

Additiones, notas, resolutiones ad Glossas Gregorii Lopezii super quintam Partitam: duobus tomis. Beatiæ 1634. folio. Desiderantur reliqua, quorum spem ipsi editores tunc fecerant.

GASPAR DE HERRERA, medicus doctor ut suspicor, scripsit:

Virtudes de los baños de Hermes. Pampelone 1624.

GASPAR HIERONYMUS VALLE, Complutensis collegii Trilinguis sodalis, professorque artis rhetoricæ, conscripsit:

De Prosodia librum. Compluti apud Joannem Brocar 1553. in 8.

GASPAR HURTADO, Mondexarensis (quod oppidum marchionale est Mendoziæ domus) ex doctore theologo Complutensi, & ad S. Ildephonsum sodali, professoreque philosophiæ primario, Societatis Jesu sacerdos, plures annos theologiam eodem in gymnasio docuit, editis interim in minori forma tomis pluribus, quibus breviter solide ac dilucide hujus scientiæ difficillima quæque explicuit. Istorum hæc argumenta:

Disputationes de Matrimonio, & Censuris. Compluti 1627. Lugduni 1629.

De Incarnatione Verbi. Compluti apud Joannem de Villalobos 1628. in 4.

De Sacramentis in genere, & in specie de Baptismo, Confirmatione, Pœnitentia, & Ex-

Extrema unctione. Compluti 1629. Antuerpiæ 1633. una cum *Disputationibus de Censuris* in folio.

De Eucharistia, Sacrificio Missæ, & Ordine. Eodem anno Antuerpiæ item cum superioribus in laudata editione.

De Beatitudine, actibus humanis, bonitate & malitia, habitibus, virtutibus & peccatis. Matriti 1630. in 4.

De Fide, Spe & Charitate. Matriti apud Franciscum de Ocampo 1632. 4.

De Justitia & Jure. Matriti 1637. in 4.

De Deo tractatus. Ibidem 1642. 4. & apud Gabrielem de Leon 1662. 4.

De Religione.

De Legibus & de Gratia.

De Angelis.

D. GASPAR IBAÑEZ DE SEGOVIA, Segoviensi parente natus Matriti ut existimo, olim Acropolitanus marchio, ac dominus loci de Corpa non procul a Regia curia, nunc & dominæ excellentissimæ...... de Mendoza uxoris capite marchio Mondexarensis, unus ex Hispanis magnatibus, Alcantaræ ordinis eques, inter opulentæ domus delitias & natalium claritatis illecebras, quæ alio quam ad virtutem & animi cultum avocare nobilissimum quemque virum fere solent, toto mentis impetu in studia literarum incubuit, ingenii memoriæ industriæque dotibus apprime ornatus, amplissimæ itidem bibliothecæ librorum omnis generis possessione instructus, & quocumque verteret curiosos doctrinæ oculos ad id perficiendum, literisque committendum paratus. Amat enim studia linguarum orientalium, Gallicam insuper & Italicam, delectatur carmine, & historiarum vernaculæ & exoticarum omnes latebras excusit memoriaque comprehensas habet, genealogico studio & cognitione nobilium fere totius Europæ familiarum cedens nemini. Hæc de viro clarissimo, quem scripta sua expressius omni laude ostendunt, non tacere debuimus, id muneri nostro interim dantes, a quo abstinere stilum judicii defæcati alias inops amicitiæ indixisset. Scripsit hactenus, typisque commisit:

Discurso Historico del Patronato de S. Frutos contra la supuesta cathedra de San Hierotheo en Segovia, y pretendida autoridad de Dextro. Cæsaraugustæ apud Joannem de Ibar 1666. Unus enim est, & forsan primus, qui literis traducere non erubuit persuasionem fere communem gentis nostræ Dextro & similibus Toleti & alibi formatis, & pro legitimis antiquorum scriptorum fetibus in publicum emissis faventem, ac velut historiæ quibusdam numinibus assurgentem: quæ magna ex parte jam decoxit apud homines præsertim qui judicio non præjudicio utuntur, famæque suæ & gentis Hispanæ amantes vere sunt; sed cum adversus hanc veritatis apologiam non unus aut alter, obsequium putantes se fabulis præstare, Segobiensi patriæ insurrexissent, reposuit his doctissimum hujus tituli commentarium:

Disertaciones Eclesiasticas por el honor de los antiguos Tutelares contra las ficciones modernas. Cæsaraugustæ apud Didacum Dormer in fol. 1671. Perfectam habet, quæ typos propediem expectat:

Segunda parte de las disertaciones eclesiasticas.

Explicacion de un lugar de Suetonio, y examen de la deidad que consultó Vespasiano en el Carmelo contra librum *Ruina del Idolo del Carmelo* Fr. Laurentii Angeli de Espin Carmelitæ provinciæ Aragoniæ inscriptum. Hispali apud heredes Joannis Gomezii Blasii in 4.

Predicacion de Santiago en España acreditada contra las dudas del P. Christiano Lupo, y en desvanecimiento de los argumentos del P. Nadal Alexandro. Cæsaraugustæ apud Dominicum de la Puyada 1682. in 4. Ultima lima expolitum servat, luci propediem daturus, insigne atque eruditione plenum opus:

Origenes de España inscribendum, sive de Tubale & reliquis antiquissimis Hispaniæ habitatoribus. Itemque:

Entrada de los Judios en España en que tiempo fuese, hoc est, de primo ingressu Hebræorum in Hispaniam. Parabat etiam:

De Mose primo Scriptore omnium veteris ævi Scriptorum opusculum: in quo argumento prævenisse eum videtur Joannes Henricus Ursinus editis Norimbergæ 1661. *De Zoroastre, Hermete, & Sanchoniatone pro Mosaicæ scripturæ antiquitate exercitationibus familiaribus.*

D. GASPAR DE S. JOANNE, Lusitanus, domo ex urbe Lerinensi seu Leiriensi, canonicus Regularis S. Crucis Conimbricæ, sacræ theologiæ magister, fato functus xv. Februarii MDCXXXIV. Reliquit ineditum:

Commentarium super Threnos Hieremiæ: cujus rei testis est D. Nicolaus de S. Maria in *Chronico* Lusitano *Canonicorum regularium* lib. x. cap. xxix.

GASPAR LAX, ex Sariñena oppido regni Aragoniæ, apud Parisios in collegio Montisacuti logicorum sui temporis princeps habitus, cum eadem in theologicis fama Joannes cognomento Majoris hanc ipsam scholam, qualis erat captus ævi illius, impleret. Et tamen patriæ amore inflammatus Parisiensi atque aliis sibi oblatis conditionibus renuncia-

ciavit, reverſuſque ad ſuos Cæſarauguſtæ ſcholam & domicilium fixit, qui quidem artis dialecticæ commentaria hæc in vulgus ediderat:

Terminos, *& Exponibilia*: ad Petrum Sancium, Cæſarauguſtanæ eccleſiæ priorem. Pariſiis per Joannem de la Roche 1511. folio.

Inſolubilia: eidem dicata. Edita ibidem apud Remondum le Fevre 1512. folio.

De Oppoſitionibus propoſitionum Categoricarum, *& de earum æquipollentiis* tractatum: Hieronymo Cavanillas, Valentino, Sancti Jacobi equiti, Regio apud Gallorum Regem legato. Pariſiis apud Thomam Leeſveſalienſem 1511. folio.

Obligationes: Jacobo de Alcaraz, Valliſoletanæ ſedis archidiacono. Ibidem 1512. folio apud Joannem Roche.

De Arte inveniendi medium tractatum. Pariſiis in folio apud Remond le Fevre. Et iterum una cum:

Summa Syllogiſmorum. Pariſiis 1514. folio. Cæſarauguſtæ 1528. in folio.

Impoſitiones. Pariſiis per Joannem de la Roche 1512. folio.

Summulas, *& Philoſophiam.* Cæſarauguſtæ 1521. folio.

In re quoque mathematica:

Arithmeticam ſpeculativam duodecim libris demonſtratam. Pariſiis 1515. folio. Quem librum Franciſco Mello Luſitano, danti per id tempus operam literis in eo gymnaſio, generoſo ut appellat atque eruditiſſimo viro, doctiſſimoque artium mathematicarum & literarum decori, nuncupavit. Item:

Proportiones. Ibidem eodem anno.

At de auctore iſto & ſimilibus operæ pretium erit Alphonſi Matamori Hiſpalenſis, cujus *de Academiis*, *& doctis Hiſpaniæ viris Apologia* eſt, verba cenſionemque adjungere: *Tum*, inquit, *Gaſpar Lax*, *Ferdinandus Enzinas*, *duo fratres Coronelli*, *Joannes Dolzius*, *Hieronymus Pardus*, *Coetus*, *Dulartus*, *Naverus*, *aliique quamplurimi tempore eodem docere ſe profitebantur*, *arrogantibus ſane verbis*, *vertere in candida nigrum*, *& quibus reſpondere non poſſent*, *præſtigiis cum Davo ludificari*, *rem ſane veris diſciplinis pernicioſam*, *quam non aliter inhiberi poſſe video quam ſeveritate invictiſſimi Cæſaris*: *quod Franciſcus Galliarum Rex importuniſſimis barbaris Lutetia pulſis magna cum laude Gallici nominis*, *& majori ſtudiorum utilitate noſtris temporibus fecit. His autem hominibus*, *neque ingenium defuit*, *neque probabilis induſtria*, *ſed ætatis injuria tanta fuit ut felix multorum natura*, *qua donati eſſe videbantur*, *invenire aliquid perfectius non poſſet*, *in quo præcipue elaborandum putaret.* Hactenus ille. Quidquid vero de ceteris notum alias ſit, de Gaſpare noſtro atque Dulardo ſaltem mihi compertum eſt doluiſſe eos nonnumquam impenſe quod ſe tam multos annos vanis his ac futilibus ſtudiis impendiſſent: cujus rei Ludovicum Vivem, utriuſque horum in re dialectica Pariſiis aliquando auditorem, in eo libello, quem *adverſus Pſeudo-Dialecticos* eleganter, ut cetera, docteque conſcripſit, aſſirmatorem habeo.

F. GASPAR DE LEON, ordinis Minorum provinciæ Sancti Jacobi, magni nominis eccleſiaſtes, edidit:

Homilias & Sermones pro ſingulis Dominicis ac diebus feſtivis totius anni. Salmanticæ 1554. in 4. quatuor tomis.

Deſtructorium inſuper *Repetitionis editæ a quodam Magiſtro ordinis Prædicatorum in conventu Salmantino de præmiis*, *quæ debentur meritis mortificatis per pœnitentiam dignam vivificatis*: in 4. MS. Incipit: *Tanta eſt virtus Pacis* &c.

Floruit circa annum MDXLVIII.

GASPAR DE LEONE, alias DE REGIBUS, (vulgus Luſitane effert DE LIAON ET DOS REIS) in oppido Lagos Algarbienſis regni humili loco natus, Henrico tamen Infanti Portugalliæ S. R. E. cardinali, qui poſtea throno regni fuit impoſitus, a cappellæ miniſterio, morum integritatis ac vitæ innocentiæ, atque item theologicæ doctrinæ meritis adeptus fuit ut Goanæ urbis Indorum primus archiepiſcopus crearetur. Scripſiſſe dicitur:

Compendio da doctrina Criſtaã. Conimbricæ 1600.

Epiſtolam contra Judæos. Goæ 1555. ſive 1569. & alia multa.

GASPAR DE LOARTE, Medinenſis, inter Societatis Jeſu ſacerdotes, jam ætate provecta laureaque doctorali ſuſcepta, cooptatur, hujus conſilii auctore Joanne de Avila viro Apoſtolico, cujus ducatum in ſpirituali negotio ſequebatur, nempe anno ſæculi ſuperioris ſecundo ſuper quinquageſimum. Beato parente Ignatio, cum Romæ præſens, tum in rectoratu duplici collegiorum Genuenſis & Meſſanenſis ſe probavit. Hiſpaniæ tandem redditus Valentiæ Edetanorum anno MDLXXVIII. e vivis ſublatus eſt, vir pius juxta ac doctus, & in rerum divinarum meditatione jam a ſæculari vita multum exercitatus. In lucem edidit (quo ſermone non aperit Alegambius)

De Afflictorum Conſolatione libros II. quos Gallice vertit Petrus Frizon, canonicus Rhemenſis, ediditque Duaci 1594. in 12.

12. & 1616. in 16. Itemque, si Verderio credimus, G. Binois Parisiis 1579. in 16. apud Thomam Brumen, ac postea ibidem 1584. Hos certe Italice primum Venetiis 1575. apud Petrum de Franceschis, deinde Hispanice dedit Valentiæ apud Joannem Navarrum 1578. in 8. Italice prodierunt iterum Venetiis 1593.

De Continua Passionis Christi memoria. Unaque:

Meditationes de Passione Domini. Brixiæ Italice 1580. in 16. & Bononiæ 1576. Duacique Latine typis Balthasaris Belleri 1605. in 12. Gallice prodierunt Parisiis ex officina Thomæ Brumen 1578. in 16.

Meditationes de Rosario B. Virginis. Moguntiæ 1598. in 12. ex interpretatione Latina Joannis Busæi Jesuitæ, sed Italice Venetiis apud Dominicum Franciscium 1573.

Exercitium vitæ Christianæ. Barcinone 1569. in 8. Hispana lingua. Et Italice Venetiis 1593. Gallice opera G. Binois Parisiis apud eumdem Brumen 1580.

Remedia contra septem peccata mortalia.

Antidotum spirituale contra pestem.

Tractatum de sacris Peregrinationibus, Stationibus & Indulgentiis: quem Italice ab auctore scriptum, atque editum Venetiis apud Guerras 1575. Latinum fecit Joannes Gelderman, ediditque Coloniæ 1619. in 12.

Instructionem Sacerdotum & Confessariorum. Coloniæ 1602. in 12. deinde Mussiponti, ac tandem Parisiis 1653. in 12.

GASPAR LOPEZ, (patria-ne, an cognomine?) CANARIUS, inter Lusitanos medicos numeratur a Zacuto Hebræo, qui & ipse in Lusitania natus fuit, Ursaone professus artem medicam Petri Gironii ducis valetudinem ex munere tuebatur cum foras dedit:

In Libros Galeni de Temperamentis novos & integros Commentarios, in quibus fere omnia quæ ad naturalem Medicinæ partem spectant continentur. Compluti apud Petrum de Robles & Sebastianum Cormellas 1565. folio.

GASPAR LOPEZ, Lusitanus, ex oppido Portimaõ in Algarbia, scripsit:

Grammaticam Artem. Cardosus.

GASPAR LOPEZ SERRANO, Cordubensis, presbyter, publici juris fecit:

Discursos para todos los Evangelios de Adviento y Quaresma, con addicion de Discursos para las fiestas, que suelen concurrir en ella. Cordubæ 1620. in folio apud Gabr. Ramos.

D. GASPAR LOZANO, parochus in oppidis de Moraleja la mayor, de Alba de Tajo, de Santa Maria de las Herencias Toletanæ diœcesis, Christophori Lozano, cappellani Regii sacelli Regum Novorum uti vocant ejusdem urbis, ex fratre ut credo nepos, hujus lucubrationibus, quas diem suum forsan obitus alteri cessit, continuaturus edidit:

Tercera Parte del Grande Hijo de David Christo Señor nuestro, Historia Sagrada y Evangelica &c. *Escribiola el Doctor D. Christobal Lozano* &c. *y la prosigue D. Gaspar Lozano su sobrino, Cura proprio que ha sido* &c. Matriti apud Andream Garzia de la Iglesia 1674. in 4. Vide in Christophoro Lozano.

GASPAR LOZANO ET REGALADO, canonicus Legionensis, scripsisse dicitur metrice:

Loores de los Santos. Valladoliti 1619. in 8.

GASPAR LUCAS HIDALGO, Matritensis, edidit:

Apacible entretenimiento de las Carnestolendas de Castilla. Barcinone 1606. 8. Matritique apud Alphonsum Martin 1618. 8.

D. GASPAR MALDONADO, Lusitanus, dum viveret curiosus existimabatur rei genealogicæ, necnon quædam huc spectantia scripta reliquisse. Obiit tamen decollatus Olisipone ante aliquot annos.

F. GASPAR MANZEBON, Oriolanus, ordinis eremitarum Divi Augustini in domo Valentiæ urbis, scripsit:

Vida del V. P. Fr. Melchor de Arazil, qui in eadem domo intra annum probationis decessit vitæ sanctitate insignis.

Vida de la B. M. Soror Juana Guillem ejusdem ordinis sanctimonialis Oriolensis, virtutibus & miraculis eximiæ. Oriolæ 1617. 4.

Decessit Majoricæ in Balearibus anno MDCXXV. cœnobii Deiparæ, quam del Socorro vocant, præfectus.

F. GASPAR DE MELO, Truxiliensis in Extremadura, Augustinianorum Salmanticensium sodalis, sacræ theologiæ magister, professorque sacrorum Bibliorum in lyceo Vallisoletano, edidit:

In S. Matthæum. Vallisoleti apud Didacum Fernandez 1584. in folio.

In S. Lucæ Evangelium Commentaria. Ibidem 1597. in folio.

In Apocalypsin Commentaria. Ibidem 1589. in folio.

D. GASPAR MERCADER, Valentinus,

nus, comes primus de Buñol, urbanis omnibus & militaribus exercitiis tempore suo clarus, scripsit, ut erat non minus ingenio præstans:

El Prado de Valencia. 1601. in 8. apud Petrum Patricium Mey.

Laudant eum Lupus Felix a Vega in *Lauru Apollinis*, sylva secunda; Gaspar Escolanus libro VIII. *Historiæ Valentinæ*, cap. XXVII.

F. GASPAR DE S. MICHAELE apud Indos orientales natus, Seraphici ordinis, in eoque concionator, atque Indicæ linguæ præceptor, scripsit (ait Waddingus) deditque in ipsas Philippi III. Regis Hispaniarum manus, ut imprimi juberet, libros duos Indice conscriptos, quos ille ad supremum suum de rebus Indicis concilium remisit:

Primus liber continet in Symbolum Apostolorum explicationem dialogisticam facili metro traditam, ut facilius Neophitis inhæreret, in qua præcipuos quosdam doctrinæ Catholicæ articulos expressit, ac Gentilium superstitiones, ac Idolatriam refutavit.

Secundus agit de miseriis humanæ vitæ, de pondere peccati, de quatuor novissimis, & beneficiis divinis. Adhuc sub obscura illa & Europæis imperceptibili lingua hi libri lucem expectant. Hæc Waddingus de *Scriptoribus Franciscanis.*

GASPAR MICHAEL DE LA CUEVA, Darocensis ecclesiæ canonicus, Regius Caroli Augusti cappellanus, scripsit:

Historia del Mysterio divino del Santisimo Sacramento del altar que está en los Corporales de Daroca. Compluti 1539. iterumque 1553. in 4. Cæsaraugustæ 1590. in 8.

Doctrina Christiana con declaraciones. Cæsaraugustæ 1554. in 12.

GASPAR DE MORALES, alias ALBERO, Cæsaraugustanus, doctor philosophus, sive medicus Complutensis, in oppido Paracuellos degebat scribens:

De las virtudes y propriedades maravillosas de las piedras preciosas. Matriti 1605. in 8. apud Ludovicum Sanchez.

GASPAR NAVARRO, inscribitur auctor libri:

Contra Superstitiones, Oscæ anno 1631. editi.

F. GASPAR NAVARRO, natus in Valentia urbe regni principe, Carmelita, Valentinus atque Sapientiæ Romanæ doctor theologus, primariusque sacræ scientiæ in patria academia professor, post alia & super alia munera provinciæ Aragoniæ præfectus, edidit nuper:

Narrationem evangelicam Matthæi ordinem sequentem gesta Christi Domini Salvatoris a prima Incarnationis luce, usque ad gloriam Ascensionis attingentem, nova methodo per synopsim capitum, & divisionem partium literam exponentem, & quæstiones cum Corollariis more scholastico dissolventem. Bitterris in Gallia, typis Henrici Martel 1681. folio. Tomus primus hic est complectens capita XIV. sequetur alter quo absolvetur opus.

F. GASPAR NUÑEZ, Hispalensis, sodalis fratrum Mercenariorum, sacræ theologiæ magister, edidit:

Rosario de Nuestra Señora. Granatæ 1616. 8. Floruisse hunc ad annum MDXVIII. nisi mendum subest, Petrus a S. Cæcilio auctor est in *de Scriptoribus hujus familiæ.* Meminit quoque ejus Stephanus de Corvera *in vita Dom. Mariæ Cervelloniæ* cap. XXXIX.

F. GASPAR PATO, Lusitanus, ex Reformatis seu Excalceatis Seraphici ordinis provinciæ S. Antonii, concionator verbi Dei cum viveret eximius, MS. reliquit, ut ex relatione Romam ex Portugallia remissa novimus:

Medullam quæstionalem communium Sacræ Scripturæ locorum.

GASPAR PEGADO, Lusitanus, domo ex Campo majori, aliis Evorensis, aliis Elvensis, jurisconsultus, ac senator Regius, dedit in lucem:

Repetitionem in L. Inter cætera. D. De Liberis & posthumis. Eboræ. 1598. 4.

Practica Criminal. in 4.

GASPAR PEREIRA, Lusitanus, scripsit:

Informazaõ per parte das ordens de Sant-Iago, e San Bento d' Avis contra o Arcebispo d' Evora. Olisipone per Georgium Rodriguez 1630. folio.

GASPAR PEREZ REBELLO, Lusitanus, domo ex oppido Aljustrel, ordinis S. Jacobi sacerdos Regularis, scripsit:

Explicaçaõ das Ceremonias da Missa.

A Constante Florinda. Olisipone 1625. Cardosus.

GASPAR PINTO CORREA, Lusitanus, Garaxalensis, primarius rhetoricæ artis professor Conimbricensis, deinde philosophiæ in schola urbis Bracharensis, edidit:

Lachrymas Lusitanorum in obitu Serenissimi Principis Theodosii II. Brigantini ducis se-

septimi. In fine sunt *Poematia* quædam vernacula ejusdem. Olisipone 1631. 8.

Virgilium quoque, poetarum Latinum principem, Lusitane transtulit, Eboræ editum 1640. in 4.

F. GASPAR PRIETO, Burgensis, Melchioris germanus frater, de quo suo loco fit mentio, Mercenariorum sodalis, Algerensis in Sardinia, atque inde Elnensis in Catalonia, episcopus postquam totum ordinem suum generalis administrasset præfectus, Sardis etiam pro Rege præfuit, vir admodum pius, & in pauperes largus & misericors. Scripsit:

Allegationes duas in materia celebrationis Comitiorum Regni Aragoniæ, quæ Cortes generales *audiunt, pro Philippo Rege IV.* fol.

GASPAR RAM, Balbastrensis, sacræ theologiæ doctor, primarium docendi sacras literas munus gessit. Inde ad Barcinonensem scholam translatus eumdem locum tenuit, unde iterum ad Oscenses post aliquod temporis intervallum reversus est, pristinamque reassumpsit professionem. Scripsit:

Breves advertencias a la vida Christiana. Mediolani 1616. 8. Latine vero:

Tractatum de Divinis prænotionibus, seu efficacia divinæ causalitatis, quinque relectionibus: priorem scilicet partem, Oscæ apud Joannem Perez de Valdiviesso 1611. 4.

Promisit alteram partem, hoc est, *de Præmotionibus*, atque item *Propugnacula duo tertiæ* harum *Relectionis, quæ de Scientia media est*, alterum adversus Franciscum Suarez, alterum adversus Leonardum Lessium. Archipresbyter fuit Darocensis in Cæsaraugustana ecclesia, egregiusque theologus, & aliquando a confessionibus D. Petro a Toledo, marchioni de Villafranca, Mediolanensis ducatus gubernatori, atque apud eum vicarius copiarum militarium generalis. Consulesis Vincentium Blascum de Lanuza tom. II. *Hist. Arag.* lib. ultimo cap. XLVII.

F. GASPAR DE LOS REYES, Antiquariensis, Augustinianus, visu oculorum orbus, sed ingenio admodum perspicax, musicus ac poeta non vulgaris, ac memoriæ felicissimæ, scripsit:

Tesoro de conceptos divinos. Hispali anno 1613. 8.

Obra de la Redencion, sive, *De la Pasion de Christo en octavas.* Ibidem in 8.

Romances de las Historias antiguas.

GASPAR DE LOS REYES FRANCO, Lusitanus, Olisipone natus, doctor medicus Eborensis, Carmonæ in Bætica medicinam faciebat cum eruditione plenum multaque varium doctrina opus edidit, ita convenienter inscriptum:

Elysius jucundarum quæstionum campus; philosophicarum, theologicarum, philologicarum, & maxime medicarum. Bruxellæ apud Franciscum Bivien anno 1661. in fol. Meminit idem alterius operis:

Heraclidis antrum nuncupati: quod nondum vidimus.

F. GASPAR DOS REYS, Lusitanus, in Turrium-novarum oppido natus diœcesis Olisiponensis, Carmelitarum sodalis, professor theologus in gymnasio Conimbricensi, atque in hac urbe collegii ordinis sui rector, Olisipone etiam domus Carmelitarum maximæ fuit præfectus, visitatorque provinciæ, & examinator synodalis, commisarius generalis die V. Augusti MDCXL. institutus, Aveirensibus ducibus Raimundo & Annæ Manriciæ ejus matri, atque item Joanni, germano Raimundi fratri, a confessionum arcanis. Edidit:

Lucernam Concionatorum, duabus partibus: quarum prior lucem vidit Olisipone apud Paulum Craesbeck 1658. Meminit G. Cardosus in *Agiol. Lusitano* die XII. Maii pag. 216. altera in cœnobio Carmelitarum ejusdem urbis asservatur MS.

Lusitana quoque lingua:

A Vida do Condestabel D. Nuno Alvarez Pereira: quæ sub alieno nomine MS. circumfertur.

GASPAR DE RIBADENEIRA, Toletanus, Societatis Jesu, doctor & professor sacræ scientiæ in academia Complutensi, publicavit usque ad hunc diem:

De Prædestinatione. Compluti anno 1652. in 4. apud Mariam Fernandez.

De Voluntate Dei Tractatum. Compluti anno 1655. 4.

De Scientia Dei. Iisdem typis 1653. 4.

De Actibus humanis in genere. 1655. 4.

GASPAR RODRIGUEZ, Gallæcus, Limæus, jurisconsultus patronusque causarum in dicasterio Vallisoletano, docte scripsit:

De Annuis & menstruis reditibus, tribus libris: quibus *census & ejus quod interest, necnon Usurarum materia tam in theoria, quam in praxi nove & analytice pertractatur.* Metymnæ a Campo anno 1604. in folio. Deinde prodiit cum accessione *Decissionum Sacræ Rom. Rotæ* ad argumentum spectantium. Lugduni sumptibus Laurentii de Anisson 1672. in folio.

F. GASPAR RUIZ, Pincianus, ordinis

nis Prædicatorum, facræ theologiæ magifter, cenforque negotiorum fidei apud S. Officii judices, primariam theologiæ cathedram Pincianæ academiæ, necnon & S. Pauli collegii, quæ domus eft etiam fratrum Prædicatorum ejufdem urbis, præfecturam adminiftrabat cum in lucem venire permifit:

Quæftiones selectas fuper III. Partem S. Thomæ, hoc eft, Commentaria circa illas in quibus defenditur doctrina illius ab omnibus finiftre intelligentibus eam ex quolibet fint inftituto. Pinciæ ex officina Bartholomæi Portoles anno 1652. folio.

F. GASPAR RUIZ, Benedictinus, monafterii S. Dominici de Silos, quem quidem domeftici teftes multum laudare folent, cum theologiæ & mathematicarum artium, tum hiftoriarum exactæ cognitionis ergo. Ejus adfervatur in eo cœnobio vernacula lingua:

La Hiftoria del Monafterio de Santo Domingo de Silos: quam quidem formabat anno MDCXXVIII.

F. GASPAR RUIZ MONTIANO, Benedictinus, vertit in vernaculam Caftellanæ gentis linguam Senecæ *de Beneficiis* libros, hoc titulo ufus:

Efpejo de Bienhechores. Barcin. 1606. in 4.

F. GASPAR DE SA, alias de S. BERNARDINO, Lufitanus, & provinciæ Indicæ ordinis S. Francifci, fcripfit vernacula lingua:

Itinerario da India per terra ate efte reino de Portugal com a defcripçaõ de Hierufalem. Ulifipone 1611. 4.

F. GASPAR SALA, Catalanus, ordinis S. Auguftini, qui fe, dum Gallis provincia hæc parebat fui oblita, Sancti Cucufatis Vallium abbas (San Culgat de Valls indigitant populares) audiebat, auctor eft libelli ejus, quo infelicem gentis fuæ defectionem excufare voluit, ita infcripti:

Proclamacion Catolica del Principado de Cataluña. 4. Deinde:

Epitome de los principios y progrefos de las guerras de Cataluña en los años de 640. y 641. Barcinone 1641. 4.

Vertit poftea e Gallico domini de Ceriziers:

El Heroe Frances, o la Idea del Gran Capitan: hoc eft, elogium Henrici a Lotharingia, comitis de Harcourt, Cataloniæ tunc pro Rege Chriftianiffimo gubernatoris. Barcinone 1646. 4.

F. GASPAR DO SALVADOR, Lufitanus, ordinis Prædicatorum provinciæ Indiæ, quæ Portugalliæ fubeft, Hiftoriam hujus provinciæ fcripfiffe dicitur. Cardofus.

GASPAR SALZEDO DE AGUIRRE, doctor theologus, primariufque theologiæ profeffor Beatienfis, atque in Gienenfi urbe ad S. Ildephonfum prior, fcripfit:

Allufionum Novi Teftamenti ad Vetus primum tomum. Gienii 1608. fol. fed folum. Hifpanice vero:

Relacion de algunas cofas infignes que tiene el Reyno y Obifpado de Jaen. Beatiæ anno 1614. 8. Videtur & hujus effe:

Pliego de Cartas. Beatiæ 1594.

GASPAR SANCHEZ, Granatenfis, Jefuita, concionandi munere totos XXX. & amplius annos cum in Bætica, tum Toleti ac Matriti egregie functus, in fchedis reliquit Francifci Labatæ opera editos:

Concionum tomos duos. Toleti anno 1597. Mox Brixiæ 1600. Moguntiæ eodem anno, & 1602. in 8. Venetiifque apud Paulum Ugolinum 1601. 4.

Deceffit Toleti anno MDXCI. ætatis LVIII.

GASPAR SANCHEZ, Centum-puteolanus (Carpentaniæ oppidum Cienpozuelos eft) honeftis & valde piis parentibus natus, nam hoc ipfe de matre, ad quartum Tobiæ caput fcribens, teftatum pofteris effe voluit. Septimo decimo ætatis anno inftitutum Societatis amplexus, tricennium integrum (quod mirum valde eft) ante & poft fufceptos facros ordines Oropefæ atque aliis in locis humaniorum difciplinarum profeffioni continenter impendit: inde jam ad majora traductus, quam nempe viam hactenus occluferat ei modeftiffimum obedientiæ, gerendique fibi injuncti muneris propofitum, hoc eft, voluminum facrorum explanationem, in Complutenfi collegio magna cum laude atque illuftribus editis hujus argumenti operibus tenuit. Vir plane ad ftudia natus, qui nec humanitus aliquid, quo ipfa retardarentur momento aliquo temporis paffus eft, robufta adeo, ac veluti ænea, valetudine femper ufus, ut neque in fenectute extrema etiam a prandio ipfo, quod feriatum eft omni ætati intervallum temporis, fine ulla capitis vel ftomachi jactura folitam ftudiorum contentionem remitteret. Extra mortalium fortem pofitum hominem diceres, qui confpirantibus rara quadam vegetioris naturæ conformatione, inexpugnabilique ad externa & interna omnia mentis æquitate, nullam five algentis five æftuantis five aliqua alia affectione moti fignum ufque ediderit; et, quod mirum videri debet, nemo eum excreantem tuffientemve, aut

aut humorem naribus excernentem conſpexiſſe dicitur. Eruditionem ipſe variam & exquiſitam, ſtudiaque eloquentiæ magno ſucceſſu cum præſtantiſſima cognitione divinarum literarum, ſapientiæque ſacræ totius conjunxit. Et quidem hoc largi & exundantis ingenii, ſingulariſque itidem doctrinæ atque judicii, argumentum in ſchedis ſuis autographis reliquit illuſtre, quod non ulla litura deformati, ullove charactere minuti, etiam liturarii ipſi, exemplariaque emendatiſſimorum undique monumentorum per omnes paginas conſpiciantur. Hujus & pietatem innocentiamque, tranſactum ſcilicet ſine letali labe ac ſine ullius querela vitæ curſum, carnis ſubinde integritatem, ſui ipſius depreſſionem, ac erga omnes caritatem eximiam, obſequium denique ſuperioribus exactiſſime delatum domeſtici prædicant. Verum hiſce omnibus perfectiſſimæ formæ monumentis doctrinam poſteris commendavit:

In IV. Libros Regum & Secundum Paralipomenon. Lugduni apud Horatium Cardon anno 1623. fol. Et Antuerpiæ typis Verduſii anno 1624.

In Libros Ruth, Eſdræ, Nehemiæ, Tobiæ, Eſther, Machabæorum. Lugduni anno 1625. apud eumdem Cardon.

In Librum Job. Ibidem 1625.

In Cantica Canticorum: quibus adjunxit *Expoſitionem Pſalmi* LXVII. Lugduni anno 1616. apud Horatium Cardon.

In Iſaiam. Lugduni 1615. apud eumdem Cardon. Antuerpiæ apud Verduſium anno 1616.

In Jeremiam: cui acceſſit *Explicatio Pſalmi* CXXXVI. *ejuſque & Threnorum Jeremiæ paraphraſis*, elegis verſibus. Lugduni 1618.

In Ezechielem. Lugduni anno 1619. apud Cardon.

In Danielem. Ibidem eodem anno in eadem officina.

In XII. Prophetas minores, & Baruch. Lugduni 1621. ex quibus prodierat ſeorſim jam *Commentarius in Zachariam.* Ibidem 1616.

In Actus Apoſtolorum: quibus acceſſit *Diſputatio De S. Jacobi, itemque Petri & Pauli Apoſtolorum in Hiſpaniam adventu.* Lugduni apud eumdem Cardon 1616. in 4. Coloniæ anno 1617.

Reliquit prelo maturum duodecimum volumen:

In Sapientiam: *& in Eccleſiaſtici* caput XXIV.

Ætatis annum agens quintum & ſeptuageſimum, cum ex Complutenſi profeſſione ad Matritenſe Societatis gymnaſium, primamque ibi ſacræ paginæ ſtudiis tunc primum formandis lectionem evocatus fuiſſet, nondum libato munere, anno Chriſtiano MDCXXVIII. ex hac vita migravit. Vitam ejus & res geſtas Hieronymus Florentia in *Epiſtola quadam ad Provinciales*, & Franciſcus Aguadus *Exhortatione*, inter doctrinales *quadrageſima*, Jeſuitæ ambo, vulgari ſermone comprehenderunt.

GASPAR SANCHEZ, Caſcantenſis, quinquaginta fere annis moderatus fuit in Jeſu Societate puerorum ſtudia, ſcripſitque:

Ciceronianarum phraſium libellum. Pampelone 1590. 8. Ac vernacule:

Teſoro eſpiritual de la Miſa. Cæſaraug. 1613. in 16. Latine hunc convertit M. Martinez, edituſque eſt Ingolſtadii 1620. 16.

Obiit Matriti anno MDCIX. ætatis LXVII.

GASPAR SAVARIEGO DE SANTA ANNA, edidit:

Iberiada de los hechos de Scipion Africano. Anno 1603. 8. Pinciæ apud Joannem Sanchez.

D. GASPAR DE SEIXAS VASCONZELOS, Luſitanus, Chriſti ut vocant militiæ eques, Oliſipone natus, ſacris & profanis literis inſtructum ſeſe oſtendit ſequentia in vulgus emittens opera:

Trofeos de la Paciencia Chriſtiana, y reglas, que deben obſervar los miniſtros ſupremos en las audiencias. Matriti 1645. 4. Opus hoc primum ſcripſit Luſitane, ac deinde vertit in Caſtellanum, cujus in laudes effunditur D. Franciſcus Emmanuel *Cent.* III. *Epiſt.* XXXV.

Diſcurſo y exclamacion a la muerte de là Reyna Doña Iſabel de Borbon. Matriti eodem anno in 4.

Corona Imperial conſeguida en la mayor victoria: ſive de ſacra Jeſu-Chriſti ſpinea corona conſiderationes. Matriti 1656. folio. Huic operi alteram partem parabat ſuperioribus annis.

GASPAR SERRANO, Luſitanus, ſcripſit:

Hiſtoriam Evangelicam, ſive Compendium Concordiæ Evangeliorum Janſenii Gandavenſis Epiſcopi. Coloniæ 1590. 8. ad Philippum III. adhuc Principem.

GASPAR SEVERINUS DE FARIA, Emmanuelis Severini, cantoris Eborenſis, viri eruditiſſimi, ex fratre ut credimus nepos, ſecretarius ut vulgus loquitur das Merces, hoc eſt gratiarum in curia Luſitana, pluribus voluminibus, qui ad XII. non minus aſcendere dicuntur, elucubravit:

Das Familias do Reyno de Portugal.

F.

F. GASPAR DE SOSSA, ordinis Mercenariorum, versibus edidit, eo metri genere quod Decimas nos dicimus, parum vero propitio Appolline:

Historia de los Tumultos de Napoles.

GASPAR DE TEXEDA, scripsit duobus voluminibus:

Libro de Cartas mensajeras en estilo cortesano. Pinciæ 1549. & 1553.

Suma de Arithmetica practica. Ibidem anno 1546. 4.

GASPAR TORRELLA, Valentinus, domesticus olim Alexandri Papæ VI. qui & S. Juliæ audit episcopus, Cæsari Borgiæ Pontificis nepoti nuncupavit:

Judicium generale de Portentis, Prodigiis, & Ostentis. Romæ editum per Joannem Gozadinum sub Julio II. Verderius in *Supplemento Bibliothecæ Gesnerianæ* editum scribit Tegernseæ in 4. anno 1577. Apud quem minus bene episcopus Valentinus Torrella audit, cum seorsim debuisset Valentinus patria, dignitate episcopus. Reperio etiam:

Dialogum pro regimine Sanitatis, & de esculentis & poculentis, editum 4. apud Joannem Bestikem 1506. Qui in bibliotheca Sapientiæ Romanæ ab Alexandro VII. formata visus a me est. Extat quoque Hispali in bibliotheca cathedralis ecclesiæ.

F. GASPAR DE TORRES, ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, in schola Salmantina floruit superiori sæculo artium philosophiæque magister, ea doctrinæ ac prudentiæ fama ut eum inter alios omnes disciplinarum omnium professores habuerit præcipuum Didacus ille magnus Covarrubias, academiæ illius ex delegatione Regia visitator, cui formandarum academiæ legum, quæ ibi perpetuo observarentur, curam injungeret. Quod fecit, simulque & Regi sapientissimo Philippo II. ac ceteris approbavit, ut ex diplomate Regio confirmatorio die xv. Octobris anno MDLXI. dato fit manifestum. Erat tunc temporis philosophiæ professor ut vocant proprietarius, provinciæque ordinis sui præfectus. Obtinuit deinde majores docendi gradus, totos ut triginta annos in ea universitate docendo consumeret. Episcopus titularis Medaurensis creari meruit, deinde Canariensis; sed, uti ex monumentis domesticis apparet, hoc recusavit onus, veniens quippe Hispalim, ibique morte occupatus, non alio titulo quam Medaurensis episcopi e sepulcro loquitur. Scripsit *vir sapientissimus ac prudentissimus* (quomodo eum appellat in prooemio *Commentariorum in Esaiam* Leo Castrius) laudatas nempe:

Constituciones de la Universidad de Salamanca 1561. Item:

Constituciones y Regla de la Orden de N. Señora de la Merced. Salmanticæ apud Mathiam Gastium anno 1569. Hic liber cum Latinus, tum vulgaris ab eodem Gaspare prodiit. Forte hic est liber *super Regulam S. Augustini*, quem scio ab aliquo ei tributum.

Una breve Historia de su Orden.

Epitome de las gracias, concesiones y indultos, que concedieron los Pontifices a la misma Orden. Duo hæc opera ei tribuit Petrus a Sancto Cecilio in libello MS. *De Scriptoribus Mercenariorum.*

Sobre el derecho del Rey D. Felipe II. al reyno de Portugal: ut affirmat Marcus Salmeron, hujusmet ordinis generalis præfectus, *en los Recuerdos Historicos* &c. pag. 380. qui & auctorem laudat pag. 22. ut & Franciscus Zumel, & laudatus Petrus a Sancto Cecilio.

De Impedimentis Matrimonii: MS. extat commentarius in bibliotheca cœnobii Sanctæ Crucis Salmanticæ, de quo ad nos retulit D. F. Gabriel Adarzo & Santander, ejusdem ordinis, Hydruntius antistes.

Jacet Hispali in cœnobio virginum, Deo sub eadem regula & invocatione Assumptæ in coelum Virginis sacrarum, his literis depositum obscure testantibus

F. G. E. M.
(Quod interpretantur domestici)
Fr. Gaspar Episcopus Medaurensis.
Quod es, fui.
Anno Domini
MDLXXXIII.
Quod sum, eris.
Ora pro me.

GASPAR DE TOVAR, portionarius ecclesiæ Malacitanæ, scripsit eo metri genere, quod Canciones dicimus:

Pintura y breve recopilacion de la insigne obra de la Santa Iglesia de Malaga. Malacæ apud Joannem Rene 1605. in 8.

GASPAR TRISTAN, Valentinus ut credo, scripsit:

De Clerico Medico. Valentiæ anno 1606.

F. GASPAR DE VALDEPEDROSA, Valentinus, ex Jesuita Cisterciensis monachus in Populetana Cataloniæ domo, scripsit, teste Chrysostomo Henriquez in *Phœnice*:

Summam de Sacramentis.

Obiit

Obiit anno MDXCIX. laudatus a Montalvo lib. 2. *Chronici Cistercienfis* cap. III. & Vifchio in *Bibliotheca* ejufdem ordinis.

Obfervationes de Cafibus confcientiæ in Enchiridion doctoris Navarri : quarum initium hoc eft , *Aggrediemur his noftris prælectionibus* &c. fervantur MSS. in bibliotheca Barberina.

GASPAR VALLASCO , Lufitanus, quem a Portus urbe , Portogale antiquitus dicta , unde folido regno facta eft nomenclatura , Portugalenfem forte appellant qui hominem laudant , fcripfit commentaria:

In L. Imperium , D. de Jurifdictione omnium Judicum. Ac:

In L. Admonendi. D. de Jurejurando.

Regius Olifiponenfis fuit fenator , quem adducere ex his Commentariis & laudare folent Didacus Covarrubias , Antonius Quefada , Antonius a Gama , aliique fuperioris fæculi fcriptores.

GASPAR VAZ , Lufitanus , ut ex catalogo Oxonienfis bibliothecæ conftat , & obfervavit Cardofus , fcripfit:

In Logicam. MS.

GASPAR VERDUGO , fcripfit ut accepimus:

De la Dignidad de la beata alma de la Reyna de Ungria y del Emperador Carlos V.

F. GASPAR DE VERGARA , Francifcanus , edidit:

Difcurfos de la Concepcion de Nueftra Señora. Cordubæ 1624. 4.

F. GASPAR DE VIANA , ex Minoribus Capuccinis provinciæ Caftellæ , myfticæ theologiæ opus omnibus probatum in lucem edidit hoc titulo:

Luz clariffima , que defengaña , mueve, guia , y aficiona las almas , que afpiran a la perfeccion , y las lleva por el camino mas folido y feguro a la union con Dios &c. Madriti apud Dominicum Garzia & Morras 1661. in 4.

Luz Practica , y Camino del Cielo. Ibidem per Jofephum Fernandez de Buendia 1665. in 4.

Camino del Cielo. Ibidem 1667. per Matthæum de Efpinofa.

Lamentaciones Chriftianas : duobus tomis 1670. per Melchiorem Sanchez.

El Sol de Efpaña el Abulenfe en difcurfos morales. Matriti 1670. fol. duobus tomis.

Difcurfos Quadragefimales. Matriti 1675. fol.

F. GASPAR DE VIGACHOAGA , Toletanus , Francifcanorum fodalis in Salmantina domo , ejufdemque aliquando præfectus , dedit in lucem:

Primera Parte de Sermones de la limpifsima Concepcion de Nueftra Señora. Salmanticæ apud Didacum a Cuffio anno 1619. 4.

Obligacion que le queda a un Obifpo Religiofo. Madriti 1631.

GASPAR DE VILELA , Lufitanus, Avifienfis , Jefuita , ex Japonia , ubi floruit, elucubratum mifit:

De Quæftionibus fibi a doctis Meacenfium propofitis volumen.

Tranftulit in fermonem Japonicum libros aliquot pios : dedit etiam ex India *Epiftolas* duas , ex Japonia XI. quæ in *Collectionibus Epiftolarum* leguntur. Obiit tandem Goæ Indorum anno MDLXXII. ætatis XLVII.

GASPAR DE VILLAGRA , fcripfit de hiftoria expeditionis , quo ivit peditum centurio , poema fic infcriptum:

La Conquifta del Nuevo Mexico. Compluti 1610. 8.

F. GASPAR DE VILLAROEL , Americanus , in urbe Quito editus parentibus Gafpare Villaroel & Anna Ordoñez de Cardenas , Auguftinianumque inftitutum profeffus venit aliquando in Europam , ediditque apud nos , Hifpane quidem:

Semana Santa ; Tratado de los Commentarios , dificultades y difcurfos literales y mifticos fobre los Evangelios de la Quarefma , tribus tomis : quorum primus prodiit Ulifipone anno 1611. fecundus Matriti anno 1632. tertius Hifpali 1634. 4. omnes autem Matriti 1662. in folio.

Necnon Latine:

Judices , facrum Librum commentariis literalibus cum moralibus aphorifmis illuftratos. Anno 1636. folio.

Patriæ redditus , ob doctrinæ ac prudentiæ merita ad fublimen epifcopatus apicem vocatus eft , facrum jus dicere juffus , primo in Sancti Jacobi urbe Chilenfis regni, deinde anno MDCLI. Arequipenfibus Peruanis , mox anno MDCLIX. Argentinæ urbis incolis in eodem Peruano regno. Inftructus per hæc epifcopalia munera in jurium Ecclefiafticorum prudenti adminiftratione publicavit:

Gobierno Eclefiaftico pacifico ; Concordia y union de los dos Cuchillos. Matriti anno 165... in fol. Necnon et:

Primera Parte de las Hiftorias fagradas y Ecclefiafticas morales , con quince myfterios de nueftra Fe , de que fe labran quince coronas a la Virgen Santifima Señora nuef-

nueſtra: ad excellentiſſimum D. D. Garſiam de Haro & Avellaneda, comitem de Caſtrillo &c. Madriti apud Dominicum Garzia & Morras 1670. 4.

F. GASPAR DE UZEDA, Franciſcanus, provinciæ S. Jacobi diffinitor, theologiæque diu profeſſor Salmantinus, ſcripſit:

In Epiſtolam ad Hebræos Commentaria: erudita, & hactenus inedita, quæ in quibuſdam bibliothecis dictæ provinciæ adſervantur, teſte Wadingo, & Petro Alba in *Militia Conceptionis*.

GASPAR DE ZAMORA, Hiſpalenſis, Societatis Jeſu ſacerdos, vir doctus & valde pius, ad veterem Hugonis cardinalis de Sancto Caro, qui non minus quingentis monachis ad rem celerius conficiendam adhibuiſſe dicitur, Conradi item Alberſtadii laborem addens, formavit:

Concordantias Sacrorum Bibliorum, duobus Alphabetis, altero dictionum variabilium, invariabilium altero, abſolutiſſimas. Romæ apud Zannetum 1627. folio. De cujus operis uſu & utilitate videndus ipſe in prooemio. Inedita reliquit:

Commentaria in Ezechielem. Vitamque cum morte commutavit Hiſpali anno MDCXXI. ætatis ſuæ LXXVIII.

GENESIUS.

GENESIUS CARRILLO CERON, in curia urbis Granatenſis cauſarum procurator, edidit:

Fieſtas del Santiſimo Sacramento; Juſta literaria en la Parrochial de Santa Anna de Granada año de MDCXI. Ibidem hoc anno in 8.

GENESIUS PASTOR DE GALLEGO, civis Orcelitanus (Orihuela Valentiæ regni urbem intelligo) artium magiſter, ac medicinæ doctor, dedit foras:

Brevem Epitomen valde utilem ad prædicendum futura in morbis acutis. Anno 1624. in 4. apud Auguſtinum Martinez.

GENESIUS PEREZ DE HITA, Murciæ urbis incola, credi voluit ex Arabico Aben Hamidi Granatenſis libro ſe Hiſpanis hominibus communicaſſe, quod ad Mileſiacas referimus ſponte nugas, opus, ſcilicet:

Hiſtoria de los bandos de los Zegries y Abenzerrages Cavalleros Moros de Granada y las Guerras civiles que huvo en ella: duabus partibus. Compluti 1604. 8. Matritique anno 1631. in 8. & 1655. in 8. Quod tamen opus allubeſcit plurimum otioſis & aliud non agentibus.

D. GENESIUS DE ROCAMORA, & TORRANO, Murcianus ut exiſtimo, certe illius urbis in regnorum Caſtellæ & Legionis comitiis procurator eo tempore quo ſcribebat:

Eſſera del Univerſo: una cum Joannis de Sacroboſco decantata illa ſpheræ cœleſtis explanatione, quam vernacule converſam dedit. Matriti apud Joannem de Herrera anno 1599. 4.

GENESIUS SOLER, advocatus Granatenſis, laudatur in hiſtoria hujuſce urbis a Franciſco Bermudez de Pedraza: *cuyas obras*, inquit, *alabó por eſcrito el doctor Arias Montano por ſer tan cultas y llenas de erudicion.* Nondum certe reperi quonam loco hæc legatur laus apud Montanum; ſed neque prætermittere hunc decuit, quem a laudatiſſimo & celeberrimo viro celebrari maxima laus eſt.

GEORGIUS.

F. GEORGIUS ANTONIUS RIOXANO, ex ordine S. Franciſci provinciaque Conceptionis, eccleſiaſtes ut vocant major in Pinciano cœnobio, lector emeritus, & Sancti Officii cenſor theologus, ſcripſit:

Gerarquia Seraſica; proprio de las Feſtividades de la orden de San Franciſco, y comun de los Evangelios de la Igleſia. Pinciæ anno 1633. in 4.

Diſcurſos morales para los dias de la Quareſma. Matriti 1641.

GEORGIUS DE BUSTAMANTE, natus in oppido S. Dominici de Silos, edidit a ſe verſum:

Juſtino Eſpañol. Antuerpiæ anno 1586. in 8.

GEORGIUS CABEDO, Luſitanus, Cetobricenſis, Michaelis filius, Gundiſalvi Mendez de Vaſconcelos & Cabedo germanus frater, nobili loco natus, propter collectam ab adoleſcentia, dumque Conimbricæ ad Sancti Pauli ſodalis eſſet, non mediocris doctrinæ famam, duo de triginta natus dumtaxat annos, reipublicæ adminiſtrandæ fuit admotus, judex namque Uliſiponenſibus datus in Regio hujus urbis prætorio. Mutatis demum in Luſitania rebus, & in Catholicum Regem Philippum II. ſceptro ejus regni translato, unus e ſupremi, quod Matriti apud curiam inſtitutum fuit, concilii ſenatoribus a prudentiſſimo Rege cooptari promeruit, ſummoque in honore atque exiſtimatione apud nos vixit. Doctrinæ ſuæ teſtimonia hæc ſatis clara reliquit:

Pri-

Primam Partem Practicarum observationum sive decisionum supremi Senatus regni Lusitaniæ: ad Philippum III. Hispaniarum Regem. Olisipone 1602. in folio. Offenbachii 1610. folio. Antuerpiæ 1620. folio & 1635. Tandemque Francofurti 1646. folio.

Secundam Partem earumdem Decisionum, in qua de Donationibus regiis circa Jurisdictionalia, & Jura regalia tractatur: ad eumdem Philippum III. Regem. Olisipone apud Petrum Craesbeck 1604. fol. Offenbachii 1610. Francofurti 1646. Adjunguntur *Arresta Lusitani Senatus*, ut in priore parte.

De Patronatibus Ecclesiarum regiæ Coronæ regni Lusitaniæ. Olisipone 1603. in 4.

GEORGIUS CARDOSO, Lusitanus, Lamecensis, jurisconsultus, scripsit:

Anacephaleosim Lusitaniæ: quæ laudatur ab altero sibi cognomine, cujus statim meminimus, in *Agiologio Lusitano* die XVI. Aprilis & VI. Maii, pag. 102.

GEORGIUS CARDOSO, Ulisiponensis, sacerdos, intactum aliis pro dignitate argumentum, commemorationem inquam Lusitaniæ suæ Sanctorum ac Venerabilium, utriusque sexus hominum, his annis curiose ac diligenter prosequitur. Lusitano sermone, scilicet:

Agiologio Lusitano dos Sanctos e Varones ilustres em virtude do reino de Portugal, e suas conquistas: cujus operis tria priora volumina hactenus vidimus, quibus sex priores anni menses auctor comprehendit. I. tomus prodiit Olisipone apud Craesbeck 1652. II. apud Henricum Valentem de Oliveira 1657. in folio. III. 1666. apud Antonium Craesbeck de Mello. Referre se hic solet ad alium suum opus:

Dos Santuarios de Portugal, sive de locis Deiparæ Virgini sacris præcipua veneratione cultis: cujus meminit die XXVI. Maii pag. 319. quod M.S. extat, in quo forte usus fuit antiquiore, at non tam locupleti, opere Petri Francisci Jesuitæ, cujus schedæ asservari dicuntur in Conimbricensi collegio; exemplum vero quoddam commentarii ad Emmanuelis Severini a Faria, cantoris Eborensis, manus pervenisse. Sicuti & ad:

Officium Minus Sanctorum Lusitaniæ: XII. Aprilis pag. 528. Prodiit ibidem 1630.

Laudatur quoque:

Officium Coronæ Christi.

De Tyarisque Lusitaniæ: vernaculum Cardosi opus, quod moliebatur ab Antonio Macedo in *Lusitania purpurata* pag. 61.

Batallas e Victorias Lusitanas tribuit ei quoque R. P. Fr. Emmanuel a Resurrectione, Augustinianus, cujus sæpe meminimus, in schedis quas mihi communicavit.

Parabat & *Bibliothecam Lusitanam*: in quo tamen argumento præventum se fuisse a Joanne Soarez de Brito, & Joanne Franco Barreto, qui exactissime id tractaturi sunt, eadem die VI. Maii lit. c. Cujus operis seu collectionis & adversariorum ad opus codex autographus Cardosi, ejusdem R. P. Fr. Emmanuelis accurata industria ampliatus, sero mihi ostensus post editionem hujus meæ *Bibliothecæ*, magno mihi adjumento fuit ad formandas *Additiones* in scriptoribus præcipue Lusitanis.

Promptuario Lusitano. Meminit idem Cardosus XI. Maii, lit. c.

Venit auctor Matritum superiore anno MDCLXIX. reversusque in patriam, ut fama est, diem fatalem incurrit, *Agiologium* dimidiatum aliaque imperfecta relinquens.

GEORGIUS CEROLENSIS, (vulgaris forte appellatio est de Cerola) inter Aragoniæ regni scriptores refertur, qui quidem, cum Montisonensis professor esset, edidit anno MDXLIII. artificiosum & utile grammaticis opus, cui inscripsit:

Quadrigæ Triviales: artem scilicet variandæ orationis per plura verba, sive dicendi formas.

GEORGIUS COELIUS, vulgari formatione COELHO, Lusitanus, propter eximiam Latinæ linguæ & humanitatis eruditionem gratus Henrico Portugalliæ Infanti Patrique ecclesiæ purpurato, ei a secretis fuit, abbasque Sancti Georgii prope Conimbricam. *Is* (ut elogio utar Nicolai Clenardi Coelii in Græcis magistri, quod in quibusdam ejus schedis reperisse autographis Joannes Vasæus cap. VI. *Hispaniæ Chronici* sui refert) *non carmine tantum Resendio rivalis, sed & oratoriis laudibus adeo bene percultus ut paucos credam tam prope ad puritatem accedere Ciceronis; certe Isocraticam jucunditatem lenitatemque sic refert ut parem non viderim* ait ille. Jacobus item cardinalis Sadoletus (si vera refert Gaspar Barrerius in dedicatione ad Coelium nostrum *Garsiæ Menesii* Lusitani oratoris ad Sixtum IV. *orationis*) legisse retulit se nonnulla hujus monumenta, quæ literis mandaverat in utraque, & oratoria & poetica, facultate, *præclara illa quidem, & quæ acumen ingenii, summum judicium, optimam verborum electionem, gravem & splendidam dictionis formam, denique eruditionis & doctrinæ ceterarumque rerum præstantiam præ se ferrent.* Edita vidimus Coelii:

Opera metrica: nempe, *de Patientia Christiana* librum unum: *Victoriam Lusitanorum adversus Turcas* in *Diensi propugnatione*, & alia minutiora. Sequitur *Luciani Dialogus de Dea Syria*, primum ab eo Latinitate donatus, cujus nomine laudat eum & gratias ei habet Petrus Bembus cardinalis, datis ad eumdem literis, quæ lib. VI. *Epistolarum* illius leguntur. Omnia hæc, ad Henricum cardinalem Portugalliæ directa, prodierunt Olisipone apud Ludovicum Rodriguez 1540. in 4. In his ut credo continetur *De laudibus Alphonsi Portugalliæ Infantis S. R. E. cardinalis carmen*, Olisipone seorsim editum 1516. & *Elogia* quædam in *ejus obitum*: quæ duo laudat Cardosus in *Agiologio Lusitano* XXI. Aprilis, pag. 667.

F. GEORGIUS COHIM, Lusitanus, ordinis Carmelitarum, scripsit:

A Vida de D. Fr. Joaõ Manuel, filho do Rey D. Duarte, Carmelita Bispo Primaz de Africa: quæ penes F. Emmanuelem a Resurrectione Augustinianum MS. extat. De hoc in *Bibliothecæ* priore parte inter scriptores sæculi XVI. mentionem habuimus.

GEORGIUS FERREIRA DE VASCONZELOS, Lusitanus, Conimbricensis, urbanitate vir ac disertis salibus suo tempore in pretio habitus, scripsit comoedias tres prosaicas, quæ magni æstimantur a civibus ejus, & omnibus his qui Lusitanæ linguæ suavitate ac delitiis delectantur, nempe:

Comedia Euphrosina: quæ, ut prima exiit ab auctoris ingenio, ita aliis, quæ sequutæ sunt, excellentiæ palmam præripuit. Edita est sæpius in Portugallia, & tandem recognita a Francisco Rodriguez Lobo Olisipone 1616.

Comedia de Olisipo: Olisipone secundum anno 1618. in 8.

Comedia Aulegrafa. Olisipone editam Antonii Noronhæ cura, qui gener fuit auctoris, 1619. in 4. Una cum hac Comoedia, quæ aulæ continet descriptionem, editum est Didaci Tevii satis elegans epigramma Georgii modestiam, suis lucubrationibus subducentis proprium nomen, debita laude afficiens. Qui autem Olisiponis edidit Comoediam brevi se publicaturum promisit ejusdem auctoris (metricumne an pede liberum opus vellem scire) hoc titulo nuncupatum:

Primera y segunda parte de la Tabla redonda. Et (ut Cardosus addidit in schedis ad *Bibliothecam Lusitanam*) *e Triunfos de Sagramar*, quæ extare autographa refert: de quo nil ultra audivi.

GEORGIUS HEMELMAN, Malacitanus, Societatis Jesu sacerdos, domestica plurium annorum, tam theologiæ Expositivæ quam Scholasticæ, professione clarus, post plura obita religionis suæ munera ad plures abiit ætatis annum agens LXIII. Christi MDCXXXVII. his saltem superstes lucubrationibus, nondum in lucem cum obiit editis:

In primam Partem Summæ Theologiæ S. Thomæ, *tomis IV. De Vita*, *Voluntate*, *& Providentia Dei tam naturali*, *quam supernaturali*, *& de Trinitate*.

Proloquiis sacris ad Philosophiam, *Theologiam scholasticam*, *positivam*, *& moralem recte tractandam*: quorum duo priora volumina prodierunt in lucem postuma, sic nuncupata:

Disputata Theologica in Primam Partem S. Thomæ. Granatæ apud Andream de Santiago 1637. in folio.

Paravisse & *Artium Cursum*, atque item: *De Ente supernaturali*; *De Divisionibus Gratiæ auxiliantis*; *Consultationesque morales in magni momenti rebus* dicitur apud Alegambium, *Bibliothecæ Societatis* auctorem.

GEORGIUS HENRIQUEZ, Lusitanus, Guardiensis, scripsit, cum esset forte medicinæ artis professor:

Loores do Medico perfeito, id est, de medici perfecti laudibus, teste Cardoso.

F. GEORGIUS DE S. IACOBO, Lusitanus, ordinis S. Dominici Olisiponensis coenobii:

Orationem habuit *ad Patres Concilii Tridentini Dominica prima Quadragesimæ anni MDXLVII.* Quæ luci fuit cum aliis orationibus in eo congressu habitis mandata, nuperque in novissima editione Parisiensi Tridentinæ synodi.

F. GEORGIUS DE S. IOSEPHO, Lusitanus, Olisiponensis, alias SERRANO antequam inter sodales captivorum redemptores, qui Mercenarii vulgo audiunt, religiosam vitam professus esset in domo Hispalensis urbis, qui & restrictioris cupidus ad Reformatos sive Nudipedes ejusdem instituti sese contulit, præfectusque erat monasterii oppidi del Viso prope Hispalim cum vulgavit:

Buelo del Espiritu, *y Escala de la perfeccion y oracion*. Hispali apud Andream Grande 1632. Scripsit quoque, Petro a S. Cecilio teste:

El Solitario contemplativo y Guia espiritual, *colegido de dichos de los Santos*. Olisipone 1617.

GEORGIUS DE LEMOS, Lusitanus, sed

ſed Goæ Indorum natus, vernacule ſcripſiſſe dicitur hiſtoriam:

Dos Cercos de Malaca per os Achenes & Jaos anno MDLXXIII. & MDLXXIV. 1585. in 4.

GEORGIUS MARCUS, Luſitanus, Jeſuita, ſcripſit:

Catecismo Lusitano: cum imaginibus. Plaſentiæ 1616. in 8. Cardoſus & hunc adjungendum *Bibliothecæ Societatis* laudat.

GEORGIUS DE MERCADO, edidit:

Calendario de coſas acaecidas en Ubeda: qui fuit penes Gundiſalvum Argote de Molina M.S.

GEORGIUS DE MONTEMAYOR, Luſitanus, ſic dictus a natali oppido Montemor, prope Mundam amnem & Conimbricam urbem, quam ei patriam magnus ille ſui ævi poeta, Franciſcus de Saa, literis ſeu carmine ad Georgium noſtrum directo adſignat. Profeſſionis ſuæ muſicæ cauſa ſequutus fuit aulam Hiſpaniarum Catholici Regis, namque & Principi, quem Philippum Caroli Cæſaris adhuc ſuperſtitis filium interpretor, quodam in opere ſe a capella, hoc eſt, muſicum vocat, quocum videtur Italiam Belgiumque adiiſſe; quamquam & veſtigium aliquod in carminibus ejus impreſſum oſtendere poſſimus bellicæ aliquando exercitæ ab eo militiæ. Sane is, deſtitutus ornamento literarum, uni ſubnixus genio & ingenio, quod ſublime acutum ac fertile fuit ſortitus, tam in conſcribendis facilitate & elegantia ſingulari ſolutæ atque ligatæ dictionis opuſculis, quam in metricis compoſitionibus miro acumine & varietate pulcherrimorum ſenſuum plenis univerſos ævi ſui æquales, Caſtellanos ſcilicet homo Luſitanus, ex æquo provocavit. Exteris nemo alius quidem notior, aut propter ſtilum perſpicuum ſuaveque laudatior. In manibus certe omnium fuit ſemper atque hodie eſt contextum, pars verſibus, pars ſoluta oratione, opus vere poeticum, ſic nuncupatum vulgo in omnibus editionibus:

La Diana de George de Montemayor: *primera y ſegunda parte*: cujus editionem Antuerpienſem vidimus anni 1580. quam aliæ præceſſerunt aut ſubſequutæ fuere, ſcilicet Matritenſis apud Ludovicum Sanchez 1595. 12. Veneta, incubuit Alphonſus Ulloa circa annum 1568. Mediolanenſis ex Veneta iſta, quibuſdam aliis adjectis, anno 1616. apud Joannem Baptiſtam Bidellum in 12. Nec diſſimulandum hic eſt continuationes duas extare hujus Georgii operis: alteram nempe, *Secundæ partis Dianæ* titulo, Alphonſus Perez, Salmantinus, medicus doctor, non ita feliciter, quæ ut credimus Compluti in vulgus prodiit 1564. in 8. deinde Madriti 1591. in 12. typis Ludovici Sanchez una cum priore parte Montemajoris: item Mediolani iiſdem typis Bidelli quibus prima 1616. in 12. Gaſpar autem Ægidius Polo *tertiam & ultimam*, exiſtimatione ac judicio noſtrorum hominum feliciſſime, proſequuti ſunt: prodiit quoque Matriti apud Alphonſum Martin 1622. in 8. Plane Gaſpar Barthius, vir multiplicis eruditionis, cum delectaretur mirifice Hiſpanis auctoribus, Ægidii hujus Poli *Dianam* ſermone Latino reddidit, uti in eo diximus, *Nemoraliaque* nuncupatam in vulgus emiſit, quo tempore, ne injurius eſſet primo hujus argumenti inventori, promulgaturum ſe in typorum lucem Georgii duas priores operis partes in ſe recepit. Gallice vertit ſecundam & tertiam Gabriel Chapuis, Turonenſis, atque edidit Lugduni Ludovici Cloquemin typis 1582. in 16. Primam vero Montemajoris propriam, poſt aliam quamdam verſionem, nova & emendatiore interpretatione donavit S. G. Pavillon (ita legitur) atque Hiſpane & Gallice columnatim edidit Pariſiis apud Antonium du Brueil 1603. in 12. Henrico de Sabaudia, duci de Nemours, dicatam, ad quem præfatus refert conſtantis famæ apud Hiſpanos eſſe deſcribi hac fabula ducis Albani, cujus auctor domeſticus fuit, amores.

Hujus carmina comprehenduntur eo libro, quem:

Cancionero de George de Montemayor Joannes Perier Salmanticæ nuncupavit anno 1572. in 12. ex ſua officina emiſſum, & ante eum Dominicus de Portonariis anno 1571. ibidem. Prodiit quoque Salmanticæ 1579. Et ante omnes has editiones Cæſarauguſtæ 1561. ex domo viduæ Bartholomæi de Naxera, cum epiſtola nuncupatoria ejuſdem auctoris ad Sueſſanum ducem.

Vertit quoque idem ex fontibus Provincialis, quomodo appellant, linguæ, quam Valentini regni cives vernaculam ante aliquot ſæcula habuerunt:

Las Obras de Auſias Marc. Cæſarauguſtæ apud Petrum de Naxera 1562. 8. Matriti 1579. De qua interpretatione agit Eſcolanus *Valentinæ Hiſtoriæ* lib. I. cap. XIV.

Tribuitur quoque ejuſdem nominis auctori, quem alium a noſtro poeta & illiterato credimus:

Expoſicion Moral ſobre el Pſalmo LXXXVI. *Fundamenta ejus in montibus ſanctis*: in laudem Deiparæ Virginis. Compluti apud Joannem Brocar 1548. 4. Item alius liber ſic inſcriptus:

Blaſones: quem MS. adſervabat Matriti

ti D. Garſias de Salzedo Coronel, eques Sancti Jacobi, amicus noſter.

Alterius ſane operis, *Pyrami* nuncupati, auctorem eum fuiſſe credimus ſummo illi Hiſpaniarum poetæ Lupo a Vega, qui ſic de Georgio noſtro in *Apollinis Lauru* cecinit:

Quando Montemayor con ſu Diana
Ennobleció la lengua Caſtellana
Lugar noble tuviera;
Mas ya paſó la edad en que pudiera
Llamarſe el mayor monte de Parthenio,
Si le ayudaran letras, el ingenio
Con que eſcribio ſu Pyramo divino,
Hurtado ó traducido del Marino.
Pero por donde ſue ſin eſta guia
Quien tuvo tan dulciſſima Thalia?

Mortem ejus immaturam deflet eleganti elegia Marcus Durantes, neſcio cujus religioſi ordinis, carminum volumini præfixa in editione illa, qua priorem aliam non vidimus, anni 1562. unde colligitur ante hoc tempus auctorem noſtrum diem ſuum obiiſſe.

GEORGIUS PINELUS, vernacule PINHEL, Luſitanus, juriſconſultus in academia Piſanæ urbis, *ad varias leges Juris Civilis Commentarium* anno 1623. edidiſſe dicitur. Cardoſus.

GEORGIUS DE SAA SOTOMAYOR, Luſitanus, medicus Regius in Portugalliæ ſuo regno dum ei præeſſet Joannes III. ſcripſit:

Concluſiones Medicas. Conimbricæ 1582. in 12. Quas Lindanus laudat in libro *De Scriptis medicis.* Cardoſus tamen in ſchedis ſuis MSS. adjungit:

Brevem diſceptationem, in qua quædam objecta diluuntur: Joanni Principi, Joannis Regis filio, directam cum oratione in laudem medicinæ, quam ſe vidiſſe ait editam in 8. abſque loci tamen temporisve notatione.

D. GEORGIUS SQUARZAFIGO & CENTURION, ex nobilibus parentibus Genuæ urbis civibus apud nos ut ſpero natus, ſcripſit:

Pan Celeſtial de cada dia. Matriti 1669. 8.

GEORGIUS DA SYLVA, Luſitanus, ſcripſit proprio Portugalliæ idiomate:

Tratado da Paixaõ de Criſto segund os Evangelios com dous Elegias a Magdalena & hum aparelho para comungar. Eboræ 1574. in 12.

GEORGIUS VAEZ DE SEPULVEDA, Segovienſis, ſuppreſſo nomine in commentaria retulit:

La Relacion de las Bodas que celebró en Segovia el Catolico Rey D. Felipe II. con la Sereniſima Reyna Doña Ana de Auſtria. Compluti apud Joannem Gratianum 1582.

Deceſit in patria Jan. menſe anni MDXC.

GERARDUS.

F. GERARDUS DAS CHAGAS, hoc eſt DE PLAGIS, Luſitanus, ex oppido Villacova diœceſis Lamacenſis, Ciſtercienſium ſodalis, theologiæ ſacræ magiſter Conimbricenſis, anno ætatis XXXIII. ſæculi autem ſuperioris XCI. ob ſenilem in virili ætate prudentiam & ſolidam virtutem Luſitanæ ſuæ congregationis generalis præfectus creatus, ſcripſit:

Defençaõ do direito que tem a Ordem de S. Bernardo de Portugal no padroado dos Moſteiros da meſma ordem. Anno 1594. in folio. Cardoſus.

GERARDUS VAGET DE LEON, medicus Hiſpalenſis & chirurgus, edidit:

Compendio de la naturaleza, virtud y aplicacion de la quinta eſencia del oro medicinal, a que los antiguos Filoſoſos llamaron Panacea. Hiſpali 1604. 8.

GERMANUS.

F. GERMANUS BUGES, Ciſtercienſis monachus domus Hortenſis, celebris cum Cæſarauguſtæ tum Matriti eccleſiaſtes, edidit:

Doctrina Chriſtiana, y deſcripcion del Reyno de Chriſto, y ſu Doctrina Evangelica para los myſterios de Adviento y Quareſma. Burgis anno 1633. in 4.

GERMANUS MICHAEL, Luſitanus, ſcripſit:

Muſa Panegyrica. Bracharæ 1624. in 8. Cardoſus.

GOMEZIUS.

F. GOMEZIUS, quidam ordinis Minorum, apud Waddingum ſcripſiſſe dicitur:

De cujuſcumque Scientiæ, ac præſertim de naturalis Subjecto.

D. GOMEZIUS ARIAS DE MIEDES, D. Emmanuelis Arias de Porres filio juveni, Hieroſolymitani ordinis S. Joannis Baptiſtæ equiti, nuncupavit:

Aviſos morales urbanos y politicos. Matriti apud Dominicum Garzia & Morras 1658. in 4.

GOMEZIUS DE AVILA, genealogici operis laudari ſolet auctor, ſeu quomodo noſtrates vocant:

Nobiliario.

GO-

GOMEZIUS DIAZ, Lusitanus, presbyter ordinis S. Jacobi, quædam elucubrasse dicitur *De rebus sui ordinis. Et Ascetica.* Cardosus.

D. GOMEZIUS DE FIGUEREDO, nescio quis, auctor operi inscribitur hujus nuncupationis:

Milicia Christiana de los tres enemigos del alma. Salmanticæ in 4.

GOMEZIUS GARZIA, presbyter Toletanæ urbis, scripsit:

Carro de las dos vidas (activam intelligit & contemplativam) ad Eleonoram Sylviam, in cœnobio Matris Dei Toletanæ ejusdem urbis sacram Deo virginem. Hispali apud Joannem Pegnicer de Nuremberga & Magnum Herost de Fils 1500. 4.

Lamedor espiritual y algunos discursos devotos. Ibidem apud Jacobum Cromberger 1616. in 8.

GOMEZIUS DE LEON, Hispalensis, atque in hujus urbis prætorio causarum patronus, Philippo II. Regi Catholico inscripsit, primus quidem inter nos hujus generis lucubrationum auctor ut credimus:

Informationum, Decisionum & Responsionum Juris Centuriam. Apud Petrum Martinum de Bañez anno 1564. folio. Quæ quidem iterum editæ sunt, conjectæ in *Decisiones diversorum Doctorum* Lugdunensis editionis, apud Stephanum Michaelem, anno 1588. secundo volumine.

GOMEZIUS PEREIRA, medicus doctor, nullius in verba jurare certus, juxta Poetæ dictum, paradoxa opera adversus medicinæ principes in medium producere non erubuit. Huc pertinet liber cui ab utriusque parentis nomine titulum hunc fecit:

Antoniana Margarita, opus Physicis, medicis ac theologis utile & necessarium. Medinæ Campi 1554. fol. Francofurti deinde 1610. Adversus hanc scripsit anonymus Hispanum opusculum ita nuncupatum: *Endecalogo contra Antoniana Margarita.* Medinæ Campi 1556. 8. Item:

Novæ veterisque medicinæ experimentis & evidentibus rationibus comprobatæ primam partem, sive Antonianæ Margaritæ secundam, quæ quidem medica est post priorem illam philosophicam: hæc scilicet pars de *Febribus* tractat, cujus febris essentiam causas & species esse usque in hæc tempora ignota dilucide (uti auctor ipse ait) demonstrat. *Galenumque non dolo, sed ignorantia excæcatum potissimum suis de hac re scriptis medicis posteris imposuisse evidenter docet.*

GOMEZIUS DE SANTISTEVAN, Lusitanus, propria gentis lingua edidit:

Historia do Infante Dom Pedro de Portugal, que andou as sette partidas do Mundo. Hæc in Castellanam conversa prodiit anno 1595. Et anno 1626. in 4.

GOMEZIUS DE TAPIA, Granatensis, carmine lusit:

La descripcion de Aranjuez, y del Pardo: quæ adjungitur Gundisalvi Argote de Molina libro *de la Monteria* inscripto.

GOMEZIUS VAYO, Bexarensis, jurisconsultus & in urbe Placentina advocatorum decanus, vulgari sermone dedit foras in magnam litigantium omniumque foro addictorum hominum utilitatem:

Practica unica, y singular de todas las causas civiles, criminales, executivas, decimales, matrimoniales, beneficiales, excomuniones, absoluciones, ordenes, visitas, y las demas que pertenecen al Fuero Ecclesiastico de los Obispos &c. *Y Expedicion Practica, y costo de todos los Breves, Dispensaciones, Pensiones de Roma, Nuncio de España, y Comisarios de Cruzada comprobada con la Theorica del Derecho, Sacros Concilios, y Decissiones de Cardenales.* Salmanticæ apud Antonium Ramirez 1627. 4. duobus tomis. Postea Lugduni simul in folio.

GREGORIUS.

F. GREGORIUS DE AGUAYO, Bæticus, in Malacitano cœnobio Prædicatorum ordinem professus, apud judices S. Officii, cum Hispalenses tum Murcienses, ad censuram theologicam admissus, concionandi munere & multa doctrina clarus scripsisse dicitur Neapoli:

Conciones de Tempore, ac de Sanctis. Ut ex Ambrosio Gozzeo & Michaele Plodio scribit Alphonsus Ferdinandus in *Scriptoribus Prædic. familiæ.*

F. GREGORIUS ALBERTUS VARAJE, domo Valentinus, ordinis Carmelitarum, sacræ theologiæ magister, scripsit carmine:

Historia de la milagrosissima Imagen de N. Señora de la Paciencia venerada en el convento de las Descalzas Carmelitas de Valencia. Valentiæ apud Bernardum Nogues 1653. Itemque:

Pozo de aguas vivas, riego fertil del florido Carmelo. Ibidem anno 1655. 8.

Sermones varios. Ibidem 1622. in 4.

In eadem urbe vivere desiit anno MDCLXIII. Scriptam reliquit:

La Vida de la Madre Magdalena de S. Joseph Carmelita Descalza.

GRE-

GREGORIUS DE ALFARO, Cordubensis, Benedictinus monachus, abbas monasterii S. Mariæ del Bueſſo, pietatis doctrinæque ſpecimen dedit ſcribens:

Silva de la Providencia de Dios ſacada de los Santos. Pinciæ anno 1609. in 8. apud Joannem Godinez.

Gobierno ecleſiaſtico y ſeglar, que contiene el Paſtoral de S. Gregorio Magno con un Tratado de Republica. Compluti anno 1601. in 4. ex officina Joannis Sanchez Creſpo.

Vida del Iluſtriſſimo Señor D. Franciſco de Reinoſo, con la de Geronimo de Reynoſo ſu ſobrino Canonigo de Palencia: ex relatione manuſcripta Joannis Garſiæ, Palentini canonici, qui fuerat eidem epiſcopo a ſecretis. Pinciæ 1617. 4.

Vertit etiam magno aſceticæ doctrinæ bono ex Latino auctoris:

Las Obras de Ludovico Bloſio. Pinciæ anno 1617. fol. Matriti 1619. fol.

GREGORIUS DE ALMEIDA, Luſitanus, Uliſiponenſis, hoc tempore transformatæ in eo regno dominationis ſcripſiſſe dicitur, palpum ſuis obtrudens civibus:

Reſtauraçam de Portugal prodigioſa: tribus partibus. Oliſipone 1643. & 1644. apud Antonium Alvarez in 4.

F. GREGORIUS DE ARCIS, ordinis fratrum Deiparæ Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum, ſcripſiſſe dicitur:

De Logica, ſive in Ariſtotelis Organum. Compluti apud Joannem Brocar 1556. 8. Agit de hoc auctore Bernardus de Vargas *Hiſtoriæ* hujus ordinis lib. II. cap. XXIX. & Gaſpar Eſcolanus lib. VIII. *Valentinæ Hiſtoriæ* cap. XVII.

F. GREGORIUS DE ARGAIZ, Lucronienſis, Benedictinorum ſodalis, in monaſterio S. Salvatoris de Oña profeſſus monachum, ac in Tricienſe ſeu Naxarenſe Deiparæ Virginis translatus, ſcripſiſſe dicitur, ut ex relatione domeſtica certior ſum factus:

Theatro Monaſtico y Obiſpos de Eſpaña, octo voluminibus: quorum tria legitimis approbationibus munita, atque editioni parata, ſed utique abſoluta omnia ſuperiore anno MDCLVIII. jam eum habere ad me ſcriptum fuit. Pervenit poſtea ad manus noſtras ejuſdem auctoris opus, quod hunc titulum fronte gerit:

Poblacion Ecleſiaſtica de Eſpaña, y noticia de ſus primeras honrras hallada en los eſcritos de S. Gregorio Obiſpo de Granada, y en el Chronicon de Hauberto Monge de S. Benito. Matriti apud Melchiorem Sanchez 1667. in folio. Cui ſuccedere fecit volumen alterum, hujus inſcriptionis.

Poblacion Ecleſiaſtica de Eſpaña &c. continuada en los eſcritos y Chronicon de Hauberto. Ibidem typis Regiis 1668. folio. Deinde edidit:

Corona Real de Eſpaña fundada en el credito de los muertos, y Vida de S. Hieroteo Obiſpo de Athenas y Segovia. Matriti apud Melchiorem Alegre 1668. in folio: ſcilicet ejuſdem cum ſuperioribus farinæ, adverſus dominum Gaſparem Ibañez de Segovia, marchionem Acropolitanum, qui Hierotheum, Dionyſii Areopagitæ præceptorem, & ipſum Areopagitam Hiſpanum non fuiſſe, nec in Hiſpania epiſcopum, ſolidiſſimis rationibus in peculiari hujus argumenti libello iis omnibus qui verum diſcere cupiunt perſuaſerat. Continuavit inde cœptum argumentum adjungens:

Poblacion Ecleſiaſtica de Eſpaña, y noticia de ſus primeras honrras continuada en el Chronicon de Flavio Lucio Dextro y ſu varia Hiſtoria. Madriti anno 1669 apud Lucam Vedmar folio.

Poblacion Ecleſiaſtica de Eſpaña &c. continuada en los eſcritos de Marco Maximo Obiſpo de Zaragoza, y defendidos de la vulgar invidia el Beroſo Anniano, Flavio Lucio Dextro, Auberto Hiſpalenſe y Valabonſo, con el Chronicon de Liberato Abad, no impreſo antes, ni deſcubierto. Madriti apud Franciſcum Nieto 1669 in folio: ſed nollem virum doctum ſic de otio ſuo ac de credulitate aliorum ludere.

Inſtruccion Hiſtorica Apologetica para Religioſos, Ecleſiaſticos, y Seglares. Matriti 1675. folio. Reſponſionem continet ad ſcripta varia adverſus eum formata.

Soledad Laureada por S. Benito y ſus hijos en las Igleſias de Eſpaña: duobus tomis. Matriti 1675. folio.

Vidas de S. Benito y S. Iſidro de Madrid. Matriti 1671. in folio.

La Perla de Cataluña, Hiſtoria de N. Señora de Monſerrate. Matriti apud Andream Garſia de la Igleſia 1677. in folio.

D. GREGORIUS DE ARROYO, ET SARMIENTO, canonicus Granatenſis eccleſiæ, profeſſorque in ejus lyceo doctrinæ Scoti, olim in Regio ejuſdem collegio ſodalis, ſcripſit:

Eſpejo para Obiſpos, y Prelados. Granatæ 1676. 4.

F. GREGORIUS BAPTISTA, gente Luſitanus, domo ex oppido Funchal inſulæ Maderæ, Benedictinus monachus in provincia Braſilienſi, ſacræ theologiæ magiſter &

& concionator generalis, scripsit Latine:

Annotationum in cap. XIII. Sacrosancti Evangelii secundum Joannem primam partem. Conimbricæ anno 1621. folio. Secundam promiserat, necnon & tertiam, quas desideramus.

Vernacule autem:

Completas da vida de Christo cantadas a harpa da Cruz per elle mismo. Olisipone anno 1624. 4. Vertit in Castellæ sermonem Ferdinandus de Camargo, Augustinianus:

Hic ex Benedictinis migravit ad Franciscanos, ut habeo ex relatione G. Cardosi.

F. GREGORUS DE BOLIVAR, Placentinus, ordinis S. Francisci de Observantia (verbis utor Lincæi in *Historia rerum medicarum Novi Orbis* pag. 506.) *annos XXV. integros in America vixit, regnum utrumque Peruanum & Mexicanum, plurimasque, adhuc incognitas aliis nec descriptas, Novi Orbis provincias peragravit, verbo & exemplo infideli illi populo (cujus tres diversas linguas optime callet) Christi Evangelium enuntiando, & ad veram & Catholicam fidem illum inducendo. Cujus rei gratia ad Molucanas quoque insulas & orientem ipsum penetravit. Historiam Americani orbis non modo affectam in scriniis sed pene jam confectam habet, qua, Deo volente; propediem fruemur.* Hæc ille. De quo homine atque hac ejus Historia nihil aliud nobis lectum auditumve nisi quod ejus nomine inscriptum lego:

Memorial de arbitrios para la reparacion de España. Matriti editum 1626. in folio.

F. GREGORIUS BRAVO DE SOTOMAYOR, Benedictinus monachus, elucubravit:

Historia de la Imagen de Nuestra Señora de Valvanera. Lucronii anno 1610. 4. typis Joannis Mongaston.

F. GREGORIUS CANDEL, patria Valentinus, Carmelita, in Scripturis Sacris exercitatissimus, edidit opusculum:

De la Antiguedad de la Fiesta de la Concepcion en la orden del Carmen. Valentiæ anno 1654. in 4. apud Joannem Baptistam Marzal.

Siete milagros de Santa Barbara. Ibidem apud Villagrassa 1666. in 4.

Expositionem in canticum Magnificat. Iisdem typis 1662. Multa reliquit in schedis observata XXIV. integris codicibus, qui magni habentur.

Obiit Valentiæ V. Januari MDCLXVIII.

D. GREGORIUS DE CASTELBRANCO, Lusitanus, comes Villænovæ, *Genealogica* quædam elucubrasse dicitur.

GREGORIUS ESCAPLES, vide in MATHEO DE MOYA.

GREGORIUS FERNANDEZ DE VELASCO, Toletanus, cum poetica virtus efflorescere apud nos, barbariemque rudis ac tantum Martialis ævi exuere cœpit, Virgilium poetarum principem confidenter aggressus loqui eum fecit vernaculo idiomate puro atque eleganti, scribens:

La Eneyda de Virgilio: unaque: *La I. y IV. Egloga.* Compluti anno 1585. in 8.

Convertit etiam in sermonem nostrum ex Italico Jacobi Sanazari:

El Parto de la Virgen en octava rima. Toleti 1554. 8. Matriti 1569. 8.

Edilium item Alvari Gomezii Eulaliensis, Crux, sive de Christi Domini nece, inscriptum. Temperare mihi non possum quin Lupi Felicis de Vega *Laurum Apollinis* texentis, eoque poetarum tempora nostrorum coronantis, elogio celebratum hunc dimittam. Sic ille sylva prima.

Acudiendo el primero
El Titiro Español, nuevo Sincero,
Cuya divina musa Toledana
Dio poder a la lengua Castellana,
Gregorio Hernandez, a quien oy le deben
(Aunque otros muchos prueben
A querer igualar su ingenio raro)
Virgilio y Sanazaro
Hablar con elegancia, y no con vana
Pompa inutil, la lengua Castellana,
Como diciendo en facil melodia:
Ay dulces prendas quando Dios queria.
O en el Parto sagrado de la Estrella,
Que cupo todo el Sol del Cielo en ella,
Con estilo mas limpio, mas hermoso,
Candido y puro que la luz del dia.
Tu sola conducir, diva Maria,
Puedes mi musa a puerto de reposo;
Puedes, y tu querras, y asi entro cierto
De hallar a tu divino Parto puerto.

D. GREGORIUS GANAVERRO, in Aragonia nobili loco natus, causas olim cum defendisset in patria, missus fuit in Neapolitanam urbem ut Regii patrimonii res curaret cum aliis judicibus (præsidem Cameræ Summariæ munus vocant) unde occasio ei data est ut scriberet:

Decisiones supremi Tribunalis Præfecti Prætorii regiæ Cameræ Neapolitanæ, & selecta Consilia. Neapoli apud Ægidium Longum anno 1655. fol.

Obiit Neapoli tempore pestis ultimæ, aut circiter.

F.

F. GREGORIUS GARZIA, ordinis Prædicatorum ex domo Beacienſis urbis, natus in oppido Cozar Toletanæ dioeceſis, in occidentalis Indiæ utraque plaga, quæ ad ſeptemtrionem & quæ ad meridiem eſt, plures annos peregrinatus, indeque reverſus, meditata hæc, ſive affecta, ſecum duxit, quibus res Indicas illuſtraret, ediditque apud nos:

Predicacion del Evangelio en el Nuevo mundo viviendo los Apoſtoles. Beatiæ anno 1625. in 8.

Origen de los Indios del Nuevo Mundo. Valentiæ apud Patricium Mey 1607. 8. Tertium quod promiſerat adhuc latet, nempe:

Monarquia de los Incas del Piru.

GREGORIUS GOMEZ, medicus Toletanus, ſcripſit, non ſine laude ſibi data ab Alexio Vanegas, qui eleganti epigrammate opus commendavit:

De Ratione minuendi ſanguinem in morbo laterali. Toleti apud Joannem de Ayala anno 1539. 4.

GREGORIUS GONZALEZ, domo ex oppido Rincon de Soto Calagurritani territorii, ſcripſit:

Primera Parte de Onofre Cavallero Guiton. MS. in 4. Vidit D. Thomas Tamajus.

F. GREGORIUS HURTADO DE MENDOZA, Luſitanus, ordinis Minorum Obſervantiæ Regularis in provincia Cataloniæ, ſcripſit cum ſacræ Scripturæ interpres eſſet:

Annotationum in Evangelii totius anni, tam Dominicarum, quam Feſtivitatum, primam partem. Barcinone apud Petrum de la Cavalleria 1638. fol.

F. GREGORIUS DE LEON, Franciſcanus:

Chilenſis regni Americæ Chartam Geographicam formavit, elogiumque addidit.

GREGORIUS DE LOBARIÑAS FEIXO, Gallæcus, portionarius eccleſiæ Sancti Creſcentis in Dudenſi dioeceſi (Georgio Cardoſo in *Agiologio Luſitano* die IV. Maii, lit. b. parochus audit hujus eccleſiæ) vir antiquitatum cognitione inſtructiſſimus, M.S. reliquit librum:

De los Santos de Galicia: ex quo plura ſe accepiſſe Joannes Tamajus, martyrologus noſter, fatetur VI. Auguſti, pag. 414.

Carta al Arzobiſpo de Braga D. Rodrigo da Cuña, en que trata de los Santos de eſta Igleſia. Meminit hujus epiſtolæ Georgius Cardoſus in *Agiologio Luſitano* die XXVI. Aprilis, lit. a. pag. 727. Laudatur quoque ab eodem Cardoſo non ſemel ejuſdem:

Topografia ſacra de Galicia. Neſcio autem an hujus, an alterius illius antea memorati, operis idem Cardoſus meminerit die XXVII. Junii, lit. d. in fine, decadem quintam laudans.

GREGORIUS LOPEZ, cognominatus alicubi DE TOVAR, natus in oppido Eſtremaduræ provinciæ, quod miraculoſæ imaginis Deiparæ Virginis, indidem appellationem accipientis, poſſeſſione famigeratiſſimum eſt, Guadalupe nuncupato. In juris ſtudio apud Salmanticenſes ſic profecit ut in ſummum virum doctrina atque prudentia mox evaſerit; poſt dictum enim Regio nomine jus in aliquo prætorio Hiſpaniæ, ſedit tandem inter Regii Indiarum ſenatus patres una cum Joanne Bernardo Diaz de Lugo, epiſcopo deinde Calagurritano, quem ipſe alicubi ſocium ſibi in hoc munere honorificenter appellat. Vir fuit exactiſſima utriuſque juris cognitione ac prudentia, vereque natus explicandis, & ad ſuam, ſive ſacrorum librorum ſive philoſophicæ diſciplinæ, ſive Canonicarum Imperialiumve ſanctionum originem reducendis Pandectarum noſtrorum legibus, & tanquam alter inter nos Accurſius, meritus eo nomine a viris ſui & noſtri ſæculi doctiſſimis reportare inſignia non vulgaris laudis teſtimonia: ex quibus pauca hæc ſelegimus. Didacus Covarrubias *Practicarum* cap. VIII. *Regium apud Cæſarem conſiliarium, virum equidem, ut in omnibus, quæ utriuſque juris exercitationem attinent, in hiſce legibus* (Partitarum, quibus de mox dicimus) *expurgandis & elimandis diligentiſſimum*; & lib. III. *Variarum* cap. XIX. *diligentiſſimum* ſimiliter *atque eruditiſſimum*, Commentariaque ejuſdem ad Partitas *doctiſſima*: Petrus Plaza in ſua *Epitome Delictorum*: *re & fama ubique inſignem, atque eruditione egregia in albo doctrinæ primariæ poſitum*: Joannes Otalora de *Nobilitate* c. III. *virtute atque juris ſcientia apud nos eximium*: Parladorius lib. I. *Quotid. quæſt.* cap. I. *raræ prudentiæ virum, deque jure noſtro benemeritum* jure appellant. Cujus opiniones parem vim cum Gloſſæ Accurſianæ ſententiis inter noſtros habere admonet Hieronymus de Zeballos in præfatione *communium opinionum.* Colophonem addat V. C. D. Joannes de Solorzano lib. II. *de Indiarum Jure* c. I. n. 38. *Gregorius Lopezius, Regius in ſupremo Indiarum ſenatu conſiliarius, & ob eximiam utriuſque juris peritiam & indefeſſum laborem omni ſæculo commendandus, uti clamant aurea & ardua gloſſemata in Partitarum leges, ſine quibus manca profecto Hiſpani fori juriſpruden-*

tia

tia videri posset. Jus igitur nostrum, quod Hispano antiquo verbo *Septem Partitarum,* hoc est partium, a numero audit, a Ferdinando III. Castellæ ac Legionis Rege, cognomento Sancto, excogitatum, & ab Alphonso Sapiente filio, doctissimorum sæculi sui jurisconsultorum opera, in opus perductum recognovit Gregorius noster, codicumque variorum inter se collatione adjutus emendavit, verum sensum faciemque restituit, laborem in eo insumptum viris jurisconsultissimis Regi nostro tunc temporis a consiliis, quod in tam magni momenti re decebat, præcedereque debuit publicationem, approbavit. Nec eo contentus perpetuam explicationem sive glossas addidit, ad quas certatim nostri pragmatici, velut ad cortinam Appollinis, provocare solent. Prodiit opus sic inscriptum:

Las siete Partidas del sabio Rey D. Alonso el IX. nuevamente glosadas por el Licenciado Gregorio Lopez del Consejo Real de Indias de su Magestad. Salmanticæ primum typis Andreæ de Portonariis anno 1555. in folio, tribus tomis. *Repertorium* vero, sive index, quarto ab his diverso continetur volumine. Edidit iterum idem Andreas de Portonariis ibidem anno 1565. Tertioque Dominicus de Portonariis, Andreæ forsan filius, anno 1576.

Natum ex se noster reliquit Didacum Pizarro, quem *de Censibus* nescio quid publicasse ipse refert parens in *glossa Leg. penultima Tit. VIII. Partitæ V.*

Diem obitus nec ipsa monstrat sepulcri inscriptio, quæ Guadalupense monasterium intrantibus in capella S. Annæ, oppidi paroecia, qua majori potest brevitate & modestia de Gregorio refert. Ecce illam:

Aqui yace el licenciado Gregorio
Lopez natural deste pueblo.
Rueguen a Dios por el.

GREGORIUS LOPEZ, cujus patria in obscuro est (alii Matritensem existimant, natumque anno MDXLII. alii Lusitanum, ut Georgius Cardosus in *Agiologio* suo XIII. die Martii, pag. 164. qui ortum ait in oppido Linhares Beiræ provinciæ) cum ex Hispania in septemtrionalem Americæ plagam, Mexici nempe regnum, transfretasset, insigni apud eas gentes vixit morum innocentiæ ac sanctitatis fama, præsertim in oppido Sanctæ Fidei prope Mexicum, ubi in nosocomio curandis ægrotis operam diu navavit, silentii & modestiæ observantissimus, de quo dixisse videtur lumen illud Græciæ, Nazianzenus episcopus, *recolendam Dei memoriam sæpius quam respirandum.* Retulit quippe de se ipse ei, cui dissimulare id non debuit, tres integros annos, excepto somni tempore, sic præsentem Deo se exhibuisse ut sine intima sui ipsius resignatione, his verbis Dominicæ orationis contenta *Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra*, quæ quidem semper agitabat ac volvebat mente (quod stupentes, ac Deo benedicentes audire debemus) nec semel tantum respiraverit. Imo & alteri retulit, non obscure quid sibi contigisset significans, notum sibi esse hominem, qui totis triginta sex annis purum quemdam atque nudum amoris Dei actum sic absque ulla intermissione continuaverat ut neque per unicum temporis momentum interruperit. Scriptum reliquit opus, quamvis ignarus literarum sacrarum, de quo, cum Sanctitatis ejus negotium, quod sollicite promovet nostri Regis pietas, & universa septemtrionalis America cum Indiarum senatu, Apostolicæ sedis judicium absolverit, quid sentiendum sit omnibus compertum erit. Libri nomenclatura & argumentum:

Explicacion del Apocalypsis: cujus prologus sic incipit: *Comun cosa es entre muchas personas de letras, quando se trata del Apocalypsi, decir que no es inteligible* &c. Videndus de hoc opere Ludovicus Alcazar in *Vestigationibus Apocalipsis* pag. 86. Edidit jam hoc tempore Gregorius Argaiz, Benedictinus, addita Vita, Matriti apud Antonium Franciscum de Zafra 1678. 4.

Reliquit item librum medicinæ, in iis regionibus utilissimum, manu exaratum:

De la virtud de las yervas. Item *Chronologia universal*; necnon & *Kalendario Historico* MSS.

Vitam ejus testis oculatus in literas misit Franciscus Losa, parochus cathedralis Mexicanæ ecclesiæ, quem sequuti sunt peculiaribus suis Historiis Alphonsus Remon, Mercenariorum sodalis, & Ludovicus Muñoz, causarum procurator in Matritensi curia, & nescio quid suum addidit Gregorius Argaizius laudatus.

GREGORIUS LOPEZ MADERA, Matritensis, Gregorii filius, quem Catharina Austriaca, Sabaudiæ ducissa, necnon & ipse Philippus genitor, Rex Catholicus, medicum habuit, S. Jacobi militiæ torquatus eques, juris tamen professor in academia Complutensi vespertinum ibi docendi jus Civile munus administravit, unde ad Indico-Hispalensis prætorii judicem eductus, gradatim inde per munera, tum curiæ Granatensis, tum Regii patrimonii senatus fiscalis advocati, atque item Regii judicis criminalium causarum (Alcalde de Casa y Corte vocant) necnon Toletanæ urbis correctoris, ad supremum usque magni Castellæ senatus ordinem anno MDCXIX. merito suo integritatis doctri-

 næ-

næque pervenit. Civilia namque ſtudia variis artibus, eaque cognitione rerum antiquarum, politicæ rei momentorum, totiuſque hiſtoriæ, tum noſtratis, tum peregrinæ, condiebat quam in monumentis a ſe editis non obſcure manifeſtavit. Ea ſunt:

Animadverſionum Juris liber ſingularis. Auguſtæ Taurinorum 1586. 4. Coloniæque apud Gymnicum 1594. adjunctis Caroli Molinæi *Dolanis Lectionibus.*

Cetera ſermone vernaculo:

Diſcurſos de la certidumbre de las reliquias deſcubiertas en Granada deſde el año MDLXXXVIII. haſta el de MDXCVIII. Granatæ apud Sebaſtianum de Mena anno 1601. folio.

Excelencias de la Monarquia y Reyno de Eſpaña. Philippo IV. etiam tunc Principi, dicatum opus, atque editum Pinciæ an. 1517. in fol. Recognitum inde, novaque acceſſione locupletatum, Matriti apud Ludovicum Sancium anno 1629. folio.

Excelencias de San Juan Bautiſta. Toleti 1617. folio.

Tratado de la Limpia Concepcion de Nueſtra Señora. Matriti 1638. Tributum quoque huic video:

Tratado de la Juſtificacion de los Cenſos.

GREGORIUS LUPAR, ſcripſit, Petri Albæ teſtimonio in *Militia Conceptionis*:

De Conceptione Deiparæ Virginis Mariæ tomos duos. Matriti 1638. 4.

F. GREGORIUS MARTINEZ, Segovienſis, ordinis Prædicatorum, ejuſdem urbis cœnobii alumnus, ſacræ theologiæ magiſter fideique rerum cenſor apud judices Sancti Officii Pincianos & Conchenſes, cum in patria, tum in Pinciana domo literis theologicis imbuit ſodales, Conchenſem idem & Medinenſem rexit, vir doctrina præſtans & ingenii acumine. Edidit, dum ſtudiis Valliſoleti præeſſet:

Commentariorum ſuper Primam Secundæ D. Thomæ, Volumen primum: ſcilicet *uſque ad Quæſt.* XXI. Pinciæ apud Franciſcum Fernandez de Cordoba 1617. folio.

Eorumdem ſuper Primam Secundæ Tomum ſecundum uſque ad Quæſt. LXXXIX. Toleti apud Didacum Rodriguez 1622. folio.

Commentariorum eorumdem tomum tertium: qui, ad *Quæſtionem* pertingens CXIV. a morte auctoris, Pinciæ editus fuit, curantibus cœnobii Segovienſis ſodalibus 1637. folio.

Deceſſerat namque Gregorius in ea ipſa urbe Pincia, dum editionem urget, idibus Maii ejuſdem anni MDCXXXVII. ætatis ſuæ LXII.

GREGORIUS MARTINEZ CAMINHA, Luſitanus, juriſconſultus, edidit:

Practica de Tribunaes e Eſcrivaõs. Conimbricæ 1578.

F. GREGORIUS NUÑEZ CORONEL, Luſitanus, parentibus editus Uliſipone natis, familiæ adhæſit eremitarum S. Auguſtini. Hunc ſacræ theologiæ doctorem, Sabaudiæ duci a concionibus, atque item Pauli V. Summi Pontificis theologum, recuſatis circa annum MDCVII. Caſtellanenſi & Hortenſi epiſcopatibus, doctrinæque fama percelebrem monumenta ordinis Auguſtiniani chronographica teſtantur. Edidit:

De vera Chriſti Eccleſia. Romæ apud Jacobum Lunam 1594. in 4.

De optimo Reipublicæ Statu: duobus tomis. Ibidem 1597. in 4. Accedit:

De Sacris Apoſtolicis Traditionibus lib. unus. Inter illos fuit Gregorius ob eximiæ doctrinæ meritum, quibus Clemens VIII. dijudicandam inter Jeſuitas & Dominicanos de auxiliis divinæ gratiæ controverſiam commiſit.

GREGORIUS DE LA PEÑUELA MENDEZ, Granatenſis, ſcripſit:

Elogios a Maria Santiſima, que conſagra devotamente Granada a la limpieza pura de ſu Concepcion. Granatæ 1651. in 4.

F. GREGORIUS DE QUINTANILLA ..... Benedictinus, magiſter theologus, & linguarum orientalium profeſſor primarius Salmantinus, monaſterii SS. Facundi & Primitivi MM. vulgo Sahagun dicti, ſemel atque iterum abbas, edidit:

De Tabernaculo Fœderis. Salmanticæ apud Lucam Perez 1674. Cumque pararet in Sacra Biblia, e vivis abiit in eadem Salmantica urbe Januario menſe MDCLXXV.

GREGORIUS DE LOS RIOS, presbyter, de cultu hortorum primus inter nos, quod ſciam, vernacule commentatus eſt, edito libro hujus nuncupationis:

Agricultura de Jardines, que trata de la manera como ſe han de criar, gobernar y conſervar las plantas &c. Conjectus eſt cum aliis ejuſdem argumenti in editionem Matritenſem variorum *de Agricultura* ſcriptorum anno 1620. in folio.

F. GREGORIUS RUIZ, Pincianus, Seraphici ordinis in provincia Conceptionis Obſervantiæ Regularis, edidit:

Commentaria in lib. IV. *Sententiarum.* Pinciæ 1613. & 1643.

F.

F. GREGORIUS DE SALAMANCA, ordinis S. Francisci, scripsit:

Compendio de la Regla de S. Francisco. Circa annum 1665.

F. GREGORIUS SANCHEZ, Franciscanus, sacræ theologiæ professor in Complutensi cœnobio S. Mariæ de Jesu, patribus qui religionem tuentur a censuris, edidit post bullam ultimo emanatam ab Alexandro Papa VII. tractatum:

De Statu Mysterii Immaculatæ Conceptionis. Matriti 1662. in folio.

GREGORIUS SILVESTER, Olisipone natus anno MDXX. ex Joanne Roderici Zafrensi ut credimus, doctore medico Regis Portugalliæ, ecclesiæ Granatensis (ut Lucretiano verbo utar) organicus, sive organorum pulsator, inter æquales sui temporis non mediocris existimationis poeta, reliquit ab heredibus edenda:

Obras poeticas. Granatæ 1599. 8. apud Sebastianum de Mena. Attamen prius ediderat Olisipone anno 1592. in 12. Emmanuel de Lyra, una cum præambula epistola satis docta Petri de Caceres & Espinosa de vita ejus & poetica facultate, lectu dignissima. Uxorem habuit Joannam de Cazorla & Peralta, Guadixiensem. Obiitque anno MDLXX. Granatæ, jacetque apud Carmelitanos.

D. GREGORIUS DE TAPIA ET SALCEDO, Matritensis, eques Sancti Jacobi, Gregorii filius, quem Philippus IV. Rex noster Catholicus, sibi a secretis status & belli habuit, idemque unus ex stratoribus ejusdem Philippi Regis, atque ordinis sui fiscalis procurator, dedit foras:

Memorial de la antiguedad de la sagrada Orden de Sant-Iago. Matriti apud Alphonsum de Paredes 1650. in 4. In quo libello nescio quid alienæ manus subodorantur sagacioris naris homines. Magis sine controversia hoc auctore natus est:

El Tratado de la Gineta. In 4. 1643. Itemque:

Modo de armar Cavalleros en la orden de Sant-Iago. Matriti 1658.

Advertencias para torear. Matriti anno 1651.

El Timbre del Cuervo.

Vida y milagros de la Infanta Doña Sancha Religiosa de la orden de Santiago.

De los Errores que se cometen en las Pinturas sagradas. Matriti 1661.

Vida de Alcibiades: ex Italico Virgilii Malvezzi. Matriti 1668.

Del Timbre que usa en sus Armas la Casa de Sarmiento. Meminit D. Josephus Pellicerius in *Informatione* hujus nobilissimæ familiæ, fol. 35.

Obiit ineunte anno MDCLXXI.

F. GREGORIUS TAVEIRA, Lusitanus, nescio ad quodnam institutum pertinens, tacet enim Cardosus, edidit Lusitane:

Escada para o Ceo: scilicet, scalam in cœlum ascendendi. Olisipone 1619. in 8.

GREGORIUS DE VALENCIA, domo Medinensis (quod oppidum illustre admodum Veteris Castellæ inter alia ejusdem nominis Medina del Campo vulgo audit) a tenera ætate in Societatem Jesu apud Salmanticenses adlectus, in eademque liberalibus disciplinis bene instructus, ad Germaniam destinatur, qui sacram scientiam tum sodalibus e loco superiore dictaret, tum ab impiorum omnis generis sectariorum, tota regione illa vastissima debacchantium, insanis molitionibus propugnaret. Equidem præstitit utrumque vir sapientissimus, fidelemque populum mire erexit & sustentavit, egregia doctrinæ, eruditionis ac pietatis opera edidit Dilingæ prius, mox Ingolstadii Bajoariorum in locum Hieronymi Torrensis suffectus. Hinc post Germanicam multi temporis peregrinationem Romam advocatus, coram Clemente VIII. P. M. almaque universalis ecclesiæ curia in magna vixit apud omnes eximiæ cujusdam sapientiæ opinione & fama, donec Neapolim cum sese causa valetudinis, quam tot laboribus sensim detriverat, contulisset, in ea urbe jam sexagenarius, longiori perpetuoque ævo potiturus, anno hujus sæculi tertio de vita migravit. Opera Gregorii partim ad Controversam, partim ad Scholasticam theologiam hoc ordine referri debent. De controversiis fidei quamplura opuscula diversis temporibus evulgata postremo recognovit, certaque methodo atque unico volumine comprehensa recudi fecit Lugduni apud heredes Rovillii 1591. hac inscriptione:

De Rebus Fidei hoc tempore controversis. Scilicet hæc continet, quorum elenchum subjecimus:

Analysis Fidei Catholicæ lib. VIII. *comprehensa, in quibus simul de Ecclesia, de Romano Pontifice, de Scriptura, de Traditionibus, de Conciliis disputatur.* Prodierat anno 1589.

De Sanctissima Trinitate lib. V. *sive Refutatorius libelli cujusdam pestilentis doctrinæ in Polonia editi.* Prodierat anno 1586.

De vera Christi majestate & præsentia contra Lutheranos Ubiquistas lib. V. cum *Epistola Francisci Turriani* de eodem argumento ad

ad auctorem scripta. Olim editum opus anno 1582. Ingolstadii apud Sartorium cum hoc titulo : *Disputatio contra duarum sectarum Ubiquitariæ & Sacramentariæ , pro vera Christi præsentia non ubique , neque in cœlo tantum , sed in cœlo & in sanctissimo Sacramento.* Hæc ibi.

De Rebus controversis ad materiam Sacramentorum pertinentibus lib. XXIII. scilicet:

De Numero & efficacia Sacramentorum novæ Legis lib. II.

De Baptismo parvulorum lib. I.

De reali Christi præsentia in Sacramento Eucharistiæ lib. V. contra Calvinistas. Vulgati olim fuerant 1587.

De eodem argumento lib. III. adversus responsiones duorum Calvinistarum. Accedit appendix *de Colloquio Monpelgartensi.* Prodierat anno 1589.

De Legitimo usu Eucharistiæ in altera tantum specie lib. I.

De Sacrosancto Missæ Sacrificio lib. II. *contra Lutheri , Kemnitii , Herbrandi , & aliorum Sectariorum doctrinam* , quorum prior editus fuerat 1580. posterior 1581.

De Contritione ex pœnarum timore concepta lib. I.

De Necessitate Confessionis lib. I.

De Satisfactione lib. I. editus olim anno 1588.

De Ordinis Sacerdotalis & Episcopalis discrimine lib. I.

De Indissolubili vinculo Matrimonii lib. I.

De Idolatria lib. V. *in quibus cultus sacræ Eucharistiæ , & Sanctorum , & sacrarum Imaginum , & Reliquiarum adversus Sectariorum contumelias defenditur* , editi 1580. & sequenti.

Seorsim editi sunt:

Disputatio de Idolatria contra Sectariorum contumelias , una cum Apologetico adversus Jacobum Herebrandum Lutheranum. Ingolstadii in 8. Item:

Confutatio Calumniarum , quas Herebrandus Spongia quadam complexus est , & in Apologeticum de Idolatria nuper Ingolstadii editum leviter & petulanter effudit. Ibidem in 4. Necnon et:

Refutatio Apologiæ Jacobi Herebrandi Lutherani de causis cur susceptum de Idolatria certamen deserere instituerit. Ibidem 1581. in 8. Adjungitur in eodem volumine:

De rebus fidei controversis:

De diversis aliis materiis controversis lib. XI. nempe:

De Peccato originali lib. I.

De Officio proprio Christi Mediatoris , ac Redemptoris lib. I. seorsim editus Ingolstadii 1580. in 4.

De vera ac falsa differentia veteris & novæ Legis lib. I.

De Gratia , Justificatione & Meritis lib. I. editus 1576.

De Prædestinatione & reprobatione lib. I. editus 1574.

De Statu & votis Religiosorum hominum lib. I.

De Cœlibatu lib. I.

De Potestate Legis humanæ , præsertim Ecclesiasticæ lib. I.

De Efficacia Excommunicationis Ecclesiasticæ lib. I.

De Indulgentiis lib. I. editus 1587.

De Purgatorio lib. I. Huc usque opera in eo volumine contenta. Post cujus editionem prodiit ab eodem auctore:

Redargutio inscitiarum & fraudum , quibus nonnulli falsi Theologi ac Pseudo-philosophi Genevenses subsidiarii Antonii Sadaelis, & Fortunatus Grellius Heidelbergensis eum librum cavillati sunt , quo præcipuum mysterium doctrinæ Calvinistarum anno MDLXXXIV. examinatum & convictum est. Ingolstadii 1590. 4.

Supplementum earum fraudum , seu mendaciorum , quæ in Redargutione superiore anno edita quibusdam Calvinistarum objecta sunt. Ibidem 1591.

Peccata tria Sadaelis in Apologia secundorum ipsius peccatorum. Ibidem 1595. in 4.

Præter hæc Joannes Jacobus Frisius in *Supplemento Epitomes Gesnerianæ Bibliothecæ* tribuit nostro , prætermissam ab Alegambio:

Annotationem brevem in Admonitionem brevem a Smidelino Lutherano nuper pro Jesuitis contra Calvinianos editam. Ingolstadii apud Sartorium 1582.

In theologia Scholastica edidit:

Commentariorum Theologicorum , & Disputationum in Summam D. Thomæ Aquinatis tomos IV. qui primum anno 1591. & alias sæpius , tandem ex ultima auctoris recognitione Ingolstadii prodierunt anno 1603. uti ex his quatuor *Brevis Summa* , Coloniæ 8. 1642.

In his Commentariis ita stilum temperare dicitur ut solidam ac reconditam Sancti Thomæ doctrinam explicet , nimias & spinosas subtilitates circumcidat , ut & Catholicos illarum nationum septemtrionalium magis alliciat hac veluti illecebra ad Angelicum præceptorem legendum , & hæreticos ab ejusdem doctrina abhorrentes ac præfractos , si fieri potest , emolliat , quod ait *Bibliothecæ Societatis* auctor. Finiam verbo tantum addito ad multa clarissimorum hominum elogia , etiam a Pontifice ipso Clemente VIII. appellationem *Doctoris Doctorum* admeruisse Gre-

Gregorium, uti refert Adamus Contzen lib. v. *Politicæ*, cap. I.

GUILIELMUS.

GUILIELMUS CASSADOR, Catalanus, Barcinonensis, utriusque Signaturæ ut vocant referendarius, ac sacræ Romanæ Rotæ ab anno fere MDXI. quo scilicet a Petro Martyre Anglerienfi lib. xxiv. epist. ccccli. a munere isto compellatur, ad MDXXIII. auditor: quem *absoluta juris peritia longe illustrem* Martinus Navarrus doctor appellat ad cap. *Acceptam*, *De Restitutione Spoliatorum*, in *resolutione oppositionis* ix. num. 35. atque item *diligentissimum & curiosum* Ludovicus Gomezius in prooemio ad *Reg. Canc.* §. *Considera*: & in *Reg. De Idiomate* quæstione v. in principio. Venit hic legatus Julii Papæ II. ad Ferdinandum Regem Catholicum, atque item ad Portugalliæ Regem postulaturus ab eis contra Gallos auxilia, quæ ditionem Pontificiam per eos dies magna vi urgebant: rem narrat in superius laudata epistola Petrus Martyr. Episcopus tandem Algerensis in Sardinia insula publicavit, sive publicandas reliquit:

Decisiones aureas, quotidianas materias, præsertim beneficiales, & praxim ac stilum Curiæ Romanæ concernentes. Parisiis apud Paschasium le Tellier 1545. in 8.

Epitomen quoque *de Restitutione in integrum*: quam inter alios hujus argumenti enarratores Antonius Harray typographus Lugdunensis edidit anno 1586.

Super XIV. Regulas Cancellariæ: teste *Mandosio* in principio suorum in easdem *Regulas Commentariorum.*

F. GUILIELMUS DE SANCTA MARIA, alias NORONHA, comitis de Linares ex Regia Lusitaniæ & Castellæ progenie filius natu major, qui possessionem amplissimæ in Portugallia domus sive familiæ præ religiosa eremitarum S. Augustini paupertate contempsit, vicarius apud suos generalis, præfectusque provincialis, edidit:

Expositiones in VIII. libros Physicorum, una cum *Simonis de Visitatione in libros Meteororum, & de Cœlo Commentariis.* Ursellis prodierunt anno 1604.

F. GUILIELMUS DE PASSIONE, Lusitanus, Bracharæ ortus, Cisterciensis in monasterio Alcobaciensi monachus & abbas, eximiæ vir pietatis, cujus nomine laudat non mediocriter eum Cardosus in *Agiologio* XXI. Maii, lit. d. Circa annum MDLXXII. scribebat:

Chronicon suæ *domus Alcobaciensis*: unde plurimum illustrari potuit totius Portugalliæ historia. Hujus meminit Angelus Manrique *Annalium Cistercienfium* tomo secundo ad annum MCXLVII. cap. XVII. Scripsit etiam:

De Fundationibus Cœnobiorum regni Lusitaniæ: cujus operis & ipse memor est Manrique ad annum MDLXXI. cap. VIII. num. II.

Præter hæc scripsit:

Laberinto Espiritual: docte ac pie admodum, hoc est, de sanctis Angelis tractatum: qui MS. asservatur in cœnobio Alcobaciensi, eodem teste Cardoso.

GUILIELMUS TOQUEL, typographus Salmantinus (Hispanusne an peregrinus?) Hispane scripsit:

Sumá de la Ortografia Castellana. Salmanticæ 1593. in 8.

GUILLENUS, seu GISLENUS.

D. GUILLENUS (vernacula forma GUILLEN) DE AVILA, canonicus Palentinus, nuncupavit D. Petro de Velasco comiti de Haro:

Los Quatro libros de Julio Frontino, de los exemplos, consejos, y avisos de la guerra.

D. GUILLENUS DE CASTRO, Valentinus, gente an loco natali? comoediarum poeta inter æquales (floruit autem eo tempore quo theatris suus vigere cœpit honos) nemini secundus, si demas tamen phoenicem hujus artis Lupum Vegam, a quo tamen in *Lauru Apollinis* pro merito celebratur. Prodierunt vero:

Las Comedias de D. Guillen de Castro: duabus partibus seu tomis 1625. in 4. imo & 1621. Valentiæ apud Philippum Mey in 4.

D. GUILLENUS RAMON DE MONCADA, marchio Aytonæ, Francisci marchionis filius, eques ordinis Calatravæ, in bello adversus Catalanos copiarum olim summus præfectus, Gallæciæ item prorex, vir magnitudine animi & vitæ sanctimonia flos & speculum nobilitatis nostræ aulicæ. Philippo Regi IV. a cubiculo fuit, dein serenissimæ Reginæ hipparchum exercuit, inde in archioeconomum, sive magnum Regiæ domus magistrum promotus. Quo munere, suffragioque simul inter VI. viros, qui a prudentissima Regina gubernatrice de publicæ rei momentis ex Regiis Philippi IV. gloriosæ memoriæ tabulis consuluntur, summo omnium ordinum plausu & acclamatione functus fuit usque ad obitus diem. Dum parabat editioni majus quoddam opus bellicæ artis, edidit:

Discurso militar. Proponense algunos incon-

convenientes de la milicia destos tiempos, y su reparo: ad Regem ipsum Catholicum Philippum IV. Valentiæ, & Mediolani 1654. in 4. Sub alieno autem nomine Josephi Hieronymi de Beranui, sibi a sacris:

De la Oracion: tribus partibus. Matriti 1655. in 8. Miles etenim in utraque militia gnarus atque strenuus erat dum viveret.

Obiit autem ingenti omnium dolore XVII. Martii MDCLXX. in flore ipso ætatis: cujus in me benevolentiæ perspectissimæ, pariter atque meæ erga eum summæ observantiæ, monumentum æternum, si tantum sperare datur, manere hic & perennare velim. Apponere hic lubet venerabilis congregationis Matritensis, quam Scholam Christi vocant, ad ejusdem nomenclaturæ aliam quæ Romæ ex Hispanis fundata est, de obitu marchionis epistolam, ex qua veluti ex digito Colossum agnoscas:

Damos aviso a vuesas Caridades como ha sido nuestro Señor servido de llamar a eterno descanso a nuestro hermano el marques de Aytona, con extraordinario sentimiento por haber concurrido en él particulares circunstancias. Su vida exemplo de virtud, muy puntual en el cumplimiento de nuestras constituciones, sin que le estorbasen tantas y tan relevantes ocupaciones del mayor peso de esta monarquia, ademas de otras muchas obras de caridad en que se ocupaba, siendo en todas el primero, que parecia imposible pudiese tener tiempo para ellas: un puro dechado de la humildad. Diganlo los pobres mas llagados y asquerosos del hospital General, a quienes servia la comida de rodillas con entrañable amor, demas de los regalos que mandaba se repartiesen por mano de nuestros hermanos en todas las salas: muestras de su rara liberalidad y piedad. Continuó este exercicio en el hospital hasta que su Magestad la Reyna Nuestra Señora le mandó lo dexase por el peligro y daño que se le podia seguir al Rey Nuestro Señor, como quien tan de cerca y amenudo le comunicaba, prohibicion que le causó notable sentimiento. Fue de los primeros hermanos de esta Escuela, y desde aqui el autor y fundador de casi todas las que se han fundado en España, procurando vencer las dificultades si en algunas se ofrecian; y finalmente le debemos en sus exercicios mucha enseñanza y buen exemplo. Y aunque nos ha dexado con esperanzas que goza de su Divina Magestad, por si tuviese algo que satisfacer suplicamos a vuesas Caridades le ayuden con sus fervorosas oraciones, que lo mismo hemos hecho con los avisos tenidos de esa santa Escuela, y lo haremos siempre. El Señor guarde a vuesas Caridades en su amor y gracia. Madrid y Abril 8. *de* 1670. = *Indigno Obediencia de esta santa Escuela. Fr. Juan Fernandez de Espinosa.* = *Juan Bautista Galiano, Secretario.* = *Venerable y santa Escuela de Roma.*

GUILLENUS RAYMUNDUS DE MONCADA, nobilis ut credimus Catalanus, & uti se appellat artium doctor, fecit:

De Imaginibus Cœlestibus Ali Ebn Alhaten traductionem. Incipit: *Etsi negotiis reverendissimi domini mei cardinalis Melphitensis sim quotidie occupatus, quæ me totum sibi (tanta est illi sciendi cupiditas) vindicarunt, tamen siquid successivi temporis fuit, ut interrogationi tuæ satisfacerem, impendi, illustrissime princeps*: ad Fredericum ducem Urbini, S. R. E. vexilliferum, loquitur. Cardinalis autem hic, cui præstabat operas, familiaris forte.......... utitur auctor hoc disticho ad commendandum opus:

Donec erit Cœlum, Lunæ Phœbique labores
Quot sint & quales hoc breve pandit opus.

Extat MS. in codice bibliothecæ Urbinatensis, quæ jam in Vaticana est codice 514. Ibidem est aliud opusculum quod incipit: *Petiisti a me, illustrissime Princeps, ut Alcoranum Mahometi de Arabico in Latinum sermonem traducerem* &c. Meminit inde ejusdem domini sui cardinalis Melphitensis, *qui*, ait, *hortatus fuit & sibi jussit hoc faceret. Quod petiisti igitur*, infit, *de Arabico in Latinum sermonem verti, deinde in Hebraicum, & postea in Chaldæum & Syrum.* Sequitur titulus: *Traductio Surat Alhagi Mohameti.*

GUIOMAR.

GUIOMAR DE JESU, Lusitana, edidit:

Consolaçaõ de nosso desterro. Quod opus editum, jubente Henrico Portugalliæ Rege, scribit Cardosus in *Agiologio* die XV. Aprilis pag. 582. Hæc est ut credimus *A Vida de Christo*, quam alii ei tribuunt.

GUIOMAR DA VILHENA, Lusitana, comitissa de Videgueira, scripsisse dicitur:

Devocoẽs com a Santisima Virgem. Cardosus.

GUNDISALVUS.

F. GUNDISALVUS, Franciscanus, nullo alio notus cognomine, multa collegit monumenta ordinis sui, & simul edidit uno libro, quem sic inscripsit:

Speculum Fratrum Minorum. Hispali 1531. Waddingus in *Bibliotheca Franciscana.*

GUNDISALVUS DE AYORA, Cordubensis, post facta stipendia plura militaria in Galliis Germaniaque & Italia, rediit in pa-

patriam bellicæ artis, quæ apud eas gentes increbuerat, necdum ad nos pervenerat, ordinate aciem movendi, atque ea pugnandi admodum gnarus, quam vere invexit nobis primus, Catholicorum Regum nutu & auspiciis, cujus rei specimen coram iis fecisse dicitur Medinæ Campi, summeque omnibus placuisse. Assumptus fuit & ipse a Ferdinando in custodiæ Regiæ, quam illius suasu, morem aliorum Regum laudantis, corpori admoverat, sive centuriæ Prætorianæ primum præfectum. Qui, cum Philippi Belgarum Principis in Hispaniæ regnum propter Joannam uxorem succedentis, cum ad nos venisset, partes sequutus esset, Ferdinandum deinde parum propitium habuit, nec obtinere potuit ut præfecturæ illud munus apud eum gubernando Caroli nepotis vice regno nove admotum resumeret. Ivit ergo honore hoc fere exutus in Africam primæ expeditionis Mazalquiviranæ, atque secundæ Oranicæ, Francisci Ximenii Toletani præsulis ductu & auspiciis confectarum, socius, militumque tribunus. Sed cum literis non minus quam armis excelleret, Catholici ejusdem Regis Elisabethæque Reginæ chronographus allegi promeruit. Hæc de viro, ea ætate celebri, annotaverunt Alphonsus Madridius, Alcorensis archidiaconus, in *Historia urbis Palentinæ*, ex qua Gundisalvus noster uxorem duxit, manuscripta: Gundisalvus Fernandez de Oviedo in *Tractatu*, etiam manuscripto, *De la Casa Real*, secunda parte, tit. *Del Capitan de la Guardia*: Alvarus Gomezius *De rebus gestis Francisci Ximenii* lib. IV. Lucius Marinæus Siculus in epist. quadam lib. XIII. gratulatoria de chronographi munere ei collato: Petrus Martyr Anglariensis *Epistol.* lib. XXII. epist. CCCC. ubi eum vocat *non minus armis quam literis clarum*, qui & in epist. DCLII. lib. XXX. *lingua disertum* appellat ex occasione habitæ ab eo Pinciæ ad populum tumultuantem anno MDXX. de concordiæ bono concionis: aliique recentiores. Scripsit, de qua plures referunt:

Historia de la Reyna Catholica Doña Isabel, MS. Nam & Lucius Marinæus Siculus, initio lib. XX. *De Rebus Hispaniæ*, memoraturus res in bello Granatensi gestas: *Meminerunt*, ait, *præterea belli Granatensis protonotarius Petrus Martyr, Gonsalus Ayora Cordubensis, Regius historicus, Alphonsus Palentinus, & Tristanus Silvius.* Item Stephanus Garibay lib. XVIII. cap. I. de historicis Catholicorum Regum Ferdinandi & Elisabethæ referens: *Tambien fue buen coronista*, inquit, *Gonzalo de Ayora, no solo en Latin mas aun en Romance.* Item:

Relacion de la Conquista de Oran. Quæ quidem forsitan de tribus epistolis, coagmentanda erit, quas Fr. Petrus Quintanilla in *Orano* suo *Catholico* publicavit pag. 19. Vide *Archivium Complutense* (quod editum fuit a collegio S. Ildephonsi, una cum *Vita Cardinalis Ximenii*) pag. 76. Hæc quidem inedita; sed Latinum quidem prodiit in lucem Gundisalvi Ayoræ opus, extatque Mediolani excusum apud Zarotum 1492.

De Natura hominis: quod opus germanus est Petri Montii fetus, quem ex Hispano in Latinum noster convertit, sive *de Dignoscendis hominibus* libri VI. quos auctor Montius Joanni Regi Hispaniarum (Secundo ut suspicamur) dicavit: Hispane an Italice loquentes? Interpretationem hanc Ayoræ Mediolani excudit, Elisabethæ Reginæ Catholicæ nuncupatam, Antonius Zarotus 1493. in folio. Item si verum dixit Petrus Alba in *Militia Conceptionis*, columna 498. ejusdem Petri Montis librum *De Conceptione Immaculata* vertit in Latinum, dedicavitque Oliverio, episcopo Sabinensi, cardinali Neapolitano, incipiens: *Jam diu est, præstantissime præsul* &c. extatque in 4. absque anno & loco impressionis, & Mediolani 1492. in folio. Quod etiam opusculum vertit in linguam Italicam, dicavitque D. Beatrici, Barri ducissæ, & incipit: *E' stata universale sententia*: extareque ait hanc versionem cum antecedenti in bibliotheca Complutensi. Sed hic liber idem est cum altero *De Natura hominis*, ubi de Conceptionis hoc mysterio agit. Scio & scripsisse, qui MS. adhuc per manus it:

Epilogo de algunas cosas dignas de memoria de la ciudad de Avila; imo editum affirmat D. Thomas Tamajus cum hoc titulo: *Muchas Historias dignas de ser sabidas, que estaban ocultas, pertenecientes a Avila.* Salmanticæ apud Laurentium de Leon 1519. in 4.

GUNDISALVUS DE ANDIA, sive GONZALEZ DE ANDIA (nisi cognomen totum id nomini Gundisalvo adjunctum) scripsisse dicitur, atque edidisse:

Descripcion de las Casas solares de España. Matriti 1620. in folio.

GUNDISALVUS ANES (Joannes intelligo) BANDARRA, Lusitanus, patria ex oppido Trancoso, anno superioris sæculi sexto super quadragesimo scripsit ad archiepiscopum Bracharensem:

Carmina quædam vulgaris linguæ, quæ hoc principium habent:

Illustrisimo Señor,
De virtudes muy perfeito,
Vos debeis ser eleito
De todos legislador &c.

In

In quibus, futurarum rerum quasi præsagio, eventus omnes regni ejus ab eo usque ad nostra tempora Lusitani deprehendere se etiam serio loquentes ajunt.

Obiisse diem suum dicitur anno MDL.

D. GUNDISALVUS ARGOTE DE MOLINA, Bæticus, Beaciensis, historiæ antiquæ totius Hispanæ inter paucos gnarus, maxime delectatus fuit, ornavitque eximiis lucubrationibus eam partem, quæ texendis nobilium familiarum successionibus, longaque sæculorum serie remotis originibus conquirendis, non sine magno in posteros fructu, beneque ab iis & omnibus aliis hujus studii amatoribus merendi usura, præcipue impenditur. Quod quidem ei tam prospere ac laudabiliter cessit, ut fere quidquid eo auctore in rebus sic longe a nostra ætate ac memoria dissitis affirmatur non alia egeat commendatione. Vixit Hispali majorem ætatis partem, decurio ejus urbis, Provincialisque de la Hermandad: sic proprio & municipali verbo appellant præfecturam militum, qui prædones, viarumque obsessores persequuntur. In bello Granatensi, quod adversus Maurorum reliquias gestum fuit anno MDLXVIII. Bæticarum copiarum vexillarius (Alferez mayor nos dicimus) virtutis bellicæ non minus quam alias artium pacis documenta dedit. Uxorem cum duxisset Hispali Constantiam de Herrera & Roxas, Augustini Lanzarotæ insulæ unius ex Fortunatis marchionis heredem tunc temporis unicam, marchionatus eo titulo appellari cœpit. Quo deinde ac successionis spe cecidit, mascula prole socero nata, contentus, gentilitio forsan, domini Turris de Gil de Olid cognomento. Decessit tandem angusta re, ac non bene sana mente, liberis orbus, impressa dumtaxat libris sui memoria, præcipueque ei, qui famam fert ante alios:

Historia de la Nobleza de Andaluzia. Hispali anno 1588. in fol. apud Ferdinandum Diaz. Parabat hujus operis tres partes: siquidem tertiam, quæ familias urbis Hispalensis complectebatur, quæ in suburbicaria divisione tempore Alphonsi Regis Sapientis inter expugnatores facta nominantur, apud se habuit Petrus Salazar de Mendoza, qui Olivariensi comiti tamquam thesaurum quoddam obtulisse eam refertur. Habuit inde excellentissimus comes Villumbrosæ, Castellæ senatus præses, quæ sic inscripta est: *Repartimiento de Sevilla por el Rey D. Alonso el Sabio en la era de 1291. con los elogios, armas, insignias y divisas de las Reynas, Infantes, Condes, Ricoshombres, Cavalleros, Escuderos y Hidalgos, contenidos en él por Gonzalo Argote de Molina año* 1588. Manet nunc penes excellentissimam comitissam ejus conjugem, quæ virili animo femina studiis & libraria supellectile delectatur. Aliud exemplar dicti libri, *Repartimiento* dicti, cum notis ejusdem Gundisalvi & Ambrosii Moralis habet Hispali D. Didacus Ortiz de Zuñiga, *Hispalensium Annalium* auctor. Secunda forte Cordubensibus addicta erat, ut & prima, quæ sola in lucem prodiit, Beaciensibus, Ubetensibus & Giennensibus. Diversum videtur ab hoc opus:

Historia de las Ciudades de Baeza y Ubeda: quam Joannes Perez de Moya libello *de Fœminis illustribus* semel atque iterum laudat, res inde referens, quæ in *Nobilitatis Historia* desiderantur.

Publicavit primus dissertum libellum:

El Conde Lucanor indigitatum ab auctore, qui fuit D. Joannes Emmanuel, Emmanuelis filius, Ferdinandi Castellæ Regis Sancti nepos. Adjunxit huic doctæ fabulæ Gundisalvus noster: *La vida del Infante D. Juan Manuel: el principio y succesion de la Casa de los Manueles*: itemque: *un Discurso de la Poesia Castellana contenida en este libro.* Hispali anno 1575. 4. apud Henricum Diaz. Editio autem altera 1642. *Additiones* quasdam continet, quæ auctoris non sunt, notante id D. Josepho Pellizerio *en el Memorial de la calidad y servicios de D. Fernando de los Rios* fol. 33. num. 7. Necnon et:

Historia del Gran Tamorlan; Itinerario y enarracion de la embaxada que Ruy Gonzalez de Clavijo le hizo por mandado del Rey Don Henrique III. de Castilla. Hispali apud Andream Pescioni 1582. folio.

El Libro de la Monteria, que mandó escribir el muy alto y muy poderoso Rey D. Alonso de Castilla y de Leon ultimo de este nombre: ad Philippum III. Regem Catholicum. Hispali typis Andreæ Pescioni 1582. folio. Cui addidit, mantissæ loco, *un Discurso sobre el Libro de la monteria*, de hodierno scilicet ejus usu, Regiorumque ministrorum munere qui hoc negotium expediunt. Manu exaratus circumfertur:

Un tratado de la Casa de Argote: quem laudat idem D. Josephus Pellizer in laudato *Memoriali de D. Fernando de los Rios*, fol. 37. num. 10.

Laudabat olim nostrum Ambrosius de Morales, cujus verba, quippe laudari maxime decet a laudato viro, subjicere non gravabor ex libello vulgari *de las Antiguedades de España*, cap. XXXI. fol. 120. *Gonzalo de Argote y de Molina, mancebo principal en Sevilla, y Alferez general de la milicia de Andalucia, a quien yo mucho amo por lo mucho que él me ama, y porque su insigne y nobilisimo ingenio, y su gran virtud lo merecen &c.*

D.

D. Josephus Pellizer, archichronographus Regius, in tractatu *Por la Justificacion de la Grandeza de primera clase del Conde de Miranda*, §. XVII. num. 6. insigni elogio donatum eum dimittit.

F. GUNDISALVUS DE ARREDONDO ET ALVARADO, monachus Benedictinus, abbasque S. Petri de Arlanza, ultimus eorum qui perpetui fuere cum regimen intra triennii limites conclusum, Regum Catholicorum chronographus, circa annum MD. scripsit:

Historia del Conde Fernan Gonzalez, hactenus ineditam: quæ a magnis viris magni habetur, singulariaque Hispanæ nobilitatis monumenta conservat, uti Thomas Tamajus ait in *Notis ad Luitprandum*, æra DCCCCXXI. Laudant & hoc opus Prudentius Sandovalius in *Historia* hujus comitis, Athanasius Lobera in *Historia Legionensis urbis* cap. VII. Gutherius de Trexo in prologo *Paradisi Pauli deliciarum*, ubi de Gironiorum Ureniæ comitum origine, & alii passim: MS. extat in bibliotheca quæ fuit comitis de Villaumbrosa & in Regia Escorialensi.

Castillo inexpugnable de la Fe. Burgis apud Joannem Juntam anno 1528. & 1564. in 8. de origine Turcarum scilicet, gerendoque adversus eos bello.

F. GUNDISALVUS DE ARRIAGA, Burgensis, ex ordine fratrum Prædicatorum, Sancti Officii judicibus a censura theologica, domum hospitalem in curia Regia suscipiendis familiæ istius sodalibus deputatam (Deiparæ Virginis de Passione vocant) deinde S. Thomæ collegium Matritense, rector administravit, scripsitque:

Santo Thomas de Aquino Doctor Angelico de la Iglesia en vida y doctrina predicado; Tomo I. que contiene la vida del Santo Doctor, discursos predicables. Matriti apud Mariam Quiñones anno 1648. Prodiit quoque ibidem & posterior tomus 1651. folio. Inedita reliquit:

Super Tertiam S. Thomæ partem volumen unum. Item *Sermones*, & nonnulla historica, de quo certiores facti sumus ab ipsa Burgensi domo per relationem in Urbem destinatam.

Denatus est anno MDCLVII.

GUNDISALVUS BARREDA, medicus ut videtur, scripsit:

De Vini facultatibus responsiones ad Antonium Fumanellum Veronensem: quarum meminit inter Fumanelli opera Joannes Antonius vander Linden *De Scriptis medicis.*

GUNDISALVUS DE LAS CASAS (incolatu an origine?) Mexicanus, qui se dominum provinciæ & gentis de Zanguitan in Mixteca Novæ Hispaniæ appellat, edidit:

Arte para criar seda en Nueva España. Granatæ apud Renum Rabut anno 1581. 8. Simulque cum Herreræ & aliorum de *Agricultura.* Matriti 1620. folio.

Manu exaratum quoque ejusdem vidimus:

Defensa de conquistas y conquistadores de las Indias Occidentales, y como se han de haber en los descubrimientos, y conversion de los naturales &c. Gomezio de Santillan Regi a consiliis nuncupatum. Item:

Tratado de la Guerra de los Chichimecos.

GUNDISALVUS DE LA CAVALLERIA, Aragonensis, vertit olim Marci Tullii Ciceronis libros:

De los Oficios y de la Amistad: quos manu exaratos vidimus apud D. Josephum de Bernuy & Mendoza, nostrum ex sorore nepotem, Alcalitanum marischalem. Nuncupatio libri utriusque sic habet: *A los muy honorables e de gra circunspeccion los Jurados, Capitol, e Consejo de la Ciudad de Zaragoza cient personas constituientes Consejo, e ordenadas para consejar: aquel Gonzalo de la Cavalleria el menor de aquel Colegio con toda humildad, integra obligacion de si mismo, la qual es en si minima, es empero la mayor que puede.* Quæ quidem sermonis forma quidquam sapit majoris antiquitatis, quam ut in hunc album sesquisæculi ultimi scriptorum referri debuerit.

GUNDISALVUS DE LA CERDA, Alcantarensis ordinis sacerdos, Philippo II. Regi a sacris, non quidem eques, & a secretis, ut habet Carolus Vischius *Bibliothecæ Cistercienfis* auctor, scripsit:

Commentaria in Epist. D. Pauli ad Romanos. Ulisipone apud Antonium Riberum 1583. folio. Et 1591. folio. Lusitanum credit Cardosus.

F. GUNDISALVUS DE CERVANTES, Hispalensis, ex ordine eremitarum S. Augustini, sacrarum literarum in patria urbe trium linguarum multiplici eruditione clarus apud suos professor, edidit:

In Librum Sapientiæ Commentarios & Theorias. Hispali 1614. in folio. Vulgari quoque sermone:

Parecer de San Augustin en favor de la Concepcion purisima de Nuestra Señora en doze insignes lugares con respuesta a otros doze al parecer encontrados. Hispali 1618. 4.

Ex Societate Jesu ad Augustinianos se contulit, hinc etiam dimissus anno MDCIX. F. Petro Ramirezio provinciæ præfecto.

D. GUNDISALVUS DE CESPEDES ET MENESES, Matritensis, dum historicum seriumque maturabat opus varia scripsit poeticæ inventionis, nempe:

Poema Tragico del Español Gerardo, y desengaños del Amor lascivo. Ulisipone anno 1625. Matriti 1615. & 1617. & 1654. 4. Prosaicum opus.

Historias Peregrinas, I. Parte con el origen y excelencia de algunas ciudades de España. Cæsaraugustæ 1628. 4.

Varia fortuna del Soldado Pindaro. Ulisipone 1626. in 4. Matritique apud Melchiorem Sanchez 1661. 8. Quibus historica hæc succedere fecit:

Historia de D. Felipe IV. Rey de las Españas. Ulisipone 1631. folio. Et Barcinone 1634. quæ tamen nostris hominibus parum arridet.

Historia Apologetica de los sucesos de Aragon el año de MDXCI. y MDXCII. y relaciones fieles de la verdad. Matriti anno 1622. in 4. Cæsaraugustæ 1624. 4.

Sub nomine etiam Gerardi Hispani:

Francia engañada, Francia respondida. Calari ut sonat 1635. 4.

D. GUNDISALVUS DE CORDOVA, scripsit:

Historia de Avila. Salmanticæ 1519. Extare hanc novimus inter libros comitis de Villaumbrosa, marchionis de Montealegre.

GUNDISALVUS CORREA sive CORREAS, in Salmantina academia Græcæ linguæ, Chaldaicæque & Hebraicæ professor primarius, vir quidem doctus atque eruditus, sed qui transformandæ in alium usum vi ac potestati literarum, quibus nos jam tot annis utimur, pervicacia quadam ingenii addictus, non sine aliqua existimationis jactura apud collegas vixit. Rei specimen fecit in eo libro, qui sic inscriptus, totusque pari ortographia editus prodiit:

Ortografia Kastellana nueva y perfecta; juntamente el Manual de Epikteto, y la Tabla de Kebes Filosofos Estoikos, traducidos de Griego en Kastellano Salmanticæ anno 1630. in 8. Edidit quoque:

Grammatica Trilingue de las tres lenguas Castellana, Latina y Griega, todas en Romance. Salmanticæ 1627.

Dialogo de Luciano por Gonzalo Correas, hoc est, liber ita inscriptus: fuit in bibliotheca Olivariensi.

Latine vero:

Commentationem, seu declarationem ad illud Geneseos; Sed fons ascendebat e terra &c. *ubi etiam de illo D. Matthæi, Vespere autem Sabbati* &c. Salmanticæ 1622. 4.

Prostant & Gundisalvi Correa Iñigo, qui alius est a nostro forsan, de quo non liquet:

Prototypi in Græcam linguam Grammatici Canones. Salmanticæ 1600.

GUNDISALVUS COUTINHO, Lusitanus, scripsisse refertur Carminum unum, & prosæ poeticæ (De Cavalleris dicunt) alterum libros. Cardosus. An idem, an alius est D. Gundisalvus Coutinho, cui idem Cardosus alibi attribuit *Jornada de Maçagaõ.* Olisipone 1629. editum opus?

D. GUNDISALVUS DOCAMPO, Matritensis, Clementis VIII. P. M. olim familiaris septennio integro, deinde in ecclesia Hispalensi cum canonicus, tum Nebulæ, sive mavis antiquam nomenclaturam Eleplæ, archidiaconus, ac D. Petri Castrensis, clarissimi hujus sedis antistitis, vicarius. Accitanæ ecclesiæ præsul designatus, antequam Romæ publicaretur, Limensem in America Peruani regni metropolim administrandam suscepit anno DCXXIII. supra millesimum. Scripsit, uti refert Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro Limensis Ecclesiæ*:

Del Govierno del Piru tractatum: capitibus LII. tam ecclesiastica quam temporalia complectentem, quem ipse vidit MS. Itemque:

Una Carta Pastoral a todos los Curas de almas de su Arzobispado. Typis editam.

Obiit anno MDCXXVI. Quem Conceptionis Intemeratæ Virginis Deiparæ collegium Hispalense, quod sodales togati habitant sub Jesuitarum regimine theologiæ operam dantes, auctorem & erectorem agnoscit.

GUNDISALVUS FERNANDEZ DE OVIEDO, genere Astur, natali Matritensis, cum natus fuisset circa an. MCCCCLXXVIII. vix duodecennis in familiam fuit admissus Regii juvenis ducis Villæformosæ annó ejus sæculi nonagesimo, quo rem Hispanam Ferdinandus & Elisabetha Reges Catholici moderabantur. Nec facile ab aula discessit, quippe qui ab eo permanarunt historica monumenta, ex quibus constat fuisse a cubiculo tum Joanni, Hispaniarum Principi, eorumdem Catholicorum Regum primogenito, quem anno MCCCCXCVII. immatura in ipso ætatis flore mors abstulit; deinde Federico Aragonio, Regi Neapolitano. At eo exauctorato, in Hispaniam rediens Joannæ, ex-Reginæ ejusdem regni Ferdinandi Primi relictæ, ac Ferdinandi Regis Catholici sororis germanæ, a supellectilis custodia fuisse legitur. Sub Caroli dominatione, anno scilicet præteriti sæculi xxxv. ad Indos transfretavit, præfectum ut ageret urbis & castri a S. Domi-

minico in ejusdem appellationis insula nuncupati, non nisi post decennium ibi gentium transactum patriæ restituendus. Quo tempore, universali rerum Americanarum Historia cujus mox meminimus adornata, sese dignum præstitit chronographi munere, quo eum Carolus Imperator atque Hispaniarum Rex bene de se atque avis Regibus meritum, senem tunc temporis septuagenarium, probitate, urbanitate rerumque per tot annos domi ac foris gestarum notitia & experientia instructum in reditu decoravit. Princeps, quod hominem nunc commendat, opus Historia est Indica nuper laudata, quæ quidem ex parte tantum prelo subjecta fuit hunc titulum præferens:

Historia general de las Indias. Hispali apud Joannem Cromberger anno 1535. Salmanticæ anno 1547. in folio. Hanc in L. libros auctor diviserat, quorum undeviginti priores hic repræsentantur, una cum alio de *Naufragiis* inscripto; ceteri, quos in alterum aliave volumina conjecturus erat, inediti remansere. Extare tamen totum opus septem tomis contentum penes excellentissimum D. D. Petrum Niño de Guzman, comitem Villæumbrosæ, Castellæ senatus præsidem, audio, & confirmat liber *Index* jam editus. Porro hæc pars lucem vidit etiam Italice Joannis Baptistæ Ramusii opera, necnon & Gallice, saltem priores decem libri, quos quidem popularibus suis vulgares dedit Joannes Poleur, Gallus, anno 1555. folio. Parisiis apud Michaelem Vascosanum. Hujus universalis Historiæ fragmenta sunt forsan quæ de diversis rebus Indicis opuscula inscribuntur, qualia sine controversia sunt:

La Historia del Estrecho de Magallanes: sive magni operis liber XX. seorsim tamen editus anno 1552. folio.

Navegacion del Rio Marañon: quam a Ramusio editam habemus Italice volum. III. *Navigationum.*

Dos Tratados del Palo de Guayacan, y del Palo Santo: medicus quidam Hispanæ linguæ bene peritus Latinos fecit, qui quidem editi sunt tomo I. *Scriptorum de morbo Gallico* Venetiis anno..... pag. 308. uti monet vander Linden *De Scriptis Medicis* referens.

Diversi generis sequentia sunt hactenus inedita:

Libro de la Camara Real, y oficios de su casa y servicio ordinario: qui liber MS. adservatur in bibliotheca Regia Laurentina; exempla tamen ejus per manus curiosorum eunt. Hoc opus, jussu Philippi Hispaniarum tunc Principis, & propter Caroli patris absentiam moderatoris, antequam in Americam solveret ex parte confecit, & auxit reversus.

Las Quinquagenas de los generosos, y no menos famosos Reyes, Principes, Duques, Marqueses, Condes, e Cavalleros, e personas notables de España: cujus exemplar, ut videtur, antiquis conscriptum superioris sæculi characteribus, miniarioque opere distinctum, adservari lego in bibliotheca excellentissimi, dum in vivis esset, ducis Medinæ-Turrium, idque tribus voluminibus divisum.

Catalogo Real, o Historia de España: laudat Gundisalvus Argote de Molina in *Historia Nobilitatis Bæticæ*, elenchum formans eorum auctorum, quorum ex libris profecit. Vidimus & nos Matriti apud D. Gasparem Ibañez de Segovia, Acropolitanum marchionem, hoc opus (nisi duo confecerit ejusdem argumenti) hac tamen inscriptione notatum: *Memorial de algunas cosas de la Coronica de los Reyes Catolicos D. Fernando y Doña Isabela, y de la Coronica del Emperador D. Carlos*: cujus initium est, ut suppetat unde cum Catalogo, si venit ad manus, conferre possis: *Reynando en Castilla el Rey D. Henrique IV.* &c.

Memorial de la vida y acciones del Cardenal D. Francisco Ximenez de Cisneros. Extat MS. in collegio S. Ildephonsi Complutensi, unde profecerunt res gestas Ximenii, Latino stilo ducens Alvarus Gomezius Castrius, Hispanoque Petrus de Quintanilla, Franciscanus sodalis, qui ejus signanter meminit in *Archivio* ut vocat *Complutensi*, ad calcem vitæ ejusdem Ximenii edito.

Vertit quoque in vernaculam linguam ex Italica Gundisalvus noster, nescio cujus auctoris:

Regla de la Vida espiritual y secreta Teologia. Prodiit Hispali ex officina Dominici de Robertis 1548. 8.

Laudat Gundisalvum Joannes Vasæus in *Chronico Hispaniæ*, cap. IV.

GUNDISALVUS FERNANDEZ TRANCOSO, Lusitanus, scripsit Lusitane:

Primeira, segunda, e terceira parte dos contos e Historias de proveito e exemplo. Olisipone 1594. Deindeque 1608. 4.

GUNDISALVUS FUENTES DE ALBORNOZ, Societatis Jesu presbyter, librum scripsit hujus argumenti & inscriptionis:

Padece el daño quien le hace, de que sola fue libre la Immaculada Virgen &c. *Advertimiento en los tres estados de la Republica Christiana, Justicia original, Naturaleza, y Gracia.* Extat M.S. in collegio Societatis Complutensi, teste Petro de Alba in *Militia Conceptionis.*

GUNDISALVUS GARZIA DE SAN-

CTA MARIA, Cæsaraugustanus civi, testimonio Hieronymi Zuritæ lib. III. *Historiæ Ferdinandi Regis Catholici*, cap. III. & in *Indicum Latinorum Aragoniæ* lib. I. *imprimis juris scientia clarus, egregius item ævi sui jurisconsultus & advocatus.* Ex genere fuit Pauli de Sancta Maria, Burgensis episcopi, & Alfonsi ejus filii, virorum clarissimorum, id quod ipse in prologo ad *Anonymi Dialogum Ecclesiæ & Synagogæ*, quem typis edi curavit ut infra dicemus, his verbis profitetur: *Cujus quidem rei domestico ipse cognationis meæ abunde exemplo, reverendus enim pater dominus Paulus de Sancta Maria, Burgensis episcopus, patris mei amitinus, in suo illo divino libro quod Scrutinium Scripturarum inscribitur* &c. Non ergo natum credere eum debemus, ut aliquando suspicabar, ex Gundisalvo alio Garzia de Sancta Maria, Pauli filio, Alfonsi & Alvari germano fratre, qui Alfonso Aragoniæ Regi V. valde carus, & post legationem ejus in Constantiensi concilio obitam ecclesiis Castellæ tribus præfuit, in Seguntina demum extinctus, de quo nos suo loco egimus; sed ex sorore aut fratre patris aut matris Pauli episcopi: amitini quippe, juxta Nonnium & jurisconsultos, ii vocantur inter se qui ex fratribus mari & femina nati sunt. Edidit:

Foros Aragoniæ Regni abbreviatos, & observantias: quæ typis commissa sunt XV. Martii anno 1494. Historiæ tamen Aragonensis studiose observatæ nomine censeri maxime voluit, scripta enim ab eo laudantur sequentia opera:

La Sucesion y conquistas de los Principes de la casa Real de Aragon: cujus Zurita meminit laudato capite, & Joannes Mariana lib. XXVII. cap. III. In quo opere primum se jactavit hactenus fuisse qui in Aragoniæ regnum feminas succedere comprobavit: quod & Hieronymus Zurita jam laudatus, nec minus Mariana confirmant.

Separatim vero:

Historia del Rey D. Juan el Segundo de Aragon: quam Ferdinando, Joannis filio, Regi Catholico nuncupavit. Eam vidit manu pulcherrime ac versicolori ornatu exaratam, curioseque ligatam Franciscus Andreas Ustarrozius, uti refert in *Notitia auctorum* MSS. quos laudat in *notis suis ad librum Coronationum.* Hanc Latine prius scripsit ut ex laudatis *Indicibus Latinis* Hieronymi Zuritæ constat, quam ad nutum Ferdinandi Regis Catholici in vernaculum sermonem vertisse dicitur, archetypon Latinum præseferens hunc titulum: *Serenissimi Principis Joannis Secundi Aragonum Regis Vita per Gundisalvum Garsiam de S. Maria jurisconsultum, Civem Cæsaraugustanum*: penes se habet Cæsaraugustæ comes S. Clementis, stirpe vir & bonarum artium studio æque nobilis, idque membranis in septuaginta novem foliis perfectissime descriptum, aureis, purpureis & aliorum colorum ornamentis, Regiisque Ferdinandi Catholici tam Aragonis quam Castellæ insignibus decoratum, tabulisque deauratis coopertum: quæ omnia indicio sunt hunc esse codicem Regi ab auctore oblatum.

Vertit idem in vulgarem ex Latino:

La Historia de Aragon de Fr. Gauberto Fabricio de Vegad monge Cisterciense: qua sæpius in *Aragonensium rerum Indicibus* Zurita uti solet; meminit quoque ejus lib XII. *Annal.* cap. LV. Prodiit ea Cæsaraugustæ 1499. in folio. Item ex nescio quo:

Cordial de las quatro Postrimerias, es a saber la Muerte, el Juicio final, la Pena infernal, y la Gloria celestial. Compluti apud Michaelem de Eguia 1526. in 4. Necnon & Italicum opus communicavit civibus suis nempe:

La suplecion general de los modernos a la Cosmographia y Chronica de la Parte de Asia antigua de Fr. Grifon: quam vertit ipse anno MCCCCLXXXV. MS. vidit D. Thomas Tamajus. De quo Grifone Lucas Waddingus adiri potest *De Scriptoribus ordinis Minorum.* Item ex Sancto Augustino:

Los Tratados de las diez cuerdas de la vanidad del mundo. Cæsaraugustæ 1494. 8. Superstes adhuc erat anno MDII. quo scilicet, ut ex monumentis ævi illius Hieronymus Blancas collegit, Cæsaraugustæ urbis tunc, quomodo vocant, juratus præsens fuit Joannæ Principis, Ferdinandi & Elisabethæ Regum Catholicorum filiæ, in spem successionis vocatæ, solemni acclamationi: quod ex Blanca refert laudatus nuper Ustarrozius. Nimirum, ut ipse auctor ait in laudato superius prologo, *in transferendis e Latino in Hispanum idioma libris triennium consumpsit, ut plebi et Idiotis satisfaceret*: quæ verba ejus sunt. Dedit idem in lucem typorum:

Anonymi Dialogum Ecclesiæ & Synagogæ sive pro Ecclesia contra Synagogam: ad reverend. in Christo patrem D. Didacum de Mendoza, Hispalensem archiepiscopum, qui incipit: *Acuite sagittas*, finiturque hac nota: *Expliciunt objectiones, sive redargutiones Ecclesiæ contra errores cujusdam libri Judæorum, qui dicitur Talmut*: de quo auctore nos agimus inter *Anonymos* prioris hujus seu antiquioris partis *Bibliothecæ.* Vincentius Blascus Lanuza *Historiæ Aragoniæ* lib. V. cap. XLIV. Gundisalvum fuisse refert Alfonsi, Cæsaraugustani præsulis, advocatum doctissimumque jurisconsultum; eumdemque, annuente uxore, anno Domini MDX. die Junii XVI. Carthusianorum ordinem ingressum

fum fuiffe. Aliunde & aliquando eum locum tenentis Juftitiæ Aragonum funĉtum novimus munere. Virum laudat Hieronymus Zurita tum alias ut diximus, tum lib. xv. *Annalium* cap. xxx. lib. xvii. cap. xlvii. & lxii. & lib. xviii. cap. xviii. & lib. iii. *Hiftoriæ Ferdinandi* cap. xxx. & cap. xliv.

GUNDISALVUS GIL, hoc eft, ÆGIDIUS, Burgenfis, *ingenii peramœni vir* (Alvari Gomezii verbis utor ex lib. iv. *De rebus Francifci Ximenii*), *atque varia doctrinarum fupellectile exornatus, cujus tenaciffima memoria adeo admirationi fuit ut hac una potiffimum re ingentis opinionem doctrinæ apud omnes comparaverit; quamquam funt qui mihi retulerint eam memoriæ vim morbo graviffimo, poftquam Parifiis in patriam rediit, amififfe. Præfecit eum Ximenius in fchola fua Complutenfi recens erecta Nominalium cathedræ: fic tunc vocabant profeffionem theologiæ.* Hujus aliquot carmina, ait Gomezius, memoria magis hominum quam fcripto ullo ætate fua circumferri *& acuminis & judicii plena.* Laudat tamen alibi verfibus ab eo fcriptum pulcherrimis:

De Bello Africano Commentarium, five de Orani expugnatione, cui ipfe interfuiffe dicitur: quod ipfum bellum eleganti profaico fermone fcripfiffe, defcriptumque mififfe ad Carolum Bovillum Samarobrinum condifcipulum Parifios funt qui affirmant. Certe profaicum hujus argumenti opus, cui Ægidius ipfe fuum affixit nomen & annum, quo id fcribebat, MDIX. publicavit in libro fuo *de Orano Catholico*, una cum aliis aliorum eadem de re opufculis, Petrus Quintanilla, Francifcanus, anno 1658. Romæ: in cujus libri pag. 59. hic Ægidii libellulus extat. Atque hujus quidem hominis virtutes continet Laurentii Carceres hoc epigramma:

Doctum, livide, fic vides poetam
Gonzalum ut doleas fimul probefque;
Injuftus fed es & calumniator.
Cum vates fit, ais, fit ille tantum;
Adfertor venio, docendus audi:
Eft doctus varios vir ifte in ufus,
Metitur radio folum, cometes
Caufas edocet & poli tonantis,
Chrifti eft dogmatis unicus magifter,
Eft orator, & indole poeta:
Si non vis mihi credere, experire.

GUNDISALVUS GOMEZ DE CERVANTES, Indiarum occidentalium, five Americæ feptemtrionalis incola, prætor olim Tlafcalenfis, nuncupavit Eugenio Salazario, Indici fenatus Regii fenatori, anno MDXCIX. cui ita infcripfit opufculum:

Memorial fobre las cofas y govierno de Mexico, beneficio de la plata, y de la Cochinilla. Adfervat Matriti D. Chriftophorus Zambrana de Villalobos, amicus nofter, manu exaratum, ex hereditate acceptum Sebaftiani parentis, Regii Caftellæ fenatoris.

GUNDISALVUS GOMEZ DE LUQUE, Cordubenfis, poeta, novum finxit heroa fabulofum, poft multos fcribens:

Libro primero de los famofos hechos del Principe Celidon de Ibernia: canticis, five libris xl. Compluti apud Lequericam anno 1584. in 8.

GUNDISALVUS HERNANDEZ, nefcio quis aut unde homo, fcripfiffe nonnihil dicitur *De Revelationibus Sanctæ Brigittæ.*

GUNDISALVUS DE ILLESCAS, abbas de San Frontes, facerdos ac beneficiarius oppidi de Dueñas in Palentina diœcefi, atque inde ut credo oriundus, non vulgarem ab ecclefiaftica, quam primus inter nos fuit aggreffus, Pontificum Romanorum hiftoria collegit famam, viamque aliis monftravit argumenti hujus exornandi. Scripfit ergo:

Hiftoria Pontifical y Catolica, en la qual fe contienen las vidas de todos los Pontifices Romanos: duobus tomis. Salmanticæ anno 1574. Cæfarauguftæ 1583. Burgis anno 1592. Matriti 1623. folio: quod deinde opus, in ftoria anni MDLXX. deficiens, auxit fupplevitque Ludovicus Babia, editis tertia & quarta parte ufque ad annum MDCV. pertingentibus; atque item Marcus de Guadalaxara, Carmelitanus frater, quartam feorfim, quæ tribus eo tempore vulgatis adcrefceret, elaboravit atque edidit. Princeps editio prioris partis ex officina Benardini a Sancto Dominico in ipfo oppido Dueñas prodiit anno 1565. Editum fuit etiam utrumque volumen Brugis apud Belgas anno 1589.

Vertit ex Lufitana Hectoris Pinti Hieronymiani in vulgarem Caftellæ linguam:

La Imagen de la vida Chriftiana: ediditque Compluti 1580. Medinæque prius anno 1578. fed non nifi totius operis pofteriorem partem. Item ex Italico Sebaftiani Fofcari:

Myftica Theologia. Matriti 1573.

Obierat jam anno MDCXXXIII. quo prodiit Cæfarauguftana editio *Hiftoriæ Pontificiæ*, fcilicet MDLXXX. ut alicubi legimus.

GUNDISALVUS LOPEZ DE TEVAR ET ALARCON, facræ theologiæ doctor, Sanctæque Inquifitionis ut vocant com-

commiſſarius, auctor præfertur operis ita nuncupati:

Prima Pars Quadrageſimæ pro Dominicis, quartis feriis, ac ſextis a feria quarta cinerum uſque ad tertiam Dominicam incluſive continens. Salmanticæ apud Petrum Laſum 1584. 4.

D. GUNDISALVUS MARIN PONCE DE LEON, Hiſpalenſis, vir merito ſuo poſteritati commendabilis ob ſingularem eruditionem, Græcæ linguæ peritiam, & poeticæ facultatis excellentiam: quibus artibus ſumme carum omnibus & ſuſpiciendum ſe Romæ præbuit, dum ibi Pontificum ageret cubicularium, & a doctis omnibus frequentaretur. Inter alios arctiſſima familiaritate devinctum ſe habuiſſe Franciſcum Turrianum, magnum illud Jeſuitarum decus & ornamentum, biennio antequam ad meliorem vitam vocatus eſſet, alicubi teſtatur. Canonicus fuit Hiſpalenſis renunciatus vix cum, ut etiam ipſe ait, pueritiæ limites eſſet egreſſus. Sed cum Romam veniſſet, inde non diſceſſit, niſi canonicatus Toletani, atque inſuper archidiaconatus Talaverenſis, quæ in eadem metropolitana eccleſia dignitas eſt ampliſſima, duplicato honore & compendio auctus. Quali eſſet poeticæ compoſitionis laude epigrammata duo clamant, Cæſaris Baronii *Annalium* tertio volumini in amiciſſimi capitis celebrationem affixa. Græcæ doctrinæ hæc dedit publicitus documenta:

Theophanis Archiepiſcopi Nicæni, quæ extant, opera ex Bibliotheca Vaticana Græce & Latine edita. Gonſalus noſter *interpretationem* confecit, *annotationes* adjunxit, & *varias lectiones* ex alterius codicis collatione. Romæ apud Franciſcum Zannetum 1590. 8.

Phyſiologum S. Epiphanii, qui de uniuscujuſque generis ferarum & volucrum natura diſſerit, ex Græco vertit, notaſque addidit, iconibus animalium adjunctis. Romæ in 4. Antuerpiæque apud Plantinum 8. Deinde cum ceterorum S. Epiphanii operum editione Petaviana Pariſiis 1622. folio. Vidimus in codice MS. Vaticanæ bibliothecæ 5505. poſt alia epiſtolam ejus ad Sixtum V. Pontificem Maximum cum *locis in Epiphanii Latina verſione* (Jani Cornarii ſcilicet, quæ tunc vulgaris erat) *caute legendis.* In epiſtola ait: *Indicaverat quidem Sixtus Senenſis, qui ex profeſſo hoc argumentum tractavit, in Epiphanio quædam, pauca tamen illa, & a noſtris alia.* Tranſitque ad critico-theologicum ſtudium in aliis Sanctis eccleſiæ patribus a ſe navatum: *Simile quid* inquiens, *ſed exactius in Hilario tentavimus, ſimile in Proſpero, in Fulgentio, in Optato. Quæ omnia cum jure ipſo illius ſint, cujus & ego ſum, eouſque apud nos deliteſcent quouſque Sanctitati veſtræ uſui eſſe poſſint.* Sed nihil horum in publicum prodiit. Græca hæc noſtri Gundiſalvi ſtudia, Latinarumque interpretationum forma, ſic placuerunt docto viro Petro Danieli Huetio *De Interpretatione & de optimo interpretandi genere* ſcribenti ut Hiſpanorum ex Græco interpretum principem locum huic tribuat: *Rationi illi non defuit* (verba Huetii ſunt) *Gonſalus Ponce-Leonius, quem præſtantiſſimis fere interpretibus conferendum cenſeo. Sermo non vitioſus, ſtilus accuratus, & ad auctorem acommodatus.* Hæc ille in libello *De Claris Interpretibus*, qui alter eſt laudati operis *De Interpretatione*, quod ex Cramoyſiana exiit officina Pariſiis anno 1661.

Latinam eruditionem & pietatem hæc produnt:

Reſponſio ad Librum Leonharti Waramundi Hæretici Calviniani. Apud Zannetum Romæ anno 1585. in 4. Scripſerat ipſe pro Gebhardo Truſchio Colonienſi ex-epiſcopo adverſus Gregorium XIII. Papam:

Sanctiſſimi Nominis Dei Sodalitas adverſus perjuria & blaſphemias: hoc eſt, ſyſtema opuſculorum plurium ad inſtruendam Nominis Jeſu ſodalitatem, promovendamque devotionem, ubi elegans eſt libellus *De Sodalitiis veterum.* Romæ typis Joannis Baptiſtæ de Cavalleriis 1599. 4. Nuncupavit hoc opus generali magiſtro, totique ordini fratrum Prædicatorum, inter quos ad ædes Deiparæ Virginis ſuper Minervam toto Romanæ peregrinationis quinquennio vixerat, in obſequii & gratitudinis monumentum.

Eccleſiaſtica Aſſertio pro Diſciplina Eccleſiaſtica. Romæ ex typographia Gabiana 1593. 4. In bibliotheca Ambroſiana Mediolani MS. extat liber quidem ejus:

De Filiis Tauri inſcriptus: ſcilicet Tauri illius qui prætorio præfectus fuit, & Ariminenſi concilio interfuit, poſteaque ad Arrianos defecit. De qua re monitus ſum ab ejuſdem bibliothecæ præfecto.

GUNDISALVUS MARTINEZ DE VISCARGUI, ad Joannem Fonſecam, Burgenſium antiſtitem, dedit muſicale opus hoc titulo:

Arte de Canto llano, contrapunto y de organo. In 8. Cæſarauguſtæ 1512.

Entonaciones corregidas ſegun el uſo de los modernos. Burgis 1511. 4.

GUNDISALVUS MENDEZ DE VASCONCELOS ET CABEDO, Luſitanus, Cetabricenſis, Michaelis Cabedii, Regii ſenatoris, filius, ex collegii Sancti Pauli ſodali, ubi collegam habuit Georgium fratrem, de

quo

quo suo loco, & juris professore Conimbricensi Supplicationis ut vocant, senator Olisiponensis, deinde apud Clementem VIII. P. M. Portugalliæ negotiorum actor, Eborensis Doctoralis canonicus, atque utriusque Signaturæ referendarius, Romæ edidit uti Andreas Scotus refert *in Bibliotheca*, Michaelis patris elogium pertexens:

Diversorum Juris argumentorum tres libros: ad Clementem VIII. P. M. Romæ apud Domin. Basam 1596. 8. simulque tractatum *de Sententiis Inquisitionis*. Recognovit & emendavit insuper *de Antiquitatibus Lusitaniæ* librum (Andreæ Resendii intelligo) & alia opuscula optimi & doctissimi parentis & consanguineorum typis Vaticanis suis sumptibus mandare curavit. Hæc Scotus.

GUNDISALVUS MILLAN, scripsit olim, ante alios sacræ historiæ auctores Hispanos ut credo, Sanctorum res gestas hoc vulgari titulo:

Flos Sanctorum.

F. GUNDISALVUS DE OCAÑA, Ocaniensis, Hieronymianus monachus cœnobii Toletani de la Cisla, vertit ex Latino, instante Ferdinando Perezio Guzman:

Los Dialogos de S. Gregorio. Hispali apud Joannem Cromberger 1532. folio.

GUNDISALVUS PEREZ, sive natalibus, sive ut aliis placere scio origine Aragonus, ex oppido Monreal Seguntinæ dioecesis, quod ad Harizæ marchionatus ditionem pertinet, Antonii illius Perezii, haud minus ingenio quam infelicitate memorabilis, Philippo Regi Secundo a secretis, parens, & ipse idem munus apud eumdem Regem in negotiis ut vocant Status, hoc est, in arcanorum summa, laudabiliter gessit, quod prius exhibuerat Philippo etiamnum Principi, dum Carolus Imperator Augustus regnaret, ministerium. Vir fuit Latine & Græce admodum doctus, ingenio summo, eruditioneque non vulgari. Nomen autem suum ad posteros transmisit vertens:

La Odisea de Homero: ex Græco nempe fonte in popularem linguam, carmine satis puro atque eleganti, quæ Antuerpiæ typis edita est anno 1553. in 12. & anno 1562. in 8. Meminerunt nostri summa cum laude Joannes Verzosa in *Epistolis*, Paulus Manutius item lib. III. *Epistolarum*, Nicolaus Grudius in alia *Epistola*, Joannes Secundus ejus frater *Elegia VII.* Calvetus Stella in *Itinere Philippi Principis* sæpiuscule, qui rari ingenii, raræque in expediendis rebus felicitatis virum vocat. Ambrosius Morales in *Antiquitatibus Hispaniæ* fol. 26. Antonius filius in literis ad Emmanuelem Donlope, & Ægidium de Mesa, *& in Aphorismis* folio 83. Alphonsus Ulloa lib. IV. *Vitæ Caroli Imperatoris*. Huic etiam, ob honorem excellentiæ doctrinæ præstandum, nuncupata prodiere Joannis Menæ poetæ carmina cum Ferdinandi Pinciani annotationibus Antuerpiæ 1552. in 8. a Joanne Steelsio; & Joannis Martini Corderi liber quem *Las Exequias y llanto de Pompeyo* inscripsit cum aliis ibid. 1555. in 8. atque item Blasii de Garay *Arcadia* ex Italico Sanazari Toleti 1549. in 4.

D. GUNDISALVUS PEREZ DE LEDESMA, Legionensis ecclesiæ canonicus, edidit:

Censura de la eloquencia para calificar sus obras, y señaladamente las del Pulpito. Cæsaraugustæ 1648. 8.

GUNDISALVUS RODRIGUEZ, Lusitanus, ex sodalitio Societatis Jesu, cum in Indiam, atque hinc in Æthiopiam ad Claudium Abissinorum Imperatorem, una cum Lusitano legato, religionis ergo transfretasset, nuncupavit eo veniens eidem Claudio:

De Abissinorum erroribus, & Romanæ Fidei veritate librum: Lusitane quidem a se conscriptum, sed quem in Chaldaicum converti fecerat. Necnon vulgari lingua:

Carta da sua Embaixada a Etiopia, e do que la le sucedeo com o seu Rey Claudio: quam pene totam inseruit Nicolaus Godinhus Lusitanus capiti LVIII. lib. II. *De Rebus Abissinorum.*

GUNDISALVUS RODRIGUEZ DE CABREIRA, Lusitanus, ex oppido Alegrete, scripsisse dicitur propria Lusitana lingua:

Tesoro de Pobres: hoc est interpretationem *Thesauri Pauperum* magistri Juliani. Hic & Castellano sermone prodiit Compluti. Item si diversum est:

De Chirurgia opus. Zacuto Lusitano teste. Sive *Compendio de varios remedios de Cirurgia recopilado del Tesoro de Pobres*. Olisipone 1614. in 8.

Commentarium Chirurgicum editum anno 1625. tribuit eidem Cardosus.

GUNDISALVUS RUIZ DE FIGUEROA, Paxaugustanus, inter alia poetica scripsisse dicitur metro antiquo (versos de arte mayor vulgo)

La Fabula de Psyches y Cupido.

El Juicio de Paris.

D. GUNDISALVUS DE SAAVEDRA, Cordubensis ni fallor, edidit in Italia agens:

Los

Los Pastores del Betis: carmine & prosa textum poema. Trani 1633.

GUNDISALVUS DE SALAS CARCASONA, scripsit talis argumenti & inscriptionis opus:

Concordia Latina y Castellana de concordia y libero arbitrio contra Gentiles & Paganos: utriusque linguæ iisdem verbis (quod præter Hispanam, ut eadem Latine sonet, alteri vix datur) pertextum. MS. in 4. vidit D. Thomas Tamajus.

GUNDISALVUS SANCHEZ LUCERO, Hispalensis, in Granatensi ecclesia metropolitana Magistralis (quomodo appellare solent eum qui theologiam ex munere docet) canonicus, atque in hujus urbis gymnasio ejusdem scientiæ primarius professor, togatus olim sodalis in eo collegio, quod a fundatoribus Regum vocant, quod idem academia Granatensis est, in vulgus dedit:

Dos Discursos Theologicos en defensa de la Immaculada Concepcion de N. Señora. Hispali 1617. in 4.

Relacion de la Pasion de Christo Señor nuestro con algunas consideraciones para meditar sus misterios. Granatæ 1614. in 16.

Alia de eodem Intemeratæ Conceptionis mysterio tribuit ei Alba, in *Militia Conceptionis*.

F. GUNDISALVUS DE SILVA, Lusitanus, prior Alcobaciensis ordinis Cisterciensis, transtulit ex Gallico, nescio cujus, in Lusitanicum:

A Vida de S. Bernardo: libris VII. Carolus uti refert Vischius in *Bibliotheca Cisterciensi* ex Angelo Manrique, qui ait floruisse circa annum MDXLI.

GUNDISALVUS DE SILVA, qui se vocat centurionem (seu capitaneum vulgo) scripsit:

Compendio de la verdadera destreza de las armas. MS. in 4. in Villaumbrosana bibliotheca.

F. GUNDISALVUS DE SOJO, Benedictinus, aut forte antiquior alius monachus inclitæ domus S. Mariæ Virginis de Monteserrato in Catalonia, edidit:

Historia y milagros de Nuestra Señora de Monserate. Barcinone 1594. 8. post antiquiores editiones annorum 1568. & 1587. Attamen prima conceptio hujus operis facta est anno MDXIV. ad instantiam D. Joannis de Aragonia, ducis de Luna, comitis de Ribagorza, ut ex præambula innotescit epistola ejus ad monasterii abbatem:

GUNDISALVUS SUAREZ DE PAZ, domo Salmanticensis, in eadem academia S. Mariæ Magdalenæ collegii toga induta, doctor Pontificii juris, professorque olim renuntiatus, scripsit:

Praxim Ecclesiasticam & Sæcularem cum actionum formulis & actis processuum Hispano sermone compositis. Salmanticæ 1583. in fol. Medinæ Campi anno 1593. fol. Pinciæ apud Andream de Merchan 1609. Francofurti anno 1661. in folio.

Hic ex primario canonum antecessore Coruniensis in Gallæcia curiæ senator decessit tandem Matriti XVI. die Julii mensis, anno MDXC.

GUNDISALVUS DE TOLEDO, Gallorum Reginæ medicus, scripsit Lugduni anno MDVIII. ad filium suum:

Epistolam: qua defendit Astrologiam impressam ibidem eodem anno. Ita Valerius Andreas in *Catalogo Scriptorum Hispaniæ*.

GUNDISALVUS VAZ COUTINHO, Lusitanus, Santarenensis, insulæ S. Michaelis, quæ una est e Tertiariis, gubernator, scripsit vernacule:

Historia do succeso que na Ilha de S. Miguel ouve com a armada Ingressa que sobre à ditta ilha foi, sendo Governador della Gonzalo Vaz Coutinho no anno de MDXCVII. Olisipone apud Craesbeck 1630. 4.

GUNDISALVUS DE VILLADIEGO, natus ut dicitur in oppido cognomine Burgensis diœcesis, apud Salmanticenses S. Bartholomæi sodalis, anno MCCCCLXV. in eam domum, tot hominum doctissimorum altricem, receptus, doctorque juris renuntiatus gradus omnes ascendit hujus professionis usque ad supremum, sive ut vocant primarium docendi munus. Evocatus deinde ad Toletanam ecclesiam anno ejusdem sæculi LXXVI. canonicatum Doctoralem (hic est jura docendi locus) & quidem primus gessisse dicitur. Hinc Romam destinatur a Regibus Catholicis ut inter Rotæ, quomodo ex sedendi forma senatum vocant Pontificium, judices Hispanus judex determinandis litibus incumberet. Qua in urbe decessit, Ovetensis jam nominatus ab iisdem Regibus episcopus. Scripsit:

Tractatum de Hæreticis, sive contra Hæreticorum pravitatem. Item:

De Irregularitate, Suspensione & Interdicto Ecclesiastico. Salmanticæ 1519. folio: cui deinde *additiones* fecit Didacus Perez, professor juris Canonici Salmantinus, ediditque ibidem apud Joannem & Andream Renaut 1589.

De origine & potestate S. R. E. cardina-

nalium extat tom. XIII. *Tractatuum Doctorum* part. II. MS. eſt in Vaticano codice 3183. Roderico Borgiæ cardinali, qui poſtea fuit Papa Alexander VI. nuncupatum opus.

De Legato: tomo XI. parte II.

GUNDISALVUS XIMENEZ DE QUESADA, elucubravit, quæ nondum typis edita eſt, hiſtoriam Neo-Granatenſis in America regni, hoc titulo:

Ratos de Sueſca, o Hiſtoria del Nuevo Reyno de Granada. Antonius de Leon in *Bibliotheca Indica Occidentali* tit XIV. & *D. Thomas Tamajus* laudant.

Hic ille eſt, qui partem illam Americæ meridionalis ſeptentrioni oppoſitam penetravit primus, & a patriæ nomine (nam Granatenſem fuiſſe lego) Novum Granatæ Regnum vocari voluit, adelantati, ut noſtra lingua ſonat, ejuſdem regni honorem idcirco adeptus.

GUTERIUS.

GUTERIUS DE ARROYO, Obulconenſis (Porcuna in Bætica oppidum dicunt) Calatravenſis ordinis ſacerdos, dum in collegio ejuſdem Salmantino jus Pontificium profiteretur edidit:

Relectionem ad Tex. in capite ultimo de Emptione, & venditione. Ibidem typis Didaci a Cuſſio 1629. 4.

GUTERIUS (vulgò GUTIERRE) DIAZ DE GAMEZ alias GUEMEZ, ſcripſit:

Hiſtoria del Conde D. Pedro Niño. Quem laudat Gundiſalvus Argote in indice auctorum, quibus ad deſcribendam *Nobilitatem Bæticam* uſus eſt. Nempe comes fuit de Buelna hic Petrus Niño Joannis II. Caſtellæ Regis tempore, cujus meminit Alphonſus Lopez de Haro in *Nobiliarii* libro IV. capite VIII.

GUTERIUS GONZALEZ, protonotarius, & commenſalis Apoſtolicus (ita ſe appellat) edidit:

Doctrina Chriſtiana, Hiſpali 1532. in folio. Et Toleti anno 1564. apud Michaelem Ferrer 4.

Obiit pius hic ſacerdos direptionis Romanæ urbis tempore ſacrilegorum quorumdam militum auro inhiantium crudelitate, uti refert auctor *Annalium urbis Giennenſis*, pag. 496. Fundator quippe fuit capellæ Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis in eccleſia S. Andreæ ejuſdem urbis.

D. GUTERIUS MARQUEZ DE CAREAGA, Bæticus, ex urbe Almeria, juriſconſultus, poſtquam Segoviæ, Granatæ atque Matriti vicarium geſſiſſet prætoris (Teniente de Corregidor hoc munus nos vocamus) Regii corporis cuſtodibus jus dicere juſſus eſt (& hoc quidem audit Alcalde de las Guardas de Caſtilla) demumque in cancellariam Pincianam ire judex criminum vindicandorum. Scripſit:

Deſengaño de Fortuna. Matriti anno 1612. 8. apud Alphonſum Martin.

Invectiva en Diſcurſo apologetico contra el abuſo publico de las guedejas. Matriti 1637.

Memorial informativo Juridico, Politico y Hiſtorico en defenſa de la Juriſdiccion civil y criminal del ſupremo Conſejo de la Guerra. Matriti 1647. 4.

Reſpueſta a la duda, ſi la fieſta de la Concepcion de Nueſtra Señora ſe debió celebrar a los VIII. *de Diciembre Domingo el año de MDCXIX.* Granatæ 1619. 4.

Por el eſtado Ecleſiaſtico y Monarquia Eſpañola: reſpueſta al Diſcurſo del Licenciado Geronimo de Zeballos, ſobre que eſta Monarquia ſe iba acabando a cauſa del eſtado Ecleſiaſtico, fundacion de Religiones, Capellanias &c. Granatæ 1620. 4. ex officina Martini Fernandez.

Reſolucion Theologica y Juridica. Cordubæ 1638.

Deceſſit fere repentina morte, ineunte anno MDCLII. Pinciæ, cum pararet alia edere, quod ex literis ab eo ad me datis notum habeo, ſcilicet:

La verdad ſagrada de Eſpaña; Sant Jago vino a ella, predicó a ſu gente, y eſtá ſepultado en ella.

El Sol de Reyes en la tierra, y ſu mayor Monarca Felipe IV. Nueſtro Señor.

Las ſetenta y dos preguntas que Ptolomeo Filadelpho Rey de Egypto propuſo antes que los LXXII. *Interpretes comenzaſen la translacion de las Eſcrituras para el mejor acierto y govierno de ſu Reyno, traducidas y comentadas.*

El perfecto Clerigo: extenſius & locupletius Alberti Trotii opere opus.

Verſibus (nam & metrificandi arte pollebat) plura alia.

GUTERIUS PEREZ, mihi alias ignotus, ſcripſit:

Deſpertador del Alma. Sed librum hunc *Index* noſter prohibitionis nota damnavit.

F. GUTERIUS DE TREJO, Placentinus, ordinis Minorum, vir eruditione & docendi gratia præſtans, linguarum Græcæ & Hebraicæ peritus, dedit in lucem:

Paradisum deliciarum Pauli Apostoli, in quo miro artificio cum dictis probatissimorum auctorum inseruntur Epistolæ omnes ejusdem Apostoli & ad amussim exponuntur. Compluti apud Joannem Brocar 1538. folio.

Commentaria in IV. Evangelia. Hispali apud Petrum Luxan 1554.

GUTERIUS VELAZQUEZ ALTAMIRANO, Americanus, Limensis, & in ejusdem urbis academia vespertinus legum Imperialium interpres, MS. reliquit Matriti diem suum obiens:

De Officio & potestate Vicarii Principis, ac de universali Indiarum administratione, duobus tomis: quos extare in D. Laurentii Ramirezii de Prado, Indici senatoris, bibliotheca testatur Antonius Leonius, qui Guterium vocat suum præceptorem.

H

HECTOR.

F. HECTOR PINTO, Lusitanus, Covilhanensis (si vere auctor sub præceptoris nomine latere voluit in *Dialogo de veris & falsis bonis*, cui a discipulo colloquente patria hæc tribuitur, & oppidum est provinciæ Beiræ Covilhaõ dioecesis Guardiensis) cum in academiis Conimbricensi & Salmantina juri operam dedisset adolescens, e via revocatus inter Hieronymianos sodales censeri ad sacramque familiam pertinere voluit. Horum in collegio quodam literis philosophicis atque theologicis per octennium perceptis, linguarum itidem Hebraicæ Græcæque cognitione adhibita, reversus in monasterium lectioni Scripturarum, atque adeo enarrationi, ut erat Latini sermonis non vulgarem peritiam adsequutus, sese totum addixit. Quo sibi feliciter succedente consilio in Esaia propheta, respondenteque his prioribus lucubrationibus haud inæquali plausu hominum atque opinione, in scholam mox Conimbricensem, ut e cathedra sacras literas doceret, evocatur. Hunc locum plures annos, editis interea in publicum aliis tam Latinis libris quam vernaculis, magna cum doctrinæ eruditionis atque eloquentiæ laude sustinuit. Attamen ut factiones Lusitanorum, extincto in Africa Sebastiano Rege, ex principatus, ut fere solet, mutatione ortas, & factiosorum hominum turbas declinaret, in Carpentanos & sodalium coenobium, quod Cislæ nomine prope Toletum est, deveniens ad usque extremum vitæ diem in eo permansit. Visitur in exiguo lapide etiam nunc ad sepulcrum ipsius hic titulus, brevitate ipsa & emphasi quadam sese magnifice legentibus ostentans:

F. HECTOR PINTUS.

Vixit usque ad annum MDLXXXIV. vivusque opera hæc in publicam lucem emisit:

In Isaiam Prophetam commentaria. Lugduni 1561. in folio, & 1567. folio. Antuerpiæque 1567. & 1572.

In Ezechielem commentaria. Antuerpiæ 1570. in 4. & 1582. Salmanticæ 1581. folio. Lugduni apud Stephanum Michaelem 1584. itemque apud Rovillios 1581. 4.

In Divinum Vatem Danielem. Conimbricæ 1582. Coloniæque eodem anno in 8. Antuerpiæ 1595. 8. Venetiisque 1583. in 4. Simulque:

In Hieremiæ Lamentationes: quibus adjungitur:

Prophetia Nahum, cum explanatione & observationibus ex Hebræo. Anno 1574. Siquidem hunc stilum sequutus semper fuit Hector ut literalem prius libri sensum explicaret, deinde ad finem singulorum capitum ex Hebræo, Chaldæo Græcoque annotationes subnecteret. Opera hæc omnia Lugduni prodierunt tribus voluminibus folio. Parisiis 1617. Et quinque voluminibus in 4. Coloniæ 1616.

Dialogorum item moralium panxit duo volumina proprio Lusitaniæ sermone, hunc titulum operi affigens:

Imagen da Vida Christiam, hoc est, Imaginem Christianæ vitæ: cujus prior pars incerto interprete in Castellæ linguam versa est, continetque sex dialogos: *El* I. *De la verdadera Filosophia.* II. *De la Religion.* III. *De la Justicia.* IV. *De la Tribulacion.* V. *De la Vida Solitaria.* VI. *De la Memoria de la Muerte.* Prodiit hæc pars nostrate hac lingua Cæsaraugustæ 1571. Barcinone 1572. in 8. Compluti in 8. ignotum nobis quo anno. Posteriorem vertit Gundisalvus Illescas, ediditque Metinæ 1585. in 8. quæ quidem dialogis quinque constat: *El* I. *De la Tranquilidad de la vida.* II. *De la Discreta Ignorancia.* III. *De la Verdadera amistad.* IV. *De las Causas* (in quo imitatus e Sanctis patribus Justinum Martyrem, Basilium Magnum, Anastasium, Augustinum, Julianum Toletanum; ne dicam ethnicos Callimachum, Aristotelem, Plutharcum, dicitur, admonente Scoto) V. *De los verdaderos y falsos bienes.* Omnia hæc simul opera, Dialogis etiam in Latinum ab erudito quodam Gallo conversis, anno 1590. duobus voluminibus Lugdunenses ediderunt; dein Parisienses in editione sua omnium operum anni 1617. apud Laurentium Sonnium: cui tomum quartum hæc Dialogorum versio fecit. Gallice etiam extat *L' Image de la*

la Vie Chrestiene, ex Lusitana in istam linguam, Guilielmi a Cursol opera, conversa, & Parisiis edita apud Guilielmum Caudiere, duobus voluminibus, priore scilicet anno 1580. altero 1584.

HELENA.

HELENA DE SILVA, Lusitana, virgo Deo sacra inter Cistercienses monasterii de Celas urbis Conimbricensis, sanctitate spectabilis, cujus meminit Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano* die XXVIII. Maii, laudato *Cisterciensi Chronico* Bernardi a Britto, & Chrysostomi Henriquez *Menologio Cisterciensi*, perfectam reliquisse dicitur carmine Castellano:

La Pasion de Christo.

HENRICUS.

HENRICUS DE PORTUGALIA, Emmanuelis Portugalliæ Regis filius, S. R. E. cardinalis dum esset a Paulo III. creatus anno MDXLVI. nondumque in successionem ejusdem regni, extincto in Africa Sebastiano Joannis fratris filio, quod anno contigit MDLXXXVIII. admissus scripsit Lusitana lingua ad usum proprium:

Meditaçoens de Christo. Has Ludovicus Granatensis edi curavit anno 1577. in 8. Easdem Latinas a se editas Lovanii prodire fecit Antonius Senensis, Dominicanus, typiis Servatii Sasseni 1575. & elegantius postea collegii Eborensis Jesuitarum sodales. De quo Rege præter Regios historicos Rodericus da Cunha, Olisiponensis antistes, adiri potest in *Historia Præsulum Bracharensium*, & Antonius Macedo in *Lusitania Purpurata.*

Obiit in oppido Almeirin pridie kalendas Februarii MDLXXX. qua ipsa die ante annos LXXVII. natus fuerat, regni sui secundo.

HENRICUS DE CUELLAR, Lusitanus, doctor medicus Conimbricensis, ejusdemque academiæ professor, edidit:

Commentaria in Prognostica Hippocratis; cum commentariis Galeni.

HENRICUS GARCEZ, Lusitanus, Portuensis, fixo apud Americos in Regia urbe Peruani regni domicilio, vertendis in vernaculum Castellæ sermonem Francisci illius Petrarchæ, Italicorum vatum coriphæi, versibus non infeliciter incubuit; longe tamen ab Hispania, vereque a patria castigatioris stili ac linguæ positus, dictionis puritatem peregrinis quibusdam e trivioque desumptis verbis corrupit, quamquam vi insurgat frequenter poetica. Hæc libri inscriptio est:

Los Sonetos y Canciones del Poeta Francisco Petrarcha. Matriti 1591. in 4. ne Gallice tantum, opera Philippi de Maldeghem Brugensis, loqueretur. Vertit item e Lusitana lingua, contexens sibi e summis Parnassi verticibus lauream:

Las Lusiadas de Camoens en otavas Castellanas. Matriti eodem anno in 4. Item vulgarem fecit pedestri oratione Latinum Francisci Patritii opus:

Del Reyno y de la Institucion del que ha de reynar. Ibidem eodem anno in 4.

HENRICUS GEORGIUS HENRIQUEZ, Lusitanus, Guardiensis, Salmanticæ artium professor, Conimbricæ hinc pro rectore cathedræ, in qua docetur Avicenna, tandemque practicæ medicinæ explanandæ loco principe functus. Albæ duci, Antonio Alvari Toletano, medicus a cubiculo erat cum prodire fecit:

Tratado del perfecto Medico. Salmanticæ 1595. in 4. Latine etiam, & quidem superiore anno:

De Regimine cibi atque potus, & de cæterarum rerum non naturalium usu, novam enarrationem. Salmanticæ apud Michaelem Serrano 1594. in 8. De quo libro nos docuit Joannes Antonius vander Lindem in opere *De Scriptis medicis.*

D. HENRICUS DE GUZMAN, procurator in Romana curia pro mysterio Sanctissimæ Conceptionis, scripsit:

De Immaculata Virginis Conceptione librum unum. 1616. in 4. De quo testis est mihi Petrus Alba in *Militia Conceptionis.*

HENRICUS HENRIQUEZ, Lusitanus, Jesuita, & ex primis asseclis Ignatianæ Societatis; ad Xaverium in Indiam destinatus olim integros omnino tres & quinquaginta annos in Piscaria ora, dictus ab incolis Commorinensium Apostolus, faciendæ Christo atque ecclesiæ frugi exegit. Proprio adhæc sermone gentis dedit foras:

Grammaticam; Vocabularium; Doctrinam Christianam duplicem, communem & peculiarem; Methodum confitendi; Vitas Christi Domini, Deiparæ Virginis & aliorum Sanctorum. Qorum exemplar anno MDCII. inde allatum Romæ in Vaticana adservatur. Alia *contra fabulas Ethnicorum, pias preces, variosque libellos*, vulgares ei genti reddidisse fertur.

Sanctam Deo animam in Punicalis oppido jam octogenarius anno MDC. restituit.

HENRICUS HENRIQUEZ, alter a superiore, Lusitanus etiam (Portuensis quippe) Jesuitarumque sodalis, a tenera ætate huic celebratissimæ toto jam sæculo & amplius

plius familiæ formandum se literis & moribus tradidit, philosophusque ac theologus eximius ab schola ista evasit, quarum utique disciplinarum Cordubæ atque Salmanticæ fuit professor. Atque his insuper editis operibus, claraque studiorum fama notus æqualibus, beneque de posteris meritus vixit, nempe:

Summæ Theologiæ moralis: tomis tribus. Salmanticæ 1591. Hinc Venetiis 1596. iterumque ibidem emendatius 1600. Moguntiæ deinde 1613.

De Clavibus Ecclesiæ. Salmanticæ in ædibus Joannis Ferdinandi. Hoc opus, quod contineret aliqualem defensionem Regiæ cognitionis ex causa violentiæ in ecclesiasticis negotiis, nuntii Apostolici ejus temporis apud Regem Catholicum industria, bona ex parte pessumdatum fuit, multa vero exemplaria Regiorum officialium cura servata per varias Hispaniæ partes venum exposita sunt, atque hodie in pretio habentur.

Apologeticus ejusdem *de Justitia Censurarum in causa Reipublicæ Venetæ* asservatur in codice MS. Vaticanæ bibliothecæ, qui signatus est numero 5547.

Ablatus nobis est Tibure in Italia anno MDCVIII. die XXVIII. Januarii.

HENRICUS HERNANDEZ, Lusitanus, artium & medicinæ doctor, apud Salmanticenses primarius philosophiæ Naturalis professor, edidit:

De Rerum naturalium primordiis sectiones VIII. Salmanticæ in folio, in ædibus Juntæ: hoc est, de rerum naturalium primordiis, de his quæ ad causas, ad mutationem & motum, ad locum & locatum, ad vacuum, ad tempus, ad infinitum pertinent.

F. HENRICUS A SANCTO HIERONYMO, Lusitanus, ordinis Prædicatorum, artium magister, habuit in Tridentina synodo Dominica die prima Quadragesimæ anni MDLXII. eam, quæ Brixiæ hoc eodem anno edita est, concionem:

De Calamitatibus Ecclesiæ. Lovanii etiam inter alias prelum passam olim: nuperque Parisiis anno 1667.

HENRICUS MARTINEZ, Regius cosmographus, scripsit:

Repertorio de los Tiempos y Historia natural de Nueva España. Mexici 1606. in 4. Quod opus una & auctorem laudat Antonius de Leon in *Bibliotheca Indica Occidentali*, titulo XVII.

F. HENRICUS DE MAUROY, Franciscanus, si non verum auctoris nomen & opus, quod pro comperto habet Lucas Wadingus in *Scriptoribus* hujusce ordinis, Gallum ac Trecensis conventus alumnum referens, si hoc inquam non verum, larva est Hispani cujusdam qui latere voluit sub hoc hominis extranei ac religiosi nomine, scribens erudite adversus Joannis Martini Silicæi S. R. E. cardinalis, ac Toletani præsulis, sententiam consiliumque excludendi ab ecclesiæ hujus beneficiis eos qui ex majoribus Hebræis aut Mauris prognati essent. Libri titulus:

Apologia in Archiepiscopum Toletanum, & ejus asseclas, pro Judæis, qui de Christo bene sentiunt &c. Parisiis 1553 in 4.

F. HENRICUS DE MENDOZA, ordinis Eremitarum, N. comitis Cluniensis filius, sacræ theologiæ magister in provincia sua Castellæ, scripsit:

El Privado Christiano. Matriti anno 1626. in 8.

D. HENRICUS DE MENESES, Lusitanus, familiæ hujus nobilissimæ germen, scripsisse dicitur:

Historia de Hercules.

HENRICUS DA MOTA, Lusitanus, scripsit:

Descriçaõ de Lisboa. Cardosus.

D. HENRICUS SUAREZ DE MENDOZA ET FIGUEROA, lusit Hispanice, ad imitationem veterum Græcorum Heliodori, Achillis Tatii, Longi Sophistæ:

Eustorgio, y Clorilene, Historia Moscovitica. Matriti 1629. in 4.

F. HENRICUS DE TAVORA, Lusitanus, ordinis ..... scripsit, Cardoso teste:

Advertenzas per os Confessores. Conimbricæ 1560.

HENRICUS VACA DE ALFARO, Cordubensis, medicus doctor, edidit Limæ Indorum:

Proposicion Chirurgica, y Censura judiciosa en las dos vias curativas de heridas de cabeza, comun y particular, y eleccion de esta, con una epistola de la naturaleza del tumor, y otra del origen y patria de Avicena: quam quidem ultimam eruditionis nomine Zacutus laudat. Hispali apud Ramos Bexarano 1618. in 4. Idemne an alius (filius forsan, cum diversa ætas utriusque suadeat) auctor sic inscripti metrice operis?

Lira de Melpomene, a cuyas armoniosas voces y dulces aunque funestos ecos oye atento el doctor Henrrique Vaca de Alfaro la Tragi-

gica Metamorphosis de Acteon y la escrive. Cordubæ 1666. in 8. apud Andream Carrillo.

Spem fecit idem auctor Cordubensis bibliothecæ cum hoc titulo:

Athenæum Cordubense, de illustribus Scriptoribus Cordubensibus scriptis & doctrina claris ab orbe & urbe Corduba, Colonia Patritia Regia, Augusta, Felici, Fortunata, scientiarum Oceano, conditis usque ad annum MDCLXIII. Cujus aliquod specimen dedisse dicitur in *Rabbi Mosis Cordubæ viri clarissimi vita.* Cordubæ in semifolio edita anno 1663.

HENRICUS DE VALDERRABANO, Peñarandæ prope Durium incola, D. Francisco Stunicæ, Mirandæ comiti, nuncupavit:

Libro de Musica de Vihuela, intitulado Silva de Sirenas. Pinciæ apud Franciscum Fernandez de Cordoba 1547. in folio.

F. HENRICUS DE VILLALOBOS, Zamorensis, ex familia fratrum Minorum provinciæ Sancti Jacobi, domoque Salmantina, postquam theologiæ docendæ plurium annorum operam sodalibus commodasset, rude jam donatus, familiarique hujus ordinis appellatione lector emeritus, addiscendæ docendæque morum theologiæ sic destinato animo concepit votum ut vel integris viginti duobus, sive (ut Waddingus ait) triginta annis, nil aliud egerit, curas & labores omnes in eam facultatem collocans, in quam sese vocari intelligebat. Dedit ergo Hispanice, quo ad eos etiam qui Latine haud scirent utilitas dimanaret:

Summa de la Theologia moral y canonica: duabus partibus. Salmanticæ apud Didacum Cussio 1622. Valentiæ 1629. 1630. folio & post alias editiones sextum Matriti 1649. Gallice eadem prodiit interprete F. Leone Baccone, provinciali præfecto Aquitaniæ, Parisiis 1646. Item Latine, atque Italice conversam haberi in pretio ait Wadingus.

Manual de Confesores. Salmanticæ 1625. in 8. Pampelone 1625. Oscæ apud Petrum Blusson 1630. Matriti apud Franciscum Martinez 1643. & apud Didacum Diaz de la Carrera 1653. in 8. Hæc Summa illa est Theologiæ redacta in compendium.

Obiit Henricus in eadem urbe Salmantica circa annum MDCXXXVII. ut scribit Lucas Waddingus in *De Scriptoribus Minorum.*

HERMENEGILDUS.

F. HERMENEGILDUS DE S. PAULO, Hieronymianus monachus domus Matritensis, quam semel atque iterum rexit, pariter atque in urbe Hispalensi utrumque ordinis monasterium S. Hieronymi & S. Isidori; diffinitor generalis in regnis Castellæ Legionisque, ac totius ordinis sui chronographus; post Josephi Seguntini egregiam in suarum rerum historia ab ejus renovatione in Hispania olim navatam operam, ad indagandam originem & progressionem oculos mentis dirigens, summo studio adhibito, rem tentavit, & eximii voti compos factus primo scripsit:

Origen y continuacion del Instituto y Religion Geronimiana fundados en los Conventos de Belem en Palestina por el Maximo Doctor de la Iglesia S. Geronimo, explayados por varias provincias y reynos del orbe, y deducidos sin quiebra por Italia desde Belem hasta los Monges Geronymos de España. Matriti prodiit ex typographia Regia 1669. in folio. Deinde pro hac origine contradicentibus, quorum intererat, respondit scribens:

Defensa por la Religion Geronima de España y su antiguedad, en que se responde a un tratado, que el Autor de la Poblacion Eclesiastica de España imprimió en su quarta parte el año de MDCLXIX. contra el origen Hieronymiano. Cæsaraugustæ ut videtur apud Didacum Dormer 1672. Necnon et:

Instruccion previa a los lectores de la instruccion Historica Apologetica del P. M. Fr. Gregorio de Argaiz Benedictino, y Examen del Crisol purificativo del P. Doctor Fr. Manuel Leal Augustiniano del Reyno de Portugal &c. Cæsaraugustæ apud heredes Didaci Dormer 1676. 4.

Desempeño Hieronymiano o Respuesta al Tratado que llama Question incidente el P. M. Fr. Gregorio de Quintanilla Benedictino en su Tabernaculo Fœderis, y Examen Historial de los derechos y titulos atribuidos al Sol del Occidente &c. Valentiæ apud Franciscum Maestre 1678. in folio.

D. HERMENEGILDUS DE ROXAS JORDAN DE TORTOSA ET BUTRON, Bastitanus (Baza regni Granatensis urbs est) advocatus in Granatensi cancellaria, atque ejusdem urbis decurio, reliquit moriens:

De Incompatibilitate Regnorum & Majoratuum Tractatum ad enucleationem cap. Cœpit Hermenegildus Rex XXVI. quæst. I. quem in lucem venire fecit Lugduni sumptibus Laurentii Anisson in fol. anno 1669. locupletatum a se & illustratum D. Franciscus Ximenez del Aguila Beaumont, auctoris gener, advocatus & ipse Granatensis.

HERMICUS.

HERMICUS CAIADUS (adscititio ut cre-

credo nomine juxta sæculi stilum) Lusitanus, in Italia floruit Latina eruditione & poesi, exeunte XIV. sæculo, ineunteque XV. scilicet ab anno MCCCCXCV. adusque MDI. quo typis excusa sunt ejus:

Eclogæ & Silvæ & Epigrammata; Bononiæ apud Benedictum Hectorem in 4. Quæ editio cum ad manus devenisset Alexandri VII. Pontificis Maximi, deque auctore sciscitaretur optimum atque eruditissimum virum Joannem Bonam, Cisterciensem monachum reformatum, quocum & aliis hujus notæ hominibus, pomeridianis, hoc est, subcessivis horis, de quocumque eruditionis genere verba solebat humanissime ac citra omnem dignitatis fastum conferre, atque ille hujus nostri laboris conscius certiorem de eo eruditissimum ac benignissimum Pontificem reddidisset; accipe, ait Alexander, codicem, & ad eum perfer qui talem Spartam adornat; ne forte hoc scriptore, atque eo non contemnendo careat *Hispana Bibliotheca*. Ex his carminibus quædam de Hermico, seu Henrico, datur colligere, transisse eum nempe in Italiam Angeli Politiani fama commotum, quem tamen eo veniens extinctum invenit; Philippum Beroaldum audivisse, atque ei carum fuisse; Alvaro & Anna parentibus natum; ex Joannis Regis, sive Emmanuelis successoris, voluntate applicuisse animum studiis legum; gessisse quoque in hoc morem Nonio Cajado, consanguineo suo, ad quem missum fuit elegans tetrastichon istud:

Legibus incumbo, Noni, tua jussa sequutus,
Namque jubere potes, & pater & dominus.
Ingenium, musas, vitam tibi debeo: Cæsar
Non dare plura potest, non dare plura Deus.

Ceterum vixisse eum ad annum usque DV. ex eo liquet quod:

Orationem funebrem in morte Francisci Facii Patavini Juris Pontificii in eadem urbe *Professoris* hoc anno extincti conscripserit, ac typis ediderit, uti docet Guido Pancirolus *De claris legum interpretibus* lib. III. cap. XLV.

De Hermico Erasmus in *Ciceroniano* agens *felicem* eum censet *in epigrammatibus, & in oratione soluta facilem ac promptum*. Adjungam Philippi Beroaldi de eodem judicium in responsione ad Ludovicum Tessiram (Texeira intelligo) qui editionis auctor fuerat, eamque Beroaldo direxerat: *Est Hermicus Lusitanus*, ait, *in condendis poematis ingeniosus, elegans, florulentus: habet venerem, habet salem: sunt illi verba Latina, sententiæ poeticæ, versus emuncti: concludit ex epigrammatistarum lege decenter & salse* &c. Celebrat Cajadus ex Lusitanis, quorum esset aliqua in literis fama, Ludovicum ipsum Tessiram, Ludovicum Mellum, Joannem Castelbrancum & Gomezium theologum, Franciscum item Sengladam Hispanum, & alios, Bononiæ, Florentiæ Ferrariæque usque ad superioris sæculi primum, uti jam diximus, annum peregrinatus; reliquum vitæ nos latet: adeo vivunt in scriptis homines, atque ex scriptis vixisse noscuntur. Meminit utique ejus Marineus Siculus in laudandis Hispanis literis insignibus lib. XXV. *Rerum Hispaniæ memorabilium*: *ejusdem nationis* (Lusitanæ) *est Hermicus & eruditionis ejusdem* (de Ario Barbosa prius egerat) *fama cujus ad nos pervenit ut hominis eruditissimi.*

HIERONYMUS.

D. HIERONYMUS ABARCA DE BOLEA ET PORTUGAL, nobilissimus vir Aragoniæ regni, circa annum MDXLI. in oppido suo Cadrete dicto Regum istius scribebat historiam. De quo ita censet Hieronymus Zurita, dignius eum atque ornatius omnibus se antiquioribus in eo argumento versatum fuisse, atque is quidem, ait, *ea prudentia & facundia est, eoque ingenio, ut si debilissima non uteretur valetudine nemo alius in re hujus momenti publico desiderio majori cum elegantia satisfacere posset.* Hæc Zuritæ verba ex Hispanis Latina reddidimus, quæ Joannes Franciscus Andreas Ustarrozius transcripsit, hominem laudans, in elogio auctoris libri *Del Genio de la Historia* nuncupati.

HIERONYMUS DE ALCALA YAÑEZ, Segoviensis, medicæ artis doctor Valentinus, in patria eam exercuit, ediditque:

Milagros de Nuestra Señora de la Fuencisla, grandezas de su nuevo templo, y fiestas, que en su translacion se hicieron por la Ciudad de Segovia año de MDCXIII. Salmanticæ 1615. in 8: Deinde poetico argumento:

El Alonso mozo de muchos amos: duabus partibus. Altera Matriti anno 1624. altera Pinciæ 1626. prodiit. Tandem morali:

Verdades para la vida Christiana. Pinciæ 1632. qui ipse annus hominem extinxit pridie kalendas Novembris.

F. HIERONYMUS DE ALCOZER, Dominicanus, theologus magister, in lucem protulit hoc titulo librum:

Subida de Monte Sion: sive de cognitione Dei per contemplationem quietam. Valentiæ 1509. in 4.

F. HIERONYMUS DE ALDOVERA ET MONSALVE, ordinis eremitarum S. Augustini, quem quidem in Aragonensi provincia semel atque iterum tertioque fuit mo-

moderatus. Cæsaraugustæ vespertinis horis docuit sacram scientiam, jamque rude donatus, cum & scholasticis lectionibus, atque una ecclesiasticis ad populum habendis concionibus quadraginta annorum tempus exegisset, prelum cogitare cœpit, cui quidem commisit:

Discursos en las fiestas de los Santos, tomis tribus: quorum I. Cæsaraugustæ prodiit anno 1625. II. ac III. duobus proxime sequentibus annis in 4. Propediem edendos quinque alios jam tunc in se receperat, nempe IV. *De materiis diversis*. V. & VI. *De Quaresma*. VII. & VIII. *De Christo y su Madre*: quos vidi nusquam.

Obiit annis plenus Cæsaraugustæ anno MDCXXX.

F. HIERONYMUS DE ALICANTE, Cupuccinus, ex eo oppido (nam ita nuncupari hæc amat religiosorum secta) & provincia Granatensi, scripsisse dicitur:

Las Grandezas de España. Anno 1646. Teste mihi Luca Waddingo.

F. HIERONYMUS DE ALMONACIR, sacrum ordinem Prædicatorum in domo Civitatensi, theologiamque inde fuit professus inter domesticos Burgis Pinciæque, ac mox in academia Complutensi cathedris Sacræ Scripturæ, ac vespertina ut vocant, moderatis palmarius plusquam semisæculo interpres. Hoc in loco, rude etiam donatus literaria, sacræque doctrinæ professorum decanus, ac rerum Fidei censor, in magna vixit nostrorum hominum existimatione, insignique admodum solidæ, quam ei assidua sacrarum Scripturarum lectio peperit, sapientiæ fama. Superest ab eo opus elegans, & plane doctum, scilicet:

Commentaria in Canticum Canticorum Salomonis: ad Garsiam Loaisam, Philippi Principis præceptorem. Compluti 1588. in 4. Quod quidem exceptura ipse in se susceperat auctor alia commentaria in *Quintum D. Matthæi caput*: *Pauli Apostoli ad Ephesios Epistolam*: *Sermonem Dominicum*: & *Psalmos* quosdam: necnon & *Scholasticarum Controversiarum centurias*. Nullus tamen, ut credo, sese promisso exsolvit sexdecim integris annis adhuc in vivis manens, e quibus octogenarius anno quarto post sexcentesimum demigravit.

D. HIERONYMUS ALTAMIRANO, Matritensis, jurisconsultus, Didaci filius, quem Regius Castellæ senatus advocatum Fiscalem, multa prudentia juris virum, superioribus annis allegit fere simul & amisit. Salmanticæ data civilibus studiis opera, vario que ornatus literarum genere, dedit foras, quo, juxta poetæ dictum, *fortes creari fortibus* ostenderet:

In Titulum XLVIII. C. De Filiis Officialium milit. qui in bello moriuntur. lib. XII. Commentarium, seu de muneribus continuandis in filios recordatione parentum. Matriti anno 1648. fol.

HIERONYMUS AMIGETUS, Catalanus, Dertosensis, medicus, scripsit:

Isagogicam viam, sive introductoriam ad artem Grammaticam. Barcinone 1514. in 4. Extat in bibliotheca Coloniana Hispalensis ecclesiæ.

HIERONYMUS DE AMPÓS, commendator (sic præfectos domorum vocant) ordinis S. Antonii, scripsit:

Silva de varias questiones naturales y morales con sus soluciones sacadas de Griegos y Latinos. Valentiæ, sumptibus societatis bibliopolarum 1587. 8.

Directorio espiritual del alma prudente. Matriti apud Petrum Gomez anno 1593. in 8.

Manual y Directorio de la oracion vocal del alma christiana. Ibidem apud viduam Petri de Madrigal 1600. in 8.

F. HIERONYMUS DE ANDRADA, Lusitanus, Carmelita provinciæ Portugalliæ, Didaci Lopez de Andrada, Augustiniani, Hidruntini in Italia archiepiscopi, concionatorum sui temporis maximi, germanus frater, *Vitam* ejusdem Didaci archiepiscopi reliquit scriptam, quam penes se habet reverend. P. Fr. Emmanuel a Resurrectione, Augustinianus Excalceatus provinciæ Portugalliæ, & a se locupletatam edere promittit.

D. HIERONYMUS ANTONIUS DE MEDINILLA ET PORRES, toparcha locorum de Bocos, Remolino & Rozas, ordinis militaris S. Jacobi eques, strator Regius, laudabiliter exercuit se, dum vixit, gerenda in republica variarum urbium prætor, administrandaque pecunia Regia. Edidit Hispane dum prætor esset Cordubensis urbis:

La Utopia de Thomas Moro: ex Latino illius translatam. Cordubæ an. 1637. in 8. Item:

El Metodo de la Historia de Juan Bodino inter schedas reliquit.

Obiit circa annum MDCL .....

F. HIERONYMUS DE ANNUNTIATIONE, Lusitanus, ordinis S. Pauli, quem Da Serra de Ossa in Portugallia vocant, ejusdemque congregationis historicus, scripsit:

Chronica da Congregaçaõ de S. Pablo da Serra de Ossa em Portugal: quæ quidem typis

pis edita eſt, aut propediem edetur. Fr. Emmanuel a Reſurectione.

HIERONYMUS DE ARBOLANCHE, Navarrus, Tudelenſis, carmine ſcripſit:

Las Abidas: ab Abide Gargoris filio, vetere Hiſpaniæ Rege. Cæſarauguſtæ apud Joannem Millan 1566. 8.

HIERONYMUS ARDIT, Alcañizienſis, ex Aragonia, Cæſarauguſtanus tamen civis, ſcripſit:

Blaſones de Ceſarauguſta. Quod opus adhuc MS. laudant ſcriptores Aragonenſes, & inter alios Uſtarrozius.

HIERONYMUS AUNER, gente aut patria Valentinus, in Hiſpanicam linguam convertit ex Italico Ludovici Pulei, ut affirmat ipſe, fabuloſum poema proſaicum hujus inſcriptionis:

Libro Segundo de Morgante. Valentiæ apud Duranum Salvaniach 1535. in folio. Interpretis nomen prodidit Michael Hieronymus quidam Oliverius in laudatorio carmine Hiſpano libri præambulo.

HIERONYMUS DE AYALA, Burgenſis, in oppido Oſorno, quod Palentinæ diœceſis eſt, proprio verbo muneris beneficiatus, ſcriptum penes ſe adſervat librum:

De la Nobleza de Caſtilla, cum inſignibus uniuſcujuſque familiæ verſicolori opere diſtinctis: quod ex relatione D. Antonii Lupian & Zapata, alibi jam hac in *Bibliotheca* laudati, compertum habeo.

F. HIERONYMUS AZNAR ET EMBID CARDONA, Aragonius, in communitatis, ut vocant, Bilbilitanæ oppido Aniñon prognatus, eremita Auguſtinianus, concionatorque inter ſuos emeritus, ſcripſit:

Expulſion juſtificada de los Moriſcos Eſpañoles, y ſumma de las excelencias del Rey D. Felipe III. Oſcæ 1611. 8. Hic liber nomine prodiit Petri Aznari Cardonæ, Hieronymi nepotis, qui tamen in nuncupatoria epiſtola ei, cujus eſt, operæ laudem tribuit. Scripſiſſe etiam affirmatur:

De la Concepcion de Nueſtra Señora. Oſcæ anno 1620. 4.

D. HIERONYMUS BAÑUELOS, edidit:

Eſtado de las Filipinas y ſus convenencias. Mexici 1638.

F. HIERONYMUS BAPTISTA DE LANUZA, natalem locum ſortitus eſt Aragoniæ oppidum Ixar, parentes vero Michaelem Baptiſtam de Sellan & Catharinam de Lanuza, notæ utrumque nobilitatis: ex quibus & Martinus Baptiſta de Lanuza, Magnus ut vocant Juſtitia Aragonum, re vera magnus, procreatus fuit. Valentiæ hic ad Prædicatorum familiam admiſſus Ludovicum Bertrandum, ſanctitate illuſtrem, inſtitutorem adeptus fuit, quem quidem tribuere ſolitum fama prodiit Hieronymo diſcipulo, cum de eo ſermo incideret, ſcientiæ & intellectus dona cœlitus communicata. Præcipuum ſtudiorum profectum Salmantinæ domui S. Stephani, ad ſapientiæ hoc & religionis domicilium translatus, debuit. Inde Valentiam docturus ipſe inter ſuos theologiam, quam exactiſſime hoſpes didicerat, revocatur. Cujus ſtudii eam partem, quæ ſacros libros explanatione pervios reddit, Cæſarauguſtæ etiam laudabiliter profeſſus eſt. Aragoniæ provinciæ bis præfuit, atque ante impletum poſterioris muneris tempus, anno ſcilicet MDCXVI. Balbaſtrenſibus in eodem Aragoniæ regno fuit epiſcopus datus, atque ab hac eccleſia XXIV. Auguſti MDCXXII. in Albarazinenſem ejuſdem regni translatus. Hujus ſi doctrinam ſpectemus, ſalutarem quidem illam qua non minus docti quam boni efficimur, quæque in ſapientiſſimis ejus commentariis orbi Chriſtiano communicata eſt, datum hac tempeſtate nobis exiſtimare poſſumus cui veram & germanam eruendi ex ſacris literis in homiliis ſolemnibus, quibus eccleſia utitur, Chriſtianæ pietatis & diſciplinæ ſenſus formam acceptam referremus. Si ad vitam & mores, reſque toto vitæ tempore ab eo ſancte geſtas, nos convertamus, piiſſimæ ejus doctrinæ omnia hæc apprime reſpondere docebimur ab his qui hominem vel data opera, vel ex occaſione laudarunt: quos Vincentius Blaſcus de Lanuza, de eo agens in *Aragonenſi Hiſtoria* lib. V. cap. XLIII. enumerat. Quibus omnibus præferri debet Hieronymus Fuſſet, Dominicanus, Aragoniæ provincialis præfectus, qui de vita Hieronymi noſtri ſatis magno volumine commentatus eſt, quam in epitomen contrahere meditabatur, cum e vivis fuit ereptus, & Emmanuel Faria de Souſa Luſitanus, Martini Lanuzæ jam laudati encomiaſtes diſertus. Conceperat animo Hieronymus, nec tamen priuſquam ſuperiorum præcepto ad mandandum literis in utilitatem communem quidquid ſibi elucubraverat adigeretur, Evangelia omnia quadrageſimalia commentariis luſtrare & illuſtrare, iiſque Latinis, cujus propoſiti ſpecimen dedit cum publicavit:

Tractatuum Evangelicorum tomum primum, continentem tractatus VII. *De Quadrageſimæ Inſtitutione, & cineris cærimonia. De Je-*

Jejunio. De Eleemofyna. De Inimicorum dilectione duos: totidemque *De Jejunio & tentationibus Chrifti Domini.* Cæfarauguftæ anno 1612. in folio, qui deinde ex officina Veneta Juntarum prodiit duobus voluminibus anno 1630. in 4. Sed mutavit fententiam, five confilio ifto fuo potiorem habuit obfequii rationem Philiberto Sabaudiæ ducis filio, Barcinone tunc commoranti, reddendam; hujus enim voto ut fatisfaceret quadragefimales vernaculæ linguæ conciones, coram ipfo habitas, fed infigniter locupletatas, prelo fubjecit, quæ hoc titulo prodierunt infcriptæ:

Homilias fobre los Evangelios que la Iglefia Santa propone los dias de la Quarefma: tribus voluminibus. Quorum primum prodit Balbaftri anno 1621. reliqua fequentibus annis. *Quadragefimalium* hæ *Homiliarum* infcriptione donatæ prodierunt Latine ab Onefimo de Kien, Capuccino provinciæ Colonienfis, Antuerpiæ, quatuor voluminibus, anno 1649. 4. Lugdunique apud Guilielmum Barbier & Joannem Girin anno 1659. folio. Et Francofurti. Quarum & *Compendium* Coloniæ editum eo anno 1655. in 4. Eafdem quoque Gallice convertit Ludovicus Amariton, ordinarius concionator & eleemofynarius Regis Galliarum, Parifiis editas anno 1646. 4. Pertinet Onefimi de Kien ordinis Minorum jam laudati Flandri, *Medulla Cedri Libani, five conceptus prædicabiles fuper Dominicas totius anni ex Homiliis Quadragefimalibus Hieron. Bapt. de Lanuza.* Antuerpiæ anno 1653. in 4. & Coloniæ 1655. 4.

Poftumæ etiam prodierunt, Ioannis Laurentii Cairofæ Dominicani opera:

Homilias fobre el Evangelio, que fe propone en la folemnidad del Santifimo Sacramento del Altar. Barcinone 1626. Quæ Latino quoque fermone redditæ, Antuerpienfibus typis mandatæ funt 1650. 4.

Defiit Hieronymus inter vivos agere anno MDCXXV.

D. HIERONYMUS BASILICO, juris doctor, & in Regiis conciliis Matritenfis curiæ advocatus, fcripfit:

Aplaufo Panegyrico en la publica y real aclamacion del Rey D. Carlos II. de España. Vide de hoc opere D. Jofephum Pellizerium in *Bibliotheca fuorum librorum* folio 90.

HIERONYMUS BASILIUS, nefcio quis, ediditffe dicitur juridicum opus, quod nomine hoc Hifpano infignitum oftendimus in catalogo quodam librorum in Hifpania ante paucos annos editorum:

Decifiones criminales de la gran Corte de Sicilia. Anno 1669.

HIERONYMUS BASILIUS DE BENGOCHEA, Dominici a Bengochea, fingularis eruditionis viri, ad quem extat Jufti Lipfii epiftola quædam, Regiæ civilium caufarum Cæfarauguftanæ curiæ fenatoris, civifque Teruelenfis, filius, doctor theologus, & in hac ipfa Regia urbe & gymnafio profeffor, Maellæque rector, edidit:

Vida y martyrio de Santa Sufana Princefa de Ungria: cujus reliquiæ adfervantur in æde quadam hujufmet oppidi Maellæ facra. Cæfarauguftæ 1630. 4.

Apologiam pro Cæfarauguftana urbe, in caufa tumultus Antonii Perezii in eam adventus occafione concitati, adverfus narrationem Antonii Herreræ, Regii chronographi, Latine ab hoc auctore fcriptam, laudat in *Aragonenfibus Chronicis* Vincentius Blafcus, ineditam hucufque ut fufpicor.

F. HIERONYMUS BERMUDEZ, ordinis Prædicatotum, facra & humana doctrina fpectatus vir, Latinum poema in laudem Ferdinandi Alvarez de Toledo, Albani ducis, compofuit, infcriptum:

Hefperoida: atque ipfum poftea in Hifpanum convertit carmen, lege confonantiæ folutum, gloffafque adjunxit. Manere hanc interpretationem penes nobilem quemdam Compoftellanæ urbis refert Ludovicus Muñoz in *vita Ludovici Granatenfis* lib. III. cap. V.

HIERONYMUS DE BIVAR, fcripfiffe dicitur:

Chronica del Reyno de Chile: MS. adhuc, tefte Antonio Leonio in *Bibliotheca Indica*, tit. IX.

HIERONYMUS DE BLANCAS, Cæfarauguftanus, Martini, ejufdem urbis civis (eos qui ad regimen urbis admittuntur hoc verbo appellant) & notarii, filius, Valentiæ fub difciplina viri eruditiffimi Petri Joannis Nunnefii Latinas literas ea alacritate & fucceffu didicit ut grandiore jam & matura ætate parem fe non temere aut immodefte exiftimaverit fupplendo in patria hiftoria quidquid Zurita magnus vel intactum reliquerat, vel intentus univerfitati rerum non ita plene aut elaborate pertractaverat. Itaque pro hiftorici munere, fibi in locum illius e vivis erepti injuncto, paraleipomena rerum Aragonenfium, quæ fuccenturiari attexive non indigna effent clariffimi viri lucubrationibus, aggreffus voti fui factus compos eft, idque Latinis commentariis, nulli eorum, quæ res hominum geftas hoc fermone perfequuntur, ulla ex parte cedentibus, fi majeftatem dictionis & elegantiam, nec-

necnon ſummam in evolvendis veterum rerum documentis fidem, iiſque ſolerti ac defœcato examine dijudicandis maturitatem conſideremus. Hi ſunt:

Aragonenſium rerum Commentarii: quo in opere breviter memoratis rebus a Zurita jam deſcriptis in Juſtitiæ Aragonum magiſtratu, quod veluti Palladium eſt inclitæ hujus gentis, eorumque, qui poſt receptam a Mauris Cæſarauguſtam ei præfuerunt, hiſtoria illuſtranda præcipuam operam voluit auctor impendere. Prodierunt hi primum Cæſarauguſtæ anno 1588. deinde in ſiſtematis *Hiſpaniæ Illuſtratæ* vol. III. Et hos quidem ipſos vernacula lingua conſcriptos ſive ante, ſive poſt editionem Latinam, ſervari Cæſarauguſtæ apud Jacobum Aznarium, juris Canonici profeſſorem, Joannes Andreas Uſtarrozius, hujuſmet regni chronographus, ſcriptum reliquit. Quorum ſcilicet commentariorum nomine auctor *Hiſtorici accuratiſſimi* appellationem promeruit a Cæſare cardinali Baronio tomo XII. ad annum MCXVIII. ſect. XVIII. qui iterum Blancæ ſummam induſtriam commendat tomo XI. ad annum MLXXIV. ſect. LVII. Multus quoque eſt in extollendo hujus ſcripti merito Antonius Auguſtinus in epiſtola quæ ei ſubjicitur. Edidit etiam:

Tabulam in Faſtos Magiſtratuum Juſtitiæ Aragoniæ. Cæſarauguſtæ 1587. Quorum veluti commentarii ſunt hi quos ſupra laudavimus.

Icones Regum poſitas in regia Cæſarauguſtana aula, cum inſcriptionibus, ejuſdem cura depictas in domo quam vocant Deputationis. Ibidem 1587.

Hiſpane vero:

Modo de proceder en Cortes de Aragon. Itemque:

Las Coronaciones de los Sereniſſimos Reyes de Aragon. Quæ duo opuſcula Ioannes Andreas Uſtarrozius ſupra laudatus edidit Cæſarauguſtæ 1641. in 4.

De los Obiſpos de Zaragoza nonnihil eum commentaſſe conſtat ex quibuſdam ipſius epiſtolis, quæ ad diverſos datæ per manus eunt, admonente Lanuza in *Aragoniæ Hiſtoria* tom. II. lib. XX. cap. VIII.

Tratado de la venida de Sant Iago a Eſpaña tribuit ei D. Michael Martinez del Villar in *Interpretatione quorumdam Epigrammatum domus del Pilar*.

Cæſarauguſtæ obiit Hieronymus, nulla prole ex Margarita Malo conjuge relicta, ſecundo die Decembris MDXC. tumulatuſque fuit in S. Engratiæ monaſterio.

HIERONYMUS BRIOSO, Hiſpalenſis, ſcripſit Latina lingua:

Compendium rerum memorabilium. MS. fuit olim in bibliotheca D. Petri de Caſtro Hiſpalenſis antiſtitis: quem deinde apud ſe habuit Alphonſus Sanchez Gordillo, presbyter ejuſdem urbis. Vidit Rodericus Caro.

HIERONYMUS DE BRITO, Luſitanus, apud Conimbricenſes theologiæ ſtudioſus, habuit pro more ad univerſam academiam, ediditque in publicum:

De Scientiarum, diſciplinarumque omnium laudibus orationem. Conimbricæ apud Joannem Barrerium 1554. in 4.

HIERONYMUS BRUN, ſcripſit ex Gallico deſumens:

Lo mas noble del Cerco de Paris, que hizo el Duque de Nemurs Gobernador de los cercados; el ſocorro, que embió el Rey D. Felipe con los Duques de Parma y Humena. Cæſarauguſtæ apud Ioannem Eſcatrilla 1591. in 8.

HIERONYMUS CALVO, Aragonius, ſcripſit:

Luz del entendimiento, como nos emos de apartar de las vanidades, y ſeguir las virtudes. Valentiæ 1594. in 8. apud Alvarum Franco.

F. HIERONYMUS CAMARGO, Dominicanus, ſacræ theologiæ profeſſor Limenſis, edidit:

Analogorum librum. Limæ.

D. HIERONYMUS DE CAMARGO, edidit:

Reſpueſta a la reſolucion de la Junta de los Ecleſiaſticos de Francia, en razon de los matrimonios de los Principes de la Sangre, hechos ſin el conſentimiento del Rey. Matriti apud Franciſcum Martinez 1633. 4.

HIERONYMUS CAMPAN, oriundus ex Ontiñente oppido regni Valentiæ, ſacerdos, Latine Græceque valde doctus, poeta in ſchola principis urbis floruit, atque edidit:

Varii carminis librum. Anno 1550. Auctore mihi Gaſpare Eſcolano lib. IX. *Hiſtoriæ Valentinæ*, cap. XXXVIII.

HIERONYMUS DE CAMPOS, ſcripſit: *Manual de Oraciones*.

D. HIERONYMUS CANCER, ætate noſtra in jocis carmine pangendis atque fundendis, reliquaque poeticæ facultatis laude pares habuit paucos, Matriti in curia degens, præcipue ejus, qui ante non multos

tos

tos annos placere cœpit, hodieque ludicra maxime in re summa cum voluptate auribus, excipitur, æquivocorum, uti appellant, vocabulorum usus: quo in genere cum paucissimis contendere, reliquos omnes superare visus fuit. Metrica hujus opera urbanitate & facetiis plena viderunt lucem Matriti sub hoc titulo:

Obras de D. Geronimo Cancer. Anno 1651. in 4. Comoedias quasdam una cum aliis Hieronymus actibus inter se, ut in morem ivit ultimi hujus temporis, distributis laudabiliter scripsit.

Matriti obiit Septembri mense MDCLV.

F. HIERONYMUS CANTON, Valentinus gente, Augustinianus instituto vitæ, doctus vir atque elegantis ingenii prosam seu versam orationem formaret. Ordinis sui apud provinciales Valentinos fuit præfectus, ediditque:

Vida y milagros del B. Padre y Señor D. Thomas de Villanueva de la orden de S. Augustin, Arzobispo de Valencia. Barcinone 1623. 4.

Ordinario de los Oficios divinos segun el uso de la Iglesia. Ibidem 1606. in 4.

Excelencias del Nombre de Jesus. Ibidem 1607. in 8.

Instruccion divina, Angelica y humana del principio, medio y fin de todas las virtudes en comun y en particular: vario metri genere. Valentiæ typis Silvestri Sparza 1633. in 4.

Denatus est Valentiæ anno MDCXXXVI.

HIERONYMUS CARDOSUS, Lusitanus, Lamecensis, poeta & orator Latina lingua disertissimus, omniumque in ea gente eruditorum suæ ætatis hominum judicio probatus & laudibus exornatus, imbuit plures annos domi suæ juventutem studiis humanitatis in urbe Olisiponensi: quod velut sacrarium quoddam frequentari ab his debere quicumque humanioribus disciplinis delectarentur, Hieronymus Osorius V. C. Silvensis episcopus, in literis ad eum olim datis affirmabat. Prelum viderunt hactenus, quod sciam, hæc ejus opera:

Epistolarum familiarium libellus: Joanni III. Regi datus. Olisipone 1556. 8.

Oratio pro rostris habita Kalendis Octobris Olisiponensi Academiæ de laudibus omnium disciplinarum, anno XXXVI. supra sexquimillesimum. Conimbricæ 1550.

De Præteritorum & Supinorum ratione libellus.

Dictionarium ex Lusitano in Latinum sermonem sive Latino-Lusitanicum, & vice versa Lusitanico-Latinum, cum Adagiorum fere omnium perutili expositione. Olisipone 1562. in 4. Et Conimbricæ 1587. in 8. & 1588. ex recognitione scilicet Sebastiani Stochameri Germani apud Joannem Barreiros. Aliorum ipse spem fecit in *Epistolis*, sed nescio an ediderit. *Poematia* quædam ejus laudat Valerius Andreas.

HIERONYMUS CARRANZA, Hispalensis, Jesu-Christi militiæ Portugallensis eques, armorum, ensis præcipue, ad defensionem sui & offensionem hostis tractandorum artem, post antiquiorem Joannem Pons Perpinianensem, qui theoricum nescio quid hujus artis edidit, autodidactos ipse, hoc est, sine ullo præceptore, ad praxim primus reduxisse videri potest: quam quidem N. Medinæ Sidoniæ ducem se docuisse alicubi reliquit scriptum. Anno MDLXXXIX. in Americam se contulit, provinciæ Honduras nuncupatæ gesturus regimen, unde ad nos reversus diu vixit, ab urbanitate ac liberalium disciplinarum cognitione & a pietatis studio non parum commendatus. Edidit:

De la Filosofia de las Armas, de su destreza, y de la agresion y defension Christiana. Luciferi fano (vulgo Sanlucar) 1569. in 4. & 1582. in 4. Ferdinandi Herreræ, Christophorique Mosqueræ a Figueroa carminibus celebratum opus, in quo cives & amicos suos Joannem Mallaram sub Melissi, Ferdinandum vero Herreram sub Philandri, Peramatum quoque, medicum, sub Polimarchi confictis nominibus, ad dialogum urbane introducens, variis undique quæsitis dextreque tractatis rebus lectorem docet simul ac detinet. Hæc tamen diffusior docendi forma occasionem dedit D. Ludovico Pacheco de Narvaez, Philippi IV. Regis nostri hujus artis præceptori *Compendium suum Philosophiæ ac rectæ armorum tractationis Hieronymi Carranzæ* formandi. In bibliotheca Villumbrosana fuit cujusdam Francisci Garziæ, Mercenariorum urbis Angelopolitanæ præfecti, liber ita inscriptus: *Verdadera inteligencia de la destreza de las armas del Comendador Geronymo Sanchez Carranza de Barreda.* Unde primum novimus hominem sic appellatum fuisse.

HIERONYMUS CASADO, Aragonus, ex oppido Paracuellos de Xicola prope Bilbilim, seu mavis Calatajubium, natus, ecclesiæ Albarracinensis archidiaconus, scripsit tractatum Hispanum:

De Satisfacion. Valentiæ 1591. 8.

HIERONYMUS CASTILLO DE BOBADILLA, Medinæcampi in lucem editus circa annum MDXLVII. felicissime ad juris utriuſ-

utriusque ac totius antiquitatis & humanitatis studia sub optimis legalis scientiæ Emmanuele Costa & Aria Pinelo, aliisque liberalium artium præceptoribus, direxit Salmanticæ omnes ingenii atque industriæ vires. Cujus rei argumento est, quod septemdecim tantum natus annos *Relectionem* §. *Augerius, L. Qui Romæ D. De verb. obligationibus* in patria coram frequenti auditorio recitaverit; Salmanticæque sequenti anno ducentarum juris thesium, magnam partem novarum & paradoxarum, propugnatorem sese obtulerit. Unum atque viginti annis natus accepit academica (ut vocant) doctoratus insignia, vicesque rectoris Pacensis urbis: de quo tunc ab eo gesto munere, aliisque memoratis, ipsi credimus conferentes *Politices* ejusdem, quam mox laudamus, lib. II. cap. XIII. num. 32. cum libro I. cap. VI. num. 40. & cap. VII. num. 22. Ab hoc tempore per viginti quatuor annos jurisdictionem plures per Hispaniæ urbes laudabiliter administravit. Veniens deinde ad curiam defendendis litibus navavit operam, quousque ad Pinciæ urbis conventum juridicum mitteretur pro Fisci tuendis juribus, quo in munere extremum diem vidisse fertur. Scriptum reliquit insigni doctrina, eruditione atque elegantia non multis comparandum opus, scilicet:

Politica para Corregidores y Señores de Vasallos en tiempo de paz y guerra, y para Prelados &c. Matriti 1597. duobus tomis. Medinæcampi 1608. Barcinone 1616. Nuper iterum Matriti. Quod quidem si in Lacones incidisset, non minus quam Dicearchi Messenii conscriptum *De Republica Spartiatarum* opus, Suida auctore, in Ephororum prætorio audientibus adolescentibus quotidie legi propter excellentiam scriptionis lege sanxissent.

HIERONYMUS DE CELARIOS, Salmanticensis, ordinis Clericorum Regularium Minorum, Sacræ Scripturæ lector in Salmantino collegio, cujus præposituram gerere recusavit, scripsit:

La mayor obra de Dios en siete dias de la Semana Santa, pasion y muerte de Christo Señor nuestro. Matriti ut credimus 1666. in folio. Immortuus fuit alteri conficiendæ laudati operis parti anno ut ajunt 1665.

HIERONYMUS DE CHAVES, Hispalensis, mathematicus, scripsit:

Tratado de la Esfera, que compuso el Doctor Juan de Sacrobusto, con muchas adiciones, traducido con escolios y figuras. Hispali 1545. in 4. apud Joannem de Leon.

Chronographia, o Repertorio de los tiempos. Ibidem 1554. & 1572. in 4. apud Alphonsum Bexarano & 1580. apud Ferdinandum Diaz.

Tabulas duas *Geographicas* confecit, alteram *Hispalensis territorii*, quæ in *Theatro* visitur Abrahami Ortelii & aliorum, alteram *Americæ*, quam non edidit.

F. HIERONYMUS DE CONCEPTIONE, Valdemaurensis, Pastranæ professus Carmelitarum Excalceatorum ordinem, undecimus fuit ejus generalis præfectus, editque:

Carta a los Religiosos de su Congregacion. Obiit Guadalaxaræ anno MDCLXIII. dierum plenus.

HIERONYMUS DE CONTRERAS, qui centurionis sese titulo dignosci in libris editis voluit, in publicum edidit:

Dechado de varios sujetos, sive elogia virorum illustrium Hispaniæ: partim soluta oratione, partim ligata. Cæsaraugustæ 1572. apud Bartholomæum Noguera. Compluti 1581. in 8.

Selva de Aventuras. Cum alibi, scilicet Barcinone in 8. tum Cæsaraugustæ 1615. in 8. quem librum jucunditatis nomine Laurentius commendare solet Palmyrenus in variis locis suorum operum. Hunc Gallice vertit Gabriel Chapuys, Lugdunique edidit 1580. in 16. apud Benedictum Rigaud, teste Verderio.

HIERONYMUS DE CORDUBA, Pincianus, scripsit:

Orationem de Christi Domini in Cœlum ascensu ad Urbanum VIII. habitam in templo Vaticano. Romæ apud Mascardum 1624. 4.

F. HIERONYMUS CORREA, Lusitanus, ordinis Prædicatorum Lusitanæ provinciæ (ut apud ejusdem chronographum legimus) scripsit, ignotum mihi an Latine an vernacule:

De Concordia scientiarum.

De Privilegiis Ordini Dominicanorum a Sede Apostolica concessis.

Memoria illius ad annum sexcentesimum supra millesimum extat.

D. HIERONYMUS CORREA, Lusitanus, Olisiponensis, aurifex; edidit inter alia opera poetica ejus linguæ:

A Fabula de Apollo e Dapne: Violantæ de Coelo, virgini Deo sacræ in monasterio da Rosa Olisiponensi ordinis S. Dominici, poetissæ magnæ famæ, dicatam.

HIERONYMUS DE CORTEREAL, Lusitanus, ex nobili familia hoc in regno edi-

editus, aliunde tamen ad nobilissimas Bastanorum & Mendozarum Castellæ familias pertinens (quod ipse de se jactat excusans quod Castellane nonnumquam scripserit) plurium liberalium, atque viro nobili dignarum, artium cognitione & exercitio delectabatur, præcipue pangendis versibus, quo in genere dedit foras Lusitanica lingua:

Suceso del segundo cerco de Diu estando D. João Mascharenhas por Capitaõ e Governador da fortaleza o anno de MDXLVI. Olisipone 1574. quod opus carmine Castellano vertit Petrus de Padilla, ordinis Carmelitarum sodalis, & publicavit Compluti in 8. anno 1597.

Naufragio, e lastimoso suceso da perdizam de Manoel de Sousa de Sepulveda, e Dona Lianor de Sa sua molher & filhos vindo da India pera este Reyno &c. Olisipone apud Simonem Lopez 1594. in 4. Poema illud, in quo sibi potissimum auctor placebat, non nisi mortuo eo typis editum est, Antonii Sousæ generi cura.

Castellanorum quoque sermone, quem perfecte calluit, versibusque a lege consonantium liberis:

Felicisima Victoria concedida del Cielo al Señor Don Juan de Austria en el golfo de Lepanto de la poderosa armada Otomana. Ulisipone 1578. 4. apud Antonium Ribeiro. Celebratur hic carmine quodam Antonii Ferreiræ, quod inter ejus opera extat pag. 27.

HIERONYMUS CORTES, Valentinus, hæc ex literis mathematicis nota sibi proferre, quo in publicum prodesset, voluit:

Lunario y Pronostico perpetuo. Valentiæ 1598. Barcinone 1599. Cæsaraugustæ 1604. Compluti 1617. in 8.

Libro de Fisonomia natural, y varios secretos de naturaleza. Cordubæ 1601. in 8. Compluti 1612. 8. Atque aliis locis in 8.

Arithmetica practica. Valentiæ 1604. 4. apud Joannem Chrysostomum Garriz.

Libro de los Animales terrestres y volatiles. Valentiæ 1615. in 8. Alias: *Propriedades de animales, y virtudes que nos enseñan.*

Plura alia, si vita ei longior contigisset, foras daturum civis ejus scripsit, Petrus Augustinus Morla, in præfatione *Emporii Juris*, in qua Valentinos omnes bene de literarum studiis deque posteritate meritos refert simul & laudat.

HIERONYMUS DE COSTIOL, Catalanus ut suspicor, edidisse fertur:

Coronica del Señor D. Juan de Austria. Barcinone 1572.

HIERONYMUS DE COVARRUBIAS HERRERA, Rivisicci incola, auctor est libelli sic nuncupati:

La Enamorada Elisea 1594. 8. prosaicometrice scripti.

F. HIERONYMUS DE CRUCE, monachus Hieronymianus, sacræ theologiæ magister, in cœnobio Matritensi lector olim sacræ hujus scientiæ quæ de moribus Christianis disserit. Opus tripartitum defendendis justeque temperandis apud nos statutis pro puritate & nobilitate sanguinis frequentibus excogitavit; hæc nempe inscriptio est & argumentum operis:

Defensa de los Estatutos y noblezas Españolas, destierro de los abusos y rigores de los Informantes: tribus partibus. I. est *Respuesta Apologetica al discurso del P. Fr. Agustin Saluzio de la orden de S. Domingo.* Hic nempe Saluzius Xereciensis, Philippo III. Regi Catholico a concionibus, eximius ecclesiastes, cujus est (aut certe sub ejus nomine alius latere voluit) *El Discurso sobre la Nobleza de España*: & hic in eo argumento totus versatur ut memoratorum statutorum vim & justitiam prorsus enervet, sanctionesque hujusmodi, quotquot capacitatem suscipiendorum munerum ex puritate sanguinis candidatorum admetiuntur, acerrime reprehendat. Altera pars, sive liber II. *De la moderacion de las Informaciones.* Tertia declamationes continet: *En que se persuade a los Principes, consejos y comunidades la moderacion de las informaciones y el destierro de algunos abusos.* Cæsaraugustæ 1637. in folio. Huic successurum pollicitus olim fuit opus aliud, cui titulus *Ilustrado Estoico*, scilicet libri Job ex placitis Stoico-Christianis elucidatio, quæ prodiit hujusmodi nota insignis:

Job Evangelico. Cæsaraugustæ 1638. Nullam causam habeo ut hunc distinguam ab eo qui, iisdem titulis appellationis religiosi status, scholastici muneris, & incolatus Matritensis monasterii, auctor inscribitur *Historiæ* vulgari *Regis Henrici IV.* quam asservari scio in bibliotheca, quæ olim fuit comitis de Villaumbrosa, MS. in folio.

HIERONYMUS CUCALON, scripsit:

Apostillas, & Repertorium ad Philippi Decii lecturas super Tit. de Regulis Juris. Quod celeberrimi jurisconsulti celeberrimum opus sic exornatum ediderunt Lugduni Joannes Franciscus Lignanius & fratres apud Joannem Crespin anno 1525. in 4. *eruditissimi utriusque juris juvenis* elogio Cucalonem donantes.

HIERONYMUS DIAZ LEITE, Lusitanus, ex Madera insula, ejusque urbe Funchal,

chal, compoſuit verſibus ita vocatum opus: *Inſulana em otavas.* Anno MDXC. quod MS. extare ait Cardoſus.

HIERONYMUS DOMENEC, Valentinus, Jeſuita, ex primis Ignatii patriarchæ ſodalibus, magna vir pietate & religionis obſervantia, primus Siculæ provinciæ res adminiſtravit, deinde in Aragonia ad ſuos reverſus præfecti vices. Scripſit Siculis anno MDXLVII.

Catechiſmum. In toto regno auctore ipſo prorege uſurpatum.

F. HIERONYMUS DOMIN, Aragonenſis, ex Calatajubio anno MDLXXVI. natus, ſacræ theologiæ magiſter, Carmelita, per Germaniam & Belgium commiſſarius generalis, Mariæ Auſtriacæ Imperatrici, Ferdinandi III. uxori, a concionibus, negotia procuravit ejuſdem Ferdinandi apud Eliſabetham Claram Eugeniam, ſereniſſimam Infantem. Aſſumptus demum Cajetanus epiſcopus XIV. Decembris anni MDCXXXVII. obiit in hac eccleſia XXIII. Aprilis MDCL. ſcripſit:

Elogio (epitomen vere dixeris) *de la vida del Venerable P. Fr. Domingo de Jeſus Maria General que fue de los Carmelitas deſcalzos de la Congregacion de Italia.* Genuæ apud Joſeph Pavonum 1603. in 12.

HIERONYMUS DOMINGUEZ TELLEZ, ſcripſit:

Nuevo memorial de la difinicion de los Sacramentos.

F. HIERONYMUS A SANCTO ELISEO, ordinis Carmelitarum reformatorum, ſcripſit:

Sermones de Nueſtra Señora: libro uno circa annum MDC. Hippolytus Maraccius ex relatione Pauli ab Omnibus Sanctis in *Appendice* MS. *Bibliothecæ Marianæ.*

F. HIERONYMUS ESCUELA, ex oppido Maella regni Aragoniæ, Franciſcanus provinciæ hujus regni, edidit:

Cordero vivo y muerto: ſive de Paſſione Domini. Cæſarauguſtæ apud Auguſtinum de Varjes & Joannem de Ibar 1673. in folio. Item dum Romæ verſaretur:

Elogium Religionis Franciſcanæ in capitulo generali congregatæ. 1664. apud Barnabam a Verme. Item edidit:

Elogio de la Ciudad de Calatayud. Compluti 1661. Editioni ajebat habere ſe parata:

Manual exhortatorio de Prelados.

Vida de Chriſto.

Vida de S. Antonio de Padua. Sed obiit vir undique doctus divinis & humanis literis, dum miniſtrum provinciæ ſuæ ageret, in oppido Epila anno MDCLXXVIII.

D. HIERONYMUS ESPERT, Catalanus, prior Carthuſianorum Scalæ Dei, anno MDCLXIII. paratum editioni habebat inter alia:

De Theologia myſtica ſuper Sanctum Dionyſium Areopagitam, ut refert Joſephus Valles *in Hiſtoria* ſua *Fundationum Hiſpanarum Cartuſiani ordinis Monaſteriorum*, pagina 124.

D. HIERONYMUS FERNANDEZ DE MATA, dialogum ſcripſit brevem ac diſertum hac inſcriptione:

Crates y Hipparchia marido y muger Filoſofos antiguos. Matriti ex officina Regia anno 1637. 8.

HIERONYMUS FERNANDEZ DE OTERO, Carrionenſis, Antonii Ferdinandi, qui *de Paſcuis & Jure paſcendi* ſcripſit, forſan frater, collegii Hiſpanorum apud Bononienſes ex anno MDCX. ſodalis, in eaque ſchola veſpertinis horis Canonum ſacrorum interpres. Neapoli aliquando jus civile profeſſus forenſia tandem attigit, judex ad Brutios miſſus, atque item ad Apulos, necnon & copiarum militarium creatus juridicus, indeque in magna Vicariæ ut vocant curia Neapolis urbis criminum vindex. Gregorio XV a cubiculo fuit, atque utriuſque Signaturæ referendarius, Aurienſis item eccleſiæ decanus & canonicus; Sardis demum & in Hiſpania Ellerenenſibus inquiſitor datus, rerumque Fidem tangentium arbiter forte & Barcinonenſibus, nam in hac urbe diem ſuum Januario menſe MDCXXXV. obiiſſe refertur in relatione quadam ex collegio Bononienſi ad me tranſmiſſa. Scripſit:

Selectarum Interpretationum Juris librum. Bononiæ 1613. 4.

Diverſarum Juris quæſtionum librum. Neapoli 1619.

De Actionibus tractatum. Calari 1628. 4. apud Antonium Galcerin.

Romanas Lucubrationes, *ſeu Miſcellaneas Juris Diſputationes*: ad Urbanum VIII. P. M. Romæ apud Jacobum Maſcardum 1623. 4.

Hiſpane vero:

El Maeſtro del Principe. Matriti 1633. in 4.

F. HIERONYMUS FERRER, alias Hieronymus Michael Ferrer, ordinis Minorum regularium Obſervantiæ provinciæ Aragoniæ, in qua ei natales, pius æque vir atque doctus, Cæſarauguſtæ ſacris concionibus habendis diu vacans ſcripſit:

El

El Soldado Chriſtiano : ad profeſſores Tertii Ordinis S. Franciſci 1612.

Sermones duplicados para todos los Domingos, y fieſtas de Adviento haſta la Purificacion de Nueſtra Señora. Cæſarauguſtæ apud Joannem Larumbe 1625. 4.

El Chriſtiano reformado y los exercicios de los Hermanos Terceros. Burgis 1621. 8. apud Petrum Huidobro.

HIERONYMUS DE FLORENCIA, Complutenſis, Jeſuitarum ſodalitatem in patria fere puer amplexus, in theologia profeſſorem eximium, moxque in commendatiſſimum elegantia & gravitate morum atque ſermonis ſacrarum concionum artificem evaſit. Cujus Evangelici officii prudentiſſima exhibitione, quod manſuetudine is ſeveritateque ad gratiam uſque illorum, quos reprehenderet, miro profectu condiebat, ſeſe viris principibus, Regumque noſtrorum Philippi III. & IV. animis, atque totius curiæ, intimum reddidit. Margaritæ quippe Auſtriacæ, Eliſabethæque Borboniæ, inclyti nominis Reginarum, necnon & Caroli ac Ferdinandi, juventutis noſtræ Principum, confeſſionibus præeſſe juſſus, conſilio interim publicæ rei momenta, Regio nutu paſſim accitus, expedire ſolebat. Porro quatuor ante mortem annis in ſævam incidens paralyſim decubuit, latuitque ſibi ac Deo vacans ad annum uſque MDCXXXIII. quo e vita duobus minor ſeptuagenario demigravit. Ex ejus concionibus in curia habitis hæc lucem viderunt aliena cura:

Marial que contiene varios ſermones de todas las fieſtas de Nueſtra Señora a las Mageſtades de Filipo III. y IV. duobus tomis. Compluti apud Joannem de Orduña 1625. folio.

Oraciones funebres en las exequias del Rey D. Felipe III. de la Sereniſima Reyna D. Margarita, de la Emperatriz D. Maria, del Arzobiſpo de Toledo D. Garcia de Loaiſa. Variis locis & annis editas.

Sermones de Santa Tereſa en ſu Beatificacion; y de la aſumcion de Nueſtra Señora en ſu dia.

Exercicio breve de cada dia : in uſum Reginæ Hiſpaniarum conſcriptum.

Carta a ſu provincia de la muerte y virtudes del P. Gaſpar Sanchez de la miſma Compañia de Jeſus.

HIERONYMUS FRANCISCUS CASTAÑA, edidit:

Romances. I. Parte. 1604. in 8.

HIERONYMUS DE LA FUENTE PIEROLA, Regius pharmacopola, edidit librum artis ſuæ ſic nuncupatum;

Fons & ſpeculum claritatis, per quem diverſi modi, res etiam, quæ obſervandæ, de Medicinarum rectificatione purgantium ob artis beneficia., præcipueque lotionis ſecundum Joannem Meſuem clariſſime collucent &c. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1609. folio, iterumque 1647.

HIERONYMUS DE FUNES, profeſſor theologus in ſchola Mexicana, ſcripſit, ſeu vertit ex Bellarmini vernacula:

La Arte de bien morir. Barcinone 1624. in 8.

F. HIERONYMUS FUSER, Dominicanus, provinciæ ſuæ Aragonenſis aliquando præfectus, cenſorque theologus apud judices Religionis, diſerte ſcripſit:

Vida del venerable y Apoſtolico varon el Iluſtriſimo y Reverendiſimo Señor D. Fr. Geronimo Baptiſta de Lanuza del orden de Predicadores Obiſpo de Balbaſtro y deſpues de Albarrazin. In folio.

F. HIERONYMUS GARZIA, domo ex oppido Calaceite regni Aragoniæ, Hieronymianus ad Sanctæ Engratiæ urbis Cæſarauguſtanæ ſodalis, in eoque cœnobio, cui & præfuit, theologiæ illius, quæ moribus proſpicere nata eſt, lector, vir apprime doctus, & Auguſtino Barboſæ ac Antonino Dianæ, hujus ſæculi ornamentis, per literas notus, ac doctrinæ nomine commendatiſſimus. Bæticam provinciam viſitatoris munere luſtraſſe eum oportet, qui ſe hujus muneris appellatione dignoſci nonnuſquam voluit. Scripta ab eo extant:

Suma moral de las excelencias del Sacerdocio Evangelico, y obligaciones de los Ecleſiaſticos. Cæſarauguſtæ 1644. in folio.

Compendio de Eleccion de Prelados, eſpecialmente Regulares. Ibidem 1649. in 8.

Politica Ecleſiaſtica Regular y ſecular: duobus voluminibus, quorum prius anno 1648. poſterius autem anno 1652. typis edita Cæſarauguſtanis prodierunt. Quibus accedere debuit volumen tertium, quod quidem auctor hoc ipſo anno MDCLII. editioni habebat paratum.

HIERONYMUS GARZIA, natione Aragonius, ex oppido Aurizenſi, Jeſuita, rector collegiorum Urgellenſis, Bilbilitani & Gandienſis, parabat cum mors interceſſit eruditiſſimum:

Commentarium de Numiſmatibus, conquiſitis undique antiquiſſimis iconibus, & librum de moneta Jacenſi.

Obiit Bilbili anno MDCLIV. aut circiter. Hæc fere *Societatis Bibliothecæ* auctor.

HIE-

HIERONYMUS GIRAVA, Catalanus, domo Tarraconensis, mathematicarum disciplinarum studiosus, edidit:

Dos Libros de Cosmografia. Mediolani 1556. in 4.

Obiisse eum cum Imperatoris Caroli nomine rationes ducatus Mediolanensis putavisset, dumque iret ejusdem rei causa Neapolim, testatur Ludovicus Pons de Icart in libro *De las grandezas de Tarragona*, capite XLII.

F. HIERONYMUS GOMEZ, Lusitanus, ex oppido Torresnovas, ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, provinciarum Castellæ & Portugalliæ theologus, vir doctus atque ingenio felix, scripsisse fertur:

Super Psalmum Miserere mei Deus &c.

Tabla muy copiosa de las obras que el M. R. P. Fr. Luis de Granada compuso en Romance. Salmanticæ apud Guilielmum Foquel 1587. in folio.

In Divi Hieronymi Epistolas argumenta breviora, & ex his sententias in gratiam scholasticorum ad calcem earum præfixit.

Claruit circa annum MDXCVII.

HIERONYMUS GONZALEZ, oriundus ex oppido Arnedo Calagurritanæ dioecesis, in Romana curia & Pontificio Rotæ ut vocant senatu causarum defensor, scripsit docte, laudato senatui nuncupans:

Glossema, sive Commentationem ad Regulam VIII. Cancellariæ, de reservatione mensium & alternativa Episcoporum. Romæ apud Stephanum Paulinum 1604. in folio, atque iterum 1611. Et Coloniæ 1615. folio.

Presbyter fuit, & Clementis Papæ VIII. familiaris, atque utriusque juris doctor.

Romæ obiit XXX. Octobris MDCIX. ut in sepulcro legitur ad S. Jacobum Hispanorum in Urbe.

F. HIERONYMUS GRACIAN, A MATRE DEI cognominatus, anno quadragesimo quinto supra sexquimillesimum Pinciæ editus est, dum ibi parens Didacus Gratianus Carolo Imperatori a secretis in comitatu Regio versaretur, Joanna Dantiscia matre, quæ ipsa Joannem Dantiscium, equitem Polonum, Regis sui ad eumdem Cæsarem legatum, habuit parentem. Compluti philosophiam, suscepto etiam ante vicesimum ætatis annum magisterii pileo, theologiamque simul & sapientiæ præcepta sub Alphonso Deza, Jesuitarum sodali, eximio illo utriusque studii professore, didicerat, in collegiis Artistarum (ut vocant) ac Theologorum educatus; atque adeo philosophiam ipse docuerat cum Carmelitarum Nudipedum recens natam religiosæ familiæ sectam pietatis studio incensus apprehendit. Bonum factum, quod veteres dicebant, si non altissimo Dei providentiæ arcano, hinc, unde is tranquille vivendi instrumenta sibi paraverat, calamitatum omnium, quæ animo accipiuntur, vis ac moles ad ipsum permanaverit: imo bonum factum, quia ad conscientiæ securum & imperterritum, malaque hujusmodi, quod sibi cum Deo conveniret, in lucro, ut fama est, ponentem. Principio ei quidquid honoris & observantiæ signum domi esse potuit in manus venit: nam vice Apostolica prius Carmelitas omnes provinciæ Bæticæ, tam antiquos quam reformatos, visitavit; deinde horum non ultra ab illis prioribus jura petere jussorum provinciam Hispanicam primus rexit; tandem in Lusitania prioris similem, sed in Excalceatos tantum, censuram exercuit. Nata hinc, sive justa sive secus, in illius actiones & consilia inquirendi occasio, seditque sodalium animis constans de eo judicium, minus bene cum ordinis sui strictis rationibus, quæ quidem ad seponendum Deo interiorem hominem, evellendumque ab externis omnibus tendunt, laxiorem illius & latiorem rebus extra, quamvis salubriter, gerendis animum convenire. Huic inde adversatus noster, qua via potuit, sodalium sententiæ, rationes suas sic præcipitavit ut, re mature diu deliberata, abeundum ei esse ab hoc ordine, atque in alium quemvis, excepto tamen alterius sectæ Carmelitarum, transeundum judices, quibus demandatum hoc fuit negotium, pronuntiaverint. Quo fulmine ictus Romam se contulit; ibique Carthusianos, Strictioris Observantiæ Minores, Dominicanos, Capuccinos ut se admitterent sollicitans passus ubique fuit repulsam. Augustinianis demum Excalceatis, Papæ ipsius Clementis VIII. jussu, statim atque a Sicilia, in quam diverterat, Urbi se restitueret aggregandus, in mari a piratis Africanis captus est, atque Uticam, mox & Tunetum perductus. Captivitate hic plusquam biennii fortiter exantlata, pretioque sui tandem persoluto, Romam repetiit, quo demum in loco meruit ab eodem Pontifice, vicem ejus dolente, animique adversus contraria nitentis & erecti vires contemplante, sodalibus Carmelitis, qui ritum sequuntur veterem, commendari, hujusque ordinis habitu, quasi restitutus in integrum, circumvestiri. Nec diu post in domum concessit Petri Dezæ S. R. E. cardinalis, atque Hispaniarum protectoris, a consiliis ei ut esset theologicis. Hinc, sæcularis annus dum verteret, in Hispaniam, & quadriennio exacto in Belgium, tetendit, ubi cum constituisset, quatenus poterat subditus, vitæ suæ rationes, an-

anno tandem MDCXIV. plusquam septuagenarius decessit Bruxellis. Vir corporis & animi dotibus, doctrinaque multiplici, sedato & perspicuo nec minus alacri ingenio, ac singulari memoria præcellens, durus idem ac perpessitius, perque omnia aspera jactatus, ut Socratem alterum (de quo hæc Lucius Seneca) sed Christianum & veræ sapientiæ sectatorem redderet. In cujus commendationem, etiam si aliis deficeremur, abunde erat testimonium sodalis Teresiæ, virginis sanctimonia inclytæ, gravissimum, non semel aut bis tantum nec perfunctorie, sed exaggerate ei ac sæpius redditum, vitæ ad normam instituti nascentis, atque profectum miris modis attemperatæ. Pia multa scripsit & varia, quorum en catalogum. Volumine uno continentur sequentia:

Dilucidario del verdadero espiritu &c. *en que se declara la doctrina de la Santa Madre Teresa de Jesus.* Matriti 1604. Bruxellis 1608. in 4.

Mystica Teulugia colegida de lo que escribió S. Buenaventura del verdadero camino del Cielo, con un Itinerario de la perfeccion, que es declaracion de las tres vias purgativa, iluminativa y unitiva. Bruxellis 1609. in 4.

Camino del Cielo, ó mystica Teulugia de San Buenaventura, con declaraciones del M. F. Geronimo Gracian, prodierat jam antea Matriti apud Michaelem Serranum 1601. in 16.

Tratado de como se ha de dezir la Missa y oficio divino.

Declaracion del Padre nuestro.

Declaracion del Ave Maria.

Sumario de Oraciones y Meditaciones.

Abecedario espiritual: *Misas varias de devocion, Rosarios y Coronas.*

Tratado de la Confesion y Comunion. Regla de bien vivir. Cæsaraugustæ hic prodiit.

De la Oracion Mental.

Vida del alma, *libro que trata de la Imitacion de Christo* &c. *Apologia contra los que ponen la perfeccion en la aniquilacion total.* Bruxellis 1609. in 4.

Lampara encendida, hoc est, de perfectione religiosa: ex primis & potioribus, quæ in lucem emisit. Pampelone 1588. in 8. Matriti 1604. in 8. Hæc in Gallicum conversa est, & ex Gallico inde in Latinum, prodiitque hoc sermone Coloniæ apud Petrum Hennigium in 16.

Vida y muerte del Patriarcha S. Joseph. Valentiæ 1602. in 8. Italice prodiit opera Sulpicii Mancini ex officina Veneta Petri Bertani 1613. 8. Gallice *Grandeurs de S. Joseph* inscriptus. Parisiis liber prodiit 1619. in 8.

Estimulo de la Propagacion de la fee, y vinculo de hermandad entre los Padres descalzos del Carmen y de S. Francisco. Olisipone anno 1586. in 8. Deinde Bruxellis ita nuncupatum: *Zelo de la propagacion de la Fee.* 1609.

Tratado de la Redencion de cautivos: in quo miserrimus captivitatis status ante oculos ponitur. Bruxellis 1609.

Discurso del mysterioso nombre de Maria. Ibidem 1612. Simoni a Roxas, ordinis Sanctissimæ Trinitatis, Elisabethæ Borboniæ serenissimæ Hispaniarum Reginæ a confessionibus, inclyto vitæ sanctimonia viro, nuncupatus.

Velo de una Religiosa.

Regla de la Virgen Maria.

Leviathan engañoso, hoc est, de peccatis, quæ falso nomine virtutum nobis imponunt. Bruxellis 1614.

Musica espiritual.

Declaracion de las virtudes, y fundaciones de Santa Teresa de Jesus. Sermon de la fundacion del Carmen. Duo hæc edita sunt Bruxellis 1611.

El devoto peregrino.

Conceptos de divino amor sobre los Cantares: ad imitationem B. M. Teresiæ de Jesu, cujus in quædam hujus sacri libri loca pias admodum meditationes ediderat prius ipse annotationibus illustratas (editum vidimus hoc titulo: *Conceptos del Amor de Dios escritos por la B. M. Teresa de Jesus con unas annotaciones del M. F. Geronimo Gracian*) Valentiæ 1613. apud Petrum Patricium Mey in 8. Adjungitur: *Arte breve de amar a Dios dividida en ocho reglas, segun las ocho que ponen los cantores para saber cantar.* Bruxellis 1612. in 8. Valentiæ 1623.

Arte de bien morir: saluberrimum opus, atque eruditionis plenum, non diu ante mortem elucubratum. Omnia hæc uno, uti diximus, volumine, post alias singulorum editiones, typis prodierunt Matritensibus anno 1616. in folio. Foras dedit & alia separatim, nempe:

El Soldado. In Belgio editum libellum, non minus eruditum quam utilem & jucundum, adversus hæreticos.

Sermon de las Quarenta tentaciones. Romæ.

Cerco espiritual de la conciencia tentada. Romæ 1596. 8.

Lamentaciones del miserable estado de los Atheistas destos tiempos. Bruxellis 1611. in 8.

De la Disciplina regular. Italica lingua loquens, opera Joannis Antonii Bovii, prodiit Venetiis 1600. in 8.

Arbol prodigioso de doce modos de rezar el Rosario. Florentiæ.

Tratado del Jubileo del Año Santo. Hunc Italice convertit Jacobus Bossius, Melitensis hi-

hiſtoriæ auctor, ediditque Romæ 1599. apud Zannetum. Prodiit quoque Hiſpane anno 1600. in 8.

Sufragio de las Animas del Purgatorio. Et hoc etiam Italice reddidit Franciſcus Sardonati, atque edidit Romæ 1603. in 8. typis Caroli Vellietti.

Tratado de los ſiete Angeles Principes, ſus oficios y nombres: neſcio quo idiomate.

Permulta alia, ut erat ingenio facili & copioſo, reliquit apud fratrem germanum Thomam Gratianum manuſcripta. Andreas Marmolius ea refert in libro, quem de rebus Gratiani noſtri conſcripſit, atque edidit, nec nos reticebimus:

Armonia myſtica; de lá antiguedad y ſuceſion de la Religion del Carmen en otavas con comento.

Otras Hiſtorias grandes de la orden.

Libro ſobre el Apocalypſi de S. Juan.

De los Conſuelos y deſconſuelos &c.

Dialogos de la feliz muerte, libros, y otras coſas de la Santa Madre Tereſa de Jeſus.

Eſpiritu de la Beata: ſive tractatum, quo explicat methodum a ſe in precibus ad Deum fundendis & illum meditando ſervatum. Plura ex eo fragmenta Marmolius adducit in capite XVI.

Peregrinacion de Anaſtaſio: dialogum ſcilicet de peregrinationibus ſuis & laboribus.

Otras dos relaciones de ſu Cautiverio.

Vitoria de la Fee: variorum faſciculum, quæ vidit ipſe, aut ab aliis accepit, lectu jucundum ſi prodiret in lucem.

Del Jubileo del Año Santo: Hiſpanice; ſed hunc typis editum jam fuiſſe manet in ſuperioribus annotatum.

Diſciplina Regular: forte archetypum illius quod Venetiis prodiiſſe diximus.

Varias cartas y opuſculos.

Flores Carmeli.

Ceguedad de Babilonia: adverſus quaſdam novas hæreſes.

De Poteſtate Papæ adverſus librum D. Ferdinandi de las Infantas.

Sufragio de las Animas.

Varios opuſculos: *De la Regla de Soret. Suma del libro de San Juan Patriarcha. Chronografia Carmelitana. Reforma de Religiones. De los cinco Talentos de la Hipocreſia contra las hijas del Amor proprio. Conſejos breves ſemper & ubique. Alas del Aguila. Hierogliſica ſacra* &c.

Examen de Eſpiritus.

Dialogos de los Eſtatutos de la orden.

Un Tratado pequeño ſobre los Cantares.

Myſtica Scriptura: grandi volumine captivitatis tempore ordinatum.

Artificio metaphiſico para diſputar en todas las ciencias.

Pentecoſmia de cinco mundos: grandi volumine.

Floreſta Africana de los Martyres de Turquia, Berberia y otros modernos.

Confeſionario de Eſclavos.

Modus diſputandi contra Sarracenos, & Judæos.

Apologia contra Agibazalema.

Architectura de Vitrubio: reddita ut credo in vernaculam linguam.

Abecedario de las cinco lenguas Griega, Hebrea, Arabiga, Bozna, y Latina.

Otra ſuma de muchos opuſculos: *Collationes Patrum. Vida de San Angelo. Altar de Elias. Arado de Eliſeo. Cueva de Elias. Tratado de la Melencolia, intitulado*: *El cerro del relaxado* &c. *Noviciados de los Carmelitas deſcalzos. Recreaciones ſantas. Dialogo entre Angela y Eliſeo. Deſafios. Dialogos de la Perfeccion*, & alia plura.

Scripſerunt de Hieronymo noſtro plures præter laudatum jam Marmolium: F. Franciſcus de S. Maria in *Hiſtoria Reformationis Carmelitarum*; Fr. Marcus Antonius Caſſanate in *Paradiſo Carmelitici decoris*; Fr. Angelus Manrique, Pacenſis epiſcopus, in *Vita Ven. Annæ a Jeſu*, lib. I. cap. I. Daniel a Virgine Maria in *Vinea Carmeli*; Antonius Sanderus in *Cœnobiographia Brabantiæ*, in *cœnobio Bruxellenſi Carmelitarum*. Inſignia, & omni commendatione majora, ſunt S. Tereſiæ teſtimonia variis in locis ſuorum operum, quæ dudum publici juris facta; nec minus in epiſtolis ante paucos annos editis, quarum quinque ad eum datæ: in I. ad Philippum II. Regem; in II. ad D. Teutonium Brigantinum, Eborenſem antiſtitem; XIII. ad Joannem Baptiſtam Rubeum, Carmelitarum præfectum generalem. Inſigneque hujus eximii viri elogium continent notæ ad epiſtolam XII. illuſtriſſimi ſanctitate vitæ dignitateque ac doctrina Joannis Palafoxii a Mendoza, Oxomenſis epiſcopi.

Poſt editam *Bibliothecam* pervenit in manus noſtras *Catalogus* ampliſſimus *Graciani operum*, quæ in Belgio manſerunt in ſchedas conjecta, exinde Romam ad reverendum patrem, alias a me laudatum, Fr. Ludovicum Perez de Caſtro, in Tranſpontinæ Deiparæ cœnobio ſtudiorum præfectum, remiſſus. Hunc duo fratres Carmelitani in lingua Hiſpanica verſati compoſuerunt, uti monet remiſſionis auctor, qui & annotat multa ex iis eſſe opera imperfecta, quædamque habere tantum titulum, multa tamen ſatis præclara videri, & adhuc alibi alia opera extare manuſcripta, de quibus ſe diligentiori examine perquiſiturum ſcribit. Quinque ſcilicet voluminibus hæc omnia comprehenduntur. Tomus primus hæc conti-

tinet, & quidem vulgaris linguæ:

Buenas maneras para curar los pobres en los hospitales.

Ortografia Española.

Apologia contra Paulo van Hosten en que se trata como fue descubierta su mala dotrina.

Comedia, Dialogo: en que se trata del principio, bondad y malicia, provechos y daños de la Comedia.

Parecer de Manuel Lopez Sueiro embiado a Fray Geronymo Gracian de la Madre de Dios sobre las estrellas nuevas.

Abominacion detestable de los Archibrujos de Lilla dividida en dos partes.

Reformacion de Religiones en estos Estados de Flandes, y el modo con que se ha de proceder en ella.

Provechoso registro de la armonia comminatoria.

Discursos de la estrella Casiopea, y de las otras nuevas estrellas, que en nuestro tiempo se han visto sobre el cielo de la Luna.

Apologia contra la reformacion de las Bridinas, a la Madre Ana de Jesus.

Seis dialogos de cosas politicas.

Apologia contra los jugadores.

Exortacion a todas las Hijas catholicas y zelosas.

El oficio del Embaxador.

Discursos de los grandes bienes que se esperan en la Christiandad con los casamientos entre España y Francia.

Dialogo de Alchimia.

Discurso que se dió a su Magestad y su Consejo de Estado por Mayo de 1601.

Medios para reducir las Provincias rebeldes en el espacio de dos años a la obediencia de su Magestad y sus Altezas.

Discursos del mal estado de las cosas de Flandes: pone remedio en el modo de gastarse bien el dinero.

Apologia contra los sospechosos reformadores de los Estados de Flandes: tratase de las señales con que se conoce pretender daño con titulo de santidad y reformacion.

Apologia en defensa de la santa Fe Catholica contra los hereges y contra algunos Catholicos engañados con falsa razon.

Discurso de las paces con Olanda.

Discurso de la conveniencia que hay entre esta nueva heregia de la union esencial con las heregias de los Anabaptistas y Perfetistas, Alumbrados, Begardos y otros hereges.

Relaciones de cosas memorables por la mayor honra de Dios.

Curiosidades y poesias diversas.

Relacion de lo sucedido con Paulo van Hosten.

Despedimiento de los Comisarios.

Condiciones de la tregua.

Apologia e invectiva contra algunos ignorantes que dicen que el Papa y su Nuncio en su nombre no tienen que entrometerse en mandar que se hagan paces entre los Catholicos Reyes.

Dialogo de las paces con Olanda, en que se prueba que no conviene conceder a los Olandeses los tres puntos que piden de religion, soberanidad y Indias.

Confesion de la Fee y abjuracion de los errores hecha por Paulo van Hosten.

Mandamiento y pregon por los Señores Burgomaestres, Esclavines, y Consejo de la Villa de Amberes dado a los 13. de Junio de 1609.

Suma impresa, que se llama Melancolico *de los Olandeses.*

Dialogo entre Anastasio y Sofronio: tratan de las faltas de los paises bajos.

Avisos para seguridad de los que tratan los negocios de Flandes.

Recopilacion y suma de los daños, que se van siguiendo contra la Fe Catholica por haverse publicado que el Rey no puede sustentar la guerra contra Olanda.

Discurso a manera de demonstracion, o advertimento sobre la necesidad de la navegacion a todas las Indias.

Centellas de heregia que pueden encenderse en España.

De los Españoles hereges que han hecho daño y lo pueden hazer.

De las Treguas: Advertencias sobre los articulos de la tregua de doce años concedida a los Olandeses.

Apologia contra los Olandeses, y contra los que dicen que es bien concederles la soberania de Republica y la navegacion a las Indias.

Discurso de algunas dificultades que se ofrecen si se les concede a los Olandeses lo que piden para haver las treguas.

Copia de una Carta de Henrico IIII. Rey de Francia embiada a los Estados de Cleves y Juliers, en que les agradece el aver recebido a los Marqueses de Brandemburg y Neoburg, y les promete su favor y ayuda contra qualquiera que pretenda la posesion de aquellos Estados.

Discurso para la buena guerra, por el Preboste de Lilla.

Coloquio primero de la perfeta guerra y sus siete partes.

Coloquio segundo de las condiciones que ha de tener la buena guerra.

Contravenciones contra la promesa hecha en el tratado de la tregua por el auto de 9. de Abril de 1609.

Junta de los hereges consistoriantes de Olanda.

Memorial de muchos que en los paises sugetos a sus Altezas despues de la tregua publicamente exercitan la Heregia.

Copia del antedado de los Embaxadores del Rey por la conservacion de la Fe Catholica.

De estado, en que se trata de los peligros que puede aver de dilatarse la heregia en estas partes Septentrionales.

Consideracion, que por quatro partes se pierde un Reyno Catholico.

Declaracion de la estampa del carro de las treguas y de las figuras, y quanto ay en él.

Un grave razonamiento entre el Papa y el Rey de España tocante al negocio de la paz.

Un razonamiento llamado el Melancolico, *impreso en Flamenco y ordenado por los hereges de Olanda, que no quieren la paz con su Magestad y Altezas.*

Del estado de las cosas de la Fe en Ingalaterra.

Relacion de Fray Beda de Monserrate de la orden de S. Benito hecha a 22. de Abril de 1612.

Relacion de cosas de Olanda hecha por Fray Pedro de la Anunciacion natural Flamenco.

Relacion del Canonigo Mireo.

Del Placarte de los Olandeses contra los Catolicos publicado a 27. de Marzo de 1602.

Relacion de lo que pasó en Olanda en la materia tocante a la Fe Catolica.

Relacion de los errores de Bartholome Segatti por los quales fue quemado en Londres.

Relacion que trata del Licenciado Ahogado, que trata los negocios de finanzas en el año 1611.

Del estado de la Fe en estas partes.

Relacion de cosas de Ingalaterra por cartas de Doña Luisa de Caravajal escritas de Londres.

Relacion del Padre Aeneclen de la orden de San Francisco.

Tomo autem secundo hæc continentur:

Discurso del zelo, qual sea el verdadero, y qual el indiscreto.

Gobierno de Religiosas, en que se trata qué el mejor modo de gobernarlas es sugetandolas a los Obispos.

Discurso de la clausura de las monjas, y los pecados que hay en las que frequentan los locutorios con personas peligrosas.

Discurso de la Pobreza religiosa, y de las siete maneras que ay de ella.

De la Hipocresia.

Sermon predicado ante sus Altezas en la dedicacion de la Iglesia de N. S. del Carmen de Bruxelas a 28. de Agosto de 1611.

Apologia contra los que dicen que la mas perfecta oracion, sea la union inmediata de la alma con Dios.

Respuesta a las proposiciones de la mala doctrina.

Apologia contra la peligrosa doctrina.

Difinese la perfeccion peligrosa reduciendola a doce puntos.

Doce Reglas para entender, y poder escrivir contra la doctrina del espiritu sospechoso.

Sermon predicado en el enterramiento de la Ilustrisima Señora Doña Isabel de Bas y Cardona Marquesa de Guadaleste.

Otro Sermon.

Prologo en que se apuntan algunas apariciones y visiones deste año 1614.

Doctrina religiosa en que se trata de la perfeccion que se contiene en el verdadero zelo y recogimiento de los Carmelitas descalzos.

Dialogos de la moneda.

La Vida y martyrio del glorioso S. Rodrigo Sacerdote natural de Cabra martyrizado en Cordoba.

Motivo contra alterados.

Acerca del Parto de la Virgen.

De algunos autores que con alguna mas particularidad han escrito de la materia de visiones.

Que sea la devocion y hermandad del escapulario de la orden del Carmen.

Regla para el sustento de las monjas con lo que se gasta en comun y se da a los que sirven.

Suma de algunos engaños del Demonio.

El tercero camino de pronosticar en las quatro estrellas, que es la historia de lo que ha sucedido, quando nacieren otras nuevas.

Suma de los mandatos contra los Catolicos.

De la Reformacion en comun.

Prologo a mis hermanos Descalzos.

Confusion y ceguedad de Babilonia, en que se trata del peligro que ay en tratar con los hereges.

Blasfemias al punto que el herege se mete en doctrina de Theologia.

Suma y compendio de un razonamiento largo impreso en Flamenco que vino de Holanda hecho por algunos hereges.

Relacion del suceso de Paulo Hosten hombre secular casado.

De los Anabaptistas y su principio, progreso, aumentos, daños y errores que an tenido desde que comenzaron.

Coloquio por ocasion de un motin que nació en el año de MDXXIII. quando comenzó a estender Luthero su heregia.

Discursos para los Opusculos comenzados.

Placartes contra los Jesuitas.

Puntos que conviene se entiendan para la buena direccion de la guerra de Flandes.

Los daños y ofensas de Dios que se siguen de estarse las cosas de Flandes en el estado que agora estan.

Discursos de los negocios de Flandes.

Blasfemias que los hereges dicen de Dios en nuestro tiempo.

De

De la autoridad, poder y jurisdiccion, govierno y santidad del Papa, contra los hereges.

El orden que han de llevar las Constituciones de las Agustinas descalzas.

Declaracion del engaño con que los hereges siembran sus falsos errores.

De los Pecados que son raizes y incentivos de la Heregia.

Tercer conjuro que se hizo Domingo a 1. *de Setiembre, hallandose presentes entre otros Doña Isabel de la Camara criada de la Infanta y su marido el Capitan.....*

Oracion eficaz en que la Alma pide a Dios todo lo que quiere.

Siete palabras de una altisima contemplacion que tiene la Alma.

De la resolucion provechosa que la Alma saca de la Oracion.

De las partes de la perfeccion.

Rescates; lo que se ha comenzado con su Santidad Papa Clemente y con su Magestad y algunos Ministros.

Vida del Alma.

Como Henrico no queria recebir la corona Romana.

Un Discurso del autor.

Del glorioso S. Vicente Ferrer.

Pecados de Soldados.

Coloquio en que se prueba con algunas razones que no conviene disputar con hereges.

Coloquio de la palabra de Dios, que es la alma de la Fee.

Coloquio en que se trata de las ceremonias, culto divino y buenas obras, que es como el cuerpo de la Iglesia.

Coloquio en que se prueba quan cierta y segura sea nuestra santa Fee Catolica, y firme y aprobada la Iglesia.

Coloquio de la mala vida que enseñan los Ministros hereges.

Coloquio de la Razon natural, donde se prueba que la Fee Catolica está fundada en razon.

Coloquio de los Martyres.

Coloquio de los Milagros.

Coloquio del Origen, sucesion y autoridad de la Iglesia Romana.

Coloquio de la maldad y abominacion de la secta Luterana.

Coloquio, que la heregia Luterana renueva las heregias que estan condenadas en la Iglesia Catolica.

Coloquio: pruebase que los Catolicos de la Romana Iglesia an convertido las almas de los Gentiles.

Castigo que Dios hizo en algunos reynos, que an favorecido hereges.

En que se prueba que los hereges no tienen por fundamento sino su proprio parecer.

Coloquio de algunos particulares prodigios, señales y maravillas que Dios ha hecho en estos tiempos de la heregia.

Coloquio en que se muestran algunas blasfemias de los hereges.

A la Serenisima Infanta Doña Isabela Clara Eugenia un lindo Discurso de un Fraile.

Diez errores en que convienen los hereges de nuestros tiempos.

Del continuo milagro del Santisimo Sacramento, que se conserva en los corporales de Daroca y de Fromista, Santaren, y Bruselas.

Del maravilloso aparecimiento de un Holandes a un hermano suyo en Holanda.

Del raro y misterioso prodigio de un Moro que se decia autor de la verdadera Fee.

De las rosas frescas que son milagros en muchas Iglesias de la Virgen Maria.

Jardin del Ave Maria.

Advertencias de la visita para las Madres Agustinas descalzas de Nuestra Señora.

Advertencias para la fundacion del convento de Almansa.

Inventario de las cosas que seran buenas en un convento de seis monjas.

Apologia de la verdadera perfeccion de la Alma contra la peligrosa doctrina de perfeccion.

Infierno y Purgatorio.

La interior Gerusalem en que se trata de la fabrica y tesoros escondidos en el espiritu.

Declaracion del monstro que nació en estos estados, y de la junta, liga y union de los hereges que se han juntado cerca de Colonia.

Prologo a los Religiosos y Religiosas de Nuestra Señora del Carmen.

Resumese todo el largo razonamiento de los papeles que escrivia para su defensa en tres articulos.

Carta de Filipo Cortens Capellan del Arzobispo de Milan con la confesion y sentencia de Paulo van Hosten.

Relacion de los nuevos Anabaptistas de Holanda.

De la Devocion que se nace en el alma quando se besa el pie de Nuestra Señora.

Esposo y Esposa: de la dulce y provechosa manera de Oracion.

Leche y sangre: del sumo gozo que recibe la Alma en la oracion.

Casos de conciencia que se an de comunicar para los soldados.

Tomo tertio hæc continentur:

Valentines espirituales, en que se trata de los vasos de la alma.

Vestido espiritual de la Alma con que se adorna la conciencia.

Bula Sabathina: decretum & ordinationes prohibitivæ.

Pe-

Peticiones de las necesidades mas urgentes que agora se hallan en estos paises septentrionales.

Entretenimiento espiritual de la congregacion del Espiritu santo.

Coloquio I. en que se da principio al entretenimiento espiritual de la misma congregacion.

Coloquio II. de las doce maneras de entretenimientos espirituales.

Recreaciones espirituales.

Govierno de la mesma Congregacion.

Coloquio III. en que se trata del fin del entretenimiento espiritual.

Coloquio IV. de la vida contemplativa y oracion mental.

Coloquio V. de los doce ministerios de la vida activa y obras de misericordia.

Coloquio VI. de las intenciones : tratase que sea intencion habitual, virtual y actual.

Coloquio VII. de los doce atajos y caminos breves para ir al cielo.

Saetas agudas del Padre eterno poderoso y brasas encendidas del Hijo y Espiritu santo amoroso.

De los tres panes que el Señor nos mandó que pidiesemos , diciendo , Amigo prestame tres panes.

De la alteza de deseos y propositos grandes del corazon alto.

De los cinco deseos contenidos en este nombre Maria.

Deseos contenidos en cinco letras del nombre Josef.

Llaga del costado de Christo , donde la Alma se mete huyendo de sus enemigos.

Corazon de Christo que es la tercera morada de la llaga.

Aborrecimiento bueno y amor santo del proximo.

Amor santo de las criaturas y sus cinco propriedades.

Meteoros del Amor , y acaecimientos de las personas muy enamoradas.

Amor del corazon sensible , y que baxa al apetito y porcion inferior ; los afectos y movimientos que causa en quien le tiene.

Cruz para dormir : de los provechos que vienen a la Alma del que se acuesta abrazado con una Cruz.

Hombre deificado y endiosado y sus cinco condiciones y propriedades ; perfeccion del Alma unida con Christo , que vive en él.

Defectus corrigendi ; suma de los doce defectos del Alma , que ha de procurar enmendar haciendo las mas veces que pudiere examen dellos , comprehendidos en doce dias.

Circulo de la perfeccion.

Pater noster , que contiene los 21. deseos y peticiones del alma.

Veinte y cinco Titulos de Nuestra Señora.

Dialogos de las doce maneras de buenos deseos , exercicios de la voluntad y virtudes heroicas.

Dialogo de los doce frutos del buen espiritu que escribe S. Pablo ad Galatas.

Dialogo del espiritu de la beata oracion y de sus doce partes.

Dialogo del reyno interior del Alma.

Dialogo en que se ponen doce titulos del Alma de buen espiritu.

Dialogo en que se declaran algunas dificultades necesarias para saber los tesoros del buen espiritu.

Segunda Parte de la Fabrica de la interior Gerusalem , en que se trata de los tesoros escondidos que se hallan en el espiritu de la beata oracion.

Introduccion de esta Segunda Parte.

Dialogo I. en que se comienzan a declarar algunos modos de oracion.

Peticiones grandes.

Entretenimiento espiritual.

Enchiridion y tabla universal de todas las doctrinas.

Exercicios y partes del entretenimiento espiritual.

Frequencia de sacramentos , y de los frutos que de ella se sacan.

Coloquio III. in Dominica infra Octavam Sacramenti.

Memento de las doce suertes de personas.

Vida activa.

Intencion para que nuestras obras sean perfectas.

Sumario de los inconvenientes y daños que vienen a la santa Fee catholica.

Cap. I. en que se prueba que universalmente hablando no conviene hazer pazes ni treguas con hereges.

Cap. II. en que se prueba mas en particular que no conviene hazer pazes ni tregua larga con los Holandeses.

Cap. III. en que se reprueba que los Reyes Catholicos hagan paces o treguas con los Holandeses , disimulandoles el exercicio libre de su religion.

Cap. IV. en que se apuntan las dificultades que hay y los daños que se pueden seguir del modo con que pretenden los Holandeses que se hagan treguas.

Cap. V. de los daños y inconvenientes que se pueden seguir dando a los Holandeses la navegacion de las Indias.

Cap. VI. de los daños grandes que se siguen concediendo a los Holandeses la soberania y libertad de Republica que pretenden.

Cap. VII. en que se responde a los argumentos y razones de los que aprueban estas paces o treguas.

Libro del Reyno interior , en que se trata

ta de las riquezas y teſoro de perfeccion que hallan en ſi las almas que perſeveran en la oracion y paciencia.

Catecíſmo de un Turco.

Catecíſmo Chriſtiano.

Quatuor Cornua altaris.

Joannes Baptiſta eſpiritu de Elias.

Fabrica eſpiritual del mundo de una Igleſia material.

Fabrica de la ſecta Luterana.

Generacion del Amor, en que ſe declara las doce raices de que se concibe y nace en el Alma pura en imitacion de como la Virgen concibió y parió a Chriſto.

Puertas de la luz en que ſe declaran los doce caminos por donde viene la luz interior en las Almas.

Reparos y defenſas contra los daños que ſe pueden cauſar en el Alma.

Cathedra S. Petri.

Perfeccion del Alma: declaranſe los quince puntos principales por donde el Alma llega a la perfeccion:

Exercicio Eſpiritual de perfeccion, en que ſe declaran los siete actos mas excelentes.

Hipocreſia y ſus daños.

Fabrica del mundo racional en la qual ſe ſuma todo lo que han de hazer los ſuperiores con los inferiores.

De Santa Catarina.

De Santa Barbara.

Imagen del Amor bueno y malo.

Prologo de la cadena de doce eslabones con que ſe ha de atar Satanas, que ſon doce lugares de donde ſe toman los argumentos contra hereges.

De las quatro puertas, por donde ſe entra en la Igleſia.

Guerras civiles entre los quatro generos de Amor.

Horno de Babilonia, en que ſe trata de Amor ſenſual.

Eſcalones para baxar del Amor ſenſual al carnal.

Las doce puertas de Damaſco en que ſe trata de las doce raizes del Amor torpe.

Los quatro elementos del Amor.

De los contrarios del divino y buen Amor que hacen caer en el Amor malo.

De los grandes daños que vienen a las almas por la deſconfianza y deſeſperacion.

De la buena oracion madre del buen Amor, y de algunas reglas para perſeverar en ella.

Ramillete y roſas de los ſantos y ſuceſos mas nuevos de nueſtros tiempos.

Comienza la vida y virtudes heroicas del Angelico Sacerdote Moſſen Franciſco Geronimo Simon.

Segunda parte de los Martires mas nuevos del Japon y de Ingalaterra.

Tercera parte de como ſe deſcubrió el ſepulcro de la glorioſa Santa Iſabel Reyna de Portugal, y de S. Lamberto Arzobiſpo de Liege.

Cap. III. en que ſe divide la oracion en mental y vocal.

Cap. IV. De la oracion vocal y de ſus excelencias y virtud.

Cap. V. de la Eſperanza y Caridad.

Cap. VI. De la comunicacion, union y compañia que la Alma ſe ha de procurar en la oracion.

Cap. VII. De los cielos del Alma.

Cap. VIII. De la Oracion ſanta quando el Alma pide en nombre de Chriſto.

Tratado de la Oracion mental y vocal ſobre la Oracion del Pater noſter.

Cap. I. De la excelencia de la oracion, la neceſidad que el Alma tiene de ella, la fuerza que tiene para con Dios, y los frutos eſpirituales y temporales.

Cap. II. Declaraſe que ſea oracion por ſus cauſas y efectos, ſiguiendo la difinicion de S. Juan Damaſceno.

Cap. I. En que ſe nombran algunos autores que eſcriven deſta materia de viſiones y revelaciones y otros ſiervos y ſiervas de Dios.

Cap. II. en que ſe declaran muchos nombres deſtas coſas eſpirituales.

Cap. III. en que ſe examina el buen eſpiritu por la calidad de la perſona que tiene oracion.

Cap. IV. De doce maneras que hay de Oracion comparada a doce arboles mas nombrados en la Sagrada Eſcritura.

Cap. V. De la prueba de la buena oracion.

Cap. VI. De los fines de la oracion.

Cap. VII. De los modos que hay de recebir el Alma luz y fruto en la buena oracion.

Cap. VIII. De los daños que la mala oracion cauſa en las almas.

Arte breve de bien morir dividido en tres partes.

Segunda parte: ſiguenſe otras quando eſtá en la enfermedad o cercana a la muerte.

Tercera parte de otras ſiete reglas de bien morir.

Quarta parte de las meditaciones y conſideraciones mas a propoſito para el tiempo que el Alma eſtá mas cercana a la muerte.

Quinta parte de las devociones y oraciones vocales.

Relacion de unas oraciones de Holanda en que ſe comprueba la doctrina de la Miſa.

Martyres nuevos del Japon.

Guirnaldas de roſas divinas cogidas del roſal de N. Señora.

De los altiſimos penſamientos, deſeos, y peticion del corazon.

Cir-

Circulo unitivo de una perfectiſsima manera de oracion y espiritu.

Parabienes del Alma.

Henchimientos de deſeos.

Hombre endioſado de la perfeccion, eſpiritu, excelencia y ſuavidad que recibe la beata Alma.

Vida y celeſtial doctrina de la B. Madre Tereſa.

Reyno interior, eſpiritu de recogimiento, quando ſe miran los hombres y mugeres que vemos con ojos de paloma.

Oracion clamoroſa, que es eſpiritu de eficaz oracion.

Oracion ſegura, en que la alma de la ſanta oracion ſe reduce a las palabras del Pater noſter.

Teſtamento de Chriſto.

Doctrina de la Virgen Maria.

Pie de la Virgen Maria: de la eſtima que la Alma tiene a la Virgen.

Pechos divinos de leche de la Virgen y ſangre de Chriſto.

Diſcurſo del pecado, principalmente ſenſual.

Diſcurſo del Amor natural.

Declaranſe las viſiones con doctrina que aproveche a las almas devotas.

De la Oracion mental y ſabiduria.

Advertencias ſobre algunos lugares de los Proteſtantes de Ingalaterra.

Conceptos eſpirituales del dia de Paſcua de Reſurreccion.

Declaracion de las letras del nombre, Magiſter.

Conceptos eſpirituales de la Natividad de la Virgen.

Diſcurſo, Defenſa del Sacramento.

Lo que conviene para la buena direccion de las Carmelitas deſcalzas.

Memoria de lo que va ſucediendo en las coſas de la Fee y augmento de la Igleſia para que ſe advierta.

Memorias de lo que conviene eſcribir dilatadamente, que eſtá en el tratado de los veinte caminos de la perfeccion.

Paradoxas.

Dialogo del zelo, en que ſe introduce Chriſto que habla en eſpiritu con un Paſtor.

Teſoro del Pater noſter.

Satisfacion del Alma.

Teſoros del Ave Maria.

El devoto Peregrino, en que ſe hallan los cinco talentos del Amor.

Los doce ſignos del eſpiritu ſeguro.

Metreſas y ſus peligros y ſaltas.

Arte de bien morir.

De las Induſtrias para pelear con el Demonio.

Uſos y coſtumbres del Pais.

Comedias.

Los ſiete pecados mortales.

Dialogo, o Coloquio de Caron y penas del Infierno.

La ſemana ſanta.

Carta de Fr. Andres de Soto Confeſor de la Infanta.

Relacion de algunos milagros de S. Tereſa.

Propoſiciones mal ſonantes que ſe han publicado y ſu reſpueſta.

Tabla univerſal para hallar prontamente las dotrinas de N. Señora.

Peccatum & ejus gravitas.

Pœnitentia & converſio, Confeſſio & vitæ mutatio.

Compendio de los ſermones de quareſma predicados en Valencia en la parroquia de S. Thomas.

Suma y traza de los ſermones predicados en Alicante.

Trazas de los ſermones predicados en el caſtillo de Amberes año de MDCXVI.

Navegacion, Arte de ſervir a Dios.

Religion Carmelita, en que ſe trata del origen, fundacion y dilatacion, virtud y gracia &c. de N. Señora del Carmen.

De Sacramento altaris, los Jueves en el Carmen de Amberes MDCXIV.

Babilonia, que es ciudad de confuſion, y lo ſumo del mal a que puede llegar el Alma.

Comunion perfecta: trata de los Oraculos de Chriſto concordados con los de los Profetas y de las Sibilas, & alia.

Tomum IV. ſequentia opera componunt:

Teologia eſpiritual de la doctrina de perfeccion, que contiene la verdadera doctrina y doce reglas para entender la falſa, heretica y dudoſa: quatuor partibus, & unaquaque parte ſeptem ac viginti capitum.

Rebelion contra Dios en eſtos reynos. Belgii forſan provinciarum.

Dudas que conviene declarar para el bien del Alma.

Apuntamientos de coſas que conviene tratar para el bien eſpiritual.

Contra los articulos hereticos de la nueva reformacion.

Prologo en que ſe ponen tres razones eſcritas contra los hereges y ſu fee llamada perfidia de la Fee.

Cap. I. En que ſe ponen los XXIII. articulos hereticos.

Cap. II. Ponenſe las ſiete fuentes o ſiete armas, de donde qualquier Catolico, por ignorante que ſea, puede tomar luz.

Cap. III. En que ſe trata del nombre, ſobrenombre y renombre de los Chriſtianos.

Cap. IV. De la Igleſia de Dios: declaraſe quantas maneras hay de Igleſia.

Lamentacion del miſerable eſtado de los Atheiſtas de nueſtros tiempos: ad cardinalem

lem D. Bernardum de Roxas & Sandoval, archiepiscopum Toletanum.

Lamentacion primera, en que se escrive la ocasion de lamentar los Atheistas.

Lamentacion II. Donde se comparan los Atheistas al cavallo palido del Apocalypsis.

Lamentacion III. De los errores de los Atheistas.

Lamentacion IV. En que se declara el Atheismo.

Lamentacion V. De los Atheistas, y quantas maneras hay de libertad.

Lamentacion VI. De las VII. abominaciones que se hallan en el Atheismo.

Lamentacion de los Atheistas espirituales, que se llaman perfectos o perfectistas.

De los VII. daños del mal espiritu.

Lamentacion VII. De los Atheistas Christianos desalmados, y de sus siete abominaciones.

Lamentacion del miserable estado de los Atheistas de nuestros tiempos.

Apologia contra la mala doctrina espiritual.

Del daño que otras veces han hecho en España los libros de la heregia.

Memorial de los libros mas nuevos que pueden hacer mas daño.

De los libros hereticos, que se imprimen en Holanda para pasar a España y a las Indias.

De los Españoles que han pasado a Holanda y pueden hacer daño en la Fee Catolica.

Relacion acerca de los libros hereticos.

Aviso de los grandes daños que pueden hacer en España y en las Indias los libros hereticos.

Invectiva curiosa contra muchos vicios de la republica.

La Onganga de Anveres año de 1609.

Congregacion de Alicante.

El Monte Carmelo del espiritu levantado: IV. partibus.

Observaciones particulares de algunos sucesos acaecidos tratandose esta tregua con los Holandeses.

Relacion de lo que dicen acerca de las paces de los Franceses.

Del modo que se ha de tener en proceder juridicamente contra las Brujas.

Revelaciones de los Perfectistas hereges acerca de la venida del Antechristo.

Memorial de los males que se coligen en Holanda acerca del Imperio.

Palabras perjudiciales; tratase de algunas palabras indiscretas.

Tabla del libro de la Ceguedad de Babilonia.

De Reformacion en Frances.

De las Treguas de doce años entre Españoles y Holandeses.

Discurso de auctoritate & potestate Papæ & de Clavibus.

La Batalla de la Iglesia con el Dragon de la heregia.

Dialogo en que se ponen las escusas que algunas almas suelen poner para no dar quenta de su espiritu.

Examen de la nueva heregia de la union esencial fundada en sola Fee eficaz.

Catalogo de los libros hereticos que se han impreso en España.

Del Gobierno y poder del Papa, y de las Indulgencias para vivos.

Metaphysica cortesana para los que no han estudiado.

Espejo del entendimiento, para conocer algo de las XXIV. ciencias humanas, Arte mecanica, Gramatica, Rhetorica &c.

Dificultades, que se siguen sobre la navegacion a las Indias.

Segunda parte, en que se declara la perfeccion difiniendola, Dilectio Dei.

Discurso de las doce maneras de perfeccion segun doce diferencias.

De las Criaturas y de la perfeccion que hay en el amor del proximo.

De los Sacramentos, y de como se han de recebir con perfeccion.

De las Pasiones del Alma; de los gustos y regalos espirituales.

Del Zelo y tratar con hombres.

De la Aniquilacion total.

Visiones y revelaciones, gustos y regalos espirituales.

Que no es buena la difinicion de la perfeccion, que dice ser union esencial, y declarase con que nombre se puede llamar la perfeccion.

Tomo V. & ultimo continentur:

Sermones de Adventu, de Quadragesima & de Tempore.

Hucusque operum Gratiani Catalogus e Belgio missus.

F. HIERONYMUS DE GUADALUPE, Hieronymianus sodalis, a patrio municipio ut credimus, siquidem sacra hæc familia hunc morem habet, nuncupatus, recens absoluta Laurentina domo amplissima & magnificentissima primus ibi Sacra Biblia interpretatus est, Sanctæ adhæc Inquisitionis Cæsaraugustanæ censor theologus. Scripsit:

Commentaria in Hoseam Prophetam Christianæ Philosophiæ præceptis pie accommodata, adjectis observationibus Evangeliorum Concionatoribus accommodatis cum parabolis elegantissimis. Cæsaraugustæ 1581. folio. Lugdunique 1587. in 8. cum Petri Matthæi scholiis & illustrationibus. Tertio locupleta-

ta eadem a Gabriele Gyrelo Florentino prodierunt Venetiis 1604. in 4. Dedit etiam Talaverensis domus præfectus cum esset:

Sanctissimi, maximique Sanctæ Ecclesiæ Doctoris Hieronymi Presbyteri Stridonensis vitam ex ipsius potissimum scriptis contextam. Toleti apud Petrum Rodriguez 1597. in 4.

Videtur ille quidem transiisse ad sodales Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, quo religioso titulo censebatur cum edidit olim a se jam promissa:

Commentaria in sacrum S. Lucæ Evangelium, scilicet in priora VI. capita dumtaxat. Valentiæ 1595. folio. Quorum auctorem Hieronymum Guadalupensem, cœnobii Valentini sodalem, laudat Joannes a Figueras in *Chronico ordinis Sanctissimæ Trinitatis* pag. 266. Josephus quidem Seguntinus, post supra dicta visus a me in lib. 11. *Hist. Hieronymiani* hujus *ordinis* cap. 11. commentaria ista in Oseam & Lucam Joanni cuidam de Xerez ejusdem familiæ non obscure adjudicat, de Hieronymo nostro referens receptum olim eum inter Hieronymianos ex Præmonstratensibus, Hieronymianos pro Sanctissimæ Trinitatis sodalibus reliquisse.

HIERONYMUS GUDIEL, Compluti medicam artem profitebatur anno MDLII. quo ipso anno a D. Joanne Tellez Giron, Ureniæ comite, ante alios invitatus ad Ursaonensem scholam, per eos dies eximio munificentiæ argumento ab ipso erectam, ut fundamenta jaceret perennaturæ ibidem ex his literis gloriæ, quæ corporibus humanis medentur, huc sedem transtulit, vixitque ibi ad philosophiæ studia veterum nostræ gentis monumentorum lectionem curiose adjungens. Præsertim toto animi pondere aliquot annos illustrandæ huic familiæ, cujus beneficiis tam largiter fruebatur, incubuit, tandemque prodire fecit ejus rei eximium commentarium, hoc titulo:

Compendio de algunas Historias de España, donde se tratan muchas antiguedades dignas de memoria, y especialmente se da noticia de la antigua familia de los Girones. Compluti apud Joannem Iñiguez de Lequerica 1577. in folio.

HIERONYMUS DE GUEVARA, Hispalensis, unde se esse in librorum editorum fronte confirmavit, ad Segoviam tamen urbem originem parentum referebat. Societatis Jesu presbyter factus, ex quo, domi confecto studiorum tirocinio, sese maturum ostendit excolendæ literis juventuti Morum theologiam docere jussus, crebris interea ex ambone sacro habitis ad populum concionibus, eximiam sibi hujus officii laudem comparavit. Quippe qui exquisita ingenii sagacitate in inveniendis, doctrinæ vero eruditionisque præstantia in confirmandis, earum argumentis ante alios censebatur. Edidit:

Commentariorum in Matthæi Evangelium tomos tres: sive his tribus justis voluminibus explicari cœptum, nec finitum primum caput Matthæi.....

De Augustissimo immaculatæ Conceptionis Marianæ mysterio, Matriti anno 1640. in folio, attribuit ei Hyppolitus Marraccius in *Appendice Marianæ Bibliothecæ*, hactenus MS. Valde tamen vereor ne portio sit prius laudati operis.

HIERONYMUS DE HEREDIA, Catalanus eques, Dertosæ natus, poeta, edidit:

Guirnalda de Venus casta. Barcinone anno 1603. in 8. Item ex Italico Antonii Minturni:

El Amor enamorado. Ibidem eodem anno. Parabat eo tempore quo hæc prelo committebat volumen variorum carminum:

De las Lagrimas de S. Pedro; & *Rimas espirituales y morales.*

HIERONYMUS DE HUERTA, Escalonensis, medicus doctor Pincianus, Philippo IV. Regi a cubiculo, Compluti prima stipendia fecit in literis, æqualium nemini præstantis ingenii felicitate inferior. Contulit se deinde in curiam, Joannis & Ferdinandi Mendoziorum fratrum, quorum posterioris nomen Illiberitana synodus ab eo illustrata in cumulo honestissimæ laudis posuit, officiis invitatus. Quo loco cœpit medicinam factitare, necnon & successivis horis Plinii immensum opus, quod tam magna est medicinæ pars, in vernaculum vertere, ne tantum Italicus sermo Landini Dominicique beneficio, aut Gallicus Antonii Pineti, magnum hoc naturæ theatrum, ex quo semel aliis quam Romanis hominibus patere cœpit, impleret. Nec deinde cessavit apud eum laborem, postquam Philippus II. Rex, maximus studiorum assertor, præcepti calcar addidit, priora quædam hujus interpretationis tentamenta legere in tali negotiorum æstu neutiquam dedignatus. Secessit post aliquot annos, amissa uxore, filioque unico Carmelitis regulæ strictioris in sodalitium dato, in Vallis Mauri oppidum, mox Argandæ substitit, usque dum a Philippo IV. evocatus in domum Regiam medicus, conditionem accipiens quod reliquum vitæ fuit in curia mansit. Ejus scripta:

Historia natural de Plinio ampliada con escolios y annotaciones: ad eumdem Philippum Regem IV. duobus voluminibus. Matriti anno 1624. Prior pars undecim priores libros, posterior reliquos continet. Et quidem seor-

feorfim editæ funt, & quafi in confpectum feu fpecimen totius operis, ante multos annos partes quædam, nempe: *Traduccion de los libros de C. Plinio Segundo de la Hiftoria natural de los Animales con anotaciones curiofas.* Hæc eft librorum VII. & VIII. interpretatio. Matriti ex officina Ludovici Sanchez anno 1599. in 4. Deinde etiam: *Traduccion del libro IX. De la Hiftoria natural de los Pefcados del mar, de lagos, eftanques y rios.* Ibidem 1603. 4.

Problemas Filofoficos: ad D. Gafparem de Guzman, Olivarum comitem. Matriti anno 1628. 4.

De la Precedencia de España debida a fus Catolicos Reyes. Editum & hunc eo ipfo fuiffe tempore quo ablatus fuit e vivis auctor ad me detulit Hieronymus a Conceptione, Carmelita is quem fuperfuiffe unicum ab eo filium dixeram, provincialis jam inter fuos præfectus, religiofæ vitæ merito fpectatus fatis: MS. etiam fuit inter libros comitis de Villaumbrofa. Lufit etiam adolefcens facili nec ineleganti carmine Hifpanico fabulofum poema, cui titulus:

Florando de Caftilla, Lauro de Caballeros, en otava rima. Compluti anno 1588. 4. Necnon & Latino fermone:

De Immaculata Conceptione B. Virginis Mariæ Panegyricum, in quo quid naturale, & quid fupernaturale in ea fuerit, oftenditur. Matriti 1630. 8.

Septuaginta jam natus annos deceffit, redempti orbis MDC... in domo Carmelitica S. Hermenegildi Matritenfi terræ mandatus.

F. HIERONYMUS DE INCARNATIONE, Lufitanus, ordinis Carmelitarum, fcripfit:

Hiftoria de Cafa de Braganza.

F. HIERONYMUS DE JESU, Francifcanus provinciæ ut vocant Antoninorum in Lufitaniæ regno, patria Vianenfis Interamniæ regionis, reliquiffe dicitur:

Theologicum quoddam *opus, in quo conciliat S. Thomæ cum Scoti doctrina.* Rei auctor eft Georgius Cardofus in *Agiologio Lufitano* die XIII. Junii.

F. HIERONYMUS DE JESU MARIA, Francifcanus Reformatus provinciæ S. Antonii regni Portugalliæ, vir probatæ pietatis, MS. reliquit editioni paratum volumen hujus infcriptionis:

Series Sacræ Scripturæ. Ex relatione hujus provinciæ Romam miffa.

F. HIERONYMUS A S. JOSEPHO, Aragonenfis, ex Mallen hujus regni oppido, antequam renuntiaret fæculo inter fodales Carmeli Excalceatos Hieronymus Ezquerra de Rozas dictus, Ferdinandi filius fuit, fupremi rerum Italicarum in curia noftra fenatus patris, acri vir ingenio multaque eruditione, nec vulgari eloquentia. Scripfit:

Dibuxo del Venerable P. Fr. Juan de la Cruz. Matriti 1629. Prodiit cum viri fanctitate eximii operibus myfticis. Item aliud ejufdem argumenti opus, juftæ magnitudinis pro rei dignitate, cum hac infcriptione:

Vida del Venerable P. Fr. Juan de la Cruz primer defcalzo Carmelita. Ibidem anno 1641. in 4.

Hiftoria del Carmen defcalzo. Matriti 1637. Hæc tamen domefticis non placuit, ideo nec publicata fuit.

Genio de la Hiftoria. Cæfarauguftæ apud Didacum Dormer 1651. 4. Parabat:

Vitam S. Bertholdi: cujus ipfe meminit volum. I. laudatæ *Hiftoriæ Carmelitarum* lib. I. cap. IX. Item:

Hiftoria de Nueftra Señora del Pilar: duodecim annorum laborem. Ex qua cum ægerrime tuliffet cancellari ac fubduci plura in confeffu, five ut vocant diffinitorio, fuæ provinciæ, antequam typis traderetur, morbo inde contracto, obiit MDCLIV. Hujus quoque legitur epiftola quædam Latina in præambulis ad fecundum volumen *Martyrologii Hifpani.*

F. HIERONYMUS LARIOS, Dominicanus (aliis eft ordinis Mercenariorum) cujus meminit Stephanus Corvera in *vita Dom. Mariæ Cervelloniæ cap. XXXIX.* fcripfit:

Arte de la Lengua Mame. Anno 1607. quæ propria eft cujufdam tractus Novæ Hifpaniæ.

F. HIERONYMUS DE LEMOS, Segovienfis, Hieronymianus ad cœnobium Parralis monachus, libellum edidit, doctum fane & pium, feptem dialogis comprehenfum, quem *Turrim David* Latino, quo erat fcriptus, idiomate vocavit. Hunc morte præventus in fchedis reliquit anno MDLXIII. Cui tamen pro Latino, hoc eft germano ipfius auctoris, fucceffit alius Hifpanicus, a fodali Hieronymiano quodam male confutus, hoc titulo:

Torre de David. Salmanticæ apud Andream de Portonariis 1567. & apud Petrum Laffo 1578. 8. Editum vidimus Italica etiam lingua fic infcriptum: *Armeria religiofa, Dialogo fpirituale per armare i Servi di Dio*, interprete Fr. Julio Zanchini de Caftiglionchio, una cum Joannis de Bonilla tractatu *de Pace animæ.* Florentiæ apud Geor-

gium Marescotti 1579. 12. Hunc inter Lusitanos habebat Georgius Cardosus.

F. HIERONYMUS DE LLAMAS, domo ex oppido S. Clementis territorii sacri Conchensis, Cistercienfium sodalis apud Carraceti monasterium, abbasque. Post exercitum insigni cum laude in Matritensi curia concionum ecclesiasticarum munus ad secessum suæ domus, quo perfectius Deo vacare posset, ultro rediens, non sine sanctitatis, perspicuæ etiam præsentiæ in choro dum lecto detineretur, miraculi fama, vixit floruitque magnis editis patientiæ documentis in sufferenda gravi artuum contractione ad exitum usque vitæ, quam ibi exuit anno MDCX. Scripsit:

De Methodo curationis Animarum. Matriti 1600. Posteaque Moguntiæ, Gretii & alibi. Laudat opus hoc Antonius Possevinus in *Apparatu sacro.*

Dialogorum libri duo varia & multiplici eruditione referti: permanserunt obeunte diem suum Hieronymo invulgati, de quibus tamen auctores sunt Henriquez in *Phœnice* & Vischius in *Bibliotheca Cisterciensi.*

Summam Ecclesiasticam eidem tribui reperio apud Fabianum Justinianum in opere *De Sacra Scriptura & ejus Interpretibus*, libro I. part. I. pag. 184. qui ait Brixiæ editam anno 1606.

HIERONYMUS DE LOMAS CANTORAL, Pincianus, poeta ævo suo non inceleber, varia edidit carmina, quæ typis commissa sunt isto titulo:

Obras Poeticas. In his: *Las Piscatorias de Luis Tansilo traducidas. Amores y muerte de Adonis. Sonetos, Canciones y otras varias Poesias.* Matriti apud Petrum Cossin in 8. 1577.

HIERONYMUS LOPEZ, Lusitanus, scripsit:

Cronica do Infante Santo D. Henrique. Olisipone 1527. Cardosus.

F. HIERONYMUS LORETE, hoc est LAURETUS, Catalanus, Cervariensis, in Montisserrati alma domo Deiparæ Virgini sacra Benedictinus sodalis, magnæ molis opus, sed utilissimum sacris verbi Dei præconibus, & in universum Biblicæ theologiæ studiosis, elaboravit, jamque cœnobii S. Fœlicis de Guixols præfectus edidit, nempe:

Silvam Allegoriarum Sacræ Scripturæ mysticos ejus sensus & magna ex parte literales complectentem. Barcinone apud Paulum Cortey & Petrum Mali 1570. fol. Accedit: *Appendix Silvæ, de Numeris.* Venetiis deinde 1575. 4. Parisiisque 1583. in folio. Coloniæque 1630. Meminit hujus cum elogio perutilis & necessarii operis Arnoldus Wion lib. II. *Ligni vitæ* cap. LXIX. Scripsit etiam:

Indicem, & Genealogiam virorum ac mulierum Sacræ Scripturæ, simul cum homonymia eorumdem ad ejus Historiam intelligendam maxime conducentem. Barcinone apud Michaelem Ortiz 1568. 4.

Multis hunc laudat ex Antonio nostro de Yepes Gabriel Bucelinus in *Annalibus Benedictinis* ad annum MDLIV.

F. HIERONYMUS DE SANCTA MARIA, vulgari sæculi cognomento LOPEZ DE MESA, natus in oppido Foncarral prope Matritum, Augustinianus Nudipes, anno MDCXXV. Romam veniens in hac urbe mansit in S. Ildephonsi domo, quod Hispaniensis congregationis Excalceatorum cœnobium est. Plurium annorum opus perfectum, aut pene perfectum, reliquit moriens, Latina Græca & Hebræa eruditione distinctum, scilicet:

Etymologico de las lenguas Latina, Griega, y Española: totidem tomis, quot hæ linguæ sunt, contribuendum.

Obiit octogenario major an. MDCLXVI.

F. HIERONYMUS A SANCTA MARIA, ordinis quoqueis Excalceatorum Divi Augustini, procurator generalis in Romana curia, edidit Hispanice:

Exercicios espirituales de cada dia. Salmanticæ apud Didacum de Cussio anno 1610. 16.

Præterea editurum esse eum sciebat Leo Allatius, ut ipse in *Apibus* suis *Urbanis* testatur, Latine quidem:

De Sandaliis, calceamentisque Apostolicis tractatum.

Indicem Sanctorum & virorum sanctitate illustrium Hispanorum.

Catalogum Episcoporum sedium Hispanarum: sive *Apparatum ad Hispaniam Christianam, diœcesumque Hispanarum Historiam Sacro-profanam*: cui conscribendæ intentus erat. Horum nullum vidimus typis mandatum.

HIERONYMUS MARTEL, Cæsaraugustanus, Augustini filius, nobili stirpe editus, regni Aragoniæ chronographus, in quo munere Joanni Costæ successit, eoque dignum se ostendit scribens:

Chronologia universal del mundo. Primera parte. Cæsaraugustæ anno 1602. in folio. Hoc opus non integrum fuisse excusum Joannes Andreas Ustarrozius, paulo post laudandus, conqueritur. Schedæ MSS. remanserunt apud

apud D. Michaelem Martel, auctoris ex fratre aut aliunde nepotem, Cæsaraugustanæ ecclesiæ canonicum. In bibliotheca comitis de Villaumbrosa & marchionis de Montalegre, quam post ejus obitum servat marchionissa vidua, extat: *Cronologia universal que contiene lo sucedido en el mundo desde su principio hasta los años de la creacion de tres mil trecientos y setenta y tres.* MS. in folio, quo forsan continetur ea pars jam typis edita.

Forma de celebrar Cortes en Aragon: olim summarium ejus libelli quem de hac re scripserat Hieronymus Blancas, deinde justum opus, quod Joannes laudatus Ustarrozius, Aragoniæ & ipse chronographus, una cum altero Blancæ publicavit Cæsaraugustæ anno 1641. in 4.

Relacion de las fiestas que la ciudad de Zaragoza hizo en la Canonizacion de S. Jacinto. Ibidem anno 1595. typis Laurentii de Robles in 8.

Continuasse eum magni Zuritæ *Annales*, sed nihil hujus continuationis edidisse, affirmat Ustarrozius, qui de nostro hæc annotavit in editione opusculi jam dicti *De la forma de celebrar Cortes.*

F. HIERONYMUS MARTHON, Benedictinus monachus, Pinciani monasterii abbas, concionatorque inter suos generalis, eleganter scripsit:

Primera parte de Discursos, o Sermones Evangelicos Dominicales y Santorales desde el I. Domingo de Adviento hasta las fiestas del Nacimiento de Nuestro Señor. Pinciæ anno 1614. in folio. Puritatem sermonis atque eloquentiam amat, quarum virtutum nec minus doctrinæ nomine desiderari fecit anni reliquum a se promissum. Publicari fecit item *Historiæ Benedictinæ* Antonii de Yepes partem VII. postumam.

D. HIERONYMUS MARTINEZ, Lusitanus, scripsit:

La Jornada de la Reyna de Castilla.

Vida del B. Amadeo de Portugal. Madriti.

D. HIERONYMUS MARTINEZ DE ARAGUES, Aragonensis, utriusque juris doctor, & in hoc regno assesor bajuli (Baile vocant) generalis, scripsit docte:

Discurso del Oficio del Baile general de Aragon. Cæsaraugustæ apud Joannem de Lanaja & Quartanet 1630. in 4.

HIERONYMUS MARTINEZ DE VEGA, Valentinæ urbis presbyter, atque ecclesiæ metropolitanæ ut appellant beneficiatus, vicarius perpetuus hospitalis domus generalis ejusdem urbis, scripsit:

Solemnes fiestas que la Ciudad de Valencia hizo por la Beatificacion de su Santo Padre y Pastor D. Thomas de Villanueva. Con un Discurso de los Obispos y Arzobispos de aquella Iglesia. Valentiæ apud Philippum Mey 1620. in 8. Præstantissimum eum in omnis antiquitatis notitia fuisse ait Hyppolitus Samper in *Montesiæ illustratæ* parte I. art. 2. num. 102.

HIERONYMUS MARTINUS CARO ET CEJUDO, natus in oppido Valdepeñas sacri territorii Calatravensis ordinis, ibidemque ludimagister grammaticæ artis, atque eloquentiæ professor Regius, edidit:

Refranes y modos de hablar Castellanos, con los Latinos, que les corresponden, con la glosa, y explicacion de los que tienen necesidad de ella. Matriti apud Julianum Izquierdo 1675. in 4.

D. HIERONYMUS MASCAREÑAS, Lusitanus, Olisiponensis, Georgii, marchionis de Montalban, filius, Petri, similiter marchionis de Montalban, germanus frater, ad S. Petri Conimbricæ urbis collegium olim sodalis sub bonarum artium ac theologiæ præceptoribus meruit, censebaturque oratoris Christiani inter cives suæ urbis munere cum res in Portugallia turbatæ sunt. Unde clam evadens cum fratribus, ne infidelitatis labe fædaretur, & ad regiam nostram accedens, a beneficentissimo Rege Philippo IV. statim ornatus est Calatravensis militiæ cruce & insignibus, honorificoque inter Ordinum Militarium senatores loco, jussusque; ei ut ad cortinam in capella præsto esset. Ivit deinde in Germaniæ usque fines, Mariæ Annæ Austriacæ Hispaniarum Reginæ serenissimæ ad sponsum deducendæ gratia, destinatus eidem ab eleemosynis & a capellæ præfectura, atque insuper Leirenensis episcopus, si quando regni illius antiqua rediret facies, designari promeruit. Inde creato sive restituto vetere Portugalliæ concilio in Regis curia eo fuit immissus, relictis negotiis equestrium ordinum, una cum aliis viris Lusitanæ gentis principibus. Tandem pace regnique appellatione Brigantinæ familiæ concessa, destinatum Portugalliæ frustra episcopum Segoviensis apud nos ecclesiæ præfectum eum gubernatrix Regina serenissima voluit, Clemens IX. P. M. die Aprilis IX. anno MDCLXVIII. antistitem creavit, in qua sede fato functus fuit. Castellanæ hic eloquentiæ atque historicæ rei studium, quo mirifice delectatur, aliquot in hunc usque diem libris editis palam fecit omnibus, aliisque propediem edendis faciet, nempe:

Viage de la Reina D. Maria Ana de Austria

tria

tria segunda muger de Felipe IV. hasta la Corte de Madrid. Matriti 1650. in 4.

Apologia Historica por la Ilustrisima Religion y inclyta Cavalleria de Calatrava ; su antiguedad , su extension , sus grandezas entre las militares de España. Ibidem apud Petrum Diaz de la Carrera 1651. 4.

Raymundo Abad de Fitero , de la orden del Cister , fundador de la sagrada Religion y Cavalleria de Calatrava. Ibidem anno 1653. 4.

Amadeo de Portugal , en el siglo Juan de Meneses de Silva , religioso de la orden de San Francisco de la Observancia y fundador de la Ilustrisima Congregacion de los Amadeos en Italia. Ibidem anno 1653.

Vida , virtudes y maravillas de Fr. Juan Pecador religioso del orden y hospitalidad de San Juan de Dios. Ibidem 1665. in 4.

Disposuit renovatum in generali capitulo anni MDCLII. constitutionum ordinis sui corpus , hoc titulo inscriptum:

Definiciones de la Orden y Cavalleria de Calatrava. Matriti 1661. in folio.

Campaña de Portugal por la parte de Estremadura el año de MDCLXII. Matriti 1663. 4.

Scribere coepit ante aliquot annos *Vida de Nuestra Señora* , cui pertexendæ sedulam operam navare eum sæpe vidimus , cum domi suæ fere quotidie nos exciperet , obsequium hoc & consuetudinem nostram non dedignatus.

F. HIERONYMUS A MATRE DEI, Carmelitarum Reformatorum sodalis , scripsisse dicitur:

Colloquia Angelica inter Deiparam Virginem & Peccatorem. Antuerpiæ 1634.

F. HIERONYMUS DE MENDIETA, Franciscanus , MS. reliquisse fertur:

Historia Eclesiastica Indiana. Antonius Leonius in *Bibliotheca Indica Occidentali* titulo XX.

HIERONYMUS DE MENDOZA , Lusitanus , Portuensis , scripsit vernacule:

Jornada de Africa , em a qual se responde a Geronimo Franqui , e outros , e se trata do suceso da batalla e cativerio , e los que en elle padecerão por não serem Mouros , com outras cousas dignas de notar. Olisipone 1607. in 4.

HIERONYMUS MEROLA , patria ex Balaguer oppido principatus Cataloniæ, philosophus & medicus doctor , scripsit:

Republica original sacada del cuerpo humano : duobus libris , in quorum posteriori ventilatur ea quæstio : *Utra sit potiori loco habenda , Medica ars , an Legalis facultas.* Barcinone 1587. & 1595. in 8.

D. HIERONYMUS DE MOLINA LAMA ET GUZMAN , ex oppido Fernan Caballero , paterna autem stirpe Ubetensis , jurisconsultus & advocatus Regiorum consiliorum , gubernator aliquando militiæ urbis Carthaginensis , cum esset ibidem justitiæ præfectus (Alcalde mayor vocant) scripsit olim in juventute:

Vivir contra la Fortuna : sive ut verus titulus est (cur enim distinguamus libros idem hominis præseferentes nomen , ejusdemque argumenti?) *Escuelas politicas de Seneca contra los sucesos del tiempo y rigores de Fortuna.* Murtiæ 1652. in 4. Deinde juridicum opus elucubratum a se dedit foras , scilicet:

Novas Veritates Juris Practicas. Matriti typis Regiis 1670. in folio.

HIERONYMUS DE MONDRAGON, professor juris Cæsaraugustanus , ex Italica in nostram vulgarem transtulit:

Ratos de recreacion de Ludovico Guicciardino. Cæsaraugustæ apud Petrum Puig 1588. in 8. scripsitque:

Censura de la locura humana. 1598. 8. Ilerdæ.

Universal y artificiosa Ortografia de Latin y Español. Cæsaraugustæ 1594. in 8.

Arte para componer en metro Castellano. Simulque:

Prosodia Latina en Castellano. Ibidem apud Laurentium de Robles 1593. in 8.

F. HIERONYMUS DEL MONTE, Matritensis , sodalis Mercenariorum qui captivos redimunt , sacræ theologiæ quondam Barcinonensis , atque item Montpesulanus in Galliis professor , scripsisse dicitur tractatum:

De Modo studendi atque interpretandi Sacram Scripturam. Auctoribus Alphonso Ramon in *Historia* hujus ordinis lib. VII. cap. XVII. atque Ægidio Gundisalvi Davila in opere *Magnalium oppidi regii Matritensis.*

HIERONYMUS MONTER , (ita placet pro MENTER , quod habet Valerius Andreas) in Oscensi Aragoniæ academia philosophus , edidit:

In Logicam Aristotelis methodicam Introductionem. Cæsaraugustæ 1554. in 4.

F. HIERONYMUS MORENO , ex familia Prædicatorum domoque Hispalensi, conscripsit:

La vida y muerte y cosas milagrosas que el Señor ha hecho por el bendito Fr. Pablo de Santa Maria frayle lego de la orden

den de Predicadores. Hispali 1609. in 8.

HIERONYMUS MUÑOZ, Valentinus, uno omnium, qui de eo loquuntur, ore & sensu, perpetuaque ævi sui confessione, multiplicis doctrinæ meritis posterorum memoriam & laudem provocat. Ea quippe linguarum fuit Græcæ Hebraicæque notitia & comprehensione ut, non sine idoneo teste, affirmare possimus Hebraicas eum literas Ancone in Piceno Italiæ docentem pro vere ab Hebræis nato interque eos educato, potius quam pro Valentino, inter Hebræos ipsos constanter habitum. Liberalium omnium artium, præcipueque mathematicarum, eximiam, qua censebatur is, cognitionem adeo celebrant ejus æquales ut nec vereantur antiquorum doctissimis ex æquo eum componere. Hujus famæ virum, Valentiæ jam in patria ut credimus, mathesеos Hebraicæque eruditionis professorem, Salmantini ad gymnasium suum, totius orbis amplissimum, honorificis conditionibus invitantes, utriusque hujus scholæ (duplices enim docendi partes nec tenui stipendio dotatæ sunt) præfectum creavere. Quas gerens suum ibi diem obiisse, magnumque sui desiderium doctis omnibus reliquisse dicitur. Solatio esse poterant edita ab ipso opera, quæ domi asservabat, ingenio atque eruditione referta; sed ea rara, ne dicam fere unicum populare hactenus typorum beneficio factum scimus, nempe:

Instituciones Arithmeticas ad percipiendam Astrologiam & Mathematicas facultates necessarias. Valentiæ 1566. in 4.

Alphabetum Hebraicum cum ratione legendi cum punctis, Hieronymo Muñoz auctore, apud Gabrielem Soram Aragonensem, bibliothecæ possessorem locupletissimæ, ab ipso ejus catalogo doctus fuisse scio.

Lecturam item *Geographicam*, Valentiæ ut credo, dum profiteretur ibi, scriptam pro se adducit Gaspar Escolanus, Valentiæ regni chronographus. Antonius Verdier in *Bibliotheca* meminit alterius operis, in Gallicum ex Hispano translati, cum hac inscriptione:

Traicté du nouveau comete & du Prognostique d' iceluy composée premierement en Espagnol par Hieronime Mugnoz Professeur ordinaire de la langue Hebraique & des Mathematiques en l' université de Valence. Paris per Martinum Iuvenem 1574. in 8. Interpres fuit Guido le Fevre, seu Fabricius, Boderianus. Operis Hispani Gerardus Joannes Vossius meminit *De Scientiis Mathematicis* cap. LXV. §. 48.

F. HIERONYMUS MUÑOZ DE TEVAR (Tevariensem se nominavit auctor) ordinis Sancti Dominici, dedit foras:

Homilias F. Hieronymi a Savanarola Ferrariensis Dominicani in libellum Ruth, & in tria alia Scripturæ loca, a se in Latinum ex Italico conversas. Salmanticæ typis Joannis a Canova 1556. 4. V. F. Alphonsus Muñoz.

HIERONYMUS MURILLO, chirurgus Cæsaraugustanæ urbis, scripsit:

Therapeutida, metodo de Galeno en lo que toca a Cirurgia. Cæsaraugustæ apud Bartholomæum de Naxera anno 1572. 8.

HIERONYMUS NATALIS, Balearicus, idiomatum Latini Græci Hebraicique peritissimus, Tridentum profectus ad synodum oecumenicam anno MDXLVI. Romæ se in Jesuitarum sodalitatem dedit. Prudentia is alacritateque, ac diligentia singulari, nec minus probitatis exemplo, familiæ hujus principi Ignatio & aliis præpositis generalibus, egregie administratis pluribus domi officiis, in promovenda ista & propaganda eximiam navavit operam. Extant ab eo:

Annotationes, ac Meditationes in Evangelia, quæ in sacrosancto Missæ Sacrificio per totum annum leguntur: quas pulcherrimis præstantissimorum artificum cælaturis adornari fecit. Editæ Antuerpiæ cum apud Nutium anno 1594. tum apud Plantinum anno 1607. Moguntiæque typis Albani eodem anno.

Romæ diem extremum in domo Novitiorum vidit anno MDLXXXI. ætatis suæ LXVI. Virum laudat, præter auctorem *Bibliothecæ Societatis*, Vincentius Mut in *Hist. Regni Balearis* volum. II. lib. XI. cap. XI.

HIERONYMUS NAVARRO, scripsit cum syndicus esset pauperum non mendicantium Valentinæ urbis:

Consuelo de Pobres. Barcinone anno 1604. in 16.

F. HIERONYMUS NUÑEZ MORQUECHO, ex ordine B. Virginis de Mercede Redemptionis Captivorum, theologiæ professor in Pinciana schola, vir pietate spectatus, reliquit MS. in Pinciana sodalium bibliotheca:

In Tertiam Partem S. Thomæ volumen.

HIERONYMUS NUÑO RAMIREZ, medicus doctor, edidit:

De Curandi ratione per sanguinis missionem librum: ubi posuit *Tractatum* eruditum *de ponderibus & mensuris Romanorum, Græcorum & veterum Hispanorum*: quem laudat Ludovicus Rodriguez de Pedrosa I. tomo *Selectarum Philosophiæ & Medicinæ dis-*

difficultatum , in fine disputationis primæ.

F. HIERONYMUS OLEASTER , civibus suis Lusitanis DE AZAMBUJA dictus , patriam habuit forte Azambuja oppidum Tago flumini adjacens , ipse in Regio monasterio , cui a pugna cum Castellanis commissa nomen ante tria sæcula inditum est, Dominicanorum fratrum gestamine , anno vigesimo supra millesimum & quingentesimum, induto egregie quidem ad germanam Biblicæ theologiæ professionem se non vulgaribus instructum præsidiis comparavit. Græcæ enim linguæ, atque adhuc magis Hebraicæ, compos factus, scholæ adhæc quæstionibus probe exercitus , adyta sacra in fontibus linguæ ipsius sanctæ non inspexit tantum , sed derivare in omnium usum fideliter voluit. Ea interim doctrinæ fama clarescere jam vulgo fuit existimatus ut a domestica literarum occupatione transferre se anno MDXLV. in Italiam debuerit ad œcumenicum concilium tunc primum in Tridentina urbe celebrandum, una cum aliis familiæ suæ theologis eminentissimis , a Joanne Rege Lusitanorum Tertio destinatis , quorum nulli inferior ipse apparuit. Inde reversum idem Rex in Africa pontificem insulæ S. Thomæ nuncupavit; sed frustra , tergiversantemque bona gratia in carissimum ei literarum otium remisit. Nec diu post ab Henrico , S. R. E. cardinali, qui per id tempus supremam rerum Fidei præfecturam administrabat , violatæ religionis judex delectus Ulisiponensibus integre jus inter alios dixit. Ad quem Henricum directa , velut in gratitudinis pignus , ab eo sunt intra non multum tempus:

Commentaria in Pentateuchum Moysi , hoc est , in quinque primos Bibliorum libros : quibus juxta Magistri Sancti Pagnini Lucensis interpretationem Hebraica veritas cum ad genuinum literæ sensum , tum ad mores informandos ad unguem enucleatur. Olisipone primum anno 1556. in folio. Deinde Antuerpiæ apud heredes Stelsii 1568. in folio. Mox Lugduni anno 1586. in folio apud Petrum Landry , & anno 1589. Quia nempe hæc Sanctis Pagnini editio ceteris omnibus (ut ipse ait) quas licuit videre , germanius Hebraicum fontem referre videtur eam præ ceteris interpretationem delegit , non tam illam quam in illa Hebraicum contextum expositurus. Ejus item:

In Esaiam Commentaria , opera Petri Calvi , Dominicani sodalis in Gallia , edita sunt Parisiis in fol. 1623. post antiquiorem aliam ejusdem regni editionem. Item anno 1658. apud Cramoisium.

Absoluta , editionemque spectantia , ejusdem tenoris *Commentaria in Regum libros, in Psalmos , in Hieremiam , duodecimque* alios *minores Prophetas* reliquisse dicitur ; in reliquos autem Bibliorum libros quidquam elucubrasse. Quæ omnia in schedis MSS. adhuc , vel tineas , quod indignum, vel aliorum libros , quod injustum est , magno omnium dolore qui his delectantur literis , pascunt.

Obiit ante impletam provinciæ præfecturam , in qua Ludovico Granatensi , summo illi viro , nunquamque sine summæ præconio laudis nominando , succenturiatus fuerat, anno MDLXIII.

HIERONYMUS DE ORMACHEA GUERRERO , origine Cantaber , domo autem Xereziensis in Bætica , ecclesiarum Lucroniensis & Albeldensis canonicus (ut appellare amant ecclesiastico ritu) Magistralis , illustrissimo D. Gabrieli , S. R. E. cardinali de Trejo , Malacæ antistiti , a visitationibus territorii hujus sacri , atque eleemosynarum dispensatione quondam fuit. Nuncupavit autem D. Gundisalvo Chacon Velasco & Faxardo , Calciatensi & Calaguritano pontifici:

Commentariorum in Cantica Canticorum Salomonis tomum primum. Quorum verba omnia declarantur de purissima Conceptione B. Virginis Mariæ sine originalis labe peccati , & de aliis ejus excellentiis. Lucronii apud Joannem Mongaston 1637. folio.

D. HIERONYMUS DE OROZ , Navarrus, ex oppido Borgueto diœcesis Pampilonensis , collegii Sanctæ Crucis Vallisoletani toga indutus, in ea schola professus fuit jura Civilia & Canonica , tam ex Institutionum ut vocant , Digestique veteris , quam ex cathedris Clementinarum , Sexti ac Decretalium , vespertinis horis assignatarum. Inde factus curiæ hujus Pincianæ fiscalis advocatus edidit:

De Apicibus Juris Civilis libros v. *in quibus fere duo millia textuum ejusdem juris , vel ex professo noviter explicantur , vel ex aliqua speciali nota obiter illustrantur.* Lugduni apud Philippum Borde & socios 1661. in folio.

Factus postea fuit Granatensis cancellariæ judex. Indeque allectus inter Matritensis aulæ Criminum vindices.

Obiit anno MDCLXVII.

D. HIERONIMUS DE ORTEGA ET ROBLES , Matritensis , Sancti Jacobi eques, Philippo Regi IV. a secretis , primum in Cruciatæ , deinde in rerum Indicarum conciliis , publici juris fecit:

El Despertador que avisa a un Principe Catolico , ya de las inquietudes de la guerra, ya de los sosiegos de la paz , hecho de la vida del

del Emperador Constante. Matriti 1647. in 8.

HIERONYMUS OSORIUS, Olisipone editus utroque parente nobili, Joanne Osorio a Fonseca & Francisca Gil de Govea, vel puer adhuc Latine loquens præceptoribus erat admirationi. Literis Latinis Græcisque Salmanticæ a XIII. ætatis anno sedulam operam necnon & juris arti aliqualem navavit. Parisiis hinc ab undevicesimo Aristotelem, hoc est, rationalem & naturalem ejus philosophiam, didicit, Petro Fabro, uno ex S. Ignatii Lojolæi sociis, ibi usus perfamiliariter. Unde Bononiam veniens sacras literas, & clavem earum idioma Hebraicum avide hausit. Quas quidem sacras literas, in Lusitaniam inde reversus, Joannis Regis voluntati obsequutus, Conimbricæ in schola professus fuit, Isaiæque librum, Paulique ad Romanos epistolam magno cum ejusdem universitatis plausu explicuit. Sacris initiatus, beneficio Ludovici Portugalliæ Infantis administrandam accepit Tavaræ ecclesiam, longe ab aula, cujus habitationi, periculis undique magnis vallatæ, secessum illum, sed innoxium, non invitus præferebat. Hac animi virtute Henricum cardinalem, alterum Joannis Regis fratrem, atque ipsam Catherinam, regni pro Sebastiano minorenni gubernatricem, sic devinxit ut prior ille, Eborensis cum esset præsul, ecclesiæ suæ archidiaconatu, Regina autem inde Silvensis episcopatus mitra eum ornaverint. Munus jam aliquot annis hoc gerebat præstantissimi, vereque subditorum pastoris, cum Africam, infaustissimo sidere actus, Sebastianus Rex cogitavit, quem officii sui memor non satis paratum atque adhuc improlem a proposito isto deterrere præcipiti frustra connixus, ne malis, quæ præsagiebat, interesset, religionis colore quæsito, Romam ad Gregorium XIII. Petri claves tunc gerentem, solemni obsequio demerendum se transtulit; cui uti literarum & literatorum fautori clarissimo noster Osorius, in quo eloquentia cum doctrina certabat, eximie carus advenit, & in magno pretio habitus fuit. Anno elapso in patriam revocatus a Rege, paulo post infelicissime a Mauris cum flore Lusitanæ nobilitatis ac virium extincto, Henrici successoris imperium optimis patriæque salutaribus adjuvit consiliis; Antonium Ludovici nothum filium, cujus adolescentiam olim præceptor rexerat, a læva illa mente, quæ ipsum post patrui Regis obitum rem præcipitare suam adegit, dehortari conatus, Philippique Castellæ nostri Regis legitimo successionis juri, multoque magis publico regni commodo, non obscure favens. Quare, ne a popularibus suis inauditus ipse male ob hoc audiret; *Defensione nominis sui* in publicum edita, quæ quidem nunquam minus quam hoc nostro tempore e civium manibus excidere debuit, ora calumniantium obstrusit. Et tamen contracta ex animi ægritudine, quod moveri undique populares videret vanam spem sectantes, ægritudine corporis, eo ipso anno & tempore, quo huic regno immissus fuit Castellanus exercitus, Tavilæ Siluensis dioecesis oppido vitam cum morte post viginti dies religiosissime commutavit, Augusti nempe XX. anni MDLXXX. Plane in hoc viro quidquid præstantis & eximii natura concedere, studiaque literarum conferre solent, cumulatum merito dixeris. Nam præter innocentissimos mores, ductamque ad unguem pontificiæ vitæ formam, sic in eo resplenduit sapientia eloquentiæ conjuncta ut nescias quid in ejus doctissimis & elegantissimis lucubrationibus, solidissimæne ac vere Christianæ philosophiæ documenta, & illustres undique cogitationes, quibus Platonem, an excellentia Latine loquutionis, qua Tullium Ciceronem ad ecclesiæ castra deducere voluisse videtur, celebritate majori & laude dignum sit. Quarum quidem in priore virtute nemini ex sapientiæ tam veteribus quam novis præceptoribus palmam concedit; in posteriore autem Bembos, Sadoletos, Erasmos, Muretos, Jovios, atque omnes alios eloquentiæ Tullianæ admiratores atque imitatores ex æquo ad certamen provocare posse vulgo existimatur: idcircoque Ciceronis Lusitani jure ac merito appellationem promeruit. Vitam ejus & laudes Latino stilo duxit Hieronymus Osorius alter, nostri ex fratre nepos, quam cum patrui & educatoris sui operibus Romæ foras dedit, quamque Lusitanis communicavit Bernardus de Fonseca, & ipse ei propinquus. Hanc eamdem in epitomen contractam Andreas Scotus *Bibliothecæ* intexuit *Hispanæ.* Æqualis quoque Osorio fuit Alphonsus Garsias Matamorus Hispalensis, callidus ille hominum & monumentorum æstimator, cujus hæc de eo verba sunt in *De Academiis & doctis Hispaniæ viris* Apologia: *In his est Hieronymus Osorius, qui de Gloria, & de Civili & Christiana Nobilitate nobilissimos libros suavi simul & artificiosa verborum structura citra versum conscripsit. Sono & numero orationis leniter demulcet aures, ut hac una possit singulari virtute cum Lactantio & Christophoro Longolio & quovis alio Ciceroniano non injuria certare. Aristotelica tamen quadam disserendi ratione & copia sic est usus ut non ad voluptatem aurium, quæ summa est sicuti ego æstimo in hoc auctore, sed ad judiciorum certamen scripsisse videatur.* Hæc ille. Cujus quidem Osorii dictio Francisco Sanctio Brocensi in *Para-do-*

doxis, visa est *exculta & numerosa*: Francisco Baconio in *de Augmentis scientiarum* libris *luxurians & diluta*: Jacobo Gaddio *Scriptores non ecclesiasticos* celebranti, *rotunda*, *numerosa*, *nobilis*, *verborum luminibus & rerum majestate augusta*. Abstineo pluribus, ne in re nota sciolus videar. Opera ejus auctorem suum satis commendant superque. Quæ quidem Romana editio, Hieronymi junioris industria procurata, quatuor voluminibus continet, quibus & propria quædam adjunxit ille non indocta. Primo comprehenduntur:

De Nobilitate Civili libri II. (Gallice quoque extant auctore mihi Verderio) simulque: *De Nobilitate Christiana lib. III.* Olisipone anno 1543. Florentiæ anno 1552. Basileæ apud Petrum Pernam anno 1571. Quos libros valde laudat Andreas Tiraquellus initio operis *de Nobilitate*.

De Gloria lib. V. Cum superioribus Florentiæ anno 1552. In Bilbaonensi oppido Cantabriæ anno 1578. Coloniæ 1594. in 12. Parisiis apud Isaiam le Preux anno 1608. in 8. Hæc duo *De Nobilitate* ac *De Gloria* Osorii opera sic placuerunt Reginaldo Polo, cardinali Anglo, magni nominis viro, ut in Anglicam linguam a comite Huntindonensi, sibi cognatione proximo, adolescente natalium splendore & corporis animique dotibus insigni, converti curaverit, quo sermonis ex iis copiam, elegantiam, gravitatem, simulque morum simplicitatem, honestatem, castitatem hauriret. Quæ verba sunt Joannis Metelli Sequani in ejusdem Hieronymi Osorii historiam *De rebus Emmanuelis Regis*, ad Antonium Augustinum, Tarraconensem archiepiscopum, in editione Coloniensi anno 1588.

De Regis Institutione & disciplina lib. VIII. Coloniæ apud heredes Birckmanni anno 1574. in 8. Gallis communicavit hoc opus Petrus Brisonius, Barnabæ præsidis frater, Parisiis editum in officina Petri Huillier anno 1583. in folio. Nempe Osorius in his ultimis commentariis resarcire damnum fuit conatus, quod ex Ciceronis *de Gloria*, *de Republica & de Consolatione* libris, jam pridem temporum injuria deperditis, fuerat acceptum, cum tamen de *Consolatione* nihil posse a se vel amplius vel subtilius excogitari quam esset sacer ille Jobi prophetæ liber existimaverit. Quare eum eleganti sane paraphrasi explicuit.

De Rebus Emmanuelis Lusitaniæ Regis invictissimi virtute & auspicio gestis lib. XII. Olisipone anno 1571. fol. Coloniæque apud eosdem Birckmanni heredes 1574. in 8. cum *Prolegomenis* Joannis Metelli Sequani. Galli suam fecerunt hanc historiam, Simonis Goulartii Genuensis theologi opera, quæ Genuæ, seu potius Genevæ ut puto, edita est a Francisco Perrin anno 1581. in fol. uti Verderius refert in *Bibliotheca Gallica*.

Defensio sui nominis: de qua diximus.

Epistolæ quædam.

Secundum volumen hæc continet:

Admonitionem in Epistolam ad Elisabetham Reginam.

Epistolam ipsam *ad Elisabetham Angliæ Reginam.* Hæc Epistola in Gallicum sermonem conversa a Joanne de Maumont prodiit Parisiis ex officina Nicolai Chesneau anno 1565. 8.

In Gualterum Haddonum ejusdem Reginæ Magistrum libellorum supplicum, de vera Religione lib. III. Olisipone anno 1567. in 4. Dilingæ anno 1569. 8. Cumque Christophori Longolii non dissimilis argumenti *Oratione*, anno 1576. Coloniæque 1585.

De Justitia cœlesti libros X. ad Reginaldum Polum cardinalem. Coloniæ apud Birckmanni heredes anno 1574. 8. *Apologiam* item in *reprehensores hujus operis* scriptam laudat Osorius junior in præfatione ad hos libros.

De vera Sapientia libros V. ad Gregorium XIII. P. M. Olisipone anno 1578. Coloniæ anno 1579.

In Epistolam B. Pauli ad Romanos libros IV.

Tertium hæc:

Paraphrasim in Job. lib. III.

Paraphrasim in Psalmos.

Commentaria in Parabolas Salomonis.

Paraphrasim in ejusdem Salomonis Sapientiam.

Tandem quartum comprehendit:

Paraphrasim in Isaiam lib. V. Coloniæ anno 1584. in 8.

Commentarium in Oseam Prophetam. Et:

In Zachariam Prophetam.

In laudem Divæ Æcatharinæ (sic vocat cum Baronio) *orationem.*

In Evangelium Joannis Orationes XXI.

Accesserunt ex propria Hieronymi junioris penu ea quæ statim ei adjudicamus.

HIERONYMUS OSORIUS alter, superioris ex fratre nepos, canonicus Eborensis, patruo debuit educationem in literis & pietate, cujus vestigiis plane insistens M. Tullium sermonis Latini magistrum, sacros libros Sapientiæ promptuarium, uti sunt, sibi delegit. Gratus quoque educatori suo viro, omni memoria clarissimo, Romam veniens omnia ejus opera, quæcumque in hunc diem prelo subjecta fuerant, quæque adhuc in schedis latebant, simul edidit quatuor voluminibus, ut nuper monuimus, anno MDXCII.

MDXCII. propria quædam interferens, nempe in veſtibulo editionis:

Vitam Hieronymi Oſorii Silvenſis Epiſcopi.

Notationes in ejuſdem Paraphraſim Pſalmorum in tertio volumine, ubi et:

Paraphraſim in Cantica Canticorum, & in eamdem breviores notationes.

Andreas Scotus parum advertenter plura huic tribuit, quæ vere ſenioris ſunt Oſorii.

Catalogum Archiepiſcoporum Eborenſis Eccleſiæ tribuit ei Gaſpar Eſtazo *Antiquit. Portugalliæ* cap. XCIV. Adſcriptam quoque eidem Cardoſus voluit in ſchedis quas formabat ad *Bibliothecam Luſitanam*:

Expoſitionem in Eccleſiaſtem : quæ prope diem expectatur a typographia quadam Lugdunenſi.

S. Mancii Archiep. Brachar. quoddam opus e Latino in vernaculum a ſe converſum.

Bibliothecam ſuam ſodalibus de Euxobregas, Minorum ordinis, legavit, in quorum conclavi capitulis celebrandis deſtinato ſepulturam elegit obiens ipſe VI. die Februarii MDCXI.

HIERONYMUS OSORIO DE SOLORZANO, in ſchedis reliquit, auctore Antonio Leonio in *Bibliothecæ Indicæ Occidentalis* tit. XIII.

Relacion de la jornada de D. Fernando de Oruña a la poblacion de Guaiana y Dorado.

F. HIERONYMUS DE PANCORVO, Giennenſis, Carmelitarum ordinis, Hiſpalenſis quondam theologiæ apud ſuos profeſſor, judicibus fidei Apoſtolicis a munere conſultationum, dedit in publicum:

Diſquiſicion de los Santos Martyres de Arjona. Hiſpali 1634. 4.

Diſquiſicion de Santa Potenciana virgen: ad eminentiſſimum cardinalem de Sandoval, Gienenſem tunc antiſtitem. Anno 1643. Adverſus quoſdam qui apud nos etiam floruiſſe, ac in ædicula prope Villamnovam Illiturgitanam (Villanueva de Anduxar) eſſe tumulatam, prorſus ab illa diverſam Romana virgine, quam Pudentianæ nomine XIV. Maij menſis die eccleſia celebrat, ſunt arbitrati. In quibus Joannes Tamajus Salazar ad diem XVII. Maij in *Martyrologio Hiſpano* Pancorvi argumenta examinat, iiſque reſpondet, & Franciſcus de Bilches *De Sanctis Giennenſibus* parte I. cap. XLIX.

Sermon que predicó en el Capitulo Provincial de Andalucia el año de MDCXLII. Hiſpali eodem anno in 4.

Luſit etiam, centurionis N. Caſtro de Torres nomine latens, & quidem facete:

Panegyrico al chocolate en octava rima.

Vertit etiam ex Latino in ſermonem vernaculum Joannis a Carthagine Franciſcani librum:

De la Antiguedad del orden de Nueſtra Señora del Carmen. Hiſpali anno 1623. in 8. Quam interpretationem Hieronymo Pancorvo Franciſcano, qui nullus fuit ut exiſtimo, haud recte tribuit Waddingus. Sacræ theologiæ magiſter fuit, amœnis etiam literis delectabatur, & in concionandi munere vulgo placebat. Bis Giennenſe rexit cœnobium, ſemel S. Rochi collegium Cordubenſe, tandemque Hiſpalenſi Sancti Alberti præfuit, mortuus Gienni in patria.

HIERONYMUS PARDO, unde domo fuerit neſcio; at quidem ex eorum agmine fuit qui, apud Pariſios philoſophiam profitentes, totos ſe in dialecticis quæſtionibus importuniſſimis, præſtigiiſque ſophiſmatum conſumebant, ingenio ſuo non minus quam otio auditorum abuſi: quorum alter *Quadraturæ* nomine, alter *Roſarii*, aut alia ſimili appellatione, ut noſter qui *Medullam* operi inſcripſit, ſuos labores, ſive male feriatorum hominum commentationes publicare conſueverunt: hi ſcilicet, in quibus (uti Ludovicus Vives V. C. conſcripto in rem libello, ſcite ac feſtive dixerat) ſchola Pariſienſis tanquam anus quædam poſt octingenteſimum ſuæ ætatis annum cum tanto ſenio ſumme delirare viſa eſt. Nempe auctorem præfert hunc Pardum, addito etiam *perſpicaciſſimi artium præceptoris* elogio:

Medulla Dialectices, Pariſiis edita in folio anno 1500.

HIERONYMUS PARDO, Matritenſis e Gallæcis oriundus, Clericus Regularis ex iis qui Minores nuncupantur, Salmanticæ theologiam docuit atque Compluti, pluraque apud ſuos munera obivit, & inter alia provincialis fuit præpoſitus, ſacræ Fidei judicibus a conſultationibus theologicis, atque eorum vice librorum ac bibliopolarum viſitator. Dedit in lucem:

Diſcurſos Evangelicos para las feſtividades principales de los Santos. Matriti anno 1650. in 4. Idemne an aliud eſt *Excelencias de Santos*. Matriti anno 1657?

Sermones Evangelicos para las fieſtas de Chriſto. Ibidem 1652. 4.

Sermones para los dias de Quareſma : duobus tomis. Ibidem 1655. 4.

Hujus eſt etiam illius operis, quod titulo iſthoc prodiit vulgare:

De las excelencias del glorioſo Apoſtol Sant-Iago entre los demas Apoſtoles: pars poſterior libris IV. comprehenſa. Prior enim D. Antonium Calderon Beatienſem, archiepiſcopum

pum Granatensem, habuit auctorem. Utraque pars simul prodiit Matriti apud Gregorium Rodriguez 1657. folio.

D. HIERONYMUS PARDO, doctor medicus, & in Pinciana academia methodi professor, praximque in nosocomio generali ejusdem urbis exercens, scripsit:

Tratado del vino aguado, y agua envinada sobre el Aphorismo 56. de la seccion 7. de Hipocrates. Pinciæ 1661. in 4.

F. HIERONYMUS PARRADO, Bæticus, Medinæ Sidoniæ natus, Prædicatorum fratrum sodalis provinciæ Sancti Joannis Baptistæ Peruani regni. Limæ & Quiti prælecta domi theologia sacræ theologiæ magister in Hispaniam & Romam venit, paratque Lugdunensibus typis opus ita inscriptum, quod absolutum vidimus anno superiore MDCLVIII.

Æquilibrium libertatis divinæ Angelicæ & humanæ tribus vindicibus disputationibus pensiculatæ.

HIERONYMUS PAULUS DE MANZANARES, sacræ theologiæ magister, a secretorum fide & a manu fuit summis viris Ludovico Requesenio, Philippi II. Regis ad pontificiam aulam legato, ibidemque Francisco Pacieco, S. R. E. cardinali, atque inter nos Gaspari Quirogæ, Conchensium episcopo. Cujus quidem artis summam extare voluit scribens:

Estilo y formulario de cartas familiares. Matriti 1600. 4. & 1607. 4. Ucedæ archipresbyter in hac operis editione audit.

HIERONYMUS DE SAN PEDRO, scripsisse dicitur, Petro de Alba auctore in *Militia Conceptionis*:

Segunda Parte de la Cavalleria celestial de las hojas de la Rosa fragante. Valentiæ anno 1554. in folio.

F. HIERONYMUS DE PERAZA. V. F. HIERONYMUS PIRERIUS, seu PINERIUS.

HIERONYMUS DE PEREA, Matritensis, Jesuitarum sodalis, scripsit:

Vida de Doña Catalina de Mendoza fundadora del Colegio de la Compañia de Jesus de Alcala. Matriti 1653. Sub nomine vero Gerardi de Cruce:

Christo Señor Nuestro padeciendo, como refieren los quatro Evangelistas. Matriti 1660 in 8. Vertit e Latino Jacobi Saliani Jesuitæ sermone:

El Santo temor de Dios. Matriti 1654. 4. Obiit Matriti xx. Januarii MDCLXX.

HIERONYMUS PEREZ, Villacastinensis, quod Segoviæ territorii sacri nobile oppidum est, parochus loci de Cardeñosa Abulensis dioecesis, indeque sanctimonialium Matritensium, quæ Verbo Incarnato sacram domum habitant, ab excipiendis confessionibus minister: vir excellenti pietate, cujus virtutes brevis commentarius continet ab ejusdem monasterii quadam virgine (Mariæ S. Angeli nomen ei fuit) conscriptus, qui venerabilis Matris Marianæ a Sancto Josepho, Regiæ hujus domus fundatricis, in Cantica Canticorum discursibus, qui cum ejus vita in publicum editi sunt, quosque scribendi auctorem Hieronymum nostrum habuit, vulgo præfigi solet. Scripsit:

Misterios de nuestra Fee santa. Matriti anno 1617. in 8. & cum aliis iterum 1628.

Summa Theologica: duabus partibus. Anno 1637. 4. Ibidem.

De los quatro novisimos: una cum *Mysteriis Fidei.* Anno 1618.

De la Concepcion de Nuestra Señora.

F. HIERONYMUS PEREZ, Valentiæ natus, institutum fratrum Mercenariorum, qui captivos redimunt, in Cæsaraugustana, sive ut aliis placet in Valentina, domo jurans in præfecti verba sequutus, apud Valentinos theologiam diu ac Sanctum Thomam interpres subtilissimus docuit, philosophiæ theologiæque laurea cohonestatus. Hujus in non mediocrem laudem cedit Franciscus Borgia, ex Gandiæ duce presbyter ac præpositus generalis Jesuitarum, hodie jam in Beatorum ordinem solemniter receptus, eo tempore quo se religiosæ vitæ accingebat, literis sacris in collegio Gandiensi una cum iis, qui eo venerant, hujusmet familiæ sodalibus imbutus. Nempe ab schola Valentina, in qua profitebatur, cum & vicario munere jam integrum ordinem rexisset, honorifica satis conditione ad id muneris a principe viro fuit accersitus. Quod quidem ab scriptore Hispano, qui Borgiæ res literis mandavit, partesque a nostro in ea re exercitas, sine ulla tamen ordinis sacri, ad quem pertinebat, mentione & laude retulit, dissimulatum indigne fert Alphonsus Ramon, sive Raimundus, ordinis Mercenariorum fratrum chronographus, lib. XIV. cap. III. *Miræ* hunc *eruditionis virum* appellat Franciscus Zumel in libro *Variarum disputationum ad primam partem, & ad primam secundæ D. Thomæ disputatione V. sectione I. conclusione IV.* Joannis Pinedæ testimonium laudans dicentis: *non tenui rerum cognitione Hieronymum nostrum ad summum illum nostræ fidei Lycurgum, anti-*

tiquiorem Hieronymum, prope acceſſiſſe, cujus mellitiſſimi commentarii tanto ceteris præſtant quanto divinam Aquinatis tam late diſperſam philoſophiam ceteris præſtare perſpicuum eſt. Viri ſingularem doctrinam cum fama hæc tum ſcripta palam faciunt. Plura in Philoſophicis, & nominatim in Phyſicorum Ariſtotelis fragmenta quædam ut audio ſcripſit, atque edidiſſe fertur. In theologicis hæc publicavit, ad formam commentariorum Cajetani cardinalis:

In Primam Partem D. Thomæ Commentaria, quæ reſpondent 1. libro Magiſtri Sententiarum. Valentiæ anno 1548.

In Primam Secundæ alterum volumen: utrumque nuncupatum Franciſco Borgiæ, Gandiæ adhuc duci.

Monoctium : ſive unius noctis opuſculum, an Chriſtus, ut homo, ſit filius naturalis Dei: ad Silveſtrum Prieratem Dominicanum, palatii Apoſtolici magiſtrum. Neapoli apud uxorem Marci Evangeliſtæ Papienſis anno 1525.

Contra Hæreticos unius diei opus: ad eumdem Prieratem. Neapoli in eadem officina. Cujus poſterioris operis meminerunt Franciſcus Alphonſus de Roxas in *Eccleſiaſtico* ſuo *Gubernatore* cap. XVIII. §. XVIII. Petrus de S. Cæcilio in libello *De ordinis ſui Scriptoribus*: & Gabriel Adarzo & Santander, Hydruntinus epiſcopus, in relatione ad nos miſſa.

Opuſculum de Immaculata Deiparæ Conceptione adjudicat Hieronymo Perezio, ſodali Mercenariorum, ſui ordinis Silveſter de Saavedra in lib. *De Sacra Deipara*, variis locis; ex eoque Alba in *Militia Conceptionis*.

Fertur Hieronymo biennio ante mortis tempus, quod jam olim de Alberto Magno, aliiſque antiquorum in vulgus promanavit, ſcientia & memoria prorſus excidiſſe.

F. HIERONYMUS PEREZ, ordinis Minorum, ſcripſit, Luca Wadingo auctore:

Sermones de Adviento. Cæſarauguſtæ anno 1625. in 4.

HIERONYMUS PEREZ DE NUEROS, Cæſarauguſtanus, theologus Societatis Jeſu, ſacrarum literarum profeſſor, ſcripſit:

Lapidicinam Sacram, ex qua eductus primus Lapis Sanctiſſima Virgo &c. Lugduni apud Joannem Antonium Hugetan & ſocios 1678. fol.

HIERONYMUS PEREZ DE SANVICENTE, Melitenſis equeſtris ordinis, vertit in vernaculam linguam:

Eſcuela de Contemplacion y mortificacion de paſſiones de Fr. Juan de Jesus Maria Deſcalzo Carmelita. Cæſarauguſtæ apud Petrum Lanaja anno 1615. 8.

F. HIERONYMUS PIRERIUS, ſeu PINERIUS, Luſitanus, ordinis Prædicatorum, epiſcopus titularis Salenus ut a domeſticis ſcribitur (neſcio cujus eccleſiæ in partibus infidelium, niſi Salonius aut Salonenſis ſit) & D. Henrici cardinalis, Portugalliæ Infantis, atque Eborenſis epiſcopi ſuffraganeus, vir a doctrina & Evangelica eruditione & eloquentia plurimum laudatus, ſcripſiſſe dicitur:

Tractatum de Reſurrectione Dominica & de illius tempore.

De Sacramentis Eccleſiæ.

Sermones plures de Tempore, & de Sanctis.

Bibliothecæ ultimæ *Dominicanæ* auctor Ambroſius Altamura, poſt veteres alios.

HIERONYMUS PLA, Valentinus, ingenuarum artium magiſter, ſcripſit, Morla teſte in præfatione *Emporii Juris*, in qua Valentinos plures literarum ſtudio ſpectatos celebrat:

In Logicam, & Phyſicorum libros Commentaria.

F. HIERONYMUS PLANES, Majoricenſis, ex Inca hujus inſulæ oppido, ut ſcribit Antonius Panes part. 1. *Hiſt. Prov. S. Joannis Bapt.* lib. IV. cap. II. ordinis Minorum Strictioris Obſervantiæ lector emeritus, & provinciæ ſuæ S. Joannis Baptiſtæ non ſemel præfectus, edidit:

Examen de Revelaciones verdaderas y falſas, y de los raptos. Valentiæ anno 1634. 4. apud viduam Chryſoſtomi Garriz.

Sermones varios. Majoricæ 1623. in 4.

Deceſſit Majoricæ inter Carthuſianos, quorum clauſtris ſe incluſerat. Vide Vincentium Mut in *Hiſt. Balear.* tomo 2. lib. 8. cap. 12.

HIERONYMUS POCH, Catalanus ut videtur, ſive juriſconſultus, ſive medicus, nam utrique arti non diſconvenit argumentum, ſcripſit ut audio:

De Natura malitia ætatem ſuperante, & de impotentia ad copulam carnalem opusculum. Gerundæ 1637. 8.

D. HIERONYMUS DE PORRAS, Antiquarienſis, edidit:

Rimas varias. 1639. 8.

Obiit XXIX. Decembris MDCXLIII.

HIERONYMUS DE PORRES, medicus doctor, dedit popularibus ſuis vulgarem:

La Pharſalia de Lucano en octavas. Quam cum annotationibus fratris ejus, monachi Eſcu-

curialensis ordinis S. Hieronymi, vidit MS. in fol. D. Thomas Tamajus.

HIERONYMUS DE PORTOLES, Balbastrensis ex Aragoniæ regno, juris utriusque doctor, Cæsaraugustanæque nonnusquam scholæ professor, jus ibi Canonicum interpretatus est. Inde foro mancipavit egregiam diu operam, causidicinam exercens, cumque initiatus jam esset sacris Romam cogitavit, Petri Lunelli præsulis Cajetani, Antoniique abbatis S. Pancratii subnixus gratia, quibus fortasse officium suum interponentibus beneficium ecclesiasticum, seu plebaniam (quod proprium gentis verbum est) de Badenas obtinuit. Magno hunc ingenio, multaque doctrina, necnon & singulari ajunt prudentia floruisse. Opera nobis hæc reliquit:

In Repertorium Fororum & Observantiarum regni Aragoniæ Michaelis Molini Scholia: duobus tomis. Cæsaraugustæ anno 1587. & 1590.

De Consortibus ejusdem rei & fideicommisso legali. Cæsaraugustæ anno 1584 in 4. Pampelone 1619. apud Nicolaum de Assiain.

Item vulgari lingua:

De la jurisdiccion de los Jurados de la ciudad de Daroca. Cæsaraugustæ 1590. 4.

HIERONYMUS DE PRADO, Beaciensis natu, Sacra Biblia in gymnasio patriæ urbis, ornatus jam doctorali pileo, interpretabatur, cum sæculum perosus, sexque supra viginti annos natus, religiosæ vitæ sacramento sese inter Jesuitas pie obstrinxit. Quo admissus humaniorum prius disciplinarum quasi prævia, deindeque Sanctarum Scripturarum solidiore doctrina juventutem imbuit domesticam. Cordubæ in collegio insignes, ante alios, auditores Joannem Pinedam & Ludovicum Alcazar, utrumque Hispalensem, Joannemque Baptistam Villalpandum, Cordubensem, quorum postea fuit magnum de his literis meritum, sortitus. Paraverat in *Ezechielis Prophetiam* commentaria, quæ ut pulchriore forma, vivoque cælatorum opere, non satis apud nos forte idoneorum, exposcente id novæ ac singularis commentationis dignitate, illustriora emitteret, Romam profectus est. Quin tamen fieri posset voti compos, immaturo exitu, quippe in ipso adhuc ætatis flore positus, universæ viam carnis non diu post ingreditur. Prodierunt tamen postumi anno, qui consequutus est proxime illius mortem:

In XXVI. *priora Ezechielis capita commentarii.* Quos nempe Joanes Baptista Villalpandus, sodalis ac discipulus, curæ atque editionis comes, lampadem sibi traditam gnaviter gestans, una cum suis in reliqua capita *commentariis*, sed his quidem cum Prado olim collatis, Philippo II. Hispaniarum Rege magnificentissimo impensas præstante, Romæ apud Aloysium Zannetum foras dedit anno 1596. in folio.

Inedita adhuc alia apud suos reliquisse dicitur, nempe:

In Esaiam, Zachariam, Micheam Prophetam, & in *Pauli ad Galatas, Ephesios, Colossenses, Hebræos Epistolas.*

Vir fuit pusillo corpore maximas animi vires, præstantissimumque ingenii præcellentis robur gestans, integritate morum eximius. Obiit annum agens XLVIII. idibus Januarii MDXCV.

HIERONYMUS PUJADES, jurisconsultus, Barcinone editus, legum studio Ilerdæ operam dedit, facultatemque docendi atque insignia primo ac nonagesimo anno sæculi superioris accepit. Comitatus Empuritani assesor ordinarius fuit aliquot annis, & commissarius ut vocant generalis. Convertit autem fere se totum ad conscribendam, sermone vernaculo gentis, patriam historiam, quam, si fabulosarum quarumdam originum nævi non deturpassent, ut illa Barcinonis aliæque, in quibus destituit eum sagax rerum atque ævi sepositi judicium, prudentia de cetero ac sedulitas non parum commendare possent. Prodiit ejus prior pars hoc titulo ornata:

Coronica universal del Principat de Catalunya: nempe ab origine ipsa gentis ad captivitatem usque Arabicam. Barcinone apud Hieronymum Margarit anno 1609. in folio. Posteriorem, cujus ipse auctor spem fecerat, nondum typi vulgarem nobis fecerunt. Credo & hujus est:

Discurso sobre la justa asistencia de los Consilleres de Barcelona y Sindicos de la Generalidad de Cataluña. Barcinone apud Hieronymum Margarit anno 1621. 4.

HIERONYMUS DE QUINTANA, Matritensis, nosocomii rector de la Latina nuncupati, quod Beatrix Galindo Salmantina, Isabellæ Reginæ Catholicæ in Latinis magistra, rarum illius sæculi ornamentum, impensis suis erexit. Probatæ virtutis atque integerrimis moribus sacerdos, in lucem emisit, gratitudinis in patriam atque pietatis ergo:

Historia de la Antiguedad, nobleza y grandezas de la muy antigua, noble y coronada Villa de Madrid. Matriti ex officina regni anno 1629. in folio.

Historia del Origen y antiguedad de la venerable y milagrosa Imagen de Nuestra Seño-

ñora de Atocha. Ibidem anno 1637. Necnon, & quod nomine tenus novi opus:
Convento espiritual.

HIERONYMUS RAMIREZ, elegans ac disertus poeta, de cujus patria & vitæ conditione nihil compertum habeo nisi quod Georgius Cardosus in schedis MSS. ad *Bibliothecam Lusitanam* facit eum Eborensem ejus regni, scripsit carmine:

De Raptu Innocentis Martyris Guardiensis libros VI. Matriti anno 1592. in 4. Videlicet rarum Hebraicæ obstinationis & sævitiæ exemplum refert, hoc est, puerum Guardiæ oppidi in Carpentanis, ad imaginem & opprobrium veri Dei & Salvatoris Jesu-Christi, ab impia Judæorum manu per rarissima tormenta, atque ultimum crucifixionis, mactatum. Quod impium facinus non apud nos tantum admissum ab eis fuit, nam simile aliud factum ab Angliæ regni Judæis integro narravit libello Thomas quidam, Monemetensis monachus, sub Henrico II. Rege circa annum MCLX. testibus Balæo, Lelando, Pitseo *De Scriptoribus Anglicis.* Et Joannes Mathias Tyberinus anno MCCCCLXXV. Tridenti descripsit martyrium Simonis, innocentissimi pueri, a Judæis crudeliter necati, quod transcripsit Surius XXIV. Martii.

Epithalamium de nuptiis Philippi II. Hispaniæ Regis Catholici & D. Annæ maximæ Romanorum Imperatricis filiæ: editum fuit in Joannis Lupi de Hoios vernaculo libello: *Del Recibimiento de la Reyna Doña Ana de Austria en la Villa de Madrid.*

F. HIERONYMUS RAMIREZ DE ARELLANO, Minorum fratrum Strictioris Observantiæ Sancti Gabrielis provinciæ sodalis, concionator Apostolicus, trium linguarum peritus, multæque & variæ lectionis, opus edidit Sanctorum PP. doctrina refertum, verbi Dei præconibus utilissimum, ut Waddingus ex vero censet. Huic titulus:

Stroma, para el cap. XIII. de San Juan &c. *con varias exposiciones literales y morales en la parte que del se canta el Jueves Santo que llaman el mandato.* Compluti 1606. 4. In hujus operis præfatione fidem suam obstrinxit, si vita suppeteret, pro alterius operis *De Republica Hebræa* editione.

F. HIERONYMUS RAMOS, nisi idem sit cum Hieronymo Romano, scripsisse dicitur Lusitane:

Coronica del Infante D. Fernando que morreo em Fez. Olisipone anno 1577. in 8. Plane utrumque, & Ramum hunc & Romanum simul laudat Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano* die XX. Aprilis. pag. 653.

HIERONYMUS DE LOS RIOS TORQUEMADA, scripsit:

Ultima y final batalla del hombre; declarando el Psalmo CXX. Pinciæ apud Andream Morejon 1593. 8.

HIERONYMUS DE RIPALDA, ex Teruelensi urbe in Aragoniæ regno, patrem habuit Bernardinum, medicæ artis professorem. Compluti vero instituto patrum Jesuitarum se mancipans, virtutum insigni exemplo, doctrinæque tum domestica in prælectionibus theologicis, tum publica ad populum insinuatione ætatis suæ præluxit æqualibus. Idque non in postrema existimationis parte ponendum est quod sanctissimæ illius angelicæque animæ, cujus in fastis ecclesiasticis hodie jam nomen signatur inclytum, Teresiæ de Jesu virginis confessionibus aliquando præfuit. Virum ostendunt opuscula duo pia valde, foras ab eo emissa:

Suave Coloquio entre Dios y el Pecador. Ilerdæ anno 1618. in 16. Matriti autem prius cum hac inscriptione: *Razonamiento que hace el Pecador a Dios.* Apud Michaelem Serrano 1614. 8.

Libro de la Doctrina Christiana. Is pretio brevitatem compensans editus sæpe, Matriti anno 1620. in 8. novissimeque correctior anno 1633. Cum iconibus olim Augustæ in 8. 1616. Matriti nuper recoctus est anno isto 1671.

Toleti non sine sanctitatis opinione obiit annis quatuor & octoginta natus anno MDCXVIII.

F. HIERONYMUS RODRIGUEZ, Lusitanus, Emmanuelis Roderici, Franciscani sodalis scriptorum celebritate sat bene apud omnes noti, ex fratre nepos, ipse in Sancti Jacobi provincia & Salmantina domo eidem sacro instituto initiatus, sacras literas profitebatur in ea ipsa schola quo tempore edidit:

Emmanuelis Roderici Quæstiones Regulares & Canonicas enucleatas, sive Resolutiones quæstionum Regularium ad formam Compendii redactas: cum accessione plurium resolutionum, notarum, retractationum, & additionum. Lugduni 1634. in 8. & 1630. in 4.

F. HIERONYMUS RODRIGUEZ DE VALDERAS, Pincianus, Mercenariorum sodalis, sacræ theologiæ magister, post repudiatum insulæ S. Dominici archiepiscopatum consensit tandem ut Pacensis ecclesiæ regimini præficeretur a die XVI. Aprilis MDCLXII. dein & Gienensis a die IX. Apri-

Aprilis MDCLXVIII. quod postremum etiam nunc laudabiliter versat onus. Vir pietate in Deum, æqueque in proximos caritate spectatus, fructuosissimus & prudentissimus viæ spiritualis dux, scripsit:

Compendio de las Constituciones y de todas las Actas de su Religion confirmadas por su Santidad. Matriti in 8.

F. HIERONYMUS ROMAN, Lucroniensis, ordinis Eremitarum, quem in monasterio suscepit Harensis oppidi Calaguritanæ dioecesis. Studia olim puer, atque inde ephebus, cane pejus & angue ut dici solet, ingratissimus ob id parentibus Martino Romano Agnetique a Zamora, Lucroniensibus civibus, aversabatur, a quibus hoc nomine quasi abalienatus, tandemque domo ejectus, cum se ad incitas delatum perspiceret, in eam sodalitatem tanquam ad asylum indignationis eorum confugit. Nec statim (ut de se ait) sed post aliquod tempus, cum præfecti sui cujusdam severa reprehensio in desidem, sed non præfractæ indolis animum alte descendisset, icta cum studiis pace, ab eo jam die sic pertinaciter libris hæsit ut alium prorsus hominem, non ex inerti alacrem factum atque industrium, putares. Historiæ imprimis totius veteris, tam sacræ quam profanæ, summam eruditionem consequi, multaque hujus studii in longum ævum editis commentaris dimittere, opus sibi atque otii sui negotium proposuit. Quo quidem inito consilio, animadversoque, nisi labore multo & vigiliis atque animi constantia diu contenderet, voto suo ut frueretur, successu rem vero similiter carituram, summa ope diligentiaque inexpugnata, veterum omnium Hebraicæ, Græcæ Latinæque historiæ scriptorum monumenta pervolvit, ac res Christiani temporis, præsertim familiæ Eremitarum nostræque gentis proprias, exquisite didicit. Nec eo contentus, lustratis diu curiosa peregrinatione pluribus Europæ regionibus, authentica instrumenta, quorum fides vacillare nequit, plurima, excutiens omnia fere archia domestica, e tenebris in lucem produxit, atque in rem ipsam, locis quæque suis, fideliter contulit. Munere quippe ei collato generalis chronographi totius ordinis, nihil ultra rei erat, quod auctoritate publica venientem ab iis excluderet. Nec tamen immensæ hujus lectionis ac diligentiæ solidam sibi laudem apud nostros homines comparare potuit, qui in tam vasta rerum ingenio ab eo versatarum mole, judicii plus atque examinis, non perverse æstimantes iniqueve, desiderant. Ejus hæc opera lucem aspexerunt:

Chronica de la Orden de los Ermitaños de San Augustin: centuriis XII. hoc est annorum MCLXXX. historia temperata brevitate pertexta. Salmanticæ anno 1569. in folio. Rursusque ab hoc diversum opus:

Primera parte de la Historia de la Orden de los frayles Ermitaños de San Augustin. Compluti anno 1572. in folio. Simulque:

El Defensorio por la antiguedad de la misma Orden.

Republicas del mundo: XXVII. libris, duobusque voluminibus. Medinæcampi 1575. in folio. Deinde auctiores Salmanticæ post vicennium anno 1595. apud Joannem Fernandez: scilicet de rebuspublicis Hebræa, Christiana, Gentilica, sive Romana, Moscovitica, Veneta, Genuensium, Helveticorum, Æthiopum, Anglorum, Lucensium, Ragusina, Indica, Tartarica, Sinica, Turcica atque Fezensi.

Historia de la vida de los dos religiosos Infantes de Portugal D. Fernando hijo de D. Juan I. y Doña Juana hija de D. Alonso V. Medinæcampi anno 1595. apud Santlagum del Canto.

Vida de San Nicolas de Tolentino. Cæsaraugustæ anno 1600. in 8.

Historia de la vida del muy religioso varon Fr. Luis de Montoya de la orden de S. Agustin. Olisipone 1588. in 8. Hanc tamen Thomæ a Jesu, alias de Andrada, discipuli ejus, esse monuit nos Georgius Cardosus *Agiologii Lusitani* volum. II. die XVII. Aprilis, lit. d.

Inedita adhuc latent, in Salmanticensi ut ajunt domo relicta, & ab illustrissimo D. Fr. Augustino Antolinez, ex sodali ejusdem domus Compostellano antistite, dum viveret possessa, quæ sequuntur, hodie jam ut credere par est deperdita:

Historia Eclesiastica de España: unico, sed vasto, volumine conscriptum in senectute opus; & quod ante alia Romani placebat Antonio a Yepes, Benedictinorum sodalium chronographo clarissimo; ut ipse de se affirmat centuria secunda ad annum DCLVII. cap. III. Pertingebat ab adventu Salvatoris nostri usque ad annum MCDLXXIV.

Sagrada Chronica Hebrea: tomis tribus.

Annales de la Orden de S. Agustin: volumen unum, sive id majoris operis primum dicendum sit. Thomas Herrera Augustinianus in *Alphabeto* hujus *ordinis* horum duntaxat meminit; sed ipse de se melior testis auctor, in editione ultima Rerumpublicarum in epistola nuncupatoria & prologo, hæc etiam laudat:

Las Monarquias. Hujus in prædicta epistola mentionem habet.

Catolica Historia de los Santos de España: cen-

centuriis XVI. cui pangendæ majorem Hiſpaniæ partem ſe ait peregrinatum. Hujus recordatur F. Antonius de Purificatione in *Chronico Provinciæ Luſitanæ Eremitarum* I. parte, lib. II. tit. II. §. V. folio 175. In bibliotheca comitis de Villaumbroſa tomo 12. Miſcellaneorum fol. 96. legitur: *Cenſura y advertencias ſobre las dos partes de la Hiſtoria Catolica de Fr. Geronimo Roman.* Præter hanc bona ex parte confectum aliud de Sanctis opus:

Flos Sanctorum, ſecundum ordinem Breviarii Romani, ad veritatis trutinam perpenſum.

De la Predicacion del Santo Evangelio por todo el Orbe de la tierra. Georgius quoque Cardoſus in *Agiologio Luſitano* pleraque alia Romani laudat opera, ſcilicet:

De las tres Ordenes militares de Portugal: die XX. Martii, pag. 263.

Hiſtoria de la real caſa y monaſterio de Santa Cruz de Coimbra: die XXV. Martii, pag. 308. & XV. Aprilis, pag. 585.

Hiſtoria de Braga. II. Aprilis, pag. 400. & XIV. ejuſdem, pag. 564.

Hiſtoria da Sereniſſima Caſa de Braganza: XXVIII. Maji, lit. e. in fine.

Hiſtoria do Convento de Alcobaza: XV. Junii, lit. a.

Nil horum typis fuit hactenus publicum factum, obeunte ſcilicet auctore ipſo, qui melius aliis poterat, Medinæ Campi circa annum MDXCVII.

HIERONYMUS ROMAN DE LA HIGUERA, Toletanus, ſacerdos jam ac theologus doctor, philoſophiæque publicus ejuſdem urbis gymnaſii profeſſor, anno MDLXIII. Compluti ſodalitio Ieſuitarum ſe aggregavit. In eo ad decrepitam uſque ætatem vixit humanitatis ac totius hiſtoriæ, geographiæque, præſertim noſtri regni & gentis, ſtudio ante alia deditus, quo nomine ab omnibus fere, quibuſcum vixit, antiquariæ rei curioſis non perfunctorie commendatur. Plane induſtriam ejus & diligentiam ſummis in cœlum uſque laudibus efferunt vulgo noſtri homines, qui, cum fallere neſciant, falli ſe ab aliis poſſe haud facile credunt, qua ditaſſe nos ille dicitur quibuſdam veteribus chronicis, atque aliis nuſquam antea viſis antiquitatum Hiſpanarum monumentis: quibus mirum valde eſt quam obnoxii ac venerabundi hujus ſæculi homines, atque in iis non pauci ex noſtratibus necnon & exteris, docti ſagaceſque aſſurrexerint. Quæ tamen alii, exterorum nempe eruditiſſimus quiſque, noſtrorumque hi qui ratione magis quam præjudicatis ducuntur opinionibus, ſive conſcio ſive ignaro eo, fuiſſe conficta, atque his hiſtoricis, quorum nomina præ ſe ferunt, ſuppoſita, luculentioribus in dies argumentis convicti, liquido ipſi credunt, nec minus ſperant perſuadere aliis ſe, ad rem qui adduxerint mentem doceri cupidam, facile poſſe. De *Chronicis* loquor Flavii Lucii Dextri, M. Maximi Cæſarauguſtæ epiſcopi, una cum Helecæ Braulioniſque ſucceſſorum fragmentis, Luitprandi Ticinenſis diaconi, Julianique Toletani archidiaconi; necnon eorumdem Juliani & Luitprandi *Adverſariis*, quæ edita omnia ſunt; ac ſi Deo placet, ineditis aliis, quorum ipſe Hieronymus, & ab eo moniti alii meminerunt, S. Athanaſii primi Cæſarauguſtani præſulis *Fragmentis*; Feſti Avieni opere *De mediterraneis Hiſpaniæ urbibus*; Iſidori Pacenſis *Epitome temporali*; Joannis Ægidii Zamorenſis ad Juliani Chronicon *Additionibus*, & hujus notæ aliis. De quibus omnibus, & ſuppoſitionis flagitio, Deus nobis otia ſi fecerit, accurate ſumus alio tempore tractaturi. Scripſit quidem noſter, ſed non edidit, vulgari ſermone:

Hiſtoria Ecleſiaſtica de la Imperial Ciudad y Reyno de Toledo: quam octo voluminibus contentam domus Toletanæ patres ſervant, quo ex archetypo ſua tranſcripſerant exempla D. Laurentius Ramirez de Prado, D. Petrus de Roxas, Moræ comes, D. Hieronymus Maſcareñas, Regii ſenatores. Hujus tum ipſe meminit, fetum agnoſcens, in *Notis* paulo poſt laudandis ad *Luitprandi Chronicon* anno DCXXXIV. cum alii, Ægidius nempe Gonzalez Davila, Joannes Tamajus Salazarius, atque ipſe D. Petrus de Roxas, Moræ comes.

Geografia general de Eſpaña: quam habere ſe perfectam lib. II. cap. III. hujuſmet *Hiſtoriæ Toletanæ* affirmavit: ad quam & refert ſe in *Notis ad Luitprandi Chronicon* anno DCXVIII.

Martyrologio Eſpañol: conſarcinatum totum ex iſtorum Chronicorum laciniis, quod penes D. Laurentium Ramirez de Prado reliquit auctor, uti refert Joannes Tamajus *Martyrologii Hiſpani* tomo II. ad diem III. Martii, quoque Tamajus ipſe paſſim utitur.

Hiſtoria de Carlo Magno: ſi credimus Franciſco Caſcales diſcurſus XX. cap. XII. *Hiſtoriæ urbis Murciæ* affirmanti.

Nobiliario de los Linages de Toledo: MS. in bibliotheca Villumbroſana, cujus meminit Thomas de Herrera in *Hiſtoria monaſterii Salmanticenſis fratrum Eremitarum* cap. XI. & laudatus jam comes de Mora in *Hiſtoria Toletanæ urbis*, qui & attribuit ei ſequentia opera:

De la venida de Sant-Iago a Eſpaña.

De la Descension de Nuestra Señora a la Santa Iglesia de Toledo.

Desensa de las Reliquias del Sacro Monte de Granada.

Historia del levantamiento de los Moriscos de Granada.

Historia de la Ciudad de Cuenca.

Historia de la Ciudad de Plasencia.

Historia de Caravaca.

De los Montes y Rios de España.

Comentarios a Marcial. Si non ii Latini fuerint: qua etiam lingua Latina elucubrasse dicitur:

In Fl: Lucii Dextri Chronicon notas.

In Luitprandum quoque *Ticinensem*: quæ quidem una cum aliis D. Laurentii Ramirez de Prado in editione Plantiniana anno MDCXL. Luitprandi operum prostant, quibus annexum it Hieronymi nostri:

Diptycon Toletanum, sive de Tabulis Toletanis Episcoporum Primatum ejus Sedis.

In Chronicon item *Juliani Petri Notas.*

Poema de Sancto Torpete Martyre: duobus libris, plusquam DC. versuum, D. Theotonio Brigantino, Eborensi præsuli, nuncupatum: penes se habere ait Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano* die XXIX. Aprilis, pag. 960. quod incipit *Martyrii sacrosancta* &c.

Laudantur alii ejus tractatus a diversis, nempe:

Un Memorial por Santa Victoria Martyr Española. Cujus meminit Joannes de Bilches Jesuita in *Sanctis* suis *Giennensibus*, parte III. cap. XV.

Vida de San Narcisso.

Antiguedades de Badaxoz.

Vida de San Mancio.

Historia de Merida. Quatuor hæc laudat idem Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano*, die XVIII. Martii, pag. 221. & XXV. pag. 307. & XII. Aprilis, pag. 531. & XIII. ejusdem, pag. 545.

La Lusitania, sive ejus descriptionem & antiquitates: die XX. Aprilis, pag. 652. qui die etiam XXIII. pag. 694. refert MS. servari hoc opus in bibliotheca D. Petri de Lancastro, & ex Matrito in Portugalliam transportatum fuisse a D. Michaele de Castro, Visensi antistite. Item:

Historia de la Ciudad de Braga: quæ vel hujus *Lusitaniæ* pars, vel, quod magis credo, diversum est opus. Meminit certe ejus idem Cardosus tertio volum. die III. Junii, pag. 517.

Nobiliario de la Casa de los Toledos y de las casas y mayorazgos en que se divide, con un discurso de la Casa de S. Ilefonso donde hoy está la Casa Profesa de la Compañia de IHS, sacado de algunos fragmentos de Alvar Gomez de Castro, y de instrumentos antiguos. Servatur MS. in folio in bibliotheca quæ fuit comitis de Villaumbrosa.

HIERONYMUS DE ROSALES, nescio quis, edidit:

Caton Christiano. Matriti 1652.

HIERONYMUS DE LA RUA, Toletanus sacerdos, in schola ejusdem civitatis philosophiæ prius, dein theologiæ, docendæ munus academiæ publicum gerens bonas horas impendit, cujus studii profectum, auctorisque sui doctrinam & ingenium abunde ostendunt:

Controversiarum Theologicarum partim positivarum, partim scholasticarum Partis primæ duo volumina, seu tomi: quorum prior hæc continet: *Positivas* quinque *De Libris Sacris & Canonicis. De Codicibus Hebraicis Sacræ Scripturæ. De Paradiso, & in eo asservatis sanctis hominibus. De Festis & jejuniis Hebræorum. De Sacerdotibus & Levitis.* Totidemque *Scholasticas*: *De Unitate Dei. De Constitutione divinarum personarum. De Angelis. De Statu primorum hominum. De Constitutione Peccati.* Posterioris tomi sunt *Positivæ* quatuor: *De Matrimoniis Hebræorum. De Prophetia. De Hebdomadis Danielis. De Sensu literali quatuor primorum versuum Psalmi XVIII.* Et *Scholasticæ* quatuor: *Num Homines post peccatum boni aliquid præstare possint. De Meritis, quæ dicuntur de congruo & de condigno. Num humanitas Christi & Sacramenta causare possint in nobis gratiam. An in Christo fuerint scientia, linguarum genera, insuper & Prophetia, necnon & timoris donum.* Præcedit has controversias proloquium, sive colloquium, in quo *an expediat viro theologo conceptus suos in lucem edere* disceptatur. Prodiit hoc opus Matriti 1619. in folio, cum primum Romæ lucem vidisset typis Vincentii Accolti 1584. folio.

F. HIERONYMUS RUIZ, ordinis Minorum, reliquit in cœnobio Sancti Francisci Matritensis MS.

Alma aventurera: hujus nempe inscriptionis credo metricum opus, de quo Petrus Alba in *Militia Conceptionis.*

HIERONYMUS RUIZ CAVALLERO, qui auctor extat in bibliotheca comitis de Villaumbrosa, scripsit:

Memoria y relacion de la toma de la Fortaleza de Caliba en la India Oriental, por D. Alfonso de Noroña Virrey de la India: & adjungitur *Compuesta por el Licenciado Geronimo Ruiz Cavallero año de* 1551. MS. in fol.

D.

D. HIERONYMUS RUIZ DE CORELLA, comes Conteſtanorum, atque Almenaræ marchio, ſcripſit:

Teatro y deſcripcion del Mundo y del tiempo. Antuerpiæ apud Belleros 1614.

HIERONYMUS RUPEUS, vulgo ut credo DE LA PEÑA, Medinenſis, auctor eſt:

Commentariorum philoſophiæ moralis lib. III. qui Pariſiis editi fuerunt apud Franciſcum Stephanum in 8. anno 1537.

HIERONYMUS DE SALCEDO, Matritenſis, ex familia Clericorum Regularium Minorum, Salmanticæ primum, atque inde apud exteros in theatro maximo ingeniorum ac literarum, Romana urbe, profeſſus fuit theologiam, jamque geſtis ibidem aſſiſtentis generalis, necnon & apud nos præpoſiti provincialis muneribus, Romam iterum redire opus habuit Regius concionator, ſupremi rerum Fidei ſenatus a conſultationibus theologicis, in comitatu D. Ludovici Creſpi & Borgia, Placentini præſulis, Regii ad Alexandrum Papam VII. pro negotio Immaculatæ Deiparæ Mariæ Conceptionis extra ordinem legati, regnorum ipſe Hiſpaniæ nomine rem promoturus, vir moribus antiquis, perfecteque theologus. Scripſit primus:

Commentarios & diſſertationes Philoſopho-Theologico-Hiſtorico-Politicas in opuſculum Sancti Thomæ de Regimine Principum. Francofurti apud Philippum Gamonetum 1655. in folio.

Obiit Matriti Januario menſe MDCLXX.

HIERONYMUS SANCHEZ, neſcio quis aut unde homo, ſcripſiſſe dicitur:

Annotationes in Conſilia diverſorum. Venetiis 1577. in 4.

HIERONYMUS DE SANTISTEVAN, ſive a Sancto Stephano, ſcripſit:

Su Viage de Genova por el Cairo a la India y ſu buelta a Portugal. Extat Italice apud Ramuſium tomo I. *Navigationum.*

F. HIERONYMUS SANZ, Ciſtercienſis, Beniſacæ apud Valentinos, unde erat forte oriundus, in territorio Dertuſenſi monachus: abbatialem dignitatem ejus domus perpetuo ſibi, quod moris fuit, delatam, inſigne argumentum & exemplum demiſſi & caduca hæc omnia faſtidientis animi relinquens poſteris, ea conditione repudiavit, ut perpetuum olim munus in triennale reformaretur; quod accedente Pontificis eccleſiæ Maximi auctoritate in poſterum obtinuit. Hic cum ad hiſtoriæ opus potiſſimo ſtudio ferretur, teſtibus Chryſoſtomo Henrriquez in *Phœnice*, & Carolo Viſchio in *Bibliotheca Ciſtercienſi*, conſcripſit, forſan vulgari lingua:

Vitam Joannis II. Aragonum Regis. Item formavit:

Chronologiam, ſeu Genealogiam Regum Aragoniæ per modum arboris.

S. P. Benedicti Regulam vertit quoque in Hiſpanicum.

F. HIERONYMUS DE SAONA, ordinis eremitarum S. Auguſtini, doctor theologus, Barcinone primarius olim hujus doctrinæ floruit magiſter, inde ad ſtrictiorem Reformatorum diſciplinam ſe contulit. Ejus eſt:

Gerarquia celeſtial y terrena, y ſimbolo de los nueve eſtados de la Igleſia militante con los nueve coros de Angeles de la triunfante. Barcinone 1598. Conchæ 1603. 8. Item:

Diſcurſos de S. Juan y S. Pedro. Barcinone 1598. in 4. nempe uter eorum fuerit Jeſu Domino carior.

Denatus eſt anno MDCXXIV.

F. HIERONYMUS DE SEGORBE, Capuccinorum ſodalis, qui vulgo ex patriæ nomine dignoſci conſueverunt, edidit:

Navegacion ſegura para el Cielo. Valentiæ apud Philippum Mey 1611. in 8. laudatum non vulgariter opus a Luca Waddingo in *De Scriptoribus Franciſcanis* libro.

HIERONYMUS SEMPERE, domo ut videtur, aut gente ſaltem, Valentinus, ſcripſit, neque pura neque poetica dictione, opus inſcriptum:

Primera y ſegunda parte de la Carolea: ſive res geſtas Caroli Imperatoris, Hiſpaniarum monarchæ potentiſſimi, heroico verſu. Valentiæ 1560. in 8. apud Joannem Arcos.

HIERONYMUS SOLARIS, Clericus Regularis Minor, inſcribitur operi, quod editum audio circa annum 1665. hujus tituli:

La Mayor obra de Dios en ſiete dias de la ſemana.

HIERONYMUS SORIANO, Turuelenſis in Aragonia, doctor medicus, medicinam faciens in ea urbe ſcripſit:

Experimentos medicos faciles y verdaderos. Matriti 1599. in 8. Complutique 1612. in 8. apud Joannem Gratianum. Cæſarauguſtæ apud Angelum Tavano 1601. 8.

Metodo de curar las enfermedades de los niños. Cæſarauguſtæ 1600. in 8.

F. HIERONYMUS DE SOSA, ordinis

nis Minorum Obfervantiæ, lector theologiæ jubilatus in cœnobio S. Mariæ Novæ urbis Neapolitanæ, edidit:

Noticia de la gran Cafa de los Marquefes de Villafranca y fu parentefco con las mayores de Europa en el Arbol Genealogico de la afcendencia en ocho grados por ambas lineas del Excelentiffimo Señor D. Fadrique de Toledo Oforio VII. Marques de efta Cafa. Neapoli apud Novelum de Bonis 1676. in 4.

HIERONYMUS DE SOTO, miles ac peditum centurio, defcripfit:

Compendio de todas las Iflas y Fronteras que fu Mageftad tiene adjacentes a eftos Reynos de Efpaña, con las plantas de las fortificaciones de las Plazas hecho el año de 1627. Extat in bibliotheca comitis de Villaumbrofa Matriti MS. in fol.

F. HIERONYMUS DE SPIRITU SANCTO, olim DE OLIVARES, ex Mercenariis fratribus Reformatis Bæticæ provinciæ Sanlucarenfis cœnobii, publicavit:

Sermones de diverfas feftividades. Hifpali apud Andream Grande 1647. in 4.

Præfuit domefticis, ac diffinitoris generalis munere functus eft.

HIERONYMUS SUAREZ (an Jefuita?) fcripfit:

Vida del Padre Pedro Claver. Matriti anno 1657. in 8.

HIERONYMUS SURITA, quomodo ipfe audire voluit Latine fcribens, vulgo Çurita five Zurita, Cæfarauguftanus, in lucem editus fuit IV. die Decembris MDXII. Genitor ejus Michael Surita (nobilis hujus ab antiquo gentis origo eft Mofqueruela, oppidum communitatis Teruelenfis regni Aragoniæ) vetus familiaris aulæ Ferdinandi Regis Catholici, & Anna de Caftro mater. Complutenfi fcholæ, ac eruditiffimo ejus profeffori Ferdinando Nonio Guzmanio, alias Pinciano, utriufque linguæ Latinæ Græcæque non vulgarem cognitionem acceptam referebat. Adolefcens Caroli Imperatoris munificentiam, propter parentis ut credere æquum eft merita, propitiam fibi expertus fuit, a quo & continuus ut vocant familiaris Regiæ Caftellæ domus, & majorinus (Merino audit vulgo, curamque reipublicæ gerit) Barbaftrenfis atque Ofcenfis urbium anno fuperioris fæculi tricefimo creatus in Regiis literis, quæ alicubi etiam hodie funt, refertur. Coluiffe eum libros & omnigenam antiquitatem, & veram illam, quæ ex optimis ftudiis colligitur, gloriæ fegetem avidiffime amplexum fuiffe oportet eum, qui cum ad opus accinxit fe talem virum oftendit, cujus in relictis perfectiffimis undique monumentis commendatio in faftigio cujufdam, qua vix aliqua honeftior effe poteft, laudis, confenfu & confpiratione omnium tam civium quam exterorum, collocata eft. At quo minus fibi & literis dumtaxat viveret, conditio ei oblata in caufa fuit ducendi in matrimonio, cum fextum & vicefimum annum ætatis ageret, Joannam Garziæ de Olivan, Joannis Garziæ natam, qui fupremi fenatus Matritenfis caufarum Fidei patribus a fecretis erat, cujus adhuc viventis adjutor in minifterio, fuumque diem functi fucceffor fuit. Anno MDXLIII. in Germaniam fe contulit fuper ejufdem fenatus negotiis deftinatione fummi magiftratus, qui tunc erat D. Joannes Tavera, Toletanus antiftes, & S. R. E. cardinalis, Cæfarem confulturus: & MDXLVII. Ferdinandi Valdefii, qui in Religionis re tuenda eidem fucceflerat, nutu colligendis & in unum corpus adaptandis Apoftolicis omnibus literis (Brevia vulgus appellat) quæ ad Sancti hujus Officii pertinerent momenta, fedulam commodavit operam. Quo ipfo anno decretum fuit in comitiis Aragonenfibus ut confcribendæ gentis hiftoriæ chronographus publicis fumptibus exhibendus tunc primum crearetur, & ut hic effet Surita, quem utique parem huic muneri, civiumque fpei ac voto præfagæ omnium fuffragantium mentes conceperant. Ex eo tempore una cum Sancti Officii rebus, cui non tantum a fecretis, uti jam diximus, fed & a ratiociniis erat minifter, eam Hiftoriæ conjunxit curam, non quomodocumque & ut fere ab aliis folet, fed ex folemnibus atque irrefragabilibus undique conquifitis documentis formandæ, quam peregrinatio ejus in Italia Siciliaque ac per omnia Aragonenfis ditionis regna fatis fuperque omnibus prodit. Idonei hujus rei teftes funt Ambrofius Morales in *Apologia pro Aragoniæ regni Annalibus* ab eo confectis, quorum ftatim habenda eft mentio, atque adeo Surita ipfe lib. XVII. cap. XXIV. ubi acceffus ad Meffanam Siciliæ urbem fui meminit, bibliothecæque exquifitorum cujufvis pretii librorum, quos Gilifortis de Urfa (Julius Fortis Siculus a Joviano Pontano alicubi dictus) Benedictinis monachis, qui S. Placidi cœnobium fupra fretum, non longe a Tauromenia ædificatum, habitant, olim reliquit. Neapoli quoque notus fuit Iano Pelufio Crotoniatæ, qui humana eruditione ac facultate poetica in ea urbe cenfebatur, ut ex ejus metrica Suritæ commendatione paulo inferius adducenda colligere eft. Hæc ejus ex-

expeditio, vigesima die Octobris anni quinquagesimi supra sesquimillesimum cœpta, atque intra aliquot menses confecta, studiumque bene de patria longe ab ea merendi, atque omnes Aragonensis ditionis veteres provincias fidelis gestorum olim inibi enarrationis munere obstringendi, reverso in Hispaniam Suritæ felicissime, ut res ipsa loquitur, cessit. Philippus tunc temporis adhuc Princeps, de industria atque integritate ejus certior factus, cum primum regnare cœpit nostro in mandatis dedit, anno scilicet MDLVII. ut arcana omnia publicæ rei scripta, quæ in sacratioribus curiæ tabulariis custodiebantur, Indice libro comprehenderet, & ad archium Regium, quod Septimancis ad Durium flumen ex eo tempore exquisitissima habetur cura, perferret. Idem Rex anno MDLXVII. a secretis, ut vocant, Cameræ eum creavit; & post biennium Didacus, cardinalis Espinosa, præfecit excipiendis a Rege ipso responsis ad consultationes, quæ usquam fierent, Sanctæ Inquisitionis senatus, quem per id tempus moderabatur. Vitæ reliquum vacasse videtur maxime perficiendis Aragoniæ his Annalibus, quos triginta fere annorum opera, quot annis *Bibliotheca* sua Diodoro constitit Siculo, majori tamen fide, ab recuperari cœptæ a Mauris Hispaniæ temporibus usque ad Ferdinandi V. Catholici mortem confecit. Quo munere cum defunctus fuisset, egregiæque conceptæ olim de se opinioni respondisset, domi forisque æque clarus, obiit tandem in patria XXXI. Octobris (aliquantisper variat ab hoc die sepulcri titulus infra positus, nos tamen relationem sequimur Cæsaraugustanam ex libro desumptam, in quo chronographorum omnium Aragoniæ res Joannes Andreas Ustarrozius diligentissime comprehendit) anno MDLXXX. ætatis suæ LXVIII. cœnobitas inter Hieronymianos S. Engratiæ Martyris, in quo monasterio jam ab aliquo tempore, sæcularis licet, religiosam vitæ normam sequebatur. Librariæ supellectilis heredem reliquit Aulæ Dei monasterium Carthusianorum ejusdem territorii Cæsaraugustani, unde anno demum MDCXXVI. exportata est major librorum pars ad Escurialensem bibliothecam. Sepulcro ejus ita inscripsit Hieronymus Surita de Olivan filius:

Hieronymo Suritæ Michaelis filio,
Gabrielis Nepoti, Cæsaraugustano,
Historiæ Aragoniæ diligentissimo
Atque electo Scriptori, patri benemerito
Hieronymus filius posuit.
Vixit annos LXVII. menses XI.
Obiit Cæsaraugustæ III. Non. Novembris.
Anno MDLXXX:

Sed Jacobus Falco, Valentinus, eques Montesianæ militiæ, poeta magnus, comprehendit viri laudes hoc tantum disticho:

Ingenium & candor Suritæ vivet opinor:
Vivet dum mundo carmen & historia.

Audiit certe is optime ab eruditissimo quoque superioris atque hujus sæculi, tam superstes quam fato functus, nempe: *Homo doctissimus* ab Antonio Augustino in *Antiquitatum* dialogo tertio. *Vir celebris, de rerum antiquitate benemeritus* a Cæsare Baronio *Annal.* vol. XI. ad annum MXCVIII. 49. *Vir doctus, & historiæ diligens scriptor* ab Andrea Resendio *Antiquit. Lusitanarum* lib. IV. *Gravissimus historicus, & locupletissimus nostrarum rerum scriptor* ab Hieronymo Blança in præfationibus ad *Aragonensium rerum Commentaria.* Item *vir magni judicii ac doctrinæ* a Gerardo Joanne Vossio *De universæ Matheseos natura* cap. LXX. §. 24. *Vir insignis* ab Isaaco Vossio, Gerardi ejusdem filio, in *Observationibus* ad cap. VI. lib. II. *Pomponii Melæ.* Testimoniorum Suritæ datorum peritiæ antiquitatis ab hominibus sui sæculi eruditissimis Petro Victorio lib. *Variarum* XXII. cap. XXIII. Gabriele Faerno in *Terentii Heautontim.* actu I. sc. I. & Ferdinando Nonio Pinciano in *Plinium*, atque item in *Melam notis* seu *castigationibus*, Andreas Scotus & Gerardus Joannes Vossius, proxime laudatus, meminerunt; cujus Scoti phrasim haud intelligens Vincentius Blascus Lanuza vituperatum iri ab his Suritam, quem vere summa excipiunt laude, in *Aragoniæ Historia* tom. II. lib. V. cap. XLVIII. non jure conqueritur. Antonium Possevinum adjungo in *Bibliotheca* lib. XVI. cap. XIV. Stephanum Garibaium lib. XXXI. *Compendii sui Historici regnorum Hispaniæ* cap. I. Aubertum Miræum in *Bibliotheca Ecclesiastica* volum. II. cap. CVIII. Hieronymum Ghilinum in *Theatro* Italico *literatorum hominum*, qui multus est in viri laudibus posteritati commendandis, Joannem Andream Quensted in *Dialogis de Patriis illustrium doctrina & scriptis virorum.* Displicuerunt quidem (ut variæ hominum sententiæ sunt) in his *Annalibus* quædam Alphonso Santacrucio Hispalensi, Regio historico, qui tamen tantum abfuit ut judicii sui approbatores invenerit, ut potius ansam porrexerit honestissimis hujus Historiæ defensionibus, quas apologiæ stilo ediderunt chronographi alii duo Regii, Joannes Paez de Castro & Ambrosius Morales, una cum *Annalibus* publici juris factas. Quorum prior multo majori industria ac diligentia conscriptam eam Historiam existimat quam credere quisquam possit hujusmodi rerum inexpertus; continereque utilissima plura ad co-

cognitionem antiquitatis, & civilem ac moralem prudentiam e pluribus monitis & exemplis, quæ passim in ea occurrunt, elicienda; atque nescire se tandem ait ullumne ab Hispano homine a multis annis opus historicum promanaverit quod Suritæ *Annalibus* conferri debeat. Posterior autem, Morales, incredibilem diligentiam adhibuisse nostrum affirmat, historiis omnibus Aragonensibus magna cum observatione perlectis, ut quæque retardarent in his lectorum non indoctorum animos, quæsitis aliunde argumentis, plana redderet; plures historias usque ad ætatem suam latentes ab eo fuisse inventas; in peregrinatione sua trium Aragoniæ regnorum Italiæque consuluisse Regum sepulcra omnia, excussisse publica tabularia, multiplicemque veterum instrumentorum, quæ a privatis custodirentur, suppellectilem, ex quibus ditissimum thesaurum confecerat. A quibus utique & a perpetuo hujus rei perficiendæ studio, sagacis ingenii magnique judicii dotibus, & linguarum Latinæ Græcæque, ac totius antiquariæ rei, cognitione adjumenta & auxilia sibi quam firmissima comparaverat. Egregium alterum Suritæ elogium notæ *ad Epistolam Eulogii Martyris ad Pampilonensem Episcopum* ejusdem Moralis continent, quæ *Hispaniæ Illustratæ* quarto volumine, seorsimque cum aliis Eulogii operibus editæ sunt: *Suavissimum* ibi ejus *ingenium, rarumque in literis judicium, utriusque linguæ singularem cognitionem, peritiam totius antiquitatis insignem, egregiam in scribenda suorum historia laudem, atque in magnis negotiis diu probatam prudentiam* honestissimis verbis commendat. Joannes denique Pelusius Crotoniata lib. III. *Lusuum*, Neapoli anno MDLXVII. editorum, sic ad Suritam, ac de eo:

Surita inclyte, quem Minerva parvum
Artes perdocuit bonas, deditque
Stilo scribere posse Liviano
Longas historias, & ore dulci
Versus fundere melle dulciores:
Si juncto pede quidpiam, aut soluto,
Juvat dicere Flandrico in tumultu,
Per musas & Apollinem rogamus
Sub dium rapias, tuique cantes
Philippi memoranda facta solum
A te, & historico, & bono poeta.
A me versiculos mea in Crotone
Factos accipies; tua polita
Pro doctrina & amore singulari,
Quo complecteris elegantiores,
Oro, deposita severitate,
Lege, & si finis ora per virorum
Ire, illi venerefque gratiasque
Inspira, & teneros tuos lepores.

Versus Suritæ non hic tantum, sed & Joannes Secundus Belga in carminibus suis laudavit. Sed jam ad lucubrationes ejus accedamus; scripsit nempe:

Anales de la Corona del Reyno de Aragon, sex tomis: quorum duo ultimi res gestas continent Ferdinandi V. Regis Catholici. Primum editi sunt decem priores libri Cæsaraugustæ anno 1562. Secunda editio, itidem Cæsaraugustana, est anni 1585. procurata ab auctoris filio Hieronymo Surita de Olivan, auctior & locupletior priore alia. Tertio eadem prodiit e collegio S. Vincentii Ferrer ejusdem urbis typis Laurentii de Robles anno 1610. Pars ejusdem Historiæ ex auctoris ipso exemplari, cum additionibus ab eo ad marginem scriptis, asservabatur olim in bibliotheca Olivariensi. Accessit: *El Indice de las cosas mas notables que se hallan en la Historia de Aragon.* Cæsaraugustæ anno 1604. in folio: qui quorumdam sodalium Jesuitarum collegii Cæsaraugustani formatus fuit industria, ut monet Ustarrozius in *Defensione patriæ S. Laurentii*, pag. 172. In hoc opere nonnullis olim displicebat scriptoris prolixitas, longam eorum seriem, qui factis interfuerunt, passim texentis, quam culpam explicare possent Pauli Jovii de Polidori Virgilii *Britanica Historia* his verbis: *Alieno potius arbitrio quam suo intexuisse multa in gratiam gentis existimatur, quod in recensendis minorum ducum nominibus, tanquam gloriæ avidis, plurimum indulserit*; nisi prudentes quique, & suarum antiquitatum & majorum amantes, jure sibi placuissent in prolixioribus his rerum gestarum, virorumque recensionibus. Nec enim historia fida esset antiquitatis nuncia si, rerum capitibus contenta, præcipuos earum auctores tantum celebraret, quod in rebus longe a memoria dissitis vix aliter potest, non autem civium fortia omnia & inclyta facta, quorum locuples etiam nunc memoria extat, una cum eorum nominibus, qui clari ipsi alias & genere aut virtute pollentes rebus interfuerunt, curiose distincteque referret. Inflammantur quippe, magno publicæ rei beneficio, concipiuntque vires & animos lectis hujusmodi commentariis posteri eorum qui laudantur; atque adeo, id quod de orationibus summi rhetoris ab non nemine dictum eam scilicet optimam esse quæ longissima, id ipsum de Suritæ Annalibus usurpari debere a prudentissimis non semel audivimus.

Vulgaris linguæ alia inedita manserunt, nam apud varios hæc laudantur:

Memorial de las Casas antiguas de Aragon: quod laudat Ustarrozius in *Notis* ad librum *Coronationum* pag. 72. magni pretii nobiliarium, licet nondum ad ultimam

mam limam redactum, exiſtimans.

Annotaciones al Conde D. Pedro de Portugal, ſive ejus genealogicum opus auro contra non carum.

Annotationes a la Hiſtoria de D. Pedro Lopez de Ayala: ſcilicet Caſtellæ Regum Petri, Henrici II. & Joannis I. quas una cum ſuperioribus poſſidebat, retulitque in ſuo *Theſauro Genealogico & Hiſtorico*, manu exarato, Gundiſalvus Argote de Molina. Extant Matriti in bibliotheca Villumbroſana.

Hiſtoria del Rey D. Henrique III. de Caſtilla: quam ſeorſim ab aliis idem Gundiſalvus laudat. MS. eſt in eadem bibliotheca. Continuare forſan voluit noſter ſuperiorem Hiſtoriam D. Petri Lopez de Ayala, in qua ſibi placuiſſe videtur, ut ex annotationibus ad eam factis colligere poſſumus, ſive cœptam ab eodem Ayala hujus Regis vitam, ut audio, ſupplemento annorum, ad quos ille non pervenerit, integram redidit.

Latina ejus opera ſequuntur:

Indices rerum ab Aragoniæ Regibus geſtarum, libris tribus: ſcilicet a Sarracenica Hiſpaniarum expugnatione uſque ad Martini Regis obitum. Cæſarauguſtæ anno 1578. Deindeque *Hiſpaniæ Illuſtratæ* volumine III. Adjunxit his auctores duos rerum Nortmannicarum, nunquam antea editos:

Gaufredi Monachi de Acquiſitione regni Siciliæ, Calabriæ &c. per Robertum Guiſcardum & fratres Nortmannos Principes: quatuor libris. Et:

Alexandri Celeſini cœnobii Abbatis de Roberti Siciliæ Regis rebus geſtis totidem libros: una cum *fragmentis ex Chronico Ptolemæi Lucenſis* ad hujus hiſtoriæ tempora ſpectantibus. Hiſtoriam hanc Gaufredi, ut ſe vocat, Malaterræ invenerat in Sicilia Joannes a Vega, vir ampliſſimus, dum pro Rege publicam rem adminiſtraret, ut monet D. Joannes Bertrandus a Guevara in *Diſcurſibus de Monarchia Siciliæ* vernaculis Hiſpanæ linguæ, de quo & Baronius tomo *Annalium* XI. ad annum MXCVII. ſect. 40. Exemplar hujus hiſtoriæ antiquiſſimum fuit penes D. Martinum de la Farina, Siculum, S. Luciæ in eo regno abbatem, virum totius antiquitatis peritiſſimum, qui nuper fato functus eſt: unde pleniſſime conſtat nil Zuritam in ea hiſtoria edenda ex Urbani II. diplomate, Rogerio, Siciliæ comiti, conceſſo, atque ibi inſerto, dempſiſſe: quod parum temperanter, ut cauſam ageret cui inſiſtebat, uſurpavit Baronius proxime laudatus.

Antonini Auguſti Itinerarium cum Commentario longe doctiſſimo, ut cenſet cum aliis Gerardus Joannes Voſſius *De Scientiis Mathematicis* cap. LXX. §. 24. Idem affert in ejuſdem operis cap. XLIII. §. 9. verba Pauli Merulæ in præfatione ſuæ *Coſmographiæ*, qui de opera in hoc libro a Zurita præſtita loquens, in hoc argumento *nunquam Hiſpaniam habuiſſe feliciorem alium* ait. Contulit hoc opus cum quatuor vetuſtis codicibus membranaceis, atque editione Pariſina Henrici Stephani MDXII. at non ipſe vulgavit, ſed poſt ejus obitum Coloniæ edidit Arnoldus Mylius anno 1599. in 8.

Inedita adhuc ſunt, manſerunt quippe apud Carthuſianos Cæſarauguſtæ urbis heredes, apud quos Andreas Scotus vidit:

In Julii Cæſaris Commentarios. Et:

In Claudiani Poetæ opera notas.

Debetur quoque noſtro *Chronicon* illud *Alexandrinum*, alias *Faſti Siculi* nuncupatum, quod Græcum Latina cum interpretatione Matthæus Raderus, Societatis Jeſu, edidit Monachii Bajoariorum anno 1615. in 4. Hoc enim Zurita invenit in quadam antiqua bibliotheca regni Siciliæ, ut monet in præfatione ſuorum *ad Faſtos Commentariorum* Onuphrius Panvinius: de quo *Chronico* Thomæ Reineſii cenſuram lib. II. *Variarum* cap. XVII. poſt aliorum alias, operæ pretium erit conſulere. In bibliotheca Olivarienſi extabat liber ſic inſcriptus: *Manual de Geronimo de Zurita*, ut conſtat ex ejus catalogo.

F. HIERONYMUS TAIX, alias TAX, Catalanus, Ilerdenſis, ordinis Prædicatorum, anno MDXXXVIII. præerat cœnobio Sancti Onuphrii Valentinæ urbis, ſcripſitque lingua gentis vernacula: *De Miraculis Deiparæ Virginis de Roſario*. Libro hic titulus:

Dels Miracles de Nueſtra Señora del Roſer, y del modo de dir lo Roſari, o Pſalteri de aquella. Barcinone anno 1602. in 4. Joannes Marieta & Alphonſus Fernandez Franciſcuſque Diago auctores ſunt.

F. HIERONYMUS TAMARIT, Setabenſis ex Valentino regno, Minorum Regularis Obſervantiæ ſodalis, pater emeritus Valentinæ ſuæ provinciæ, ſcripſit:

Flores Theologiæ in totum primum librum Magiſtri Sententiarum, & meliorem partem ſecundi. Tomus primus prodiit Valentiæ apud Petrum Patricium Mey 1622. 4.

F. HIERONYMUS DE TIEDRA, Auguſtinianus, edidit, neſcio ubi:

Conceptos de la Concepcion.

HIERONYMUS DE TORRES, Pincianus:

Septemdecim librorum B. Cirilli de Adoratione in ſpiritu & veritate concinnavit *Indicem*, atque edidit Toleti in folio. Ineditum re-

reliquit *De Institutione Virginum* opus, quod quidem asservari in quadam ditissima libris MSS. bibliotheca (credo marchionis del Carpio) catalogus ejus me docuit, & quidem in membranis scriptum, in 4.

HIERONYMUS DE TORRES AGUILERA, testis eorum quæ scripsit foras dedit: *Coronica y recopilacion de varios sucesos de guerra que han acontecido en Italia, y partes de Levante y Barberia desde el año de MDLXX. hasta el de MDLXXIV.* Cæsaraugustæ 1579. in 4. apud Joannem Boler.

F. HIERONYMUS TOSTADO, aliis Xereziensis in Bætica, aliis Lusitanus Olisipone ortus, quod credit magis Casanate in *Paradiso* suo *Carmelitici decoris*, Carmelitarum sodalis Barcinonensis coenobii, qui & Cataloniæ ordinis sui provinciæ præfuit, vicariusque per Hispaniam generalis, Portugalliæ autem, Siciliæ atque Neapolitani regni provincialis, & apud judices Religionis censor fuit theologus. Scriptum reliquit:

De Viris & fœminis ordinis Carmelitarum illustribus. Quem librum penes se habere retulit laudatus Casanate, cum eamdem Spartam ornaret. Superstes adhuc erat anno MDXCVII. Meminit hujus auctoris, epitaphio ejus adducto quod Neapoli habet, qua in urbe decessit, Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano* XXVII. Martii, pag. 333. & in schedis MSS. ad *Bibliothecam Lusitanam.*

HIERONYMUS DE VALENCIA, scripsit:

Arte de Computo. Valentiæ apud Michaelem Sorolla anno 1621. Et cum...... *Vocabulario Eclesiastico.*

F. HIERONYMUS DE VALERA, Americanus, natus in regione Chachapoias nuncupata regni Peruani, Franciscanus sodalis Observantiæ Regularis in cœnobio urbis Limensis, minister hujus suæ provinciæ XII. Apostolorum, edidit:

Commentaria in Logicam juxta doctrinam Scoti. Limæ 1610.

HIERONYMUS VALERO, Cæsaraugustanus medicus, scripsit:

De Colocyntidis præparatione, & trochiscis Alhandal, eorumque usu. Cæsaraugustæ anno 1611. in 8.

D. HIERONYMUS VENERO DE LEYVA, ordinis S. Jacobi sacerdos, Philippo III. Regi nostro a sacris, & vicarius aliquando provinciæ Legionensis hujusmet ordinis, Gregorii XIII. P. M. olim cubicularius secretus, a Sixto V. canonicus creatus fuit Conchensis. Tandem Regio nutu & commendatione Montisregalis in Sicilia ecclesiæ clavum subivit, tenuitque ab anno MDCXIX. usque ad MDCXXVIII: quo obiit octavo idus Augusti. Librum edidit, cui nomen fecit:

Examen Episcoporum: quo breviter congessit omnia ea quæ ex jure Canonico episcopos scire oportet. Hæc D. Rochus Pirrhus in *Notitia Ecclesiarum Siciliæ.* Librum laudat, eoque utitur sæpius in *de Jure Ecclesiastico universo*, Augustinus noster Barbosa. Venetiis editum vidimus 1659. folio. Sed primum vivo adhuc auctore Panhormi prodiit anno 1627. in folio ex officina Joannis Baptistæ Maringi.

HIERONYMUS UGUET, medicus, edidit:

Discursos de los Baños de agua dulce. Cæsaraugustæ 1640. folio.

HIERONYMUS DE VILLA, Regius haraldus, reliquit, qui per manus multorum it, MS.

Libro de Linages.

D. HIERONYMUS DE VILLALOBOS, Alvari Petri Osorii, Asturicæ marchionis, domesticus, ex ejus nempe archio elaboratum a se dedit:

Discurso de la decendencia de los Guzmanes de la Casa de Toral.

F. HIERONYMUS VIVES, Valentina in urbe natus, ordinis Prædicatorum, sacræ theologiæ magister ac professor, non inter domesticos tantum Oscæ atque Valentiæ, sed & in academia ipsa hujus postremo dictæ urbis ex cathedra huic scientiæ destinata. Bis rexit Valentinam domum Deiparæ Virginis del Pilar, qualificatoris (ita vocant) munere apud patres Fidei vindices mactus. Edidit:

De Primatu divinæ libertatis ad sciendum & decernendum de futuris contingentibus contra Scientiam mediam. Valentiæ anno 1654. Cui reposuit pro Scientiæ hujus mediæ defensione Matthias Borrul, Societatis presbyter.

F. HIERONYMUS DE URBINA, Dominicanus, lector cum esset sacræ scientiæ in collegio S. Thomæ Abulensi edidit:

Sermones Panegyricos de los dos Santos Patriarchas Santo Domingo y S. Francisco.

D. HIERONYMUS DE URREA, Aragonensis, Epilæ natus ex Arandæ comitum nobilissima toto regno Aragoniæ familia, quippe qui Eximini de Urrea, ultimi vice-

co-

comitis de Viota, nothus filius, in castrorum medio, quod gessit, dum viveret, eoque tam musis inimico ac diræ tetricitatis negotio, eruditioni atque amœnitatibus poeticis otium, si quod dabatur, mancipare solebat. Unde versibus, ingeniose magis quam rebus fortiter gestis, multorum quamvis stipendiorum ac spectatæ virtutis miles, futuræ memoriæ nomen suum commendavit. Divi Jacobi eques, perpetuusque cum fuerit Caroli Cæsaris vexillorum sectator, plura fortitudinis, plura fidelitatis documenta dedit; quæ quidem, res nempe ab eo bene gestas in sago & toga, commendaturus quoddam illius opus, quod de vero militis honore nostra lingua edidit, Alphonsus Ulloa, Hispanis rebus & hominibus inter Italos celebrandis veluti natus, diserte commemorat. Sed nos ad monumenta ingenii convertamus stilum. Hæc illa sunt:

Dialogo de la verdadera honra militar que trata como se ha de conformar la honra con la conciencia. Venetiis anno 1566. 4. Et Matriti 1575. 8. Cæsaraugustæ 1642. & 1661. in 4. apud Joannem de Ibar. Damnat is monomachiæ abusum. Transtulit eum in Italicum Alphonsus de Ulloa, Venetiisque edidit anno 1569. Vertit etiam metrice:

Discurso de la vida humana, y aventuras del Cavallero determinado de Micer Oliver de la Marca Cavallero Borgoñon en tercetos. Antuerpiæ anno 1555. in 8. Barcinone 1566. 8. Medinæ 1555.

Orlando furioso de Ludovico Ariosto. Lugduni anno 1556. Bilbao 1583. in 4. Toleti jam iterum 1586. 4.

Desafio del Emperador y Rey Francisco y Juicios del segun el duelo. Venetiis, 4.

Carlos victorioso, en verso suelto, sive de rebus Caroli Cæsaris: quod ineditum relictum affirmant domestici scriptores, opus luce quidem dignissimum, adservatur Epilæ apud Augustinianos simul cum translatione Hispanica Jacobi Sanazari Arcadiæ. Reliquit etiam duo alia MSS. prosaicum poema, ad Amadisii & aliorum exemplum, cui nomen fecit *D. Clarissel de las Flores*, tribus voluminibus; atque item celebraturus patriam, *La famosa Epila*: quæ duo opera adservabat, dum viveret, D. Franciscus Ximenez de Urrea, Aragoniæ chronographus. Hieronymi elogium accurate formavit, quod in postremis duabus Cæsaraugustanis editionibus legitur, Joannes Franciscus Andreas Ustarrozius, chronographus & ipse regni Aragoniæ. Laudat hunc D. Ludovicus Zapata in poemate *Carlos famoso*, cantu 38. & 39.

HIERONYMUS XAVERIUS, vulgo XAVIER, Navarrus, magni illius Indiarum Apostoli Francisci Xaverii propinquus sanguine, & Apostolici zeli æmulus atque imitator. In Societate Jesu vixit ab anno MDLXVIII. quo nomen ei dixit Compluti, usque ad MDCXVII. cujus die XVII. mensis Junii Goæ vita functus est, post peregrinatum orientem & in magni Mogoris ditione vastissima Evangelio impensæ operæ opimos fructus Deo Redemptori oblatos. Scripsit Persica lingua & Latina:

De Mysteriis Fidei Christianæ librum, Fons vitæ inscriptum, adversus sectas Infidelium præcipue Mahometanorum. Item:

Compendium seu Summam ejusdem operis.

De Vita miraculis & doctrina Salvatoris nostri Jesu Christi.

Vitas Apostolorum.

Martyrum Historias, seu *Florem Sanctorum.*

Directorium Regum ad regni gubernationem.

Literas item *ex India & Mogore*, quæ circumferuntur.

E vitis Apostolorum una est:

Historia S. Petri: quam Persica lingua auctoris cum Latina interpretatione propia edidit Ludovicus de Dieu Lugduni Batav. anno 1639. apud Elzevirios. Recognovit hanc interpretationem Petrus a Valle, eques Romanus, e Persica sua peregrinatione redux, & paucis tantum exceptis fidelem invenit. Notatum id a Philippo Alegambe in *Bibliotheca Societatis*, qui jure optimo notas Ludovici, utpote ab homine heterodoxo scriptas, & oppugnando Romano pontificatui omnino formatas, censoria damnatione configit.

Historia item *Jesu Christi*: eodem nisi fallor interprete edita est.

HIERONYMUS XIMENEZ, medicus Cæsaraugustanus, edidit:

Institutionum Medicarum lib. IV. Toleti anno 1583. in fol. Epilæ 1596. 4.

Quæstiones Medicas. Epilæ in folio.

Ex Epila Aragoniæ regni oppido fuisse oriundum docet Andreas Scotus.

D. HIERONYMUS XIMENEZ DE URREA, edidit:

Discurso del oficio de Baile general de Aragon, en que se declaran muchos fueros y actos de Corte de dicho reyno, y se trata de diversas Regalias de su Magestad en materias que pertenecen a la Baylia general. Cæsaraugustæ 1630. 4. Vide Dormerium in suo *S. Laurentio* pag. 399.

HIERONYMUS DE ZEBALLOS, reparati orbis anno MDLX. Escalonæ ortus, vir nobilis cum stirpe, tum publico munere ad-

advocati decurionisque amplissimi ordinis Toletanorum, Pinciæ ac Salmanticæ juri operam dedit, eo fructu ut ætatis altero post vicesimum anno in collegium Abulensis urbis, quod Alvarus Mendoza episcopus ædificaverat, adlectus sit. Hinc ad Bartholomæanam Salmanticensem domum invitatus admissusque, maximo studiorum theatro sistitur, qua quidem, Toleti per id tempus ducta conjuge, libenter cessit, commodaturus inde clientibus, gerendæque inter decuriones reipublicæ operam. Id cum egregie præstaret, multæ vir doctrinæ atque eruditionis immensæque lectionis, optimo interea consilio in publicum proficiendi opus domi elaborabat, utile quidem, nec minus arduum, quo palam omnibus faceret quam in lubrico sint momenta judiciorum totaque juris ars, & publicam necessitatem variantes doctorum opiniones sanctionibus ac legibus scriptis componendi, qua misere deprehendimur, ante oculos poneret. Scilicet hac inscriptione usus est:

Speculum aureum opinionum communium contra communes : tom. seu lib. quatuor...... Antuerpiæque apud Joannem Kerbergium anno 1623. folio. Venetiis 1601. folio. Coloniæ demum 1664. Primus tomus cum secundo clauditur quinque partibus : I. comprehendit CLIV. quæstiones *De ultimis voluntatibus*. II. CCLXVI. *De contractibus*. III. LXXI. *De Delictis*. IV. CLXIII. *Quæstiones Canonicas*. V. & ultimus CXLVI. *ad Judiciarium ordinem spectantes*. Toleti anno 1599. & 1600. in fol. III. liber seu tomus *miscellas utriusque Juris quæstiones* de novo repertas continet : adjunguntur que in calce *Additiones ad priorum partium quæstiones*. Romæ 1609. folio. IV. libro præmittitur vulgari sermone: *Un Discurso de las razones y fundamentos, que tiene el Rey de España y sus Consejeros para conocer por via de fuerza en las causas eclesiasticas y entre personas eclesiasticas*. Deinde hujus tomi, qui *varias* alias *Quæstiones* & opinionum pugnas continet, locum principem ea occupat superioris discursus germana : *Utrum Judex Eclesiasticus in causis & delictis, in quibus de jure potest contra laicos procedere, possit propria auctoritate eos capere, & in proprios carceres mittere, non implorato auxilio brachii sæcularis*. Ubi quid sit jure Regio & quid ex concilio, & de titulis Regis Hispaniæ ad cognoscendum de causis ecclesiasticis per viam violentiæ (ut vocant) in curia sua, & inter personas ecclesiasticas, cum declaratione L. XXXVI. tit. V. lib. II. *Recopilationis*. Item perfecit his non contentus ediditque, primus istius argumenti enarrator, majorem superiori & luculentiorem:

Tractatum de Cognitione per viam violentiæ in causis ecclesiasticis & inter personas ecclesiasticas : duabus partibus. Salmanticæ in folio anno 1613. Antuerpiæque 1618. & 1643. in folio. Coloniæ 1620. Argentoratique apud Zetznerum. Quod ipsum difficile atque arduum, sed bona ex parte jam explanatum, Hieronymi argumentum ante aliquot annos locupletissimo atque absolutissimo commentario retractavit D. Franciscus Salgado, senator Regius.

Item vulgari sermone tandem scripsit, ediditque libellum, cui titulus:

Arte real para el buen gobierno de los Principes y Reyes, y de sus vasallos. Toleti apud Didacum Rodriguez 1623. in 4.

HILARIUS.

D. HILARIUS (alias HILARION) BRANDAON, Lusitanus, Conimbricensis, Hieronymi Brandani & Menciæ d' Aranha filius, Canonicus Regularis S. Crucis ejusdem urbis, prior aliquando domus Olisiponensis Vincentio M. sacræ, ac visitator totius congregationis Sanctæ Crucis ut vocant a monasterio principe, vir doctus & pius, scripsit Lusitane:

A voz do Amado : hoc est *Vox amati*. Olisipone 1579. Item aliud opus:

De casibus conscientiæ, teste D. Nicolao de S. Maria in chronici Canonicorum Regularium lib. X. cap. XXVII. num. 19.

HILARIUS MOREIRA, Lusitanus, Conimbricensis, in hoc ipso lyceo habitam ex more kalendis Octobris anni MDLII. edidit:

Orationem de omnium Philosophiæ partium laudibus & studiis : ad Joannem Regem III. Portugalliæ. Apud Joannem Barrerium & Joannem Alvarez in 4.

HIPPOLYTA.

HIPPOLYTA DE JESU, alias DE ROCABERTI ET SOLIER, Barcinonensis, inter sanctimoniales cœnobii Angelorum ordinis Sancti Dominici superioribus annis floruit magna pietatis fama. Necnon supra captum feminæ scripsit inter alia, quæ nescio an fuerint foras data:

Tres Tratados espirituales : *De la Penitencia. Del temor de Dios. De la Consideracion y meditacion*. Barcinone 1643. in 4.

Volavit ad cœlum anno MDCXXIV. tribus major septuagenaria. Post hæc scripta vidimus iconem servæ Dei, quam ante religiosum statum Elisabetham nominatam fuisse in elogio quodam iconi subjecto annotatum legitur, obiisseque cum sanctitatis magna opinione VI. die Augusti eo anno MDCXXIV. Sed

Sed quod miraculosum jure existimari debet, subjungitur illiteratam feminam plusquam XL. libros scriptos reliquisse Sacrarum Scripturarum & Sanctorum Patrum testimoniis locupletes; quos quidem dividit iconis auctor in XXIV. hos, quorum inde catalogum damus:

De la Penitencia.
Viage del Cielo.
Salve.
Sobre los siete Salmos.
De las Virtudes.
De los Angeles.
De los Finados.
Sobre los Cantares.
Regla de S. Agustin.
Huesos de Christo: nisi fallimur ex typis subobscuris.
De las tres Vias.
De la Gloria de los Bienaventurados.
De la Pasion de Christo.
Amigos del Cielo.
Su Vida: quinque voluminibus.
Redencion del tiempo.
Niñez de Christo.
Coloquios del Alma.
De la Oracion.
Templo del Espiritu Santo.

HIPPOLYTUS.

HIPPOLYTUS MONTANER, Catalanus, scripsit:

Additiones ad Tractatum de Actionibus Antonii Oliva, soceri sui.

D. HIPPOLYTUS PELLICER DE OSSAU, Matritensis, digna Josephi parentis Regii archichronographi proles, scripsit:

Genetliaco del Serenisimo Principe D. Fernando Venceslao Rey de Ungria y de Bohemia Archiduque de Austria. Matriti 1667. in 4.

Obiit in flore ætatis, die secunda Junii MDCLXVIII.

HIPPOLYTUS SAMPER, Valentinus gente & patria, jurisconsultus eruditus atque disertus, in gymnasio Valentino Decretorum professor, instituto autem vitæ sacerdos ordinis Sanctæ Mariæ de Montesa, atque in eo S. Georgii ut vocant prior, auspiciis Regis nostri, magni ordinis magistri seu administratoris, origines, progressionem, privilegia juraque omnia ejusdem cum magna industria examinavit, digessit & publici juris fecit scribens:

Montesa ilustrada, origen, fundacion, principios, casos, progresos, jurisdiccion, derechos, privilegios, preeminencias, dignidades, oficios, beneficios, Heroes, y Varones ilustres de esta Orden: duobus tomis. Valentiæ apud Hieronymum Vilagrassa 1669. fol.

Promisit se editurum:

Chronicon Sacræ Religionis Cistercio Calatravensis Valentinæ Subcongregationis, nempe 1. parte *Montesiæ Illustratæ*, art. 1. num. 5. lit. f. in margine.

D. HIPPOLYTUS SANS, Valentinus, Setabi natus, Hierosolymitani ordinis sui Melitensem triumphum, omni ætate clarissimum, versibus celebrare volens poema edidit hujus tituli:

La Maltea, en que se trata la famosa defensa de la Religion de S. Juan en la Isla de Malta. Valentiæ apud Joannem Navarro 1582. 8.

HIPPOLYTUS DE VERGARA, Hispalensis ni fallor, scripsit:

Vida del Santo Rey D. Fernando en orden a su Canonizacion. Ursaone 1630. in 8.

HONORATUS.

HONORATUS FIGUEROLA, Valentinus gente, juris utriusque doctor, & Valentinæ ecclesiæ canonicus, in causis Fidei judex Murciæ, Cæsaraugustæ Valentiæque cum aliis inquisitoribus Apostolicis consedit, laudatus a Francisco Peña in præfatione ad Eimerici *Directorium* his verbis: *Juvitque nos ad multas difficultates superandas Honoratus Figuerola, patricius Valentinus, juris utriusque doctor eruditissimus, & nunc ecclesiæ Valentinæ canonicus, qui nobis scribentibus frequentia juris loca ad varias & difficiles controversias diluendas suppeditabat*: & a Gaspare Escolano lib. VIII. *Hist. Valent.* cap. XVII. num 5. ab integritate morum & vitæ virginalis. Laudantur Figuerolæ:

Ad Zanchinum & Campegium additiones.

HONORATUS DEL RIO, Catalanus, ex oppido S. Hippolyti Elnensis diœcesis, Societatis Jesu sodalis, edidit:

Del Valor y fruto de la Missa, y modo de ofrecerla.

Catecismo. Hunc tamen, dissimulato nomine, ad nutum scripsit D. Francisci Lopez de Mendoza, Elnensis præsulis, qui librum jussit per totam diœcesim fideliter explicari.

Præterea *Societatis Bibliothecæ* auctor hæc ei tribuit opera, vulgari forsan lingua illius provinciæ scripta:

Del Purgatorio.
De la Eternidad.
De Indulgencias.
Razones para mover a dolor de los pecados.
Remedio para defender la castidad.
Exercicios varios.

HONORATUS ULZINA, Valentinus, rector, Græcas in eo gymnasio literas anno MDXC. profitebatur cum studio eloquentiæ. Scripsit:

Laudationem funebrem in obitu Hieronymi Moncadæ Academiæ Rectoris. Valentiæ 1593. teste Andrea Scoto in *Bibliotheca.*

HORTENSIUS.

F. HORTENSIUS FELIX PARAVICINO ET ARTIAGA, Matritensis, anno MDLXXX. patre D. Mucio Paravicino, matre autem D. Maria de Artiaga in lucem editus, vix quinquennis perfecte legere, notas formare, computare numeris, Latinas literas paulo post avidissime arripere, atque ad unguem percipere. Salmanticæ vero eam curam utriusque juris studio impendit ut anno ætatis duodevicesimo id assequutus videretur quod multum temporis spatium vix aliis concedit. Attamen e via hac revocatus, institutumque sodalium Sanctissimæ Trinitatis in eadem urbe amplexus, doctrina omni, cum philosophica tum theologica, brevissime ornavit atque instruxit animum, ita ut viginti & uno annis natus gymnasticam doctoris Salmantini lauream reportaverit. Imprimis vero ad concionum Evangelicarum actiones studiorum fere omnes intendit vires, quo illum genius & naturalis facundia, ingeniique sublimitas, atque harum illius dotum conscii religiosi superiores haud quidem invitum dirigebant. Intrantibus Salmanticam Philippo & Margarita serenissimis Regibus gratiarum actionem pro more ecclesiastico solemniter dixit, ante annum scilicet hujus sæculi sextum: hoc enim Matritum vocatus muneri Evangelico totus vacare, & curiam istam, quanta est & quam sententiis ac judiciis varians, amore sui atque admiratione imbuere cœpit, meritus ad apicem hujus muneris; designatus anno MDCXVI. Regius concionator, demum ascendere. Plane viginti septem totos annos in curia ex ambone declamavit, ingenio & elegantia prorsus singulari; quamvis deficeretur eloquentiæ illa forma, quæ theatrum implere solet & ad nutum ducere. Gracilis enim vox ac demissa nil sublime ad circunstantium aures deferre poterat. Mire tamen delectabatur flos hominum, qui non cum plebe sapiunt, hominis exquisite urbano atque diserto, vereque masculo dicendi genere, quo vel in familiaribus colloquiis utebatur, miraque subtilissimi ingenii ubertate & amœnitate. Hæ dotes, summaque ejus in conversando facilitas, urbanitasque sic omnes quotquot frequentare eum non indigni erant, & in summa viros quosque, aut natalibus aut virtute principes, Hortensio devinxerunt ut fortunatos se non mediocriter existimarent, quibus adire eum, familiariterque ab eo excipi contingeret. Sesqui anno tandem hypocondriaco morbo vexatus fatalem expertus fuit Decembris diem XII. anni MDCXXXIII. ætatis suæ LIII. postquam bis provinciæ suæ Castellæ præfuisset, bis Bæticam visitasset, vicariusque & commissarius fuisset generalis totius ordinis. Sacrarum orationum aliquot volumina post auctoris obitum foras emissa sunt domesticorum cura, scilicet:

Oraciones Evangelicas para los dias de la Quaresma. Matriti in folio.

Oraciones Evangelicas en las Festividades de Christo Nuestro Señor. De su Santissima Madre y de sus Santos. Ibidem in typographia Regia 1638. folio.

Oraciones Evangelicas y Panegyricas funerales a diversos intentos. Ibidem... Iterumque anno 1641. in 4. apud Mariam de Quiñones.

Epitafios o Elogios funerales al Rey D. Felipe III. el Piadoso. Ibidem apud Thomam Junti 1625. 4.

Pari facultate is atque solutam orationem texuit & carmen, cujus tamen compositionibus ingenii & eruditionis forte majorem quam poetici spiritus laudem tribueris; quamquam neque sine isto delectare possent, uti revera lectores non indoctos delectant carmina sub Felicis de Artiaga (Hortensii agnoscis notas) compellatione post mortem quoque ejus edita. Libri titulus:

Obras de D. Felix de Artiaga. Matriti, in 8.

HUGO.

HUGO DE URRIES, toparcha de Ayerbe in regno Aragoniæ, Carolo Cæsari V. atque Hispaniarum Regi a secretis, eleganter transtulisse dicitur ante alios:

Valerio Maximo de los dichos y fechos memorables: sed ex Gallico ut Marineus ait, atque edidisse Compluti anno 1529. in folio.

Laudatur a Lanuza in *Historia Ecclesiastica regni Aragonum*, volum. I. lib. V. cap. XLI. priusque a Marineo Siculo lib. XXIII. *Rerum Hispaniæ.*

HUMBERTUS.

F. HUMBERTUS CORDEIRO, Lusitanus, ordinis Prædicatorum in Elvensi domo, scripsisse dicitur doctissime (Latine an Lusitane mihi non liquet):

De Amore Dei & proximi: teste Ludovico Cacegas in *Histor. ordin. Prædic. Portugalliæ* lib. IV. cap. XI.

HYACINTHUS.

D. HYACINTHUS DE AGUILAR ET PRADO, scripsit:

Relacion de la entrada que hizo su Magestad

tad y Altezas en Lisboa ; y de la jornada que hicieron las galeras de España y de Portugal desde el puerto de Santa Maria a Lisboa. Olisipone 1619. in 4.

D. HYACINTHUS ARIAS DE QUINTANADUEÑAS , Alcantarensis , Antonii Quintanadueñas Jesuitæ germanus frater, scripsit:

Antiguedades y Santos de la muy noble Villa de Alcantara. Matriti apud Matthæum Fernandez 1661. in 4.

HYACINTHUS BARRASA , Societatis Jesu in Peruano regno sodalis , edidit:

Sermones varios predicados por el mismo autor. Madriti , typis Regiis , apud Joannem Garsiam Infanzon 1678. in 4.

HYACINTHUS CAROLUS QUINTERO , Salmanticensis , ex Clericis Regularibus Minoribus , sub Benedicti Caroli Quinteri nomine publicavit:

El Templo de la Eloquencia Castellana. Salmanticæ apud Rodericum Calvum 1629. in 4. Deinde , jam sese ostendens , proprio nomine:

Discursos Evangelicos de Quaresma , para sus tres principales dias Domingos , Miercoles y Viernes. Matriti 1651. in 4. Item:

Sermones de Santos , sive *Panegyricos Sagrados.* Ibidem 1652. 4.

Imperfectum reliquit moriens *Commentarium in Jonam Prophetam* , quod perficere debuit Petrus Quirosius , Hispalensis , ejusdem instituti , sodalis memoriæ superiorumque voluntati obsequens. Postquam docuisset is in collegio S. Caroli urbis Salmantinæ sacram theologiam præpositus fuit collegii Complutensis , vicepræfectus provinciæ, obiitque assistens ut vocant provincialis.

HYACINTHUS CORDEIRO , Lusitanus poeta , scripsit:

Laurel de Apolo Lusitano : ad exemplum *Lauri Apollinis* Lupi a Vega Carpio , ejusdemque argumenti , hoc est , de laudibus Portugalliæ regni & gentis poetarum.

F. HYACINTHUS DE DEO , ex Lusitanis parentibus in urbe Macao Sinici regni natus , ordinis Minorum Matris Dei Goensis provinciæ , theologiæ lector duodecim annis, provinciæ suæ bis præfectus , & primus ut vocant pater , scripsit eleganter:

Chronica da sua Provincia : quam penes se habere affirmavit nobis reverendus P. Fr. Emmanuel a Resurrectione , Augustinianus Excalceatus provinciæ Portugalliæ , dum Romæ procuratorem ejusdem provinciæ ageret.

Teatro Evangelico do Oriente.

Pasquins da Conceiçaõ.

Escudo de Cavaleiros.

Modo de como an de fazer os Superiores as visitas em seus Conventos.

Brachilogia de Principes. Olisipone apud Antonium Craesbeck de Mello 1671. in 8. Alia item plura , auctore eodem P. Fr. Emmanuele.

HYACINTHUS ESPINEL ADORNO, scripsit:

El Premio de la Constancia , y Pastores de Sierra bermeja. Anno 1620. in 8.

HYACINTHUS DE SANTO FRANCISCO , presbyter regularis ordinis S. Jacobi , eidem Apostolo inscriptum opus edidit hujus tituli:

Lagrimas de San Pedro. Poema sacro en que llora escarmientos. Pampelone apud Martinum de Labayen & Didacum Zabala anno 1653. in 8.

HYACINTHUS FREIRE DE ANDRADA , Lusitanus , abbas...... scripsit vernaculo gentis sermone:

Vida de D. Joaõ de Castro Virrey da India. Olisipone apud Craesbeckium 1651. in folio.

D. HYACINTHUS DE HERRERA, Matritensis , scripsit carmine , præter comoedias quasdam:

La Entrada del Rey Catholico D. Felipe IV. en Madrid despues de la muerte del Rey D. Felipe III. su Padre. Item:

Itinerario Historial de la Jornada que hizo el Rey D. Felipe IV. a la Andalucia. Spem fecit operis poetici quadringentarum octoadum:

El Jason nuncupati.

F. HYACINTHUS DE LEDESMA ET MANSILLA , domo ex Talarrubios ducis Bexarensis oppido , ordinem Prædicatorum Toleti profitebatur cum ad Franciscum Didacum Lopez de Zuñiga , ducem Bexaris, scripsit anno MDCXX.

De la Lengua primera de España , duobus libris : quos Matriti apud D. Christophorum de Zambrana , Calatravensem equitem , amicum nostrum , vidimus.

F. HYACINTHUS ORFANEL , Dominicanus , ex eis unus qui Evangelii rem Dominici apud orientalium insularum incolas promoverunt , ipse aliquando nisi fallor martyrio impensus , scripsit:

Historia Eclesiastica de los sucesos de la Cris-

Cristiandad de Japon desde el año de MDCII. que entró en él la orden de Predicadores hasta el de MDCXXI. añadido hasta el fin del año de MDCXXII. por el Padre Frai Diego Collado. Matriti apud viduam Alphonsi Martin 1633. in 4.

F. HYACINTHUS DE LA PARRA, Matritensis, Dominicanus ad S. Thomæ ejusdem Regii oppidi hunc ordinem professus, in cœnobio sui ordinis Conchensis urbis theologiam docebat cum edidit:

Artium Cursum. Anno 1657. quatuor tomis. Inde:

La Bienaventurada Rosa Peruana de Santa Maria de la tercera orden de Santo Domingo, su admirable vida y preciosa muerte: ex Latino Leonardi Hansens, Dominicani provincialis Angliæ, præfectique generalis Joannis Baptistæ de Marinis, nuper defuncti, a secretis rerum Germanarum. Matriti apud Melchiorem Sanchez anno 1668. in 4. Quo anno cœnobio præerat S. Thomæ Matritensis.

HYACINTHUS SARASA XIMENEZ, Navarrus, Pampilonensis, collegii SS. Apostolorum Philippi & Jacobi Complutensis sodalis togatus, artiumque liberalium seu philosophiæ professor in eadem schola, edidit:

Quæstiones in Summulas. Compluti apud Joannem Villodas 1630. 4.

Quæstiones in Logicam. Ibidem eodem anno.

F. HYACINTHUS VALLEJO, Dominicanus, scripsit:

Exercicio quotidiano del Santisimo Rosario para los hermanos de su santa Cofradia. Oscæ 1635. 16.

D. HYACINTHUS DE VILLALPANDO, marchio de Ossera in Aragoniæ regno, eques ordinis Calatravæ, scripsit ludicra hæc:

Los Escarmientos de Jacinto. Cæsaraugustæ anno 1645.

El Amor enamorado. At sub nomine Fabii Clementis:

Vida de Santa Isabel Infanta de Ungria. Cæsaraugustæ 1655. in 8.

I

IACOBUS.

IACOBUS BELTRAN, ET VINCENTIUS FERRANDIS, Valentini regni cives, vernacula lingua ediderunt carmine:

Obres contemplatives & de molta devocio trobades en loors de la Sanctissima Creu &c. Anno 1615. in 4. Valentiæ per Joannem Jofre. Vidimus Matriti apud D. Hippolytum Samper, amicum nostrum.

IACOBUS DE CARCERES, Hispanus domo (ut cognomentum nostratisque linguæ usus denotat) Hebraicæ tamen superstitionis reus, qui nec venire in censum hunc debuerat si non & Hebræos omnes veteres, atque Arabes Hispaniæ cives, quorum alias notum est in literis nomen atque apud doctos existimatio, pro merito cujusque, quod recte dictum est auctori suo infideli atque improbo extorquentes, laudavissemus, laudareque in posterum constituissemus. Vertit is non ineleganter ex Gallico Guilielmi Sallustii, celebratissimi poetæ, carmine in Hispanicum idioma prosaicum:

Los siete dias de la semana sobre la creacion del mundo. Amstelodami (juxta Hebræum computum anno 5372. in 8. hoc est Christi 1612.

F. IACOBUS CAROLUS, Lusitanus, ordinis Seraphici, edidisse dicitur, Luca Waddingo auctore:

Expositionem in Psalmum Miserere. Mantuæ 1603. Cardosus addit editionem antiquiorem Parisinam 1600. in 12.

IACOBUS (vulgo JAIME) CONILL, Valentinus, artium theologiæque magister, Valentinæ ecclesiæ metropolitanæ canonicus, vicariusque generalis illustrissimi D. D. Alfonsi de Aragonia, ejusdem archiepiscopi, publicavit vernacula gentis lingua:

Speculum conscientiæ, sive devota y necessaria preparacio per a qualsevol Crestia o Crestiana que be vol confessar sos peccats enterament y com se deu rebre lo cors precios de Jesu Crist. Valentiæ apud Joannem Jofre 1517. in 4.

IACOBUS (an Didacus?) DE CONTREIRAS, Conimbricensis professor, scholia quædam ad Georgium Trapezuntium scripsit, quæ Ludovicus Lemosius lib. I. *Erratorum Dialecticorum*, errore VI. laudat.

IACOBUS EBORENSIS, a patria forsan cognominatus, *Varia carmina* edidit (Latina ut credimus) Venetiis 1592. aut 1596.

IACOBUS FALCONIUS (Lusitani ejus cives FALCAON exprimunt) confecit:

Orationem in funere Sebastiani Regis ad Summum Pontificem directam. Olisipone 1599.

IACOBUS FENICIUS (an Didacus?) Lu-

Lusitanus, auctore Cardoso Jesuitarum sodalis, dicitur edidisse librum:

Dos Deoses de Malabar, hoc est de diis falsis incolarum Malabaris. Deest in *Bibliotheca Societatis.*

F. IACOBUS (credo JAIMES) FERRAN, natione Turca, sed regeneratione Hispanus, apud nos enim assumpto Dominicanorum habitu Aragoniæ provinciæ bis præfuit, doctor theologus, magno dato religionis ac doctrinæ specimine,

Vitam scripsit *S. Raimundi de Penyafort*: quæ edita fuit Valentiæ in 4. Cum vero iterum esset provincialis præfectus obiit Pampilone Navarrorum anno MDLIII. Hæc Alfonsus Ciaconius in schedis MSS. ad *Bibliothecam Universalem.*

IACOBUS IEHUDAS, seu IUDAS LEO, Hebræus professione & genere, Hispanus natione, Midelburgi in Zelandia commorabatur cum aliquot annorum spatio insudavit Hierosolymitano templo in typo minori juxta testimonia omnium Hebræorum & ex vetustissimis monumentis Iudaicis extruendo. Cumque id incredibili studio & labore feliciter & accurate effectum dedisset, plurimisque variarum gentium hominibus doctis, indoctis, plebeis, nobilibus cum summa eorum admiratione ostendisset & explicasset, ut erat vir doctissimus plurimarumque linguarum peritus, operæ pretium duxit, quod in schemate isto ligneo effiguraverat, eadem cura in commentario publice edendo menti subjicere; eumque primum Hispanice elaboratum Hebræa lingua postea in publicum emisit Amstelodami apud Levi Marcum 1650. Hunc post paucos annos, ut morem gereret Augusto, duci Brunswicensi, ex Hebræo in Latinum convertit Joannes Saubertus, ediditque hoc titulo:

Iacobi Iehudæ Leonis de Templo Hierosolymitano tam priori, quod ædificavit Salomo Rex, quam posteriori, quod devastavit Vespasianus: quatuor libris. Helmestadii apud Iacobum Mullerum 1665. in 4. Refert in præfatione interpres notum sibi fuisse ex quodam Iudæo Lusitano laudatum Iacobum Iudam libri auctorem extitisse, atque Hispana lingua primum ab eo conscriptum, quamquam & Gallice editum noverit Amsterodami apud Joannem Federicum Stam anno 1643. hac inscriptione: *Portraict du Temple de Salomon, dans le quel se descrit briefement la constitution de la fabrique du Temple, & de tous les vases & utensils d' iceluy; dont le modelle se trouve apres le mesme autheur, come chacun peut voir; composee par Iacob Iuda Leon Hebreu habitant de Midelburg en la province de Zelande l' an de la creation du Monde* 5403. anno scilicet redemptionis Christianæ....... In qua editione, cum nonnulla mentio fiat operis ex alia lingua translationis, laudatus interpres Saubertus conjectatur posse hunc commentarium Gallice primum ab auctore formatum credi, nisi obstaret supra adductum Lusitani Hebræi testimonium, & quod liber mixtus sit ex stilo Biblico & Rabbinico, insertis ubique vocibus Chaldaicis, Hispanicis, aliarumque exoticarum linguarum, scilicet Lusitanæ; quamvis librum illum Gallicum in multis discrepare ab editione Hebraica, plura addita & interpolata in hac, quæ in illa desunt, idem Saubertus observaverit. Villalpandum nostrum, qui de Templo sic erudite commentatus est, appellat non semel hujus operis auctor.

IACOBUS (vulgari forma nescio an DIDACUS, an IAIMUS) LOPEZ, Bilbilitanus, artium & medicinæ doctor, edidit:

Aboali Aviceni, vulgo Avicenæ, librum de viribus cordis, cum commentariis. Tolosæ 1527. in folio.

IACOBUS MANTINUS, natione Hispanus, professione Hebræus, artium & medicinæ doctor:

Paraphrasim Averrois Cordubensis de Partibus & Generatione Animalium ex Hebraico (conversa olim fuisse videtur ex Arabico in hanc linguam) Latinam, hoc est vulgarem, dedit ad Leonem X. P. M. quæ edita fuit Romæ per Marcellum Silber, alias Franck, anno 1521. in folio: in cujus fine nota quædam interpretis legitur.

Expositionem quoque *Rabbi Levi super* iisdem his *Aristotelis libris* convertisse ait se ex Hebræo in Latinum, & paulo post editurum.

Vertit quoque:

Paraphrasim ejusdem *Averrois super libros Platonis de Republica.* Romæ anno 1539. in 8.

Item dedit:

Interpretationes in Organum Averrois. Venetiis apud Iuntas.

Ejusdem Interpretationem in Posteriora Aristotelis: *in Topica*: *in Rempublicam*: *in Physica*: *in Epitomen Metaphysicæ ejusdem Aristotelis.* Simul omnia Venetiis apud Iuntas 1562. in 8.

Interpretationem Averrois ad Introductionem Porphyrii: *ad Prædicamenta*: *ad Libros de Interpretatione*: *in Poeticam*: & alia. Venetiis apud Iuntas anno 1552. in editione operum Averrois.

Laudat hunc ejusdem sectæ homo, doctus alias & eruditus, Amatus Lusitanus, centuria

I.

1. curatione, 1. in Scholiis, de Avicenæ desideranda Latina versione emendatiore sermonem habens: *Faxint dei ut nobis aliquem Arabice & Latine loquentem mittant medicum, qui Avicenam latiniorem, & incorruptiorem faciat. Confecerat enim opus hoc Iacobus Mantinus, Hebræus, vir multarum linguarum peritissimus, ac medicus doctissimus, qui jam nonnullas partes Avicenæ doctissime interpretatus fuerat, veluti 1. fen. primi libri, & quartæ primi, & 1. fen. quarti; nisi malus quidam genius eum a felici successu retraxisset. Convocaveram ego hominem, cum Venetiis agerem, ad complendum hoc opus, & quasi jam in hanc meam hæresim hominem traxeram nisi patritius quidam Venetus, Damascum Syriæ civitatem petens ut ibi publicus Venetorum esset negociator, secum duxisset, a quo itinere divus* (sic ille more ethnico) *Didacus Mendozius, Caroli V. Imperatoris apud Venetos vigilantissimus orator, illum nunquam retrahere potuit. Ubi intra paucos dies vitam cum morte commutavit.* Hæc ille.

IACOBUS NAVEROS, artium theologiæque professor Complutensis, Joannis Medinæ olim auditor, edidit:

Expositionem super duos libros Periermenias Aristotelis. Compluti apud Michaelem de Eguia anno 1533. in folio, & apud Joannem Brocar 1543. in folio.

Theoremata quoque *super Universalia Porphyrii.*

IACOBUS PEREGRINUS, Lusitanus, ordinis Minorum, scripsisse dicitur vernacule:

De Regimine hujus familiæ Seraphicæ. Cardosus.

IACOBUS PUTEUS, Niciensis, ex auditore Rotæ Romanæ ut vocant S. R. E. cardinalis a Julio III. Papa creatus, celebri juris doctrina vir, & Decissionum & aliorum scriptor operum, nescio quibus fide atque argumentis Majoricæ natus ex Patre Niciensi, & cognomine Pou appellatus, dicatur affirmate a Vincentio Mut in *Historiæ Regni Balearis* altero volumine, lib. XI. cap. III. qui eum inter canonicos ecclesiæ Majoricensis enumerat. Jacobi res in recensendis Julii III. cardinalibus Alfonsus Ciaconius collegit.

IACOBUS RODRIGUEZ, Lusitanus, auctor laudatur:

Orationis ad Regem Sebastianum. Olisipone 1579.

IACOBUS SALVATOR SOLANIUS, vulgo ut credimus DE LA SOLANA, patria ex Murcia urbe regni sui principe, philosophus, theologus, mathematicarum artium peritus, cum Salmanticæ apud nos tum Romæ literarum nomine fuit in pretio habitus. Canonicum Urbevetanum (Orvieto vulgus Italorum nobilissimam appellat Tusciæ ditionis pontificiæ urbem) Alfonsus Ciaconius Dominicanus vocat in schedis apud me MSS. ad *Bibliothecam* quam parabat *Universalem.* Extant ejus:

Poetica. Salmanticæ ex officina Joannis Canova, anno 1558. in 12. Quorum in limine Franciscus Sancius Brocensis, vir eruditissimus, hoc affixit epigramma:

Dum vacat, & sacro studiorum pondere fessus
Pieridum indulges tempora parva choris,
Hæc successivo condonas carmina nobis
Tempore, sed longa carmina digna mora.
Te licet æterni divina scientia Verbi
Vendicet, & juris non sinat esse tui,
Ne tamen invideas tantæ tibi nomina famæ,
Otia musarum nec tibi deesse putes:
Casside magnanimus posita paulisper & hasta
Æternum Cæsar nocte peregit opus.

Edidit primus, cardinalique Sirleto, cui opera Pauli Manutii Romæ innotuerat, nuncupavit:

Sancti Sixti III. P. M. Librum de Divitiis: item *Librum de malis Doctoribus & operibus Fidei*, & *de Judicio futuro*: item alium *de Castitate*: quibus adjunxit *S. Bracharii Epistolam ad Januarium.* Romæ apud Josephum de Angelis anno 1557. in 8. iterumque Antuerpiæ apud Plantinum in 16. Sed hanc ejus mercem, orbi literario communicatam jam pridem, Sixto abrogaverunt viro sanctissimo & Pelagiano alicui tribuenda esse docuerunt Lindanus, Baronius, Possevinus, Bellarminus, Miræus, Labbeus, alii.

Edi quoque curavit:

Venantii Fortunati opera Poetica. Calari Sardiniæ anno 1584. apud Nicolaum de Canyelles. Qua de re Christophorus Broverus, Jesuita, in editione sua hujus poetæ, in vita ejusdem, cap. V. hæc ait: *Cujus indicem ex Vaticana bibliotheca, licet mendosum & imperfectum, rever. Jacobus Salvator Solanius editioni Calaritanæ subjecit.*

Ennodii Ticinensis opera contulerat cum exemplari vetustissimo Vaticano, edidissetque si non furto ei ablatus fuisset liber. Idem Alfonsus Ciaconus supra laudatus auctor est scripsisse eum:

De Terræmotibus librum copiosum, quem tamen absolutum non vulgavit: obiisseque in Urbeten anno MDLXXX.

F. IACOBUS (vulgo Jacome) DE SOLIS, ordinis Prædicatorum, olim scripsit:

Tra-

Tratado del Juego del Axedrez, que llaman Escaques moralizado a las costumbres de los Hombres, y de sus oficios. MS. in 4. inter libros comitis de Villaumbrosa.

IACOBUS STELLA, vulgo forsan ESTRELLA, quem Hispanum vocat rei auctor Alfonsus Ciaconius in schedis MSS. composuit:

Super Institutionum Justiniani Libros lucubrationes quasdam: quæ MSS. extant in bibliotheca sanctæ ecclesiæ Hispalensis, quæ fuit Ferdinandi Colon.

IACOBUS DE VILLAFAÑE DE PAYANA ET YEBRA, natus in oppido Cacavelos dioecesis Legionensis, & Villæfrancæ del Vierzo incola, præceptor ut videtur artis grammaticæ, scripsit:

Explicacion facil breve y elegante de las quatro Partes de la Grammatica, duabus partibus: quarum posterior Matriti ex officina Andreæ Garsiæ in 4. prodiit.

IACOBUS seu IAIMUS.

IACOBUS sive IAIMUS ALBERTUS, Catalanus, Bisoldunensis, vulgo Besalu, Jesuita, collegiorum Oscensis & Gandiensis rector, theologiæ professor Bilbili ac Barcinone, concionem a se habitam adversus comoediarum usum die Circumcissionis Dominicæ Oscensi in urbe edidit cum hoc titulo:

Circumcissio comoediarum. Ilerdæ apud Margaritam Angladam 1629. in 4. Item:

Epistolam ad Provinciam Aragoniæ de obitu P. Josephi de Calatayud. Cæsaraugustæ apud Didacum Dormer. 1637. in 4.

Decessit Gandiæ XVI. Aug. MDCXXXVIII. ætatis XLVII.

F. IAIMUS DE ALCALA, ordinis Minorum provinciæ Aragoniæ, qui & guardianus Cæsaraugustanæ domus, & anno MDXVII. minister erat suæ provinciæ, ut ex *Annalibus Franciscanis* ad annum 1517. §. 26. & 1519. §. 11. constat. Scripsit:

Cavalleria Christiana: hoc est, institutiones militiæ spiritualis. Compluti apud Joannem de Villanova anno 1590. in 8. Attribuit necnon ei Waddingus librum alterum, Latina hac inscriptione designatum, sed nescio an Latinum:

Lucernam Minorum, & Expositionem Bullæ Eugenianæ.

IAIMUS AUGUSTINUS DEL CASTILLO ET HOSPITAL, edidit:

Sumario de los Notarios. Cæsaraugustæ anno 1548. 8.

IAIMUS BARTHOLOMÆUS, canonicus Urgelensis, nostris hominibus Latinæ linguæ ignaris communicavit:

Las vidas de los doce Cesares de C. Suetonio Tranquillo. Tarracone anno 1596. in 8. apud Philippum Robertum.

Appiano de las Guerras civiles. Barcinone anno 1592. ex Latina interpretatione hujus Græci auctoris confingens Hispanam. Prodiit ex officina Sebastiani a Cormellas.

IAIMUS BLANCO, scripsit:

Relacion de la Vida, santidad muerte y milagros de la Bendita Virgen Soror Rosa de Santa Maria, criolla de Lima &c. quæ nondum prelo fuit mandata.

F. IAIMUS BLEDA, gente Valentinus, ordinis Prædicatorum, quippe quem Algemesi oppidum regni hujus protulit, ac Dominicani sodales, voti mancipem religiosi, urbe in ipsa Regia monasterioque illius susceperunt. Concionator fuit inter suos generalis, violatæque Religionis Valentinis vindicibus a censuræ munere theologus administer. Consilio is, & frequentibus calidisque officiis promovit plurimum ex Hispaniæ regnis ut pellerentur, quæ supererant, Maurorum reliquiæ, lubricam eorum fidem, dum rectoris partes seu parochi nonnunquam inter eos gesisset, expertus. Romam ter, Matritum pluries accessisse dicitur hac re super, confectamque apologia etiam in vulgus edita nervose defendit. Hæc ejus opera, Latina quidem:

Defensio Fidei in causa Neophytorum, sive Moriscorum regni Valentiæ, totiusque Hispaniæ. Item:

Tractatus de Justa Moriscorum ab Hispania expulsione. Valentiæ anno 1610. 4. apud Joannem Garriz.

Vulgaria hæc:

Chronologia de los Moros de España: octo libris. Valentiæ anno 1618. in folio, apud Philippum Mey.

De la Confradia de la Minerva, y milagros del Santisimo Sacramento. Ibidem anno 1600. in 8.

Quatrocientos milagros, y muchas alabanzas de la Santa Cruz: con un Tratado de las cosas mas notables desta divina señal. Valentiæ apud Patritium Mey 1600. 8.

Vida y milagros del glorioso S. Isidoro Labrador de Madrid por Juan Diacono Arcediano de la misma Villa, con adiciones en dos libros: y un Tratado de la Vida y milagros de la Sierva de Dios Maria de la Cabeza unica muger del Santo. Matriti apud Thomam Juntam anno 1622. in 4.

F. IAIMUS CABANES, ordinis Prædica-

catorum, concionator ut vocant generalis, Gerundæ huic familiæ nomen dedit, cujus urbis cœnobio nunc præest, scripsit:

Espejo de Amor, Iman de la voluntad, Camino del Cielo, Maria Sacratisima &c. Barcinone 1663. 4. Sacræ theologiæ ut vocant præsentatus est.

IAIMUS CANCER (Iacobus Cancerius Latina forma) Aragonensis, Balbastri natus. Domicellus, quo nomine eum vocant qui ex parentibus equestri ritu armatis fuit ortus, cum Salmanticæ atque item Oscæ juris studio incubuisset, ad faciendum doctrinæ fructum Barcinone in Catalonia domicilium fixit: hoc est, rerum fortunarumque suarum, ductis etiam inde uxoribus, rationes constituit, addictus patrocinio causarum, quo munere insigniter impleto, librisque interim foras emissis, veluti principatum in ea provincia sui temporis jurisconsultorum (si Fontanellam excipias) obtinuisse visus fuit. Scripsit nempe:

Varias Resolutiones Juris Cæsarei, Pontificii & Municipalis Principatus Cataloniæ: tribus tomis. Barcinone anno 1594. & item 1608. in folio. Demum ex ultima editione, ab ipso auctore diligentissime priusquam moreretur recognitas, & altero fere tanto auctiores, cura D. de Myr, auctoris generi, in locum emissas vidimus, partim Turnoni apud Laurentium Durandum anno 1635. partim Lugduni apud Laurentium Arnaudum 1644. in folio, sed & Lugduni prodierunt iterum 1659. in folio.

Disparuisse inter manus alterum ejus, sive *Resolutionum* sive *Consiliorum*, volumen, frustraque post ejus obitum quæsitum audivimus ab illustrissimo D. Josepho Ninot, Gerundensi prius, nunc Ilerdensi episcopo, cum Romæ auditor esset S. Rotæ, qui Cancerii propinquus erat.

Discessit e vivis duobus major septuagenario.

IAIMUS CONESA, descripsit patrio Valentiæ regni, unde oriundus erat, sermone, ut Petrus Augustinus Morla in præfatione *Juris Emporii* sui testatur, *Græcorum & Troianorum res gestas, & Ilii eversionem*: non sine ingenii industria & arte. Quæ forsan fuerit Dictys Cretensis historiam in vernaculum reddere.

IAIMUS DIEZ, Bolea in Aragoniæ regno oriundus, canonicus ecclesiæ Cæsaraugustanæ S. Salvatoris, Carolo Imperatore rerum domino, claruit philosophicis ac theologicis literis, cujus quidem sunt:

In Aristotelis libros Physicorum Commentaria: *opusculaque alia Theologica*: de quibus Valerio Andreæ Taxandro, catalogistæ nostrorum scriptorum, credimus, a quo eadem didicit Vincentius Blascus *Historiæ Aragonensis* prima parte, lib. v. cap. XXXVIII.

IAIMUS DE FALCO, Aragonensis, Sariñenæ civis, medicæ artis professor Monspessulanus, Guidonis Cauliaci Galli *Artem Chirurgicam* in vulgarem sermonem convertit, explanationesque & notas adjunxit.

IAIMUS FERRUSIUS, vulgo FERRUS, Valentinus, theologus, qui & Tridentum ad synodum generalem venit, atque in ea concionatus est, linguæ Hebraicæ ac Bibliorum professor fuit in academia patriæ urbis triginta & amplius annis. Hujus est ait Scotus:

Concilium Valentinum provinciale: tempore suo celebratum, cujus acta formavit.

Orationem habuit, uti diximus, ad Tridentinos PP. Latinam Assumptæ Virginis festo die, quæ cum aliis lucem vidit.

IAIMUS GIL, hoc est, ÆGIDIUS, Magalonensis, quod est oppidum Aragoniæ regni & Cæsaraugustanæ diœcesis, librum scripsit hoc argumento:

Perfecta y curiosa declaracion de los provechos de las Colmenas, y alabanzas de las abejas. Cæsaraugustæ anno 1621. Et quidem prelo is mandatus a Francisco Ægidio, Jacobi seu Jaimi fratre, Cisterciensi ex monasterio Deiparæ Virginis de Veruela; eidem a Vincentio Blasco de Lanuza ex conjectura tribuitur lib. v. cap. XLIII. prioris partis *Histor. Aragonensis*.

IAIMUS GUIRAL, ex eodem regno, Darocensis, versibus cecinit:

Proceso y contemplacion de la Pasion de Jesu-Christo nuestro Señor. Cæsaraugustæ apud Roblesios anno 1588. 8.

F. IAIMUS IANUARIUS, hujus nomine librum sic notatum vidimus:

Ars metaphysicalis naturalis ordinis cujuslibet rei intelligibilis arboris naturæ; ad intelligendos omnes libros, artesque Illuminati Doctoris Raimundi Lulli, ac etiam cæterorum omnium; per Reverend. Doctorem & præclarissimum Magistrum Jacobum Januarium monachum Tarraconensis diœcesis. Valentiæ apud Leonardum Butz 1506. in 8.

Ordinem hic Cisterciensem in Aragoniæ regno & Sanctarum Crucium monasterio professus dicitur. Verum id minus recte Chrysostomus Henriquez auctorque *Bibliothecæ Cisterciensis* affirmant, floruisse eum circa

ca annum MDXCIII. quibus memorata & visa a nobis libri ipsius editio nonaginta fere annis antiquior valide refragatur.

F. IAIMUS DE SANCTO IOANNE, Dominicanus cœnobii Cæsaraugustæ urbis, in Italia peregrinatus reliquit:

Sermonum volumina, & alia, quæ in Hispania minus nota sunt, eo quod alibi longeque a patria degerit ait Vincentius Blascus Lanuza tom. II. *Histor. Aragonens.* lib. V. c. XXXIX.

IAIMUS (sive IACOBUS) IOANNES FALCO, Valentinus domo, Jacobi Falconis & Iolantis Seguræ filius, eques militiæ Sanctæ Mariæ de Montesa, & commendatarius vallis de Perpunchent, primusque locum tenens generalis ejusdem ordinis, omnem humanitatem simulque mathematicas disciplinas insigniter calluit, in re poetica, præcipueque in satyra, ad Horatianam laudem proxime accessit, cujus quidem rei testimonio sunt:

Poemata ejus uno volumine edita. Valentiæ typis Philippi Mey in 8.

De Quadratura Circuli. Primum Antuerpiæ apud viduam Petri de Huete in 4. anno 1587. deinde ibidem 1591. in 4. Qui liber (mira res!) fugit eruditissimi viri Gerardi Joannis Vossii notitiam, qui meminisse ejus debuit dum eos enumerat quorum ingenia hæc exercuit quæstio: *De Scientiis Mathematicis cap. XVI. §. XXXVI.*

In bibliothecæ Ambrosianæ catalogo legitur: *Jacobi Falconis Quadraturæ Paralogismus.* Et:

Excerpta ex Servii schedis ineditis. Extant ad eum Pauli Manutii epistolæ duæ libro VII. eidemque inscribitur Baptistæ Mantuani Epigrammatum liber, qui est in primo volumine ejus operum. Arnoldi Wionis hæc sunt lib. I. *Ligni vitæ*, c. XC. *Frater Jacobus Falco*, *Valentinus*, *ordinis Montesiæ miles*, *admirabilis ingenii vir*, *quod enim ante ignotum suo nobis manifestavit ingenio*: *paucis namque ab hinc annis quadraturam circuli noviter adinvenit*, *& de ea insignem tractatum scripsit.* Vitam ejus compendiose scripsit Emmanuel de Sousa Coutinho, nobilis Lusitanus, qui postea institutum Dominicanum professus Fr. Ludovicus de Sousa fuit nuncupatus, literis ipse conscripta sive reformata sui ordinis Lusitana historia satis notus. Quæ quidem Vita edita fuit in *Poematum* auctoris editione. Celebrat quidem non perfunctorie Hippolytus de Samper in *Montesiæ Illustratæ* vol. 2. parte 3. n. 938. & sequentibus. Ex literis plane iis, quas diximus, Pauli Manutii apparet peregrinatum in Italia nostrum, Bononiæ ac Pisis fuisse. Loquutus est etiam ipse de se aliqua in elegantissimis libello *De Quadratura circuli* affixis versibus dimetris ex meris jambis, quos Scotus in *Bibliotheca*, dum poetas laudat Hispanos, prætermittere erubuit. Loquitur circulus:

Vocabar ante Circulus,
Eramque curvus undique
Ut alta solis orbita
Et arcus ille nubium:
Eram figura nobilis,
Carensque sola origine,
Carensque sola termino.
Modo indecora prodeo,
Novisque fœdor angulis;
Nec hoc peregit Architas,
Neque Icari pater, *neque*
Tuus, *Japete*, *filius.*
Quis ergo casus, *aut deus,*
Meam quadravit aream?

Respondetque auctor:

Ad alta Turiæ ostia
Lacumque limpidissimum
Sita est beata civitas,
Parum Saguntus absuit,
Abestque Succro plusculum.
Hic est poeta quispiam,
Libenter astra consulens,
Sibique semper arrogans
Negata doctioribus,
Senex ubique cogitans,
Sui frequenter immemor,
Nec explicare circinum
Nec exarare lineas
Sciens, *ut ipse prædicat:*
Hic ergo bellus artifex
Tuam quadravit aream.

Vixit coelebs, obiitque Matriti XXXI. Augusti MDXCIV. ætatis LXXII.

IAIMUS IOANNES MORENO, Aragonensis, laudatur a Didaco Josepho Dormer, chronographo hujusce regni, ex eo quod MS. reliquerit:

Tractatum de Decimis temporalibus & profanis.

IAIMUS IOANNES VIVAS, forte sodalis fratrum Deiparæ Virginis de Mercede, laudatur a Joanne Tamaio Salazar, *Martyrologii Hispani* auctore, VI. die Maii, & a Georgio Cardoso in *Agiologii Lusitani* secundo volumine, XXV. die Maii, pag. 307. ex opere quodam ita inscripto:

Viridarium Mercenariorum. An vulgari appellatione *Vergel de la Religion de Nuestra Señora de la Merced*? Forte idem auctor est libri, quem, laudato inter Baleares scriptores auctore,

Espejo y exemplar de los Estudiantes Vincentius Mut in *Historia regni Balearis*, volum. II. lib. VIII. c. VI. appellat.

IAIMUS MIRABET, Aragonensis, Societatis Jesu, communicavit Hispanis Latinæ linguæ ignaris:

Las Meditaciones de la vida de Christo del Padre Francisco Costero. Cæsaraugustæ 1601. in 16.

IAIMUS MIRO, Valentinus, ex primis Societatis Jesu sodalibus, vereque norma instituti hujus religiosissimi, plura gessit domestica ministeria, plurima in Deum pietatis, in se ipsum severitatis, in proximos clementiæ officia præstitit, vir in paucis ornamento ac perpetuo exemplo sociorum natus. Everhardo Mercuriano, præposito generali IV. in re domestica utilem commodavit operam, cujus voluntate concinnavit:

Summarium Constitutionum Societatis Jesu. Item:

Regulas communes. Et:

Regulas Officiorum proprias ejusdem Societatis: *quæ in manibus atque usu domestico sunt ab Congregatione IV. Generali approbatæ, confirmatæque.* Justum Mironis elogium ab auctore *Bibliothecæ Societatis* require.

F. IAIMUS MONTAÑES, Carmelita provinciæ Aragoniæ, edidit:

Espejo de bien vivir, *Tratado de ayudar a bien morir.* Valentiæ apud Joannem Navarrum 1565. in 4. Matriti apud Franciscum Sanchez anno 1573. in 8. Barcinone 1576. in 8. & 1608. Pampelone 1611. 8. Præfectus fuit coenobii opp. Onda in regno Valentiæ, item Calaritanæ domus in Sardinia totiusque insulæ vicarius generalis anno MDLXIX. creatus: ut ex regestis Joannis Baptistæ Bubei, prioris generalis ejusdem ordinis, a me Romæ visis.

IAIMUS (alias IACOBUS) MONTANIANUS, Majoricensis, reliquit scriptum inter MSS. codices bibliothecæ Antonii Augustini:

De Armis Clericorum tractatum. Quem distinguere an debeam a Iacobo Montagnano, Sardiniæ regente, cui inscripta est *Iacobi Cardinalis Putei a Latino Latinio* epistola quædam, ex qua constat Montagnani matrem cardinalis novercam fuisse, admoneri pervelim.

IAIMUS OLEZA, Maioricensis, laudatur insigni elogio a Vincentio Mut altero volumine *Historiæ Regni Balearici* lib. VIII. c. VI. qui quidem refert scripsisse eum inter alia, cum sacrarum literarum insigni doctrina polleret:

De Lege Christiana.

Fertiloquium (ita appellat) *Theologiæ.*

De erroribus Philosophorum.

Quatuor mysticas lamentationes.

Fornacem contra errores.

Contra errores Martini Lutheri: quem quidem librum Leoni X. P. M. nuncupavit, qui cum morte præventus gratias habere ei non valuisset, cardinalis S. Crucis, Ostiensis episcopus, & patriarcha Hierosolymitanus XII. die Februarii MDXXII. sacri collegii cardinalium nomine literas ad eum dedit gratificatorias hujus tanti beneficii ecclesiæ præstiti, certiorem eum faciens Leonem cum viveret magno desiderio fuisse auctorem doctissimi commentarii coram dignoscendi. Hæc omnia Vincentius Mut, qui & eidem attribuit, Hispanum ut videtur, aliud opus:

Canto espiritual dictum.

IAIMUS alter OLEZA, ab eodem Vincentio Mut laudatur eodem loco uti auctor libri nuncupati:

Exercicios militares: & aliorum tractatuum.

D. IAIMUS DE PALAFOX, marchio de Ariza in Aragoniæ regno, Joannis pater, summi viri doctrina pietate ac dignitate, qui Oxomensis obiit episcopus, manu exaratum inter schedas reliquit opusculum satis cordatum, hac inscriptione:

Minas de salud y larga vida. Postumum hoc patris monumentum comiti Olivarum a Joanne Palafoxio, nuper laudato filio, nuncupatum vidimus Matriti apud D. Petrum Valerum Diazium, amicum nostrum, Regiæ cameræ Neapolitanæ ut vocant præsidem, eximia virum humanitate ac eruditione non vulgari.

IAIMUS DEL PORTILLO ET SOSA, canonicus Guatemalensis ecclesiæ Americæ septemtrionalis, scripsit:

Primera Parte de la Chronica general de los Templos y Casas famosas, que tiene la Virgen Maria por todo el mundo &c. Erat superioribus annis editioni parata hæc pars apud D. Antonium de Leon Pinelo, ut refert Alba in *Militia Conceptionis.*

IAIMUS PRADES, Valentinus, ex oppido Iana (quod magistralis camera est sacri ordinis Montesæ) theologus, argumentum pie atque erudite tractavit adversus hæreses nostri temporis maximi momenti, scribens vernaculo sermone:

His-

Historia de la adoracion y uso de las Santas Imagenes, y de la Imagen de la Fuente de la salud. Valentiæ 1596. in 4. apud Philippum Mey.

De ista ejus patria testis est Gaspar Escolanus lib. VIII. cap. III. *Rerum Valentinarum.*

IACOBUS (sive IAIMUS) PUCHE, Catalanus, Cervariensis, Jesuitarum sodalis, philosophiæ ac theologiæ in Gandiensi & Barcinonensi collegiis professor, atque utriusque doctrinæ pileo cohonestatus, Gandiæ semel bis Barcinone rector, & supremo Fidei rerum concilio a consultationibus, scripsit sub Petri de Viscarredo nomine, Philippo Alegambe teste, Hispane ut credimus:

Libro de los milagros de la Santa Cruz. Paratum habebat, dum prædictus Alegambe scriberet:

De Casibus conscientiæ in articulo mortis occurrentibus opus morale: quod nondum prodiit.

IACOBUS (sive IAIMUS) RAYMUNDUS VILLA, Catalanus, vir nobilis, presbyter, historiæ diligens gnarusque perscrutator, schedarumque manu scriptarum dives professor, scripsisse dicitur:

Stemmata Familiarum Cataloniæ. Cujus operis ac ceteræ hereditatis dominum testamento voluit monasterium S. Hieronymi de la Murta cognominati, non longe a Barcinonensi urbe.

F. IAIMUS REBULLOSA, Dominicanus Cataloniæ provinciæ, unde ei origo. Hac una potissimum re videtur bene de posteris mereri voluisse si ab exteris quædam historica, præcipue sacra, in familiarem sermonem converteret, nonnulla e monumentis nostratibus produceret. Conciones etiam, quibus sese pie ac efficaciter, juxtaque officii normam exercuisse dicitur, prodire in vulgus fecit. Sacra interim Biblia interpretatus est plures annos in templo ipso cathedrali Urgelensis urbis, non sine laude pietatis doctrinæque. Scripsit:

Descripcion del Mundo: ex Ioannis Boteri *Relationibus.* Barcinone 1603. in 8. Gerundæque apud Gasparem Garrich anno 1622. in 8.

Teatro de los mayores Principes, y causas de las grandezas de sus estados; ex ejusdem *Relationibus.* 1605. in 8. Simulque:

Adiciones de Juan Botero a su libro de Razon de estado.

Historia Eclesiastica, estado presente de la Religion en el mundo: ex eodem Botero. Barcinone 1610. in 8.

Tesoro espiritual de la Iglesia militante. Barcinone 1601. in 8.

Vida y milagros de S. Oleguer Obispo de Barcelona. Barcinone 1609. in 8.

Relacion de las Fiestas, que se hicieron en Barcelona a la Canonizacion de S. Raymundo de Peñaforte. Barcinone 1601. in 4.

Sermones de Quaresma. Ibidem 1601. in 4. & 1614. in 4.

Sermones de Adviento. Ibidem anno 1617. in 4.

Sermones del Santissimo Sacramento. Anno 1621. in 4.

Teatro de Ingenios: ex Italico Thomæ Garzoni. Barcinone 1600. in 8.

Traduccion de lo que escrivió Cesar Calderario sobre la Magnificat. Barcinone anno 1597. in 8. Matritique 1600. Canonicus hic fuit Regularis Lateranensis.

IAIMUS RODERICUS, edidit:

Un Tratado de la Concepcion de N. Señora. Barcinone 1561. in 8.

IAIMUS ROIG, Valentinus, sermone patrio dedit:

Libre de Consells, los quals son molt profitosos, y saludables axi per el regiment y orde de ben vivre, come per augmentar la devocion a la puritat y Conceptio della Sacratisima Verge Maria &c. Valentiæ 1532. in 4.

IAIMUS DE RUESTA, canonicus Bilbilitanæ collegiatæ ecclesiæ, quæ Deiparæ Virginis de la Peña nomen præfert, librum confecit (Vincentio Blasco in *Chronicis Aragonensibus* primo volumine, lib. V. cap. XLIII. auctore) in quo laudes & magnalia Hispaniæ continentur, sic tamen inscriptum:

Desengaños del Mundo. 1611. in 8. Barcinone apud Gabrielem Graells.

F. IAIMUS SANCHEZ, Minorum provinciæ Valentiæ minister & custos, olim ex Recollectis, unde ad gerenda memorata munera non sponte sua deductus iterum ad eos onere vacuus rediit. Joannes Ribera, Valentinus præsul, vir pietate ac prudentia, ne dicam de aliis sæculi dotibus, clarissimus, insigne huic nostro (quem a confessionis ministerio habuisse dicitur) morum integritatis nomine, testimonium confert in eo quod de rebus gestis Margaritæ Aguillonæ, præstantis virtutis feminæ, conscripsit elogio. Hoc idem argumentum sequutus est Iaimus, nam scripsit:

La Vida, virtudes y milagros de la Sierva de Dios y Virgen Soror Margarita Aguillona de la tercera orden de San Francisco.

co. Valentiæ apud Joannem Chryfoftomum Garriz 1606.

IAIMUS SEGARRA, gente Valentinus, domo Alonenfis, hoc eft, ex Alicante, oppido illius regni nobiliffimo, doctor medicus, & in academia Valentiæ urbis profeffor publicus, Græce etiam doctus, doctrinæ, qua præcellebat, publica hæc extare fecit monumenta:

Commentarios Phyfiologicos, complectentes ea, quæ ad partem Medicinæ Phyfiologicam pertinent: fcilicet commentarios ad librum Hippocratis *De Natura Hominis*, ac libros tres *De Temperamentis*, ac fuper totidem libros Galeni *De Facultatibus naturalibus*. His præfixit:

De Artis Medicæ Prolegomenis libellum. Valentiæ apud Patricium Mey 1596. in folio. Item edidit:

Claudii Galeni librum de morborum & fymptomatum differentiis cum Commentariis. Hoc opus publicavit Hieronymus Vincentius Salvator, medicus Valentinus, & in eadem fchola Græcarum literarum profeffor, apud Michaelem Sorolla anno 1624. in 4. iterumque apud ejus heredes 1642.

IAIMUS SOLER, fcripfit:

Summa de los Fueros y Obfervancias del Reyno de Aragon. Cæfarauguftæ anno 1525. Hujus quoque præ fe fert nomen:

Repertorio de todas las Leyes de Caftilla. Toleti apud Gafparem de Ayala anno 1529. in 4.

F. IAIMUS TENZA, Valentinæ domus ordinis Redemptorum B. Virginis de Mercede præfectus, facræ theologiæ (uti appellare amant) præfentatus, quod fufcipiendo magifterii pileo habilem atque ei deftinatum fonat, fcripfit:

Sumario de las gracias y indulgencias, que ganan los Cofrades de la Cofradia de Nueftra Señora de la Merced, y los que vifitan las Iglefias de la dicha Orden, o traen fu efcapulario.

F. IAIMUS DE TORRES, ignotum nobis cui inftituto addictus, fcripfiffe dicitur:

Divina y humana Poefia. Anno 1579. in 8.

F. IAIMUS VIVES, Vide IOANNES IAIMUS VIVAS.

IBANDUS.

IBANDUS BARDAXI, Aragonus, jurifconfultus, fcripfit:

Commentaria in Foros Aragoniæ. Cæfarauguftæ 1592.

De Officio Gubernatoris feu Procuratoris generalis Regni Aragoniæ. Cæfarauguftæ anno 1582.

Avifos y doctrinas de Principes. Fuit cum jam laudatis MS. in bibliotheca ampliffima Gabrielis Soræ Aragonenfis, cujus extat editus index.

IGNATIUS.

IGNATIUS DE ANDUESA, Navarrus, facerdos theologus, & ad S. Laurentium Pampilonenfis urbis vicarius, edidit:

Vida y martyrio de S. Saturnino y San Fermin Patronos de Pamplona. Pampelone anno 1607. in 8. Præmittuntur *Tres Difcurfos de la Cruz de Chrifto; del Martyrio, y de otras particularidades antiguas.*

Manual de Cafados: fimulque *un Tratado del Santiffimo Sacramento.* Ibidem anno 1618. in 4. ac nefcio quid *de Sancto Ignatio de Loyola.*

IGNATIUS DE ARBIETO, Matritenfis, fed in America Limæ Societatem Jefu amplexus, atque in eadem urbe theologus diu profeffor, & novitiorum magifter, diverforum collegiorum rector, fcripfit:

Hiftoria de la Provincia del Peru de la Compañia de IHS. duobus tomis, y *Vidas de algunos illuftres Varones della*: qui Matriti recognofcebantur ad editionem cum renovatæ *Bibliothecæ Societatis* auctor de eo hæc fere fcribebat.

IGNATIUS CARVALHO, Lufitanus, ex Montemajori novo (Montemor o novo, Portugalliæ idiotismus vocat) Jefuitarum fodalis, pro ftudentium utilitate & compendio:

Summarium confecit *Curfus Philofophiæ Conimbricenfium PP. ejufdem Societatis.*

F. IGNATIUS COUTIÑO, Lufitanus, ex religiofa familia Prædicatorum, verbi Dei præco, rerum copia, ingenii felicitate & facilitate in pulpitis Lufitaniæ Caftellæque fpectatus, foras dedit Lufitanice primum:

Marial o promptuario efpiritual fobre os Evangelios das feftas da Rainha dos Santos Maria May de Deos. Poft editionem Lufitanicam Caftellæ hunc lingua dedit in lucem iterum F. Francifcus Palau, ejufdem inftituti, anno MDCXLVII. Nempe utroque fermone quater editus liber eft intra fexenii fpatium. Latine (ignotum mihi cujus opere) lucem vidit etiam Coloniæ anno 1661. Hifpali autem Ignatius manens, non jam Lufitanorum fed Caftellæ idiotifmo, typis edidit:

Promptuario efpiritual para los Evangelios

lios de los tres principales dias de la Quaresma, Miercoles, Viernes, y Domingos, y Semana Santa. Matriti 1644. fol.

Promptuario espiritual de elogios de los Santos. Ibidem in folio. Hunc Philippus Acosta, Hispalensis, Dominicanus, acerrimi ingenii juvenis, in flore ipso ætatis, dum fructus uberes ab eo expectarentur, e vivis abreptus, locupletatum indicibus, a se recognitum, prelo aptum reddidit. Coutiñi hæc opera Bruxellis edita esse tribus voluminibus anno 1651. (Hispane, an ex Hispano Latine?) in quodam librorum catalogo legimus.

F. IGNATIUS FIRMINUS DE HIBERO, Cistercienfium ordinem, cujus se instituto apud Nucalenses obligaverat, tempore illo quo plures, eodem sacramento adstricti, præstantes eruditioni viri rem domesticam historiis editis, veterisque ævi producta in lucem memoria ornandam susceperant, industria ac diligentia sua enixe valdeque illustravit. Nec tamen ipsi votum plane successit, exanimato priusquam ea, quæ meditabatur, opera incudi subjiceret. Durandum is apud Complutenses docebat, lauream que theologis solemnem tulerat, cum a Philippo Rege II. renuntiatus fuit in perpetuum Fiteri, quod celebre admodum est cœnobium Navarrorum, abbatem. Hic obtenta desiderati secessus copia, quod sibi non licuit gubernationi mancipato, Bernardum Villalpandum Segoviensem, Gasparis Cardilli fratrem, expensis suis per omnia Galliæ monasteria circummisit, unde sibi egregium domesticæ antiquitatis penu, & quidquid veterum esset in his monumentorum, pertexendæ historiæ colligeret. Verum cœpta hæc & spem omnino perturbavit, ut solet, mors, eum vivis eximens cum accinxisset sese jam operi, hæc tantum non invidens quæ prelum communicaverat. Scilicet:

Exordium minus (ita vocant) *ordinis Cistercienfis pluribus locis auctum, & notis illustratum propriis* edidit. Fiteri 1610. *Exordium* vero *Majus*, cui & *notis* præluxit, nondum typis excusum fuisse scribit *Bibliothecæ Cistercienfis* auctor. Utroque autem usus est in *Annalibus scribendis* Angelus Manrrique, Pacensis præsul, quemadmodum testatur ipse volumine secundo ad annum MCLXIV. cap. 10. n. 9. Sed vidimus postea nos:

Exordia sacri ordinis Cistercienfis, alterum a S. Roberto, S. Alberico, & S. Stephano pridem ejusdem ordinis fundatoribus ante quingentos annos; alterum ante quadringentos ab Anonymo hactenus monacho Clarevallensi, sed re vera a Sancto Helinando accurate conscripta, edita, & recollecta per M. Fr. Ignatium de Hibero Abbatem perpetuum Fiteriensem. Pampilone anno 1631. in folio.

Lignum vitæ Ordinis Cistercienfis: quod Bernardo de Villalpando, aliorum fidem sequuti, adjudicavimus, Gaspar Iongelinus in *Originibus ac progressu ordinis Cistercienfis* ab Ignatio isto natum habere se ait.

Sed & alio ex capite mors ei ante tempus venit, quod multa Cypriani Huerguensis opera, e tenebris cura ejus in lucem ventura, fatale quoddam & infestum absolutissimis desideratissimisque commentariis fatum, extincto instauratore, iterum ad obscuros loculos, in tinearum fortasse prædam, gravi sacrarum literarum damno, detrusit.

IGNATIUS FRANCISCUS PEINADO, Argandæ natus in Toletana diœcesi, Jesuita, Complutensis cum philosophiæ tum theologiæ professor, edidit:

Disputationes in universam Aristotelis Logicam. Compluti apud Mariam Fernandez 1671. in 4.

In octo libros Physicorum Aristotelis. Ibidem apud Franciscum Garziam 1674. in 4.

F. IGNATIUS GALVAON, Lusitanus, Eborensis, ex ordine Sancti Dominici, sacræ theologiæ magister, eo tempore quo studiis domus Eborensis præerat, domumque ipsam moderabatur, publicavit:

Discursus varios ex commentatione Sapientiæ Divi Thomæ Aquinatis Angelici Ecclesiæ Doctoris collectos: volumen scilicet primum. Eboræ 1625. in folio.

In vivis degebat anno MDCXLII.

IGNATIUS (alias ENECUS) DE LASARTE ET MOLINA, Caraccensis (si Caracca Maurorum idiotismo Guadalaxara est ut doctis placet) nobili loco natus, jurisconsultus, Salmanticæ sub Rodericiis duobus Emmanuele Alphonso filio, atque Hectore parente, primario legum antecessore, quos ipse alicubi honoris ergo appellat, ita se literis civilibus excoluit ut doctrinam quoque suam sequentibus annis utilissimo edito in vulgus opere nostris hominibus commendaret. Nempe scripsit:

De Decima venditionis & permutationis, quæ Alcavala nuncupatur, librum singularem. Compluti apud Joannem Gratianum 1589. in folio. Matriti 1599. folio. Hæc autem posterior Matritensis editio præfert jam *Additamenta*, operi ab auctore ipso per decennii spatium facta.

IGNATIUS LOPEZ DE SALZEDO, vir

vir doctissimus, juris Pontificii primarius antecessor in academia Complutensi, Decretorum ut vocant cathedram jam duodecim annis occupabat cum anno MDLXIV. Tridentinum concilium promulgatum est, ut ipse refert in iis, quas scripsit docte atque erudite,

Ad Ioannis Bernardi Diaz Calagurritani Episcopi Praxim Criminalem Canonicam Additionibus, cap. LXXVI. §. *Et memoria quidem teneo* &c. Compluti editis apud Petrum Robles..... Venetiisque 1614. in 4. apud Joannem Guerilium. Dedit quoque:

Additiones in ejusdem *Ioannis Bernardi Regulas Iuris.*

S. IGNATIUS DE LOYOLA, Cantaber, Guipuscoanus, domo ex oppido Azpeitia, nascitur anno MCCCCXCI. qui, ex militia belloque ad Pampilonem, Navarræ primariam urbem, gesto ad innocentiora castra Dei vocatus, institutum Clericorum Regularium Societatis Jesu pie invenit, inventum Paulus adprobavit P. M. hujus nominis III. circa annum sæculi præteriti quadragesimum. Vir eximiæ virtutis merito in fastos Beatorum a Paulo V. Papa relatus, dein catalogo Sanctorum a Gregorio XV. adscriptus anno MDCXXII. sanctitate & miraculis clarus, veræque religionis ubique dilatandæ studiosissimus, quo elogio in Bulla Canonizationis censetur. De quo si plura dicerem actum jam ab aliis, cum Latine, tum vernacule, summis atque eloquentissimis encomiastis, lucernam mero meridie accendens, agerem. Opera hæc ejus nota & vulgaria sunt, doctrinæ, pietatis atque omnis bonæ frugis plena:

Libro de las Constituciones de la Compañia de IHS. Examinatum hunc serio, pluriumque doctissimorum hominum maturo adhibito judicio probatum confirmavit tandem (quod necesse erat) pontificia auctoritas: quem utique Latine vertit Joannes Polancus Romæ 1558. Superioribus annis obtulerat Paulo Papæ III:

Instituti formulam: quam ille Confirmationis Bullæ inseruit, datæ V. kalendas Octobris anno MDXL.

Deinde ad alios dedit:

Carta de la religiosa obediencia: ad Lusitaniæ socios ac filios, datam VII. kalendas Aprilis 1553.

Otra Carta de la perfeccion religiosa: ad Hispaniæ socios, V. nonas Martii 1547.

Exercicios espirituales. Quem libellum, semel atque iterum censorio animo atque oculo expensum, tandemque Sedis Apostolicæ judicio & approbatione munitum, Andreas Frusius in Latinum transtulit. Circa hunc expeditum est a Paulo Papa III. anno quadragesimo octavo supra sesquimillesimum diploma, cujus initium est: *Pastoralis officii cura.* Nec tamen defuerunt post id tam grave & sacrum judicium qui operi detrahere auderent. De quo videndus Nicolaus Orlandinus *Historiæ Societatis* lib XIII. a num. 33.

Epistolam item *Ignatii ad Claudium Æthiopiæ Regem* VIII. *Kal. Martii* MDLV. datam Orlandinus, Maffeus, alii historicis suis monumentis consignarunt. Hæc sunt quæ lucem viderunt.

Excessit vir sanctissimus Romæ pridie kal. Augusti anno MDLVI. quintum a sexagesimo ætatis annum agens.

F. IGNATIUS DE SANCTA MARIA, Lusitanus, ex Pace Iulia, seu Beja urbe, apud Italos tamen congregationis Sancti Augustini Reformatorum institutum amplexus, sacræ theologiæ professor, & aliquando diffinitor ut vocant inter suos generalis, edidit:

Turrem salutis Deiparæ Virgini dicatam: sive contra Animæ hostes militiam spiritualem. Venetiis apud Jacobum Sarzinam 1620. in 4.

Propugnaculum contra vitia: sive Turris alteram partem. Romæ 1638. in 4.

Vernacula quoque Italorum lingua:

Preparatione al ben morire. Firmi 1642. in 16.

IGNATIUS MARTINEZ, ante dictum Societatis sacramentum VASCUS, recens natæ huic familiæ adsociatus sodalis, Conimbricæ doctor theologus, Regique Sebastiano a sacris fuit concionibus, quodque majorem laudem meretur, innocentissimis moribus, singulari in Deum & proximos caritate, Apostolicus per Lusitaniam, quæ ei natales in Govea oppido dederat, ecclesiastes. Scripsit, ut in *Bibliotheca Societatis* monuit Alegambius:

Tractatus quatuor: Lusitanice, valde pios & utiles, ignoti hactenus mihi argumenti.

Litanias de Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento e Sacræ Scripturæ locis concinnavit. Auxit & recudit scriptam a Mario Georgio:

Doctrinam Christianam: Lusitanice.

Obiit magna sanctitatis opinione XXVIII. Februarii anno MDXCVIII. Conimbricæ.

IGNATIUS DE MORAIS, Lusitanus, Conimbricensis, eximius sui temporis rhetor, & juris doctor, coram Lusitanorum Regibus Joanne III. & Catherina conjuge, atque item Joanne Principe, in academia Conimbricensi habitam *Orationem Panegyricam*, nomine ipsius academiæ, typis edi mox fecit. Item:

Ora-

Orationem funebrem in interitu ejusdem *Ioannis Regis ad PP. conscriptos Conimbricenses*: nuncupatam Antonio Principi serenissimo, fortissimi Principis D. Ludovici Infantis Portugalliæ filio. Conimbricæ apud Joannem Barreira 1554.

Conimbricæ quoque *Encomium.* Ibidem apud eumdem Barreiram 1554.

Orationem in Interitu Ioannis Principis qua deplorat Ioanna Serenissimum maritum. Hunc inter Lusitanos poetas, qui Latine versificarentur, cum laude Andreas annumerat Scotus.

IGNATIUS PEREIRA DE SOUSA, Olisiponensis, jurisconsultus, ordinis Christi eques, atque in supremo Lusitaniæ senatu Gravaminum expeditor, Regalisque patrimonii ac totius status Petri Portugalliæ, Principis ac regni rectoris, procurator, edidit:

De Revisionibus Tractatum. Olisipone apud Antonium Craesbeck de Mello 1672. folio.

IGNATIUS PEREZ, Matritensis, scripsit:

Nueva Arte de escrivir y contar. Matriti typis Regiis anno 1599. in 4.

IGNATIUS QUINTANADUEÑAS, Burgensis, Societatis Jesu sacerdos pius, & missionibus adictus, Santanderensis & Villæfrancæ collegiorum rector, scripsit pium opus Hispanicum:

De Christo Crucificado. Pinciæ apud Antonium Ruiz 1653. in 4.

Obiit in eadem urbe v. Martii MDCLV.

IGNATIUS DE LOS VALLES, Pincianus, scripsit in re grammatica:

Suma de tiempos, y otros rudimentos de la Gramatica, como se enseñan en las Escuelas de la Compañia de Jesus, con un abecedario de verbos. Cæsaraugustæ apud Michaelem de Luna 1657. in 8.

IGNATIUS DEL VILLAR MALDONADO, domo ex oppido Alcaraz diœcesis Toletanæ, juris utriusque peritus, actorque apud suos causarum, cœptum a Petro parente, quem obiisse in Civitate Regia ejusdem diœcesis, cum ibi ageret prætorem, filius ipse retulit, absolvit opus, atque edidit, nempe:

Silvam Responsorum Juris: duobus libris. Matriti 1614. in folio, in officina Ludovici Sancii.

IGNATIUS DE ZULETA, Hispalensis, Didaci de Zuleta Urdiales filius, nobili loco natus, Societatis Jesu sacerdos, & professor philosophiæ ac theologiæ in provincia sua Bætica, eloquens doctusque concionum ecclesiasticarum declamator, nuper edidit:

In Jacobum, seu in Epistolam Catholicam S. Jacobi Apostoli commentaria literalia & moralia Lugduni apud Horatium Boissat & Georgium Remeus anno 1668. in folio.

IMMANUEL.

IMMANUEL ABOAB, Hebræus professione, scripsit Hispanice:

Nomologia, o discursos legales estampados a costa y despeza de sus herederos en el año de la Creacion 5389. hoc est orbis redempti 1629. in 4. in Hollandia, quibus probare intendit traditiones veterum sive legem oralem veram esse. Laudat hunc auctorem & opus Menasse ben Israel, dum ante libros suos de *Resurrectione mortuorum* Hebreæos memorat qui nostra lingua quidquam in publicum ediderunt; quemque vel hac solum conjectura ducti, quod hanc non prætulisset aliis nisi vernacula sibi esset, Hispanum saltem origine non temere affirmamus. Meminit & Theophilus Spizelius in *Coronide Philologica*, quam attexuit operi suo *De Sacris Bibliothecarum illustrium arcanis retectis.* Liber, ut ab amico accepi, impiissimus & perniciosissimus est, duobus libris distinctus.

IMMANUEL BOCARRO, FRANCES, Y ROSALES, Hebræus, Saphini, quæ Lusitanorum colonia fuit in Africa, natus, medicus doctor, S. R. Imperii, ut se vocat, nobilis & comes Palatinus, edidit ad Cosmum III. serenissimum Etruriæ magnum ducem:

Fasciculum verarum propositionum Astronomicæ, Astrologicæ & Philosophicæ. Florentiæ apud Franciscum Onuphrium 1654. 4. In hujus metrici operis nuncupatione & præfatiuncula monet se olim edidisse:

Veram Mundi compositionem, seu systema contra Aristotelem. Anno 1622. prosa scilicet, quæ ipsa est *Propositio Astronomica*, cujus meminimus.

Fœtus Astrológicos: tribus libris, quos sibi ab auctore traditos Galilæus Galilæi Romæ anno 1626 typis edidit, sub titulo *Lucis minoris* sive *Luz pequeña*, iterumque auctor Hamburgi 1643. in præliminaribus aliorum operum. Hos continet *Propositio Astrologica* dicti *Fasciculi.*

Meminit idem Galilæus aliorum scriptorum auctoris, sibi in schedis ab eo traditorum, scilicet:

Prognosticum generale ab anno 1615. *ad* 1640.

Aliud particulare ad annum 1653. *super Hispaniam.*

Anacephaleosis Monarchiæ Lusitanæ primæ, tribus partibus : quarum duæ priores excusæ sunt poemate Lusitano anno 1624. quo tempore se prædixisse ait defectionem Portugalliæ a Philippo Hispaniarum Rege.

Judicium Nativitatum Regum.

Laudat ipse horum auctor in dicta præfatiuncula:

Observationes suas *Mathematicas super Cometam anni* 1618. editas anno sequenti, super quibus in Lusitania se cum Andrea d' Avellar, professore matheseos Conimbricensi, scripto contendisse ait.

Tabulas primi & secundi mobilis : quibus explicat laudatum prius systema mundi, quo scilicet terra immobili, contra noviorum sententiam, unicum tantum stellarum & planetarum ab oriente in occidentem constituit motum cum suis retardationibus, quibus salvatur alter non necessarius motus ab occidente in orientem. Refert quoque se ad alterum tomum *Astrologiæ* suæ *reformatæ*.

Georgius Cardosus in schedis suis ad *Bibliothecam Lusitanam* laudat præter hos:

Quintam essentiam Aristotelicam anno 1622.

Carmen intellectuale. Amsterodami 1629.

Judicium super Cometam anni MDCXIX. nisi idem sit cum jam laudato, & error in anno designando sit commissus.

INNOCENTIUS.

F. INNOCENTIUS A S. ANDREA, Navarrus, Tafallensis, Carmelita Excalceatus, Pastranæ huic instituto addictus, vir in spiritus via non mediocriter exercitatus, scripsit:

Tres Tratados : *De la Oracion mental. De la Mortificacion. Del Hombre interior.* Qui editi sunt sub nescio cujus nomine anno 1617. attamen ad calcem secundi tractatus annotatum legitur auctorem fuisse hujus religiosi instituti, noluisseque legi se inscriptum operi.

Obiit in cœnobio Granatensi anno MDCXX.

IOACHIMUS.

IOACHIMUS CLIMENT, Valentinus, ordinis Deiparæ Virginis de Montesa, liberalium artium magister, sacræque doctor theologiæ, professus olim philosophum Valentiæ, dein factus Carpesanus rector, publicavit:

Disputationes Dialecticas. Valentiæ 1621. in 4.

Commentaria in universam Philosophiam Physicam Aristotelis, cum adjunctis disputationibus. Valentiæ apud Michaelem Sorollam anno 1627. in 4.

IOACHIMUS ROMERO DE CEPEDA, Pacensis urbis civis, vertit ex Latino in vernaculam orationem metricam:

Las Fabulas de Esopo y otros. 1590. in 8. Hispali apud Joannem de Leon. Edidit item versibus:

Conserva espiritual. Medinæcampi apud Franciscum del Canto 1588. in 8.

Obras en verso. Hispali apud Andream Pescioni 1582. 4. Inter alia est quædam comœdia, *Salvage* inscripta, ad D. Ludovicum de Molina & Barrientos, Ludovici consiliarii Regii, qui *De Primogeniis* scripsit, V. C. filium, auditorem Regium Hispalensis curiæ.

La Destruicion de Troya sacada de varios autores. Toleti ex officina Petri Lopez de Haro anno 1583. in 8.

IOACHIMUS SETANTI, Catalanus, eques ordinis de Montesa, scripsit:

Frutos de Historia. Barcinone apud Laurentium Rey 1610. in 8.

Centellas de varios conceptos y avisos de amigo. Ibidem apud Sebastianum Methevaud anno 1614. in 8.

IOANNA.

IOANNA BAPTISTA, Pinciæ nata, familiaris excellentissimæ ducissæ de Medina de Rioseco, almiranti Castellæ conjugis, sacras literas (rarum in sexu muliebri decus) ostendit se didicisse scribens:

De la Oracion. Atque item:

De los tres enemigos del alma. Auctorem habeo Petrum Paulum de Ribera, Canonicum Regularem Lateranensem, in opere : *Le Glorie immortali de triomfi & heroiche imprese delle Donne antiche e moderne*, lib. ultimo, art. 484.

IOANNA BAPTISTA, Olisiponensis, sanctimonialis ordinis S. Joannis Melitensis in cœnobio oppidi de Estremoz, cui & præfuit, insignis prudentiæ & ingenii femina, eademque D. Emmanuelis de Meneses, Portugalliæ regni chronographi, germana soror, quæ circa annum hujus sæculi quadragesimum præcipue florebat, scripsit:

Historia e Fundaçaõ com elogios de algũas Religiosas eminentes en virtude do dito Convento : MS. Teste mihi Fr. Emmanuele a Resurrectione.

IOANNA DA GAMA, Lusitana, Vianensis, Tertii Ordinis S. Francisci, scripsit versibus & prosa quædam *ascetica & spiritualia.* Teste Cardoso.

IOAN-

IOANNES.

D. IOANNES, canonicus S. Crucis Conimbricensis, Lusitanus, edidisse dicitur Sebastiani Regis tempore:

Sermones quosdam: qui servantur in domo Ulisiponensi S. Vincentii. Cardosus.

IOANNES ABRINES, Majoricensis, quem canonicum vocat Vincentius Mut in *Historiæ Regni Balearici* volum. II. lib. VIII. c. VI. scripsit:

Vidas de Santos.

Obiit cum magna sanctitatis opinione anno MDXCIV. ut refert idem Mut lib. XI. c. III. aitque vitam ejus literis consignatam extare.

IOANNES DE ACOSTA, transtulit in vernaculam linguam:

La Vida del B. Luis Gonzaga de Virgilio Separi. Pampilone 1623.

IOANNES DE ACOSTA, civis Iliturgitanæ urbis (Anduxar ad flumen Bætim) ex Lusitano, nescio cujus, in Castellanum sermonem vertit:

Declaracion o Relacion de la India, y de sus Reynos y Señorios, quales son Moros, y quales Gentiles, y de sus costumbres, y otras cosas. Vertit hoc opus anno MDXXIV. jussu D. D. Ludovici Pacheco. Asservatur MS. in folio inter libros Ferdinandi Columbi, magni Christophori filii, quos Hispalensi ecclesiæ legavit moriens.

D. IOANNES DE ACUÑA DEL ADARVE, Giennensis, Villænovæ, quam de Anduxar vocant, prior, sacri territorii Giennensis pro eminentissimo D. Balthasare Moscoso & Sandoval, illius pontifice, S. R. E. cardinali, visitator, theologus eximius multa Patrum multa historiæ lectione, scripsit:

Discursos de las efigies y verdaderos retratos non manufactos del santo rostro y cuerpo de Jesu-Christo Nuestro Señor desde el principio del mundo: *y que la santa Veronica, que se guarda en la Santa Iglesia de Iaen es una del duplicado, o triplicado, que Christo Nuestro Señor dió a la bienaventurada muger Veronica.* Domi suæ apud Villamnovam ipse typis committi fecit anno 1637. in folio.

D. IOANNES DE ACUÑA ET VELA, Abulensis, Vasqui Nuñez Vela, Peruani proregis, nepos, Salmanticæ ad Sancti Bartholomæi collegium sodalis togatus, docuit in hac schola juris artem ex cathedris ut vocant Institutionum, Codicis ac demum Voluminis, magno audientium plausu; nec recessit ab hoc munere & exercitio, quamvis opulento admodum Burgensis ecclesiæ sacerdotio seu dignitate, quam archidiaconatum de Birbiesca nominant, a Christophoro Vela, sive patruo, sive avunculo, hujus ecclesiæ antistite, donatus. Ad quem dum pergit, morbo occupatus, Pinciæ occubuit satis immature; vigebat enim ingenio & doctrina, cujus specimen dedit in eo libro qui post mortem illius prodiit:

De Delictis. Salmanticæ 1603. in 4.

D. IOANNES ADAMUS DE LA PARRA, ex causarum advocato apud patres, qui in Regia curia juri adversus violatores Fidei dicundo præsunt, ad eorumdem patrum ordinem sublimatus, Toleti hoc munere functus est, ordinariumque ex hujus aulæ judicibus inquisitorem gessit Matriti. Abire tamen inde jussus, ob nescio quid intemperantius aut liberius evulgatum de curiæ negotiis, Lucroniensibus Fidei vindicibus annumeratur, ubi & fato concessit. Varia scripsit ex quibus hæc vidimus:

Conspirationem Hæretico-Christianissimam damnatam. Murciæ 1634.

Pro Cautione Christiana in supremis Senatibus Sanctæ Inquisitionis & Ordinum, Ecclesiæ Toletanæ & Cætibus scholarium observata adversus Christianorum Proselytos & Sabathizantes nomine & specie Christianorum: ad Ferdinandum Hispaniæ Infantem S. R. E. cardinalem, Toletanum antistitem. Matriti anno 1633.

Tacitoque nomine vernacula lingua:

Apologetico contra el Tirano y rebelde Berganza y conjurados, Arzobispo de Lisboa y sus parciales en respuesta a los doce fundamentos del Padre Mascareñas. Cæsaraugustæ anno 1642. in 4.

Pro Pace sancienda nescio quid obtulisse dicitur supremo ecclesiæ antistiti.

IOANNES ÆGIDIUS, vulgo GIL, scripsit, alias mihi ignotus, librum hoc titulo inscriptum in bibliotheca Laurentina:

Tablas de las Igualaciones de los Planetas compuestas por Juan Gil en Castellano: una cum *De utilitate & præstantia Mathematicarum Artium* incerti auctoris. Extat etiam in bibliotheca Coloniana Hispalensis ecclesiæ.

IOANNES ÆGIDIUS TRULLENCH, gente Valentinus, Villaregalensis, quod oppidum in via, quæ a Regia urbe Barcinonem tendit, tribus a mari passuum millibus, viginti & quatuor autem a Valentia ipsa, conditum est, in collegio Corporis Christi Valen-

lentino, a Joanne Ribera, primæ notæ & laudis antiſtite, olim extructo, primarium uti ſe vocat ac perpetuum ſodalem egit. Sacræ ſcientiæ doctor eam præſertim theologiæ partem complexus animo eſt ut induſtriam ſuam probaret poſteris ſimulque prodeſſet, quæ moribus regulas proponit & attemperat, cujus ſtudii teſtimonia hæc ſuperſunt:

Opus Morale, ſive in x. Decalogi & v. Eccleſiæ præcepta abſolutiſſima & reſolutoria expoſitio: duobus voluminibus. Valentiæ 1640. in folio.

De Obligatione aſſiſtendi & canendi in choro, ut quiſque obligationi ſuæ ſatisfacere poſſit, & diſtributiones mereatur accipere. Ibidem 1633. in 8.

Expoſitio Bullæ Cruciatæ & lacticiniorum in gratiam Eccleſiaſticorum. 1643. in 8.

Poſtuma denique edita ſunt:

Praxis Sacramentorum. Valentiæ 1646. in folio. Necnon et:

De Jure Parochi, ſive Parochiali & de Vicario perpetuo ac temporali. Valentiæ 1647. in 8.

D. IOANNES DE AGUAS, Darocenſis, doctor theologus, olim parochus Caſtellinovi, atque inde montis Albani Cæſarauguſtanæ diœceſis, nunc ejuſdem Cæſarauguſtanæ S. Salvatoris eccleſiæ metropolitanæ canonicus, ſcripſit:

Por el origen y ſuceſos de los Templos ſedes Catedrales Alegacion Hiſtorica, Apendice con notas y aplicacion por la Catedralidad privativa del Templo de S. Salvador de Zaragoza. Cæſarauguſtæ apud Didacum Dormer 1668. 4.

Defenſa de la Tradicion Ecleſiaſtica con que las Santas Igleſias de los Reynos de Eſpaña veneran y celebran los Santos proprios de ſus dioceſis exemplificada con la Tradicion Ecleſiaſtica con que la Santa Igleſia de Hueſca celebra por Santo hijo de ſu Santa Igleſia, y nacido en ella al glorioſo martyr S. Lorenzo. Cæſaraug. iterum anno 1677. in 4.

Vivit adhuc cum hæc ſcribimus anno MDCLXXXI. natus ante annos LXXVI.

IOANNES AGUDO ET VALENZUELA, patria ex oppido Torre Ximeno ditionis Calatravenſis ordinis, ſcripſit:

Epitome de la Vida del Real Propheta David. Granatæ apud Franciſcum Sanchez. 1656. in 4.

IOANNES AGUERO, ex oppido Somo vallis de Traſmiera prope Santanderium, apud Indos manens vertit in Tagallenſem linguam, quæ Manilæ Philippinarum inſularum celebris eſt:

Tractatum de Animabus Purgatorii, Hiſpanum Joannis Gonzalez de Loſada Jeſuitæ.

D. IOANNES DEL AGUILA, ſeu alius, Jeſuitas ab novitatibus opinionum, iis imputatis, exſoluturus ſcripſit adverſus Gregorii Eſclapes libellum, *Manifieſto a los Fieles de Chriſto* &c. dictum, novas illas (ut credi voluit auctor) Jeſuitarum opiniones colligentem, ſatisfactorium librum, hoc titulo vulgari, & adagialis formæ:

Ladreme el perro y no me muerda, hoc eſt, *Allatret, dum non mordeat, canis.* De qua controverſia, & ſcriptis hinc & inde emanatis, in Mathæo de Moya dicimus.

IOANNES DE AGUILAR, Rutenſis (municipium eſt Sueſani ducis Rute, porcinis carnibus in diœceſi Cordubenſi famigeratum ſatis) Antiquarienſem urbem alteram ſuſcepit veluti patriam, altus ibi & altor integro fere vitæ ſpatio ingenuæ juventutis in grammaticorum & rhetorum diſciplinis. E cujus ſchola plures in Bætica viri doctiſſimi, fereque omnes in hoc tractu Antiquarienſi & vicinis undique locis, merito literarum ſpectabiles olim prodiere. Tam ſoluta oratione quam ligata numeris, eaque ſive Latina, ſive Hiſpanica, multum valuit. Certe Latinam eloquentiam ſatis prodit epiſtola ad Juſtum Lipſium, Suadæ ocellum, data, quæ cum illius reſponſione typis edita fuit noſtratibus. Prudentiam ejus non vulgarem vitæque integritatem, non minus quam doctrinam, civibus caram ac venerabilem, omnes illius æquales deprædicant. His virtutibus compenſavit natura vitium quo a ventre ipſo matris (natum quippe truncis manibus) hominem deformaverat, in hoc tamen, ſi Deo placet, intenta, ut nec indigere membris ipſis ad membrorum uſum videretur. Ea enim dexteritate Joannes adprehenſo inter extremitates brachiorum calamo formabat literas ut nec peritiſſimis ejus artis concederet: adeo verum eſt quo intenderis naturam valere. Ab eo extare omnes ſciunt, præter alia carmina miſcella, elegantiſſimam plenamque nitoris & animi poetici:

De Sacroſanctæ Virginis Montiſacuti tranſlatione & miraculis Panegyrim. Malacæ apud Joannem Rene 1619. in 4.

Latinas epiſtolas conſcripſit plures, multa inſuper Latina Græcaque in vernaculum carmen convertit, Martialis præſertim & Ovidii. Circumferuntur nonnulla ex quampluribus epigrammata in eo libro quem, *Flores illuſtrium Poetarum* inſcriptum, Petrus Eſpinoſa, & ipſe Antiquarienſis, ab hinc aliquot annis publicavit. In hac

ipſa

ipſa urbe & munere deceſſit ſexagenarius MDCXXXIV.

D. IOANNES AGUILAR DEL RIO, non aliunde quam ex Antonii Leonii *Bibliotheca Indica* notus mihi, edidit:

Reſtauracion y reparo del Piru. Anno 1615. in folio.

IOANNES DE AGUILERA, medicæ artis ac mathematicarum diſciplinarum eximie peritus, cum aſtronomiam ſive aſtrologiam in Salmantino gymnaſio docuiſſet, ibique edidiſſet anno circiter MDXXVIII.

Canones Aſtrolabii univerſalis: ad Ludovicum Vaccam, Salmantinum epiſcopum, quæ iterum anno 1554. Salmanticæ prodiere, in Italiam delatus pontificium medicum egiſſe dicitur Pauli III. & Julii III. quo munere cum fungeretur Andreas Lacuna quamdam ex ſuis e Græco interpretationibus ei nuncupavit, *virum ornatiſſimum* alibi, hoc eſt, in prologo *Methodi extirpandi carunculas* &c. eumdem appellans. Unde ad nos reverſus honore auctus eſt ſacerdotii eccleſiæ Salmantinæ, quod Theſaurarii ſeu theſauri ſacri cuſtodis vocant. Videſis Ægidium Gonzalez Davila in *Hiſtoria urbis Salmantinæ*, lib. II. cap. VII. & in *Theatro Salmantinæ Eccleſiæ.*

IOANNES DE AGUIRRE, Hiſpalenſis urbis incola, in ſchedis reliquit:

Libro de Eſcudos de Armas: quem MS. aſſervabat Gundiſalvus Argote de Molina.

F. IOANNES DE AHUMADA MENDOZA, Carmelita, lector theologiæ primarius in Complutenſi ſodalium domo, ſtudiorumque moderator, edidit:

Sermones para los Domingos y ferias principales de la Quareſma, Tomo I. Neapoli apud Camillum Cavallum 1641. in 4.

F. IOANNES DE AINSA, ordinis Seraphici, Valentini cœnobii, Franciſco patriarchæ ſacri, præfectus, ſcribebat teſte Antonio Daza IV. parte *Chronicorum ſui ordinis*, cap. XXVIII.

De la Vida del Santo Fr. Domingo Gallart.

IOANNES DE ALBA, Carthuſianus monachus in Vallis-Chriſti juxta Segobrigam Valentiæ regni monaſterio, literis theologicis & orientalibus linguis, præcipue Hebraica, olim eruditus ingentem profectus ſui ſpem fecit Benedicto Ariæ Montano. Cumque vale ſæculo dixiſſet, non magis Carthuſianorum ſolitudini & ſilentio quam Bibliorum ſacrorum ſtudiis ita ſe totum addixit ut domeſticis omnibus exemplo eſſet & admirationi. Poſtumum ii ediderunt ſodalis opus, hoc titulo:

Sacrarum Semioſeon, Animadverſionum, & Electorum ex utriuſque Teſtamenti lectione Commentarius & centuria. Valentiæ apud Philippum Mey anno 1610. in 4. Qui quidem editores Vallis-Chriſti ſodales plurima cum auctoris laude hæc adjungunt: *Sunt apud nos tanti viri ingenii laboris & induſtriæ monumenta propemodum innumera, locorumque Scripturæ ex utroque Teſtamento centuriæ aliquot in ſchedis inter lituras, quas fortaſſe, ſi hæc prima placuerint, typis mandabimus. Hebraiſmorum in univerſam Scripturam ingentia volumina, quæ tanquam inſignem theſaurum apud nos adſervamus.* Hæc illi.

Vixit inter Carthuſianos XXVII. annis, obiitque XXVII. Decembris MDXCI.

F. IOANNES D' ALCARAPINHA, Luſitanus, Seraphici ordinis, ſcripſit, a Georgio Cardoſo laudatus die VI. Aprilis, pag. 452. in *Agiologio Luſitano*:

Memorial da Provincia da Piedade.

F. IOANNES DE ALCOZER, Franciſcanus provinciæ Aragoniæ, ſcripſit:

Ceremonial de la Miſſa. Matriti anno 1610. in 8. iterumque ibidem apud Alphonſum Martinum anno 1617. in 8.

Diſtinctus eſt Joannes a Franciſco de Alcozer, qui *De Ludo*, & *Confeſſionarium* docte ſcripſit ſæculo ſuperiore.

IOANNES ALEMAN, doctor medicus, edidit:

Repertorio de los tiempos: cui adjunxit poſtea N. de Victoria, quidam Cæſarauguſtanus: *El Juicio Aſtronomico*, nempe in editione Hiſpalenſi anno 1596. in 8.

IOANNES ALLOZA, Limenſis, Jeſuita, in hujus urbis domo probationis diu manens cum eximia pietatis fama ſcripſit:

Afecto y devocion a S. Joſeph, ſus excelencias y virtudes. Compluti anno 1652. Matriti 1655. & 1656. in 8.

Cielo eſtrellado de mil y veinte y dos exemplos de Maria, Paraiſo eſpiritual y teſoro de favores &c. Matriti anno 1654. in folio:

Latine vero:

Flores Summarum, ſeu Alphabetum morale. Leodii, impenſis Joannis da Coſta, bibliopolæ Oliſiponenſis, 1665. in 8. Lugduni anno 1666. in 8.

Convivium divini Amoris, ſive Deum hominum amantem Chriſtum in Euchariſtiæ Sacra-

cra-

cramento latentem. Ibidem anno 1666. in 12.

IOANNES ALMENAR, doctor medicus, ſcripſit:

De Lue Venerea libellum. Baſileæ apud Joannem Rebelium, cum aliis ejuſdem argumenti, anno 1536. Venetiis 1535. Lugduni 1539. Geſnerus ſive ejus epitomator *De Morbo Gallico* inſcribunt.

F. IOANNES DE ALMOGUERA, Bæticus, Cordubenſis, ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, ſacræ theologiæ magiſter, poſt obita inter domeſticos præcipua provinciæ munera factus eccleſiaſtes Regius, ob inſignem hujus miniſterii præſtantiam die XXVII. Februarii anni MDCLIX. Gaſpari de Villaroel, ad Argentinam eccleſiam translato, in Arequipæ urbis Peruani regni eccleſia ſucceſſor datus fuit, inde vero anno MDCLXX... ad primariam Indiarum Limenſem eccleſiam tranſiit antiſtes. In quo munere obiit anno MDCLXXVII. aut circiter, unde ad nos miſſit edendum opus:

Inſtruccion a Curas y Eccleſiaſticos de las Indias. Matriti 1671. 4.

IOANNES ALPHONSUS, Beneventanus, in præſtantiſſimo totius orbis Salmanticenſi gymnaſio cum rhetoricam & philoſophiam, tum deinde ſacros Canones docuit; & quod mirum videri certe debet, ſexaginta jam ante annos docere cœperat cum nondum emeritæ profeſſionis hominem mors abſtulit. Extat ejus a filio editus:

De Confeſſione & Pœnitentia liber: ad Joannem de Caſtella, epiſcopum Salmantinum. Burgis 1516.

IOANNES ALPHONSUS, primarius medicæ artis Complutenſis profeſſor, ſcripſit atque typis edi curavit:

Diſputationes de morbo illo, qui apud nos audit Garrotillo, ſive Angina. Teſte mihi in libello ejuſdem argumenti *De guturis, & faucium ulceribus* Alfonſo Nunnezio Ellerenenſi.

D. IOANNES ALPHONSUS, Luſitanus, ſcripſit:

Feſtas do Veraõ: & alia ſimilia poeticæ inventionis. Cardoſus.

F. IOANNES ALPHONSUS BAPTISTA, Cæſarauguſtanus, ordinis Prædicatorum, in collegio S. Vincentii Ferrerii ejuſdem urbis ſtudiorum præfectus, ſacræ doctrinæ magiſter & profeſſor doctiſſimus, cum alibi tum in Cæſarauguſtana ipſa academia, triginta & plus annorum. Emerito jam remuneratus a munere docendi otio, nec tamen ſine præcepto ſuorum ſuperiorum, typis edidit:

Commentaria & Diſputationes in Primam Secundæ Angelici Præceptoris S. Thomæ Aquinatis: tribus tomis. Lugduni primus & ſecundus apud heredes Petri Proſt, anno 1648. in folio, tertius prodiit ex officina Philippi Borde 1651. folio.

Ediderat olim: *Apologia por la autoridad de los Doctores de la Igleſia y Santos Padres, contra un Memorial intitulado: A los Jueces de la verdad y doctrina.* Cæſarauguſtæ 1628. 8. Nempe adverſus Joannem Baptiſtam Poza, Jeſuitam.

IOANNES ALPHONSUS, a patria ut credimus, de BEIA vocatus, Bracharenſis eccleſiæ canonicus, quaſdam ex Plauti comœdiis Luſitano idiomate tranſtuliſſe dicitur. Cardoſus.

IOANNES ALPHONSUS DE BELVER, Murcianus, doctor theologus, ſcripſit:

Tratado de la Uncion Apoſtolica, catolicon divino, medicamento univerſal ſobrenatural de la Igleſia. Malacæ in officina Joannis Serrano de Vargas 1637. in 8.

IOANNES ALPHONSUS DE BUSTAMANTE, Malacitanus ſacerdos, eccleſiæ S. Jacobi ut vocant beneficiatus, ſcripſit:

Diſcurſo de Gobierno eccleſiaſtico, en que trata de la neceſidad grande, que los Prelados tienen de elegir perſonas virtuoſas y doctas para el Sacerdotio. MS. eſt in bibliotheca monaſterii Deiparæ Virginis de Monſerrate Matritenſi, quæ fuit Didaci Colmenares, rerum Segovienſium chronographi.

IOANNES ALPHONSUS DE BUTRON, Naxarenſis, Matriti in curia advocatus. Pro ingenuitate & immunitate artis pictoriæ, in cauſa quæ in ſupremo Caſtellæ ſenatu vertebatur, eo opere obtinuit, quod editum fuit hoc titulo:

Por los Pintores y ſu eſencion, ſobre que ſe declaren por inmunes de pagar la alcavala, y ſean abſueltos de la demanda pueſta por el Fiſcal. Editum eſt una cum Vincentii Carducci *De Pictura Dialogis.* Matriti 1633. 4. Prius autem ſic inſcriptum prodiit 1626. 4. *Dialogos Apologeticos por la Pintura, en que ſe defiende la ingenuidad deſte arte, que es liberal y noble por todos los derechos.*

D. IOANNES ALPHONSUS CALDERON, in oppido Nonvela, ſex paſſum millibus ab Eſcalona diœceſis Toletanæ, juriſconſultus & curiæ Regiæ advoca-

catus, cum in illud tempus incideret quo, fervente inter nos & Gallos tam armorum quam calamorum bello, scriptor non unus ejus gentis jura omnia Regum nostrorum in controversiam vocaret, Gallisque ea fere omnia tribueret, magna industria & labore propugnavit integram, quam per partes alii defendendam susceperant, nostri imperii causam, scribens:

Imperio de la Monarquia de España en las quatro partes del Mundo; defensa de sus derechos, precedencia y soberania entre las demas del orbe. Quod quidem opus, sex non minus tomis contentum, debuit Regio jussu ad tres tantum reducere; ornatus interim senatorio habitu & loco inter Granatensis curiæ judices, nisi mors conatus abrupisset. Vastum hoc, elaboratissimum atque eruditione omnium gentium historiarum ornatum, virisque curiæ nostræ doctissimis eruditissimisque probatum, Regique valde ab iisdem commendatum ut luce opus dignissimum latet etiam nunc, & cum auctore forsan sepelietur. Compendium saltem illius habemus in libello supplici, ab eo olim ad Regem Philippum IV. directo, de hoc & aliis suis monumentis. Matriti 1651. apud Didacum Diaz de la Carrera. Unde novimus paratos eum editioni habuisse:

De las excelencias de los nombres de Filipo y Maria Anna y del numero Quarto quatuor libros: occasione Regalium nuptiarum Philippi & Mariæ Annæ Austriacorum Regum nostrorum: atque item majore ex parte absolutam habuisse *Monarchiæ Hispanæ*, supra laudatæ, partem seu tomum septimum.

De los Derechos que tiene la Corona de España al Imperio de Constantinopla, la Alsacia y otras Provincias con los mismos fundamentos que las pretenden los Franceses.

Vidimus quoque editum ejusdem auctoris:

Memorial Historico-Juridico-Politico de la Santa Iglesia Cathedral de la Puebla de los Angeles en la Nueva España sobre restituirla las armas reales de Castilla, Leon, Aragon y Navarra, que puso en la Capilla mayor de su Iglesia, de que ha sido despojada injustamente: in folio. Ubi plura de insignium compositione, & de Suprarbiensi Aragonensium Regum antiquo ut ajunt stemmate.

IOANNES ALPHONSUS CURIEL, Palentiolæ, quod Burgensis dioecesis oppidum est, honestis parentibus & opulentis natus, Pinciam, eo tempore a Carolo Cæsare habitatam, ad grammaticæ præceptores missus, dein Salmanticæ disciplinarum philosophiæ atque theologiæ particeps factus, Complutique (ut ad plures academias Hispaniæ vir summus pertineret) Licentiæ ut vocant, magisteriique inter philosophos lauream adeptus, tandem in Salmantina schola, eo reversus, collegioque Benedictinorum sodalium, cui a Divo Vincentio Martyre nomen est, clericali tamen retento habitu, adsociatus fortunas suas omnes studiorum constituit. Nempe vir parcus & modico utens, paterna hereditate satis opima in gratiam fratris germani sese abstinuerat, reditibus interim Burgensis canonicatus aliorumque exilium sacerdotiorum ecclesiæ Conchensis exhibitus, donec altero jam ornatus Salmantino canonicatu, stipendiisque professorii muneris auctus ampliorem sibi rem pararet, quam fere in subveniendis egenorum necessitatibus expendebat. Omnes ab imo usque ad summum scholæ gradus tenuit, plusquam triginta annorum intervallo, summa cum doctrinæ eruditionis atque innocentiæ commendatione, principatum gerens in opere theologico. Atqui recens emeritus, debitisque singulari doctrinæ ac pietati honoribus propediem cumulandus atque amplificandus, naturæ debitum solvere jussus est. Benedictini sodalem suum ad Joannis Castañizæ, piissimi viri ejusdem instituti, quocum noster arctissimam gesserat familiaritatem, jam demortui pedes, de quo rogati a moriente fuerant, atque librariæ totius rei hereditate aucti, sepulcro mandaverunt, sic lapidi inscribentes:

D. Joanni Alphonso Curiel,
V. C. Theologorum sui temporis
Nulli toto orbe secundo,
Salmanticæ primo, Benedictini monachi
(Quibus moriens corpus,
Quod hoc a se humili,
Ab illo excelso tegitur lapide,
Dimidiumque Animæ
Hoc est
Universam literariam supellectilem legavit)
Magistro incomparabili,
Sui ordinis devotissimo cultori,
tanquam uni ex suis
P. C.
Obiit XXVIII. Septembris
A. MDCIX.

Multa quidem scripsit, multa dictavit, in re præsertim scholastica, vir sapientissimus; sed quod de se ipso & laboribus suis modestissime judicaret nihil eorum prodire in publicum vivus permisit. Exierunt utique post mortem ipsius:

Lecturæ seu Quæstiones in D. Thomæ Aquinatis Primam Secundæ. Duaci 1618. folio. Antuerpiæ 1621. folio.

Controversiæ in diversa loca Sacræ Scripturæ, duobus libris: quorum prior est in aliquot *Proverbiorum & Sapientiæ*: posterior in quædam *Pauli & Petri* Apostolorum

rum ex *Epiſtolis* loca. Salmanticæ 1611. folio.

IOANNES ALPHONSUS DE FONTECHA, patria ex oppido Daimiel ordinis militaris S. Jacobi, medicus doctor Complutenſis, hujuſque artis pomeridianis horis profeſſor, edidit:

Medicorum incipientium Medicinam : ſeu Medicinæ Chriſtianæ Speculum. Compluti apud Joannem Gratianum anno 1598. in 4. Hoc eſt de carnium eſu aut jejunii eccleſiaſtici diſpenſatione, non ſic facile propter infirmitatem indulgenda.

Necnon vernaculo ſermone:

Diez Privilegios para mugeres preñadas, con un Diccionario Medico. Compluti apud Ludovicum Martinez 1606. 4.

IOANNES ALPHONSUS DE MOLINA CARO, ſcripſit:

Deſcubrimientos Geometricos. Antuerpiæ apud Andream Vaccam 1568. 4. Latineque verſa Arnhemii per Nicolaum Janſonium 1620. Laudatur hic inter alios, qui de circuli quadratura diſputaverunt, ab helluone illo librorum & literarum omnium, viro eruditiſſimo, Gerardo Joanne Voſſio, *De Scientiis Mathematicis* cap. XVI. §. 36. Alibi tamen nec Græce nec Latine ſciviſſe eum, ſed ex vulgarium linguarum auctoribus profeciſſe, admonuit cap. LVIII. §. 8. Alphonſus de Molina Cano & Joannes Alphonſus de Molina Caro idem homo ſunt, an autem Cano ſit vel Caro non ſatis nunc compertum habeo.

IOANNES ALPHONSUS DE SOSA, juris utriuſque conſultus, ac publicus profeſſor uti ſe appellat ipſe, habuit:

Orationem ad Clementem VIII. P. M. obedientiam præſtante D. Laurentio de Figueroa & Corduba Feriæ duce IV. kalendas Maii MDXCII. Romæ apud Aloiſium Zanettum eodem anno in 4.

IOANNES ALVAREZ quidam, ſcripſit de animalium natura, cum in codice 1276. bibliothecæ Regis Galliarum reperiatur liber hujus inſcriptionis:

Joannis Alvarez de Natura Animalium, præcipue de equis, atque eorum morbis. Lingua Catalanica. MS.

IOANNES ALVAREZ MALDONADO, reliquit MS. (Antonio Leonio teſte in *Bibliotheca Indica occidentali* tit. III.)

Relacion de la Jornada que hizo a los Chunchos el año de MDLXVII.

IOANNES ALVAREZ SAGREDO, Burgenſis, in Regio D. Laurentii ad Eſcuriale oppidum collegio alumnorum laicorum præceptor artis grammaticæ bonarumque literarum, præceptor deinde puerorum familiæ ſereniſſimi Ferdinandi Auſtriaci Hiſpaniarum Infantis, S. R. E. cardinalis, edidit:

Rhetoricam Iſagogen. 1618. 8. Reliquit ineditum librum ita inſcriptum:

Beſo de Paz, en que ſe tratan varias coſtumbres, y ceremonias uſadas en las Salutaciones. MS. in 4. in bibliotheca comitis de Villaumbroſa.

F. IOANNES ALVARUS, Aragonus, ex oppido quodam territorii ſeu communitatis Bilbilitanæ Torralba dicto, Ciſtercienſis monachus in Veruelæ domo, Compluti literas doctus. Poſtquam munia alia exercuiſſet Boſenſis in Sardinia epiſcopus, & antequam navim conſcenderet, Celſonenſis in Catalonia renuntiatus a Philippo Rege Hiſpaniarum III. id tandem munus gerens obiit circa annum MDCXXI. Scripſit:

Vida y milagros del Glorioſo Padre S. Bernardo : libris tribus. Cæſarauguſtæ 1595.

Hiſtoria breve y ſumaria de las fundaciones de todos los monaſterios de la orden de San Bernardo, que ay en la corona de Aragon. Ibidem eodem anno. In quo opere multa habet rara, & lectu jucunda de monaſteriis Aragoniæ, Valentiæ, Cataloniæ & Balearis inſulæ, uti ait Carolus Viſchius in *Bibliotheca Ciſtercienſi.*

Varias obras de S. Bernardo : quæ Hiſpanice convertit in gratiam monialium ſuæ familiæ, de la Zaidia dictarum, in urbe Valentia, quibus a conſcientiæ fuit arcanis. Hujus meminit Vincentius Blaſcus de Lanuza ſecundo volumine *Hiſtoriarum Aragonenſium,* lib. V. cap. XLIII.

D. IOANNES DE AMIAX, Navarrus, beneficiatus ut vocant eccleſiæ Vianenſis, ſcripſit:

Ramillete de Nueſtra Señora de Codés de la Villa de Viana. Pampilone 1608. in 4. apud Carolum de Labayen.

Antiguedades de la Igleſia de Calahorra. Laudat hoc opus Michael Erce Ximenez *De Adventu Sancti Jacobi in Hiſpaniam* parte II. tract. III. cap. I. ineditum ut ſuſpicor.

F. IOANNES ANASTASIUS DE ARANA, Navarrus, Pampilonenſis, Carmelitarum ordinem in patria urbe profeſſus, philoſophiam ſodales docuit, indeque tam ibi quam Cæſarauguſtæ ſacram theologiæ ſcientiam, laurea hujus facultatis ornatus, definitor ut vocant fuit Aragoniæ provinciæ, obiitque rector deſignatus collegii S. Joſephi Regiæ iſtius urbis, immatura morte præ-

præreptus, XIX. Maii MDCLXIII. Scripta reliquit:

Summulas morales, duabus partibus: quæ editæ sunt anno 1667. apud Joannem de Ibar.

D. IOANNES DE ANDOSILLA LARRAMENDI, Navarrus gente, sed ut dicitur Matritensis natu, pie devoteque exquisivit Christum in profanis Garsiæ Lasi, summi inter nos poetæ, versibus, Eudoxiæ Grææ & Probæ Falconiæ Romanæ, poetissarum quæ ex Homero & Virgilio similem inventionis laudem quæsiverunt, ingenium & famam æmulatus. Operis titulus:

Christo Nuestro Señor en la Cruz, hallado en los versos de Garcilaso de la Vega, sacados de diferentes partes y unidos con ley de centones. Matriti 1628. in 4.

F. IOANNES DE ANDRADA, Septæ, in Africæ ora Lusitanorum colonia, natus, ordinis Sanctissimæ Trinitatis, sacræ theologiæ professor emeritus, familiæque suæ provincialis præfectus, edidit:

Apologiam pro vero & proprio martyrio per pestem, & pro propositione affirmante, eos qui pure ex christiana charitate immoriuntur ministerio lue contactorum esse absque impropriętate martyres, veram esse saltemque probabilem, & extra omnem censuræ aleam. Hujus scripti & scriptoris meminit Theophilus Raynaudus in libello sic inscripto: *Theologia antiqua de veri martyrii adequate sumpti notione.* Lugduni 1656. in 8.

IOANNES ANDREAS, Cæsaraugustanus, edidit:

Arithmetica. Hispali apud Joannem Cromberger 1537. 4.

IOANNES ANDREAS, Arizæ oppido natus Aragoniæ regni, Jesuita, Cæsaraugustæ docuit XV. annis theologiam ex præcipua cathedra, scripsitque:

Decorem Carmeli: sive synopsim eorum quibus Carmelitana religio decoratur. Cæsaraugustæ per Joannem de Ibar 1669. in fol.

IOANNES ANDREAS STRANEUS, vernacula Valentinæ gentis formatione STRANY, domo ex urbe ejus regni primaria, artium ac theologiæ doctor, summæ eruditioni summam probitatem adjunxit ut verbis laudem Joannis Ludovici Vivis, cujus fuit tempore æqualis. Bonarum literarum studiis mire delectatus est omnique antiquitatum genere, priscos auctores restituendi ac emaculandi imprimis cupidus. Honorificentissimam de eo mentionem præter laudatum Vivem ad cap. X. libri VI. *S. Augustini de Civitate Dei*, & Petrum Antonium Beuter in *Annotationibus Sacræ Scripturæ*, Cosmus Damianus Cavallus, presbyter Oriolensis, atque ejus discipulus in *Oratione* fecit ad senatum Valentinæ urbis habita, cujus verba apud Andream Scotum quam hic legi malo. Mæcenatem sortitus fuit eximium principem Joannem Borgiam, Gandiæ ducem, qui præceptore eo ac convictore uti volens idonea satis conditione in aulam suam pertraxit. Celebrantur hujus viri hæc typis nondum excusa, fortasse jam deperdita, ut fere solet antiquitatis studium raros invenire amatores:

In omnes C. Plinii Naturalis Historiæ libros Annotationes. Has laudat Cosmas Cavallus in dicta *Oratione*, easque apud heredes ejus se vidisse ait Scotus, typographisque Commelinianis pridem fuisse ad editionem traditas audivisse. Vidimus & nos Matriti apud excellentissimum marchionem Mondexarensem has *Annotationes*, breves quidem & criticas, in omnes XXXVII. libros ex originali libro auctoris ab aliquo descriptas, qui & propriæ abservationis nonnulla adjunxit, anno 1531. in folio.

In Senecam similes *Annotationes*: quarum Ludovicus Vives adducto loco meminit, Cavallusque pene innumeras & maxime vocat apposítas.

In Valerium Maximum quoque *Notas* scripsisse innuit Scotus. Librum aggressus est, in quo (ait idem Scotus) *varia omnigenaque antiquorum numismata, varias insuper veterum lapidum, quæ in Hispania diversis in locis visuntur, inscriptiones brevibus quidem illis sed dilucidis explanationibus graviter & erudite illustrabat*: quem quidem adhuc inchoatum, necdum absolutum, Valentiæ apud quemdam eruditum virum servari subodoratum se fuisse adjunxit. Et hunc quidem, quem tam pretiosum collegerat, nummorum antiqui ævi thesaurum Martinus Straneus, Joannis frater, pharmacopola (medius inter indignationem & risum audies) tanquam rem inutilem in officinæ suæ mortarium conflare fecit.

F. IOANNES A S. ANDREA, ordinis Minorum provinciæ S. Josephi Reformatorum, scripsit:

Arbol espiritual de la Vida y de la Muerte. 1621.

F. IOANNES DE ANGELIS, in provincia Sancti Josephi ordinem Minorum inter Discalceatos professus, diffinitor fuit ac moderator etiam ejusdem provinciæ, ædisque S. Bernardino Matriti sacræ præfectus, monialium itidem familiæ suæ confessiones in

in eodem Regio oppido pro munere audivit, extareque in publicum fecit:

Dialogos de la Conquista del espiritual y secreto reino de Dios, que segun el santo Evangelio está dentro de nosotros mismos. Matriti anno 1595. Barcinone 1597. Compluti 1602. Atque iterum Matriti 1608. in 8. ex typographia Regia, & Barcinone.

Segunda Parte de la Conquista &c. *o Manual de vida perfeta, con el Rosario de los principales misterios de la vida, pasion y muerte de Christo Nuestro Redentor.* Ibidem eodem anno 1608. typis Regiis.

Lucha espiritual y amorosa entre Dios y el alma. Valentiæ apud Patritium Mey anno 1600. Matriti eodem anno apud Petrum Madrigal in 8.

Los Triunfos del Amor de Dios. Medinæ anno 1590. in 4. apud Franciscum del Canto.

Tratado de los Sacratissimos mysterios de la Misa. Matriti 1604. typis Regiis.

Tratado de la Presencia de Dios. Matriti anno 1607. Idem credo fuit editus, aliquantulum inscriptione mutata, Cæsaraugustæ 1615. in 16.

Vergel espiritual del alma religiosa. Matriti typis Regiis 1610. in 8.

Consideracion espiritual sobre los Cantares. Ibidem 1607. 4.

IOANNES ANGELUS, Valentinus, artium uti se appellat baccalaurus, scripsit versibus Castellanis:

Tragitriumfo de D. Rodrigo Lopez de Mendoza y de Bivar, Marques primero del Zenete, Conde del Cid, Señor de las Villas de Coca y Alaexos con las Baronias de Aiora, Alberique, Alcozer &c. dicatum opus Mariæ Mendoziæ, ejus viduæ, marchionissæ del Zenete &c. Valentiæ 1525. in 4.

IOANNES ANGELUS DE SUMARAN, nobilis Cantaber, exoticarum in urbe Ingolstadiensi apud Germanos Bajoariæque tractum professor, pentaglotton opus, post duo alia, triglotton ac tesseraglotton, quæ ipse laudat, nobis necdum visa, edidit:

Thesaurum Linguarum, in quo facilis via Hispanicam, Gallicam, Italicam attingendi etiam per Latinam & Germanicam sternitur. Semel atque iterum prodiit Monaci: tertioque Ingolstadii apud Guilielmum Ederum anno 1626. in 4. ad Franciscum Moncadam, Osonæ comitem directus.

Thesaurum adhæc *universalem*, hoc est, *Vocabularium Hispanicum, Gallicum, Italicum, Latinum & Germanicum* pollicitus est, cum breviorem hunc pangeret.

IOANNES DE ANGULO, Toletanus, edidit:

Flor de las fiestas y alegrias que se hicieron en la Imperial Toledo por la conversion del Reyno de Ingalaterra: metricum opus. Apud Joannem Ferrer anno 1555. in 4.

F. IOANNES AB ANNUNTIATIONE, Augustinianus, quædam scripsit sermone Tagalo, qui Mexicanis Indis patrius est, ut scribit auctor *Alphabeti Augustiniani.*

IOANNES ANTOLINEZ DE BURGOS, reliquit ineditam:

Historia de Valladolid: quæ MS. asservatur in bibliotheca, quæ fuit comitis de Villaumbrosa in folio.

F. IOANNES ANTONIUS BACO, Balearis, sacræ theologiæ magister, ordinis Eremitarum (minus recte olim Franciscanis adscripsimus) Sanctæ Inquisitionis patribus Balearium insularum a censura theologica, edidit:

Suma de los Preceptos del Decalogo y de la Iglesia. Majoricæ 1661. in 4. atque iterum Matriti apud Bernardum de Villadiego 1668. in 4.

IOANNES ANTONIUS CREMA, Pincianus, origine Italus, Savonensis, Clericus Regularis Minor collegii Salmanticensis, domus Pincianæ præpositus, scripsit:

Suma espiritual, y camino del Alma para Dios. Pinciæ anno 1653. in 4.

Obiit circa annum MDCLXIIII. dum præpositura ista fungeretur.

F. IOANNES ANTONIUS DE FOXA, militaris ordinis S. Joannis Baptistæ, reliquit in schedis:

Primera y segunda Parte de la Historia de la Orden de San Juan de Gerusalem. Quæ fuit in bibliotheca excellentissimi comitis de Olivares, quamque hic aut alibi D. Thomas Tamajus de Vargas vidit. Nec dicitur an interpretatio sit Bossianæ historiæ.

IOANNES ANTONIUS LOZANO DE IBDES, Aragonensis, collegii Complutensis Sanctorum Martini & Emerentianæ sodalis theologus, posteaque in oppido nuncupato La Mata de los Olmos plebanus, scripsit:

Destierro y azote del libro del duelo en forma vulgar y predicable. Cæsaraugustæ apud Christophorum de Turri anno 1640. in 8.

IOANNES ANTONIUS LUPUS, vulgo LOPE, sanctæ ac metropolitanæ Cæsaraugustanæ S. Salvatoris ecclesiæ canonicus, in controversia quamplurium annorum, jam ex-

extincta ex quo sanctissimus pontifex Clemens X. collegiatam S. Mariæ, antiquam ecclesiam, cum adversaria S. Salvatoris in perpetuum univit, inter alios publicavit:

Memorial a su Magestad, y Justificacion de las causas de la Santa Iglesia de Zaragoza con la Colegial de Nuestra Señora del Pilar. Cæsaraugustæ 1656. in folio.

IOANNES ANTONIUS NAVARRO, instructor aciei (Sargento mayor vocant) scripsit:

Advertencias, y Reglas para hacer y formar Esquadrones. MS. in 4. in bibliotheca Villumbrosana.

D. IOANNES ANTONIUS DE OTALORA GUEVARA, Matritensis, eques S. Jacobi, juris civilis ut vocant licentiatus, Salmanticæ olim ad S. Bartholomæi togatus sodalis, in schola Decretalium uti appellant Minorum ex cathedra jus Canonicum docuit; postea reipublicæ admotus, tribusque annis in Pampilonensi, totidemque in Vallisoletana, curia senator, Romam denique Regio nutu venit ut inter XII. viros Pontificii senatus judicem ageret. Ediderat olim exculte:

De Irregularitate proveniente ex pœnitentia publica & solemni librum singularem. Salmanticæ apud Didacum a Cussio anno 1654. in 8.

Distinetur nunc Romæ eodem munere ad majora propediem vocandus, vir multa prudentia, integritate & doctrina.

D. IOANNES ANTONIUS DE LA PEÑA, scripsit:

Exaltacion de los improperios de la sagrada Imagen de Christo nuestro Señor a manos de la perfidia Judaica. Madriti anno 1631. Fregerant nempe atque flagellaverant, demumque igni admoverant Matriti in curia ipsa Regia impii Judæi, e Lusitanorum fece, sacram Jesu Christi crucifixi imaginem, quæ iis loquuta est impietatem improperans. Cumque res & miraculum stupendum facta essent palam, execrabilis familia morti damnata est, atque in eo loco sacra ædes sub Cappuccinorum fratrum regimine, cum titulo De la Paciencia, ædificata, solemnissimoque ab auctore hujus libri descripto cultu dedicata.

D. IOANNES ANTONIUS DE TAPIA ROBLES, Augustæ Taurinorum, dum ibi in familia serenissimæ Principis Catherinæ Austriacæ parens versaretur, editus, scripsit:

Ilustracion del Nombre de Grande, principio, grandeza, y etymologia; Pontifices, Santos, Emperadores, Reyes, y Varones ilustres, que le merecieron en la voz publica de los hombres. Matriti 1638. in 4.

Obiit Maio mense anni MDCLVIII.

IOANNES ANTONIUS VELAZQUEZ, Abulensis, seu Matritensis ut lego in *Bibliotheca Societatis*, ab anno hujus sæculi secundo Jesuitarum sodalis, collegia Monfortense & Segoviense, Abulense, Metymnense, Pincianum, Salmanticense, necnon & integram provinciam Castellæ præfectus rexit: sed præcipua viri laus in literarum studiis ac professione, nam & sacras literas Salmanticæ cum laude exposuit, & egregia hujus doctrinæ consignavit posteris testimonia in egregiis eruditioneque cum sacra tum profana ornatissimis, quæ in publicum dedit, voluminibus, etiam cum Matritum venisset accitus ut inter consultores esset Regii cœtus ad promovendum Deiparæ Virginis Immaculatæ Conceptionis mysterii negotium. Scilicet scripsit:

Commentarios in Epistolam D. Pauli ad Philippenses: tomis duobus in folio. Prior, qui explicat duo priora capita, prodiit Lugduni ex officina Jacobi Cardon anno 1628. & 1632. Posterior, qui reliquum epistolæ, ibidem 1632. & 1634. Uterque simul postea ibidem 1639. folio. Venetiis 1646. Antuerpiæ 1640. & 1651. in folio.

Commentarios in Psalmum. C. sive De optimo Principe. Lugduni apud Petrum Prost 1637. in folio. Quod argumentum super eodem Psalmo tractasse Paulum Josephum Meronum, Mediolanensem, sed typis non commisisse, in Leonis Allatii *Apibus Urbanis* legimus.

Mariam immaculate conceptam: libris V. ad Philippum Regem Catholicum. Pinciæ apud Bartholomæum Portales anno 1653. in folio. Reperio & Lugduni editas apud Philippum Borde & socios eodem anno ejusdem auctoris *Dissertationes & Annotationes de Maria immaculate concepta*: quod idem opus cum superiore existimo.

De Maria Advocata. Matriti apud Matthæum Fernandez 1668. in folio.

De Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, sive de Maria forma Dei. Pinciæ 1658. in fol.

Hispane vero:

Razon que da al Rey Nuestro Señor del Breve de N. S. Padre Alexandro VII. en favor del culto con que la Iglesia celebra la fiesta de la Immaculada Concepcion. Matriti anno 1662. in folio apud Franciscum Nieto.

Decessit Matriti VI. die Nov. MDCLXIX.

D. IOANNES ANTONIUS DE VERA ET ZUÑIGA, Emeritensis, S. Jacobi eques,

eques , commendatarius de la Barra , locorum Turris majoris, Sierra brava & S. Laurentii toparcha , tandemque Philippi IV. Regis noſtri beneficio comes de la Roca , atque unus ex iis qui in comitatu Regio bellicis de rebus conſulunt. Propter ingenii eximiam ſagacitatem , multiplicemque rerum cognitionem aptus fuit viſus tuendæ ac promovendæ apud Italiæ Principes noſtræ reipublicæ ; quare in Venetiarum urbe diu hæſit ordinarius legatus , comparata ſibi , vel a perſpicaciſſimis ac vere politicis Italiæ populis , magna rerum utiliter agendarum prudentiæ laude. Varia edidit opera , cum ſoluta oratione , tum verſibus , ſcilicet:

El Fernando , o la Conquiſta de Sevilla por el Santo Rey D. Fernando el III. de Caſtilla y Leon : Torquati Taſſi , poetarum Italorum principis , Hieroſolymitanæ expeditionis poemate celebratiſſimo in carmen Hiſpanicum , & Hiſpalenſe hoc Ferdinandi Regis triumphum bona ex parte transformato. Editum fuit opus Hiſpali..... in 4. Mediolanique anno 1623.

Epitome de la vida y hechos del Emperador Carlos V. Matriti 1613. & 1624. in 4. apud viduam Alphonſi Martini , & 1654. 4. Hæc Gallice verſa a domino Du Perron Hayer , conſiliario Regio , prodiit Pariſiis apud Muguet anno 1633. in 4.

Vida de Santa Iſabel de Portugal. Romæ anno 1625. 8.

Vida de Nueſtra Señora. Cæſarauguſtæ anno 1652. 8.

El Embaxador : ſive , de legati munere. Hiſpali 1621. in 4. Italicum edidit , tacito Veræ nomine , Mutius Zicatta , Venetiis 1646. in 4. Gallicum quoque , ſub vero titulo , N. Lamelot Pariſiis apud Antonium de Sommaville 1635. 4.

Reſultas de la vida de D. Fernando Alvarez de Toledo Duque de Alva. 1643. 4.

Rey D. Pedro defendido. Matriti anno 1647. in 4. Inter libros Raphaelis Trichetti du Freſne , quorum editus extat catalogus, hunc reperio.

La mejor Lis de Francia eſcrita en Toſcano por el Conde de la Roca , buelta en Eſpañol por Antonio de Nor. Lugduni 1655. 8. apud Laurentium Aniſon.

Denatus eſt Matriti ſeptuagenario major die xx. Octobris anni MDCLVIII. Cujus quidem genus & majores diligenter recenſuit Petrus quidam Fernandez Fragoſus , edito Atrebati libello ſic inſcripto : *Parenteſcos que tiene D. Juan Antonio de Vera y Zuñiga Señor de las Villas de Torremayor &c. con los Reyes Catolicos y otros Principes y grandes Señores* , anno 1627. Nec diſſimilis argumenti alter ille libellus eſt : *Elogios de los Aſcendientes de D. Juan de Vera* &c. Joanne Martinez a Bahamonde auctore. Niſi Veræ ipſius, quod valde ſuſpicamur , utraque hæc merces ſit ſub horum nomine venum propoſita.

IOANNES ANTONIUS USON , Darocenſis ex Aragoniæ regno , Jeſuitarum ſodalis , præſtanti vir ingenio & magnæ expectationis , ſacris orationibus ad concionem habendis clarus , in flore adhuc ætatis , nempe XLIII. annis natus , obiit relinquens:

Commentaria in Primam partem Sancti Thomæ : quæ an edita ſint non docet *Bibliothecæ Societatis* auctor. Ex ſchedis ejus MSS. prodiit (poſtumum credo) concionum volumen , hac inſcriptione:

Corona de Predicadores , o Sermones varios.

Obiit nempe Matriti XXII. Auguſti anno MDCXXX.

IOANNES ANTONIUS XARQUE, Aragonius , Albarracinenſis , Societatis Jeſu ſacerdos , vir pius , fervidusque ac diſertus morum ex ambone formator , tempore iſto in primis regni ſui & familiæ concionatoribus laudatur. Scribit continuatque vaſtum opus , cui titulum fecit:

El Orador Chriſtiano : tribus partibus , ſeu tomis XII. diffiniendum. Ex quibus jam edidit Cæſarauguſtæ primum 1651. apud Michaelem de Luna : ſecundum 1658. tertium anno 1659. in 4. quartum , quintum , ſextum ac ſeptimum uſque ad decimum ſequentibus annis

Honras funebres que hizo la Ciudad de Zaragoza al Rey D. Felipe IV.

Concion funebre en la muerte del Iluſtriſimo Señor D. Juan de Hoces Arzobiſpo de Tarragona.

Oraciones y emblemas varios. Cæſarauguſtæ.

Tum etiam ſub nomine Franciſci Xarque, fratris:

Vidas del P. Antonio Ruiz de Montoya, y del P. Joſeph Cantalbino de la Compaña de Jeſus , inſignes obreros de la Provincia de Paraguay. Cæſarauguſtæ apud Michaelem de Luna 1662. in 4. Necnon et:

Sagrado Conſuelo a la Caſa de Auſtria , y Monarquia Catholica en tiempo de las guerras y calamidades publicas. Valentiæ per Bernardum Nogues 1641. in 8.

F. IOANNES DE APALATEGUI , ordinis Minorum , prelo paratam habebat ſuperioribus annis:

Criſol de la Igleſia paciente del fuego del Purgatorio. Uti refert Petrus Alba in *Militia Conceptionis.*

F.

F. IOANNES APERTE, Franciſcanus provinciæ Aragoniæ, edidit:

Relacion de la eleccion de Vicecomiſario general en Fr. Pedro Manero. Cæſarauguſtæ 1649. 4.

IOANNES DE ARANDA, Giennenſis, utili obſervatione, ad eos præſertim qui vernacule dumtaxat ſciunt ſpectante, dedit in lucem:

Lugares comunes de conceptos dichos y ſentencias en diverſas materias. Matriti apud Joannem de Cueſta anno 1613. in 4. Priuſque Hiſpali 1565. 4.

F. IOANNES DE ARCE (cujus inſtituti aut ſectæ ſodalium religioſorum incertum nobis) Caroli Imperatoris fuit chronographus, ſcripſitque:

Hiſtoria de los Reyes D. Juan II. D. Henrique IV. y D. Fernando V. y D. Iſabel Reyes Catolicos: quæ nunquam lucem vidit. F. Ludovici de Ariz in *Hiſtoria Abulenſis urbis*, quarta parte, in fine, hæc nota eſt huc pertinens: *El coroniſta Fr. Juan de Arce para la recopilacion de las coronicas del Rey D. Juan D. Henrique y D. Hernando tuvo neceſidad de la Hiſtoria de Gracia Dei, y el doctor Caravajal, coroniſta de España, con cedula del Emperador ſe la entrego, y la juntó con la que el hizo, y quedaron a ſu hijo Gonzalo Perez.* Hæc Ariz.

IOANNES DE ARCE, Palentinus ut credimus, presbyter. Dum Romæ verſaretur tempore quo, religionis ſartæ tectæ conſervandæ cauſa, ſub Paulo III. P. M. Tridentum undique ad ſynodum œcumenicam conveniebant patres, & cum illis, ut ei præeſſet Marcellus, S. R. E. cardinalis Creſcentius, qui Marcellus II. poſtea fuit Papa, Breviarium noviter editum, quod Quignonius cardinalis ad nutum Clementis VII. antiquo brevius confecerat, quaſi in judicium univerſalis eccleſiæ vocans, ut vel approbaretur, vel quod rationabilius futurum exiſtimabat improbaretur, ſcripſit juſtum doctum librum, ſive epiſtolam, ad eumdem cardinalem Creſcentium, qui eo venerat, quæ MS. aſſervatur in Vaticana bibliotheca librorum manuſcriptorum, cod. 5302. atque aliud ejus exemplum cod. 4878. fol. 390. unde quædam hic dabimus ne ignoretur auctoris propoſitum. Hæc ſane libri epigraphe: *De novo Breviario tollendo conſultatio, illuſtriſſimo & reverendiſſimo domino Marcello Creſcentio, S. Marcelli presbytero cardinali, & Sedis Apoſtolicæ ad ſanctam ſynodum œcumenicam Trident. a Latere legato Joannes de Arce, presbyter Palatinus* (non dubito quin Palentinus corrigi debeat) *profeſſione theologus*, S. D. Incipitque: *Cum ſacra iſta tua ad ſynodum Tridentinam legatione, Marcelle optime, omnium ſpes erecta ſit futurum ut novus nitor, novaque eccleſiæ facies reſtituatur, & quæcumque hactenus inimicus homo ſuperſeminavit zizania evellantur, ne earum partium putavi unus, vice multorum, te ſubmonere, non tam quod ipſe egeas monitore, quam ut piorum omnium vota præceſque tibi paucis exponam. Qui ſane gravem hanc eccleſiæ jacturam, quam pia mater ſuſtinet novi Breviarii Romani occaſione, cum hactenus longo fletu fuerint proſequuti, nunc paulifper a lacrymis temperantes* &c. Et mox: *Quod ſi tibi hæc, ut ſpero, placuiſſe ſenſero, dabimus & alia pleraque, non minus eccleſiæ profutura, de fallacibus ſcholiis, annotationibus & caſtigationibus, ut de Eraſmi, Thomæ Caietani ſcandalo tollendo, deque Bibliis vulgatis a typographorum injuria & ſciolorum quorumdam audacia vindicandis, deque aliis non paucis, cum apud Hiſpanos meos, tum apud alios nuper obortis, noxiis zizaniis, quæ ſane Apoſtolica egent cenſura. Quæ omnia, cum apud nos jam pridem delitefcant, in publicum te auctore ac patrono in hac maxime Tridentina luce prodire geſtiam. Vale.* Scriptumque fuiſſe Tridenti librum annotat kalendis Auguſti MDLI.

IOANNES ARCE DE HERRERA, Palentinæ diœceſis presbyter, qui ad Sancti Jacobi domus hoſpitalis Hiſpanorum Romæ jacet ſub hac inſcriptione: *Joanni Arceo de Herrera, Clerico Palentinæ diœceſis, I. V. D. Ferdinandi Magni, tunc Cardinalis, Auditori, & cauſarum Curiæ Advocato inſigni, qui cum a ſtrepitu forenſium negotiorum in honeſtiſſimum otium ſeceſſiſſet, non quo minus in otio negotium quæreret quam in negotio otium quæſierat, vitam ſanctiſſime inſtituit, & dum in Urbis fame atque inopia miſeris ex Chriſtiana caritate ſublevandis dedicatus vacaret, e medio vitæ ſublatus eſt kalendis Aprilis MDXC. ætatis LI. Sorores ex teſtamento hæredes fratri B. M. P. C.* Scripſit:

Apologia por Raymundo Lullo: quam Mediolani ſcio aſſervari MS. in bibliotheca Ambroſiana.

IOANNES DE ARCE ET OTALORA, Pinciæ nobili loco natus (quod ipſe ad calcem *Summæ de Nobilitate* ſcriptæ, advocatis ad rem ſtirpis utriuſque majoribus, innoteſcere voluit) literis idem civilibus apud Salmanticam excultus, ad Divi Jacobi, quod ab Archiepiſcopo fundatore appellant, ejuſdem academiæ collegium, ſuſcepta toga, profeſſus eſt ibi Legum ſcientiam, cui ab amœnio-

nioribus ſtudiis, ornatuque dictionis ſpeciem ſolito digniorem formaverat. Jam curare rempublicam juſſus, fiſci procurator Granatenſi curiæ traditur, circa annum mox proximi retro ſæculi tertium & quinquageſimum ejuſdem ſenator creatus. Inde virum patria urbs ſibi redditum inter prætorii ſui patres excepit, qui quidem hoc tempore renovatum edidit poſt priorem lucis uſuram opus, ſcilicet:

Summam Nobilitatis Hiſpanicæ, & Immunitatis regiorum tributorum cauſas, jus, ordinem, judicium, & excuſationem breviter complectentem: textum ex Latino & Hiſpano ſermone librum (neque enim omnia in Latinum congrue reddi potuerunt quæ municipalis ſunt juris & uſus) ſemel utique anno 1553. Granatæ in folio. Mox locupletiorem editum Salmanticæ 1559. typis Andreæ de Portonariis, & 1570. Joannis Baptiſtæ a Terranova in folio. *Virum ob ſingularem eruditionem ab omnibus venerandum, literiſque atque integritate ſpectatum* appellat eum Didacus Covarrubias, juriſconſultorum phœnix, in tract. *De vetere collatione numiſmatum* §. 1. num. 1. & cap. v. *Noſtrarum antiquitatum ſtudioſiſſimum, valdeque peritum* Ambroſius Morales lib. XIII. cap. XXXVII. ubi itineris ab eo per Aſtures omnes & Cantabros facti deſcriptionem cum hacce commendatione auctoris laudat. Licentiati (ſic vocant) Otaloræ, judicis audientiæ Hiſpalenſis urbis, mentio apud Joannem Bernardum Diaz de Lugo in *Praxis criminalis Canonicæ* capite XCIX. non ſatis video ad noſtrumne an ad aliquem alium referri debeat.

IOANNES ARCE DE SOLORZANO, Matriti ut fertur editus, ſcripſit verſibus:

Hiſtoria Evangelica de la vida y muerte de Chriſto nueſtro Señor. Anno 1605. 4. Itemque:

Tragedias de Amor. 1607. in 8. apud Joannem Cueſta. Idem cum titulo *Decretorum ſtudioſi*, dum in Romana curia reſideret, compilatam a ſe edidit:

Sacramentorum Brachylogiam, ſeu Breviloquium cum arboribus, tabellis &c. ad cardinalem Michaelem Angelum Tontum, Pauli Papæ V. datarium. Romæ 1610. in 8.

D. IOANNES DE ARECHAGA ET CASAS, Americanus, in urbe Habana inſulæ de Cuba ortus, juriſconſultus, in academia Salmantina Inſtitutionum Juſtiniani publicus profeſſor, deinde ad Indos ſuos miſſus in Mexicana ſeptemtrionalis Americæ ampliſſimæ curiæ vindicandorum criminum judex inter alios ſedet. Ediderat olim in Hiſpania:

Extemporaneas Commentationes ad §. *Quod autem in Inſtit. de capite minutis.*

Ad L. 1. *Cod. de Silentiariis & Decurionibus lib.* XII.

Ad L. 1. *Cod. De Canone frumentario urbis Romæ lib.* XI.

Ad L. Si major XII. *Cod. de Legitimis heredibus.* Salmanticæ ſimul apud Joſephum Gomez de los Cubos 1666.

F. IOANNES DE ARENZANO, Dominicanus Salmantinæ domus Sancti Stephani, ſcripſit:

Tratado del Santo Roſario. Salmanticæ 1603. in 8. apud Artum Tabernier.

F. IOANNES DE AREVALO, Benedictinus monaſterii San Petri de Cardeña Burgenſis diœceſis, ſcripſit:

La Hiſtoria del Monaſterio de San Pedro de Cardeña.

Vida de los dos Caſtellanos Martes el Cid Rui Diaz, y el Conde Fernan Gonzalez.

Hiſtoria de los Condes de Caſtilla: omnia MSS.

Obiit in eadem domo anno MDCXL.

IOANNES ARFE ET VILLAFAÑE, Legionenſis natu, liberale munus aurificinæ, magna cum laude, ſuo tempore apud nos exercuit, æmulus paternæ gloriæ avitæque. Siquidem Antonius Joannis parens, & anonymus ejuſdem avus hanc ipſam artem, inſignibus relictis per Hiſpaniam operibus, non mediocriter illuſtraverunt. Plura quippe, eaque ſpecioſiora, quibus venerabile Chriſti Jeſu Redemptoris noſtri corpus feſtis diebus geſtari ſolet, fercula, queis noſter idiotiſmus a cuſtodiendo nomen cuſtodiarum indidit, ex argento aurove miro artificio fabrefacta aliquem ex his jactat artificem. Avus etenim Toletanis & Cordubenſibus, filius vero Antonius Compoſtellanis, demumque nepos Joannes noſter, poſt alia Burgenſis, Pincianæ atque Abulenſis eccleſiarum, Hiſpalenſibus ſacra hæc ſanctiſſimæ Euchariſtiæ geſtatoria, eximia quidem artis ſuæ & induſtriæ ad poſteros monumenta, conſtruxerunt. Præterea ſcripſit Joannes ut in hunc cenſum veniret:

De varia conmenſuracion para eſcultura y arquitectura: miſcellum ex proſa verſaque oratione librum. Hiſpali anno 1589. in folio. Item:

El Quilatador de oro, plata y piedras. Pinciæ anno 1572. in 4. Matritique 1598. 8. Quam quidem poſteriorem editionem Matriti procurans examinatoris argentarii curam in Regia monetaria domo Segovienſi jam gerebat, quæ ob artis præſtantiam eo libello manifeſtatam ei a Rege commiſſa fuit. Joannis

nis Arfe liber *De efcudos de armas* MS. fuit penes Gundifalvum de Argote *Bæticæ Nobilitatis Hiftoriæ* auctorem, qui forte alius fuerit ab hoc diverfus.

F. JOANNES DE ARGOMANES, ordinis Minorum, provinciæ S. Jacobi præfectus, edidit:

Speculum fratrum Minorum, hoc eft, explicationem doctam & locupletem Regulæ Sancti Francifci. Prodiit Latinum in libro cui titulus, *Enchiridion, five Manuale Fratrum Minorum*, anno 1535. Deinde Italicum Tarvifii in ditione Veneta ex officina Dominici Amici 1593. Laudat opus Ludovicus Miranda in fimili *Regulæ* hujus *expofitione*.

Clypeum facrarum Monialium. Habetur in eodem *Enchiridio*.

Hifpane vero:

Del valor de las Indulgencias tractatum. Hifpali 1548. & 1622.

Reglas y arte del rezar el oficio divino tribuit ei Haroldus in *Supplem. Waddingi.*

D. IOANNES ARGUIS, Valentinus, ex oppido Girivela Valentiæ diœcefis, S. Clementis Hifpanorum fodalis ab anno MDCXIII. Mediolanenfis ftatus quam pluribus præfecturis functus, judex tandem monetarum in principe iftius ditionis urbe. Anno MDCL. Novembri menfe deceffit. Scripfiffe dicitur:

Tractatum fubtilem & compendiofum *de Collegiis, feu de Ratione Collegiorum*: cujus meminit D. Joannes de Pineda in *Prolis Ægidianæ* nuncupatoria ad lectorem epiftola.

D. IOANNES DE ARGUMEDO ET VILLAVICENCIO, Bæticus, Xerezienfis, fcripfit:

El Corregidor, o Advertencias politicas: hoc eft, de prætoris feu correctoris cujufque urbis officio. In urbe Xerez de la Frontera apud Ferdinandum Rey 1619. in 8.

IOANNES ARIAS, Placentinæ urbis incola, fcripfit ad inftruendos curiæ ecclefiafticæ officiales, qualis & ipfe fuit:

Practica Eclefiaftica para el ufo y exercicio de Notarios publicos y Apoftolicos, y Secretarios de Prelados, con un Tratado de Vifitacion de Iglefias. Matriti 1575. in 4.

D. IOANNES ARIAS DAVILA ET PORTOCARRERO, comes fecundus de Puñonroftro, publicavit:

Difcurfo para eftar a la gineta con gracia y hermofura. Matriti apud Petrum de Madrigal 1590. in 8.

IOANNES ARIAS DEL CASTILLO, ex oppido Molina, theologus, edidit:

Doctrinal de Confeffores en cafos de reftitucion. Compluti apud Joannem Brocar 1552. in 4.

IOANNES ARIAS MALDONADO, edidit:

Refponfa Juris, nefcio ubi edita: mihi alias ignotus nifi quod Thomas Delbene prima parte *De Immunit. Ecclef.* cap. v. dub. XVIII. num. 14. laudat ejus quoque:

De Contributione Ecclefiafticorum urgente neceffitate opus.

D. IOANNES DE ARISTIZAVAL, e Lufitano Hifpanum dedit:

El Catecifmo de Fr. Bartholome de los Martyres, Arzobifpo de Braga. Matriti 1653. 4.

IOANNES DE ARRUEGO, domo ex oppido Leziñena regni Aragoniæ, portionarius almæ ecclefiæ cathedralis Sancti Salvatoris Cæfarauguftanæ, circa litem tot jam annis pendentem, vixque hodie finitam, fcripfit:

Catedra Epifcopal de Zaragoza en el Templo de San Salvador defde la primitiva Iglefia y en el principio de fu fundacion. Cæfarauguftæ ex officina Didaci Dormer 1650. fol.

IOANNES AUGUR, quem Trafmierenfem vocatum propter natalem locum Trafmiera in montanis Burgenfibus exiftimo, auctor infcribitur operi cujus lemma:

Tratado de la Conquifta de las Islas de Perfia y Arabia, de las muchas tierras, diverfas gentes y eftrañas y grandes batallas que vió. Salmanticæ apud Laurentium de Leon de Rey 1512. in 4. Vidit D. Thomas Tamajus.

D. IOANNES AUGUSTINUS DE FUNES, Aragonius, Bilbilitanus, eques ordinis Sancti Joannis Hierofolymitani, commendatarius de Mallen, fcripfit:

Coronica de la Iluftrifima Milicia y fagrada Religion de S. Juan Bautifta de Gerufalem: duobus tomis. Cæfarauguftæ prior pars anno...... pofterior autem 1639. folio apud Petrum Verges prodierunt.

IOANNES DE AVILA, natus in oppido Almodovar del Campo Caftellæ Novæ ac diœcefis Toletanæ ex honeftis parentibus, theologiam Compluti a Dominico Soto Dominicano didicit, facrifque initiatus nil ardentius defideraffe atque attentius procuraffe vifus fuit quam ut perfecti facerdotis & Evangelici miniftri arduum ac venerabile munus æftimaret quanti eft re vera, inque omnibus

bus sui partibus exactissime ac religiosissime, quatenus homo poterat, exequeretur. Cogitavit ante omnia salutis animarum cupidus occidentales Indos, ubi messem optimam defici messoribus atque indigere opis noverat. Non tamen prius debuit exteris, quam civibus æque egenis, accendi hoc sidus, quod splendidissimum, atque integræ Hispaniæ, præsertimque Bæticæ provinciæ, salutare ac benevolum, divina indulserat pietas illorum temporum necessitati. Quare Hispalim veniens, inde ut solveret, ab eximio ibi sanctimonia & fama viro Ferdinando a Contreras, ejusdem urbis sacerdote, non minus confirmatur in proposito dirigendæ vitæ ad aliorum salutem quam de longinquæ hujus faciendæ expeditionis consilio dimovetur. In quo cessit noster tandem Alphonsi Manrici præsulis auctoritati, qui non tantum obedientiæ præcepto adegit eum ne ab Hispania discederet; sed & persuasit quamprimum ut ad concionem dicere, & fructum colligere studiorum, erectique ad omnem faciendæ frugis occasionem animi serio aggrederetur. Cœpit ergo in ea urbe, triginta fere annis natus, prosequutusque aliquantum temporis fuit operosam hanc, sed saluberrimam, feria docendi curam. Nec tamen sine illa contradictione quæ solet ministrorum Dei progressus, ab his veniens quorum perfringere veritatis verbo contumaciam eunt, non infrequenter sistere ac retardare. Delatus quippe ad Apostolicæ Inquisitionis judices ejusdem urbis, tanquam impietatis reus, tacendo ac nihil reponendo pervicit se innocentem esse, oraque calumniantium obstruxit. Hinc ergo majoribus conceptis flammis, majoreque eum comitante hominum existimatione totam, quanta est, Bæticam delegit sibi muneris sui provinciam, & collustravit fulgentissimis suæ virtutis ac cœlestis doctrinæ radiis, alter veluti Paulus Apostolus, loca frequenter locis commutans, ubique salutaris, ubique sui similis. Nec tantum urbibus ac frequentioribus oppidis, sed exilibus quoque, & quibus silvarum & montium profunda impervios aditus fecerant, invexit sæpe non minus suum quam discipulorum, quos magno habuit numero, salubria caritatis officia. Plane commoventem cœlesti ore ac vi, & post se trahentem, Gallici Herculis more, sed sacri, populos, quam multi, aut literis aut probitate morum jam conspicui, viri, mundanis omnibus vale dicto, elegerunt sibi ducem vitæ ac magistrum, cujus auspiciis Evangelico faciendo tantum operi, ad quod ille optimi cujusque impellebat animum, sese accingerent. Mira res! tot ac tantis nominibus progressu temporis frequentata est hæc militia, ut plurium commentariorum res sit futura quo quisque in loco, quibus dotibus, quo successu commissam sibi muneris partem adimpleverit scriptis consignare. Longam quidem Avilæ discipulorum vitæ illius descriptor, cujus paulo post meminimus, contexuit seriem; tactisque summis gestarum ab iis rerum capitibus, magistri propriæ laudi ingentem commendationis cumulum ab asseclarum dignitate & laudibus accedere fecit. Certe is omnibus naturæ & gratiæ dotibus, quæ Evangelii tubam, quemdamque velut nostri sæculi Apostolum (vulgo sic audiebat in Bætica provincia) summe decerent, instructum ac locupletem gerebat animum. Imprimis discendi docendique præceptoris sibi delecti, Gentium Prædicatoris, non solum epistolas omnes memoria tenuit, sed & ardentissimum Dei amorem atque hominum caritatem æmulatus est. Unde illi tot ignes, tot fulmina, quot verba præsto erant reprehendenti mortalium vitia, concutientique oris tonitru totam concionem. Teste enim Quintiliano, *maxima eloquentiæ pars constat animo, & hunc affici, hunc concipere imagines rerum, & transformari quodam modo ad naturam eorum de quibus loquimur necesse est.* Insectabatur ille sæpius luxuriæ malum, & aliquando visi sunt Ludovico Granatensi, qui id in literas retulit, ædis sacræ, in qua concionabatur, muri quasi moveri ac tremere ad voces intonantis adversus hanc orbis plagam Jeremiæ illud *Stupescite Cœli super hoc* &c. eo efficacissimæ eloquentiæ vigore ut ab humana mente vix concipi majus & robustius possit. Alphonso Lupo Franciscano parem faciunt qui de hac utriusque virtute referunt, præcipue Franciscus Terrones, Legionensis episcopus, in libello *de Arte concionandi*, novisse ait se Lupum & Avilam, qui non pluribus libris consultis, nec multo rerum subtiliter excogitatarum ambitu, unico etiam verbo aut exclamatione adstantium cordibus ignes subjiciebant. Quæ autem in concionibus palam ab eo fiebat sementis copiosissima lætos & uberes fructus seminatori & altori bonorum omnium Deo in manibus gremioque dispensantis veniam pœnitentibus Avilæ mirabili augmento reddebat. Hujus sane viri Apostolici quædam ex innumeris opera & fructus sunt Joannes a Deo, auctor ejus sodalitatis religiosæ quæ ægrotis servit, ad saluberrimam insaniam, atque hinc ad eminentem sanctitatem fulmine verborum adactus; Sancia Carrillia, femina nobilissima Astigitanæ urbis, ex feralibus sæculi pompis, & Anna Poncio Legionensis, Feriæ comitissa, ex illecebris amplissimæ familiæ ac domus ad tutissimum heroicæ virtutis & sanctimoniæ portum deductæ; Franciscus item Borgia, Lombaiensis tunc marchio, ab aula & periculis ejus

in

in secessum domus retractus ; sancta demum virgo Teresia de Jesu ex trepida & anxia rerum suarum in securitatem atque animi tranquillitatem composita ; præter innumeros quos religiosis ordinibus , præsertimque Jesu carissimæ sibi Societati , aut innocenter & fructuose gerendæ foris vitæ proposito sacramentum dicere , vi prorsus divina usus , perpulit. His erga privatos similia contulit in publicum beneficia , erectis quampluribus collegiis , in queis juventus educari , doctrina pietatis doceri , & seminaria proborum ecclesiasticorum ac Dei ministrorum haberi possent ; ex quorum uno Beatiæ constructo ejus urbis academia , fovente ipso Avila, originem duxit. At cum a quinquagesimo fere ætatis anno multis infirmitatibus laborare cœpisset , exinde usque ad extremum vitæ diem quidquid sanandis aliorum morbis spiritualibus potuisset lucrifacere , cum unico ferme doloribus infractæ & inexpugnatæ patientiæ merito , libenter videtur quasi transegisse. In lecto attamen defixus , domive manens , literis absentes , aut consilio coram consulentes efficaciter juvit. Montillæ tandem, quo se ante aliquot annos receperat gratia marchionum Priegui , hujus oppidi dominorum , & laudatæ Annæ Comitissæ , quam in religioso vitæ dirigebat statu ad altiora in dies properantem , sanctissime ac placidissime spiritum Deo reddidit , septuagenarius circiter , decima Maii die anni MDLXIX. jacetque in collegio Jesuitarum sepultus sub lapide sic inscripto:

Magistro Joanni Avilæ,
Patri optimo , Viro integerrimo,
Deique amantissimo,
Filii ejus in Christo
Pos.

Exuvias ejus religione tacti mortales pie venerati sunt , religionemque , ut fertur , signa sequuta : idcircoque speramus Apostolico viro apotheosim aliquando ecclesiasticam. Scripta ejus , plena eo spiritu qui viventis ac declamantis vocem verbaque imbuebat simul & inflammabat , præcellentem & plane divinam hominis doctrinam , suavissimamque cunctis memoriam præsentes legentibus quotidie sistunt. Hæc illa sunt in duo volumina divisa , primum continetur duabus partibus, quarum altera est:

Audi Filia : sive hujus tituli aureus tractatus super hæc verba Psalmi XLIV. alias *De los malos lenguages del Mundo , Demonio , y Carne.* Hispano sermone , uti cetera , scriptus , & Sanciæ Carrilliæ , ei quam ad se reversam in via pœnitentiæ & profectus spiritualis attentissime direxit , nuncupatus , qui Compluti olim , inconsulto auctore , typis Joannis Brocar anno 1556. in lucem productus occasionem dedit ei procurandi altera editione ut prior illa sibi ingratissima pessumdaretur , quod ipse refert in operis prooemio. Quo loco primum id factum sit nobis adhuc ignotum. Certe Compluti iterum apud Antonium Sanchez de Leiva anno 1577. forteque & anno 1579. deindeque apud Joannem Iñiguez de Lequerica 1581. in 8. editus est , atque Hispali 1604. Italice dedit hanc partem Camillus Camilli cum prius ut credimus , tum anno 1610. Romæ apud Zannettum in 8. editam ; & Anglice alius Londini 1620. in 4. Hanc & sub titulo *Christianæ Institutionis* Gallice ac Belgice edidit Plantinus Antuerpiæ in 12. una cum Petri Canisii *Catechismo.* Altera vero pars continet:

Cartas espirituales : ad diversos omnis status & conditionis atque utriusque sexus homines , in quibus vere omnia omnibus videtur factus. Compluti 1579. in 4. Italice has dedit Timotheus Botonus Florentiæ apud Philippum Juntam 1596. in 8. atque iterum 1669. cum auctoris vita in 8. apud Franciscum Tizzonum. Gallice quoque tum Gabriel Chappuis , Regis Galliarum secretarius & interpres , Parisiis apud viduam Guilielmi Chaudiere 1608. in 12. tum (si alia interpretatio est , & non eadem recocta) Simon Martinus , Minimorum sodalis , Parisiis 1653. in 12. duobus voluminibus. Secundum volumen audit:

Tercera parte , que contiene veintisiete Tratados del Santisimo Sacramento. V. del Espiritu Santo. I. de la Encarnacion. I. de San Joseph. II. del Nacimiento de Nuestra Señora. I. de la Presentacion. I. de la Visitacion. I. de la Purificacion. I. de la Soledad. I. de la Fiesta de las Nieves. I. de la Assumcion. Simul Hispali 1603. apud Sebastianum Gomezium in 4. Seorsim autem XXVII. illi *Tractatus de Eucharistia.* Matriti apud Petrum de Madrigal 1596. in 4. & in Italicum conversi a Francisco de Soto , Romæ 1608. in 4.

Præter hæc:

Dos Platicas hechas a los Sacerdotes seorsim quoque edita sunt Cordubæ 1595. 8. Prior incipit : *Grande es la alteza* : posterior autem : *Para tratar lo que conviene.* Italice quoque prodiere sub titulo *L' Idea del perfetto Sacerdote compressa in dui Raggionamenti & in una lettera spirituale del P. M. Gio d' Avila* &c. Cum Romæ , tum Florentiæ apud Joannem Antonium Bonardum 1657. in 12.

Alia nunquam sunt luci dedita , videlicet tractatus ita inscriptus:

Reformacion del estado Eclesiastico. Itemque:

Unas Annotaciones al Concilio Tridentino: quæ duo opera justum volumen faciunt , ex-

pectantque auxiliatrices ad impensam editionis manus, ut Ludovicus refert Muñozius in ejus *Vita*, non quidem libro II. cap. XVII. quo aliarum lucubrationum, non istarum, meminit, sed ejusdem libri II. cap. III. dum aliud ageret, nempe de discipulis Avilæ, & cum eorum quemdam, Petrum Fernandez de Herrera nuncupatum, laudasset. Nam nec epistolæ in id ab eo scriptæ sunt ut publicarentur, sed eæ post obitum auctoris hinc inde collectæ sunt ne pretiosissima & fructuosissima futuris temporibus merces deperiret. Nam ut Scotus ait: *Epistolæ istæ, pietatis plenæ, non de rebus humilibus aut familiaribus, sed consilia, exhortationes saluberrimæ sunt ut in adversis non deprimamur, nec secundis extollamur; in quibus cum alia innumerabilia, quæ lectorem, si utilitatem spectat, alliciunt & retinent, lectæque iterum invitant (expertus loquor) tum vero maxime optimi verbi Dei præconis, Evangelicæ prædicationis exemplum vivis coloribus ita depingit nullum ut in eo genere pingi possit perfectius.* Qui & ibidem de eloquentiæ genere, dictionis charactere, & conformatione totius vitæ ad munus a se exercitum, iis, quæ supra tetigimus, non inutiliter adjungenda hæc subjicit: *Magna in dicendo ei fuit & scribendo energia, vis atque efficacia, ut quæ velit persuadeat, sensusque rapiat extraque se ponat, nec doceat solum sed & delectet, flectat denique ad omnem impetum. Summa sermonis venustas, quia verborum affectatio abest, & perspicuitas maxime elucet, quæ prima orationis laus est oratoribus. Christiana vero eloquentia est ab animo profecta, non in labiis natans ad ostentationemque vel inanem gloriam captandam plaususque imperiti vulgus comparata, sed communem utilitatem salutemque animæ unice spectans. In vita autem comitas illi modestiaque; de se sentiebat abjecte; quæ virtus ethnicis ne fando quidem audita, nedum cognita. In sermone risus dissolutus aberat & dicteria, scommata ne auditu quidem. In vultu maturitas, cum gravitate hilaritas juncta, quæ conscientiæ bonæ argumenta erant. Assidue hoc prædicandi officio fungens nulla spe quæstus aut gloriæ, & in summa, quam tenuit, inopia & indigentia rerum omnium Bæticam omnem Dei verbo, tanquam tuba, personuit, ut* Bæticus Concionator *appellaretur, hocque nomine notior esset Hispanis.* Hæc Scotus, qui & plura subjicit. Sed viri clarissimi res gestas clarissimus historicus libello comprehendit, Avilæ nostro devotissimus, Ludovicus Granatensis, nec minus utiliter collocare se bonas existimavit horas, magnus hic pietatis vindex ac præceptor, in enarrando eo ac posteritati commendando, quam in Christianæ ac spiritualis vitæ lucubrationibus utilissimis communienda via mortalibus, iisque de salutis negotio efficaciter admonendis. Quo viso, commentarium suum de eodem argumento, disertissimus ille Sanctorum virorum chronographus, Ludovicus alter Muñozius, nostris diebus confecit ac typis edidit. Magni habuerunt & laudaverunt Avilam pro virtutibus ejus ac benefactorum ingentibus meritis plures viri gravissimi & sanctissimi. S. Thomas Villanovanus, Valentiæ archiepiscopus, viventem adhuc eo loco habebat ut nescire se, diceret, quisnam alius a tempore Apostolorum fructuosius Evangelico isto munere functus fuisset. Quod ipsum dicentem Augustinum Salucium Dominicanum, eximium sui temporis ecclesiastem, æquales ejus audierunt, memoriæque traditum fuit. Quare Paulus ipse Papa III. in diplomate, quo academiam Beaciensem confirmavit, *Verbi Dei prædicatorem insignem*, fama viri commotus, etiam tum superstitem, appellare non est veritus. In Sanctorum Ignatii, Petri de Alcantara, ac Teresiæ a Jesu existimatione summa & amore vixit; conservantque hujus rei clarissima monumenta Nicolaus Orlandinus in *Historia Societatis Jesu* lib. XIV. Didacus Yepes, Turiasonensis episcopus, in *Teresiæ Vita*, & Joannes de Jesu Maria in *Chronico Minorum Reformatorum* I. parte cap. XXXI. Encomiis nostrum quoque ornant non vulgaribus Antonius Molina *De Instructione Sacerdotum* tract. II. cap. VII. Antonius Daza *Chronici ordinis Minorum* part. IV. lib. IV. cap. XLIV. Petrus Ribadeneira in *Vita B. Francisci Borgiæ* lib. I. cap. VII. Martinus de Roa sæpius in *Vita Sanciæ Carrilliæ*, & in *Vita Annæ Pontiæ de Leone, Feriæ Comitissæ*. Hieronymus Gratianus a Matre Dei in *Dilucidario veri Spiritus* cap. IV. Thomas de Jesu in *Praxis Vivæ fidei* lib. II. cap. XV. Franciscus de Castro in *Vita B. Joannis de Deo*. Bartholomæus Ximenez Paton in *Giennensis urbis Historiæ* cap. XX. Bernardinus Rosignolus lib. V. *Disciplinæ perfectionis Christianæ* cap. XXVI. Joannes Lorinus in *Acta Apostolorum* ad cap. VI. vers. 2. Antonius Possevinus in *Apparatu*, & in *Bibliothecæ* cap. XLV. Nicolaus Orlandinus jam laudatus variis in locis. Quibus, & aliis a Ludovico Muñozio adductis, nos adjungimus S. Franciscum Salesium in aureo opere *De Amore Dei* lib. IX. cap. VI. Sed abstineo jam non sponte manum, etenim consulere potes, lector, disertissimam Avilæ nostri historiam, quæ Italica nuper edita quoque est, ex interpretatione cujusdam Societatis Jesu sodalis, Mediolani apud Josephum Marellum 1667. 8.

IOANNES DE AVILA (alias IOANNES

NES BAPTISTA) Matritenfis, focietatis Jefu facerdos, doctus vir, nec vulgariter difertus profa æque ac verfa oratione vernacula, virifque principibus ob fuavitatem morum & urbanitatem, dum in curia verfaretur, enixe carus; verfibus edidit, pietate & elegantia viam munientibus ad parum vulgare pangendi carminis genus in prolixo argumento:

Pafion del Hombre Dios en decimas. Lugduni 1661. 4. Idem auctor eft operis:

De Originali Mariæ impeccabilitate: quod editionem tantum expectare monuit nos Petrus Alba in *Militia Conceptionis*, & ut credimus hoc jam tempore in lucem prodiit. Docuit in Societate humaniores literas & philofophiam, & XIV. annis linguas Syriacam, Chaldaicam, & Hebræam. Diemque fuum Matriti obiit VIII. Maii MDCLXIV.

F. IOANNES DE AYALA FAXARDO, edidit:

Poftrimerias del Hombre. Matriti anno 1638. in 8.

F. IOANNES DE AYLLON, Americanus, Limenfis, ordinis S. Francifci Regularis Obfervantiæ provinciæ XII. Apoftolorum, verfibus edidit:

Relacion de las Fieftas de Lima en el octavario de los XXIII. Martires del Iapon. Limæ anno 1630.

IOANNES DE AYLLON LAYNEZ, presbyter, jurifconfultus, & advocatus Utrarienfis in Bætica, elucubravit:

Additiones ad Antonii Gomezii celeberrimos variarum libros. Utrariæ apud Nicolaum Rodriguez anno 1654. in folio.

F. IOANNES DE AYORA, Francifcanus, apud Indos occidentales provinciam Sanctorum Apoftolorum Petri & Pauli Mechoacanenfem adminiftravit, edidit que Tarafca lingua, alias Mexicana:

Tratado del Santifimo Sacramento del Altar. Repudiato epifcopatu Mechoacanenfi arripuerat iter maritimum in Philippinas infulas propagandi causa Evangelii cum mors eum ad fuperos evocavit.

IOANNES AZOR, Illorcitanus (Lorca urbs eft dioecefis Carthaginenfis) ab anno MDLIX. Jefuitarum fodalis, in omni honeftarum difciplinarum genere fic profecit ut pares fibi paucos in doctiffimorum hominum fecunda admodum familia habuerit, fuperiorem neminem. Poft tyrocinium, ut folet, factum in tradendis grammaticæ rhetoricæque præceptis, Compluti, Placentiæ, Romæ facras literas Moralemque theologiam diu excellenterque auditoribus explanavit, Latine, Græce Hebraiceque peritus, quam poftremam linguam etiam Compluti fuit publice profeffus. Collegia tria rexit, Placentinum, Ocanienfe & Complutenfe, Romæque ftudiis præfuit. Ceteras animi virtutes *Bibliothecæ Societatis* auctor pro munere laudavit; nobis ingenium præftans, miram eruditionem, reliquafque perfectiffimi fcriptoris dotes monumenta ejus, magno apud omnes gentes pretio habita, abundanter oftendunt:

Inftitutionum moralium nempe tomi III. quorum primum vivens Romæ edidit apud Aloyfium Zannettum anno 1600. duo reliqui poftumi prodierunt, ac fæpius recufi funt Lugduni & Brixiæ anno 1602. Romæ, Venetiis, Coloniæ, Ingolftadii. Quorum nomine unus Azorius in Cafuifticis, quos vocant, *loco multorum effe poteft, five molem fpectes, five curam & ftudium*: totidem verbis agnofcente atque applaudente viri infignis merito, vel ex eterodoxorum caftris, Joanne Henrico Ottingero lib. III. *Bibliothecarii* fui, capitis VI. fine.

In Cantica Canticorum Commentaria juxta Hiftoricum & Allegoricum fenfum: inedita adhuc ut exiftimo.

Romæ diem vidit extremum XIX. Februarii anno MDCIII.

F. IOANNES BACO, Balearicus, ordinis fratrum Minorum, doctor theologus, S. Officii uti appellant qualificator, fcripfit:

Suma de los Preceptos del Decalogo. Majoricæ apud Francifcum Oliver anno 1661. in 4.

JOANNES DE BALBOA MOGROVEJO, Salmantinus canonum facrorum primarius anteceffor magni nominis, noftro fæculo & fub Philippo IV. Rege vixit, ac de publica literarum re non exiliter meruit.

Lectiones Salmantinæ, five anniverfaria Relectio ad titulum de Foro competenti in lib. 2. Decretalium ejus editæ funt Salmanticæ anno 1648. poft alias editiones antiquiores fcilicet 1629. in 4.

D. JOANNES BALTHASAR, edidit:

Fundacion, Regla, y Vida de la Orden de S. Anton Abad. Valentiæ 1609. 4.

D. JOANNES DE BAÑOS ET VELASCO, unus ex chronographis regnorum Caftellæ, fcripfit:

Vida y muerte de S. Juan Bautifta. Matriti 1672. 8.

Devocion por las Animas del Purgatorio. Matriti 1672. 8.

El Sabio en la Pobreza. Matriti 1671. 4.
El Salomon coronado. Ibidem.
El Seneca iluſtrado. Matriti in ..... Diverſumque ab eo opus:
El Ayo y Maeſtro de Principes, Seneca. Matriti 1674. in 4.
Creditos de la Sabiduria y accion la mas diſcreta del Rey Salomon. Malacæ apud Matthæum Lopez Hidalgo 1662. 8.
Sexta Parte de la Hiſtoria Pontifical, y Catolica. Matriti apud Franciſcum Sanz 1678. folio. Hoc eſt res geſtas ſub Urbano VIII. ab anno MDCXXIII. ad MDCXXXXIIII. Tandemque ex militia olim exercita:
Politica militar de Principes. Matriti apud Franciſcum Sanz 1680. 4.
Deceſſit Matriti VII. Aug. MDCLXXXII.

F. JOANNES BAPTISTA, miniſter provincialis Carmelitarum Nudipedum provinciæ Sancti Eliæ, ſimulque F. Blaſius a S. Alberto, cœnobii Medinæ de Rioſeco præfectus, & F. Thomas a Jeſu Maria, ædis Hermenegildo martyri ſacræ Matritenſis ſubpræfectus, juſſu generalis anno MDXC. habiti apud Matritum conventus, conſcripſerunt:
La Inſtruccion de Novicios deſcalzos de la Virgen Maria de Monte Carmelo. Matriti anno 1691. in 8.

F. JOANNES BAPTISTA, Pinciæ natus ex nobilibus familiis de Camporedondo & Rio, Carmelitarum Nudipedum decimus generalis præfectus, edidit valde a domeſticis laudatam:
Carta a los Religioſos del Carmen Deſcalzo: pro eorum ſcilicet inſtructione, ac obſervantiæ regularis incremento, quæ edita fuit Matriti.
Vitam cum morte commutavit anno MDCXLIX.

F. JOANNES BAPTISTA, quem Mexicanum præfectumque cœnobii Tetzeucani Franciſcanorum, ſacræque theologiæ profeſſorem vocat Lucas Wadingus in *Bibliotheca Scriptorum ordinis Minorum*, ſcripſit:
Advertencias para los Confeſores de los Indios. Mexici anno 1599. 8. cujus etiam meminit Antonius Leonius *in Bibliotheca Indica.*
Confeſonario o ſuma de caſos: duobus tomis, eodem anno in 8. in oppido S. Jacobi de Tlatilulco apud Melchiorem Ocharte.
Platicas morales de los Indios para la doctrina de ſus hijos. Ibidem 1601. 8.
De la Miſeria y brevedad de la vida. Mexici apud Didacum Lopez Davalos anno 1604. 8. Mexicana lingua, in quam & tranſtulit Toribii de Motolinea *Trium puerorum Tlaſcalenſium mortem* &c. de quo in Toribio. Perfecit item *Contemptus mundi* translationem, quam Ludovicus Rodriguez ejuſdem ordinis imperfectam reliquerat, lingua videlicet eadem Mexicana.

IOANNES BAPTISTA AGNESIUS, vulgo AGNES, Valentiæ natus atque educatus, pietate & literis pari paſſu ad non vulgarem in hac urbe foriſque celebritatem atque exiſtimationem devenit. Sanctiſſimis quippe moribus caritate & modeſtia ſacerdotalem decorabat ſtatum, beneficio quodam & loco in patria metropolitana eccleſia donatus. Eruditionem vero ſic præſtantem totius doctrinæ, tam ſacræ quam profanæ, ſibi familiarem fecit, quam cives ejus æqualeſque illius temporis ſumme deprædicant, quamque & ingenium, quo pollebat, eximium elegantiſſimis verſibus, tam de re ſacra quam profana diſputans, etiam doctiſſimis approbavit. Scripſit namque:
Apologeticum Panegyricum de laudibus D. Hieronymi: carmine elegiaco, adverſus ejus doctoris obtrectatorem Eraſmum, qui virginem fuiſſe negaret, & ſomnium flagraque ob Ciceronis lectionem elevaret. Anno 1550. ait in *Bibliotheca* Andreas Scotus.
De SS. Luciæ, Magdalenæ, Martini, Chriſtophori vita. Anno 1554. ſimiliter verſibus.
Epiſtolarum libros duos: carmine elegiaco. Et varia alia poemata, inter quæ celebratur imprimis:
Apologia, ſeu liber de Avibus, quæ in Albufera palude VIII. paſſuum millibus a Valentia urbe degunt: quarum maxima & mirabilis eſt varietas & multitudo. De quo argumento cum laude Agneſii tractat exquiſite Gaſpar Eſcolanus lib. VI. *Hiſtoriæ Valentinæ*, cap. XXVII. XXVIII. XXIX. cui libro auctor ipſe Agneſius ſcholia adjunxit. Hæc omnia ut credo ſub nomine *Operum poeticorum* prodierunt ſimul anno 1545. 8.
Solutæ vero orationis duo hæc exiſtimo, quæ Eſcolanus laudat:
Fundacion de la Igleſia de S. Chriſtoval de la Ciudad de Valencia. Vide Eſcolanum lib. V. cap. X.
Apologia por los Cavalleros del Reyno de Valencia contra los Comuneros. Idem Eſcolanus lib. VI. cap. XIX. n. 12. & lib. X. cap. XXIII. n. 11.
De Nobilitate familiæ Centegliæ libellum ei tribuit Alfonſus Ciaconius in ſchedis ad *Bibliothecam Univerſalem*, quas Romæ habuimus, qui & adjungit Valentiæ editum fuiſſe in 8.
De Sacris Hymnis extare alium MS. in bibliotheca eccleſiæ cathedralis Valentinæ idem eſt auctor.

Ja-

Jacet Agnesii corpus in monasterio Sancti Juliani ejusdem urbis, pretio magno & veneratione habitum ut idem Escolanus refert lib. v. cap. x. n. 15.

F. IOANNES BAPTISTA AGUADO, ordinis Sanctissimæ Trinitatis, sacræ theologiæ ut vocant præsentatus, edidit:

Devocionario de Nuestra Señora del Ave Maria, seu, *Letanias de Nuestra Señora.* Matriti apud Alphonsum Martin.

IOANNES BAPTISTA DE AGUILAR, Hispalensis, nomen suum inscripsit sub Sixto Papa V.

Epigrammatum libello in dedicationem obelisci. Romæ anno 1586. in 4. apud Bartholomæum Grassi.

Carmen item *heroicum* quingentorum versuum ad Alexandrum Farnesium, episcopum cardinalem Hostiensem, de victoria parta de Belgis per Alexandrum Farnesium, Parmensium Principem, Trajecto urbe capta, diu antea a Regio exercitu obsessa: quod cum *Diversorum carminum* libro (alio forsan a superiore *Epigrammatum*) in lucem ab eo propediem edendum refert æqualis ei, Alphonsus Ciaconius Dominicanus, in schedis apud me MSS. ad *Universalem* quam præparabat *Bibliothecam.* Doctor fuit theologus, & almæ ecclesiæ Hispalensis portionarius.

D. IOANNES BAPTISTA BALLESTER, Valentinus, e patre Cervariensi & matre San Matheana in Urbe Regia natus, archidiaconus Saguntinus, vulgo de Morviedro, in metropolitana hujus urbis ecclesia, atque in gymnasio artium & theologiæ professor, in ecclesia quoque Hispalensi, eo ductus ab illustrissimo Fr. Petro de Urbina, ex Valentino istius sedis archiepiscopo, theologiæ Moralis lector, judex synodalis, patribusque Religionis curam habentibus a consultationibus theologicis, Latinæ linguæ non vulgariter peritus, habendarumque de rebus sacris concionum. Edidit vivus:

De la identidad de la Imagen del S. Christo de S. Salvador de la Ciudad de Valencia con la de Berito.

Reliquit moriens pro S. Laurentii Martyris Valentina patria:

Piedra de toque de la verdad, Peso Fiel de la razon, que examina el fundamento con que Valencia y Huesca contienden sobre qual es la verdadera patria del Invicto Martyr S. Lorenzo. Barcinone apud Sebastianum de Cormellas 1663.

Decessit Valentiæ XXIII. Septembris anni MDCLXXIII.

IOANNES BAPTISTA BATALLER, Valentinus, ex urbe Setabi (Xativa vulgus vocat) doctor medicus, scripsit:

Disceptationem unicam de signis propriis veneni sumpti. Oriolæ apud Joannem Vincentium Franco 1661. 4.

IOANNES BAPTISTA BORDOY, Majoricensis, Ferdinando Borgiæ, Aragoniæ proregi, a confessionibus, reliquit prelo parata:

De Bulla Cruciata duo volumina.

Obiitque Cæsaraugustæ anno MDCXXVII. ætatis LI.

F. IOANNES BAPTISTA DE BURGOS, Valentinus, ex sodalitio Augustiniano, qui in registris ut vocant ordinis sui ad annum MDCXLIV. *integræ vitæ, & doctrinæ non vulgaris homo, suavissimisque moribus* audit *præditus*, juris Canonici theologiæque doctor, cœnobium Valentinum, deindeque Aragonensem provinciam ordinis moderatus est. In concilio hic Tridentino, habito circa annum MDLXII. una cum aliis familiæ suæ theologis eo destinatus orationem habuit Dominica III. Adventus:

De quatuor extirpandarum omnium hæresum præcipuis remediis: quæ Lovanii inter *Orationes* ad eumdem Tridentinum cœtum habitas hodie conspicitur anno 1567. edita, Parisiisque.

Vivebat adhuc Valentiæ professorem agens anno MDLXXIII.

IOANNES BAPTISTA CATALA, Valentinus, ex professore academiæ ejusdem urbis factus Societatis Jesu sacerdos, eximius animarum salutis operarius, sub nomine Ignatii de S. Maria edidit:

Devocion de la buena muerte con exercicio de meditacion. Valentiæ apud Bernardum Nogues anno 1662. Forte autem hic liber auctorem habet Michaelem Molinos, Cæsaraugustanum, Valentiæ ad S. Andreæ beneficiatum, qui Romæ nunc procurator est in causa cononizationis servi Dei Francisci Hieronymi Simonis, Valentini.

IOANNES BAPTISTA CARDONA, domo Valentinus, & in collegio Sacro metropolitanæ hujus ecclesiæ canonicus. Gregorio XIII. gerente summum Christianæ gentis magistratum, Romæ ea fama doctrinæ, multiplicique divinarum atque humanarum rerum peritia floruit ut inter eos, quibus instaurandorum ad veterem germanamque phrasim auctorum cura commissa erat, delectus sit. Elnensis deinde sedis, posteaque Ausetanæ seu Vicensis, ac tandem Dertusanæ in Cataloniæ omnium provincia, diadema-

mate pontificio insignis, nec minus literarum ornamento clarus ad mortem usque vixit. Industriam suam Patribus ad veram lectionem ope manuscriptorum restituendis præcipue addixerat, jamque in Leonis Magni & Hilarii operibus octingenta & amplius loca, quod ipse de se ait alicubi, ad nitorem pristinum & dignitatem restituerat; mors tamen ejus immatura hos studiorum opimos fructus nobis invidit. Ediderat vivus:

De Expungendis Hæreticorum propriis nominibus, etiam cum nihil malæ doctrinæ, aut nihil proprium editis libris consignant: ad Gregorium XIII. Papam. Romæ 1576. in 8. Eo quoque tempore:

De Regia Sancti Laurentii Bibliotheca libellum, sive consilium cogendi omnis generis utiles libros, & per idoneos ministros fructuose, callideque custodiendæ. Cui adjunxit: *De Bibliothecis* quædam ex Fulvio Ursino, deque *Vaticana* ex Onuphrii schedis. Item: *De Dipthycis Commentariolum*. Omnia hæc simul edita sunt Tarracone 1587. apud Philippum Mey, in 4.

Oratio de Sancto Stephano, anno Jubilæi MDLXXV. coram Pontifice habita, alicubi prostat.

Decessit e vivis pridie kalendas Januarias anni MDXC. Ludovicus Paramus de *Origine Inquisitionis* lib. II. cap. XIV. refert nostrum olim in Hispaniæ Triremibus Inquisitoris vices, sub commissarii titulo, duobus fere annis exercuisse. Laudant Andreas Scotus in *Bibliotheca*, Gaspar Escolanus in fine libri V. *Historiæ Valentinæ*.

F. IOANNES BAPTISTA DE CHAVES, ignotum mihi cujus instituti, in lucem edidit anonymi (suam ipsius, ut suspicor, præ modestia latere volentis) versionem Hispanam *B. Henrici Susonis* Dominicani operis de las Peñas ab interprete nuncupati: quod olim Laurentius Surius Carthusianus ex Germano in Latinum converterat. Prodiit Hispanum Hispali apud Didacum Perez anno 1622. in 16.

F. IOANNES BAPTISTA DE CONCEPTIONE, patria ex oppido Almodovar del Campo, quod magnum illum nostri temporis ecclesiasten Joannem ab Avila, pluresque alios pietate inclytos viros, protulit, sodalis fratrum Redemptorum Sanctissimæ Trinitatis, posteaque fundator Recollectionis Excalceatorum, vir literis, eloquentia & virtutibus Christianis ac religiosis admodum insignis, ea, inter alia, præsentia doctrinæ & copia valuit ut quamplures diversorum argumentorum tractatus, in schedis tamen, fere absque aliqua litura, qui in archivio domus Matritensis nunc servantur, autographos reliquerit.

Obiit Cordubæ anno MDCXIII. ætatis suæ LII. Vide Didacum a Matre Dei in *Historiæ* hujus *Recollectionis* toto lib. I. præcipue cap. 34.

IOANNES BAPTISTA CONDE, Lusitanus, scripsit:

Consolaçaon Christaã. Olisipone 1626.

Dialogo entre maestro e discipulo. Ibidem 1621.

F. IOANNES BAPTISTA CULLA, ordinis S. Francisci provinciæ Valentinæ, sacræ theologiæ professor, manu exaratas reliquit in bibliotheca domus Ubetensis provinciæ Granatensis:

Veritates Catholicas. Waddingus auctor est in *De Scriptoribus Franciscanis* commentario.

IOANNES BAPTISTA DIAMANTE, ordinis S. Joannis Hierosolymitani, & commendatarius ut audit de Moron, dedit foras hactenus:

Primera y segunda parte de sus Comedias: duobus tomis. Matriti 1670. in 4.

IOANNES BAPTISTA ESCARDO, Majoricensis, Jesuita, literarum sacrarum & profanarum & totius eloquentiæ peritissimus, magno cum fructu auditorum per Aragoniæ provinciæ urbes præcipuas concionibus habendis incubuit, postquam Cæsaraugustæ per septennium rhetoricæ artem docuisset. Polluisse eum maxima dicendi vi, & in extinguendis hominum inimicitiis, quos ad morem sibi gerendum divina ope adjutus est persuadendi efficacia veluti compellebat, *Bibliothecæ Societatis* auctor refert. Scripsit vulgari sermone ut credimus:

Idea de Predicadores, sive rhetoricam Christianam. Majoricæ 1647. in 4.

Oracion en las honrras del Eminentisimo Cardenal D. Gaspar de Borja, Obispo de Mallorca. Majoricæ 1630. in 4.

Laudat quoque eum Vincentius Mut in II. volumine *Historiæ Balearis*, lib. VIII. cap. VI.

IOANNES BAPTISTA DE ESTE, (Lusitanuíne an Italus?) dedit Lusitane:

Dialogum inter discipulum & Magistrum catechizantem contra Hebræorum obstinationem. Olisipone 1621. 4.

F. IOANNES BAPTISTA DE EXPECTATIONE (partus scilicet Deiparæ, quod festum Hispaniæ est vernaculum, unde cognominari amant religiosi aliqui soda-

dales) Pincianus, ordinis Excalceatorum Sanctissimæ Trinitatis concionator, scripsit:

Minerale Concionum, in quo sacer Textus, unde sumuntur Sermones Adventus & a Dominica in Septuagesima usque ad Dominicam in Albis fuse exponitur. Lugduni sumptibus Laurentii Arnaud & Petri Borde 1669. in 4.

Vernacule autem:

Luces de la Trinidad en asuntos morales para el pulpito: duobus tomis. Matriti 166... in folio.

IOANNES BAPTISTA FEO, Lusitanus ut credimus, scripsit:

Calendario Romano perpetuo. 1588. in 8.

F. IOANNES BAPTISTA FERNANDEZ, ordinis Minorum provinciæ Burgensis, cui & præfuit, sacræ scientiæ professor, scripsit:

Primera parte de las Demonstraciones Catolicas, y principios, en que se funda la verdad de nuestra sagrada religion. Lucronii 1593. in fol. Lucas Waddingus bis meminit hujus auctoris, & sub Joannis Baptistæ & sub Baptistæ Fernandez: quod monemus ut corrigatur in altera editione quam parat Franciscus Haroldus.

IOANNES BAPTISTA FERNANDEZ NAVARRETE, Cordubensis presbyter, ecclesiastes verbi Dei Biblica præstans doctrina, dictata a se in patriæ urbis alma ecclesia publicavit:

Commentaria in Threnos Hieremiæ Prophetæ, cum expositione Textus Hebræi & septuaginta Interpretationis & Chaldeæ versionis. Cordubæ apud Gabrielem Ramos Bejarano 1602. in 4.

D. IOANNES BAPTISTA GIL DE VELASCO, archipresbyter de Mena, edidit:

Catolico y marcial Maestro de prudentes y valerosos Soldados; triunfos de la union Catolica y militar. Matriti apud Julianum de Paredes 1650. in 4.

D. IOANNES BAPTISTA IUDICI FIESCO, forte Catalanus, & frater D. Nicolai Iudici & Fiesco, equitis S. Jacobi, ex Genuensibus credo oriundus, dum theologus ac juris doctor apud Siculos in familia esset viri clarissimi D. Fernandi Afan de Ribera Henriquez, ducis de Alcala, dedit in publicum:

Epitome de la virtuosa y exemplar vida de D. Fernando Afan de Ribera Henrriquez sexto Marques de Tarifa. Panhormi per Decium Cirillo 1633. in 4. Filius erat unicus Ferdinandi ducis laudati.

IOANNES BAPTISTA LABAÑA, Lusitanus, Olisiponensis ut credo, militaris ordinis Christi eques, Regius archicosmographus, statim atque Sebastiano, Portugalliæ Regi, ostendit se accepisse a natura indolem per quam bene ad studia comparatam, Romam fuit missus pro disciplinis artium liberalium addiscendis, feliciterque ibi eruditione varia excoluit animum, præsertim mathematicis. Cujus quidem studii præcepta reversus in Hispaniam docuit Philippum, Hispaniarum Regem IV. Lusitaniæ creatus etiam ob eximiam historiæ cognitionem archichronographus. Ejus hæc vidimus monumenta, Castellanum scilicet:

La Jornada del Rey D. Felipe III. a Portugal. Olisipone 1622. in folio.

Lusitanica vero hæc:

Regimento Nautico. Olisipone apud Simonem Lopez 1595. in 4.

Naufragio da Nao S. Alberto. Olisipone 1597. in 16. & Castellane 1593.

Nobiliario de D. Pedro Conde de Barcelos filho do Rey D. Dionis de Portugal ordenado e ilustrado con notas e Indices. Huic operi nondum edito præmortuus noster apud heredes id reliquit, quod nostris diebus D. Emmanuel de Moura Cortereal, Castelli Roderici marchio, dum in Urbe legatum Regium exerceret, postumum Romæ typis mandari fecit ab Stephano Paulino anno 1640. folio. Deduxerat marchio suum exemplum, quod Labaña ordinaverat, ex autographo ipso seu archetypo archivii Regii Ulisiponensis. Elaborasse is etiam opus aliud vulgo jactatur jussu Philippi II. auspiciisque Philippi filii atque Philippi nepotis, Catholicorum Regum, continuasse, quocumque scriptore dignissimum, quod tamen non prodiit in publicum, hoc titulo & argumento: *Libro Historico y Genealogico de la Monarquia de España.* Emisit quoque in lucem *Quartam Asiæ Decadem* Joannis de Barros, celeberrimi Lusitaniæ chronographi, a se recognitam. Scribere hunc *Sebastiani Regis Lusitaniæ Chronicon*, quod forsan non absolvit, Martinus Carrillo, Montis Aragonis abbas, in *Annalibus* ad annum MDLXXVIII. adnotavit. Laudatur etiam ex opere genealogico:

Da Familia dos Mouras: tum ab aliis, tum a Georgio Cardoso in *Agiologio Lusitano.* Vidimus nos in schedis:

Origen verdadero y descendencia de la Casa y linage de Silva: in quo opusculo inscriptiones omnes veteres & monumenta Silviorum, Silvanorum, Silanorum, Silarum, Sal-

Salviorum & Salvianorum ridicula ambitione ad hanc familiam pertinere vult.

F. IOANNES BAPTISTA DE LAGUNAS, Francifcanus fodalis, provinciæque SS. Apoftolorum Petri & Pauli de Mechoacan minifter, edidit gentili fermone:

Artem addifcendi linguam Tarafcam.

Doctrina Chriftiana. Antonius de Leone in *Bibliotheca Indica.*

D. IOANNES BAPTISTA DE LARREA, Cantaber, Victorienfis (Alabæ Cantabrorum provinciæ metropolis Victoria eft urbs nobiliffima) Sancti Jacobi eques, Salmanticæ ad fodalitium togatorum Conchenfis collegii admiffus, cum primum data illi copia fuit fcholafticorum pro obtinendis publicis docendi partibus certaminum, pari felicitate cathedrarum, quas vocant in legalis jurifprudentiæ albo Inftitutionum, Codicis, Voluminis ac Vefperorum, academicos gradus percurrit. Hinc facto ad negotia fori tranfitu Granatam ire juffus fuit Regius curiæ iftius fenator. Inde poft aliquot annos Matritum evocatur ad defendendas, fiscalis advocati atque etiam judicis poftea munere, in concilio hujus rei proprio rationes Regias. Tandem doctrinæ fingularis, compertæque integritatis ac prudentiæ commendatione dignus imprimis fuit exiftimatus, quem collegam fibi expediendæ negotiorum totius regni fummæ magni fenatus Caftellæ patres, quorum id commiffum curæ eft, allegerent. Varia fcripfit judicio, atque eruditione optimis quibufque jurifconfultorum lucubrationibus non inferiora, prætereaque hodiernis & quotidianis, noftri præcipue regni, controverfiis forenfibus utiliffima, nempe:

Decifiones Granatenfis Senatus: duobus voluminibus. Tum Lugduni.... tum etiam Turnoni 1647. fol. & 1648.

Allegationes Fifcales: duobus aliis voluminibus. Lugduni apud Philippum Borde & focios anno 1651. & 1652. Quorum nomine operum audit *Confultorum facile princeps* a Francifco Cenfalio in *Additionibus ad Peregrinum de Fideicom.* art. III. §. *Quinto noviffimus fcriptor.*

Hæc vulgaria funt, & in omnium ore & manibus; fequentium vero, quæ ei tribuuntur, five editorum, five ineditorum, five Latina, five populari lingua, hæc feries:

De auctoritate Magiftratuum, feu Miniftrorum publicorum: vulgo *Por la autoridad de fus Miniftros a su Mageftad.* In 4. editum. Laudat hunc librum D. Francifcus de Amaya, noftri collega, & Ægidius Davila in *Hiftoria Salmantina*, qui & fequentia:

De Fœderibus Principis Chriftiani.

De Revelationibus: fed id in fine *Decifionum* inclufum eft.

De Factis & virtutibus Hifpanorum. Necnon et:

Commentaria in ordinationes, five, ut vocant, *Fueros de Vizcaya* noftro attribuit in dicta *Hiftoria*, ac in *Theatro Ecclefiæ Conchenfis*, ubi de Didaco Ramirez de Villafcufa, Conchenfis collegii fundatore.

Matriti ad plures abiit anno MDC.....

F. JOANNES BAPTISTA DE LEZANA, ordinis Carmelitarum, editus fuit Matriti XXIII. die Novembris anni MDLXXXVI. atque ibidem hujus fæculi fecundo iftius ordinis facramentum dixit. Toleti philosophiæ ftudiis, uti Salmanticæ, cum domi fub Celedonio de Sanctis fodali, tum in gymnafio fub Joanne Marquez Auguftiniano, Complutique fub Ludovico Montefino, clariffimis harum academiarum profefforibus, theologiæ vacavit. In Vallifmauri juxta Matritum oppido docuit jam ipfe alios Ariftotelem, Toletique & Compluti Sanctum Thomam, Toleti quidem nactus eximium fanctitate virum Michaelem Fontanum, cujus ad exemplum vifus fuit femper mores religiofos & fapientiæ doctrinam componere. In eadem Toletana domo ftudiorum, & aliquando fodalium, præfecturam geffit. Unde Romam venit anno hujus fæculi XXV. ad comitia generalia, nec ab ea toto vitæ fpatio difceffit, præfectus ftudiorum & ibi ad S. Mariæ Tranfpontinæ cœnobium, ac theologiæ fimul præceptor, verum in hac urbe perfectæ gloriæ theatrum adeptus. Inter tot enim ecclefiafticæ hujus fupremæ curiæ fidera five doctrinæ, five prudentiæ, five morum integritatis fulgore clarum confpicuumque verfari, præcipuoque apud omnes ordines loco haberi, maxime virum intra clauftra degentem, remotumque ab aulæ ambitu & jactatione, res quidem eft paucis hominibus, iifque illuftrioris cujufdam virtutis commendatione ornatis, conceffa. Interim focium egit quinque aut fex miniftrorum fui ordinis generalium, continuato fibi ab his honore, ex quo femel vifus fuit ornare ipfum potiufquam ab eo ornamentum accipere, idque mactus titulo cum Saxoniæ, tum Angliæ, tum Terræ Sanctæ provincialis præfecti. A Summis Pontificibus Urbano VIII. in confultorem fanctæ congregationis, quam Indicis vocant, & Innocentio X. ejus, quæ a Sacris Ritibus cognomentum habet, propter infignem doctrinam fuit cooptatus, & ab Alexandro VII. creatus tandem, motu proprio ut vocant, anno MDCLVIII. generalis in Urbe totius familiæ procurator, afcendiffetque ad fupremam illius præfecturam

ram jam ab anno MDCXLV. tantum si exorari potuisset ut rem solicitantibus assensum commodasset. Præterea in gymnasio Sapientiæ Romanæ totos sexdecim annos docendæ metaphysicæ inter tot occupationes locum fecit. In hoc certe homine sapientia & pietas, doctrinæ excellentia, & modestiæ ac prudentiæ dotes sic æqualiter maximeque floruerunt ut neutra harum virtutum alteri concedente ad formandum omnes, veluti data opera, virum undique clarissimum conspiraverint. Castissimus, abstinentissimus fuit, quod macies corporis satis prodebat, ossibus tantum pelleque veluti constantis, quod tamen frequenti flagellatione atque aliis asperitatibus castigare nunquam destitit: choro, cellæ ac studiis domi suæ, foris autem exercitio munerum suorum, assiduus & intentus. Scripsit historica hæc:

Annales Sacros, Propheticos & Elianos ordinis Beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo: tomis quatuor. Quorum primus continet instituti sacri ab Elia & Eliseo ipsis originem. Romæ 1645. apud Vitalem Mascardum. Secundus Christiana tempora ab anno redempti humani generis usque ad CCCCXII. Romæ 1650. in folio, apud eumdem. Tertius ibidem 1653. apud eumdem Mascardum. Quartus a tempore B. Bertholdi usque ad ortum S. Teresiæ. Ibidem apud Jacobum Phæum 1656. folio. Ex his *Annalibus* compendium confecit Belgicum Fr. Petrus Weminers, Antuerpiensis, ejusdem ordinis, *Chronicon originis & progressus ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo* inscriptum, atque Antuerpiæ publicatum apud Cornelium Voons 1666. in 4.

Columnam immobilem; & Turrim Davidicam, seu de Angelicæ, Apostolicæ & miraculosæ Ecclesiæ S. Mariæ Majoris de Columna Cæsaraugustanæ perpetua Cathedralitate. Braciani apud Jacobum Phæum 1655. 4. Lugdunique apud Philippum Borde & socios 1656. 4.

Turrim Davidicam: dissertationem nempe alteram super eodem argumento. Romæ apud eumdem Phæum eodem anno 1655. in 4. Quæ duo inserta sunt editioni Lugdunensi *Consultorum*, de quibus postea.

Mariam Patronam, sive de singulari Sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ patrocinio & patronatu in sibi devotos. Romæ 1648. 4. apud Vitalem Mascardum, & cum appendice quadam Bruxellis typis Joannis Mommartii anno 1651. in 12.

Oraculum Beati Cyrilli Eremitæ Montis Carmeli cum expositione Abbatis Joachim, & mutuis utriusque epistolis, ex duplici exemplari Bibliothecæ Vaticanæ extracta, cum aliis collata, emendata & marginalibus notis illustrata: ad cardinalem Franciscum Barberinum. Quod nescio an editum sit.

Hispane item dedit ex Italico idiomate a se translatam:

Vida de la bienaventurada y estatica Virgen Maria Magdalena de Pazzi Florentina Monja Carmelita, beatificada por la Santidad de Urbano VIII. Romæ apud Vitalem Mascardum 1648. in 4. Atque iterum Cæsaraug. apud Joannem de Ibar 1650. in 4.

Theologico-juridica hæc, moralia & scholastica:

Librum Apologeticum pro Immaculata Deiparæ Virginis Mariæ Conceptione, ubi non modo caruisse peccato originali, sed nec in Adamo peccasse, nec debitum proximum originalis habuisse defenditur. Matriti 1616. in 4. apud viduam Alphonsi Martini. Laudat hunc librum Ferdinandus de Salazar in opere suo ejusdem argumenti, cap. x. num. 7.

De Regularium reformatione ex variis Patrum sententiis. Romæ 1627. in 4. apud Andream Phæum, atque iterum apud eumdem 1641. Coloniæ autem, *De Disciplina Monastica* inscriptum, anno 1629. in 12. Quarto Romæ typis ejusdem Phæi 1646. 4. Quinto Lugduni 1655. insertum *Quæstionibus Regularibus*, volumine primo.

Summam Quæstionum Regularium, seu de casibus conscientiæ ad personas regulares utriusque sexus valde spectantibus, tomis quinque: cujus prima pars Romæ prodiit primum anno 1634. apud heredes Guilielmi Facioti in 4. iterumque auctior anno 1637. in 4. Venetiis 1637. apud Franciscum Babam in 4. Duacique 1646. in 4. Secunda Romæ primum 1637. ex officina Vitalis Mascardi in 4. Venetiisque ex Francisci Babæ 1640. Tertia Romæ ex ejusdem Mascardi 1642. Et quarta 1644. Utraque Venetiis 1551. Quinta super mare magnum ordinum Prædicatorum, Minorum, Carmelitarum &c. Romæ 1647. apud Andream Phæum. Et Venetiis apud Babam 1653. fol. ubi & recusi sunt quatuor alii priores tomi apud Juntas 1659. folio. Hujus *Summæ* editio Lugdunensis anni 1655. quatuor tomis constat.

Consulta varia Theologica & Juridica & Regularia, quorum ultimum est de singularissimo Petri Papatu in Ecclesiam, D. Paulo Apostolo etiam excluso. Venetiis apud Franciscum Babam anno 1651. in folio. *Consulta* hæc, & *Quæstionum regularium* laudatam *Summam* quatuor tomis ediderunt Lugduni Philippus Borde & Laurentius Arnaud anno 1655. & 1656. in folio. *Consulta* quidem ex tertia parte auctiora quam in priori editione Veneta: itemque tractatum de *Disciplina religiosa.*

Summam Theologiæ sacræ: duobus tomis. Primus toti Primæ Sancti Thomæ Aquinatis respondet parti, Romæ editus anno 1651. apud Mascardum in folio: secundus toti Primæ Secundæ ibidem 1654. apud Phæum fol.

Appanagium, seu de quodam prætenso testamento Serenissimi Principis Philiberti a Sabaudia, & hærede in ipso instituto, pro Serenissima Infante Maria a Sabaudia Theologicam Consultationem. Bracciani anno 1654. in 4. seu Romæ apud Jacobum Phæum. *Consultis Juridicis* &c. jam id opus immixtum fuit in editione Lugdunensi.

Sacræ Theologiæ Summæ tertium deinde tomum adjunxit, continentem tractatus de *Fide, Spe & Charitate; Prudentia, Fortitudine, Temperantia & Gratia gratis data.* Romæ apud Jacobum Phæum 1658. in folio. Hic ejus fuit ultimus fetus. Obiit namque vir magnus Romæ, ingenti bonorum omnium ac literatorum dispendio & mœrore, nec sine egregia quadam laudatione virtutum, exemplar posteris futurum vitæ piissime ac religiosissime transactæ, die XXIX. Martii anni MDCLIX. ætatis suæ LXXIII. Nullus, qui Lezanæ meminit, absque præcipue laudis consignatione meminit. *Doctissimum* appellant Ferdinandus de Salazar in *Tract. de Conceptione* cap. X. num. 7. & Joannes Eusebius Nierembergius *Parthenicis Marianis* parte IV. *Doctissimum & eruditissimum* Balthasar Porreño in libello *De Conceptione*, cap. XXI. Joanni Martinez de Prado, Dominicano, in suis *Moralibus opusculis*, *pius* est *sapientissimus & eruditissimus*. Theophilo Rainaudo *vir plerisque nominibus venerandus, & multiplicis rei literariæ laude Europa universa celeber*, in *Scapulari Parthenico-Carmelitico illustrato*, part. I. cap. IV. & alibi: *Scholasticæ & Moralis sapientiæ promptuarium.* Hippolyto Maraccio in *Vendicatione S. Catharinæ Senensis*, cap. IX. *vir pietate & doctrina clarissimus.* Prætermitto nunc alia testimonia Lucæ Waddingi in *Vita B. Petri Thomæ*; Godefridi Henschenii in eadem, commentario I. §. I. num. 4. Francisci Macedo *Diatriba de Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam*; in auctoribus sæculi XVIII. patrum collegii Salmanticensis in *Cursu Theologico*, tractatu *de Peccatis*, disp. XV. num 124. Julii Belli Jesuitæ *De Epist. B. Mariæ ad Messanenses* lib. I. cap. XVII. Flaminii Pati, abbatis S. Placidi Messanensis, in ejusdem *Epistolæ Defensione* fol. 16. Joannis Baptistæ Cancelloti in *Annalibus Marianis*, tom I. anno Virginis Mariæ LXIV. num. 3. Antonii Gabatæ in *Vita Innocentii X.* vulgari Italica, ad finem; Julii Clementis Scoti in *Animadversionum opusculis*, cap. V. quod Lezanæ dedicavit; aliorumque. Certe Messanenses cives, grati memoriæ tanti viri, a quo propugnatam Divæ Virginis laudatam epistolam recordabantur, integro ei carminum libello, qui excusus fuit in ea urbe, parentaverunt.

IOANNES BAPTISTA DE LOYOLA, Toletanus, D. Thoma Tamajo, qui vidit, teste, Salmanticæ edidit, nescio cujus argumenti, hujus tamen inscriptionis opus, fabulosum forsitan:

Viage y naufragio del Macedonio. Apud Petrum Laso in 12.

F. IOANNES BAPTISTA DE MADRIGAL, sodalis Excalceatus fratrum Minorum provinciæ S. Josephi, in schola & comitatu ardentissimi illius atque sanctissimi concionatoris Evangelici Alphonsi Lupi, ejusdem ordinis, diu versatus, de quo multa & mira in prooemio jam laudandi refert *Homiliarii.* Cum præesset ædi Laurentio martyri nuncupatæ apud Conchenses dedit foras:

Homiliario Evangelico, en que se tratan diversas materias espirituales, y lugares notables de Escritura en grande beneficio de las almas, y reformacion de costumbres depravadas, y abusos introducidos en el mundo. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1602. 4.

Tratado breve sobre los Misterios de la Misa. Conchæ 1600. 8.

Tesoro del Alma. Matriti 1603. hoc est, instructionem vitæ spiritualis.

Discursos predicables. Ibidem 1606. 4. scilicet de tempore Adventus. Præerat hoc anno Matritensi cœnobio Sancti Bernardini.

IOANNES BAPTISTA DE MENA, in Birbiesca oppido Burgensis diœcesis ad Sanctum Martinum beneficiatus, scribebat circa annum MDCXXVI.

Exposicion de los Hymnos del Breviario Romano.

Degebat adhuc inter vivos anno MDCLVII. ætatis suæ LXXXVI.

IOANNES BAPTISTA DE MESA, Antiquariensis, ingenii alacritate, variaque literatura dum viveret spectatus, altiores quidem spiritus & animum gessit quam id munus erat, quo exercebatur, publici hujusmet urbis notarii. Foras dedit, quod nondum tamen vidimus:

Transito para la muerte.

Vertit etiam in Hispanicum, ne vulgaris non esset hic thesaurus:

La Constancia, o libro de la Constancia de Iusto Lipsio. Hispali anno 1616. 4. apud Mathiam Clavijo. Servat ejus plures tractatus,

tus, ut accepi, plurium voluminum operam, Antiquariæ D. Chriſtophorus de la Torre Duran propinquus.

Deceſſit in patria Maii die ſeptima anno MDCXX. tribus ipſe major ſeptuagenario.

F. IOANNES BAPTISTA MESTRIUS, ſive ut credo MESTRE vernacula Balearium lingua, unde oriundus, Seraphici ordinis, ſacræ theologiæ lector, cœnobiique de Jeſu præfectus, ſcripſit:

Hiſtoria breve de la provincia de Mallorca: de his ſcilicet quæ prætermiſit Franciſcus Gonzaga, vel poſt ejus memoriam geſta ſunt. Quæ MS. fuit penes Lucam Waddingum.

F. IOANNES BAPTISTA MOLES, origine, ſuſceptione religioſi ſtatus, doctrinæ quoque fama noſter eſt. Quamvis enim ortus Neapoli parentibus editus fuit Hiſpanis, & in provincia noſtra Sancti Gabrielis Franciſcanorum Nudipedum ſeu Reformatorum Seraphicæ huic familiæ nomen dixit, diffinitorque ejus, nec ſemel miniſter fuit, Romæ item pro ultramontana familia commiſſarius generalis. Necnon & vernacula Hiſpaniæ ſeu Caſtellæ lingua ſcripſit tractatum:

De la Educacion de los Novicios; con una breve declaracion de la Regla: y obſervaciones para rezar bien el Oficio divino. Anno 1591. Deinde Italice Venetiis apud Nicolaum Potum 1599. 4. Laudat hoc opus Ludovicus Rebolledo. Item:

Memorial de la Provincia de S. Gabriel. Matriti apud Petrum Madrigal anno 1592. in 4.

Compendio de las ceremonias de la orden de S. Franciſco. Ibidem 1595.

Del Eſpiritu Profetico, con que amó Dios a S. Franciſco, epilogo de ſus milagros. Ibidem apud Petrum Madrigal anno 1600. in 8.

Epitome de la Hiſtoria Seraphica, que eſcrivio en latin el Padre Franciſco Gonzaga General de ſu Orden. Hanc confecit juſſu Franciſci a Soſa, miniſtri etiam generalis. Prodiiſſetne an ſecus tempore ſuo Lucas Waddingus ignoravit.

IOANNES BAPTISTA MONLLOR, natus in oppido Bocairent regni Valentini, cum in Valentinæ urbis gymnaſio Philoſophum interpretaretur, egregiæ doctrinæ vir, Græcæque linguæ peritus, a Gregorio Gallo Dominicano, epiſcopo Orioleuſi, evocatus fuit ad canonicum ſedis iſtius locum. Ediderat jam:

Paraphraſim & Scholia in duos libros Priorum Analyticorum Ariſtotelis, vel de Ratiocinatione: a Græco ſermone poſt priorem operam Perionii & Firmini in Latinum ab ſe converſos. Acceſſerunt duo libelli, alter: *De nomine Entelechia*: alter vero:

De Univerſis, quod in rebus conſtent ſine mentis opera. Valentiæ apud Petrum Huete anno 1569. in 4. Et Francofurti 1593. Docta *Prolegomena de Philoſophiæ Ariſtoteleæ ſtudio*, quæ ſunt *in Analyticorum* libris, Andreas Scotus *in Bibliotheca Hiſpana* commendavit. At ea ut credimus edita ſunt Francofurti anno 1591. 4. una cum duabus aliis *orationibus*, altera Petri Joannis Nunneſii, altera Bartholomæi Joſephi Paſchalis ejuſdem argumenti. Petruſque Joannes Nunneſius, vir eruditiſſimus, in opuſculo *De recte conficiendo ſtudio Philoſophico*, Monlorium ait *mathematicarum & aliarum artium & linguarum peritiſſimum luculenta paraphraſi & ſcholiis libros Ariſtotelis de Syllogiſmo illuſtraſſe.*

F. IOANNES BAPTISTA DE MORALES, Bæticus, Aſtiginatus, ſodalis Prædicatorum, ad Cambojam prius, deinde anno MDCXXXIII. ad Sinas delatus Evangelii annuntiandi cauſa, variis ab ejus regni gente calamitatibus, imo & tortura, vexatus, uti ferebat titulus, *pro falſa ſecta Dei*, flagellis bis diutiſſime cæſus, atque e ditione pulſus fuit. Romam per Philippinas veniens plura detulit ad Urbanum VIII. quæ ad dirigendam illarum gentium ſalutis viam illi nota eſſe maximum fuit opere pretium. Reverſus hinc ad Sinas fructuoſiſſimam eccleſiæ vaſtiſſimi illius tractus vitam, ad ſeptuaginta fere annorum ætatem, tranſegit per varios caſus, ærumnas perpeſſioneſque.

Obiit tandem Foninchei Fokienæ provinciæ urbe XVII. Septembris MDCLXIV. Scripſit:

Hiſtoria Evangelica del Reyno de la China.

De Controverſiis opuſcula quædam.

Sinenſis Linguæ Grammaticam quoque *artem*. Et:

Dictionarium. Ex relatione inde ad Dominicanos Romam tranſmiſſa.

IOANNES BAPTISTA DE MORALES, Bæticus, Montillæ natus, ſcripſit:

Jornada de Africa del Rey D. Sebaſtian de Portugal. Hiſpali anno 1622. in 8. apud Gabrielem Ramos.

Jardin de ſuertes morales y ciertas. Anno 1616. in 16. Vide CHRISTOPHORUS MORALES in C.

IOANNES BAPTISTA NAVARRUS, Valentinus gente, patria autem Caſtellonenſis, Valentiæ in academia doctor medicus, ſcripſit:

Commentarios in libros Galeni: De Dif-

ferentiis Febrium; *De Pulsibus ad Tyrones*; *& Spurium de Urinis*. Valentiæ apud Silvestrum de Esparza 1628. 8.

IOANNES BAPTISTA DE PANCORVO, in vulgus edidit:

Excelencias de la Limosna. Malacæ apud Joannem Rener 1617. 16.

IOANNES BAPTISTA PEREZ, Valentinus domo, ex familiari Gasparis Quirogæ, Conchensis episcopi, canonicus Toletanæ ecclesiæ, ejusdem ut existimo Quirogæ beneficio cum ad eam sedem Hispaniæ principem conscendit, creatus, operarumque ibi præfectus, propter multiplicem doctrinam, insignem eruditionem, ingenium excellens purgatissimumque judicium, necnon pietatem non vulgarem, æquales omnes sui temporis præcones suæ virtutis habuit. Quandoquidem nihil, quod sciam, experiri passus fuit publicam lucem, saltem primus dolum animadvertit, tinnireque quidquam potiusquam aurum admonuit pseudo-Dextrum pseudo-Maximumque, nuper evulgatos; primus, quod sciam, de inventis Granatæ apud Illipulitanum montem vestigiis Martyrum, librisque ac laminis plumbeis censuit: de qua re adhuc apud Romanos negotiorum Religionis censores causa pendet. Præter hæc:

Notas ejus *ad Concilia Hispaniæ*, quæ permulta collegit & castigavit, Quirogæ auspiciis ad Gregorium XIII. mittenda, partim jam in Loaisæ collectione, partim alibi edita, apud Hieronymi de la Higuera Jesuitæ *Historiam Toletanam* MS. laudatas vidimus. Imo hæ viri doctissimæ vigiliæ etiamnum in Vaticano leguntur codice MS. num. 4887. cum epistola ejusdem archiepiscopi ad Gregorium Papam, in qua Perezium juvenem & in hoc genere literarum valde exercitatum, domesticumque ministrum suum vocat, & præfatione docta & eleganti ejusdem Perezii Gaspar Escolanus, qui in fine libri v. *Valentinæ Historiæ* patriam nostro, quam diximus, Valentiam urbem assignat, alias ejusdem lucubrationes variis hujus *Historiæ* locis laudat, nempe:

Notas marginales a la Historia general de España: lib. II. cap. v. n. 7.

Notas ad librum S. Isidori De Viris illustribus. Quibus adjungere debemus:

Notas ad S. Ildephonsi parissimi argumenti libellum ex Georgio Cardoso, qui has laudat in *Agiologio Lusitano* xx. Martii, pag. 246.

Catalogum item *Episcoporum Segobricensium*. Tandem:

El Arbol de la Casa de los Borjas: cujus meminit Escolanus lib. VI. *Hist. Valent.* c. XXIII. n. 4. Apud me quoque est:

Series Regum Gothorum: brevis sed accuratissima. Porro eximium virum non vulgaribus prosequuntur elogiis Joannes Mariana lib. v. cap. XIV. Gundisalvus Argote *Nobilitatis Bæticæ* lib. I. cap. III. Petrus de Valentia in opusculo MS. *De sacris Granatensibus cimeliis*. Franciscus Portocarrero Jesuita in libro *Descensionis Mariæ Virginis ad Ecclesiam Toletanam*.

Segobricensibus hic regni Valentiæ datus episcopus obiit tandem VIII. Maii MDXCVII.

IOANNES BAPTISTA POLO, Valentinus advocatus, edidit:

Consultacion en derecho sobre la veneracion y culto que se hace al bendito Padre Mossen Francisco Geronimo Simon natural de Valencia. 1613. in 4.

F. IOANNES BAPTISTA POLO, Dominicanorum Valentinæ domus sodalis, in schola hujus urbis theologiæ fuit professor. Scripsit cum & theologus esset magister:

Aparicion de la Imagen de Santo Domingo en Soriano y *sus milagros*.

IOANNES BAPTISTA DE POMAR, confecit jussu Coruniensis comitis, Antonio Leone teste:

Relacion de las Antiguedades de los Indios. MS.

IOANNES BAPTISTA PORCEL DE MEDINA, presbyter Hispalensis, theologus, pia scripta plura confecit, quædam edidit, nempe:

Grano de oro, modo de confesar bien, con un copioso examen de conciencia. Hispali anno 1634. in 8.

Ramillete virginal en loor de nuestra Señora. Ibidem 1636. in 8.

Memorial abreviado de la obligacion, que tienen las Monjas de rezar las horas Canonicas: ad Gasparem Borgiam, Hispalensem archipræsulem, S. R. E. cardinalem. Ibidem 1634. in 4.

Plura alia habuisse se in schedis, quorum argumenta alicubi recenset, eidem nos credimus.

IOANNES BAPTISTA POZA, Cantaber, Andreæ filius qui de antiqua Vasconum linguæ origine ac de re mathematica nonnihil elucubravit, sodalitatem Jesuitarum amplexus est, in qua literis ac pietati operam daret, peracrique mentis acie atque improbo & pertinaci studio in eam eruditionis laudem pervenit quo æquales paucis-

ciſſimi, ita ut vix eſſet quod in theologo deſiderari amplius poſſet. Niſi aut ingenii intemperantia, projectaque, ac nullis repagulis contenta, libertas, aut fatum quoddam (Chriſtiano ſenſu loquimur) in ſumma nitentibus invidum, ſic de gradu miſerum dejeciſſet ut vivus videnſque in oblivionem hominum, quaſi in pœnam civilemque mortem, relegatus ſit. Incurrit etenim, ob neſcio quæ dictata ſcriptave pertinacius defenſa, in judicum Religionis cenſuram, a quibus ſuffragii ferendi ac muneris cujuſvis gerendi facultate ſpoliatus, a commentariis ſcribendoque abſtinere deinceps, & in collegio urbis Conchenſis, poſt exanlatos alibi carceres, perpetuo commorari juſſus eſt. In vulgus tamen jam ediderat cum primum cœpit calamitatibus impendi:

Elucidarium Deiparæ; quo hæc continentur: Prævius explorator majori ex parte pugnax & contentioſus de Chronographia & Geographia myſteriorum Virginis: Liber primus eſt de re paterna. II. de corpore Virginis; III. Supplementum pro diffiniendo immaculato conceptu. Compluti 1626. in folio, deindeque Lugduni in 4. Et cum minus placuiſſent quædam in hoc opere, atque idcirco lectio & uſus ejuſdem prohibitus fuiſſet, dedit foras:

Libellum ſupplicem ad Urbanum VIII. pro ſuo *Elucidario.* Item alium nomine nationis Cantabricæ, qui editus fuit in 4.

Votum Platonis, de examine doctrinarum, ſub nomine Antonii de Saura. Cæſarauguſtæ anno 1639. in 4.

Hiſpaneque:

Practica de ayudar a morir. Matriti anno 1619. in 16.

Primeras lecciones, que por la catedra de Placitis Philoſophorum, y por las de los Maeſtros auſentes hizo en la primera fundacion de los reales eſtudios del colegio de la Compañia de Jeſus de Madrid. Matriti anno 1612. in 4.

Informacion y defenſa de los milagros y virtudes de Fr. Franciſco Ximenez. Compluti 1626. 4. Necnon opuſculum aliud:

De Primis Inſtantiis Ordinariis locorum competentibus tribuit ei Auguſtinus Barboſa *De Officio & Poteſtate Epiſcopi* III. parte, allegatione LXXX. in appendice num. I. Quod tamen idem eſſe cum *Voto Platonis*, aut in eo includi ſuſpicor. Vulgare etiam eſt domeſticorum teſtimonio elucubraſſe eum volumina duo hiſtorici operis *De Martyribus*, quæ ad ſupremos Fidei vindices e ſupellectile auctoris libraria, cum apud eos cauſam diceret, tranſportata referuntur. In quodam prologo libelli ſupplicis laudati hujus operis mentio fit, decem libris conſtantis, quod ex facultate præpoſiti generalis Mutii Vitelleſchi traditum ibidem dicitur a reviſoribus examinandum: atque item alius *De Humanitate Chriſti* duobus voluminibus. Præſtat eumdem audire auctorem, dum affecta hoc & alia haberet, in fine libri II. *Elucidarii* ſic ſcribentem: *Ut huic quorumdam curioſitati ſatiſfaciam in ſuas claſſes & auctores diſtributam offero Bibliothecam, quæ tum Græcorum tum Latinorum philoſophorum & Patrum acute, aut graviter, aut eloquenter dicta contineat.* (Flores intelligo ex philoſophis & patribus, quod alii præſtiterunt). *Hujus prior tomus quamquam peractus ſit, & breviter ſecundus abſolvetur, in quibus tamen per alphabeta ſingula diſponuntur, tum quæ pro myſticis ſenſibus digniora, tum quæ pro theologicis, non tamen lucem videbunt donec ſecundus hujus Elucidarii tomus, & fortaſſis ea quæ ad Chriſti humanitatem pertinent, unico vel duobus comprehenſa voluminibus, evulgentur.* Hæc ille. Quorum uſus neſcio qua cauſa, puri ſi omnis labis ſunt, eruditiſſimi hominis ac diligentiſſimi labores nobis invidentur. Simon Ramos, medicus Hiſpalenſis, defendit ſcripto in publicum emiſſo Pozæ quaſdam propoſitiones, de quibus accuſatus fuerat. Vide in eo.

Obiit tandem, ingenio vir quam fortuna felicior, in eodem illo Conchenſi collegio, ſeu domeſtica relegatione, anno MDCLX.

F. IOANNES BAPTISTA SANCHEZ, Franciſcanus, miniſtro generali Romana in curia a ſecretis, provinciæ Carthaginenſis cuſtos, atque inde miniſter, edidit Romæ:

Patronatum Marchionum de Cañete ex tot beneficiis & ſumptibus in ordinem Minorum collatis & in futurum certo conferendis pro celebratione Comitiorum generalium in Ciſmontanis. Apud Alphonſum Ciaconum 1625.

Documenta pro reſtitutione monaſterii S. Claræ Scalabis municipii in Portugallia, Miniſtri provincialis ejuſdem regni regimini debita. Ibidem typis cameræ Apoſtolicæ 1626. in 4.

F. IOANNES BAPTISTA DE ROXAS, natus in oppido Buenache Conchenſis diœceſis, Mercenariorum fratrum ſodalis, ſacræ theologiæ magiſter, pietate ac literis ſpectatus, Conchæ, Segoviæ atque Matriti domeſticis præfuit, Segoviæque auctor fuit congregationis, quam per omnes fere regni partes ſalubriter ſparſam Chriſti Domini noſtri Scholam vulgo vocant. Scripſit:

Vida del Venerable Padre Fr. Juan Falconi. Madriti in 4. anno 1674.

Relox con deſpertador. Ibidem in 16.

La

La verdad vestida: jucunditate simul & utilitate conditum opus juxta illud Horatii *Omne tulit punctum qui miscuit utile dulci.* Ibidem in 4.

Catecismo, y Alfabeto coronado historial, Politico y moral, sive de Regibus virtute præstantibus: duobus tomis. Ibidem in 4. anno 1672.

Cadena de exemplos y milagros. Matriti 1675. 4. duobus tomis.

Compas de Perfectos Christo Crucificado.

F. IOANNES BAPTISTA SICARDUS, (nisi exter sit) scripsit:

Resumen de la disposicion y reverencia con que los Fieles deben llegar a recibir el Santissimo Sacramento del Altar. Compluti 1673. 4.

General Ruina por el vicio de la murmuracion. Ibidem 1675. 8.

F. IOANNES BAPTISTA SORRIBAS, Vide IOANNES SORRIBAS.

IOANNES BAPTISTA DE SOSSA, Matritensis decurio, ex hoc ipso Regio municipio oriundus, conscripsit Hispanice:

La Sossia perseguida, en que se trata del honor paterno y amor filial. Matriti anno 1621. in 4.

IOANNES BAPTISTA SUAREZ DE SALAZAR, Gaditanus, in patriæ urbis ecclesia canonicus, & aliquando vicarius generalis, vir totius antiquitatis insigniter eruditus, cujus rei specimen dedit aureo in eo libello cui hunc titulum fecit:

Grandezas y antiguedades de la Isla y Ciudad de Cadiz. Gadibus in 4.

Supellectilis suæ librariæ dispensatorem reliquit moriens Franciscum Guerram, Franciscanum, ejus urbis tunc episcopum, qui manuscriptum quidquid erat Martino Vasquio Siruelæ, amico nostro, Hispalensis ecclesiæ portionario, dono dedit, unde nos sequentem ejus operum, sive perfectorum, sive affectorum, sive initiatorum, catalogum contexímus:

Mythistoricum Astronomicon; sive de Mythologia terrestri & cœlesti. Diviserat opus in duas partes, elementis priorem, cœlestibus posteriorem destinans, quibus arcana omnia physiologiæ mysteria confictis numinum appellationibus olim apud ethnicos adumbrata eruditissime revelabat. Opus tamen majori ex parte infectum est, quamvis ex eo, quod perfectum est, non leve possit volumen fieri, hominem certe indicat non solum Græce, sed & Hebraice & Arabice doctum, stiloque perductum est exquisite eleganti & nervoso, egregiaque eruditione imbuto.

Marci Tullii Ciceronis in Oratione pro Archia Poeta loci aliquot emendati & illustrati. Item *Conjecturæ* quædam.

Vernacula quoque lingua:

Explicacion de aquel lugar de S. Lucas cap. 2. Exiit edictum a Cæsare Augusto &c. ubi plura sunt de vicesima hereditatum, legibusque Julia & Papia, Voconia & Falcidia.

De la Memoria artificiosa.

Santos de Cadiz. Variarum etiam, *& antiquarum lectionum* libros meditabatur: quorum aliquot capita in his schedis reperiuntur.

IOANNES BAPTISTA TOLEDANO, nescio cujus temporis scriptor, edidit:

Ærarium utriusque juris.

D. IOANNES BAPTISTA DE VALDA, juris doctor, & advocatus Valentinæ urbis, edidit:

Solemnes fiestas, que celebró Valencia de la Inmaculada Concepcion de la Virgen Maria por el Decreto de Alexandro VII. &c.

D. IOANNES BAPTISTA VALENZUELA VELAZQUEZ, Conchensis natu, juris Pontificii doctor Seguntinus, prima hujus militiæ stipendia in patria gessit, admotus ad præsulis sui Andreæ Pacieci vicariam curam gerendam. Quo munere functus in curiam se contulit faustis avibus, ibi namque in patrociniis causarum forensique exercitatione usque adeo suam probavit doctrinam & prudentiam viris principibus ut gerendæ natum reipublicæ virum Philippus III. Hispaniarum Rex Catholicus, anno MDCXIII. Neapolim ire jusserit, ibique inter Sanctæ Claræ senatus patres foro jura reddere; nec nisi consumptis omnibus ejus curiæ honoribus revocatus fuit in Hispaniam. Cum enim in concilio ut vocant Collaterali sedisset, criminale forum Regens administrasset, eidemque Clariano senatui aliquando præfuisset, Italicarum rerum universitatem gesturus venit tandem ad nos anno MDCXXV. loco sibi in amplissimo senatorum collegio, quod apud Regem huic provinciæ invigilat, acquisito. Sed ad majora adhuc viam ei muniverat collecta per varios honorum gradus fama, quare ad supremum Castellæ senatus ordinem translatus, curiamque Granatensem regere jussus, ad Salmantini episcopatus infulas jure ac merito tandem exaltatur. In qua tandem dignitate nec biennio integro vixit. Creatus enim XXIV. Martii MDCXLIII. secunda Februarii die MDCXLV. hominem exuit Salmanticæ, magno sui desiderio in ea urbe,

quæ

quæ alumna & parens literatorum præsulem literatiſſimum ſibi olim ſtudiis formaverat, apud omnes hominum ordines relicto. Abundantiſſimum quippe civilis doctrinæ, quem pectore gerebat, theſaurum omnigenæ eruditionis cumulus pretioſiorem reddebat, mirifque modis poſſeſſorem ſuum beabat ſimul & commendabat. Extant ejus rei ſat idonei teſtes hi libri quos in lucem emiſit:

Conſiliorum, ſive Reſponſorum juris volumina duo. Neapoli primum in officina Tarquinii Longi anno 1618. alterum in Ægidii Longi 1634. deinde utrumque Matriti editum apud Mariam de Quiñones 1653. in folio. Prodiit tandem Lugduni opus doctiſſimum & fructuoſiſſimum ex officina Joannis Antonii Huguetam, & Guilielmi Barbier 1671. in folio, iiſdem duobus tomis.

De Status ac belli ratione ſervanda cum Belgis, ſive Inferioris Germaniæ Provinciis, aliiſque a legitimo ſuorum Principum dominio & obedientia rebellantibus. Neapoli anno 1620. in 4. apud Tarquinium Longum.

Vetera aliqua Hiſpaniæ monumenta, ſeu Lapides & Inſcriptiones obtulit Franciſco, S. R. E. cardinali Barberino, cum in Hiſpaniam venit Urbani VIII. de Latere legatus, quas in ejus bibliotheca MSS. Romæ vidimus.

Hiſpane quoque edidit:

Diſcurſo en comprobacion de la Santidad de vida y milagros del Glorioſo S. Julian ſegundo Obiſpo de Cuenca. Conchæ anno 1611. in 8. Necnon et:

Diſcurſum Angelicalem & Apoſtolicum, prelo jam ab auctore cum deceſſit paratum, ſervare ſe in ſchedis ipſius autographis Joannes Tamajus Salazarius volumine III. *Hiſpanii Martyrologii*, ad diem Maii VIII. affirmat.

Obiit ſeptuagenario major, natus quippe Junio menſe MDLXXIV. cujus exuviis locum in cappella principe eccleſiæ ſuæ capitulum dedit Salmanticenſe.

D. IOANNES BAPTISTA DE VELASCO. Quære D. IOANNES BAPTISTA GIL DE VELASCO.

IOANNES BAPTISTA DE VILLALOBOS, Toletanus, Decretorum doctor, Compoſtellæ urbis incola, diligenter & inter primos formavit:

Ærarium communium opinionum. Salmanticæ apud Alexandrum de Canova anno 1569. in folio; cum antea in Vindonienſi Galleciæ urbe prodiiſſet anno 1550. in 4. Et Venetiis poſtea ex officina Vincentii Luchini 1564. in 8. Sed in editione Salmantina prodiit ſimul:

Antinomia Juris Regni Hiſpaniarum, & Civilis, in qua practica forenſium cauſarum verſatur: quam tamen poſt aliquot annos Joannes Baptiſta Olanus in examen vocavit, quibuſdamque demptis aut additis, *Concordiam* ſuam, & *novam Antinomiarum reductionem* edidit; Hieronymus quoque Zeballos, Toletanus juriſconſultus, *Communes opiniones* nova etiam & induſtriæ plena opera collegit.

IOANNES BAPTISTA VILLALPANDO, Cordubenſis natu, Jeſuitarum ſodalis, in hanc familiam venit ætatis ſuæ anno XXVI. philoſophiam & mathematicas diſciplinas eximie doctus, in eaque theologicis ſtudiis curioſe attenteque vacavit, adeo ut meditante Hieronymo Prado Ezechielis prophetæ illuſtrationem, Templique Salomonis in viſione ipſius poſtrema adumbrati deſcriptionem, operas ipſe obtulerit architectoriæ artis, quam egregie callebat, necnon et, obeunte diem ſuum ante editionis tempus Prado ſocio, ipſe ſolus vere Regium opus ad unguem abſolverit, typiſque cudendum tradiderit, quod ſic inſcriptum prodiit:

Commentariorum in Ezechielem Prophetam tomi tres: cujus XXVI. priora capita Hieronymus explicuit, in reliqua noſter ex iis, quæ ſtudio cum Prado olim collato congeſſerat, adjunxit commentaria. Romæ apud Alphonſum Zannetum ſumptibus & juſſu Philippi II. Regis Catholici 1606. folio. Nempe continentur in primo volumine, præter laudatam XXVI. capitum explicationem Hieronymi Pradi, copioſi in duo ſequentia capita Joannis Baptiſtæ noſtri *Commentarii.* In ſecundo tractat is de poſtrema Ezechielis prophetæ viſione, in qua Templi ejuſque vaſorum forma, tum commentariis, tum æneis quamplurimis deſcriptionibus, exprimitur. In tertio dedit *Apparatum Urbis, ac Templi Hieroſolimitani*, in quo de urbe copioſiſſime diſſerit, Hebræorum ponderibus, numiſmatis & menſuris. Duo hæc volumina edidit Romæ Carolus Vullietus anno 1604. ſine Pradi, ut credimus, lucubrationibus, & ante editionem illam Regiam. Attamen cujuſdam Chriſtophori Gruembergii omnia geometrica eſſe, quæ circa pondera & centrum gravitatis in his Villalpandi commentariis leguntur, notavit Claudius Richardus *Commentario in Euclidem, Hypſiclem* & alios, & ex eo Voſſius *De Scientiis Mathematicis* cap. XVI.

In lucem protulit:

Remigii Rhemenſis in Epiſtolas S. Pauli Tractatus. Moguntiæ apud Joannem Albinum 1614. in folio: qui jam leguntur in magna *PP. Bibliotheca*, tom. V. part. II.

Necnon & Hiſpanum ex Latino dedit:

Oſi-

Oficio del Capitan y Soldado Catolico compuesto por San Ferrando Diacono de Cartagena en Africa. Antuerpiæ apud Gasparem Bellerum anno 1617. in 12.

Magni operis mole veluti oppressus morti succubuit Romæ, LVI. annis natus, XXIII. Maii MDCVIII.

F. IOANNES BAPTISTA DE VINONES, Hispalensis, cum juris doctor esset Minorum fratrum sodalitatem una cum Bernardino de Laredo, laudato jam alibi, salutis veluti portum, ingressus in cœnobio Pietatis oppidi Guadalcanal provinciæ (tunc custodiæ) Angelorum, professionem a conversis, sive (ut proprio verbo appellant) laicis, fieri solitam emisit. Hujus est, suppresso prius nomine, quod in sequentibus editionibus revelatum fuit:

Espejo de la conciencia para todos estados. Lucronii anno 1507. Segoviæ 1525. Hispali apud Joannem Cromberger 1543. Medinæ 1552. in folio. Ex Waddingo & relationibus ab hac provincia ad Franciscum Haroldum Romam destinatis.

IOANNES BAPTISTA XAMARRO, ut fere nihil est quod a curiosis naturæ inspectoribus relinquatur intactum, edidit:

Conocimiento de las diez aves menores de jaula, su canto, enfermedad, cria y cura. Matriti 1604. in 4. Itemque:

Indicacion de la Sangria. Pinciæ anno 1604. in 8. Phlebotomus fuit, sive venarum sector, ut se appellat, Regiorum puerorum.

IOANNES BAPTISTA ZAPATA, medicus, aut ipse *Praxim* scripsit quamdam, aut saltem ab eo profecit Josephus scientia, qui arcana quædam medica & chirurgica ab eo reperta ad curandum omne genus morbi ex *Praxi* Joannis Baptistæ Zapatæ Hispani medici collegisse dicitur, qui liber editus fuit Romæ anno 1577. in 8. apud heredes Antonii Blondi, quo anno utrumque vivere in schedis lego Alfonsi Ciaconii, rei auctoris.

IOANNES DE BARAHONA, patria ex oppido Arroyo de Valdivieso, advocatus tempore suo nobilis, elucubravit:

Additiones ad Joannis Lupi de Palacios Rubios Repetitionem in rubr. & cap. Per nostras, de Donat. inter virum & uxorem.

D. IOANNES DE BARAHONA ET PADILLA, Bæticus, Xereziensis, vertit paraphrastica potius quam verbali interpretatione:

La Institucion de la vida del Hombre noble: quam Italicam scripserat Alexander Piccolominæus, V. C. Hispali 1577. 8.

F. IOANNES DEL BARCO, Franciscanus provinciæ Castellæ, scripsit, uti Petrus de Salazar in hujus *Provinciæ* refert *Historia*, non Lucas Waddingus:

Sermones; editosne an ineditos non refert.

IOANNES BARREIRA, Lusitanus, edidit:

Reportorio dos Tempos. Conimbricæ 1579. & 1582.

F. IOANNES DE LA BARRERA, Augustinianus, in Ursaonensi academia Durandi interpres, & a confessionibus Joanni Gironio, Ursaonis duci, edidisse fertur:

Sermones: uti refert auctor *Alphabeti Augustiniani*, Thomas de Herrera. Meminit quoque inter Augustinianos Andreas Scotus.

IOANNES DE BARRIOS, scripsit:

De la verdadera Cirurgia, Medicina y Astrologia. 1607. folio. Mexici.

IOANNES DE BARROS, Lusitanus, Portuensis, sub Joanne Portugalliæ Rege III. Regiæ curiæ senator (Desembargador do Paço vulgo audit) curiose ac diligenter lustratis omnium monasteriorum Interamnensis (inter Durium scilicet Miniumque fluvios) regionis tabulariis eamdem Interamnem regionem descripsit, hoc titulo vulgari usus:

Descripçaõ de entre Douro e Minho: quam editione dignissimam latere adhuc in schedis MSS. conqueritur D. Rodericus da Cunha in *Historia Bracarensi*, parte II. c. XXXV. n. 5. Laudat quoque opus Franciscus Suarez Toscano in suis *Paralellis.* Item:

Spelho de Casados. In urbe Portuensi apud Vascum Diaz Tanco de Fregenal 1540. in 4.

F. IOANNES DE BARROS, aliis BARRIOS, Mercenariorum fratrum Redemptionis Captivorum sodalis, dubium an Matriti natus, saltem ibi educatus, non in sacris tantum literis sed in re historica versatissimus, tam inter suos quam in publica academia Toletana theologiam docuit, necnon & ab Imperatore Carolo V. historiographi Regii ornatus munere elucubravit:

Historia de los Reyes Catolicos D. Fernando y Doña Isabel: quam furto sublatam auctori, editamque fuisse alterius nomine conqueruntur ejus domestici. Videsis Alphonsum Remon in *Historia* hujus ordinis lib. XIII. cap. XVIII. Servareque apud se D. Josephum Pellizerium, historicum Regium fragmenta hujus operis plura, Barrii ipsius manu exarata, monuit D. Didacus Porto-

car-

carrero in *Hiſtoria de Molina*, dum catalogum texens hujus oppidi dominorum ad Reges pervenit Catholicos.

Præſul datus incolis urbis Adſumptionis Deiparæ in Nova Hiſpania anno MDL. reſtitit tamen apud nos valetudine impeditus, eique renuntians muneri, factus jam Accitanus in Hiſpania epiſcopus, Toleti pie in Domino obdormivit.

IOANNES DE BARROS, Luſitanus, ex Lupo de Barros anno MCCCCXCVI. in Viſenſi urbe natus, quod ipſe in *Panegyrico ad Mariam Portugalliæ Infantem* annotatum voluit, ne nos ultra, quod hactenus contigit, de patria dubitaremus. In aula Regis Emmanuelis, quæ ex more illius ævi pueris nobilibus ad educationem patuit, non tantum Latinas & Græcas literas, ſed humanitatis quoque ſtudia & mathematicas artes perfecte didicit; eo jam tempore Virgilio Lucanoque in poetis, Salluſtio in hiſtoricis atque Livio maxime approbatis, et, ſi ſors tuliſſet aliquando aliquid ſcribere, in exemplum circumſpecti judicii caſtigatæque in ſublimi genere dicendi eloquentiæ ſibi propoſitis. Joanni Principi, Emmanuelis filio, cum primum ſeorſim habitare cœpit a cuſtodia fuit ſupellectilis, ab eoque poſt parentis obitum, anno ſuperioris ſæculi XXII. præfectura S. Georgii de la Mina in ora maritima auſtralis Africæ remuneratus. Unde poſt triennium reverſo, ejuſdem Regis beneficio, contigit gazophylazii domus Indicæ cura (Teſoreiro da Caſa da India vocant) nec diu poſt ejuſdem domus & negotii adminiſtratio, quod uberrimi quæſtus & præcipui honoris munus eſt. Ceterum in media hac non parum gravi moleſtaque occupatione probatis olim in levioribus quibuſdam argumentis, quorum nos paulo inferius mentionem habebimus, quid humeri ferre, quid mens & ſtilus parere memoria dignum poſſent, Regi ſuo hiſtoriæ Indicæ ſcribendæ curam obtulit; impoſitamque ab eo ſibi gratulabundus ſuſcepit, ſingularique diligentia atque induſtria poſtmodum continuavit, recuſatis interea, ne antiquo deeſſet animi propoſito, rerum Emmanuelis Regis geſtarum literis conſignandarum partibus, quæ quidem ab Henrico cardinali, rempublicam pro Sebaſtiano, Joannis nuper extincti filio ſucceſſoreque, minorenni tunc adminiſtrante, ſunt demum jure meritoque Damiano Goeſio traditæ, cujus rei ipſe meminit in *Hiſtoriæ* quartæ partis XXXVII. capite. Sic vero inter duo officia, adeo inter ſe diverſa & repugnantia, dividere ſolebat Joannes noſter horas ut expediendis publicis negotiis diurnas, pangendis autem commentariis nocturnas impenderet. Abſceſſit tandem, annuente Sebaſtiano Rege, cum ab adminiſtratione illius pleni negotio muneris, tum etiam ab urbe ipſa Regia, ſeceſſitque in Pombal oppidum, ſibi ut viveret, impendentemque exoneratus curis expectaret mortem. Quæ ſeptuagenarium jam eum poſt triennium vivis eripuit, virum quidem eximia mentis acie memoriaque, ac multa bonorum auctorum lectione, quorum fidem, judicium, perſpicuitatem atque elegantiam, præter alias virtutes, in contexenda hiſtoria, Luſitani ſui idiomatis fere principe, fuit imitatus. Uxorem duxerat ex Leirenenſi urbe Mariam de Almeida, quæ numeroſam ei ſobolem procreavit; attamen viri memoriam tuentur maxime literarum hæc monumenta:

Decadas d' Aſia: tribus tomis. Primus Oliſipone editus eſt anno 1552. Secundus 1553. Tertius vero anno 1563. abſolutiſſimum, *cælatumque novem muſis opus*, ut Horatio utar, manſurumque in omnem ætatem cum laude maxima ſui artificis. In quo eminet incorrupta fides, luculenta oratio Livianæ æmula, geographiæque totius earum partium, quas deſcribit ſtilo, multa adeo & accurata cognitio ut veteribus illis luſtratoribus Indici orbis Ptolemæo & Arriano, pluribus eorum oſtenſis erroribus, obſtruxiſſe lumina videatur. Has Italica donavit lingua Alphonſus Ulloa, Venetiiſque edidit, nempe *primam* & *ſecundam Decadem*. Geographica autem ex tota hiſtoria excerpſit, conjecitque in *Relationes* ſuas, Joannes Baptiſta Ramuſius.

A Quarta Decada d' Aſia, quæ juris tandem publici facta eſt anno 1615. in folio, non tota Barrii noſtri eſt, colophone donata, Philippi Regis III. juſſu, a Joanne Baptiſta Labaña, ejus chronographo, annotationibuſque & geographicis tabulis mirifice ornata. Redemerat hanc Rex ampliſſimus magno pretio ab Aloiſia Suarez, Hieronymi vidua, qui Joannis Barri filius fuit natu maximus. In quo autem Barrius ſubſtitit auxiliares eidem argumento porrexit manus, continuata longe hiſtoria, Didacus Couto, Uliſiponenſis, cujus & quartam habemus *Decadem* ſequenteſque uſque ad duodecimam, partim publicatas, partim ſecus. Præterea ſcripſit alia minoris momenti:

Chronica do Emperador Clariſmundo. Conimbricæ apud Joannem Barreira anno 1520. in folio & 1555. folio. In qua fabuloſa hiſtoria, viginti non plus annorum adoleſcens, ſtilum exercere, tentareque vires cœpit.

Ropicapneuma, ſive dialogum moralem hujus Græcæ appellationis, quæ..... ſonat. Oliſipone anno 1532. Laudat hunc Lu-

dovicus Vives in nuncupatione, ad nostrum directa, *Exercitationum animæ in Deum.*

Grammatica Portuguesa. Olisipone anno 1539. in eorum gratiam quibuscum de salute æterna Lusitani commercium habebant.

A virtuosa Vergonha: dialogisticum aliud ejus opusculum est, quod Plutarcho opponeret *De Immodica verecundia* scribenti, Cardosus appellat *Da Viciosa Vergonha*, Olisipone editum 1540. in 4. quod idem existimo cum contrariorum eadem sit ratio. Atque ejusdem argumenti rem tractavit, ut nostro Barrio morem gereret, Antonius Ludovicus, medicus & philosophus excellentissimus, in tractatu *De Pudore.*

Problemas Morais, hoc est, problemata moralia seu causas, in urbe Visensi adservari delatum fuit ad Emmanuelem Severinum, paulo post laudandum.

Exclamaçaõ contra os vicios: metricum hoc opus, ea carminis forma confectum quod Redondillas nos appellamus, duorum fere millium versuum, circa annum MDLXI. fuit absolutum.

Panegirico a Infanta Donna Maria, quando nempe datus est ei titulus a principatu urbis Visensis: in quo opere, quod illustrissimus vir D. Hieronymus Mascarenhas, episcopus Segoviensis, inter alias veteres schedas a se inventum editioni parabat, cum in Lusitania res mutavit publica natum se in ea urbe fuisse haud obscure affirmavit. Edidit quidem eum Emmanuel Severinus de Faria, cantor Eborensis, vir eruditione præstans, in opere suo *Noticias de Portugal* inscripto, qui nec dubitat clarissimi auctoris perfectissimam compositionem vel ipsi junioris Plinii *Panegyrico* Trajano Imperatori dicto, qui inter aliorum alios velut inter stellas luna præfulget, comparare.

Esfera da instructura das cousas: meminit Barrius ipse decade II. lib. IV. cap. III. quo de architectura agi Severinus credebat.

Geographiam universalem, quam adornare se quampluries retulit, nempe in lib. I. cap. I. primæ decadis, & lib. IV. cap. II. ejusdem, & lib. VIII. cap. II. secundæ decadis, cum auctore ipso amisimus: *Historiamque Tamberlanis*, cujus spem fecerat Gundisalvus Argote de Molina in præfatione ad similem aliam Roderici Gonzalez de Clavijo.

Decessit e vivis anno MDLXX. mense Octobri. Quorum omnium seriem subministravit nobis vir eruditissimus Emmanuel Severinus de Faria, Eborensis ecclesiæ cantor, in *Discurso* quodam de Joanne Barrio. Adjungit Cardosus:

Dialogos com seus filhos sobre preceitos moraes em modo de jogo. Lisboa 1563.

IOANNES BASILIUS SANTORO, Calagurritanus, legum studio ac forensibus actionibus diu ac laudabiliter exercitatus, Sanctorum Ambrosii & Paulini vestigia ut sequeretur, Deoque magis, quem colebat eximie, in posterum vacare, sibique propius convivere posset, causarum patrocinio aliis cedens, totum se voluminum lectioni sacrorum atque piorum deinde immersit. Nec altæ hujus tranquillitatis possessionem interturbare potuit oblatum nescio quid ei in curia honoris a Philippo II. Rege, omnium quos vidit sol in conferendis magistratibus cautissimo. Cui etiam sequenti tempore, desideranti chronographi Regii munus, postquam studiorum velificationem fecisset, ei conferre, gratia ut decuit habita, serio se noster subduxisse dicitur, Regisque tam amplo beneficio, ne ad arbitrium vivere alienum inde sibi esset opus, renuntiasse. Adduntque (si vana non est fama) pio, ut oportet, constantique natum pectore id, quo usus apud benignissimum fuit Principem, excusationis elogium: nil quidem existimare se mandari valde dignum literis de Rege Christiano dum penes infideles Terra esset Sancta; proinde illius partes esse ut plagam illam e barbarorum manibus eriperet, suas deinde futuras ut res in ea expeditione fortiter ab eo gestas pro dignitate celebraret. Pia duo argumenta tractavit maxime ut in vulgus ederet, vernacula quidem lingua:

Flos Sanctorum, y Vidas de los Santos: tribus partibus. Flaviobrigæ, si ea est Bilbao in Cantabris, apud Matthiam de Mares 1580. 1585. 1604. in folio. Cæsaraugustæ apud P. Sanchez Espeleta 1578. folio. Pinciæ 1614. in folio.

Prado espiritual: duabus partibus, sive sex libris. Ilerdæ apud Ludovicum Manescal 1617. hoc est, flores sacrorum exemplorum ex Sophronii, Constantinopolitani patriarchæ, sive Joannis Moschi Evirati, atque item anonymi alterius monachi, utroque antiquioris, duplici hujus argumenti & inscriptionis opere, hinc ex Palladii, Theodoreti, Simeonis Metaphrastis, Gregoriique episcopi Turonensis excerpti *Historiis.* Tertium item aliud:

Discurso de los cinco lugares donde van las almas. Pampelone 1586. in 8. qui quidem comprehenditur, ut credimus, in sequenti opere:

Cinco discursos: *de las Almas*: *de la Cruz*: *de Nuestra Señora*: *de los Angeles*: *y del Custodio.* Lucronii apud Matthiam Majer anno 1597. in 8.

D. IOANNES BAYARTE CALASANZ ET AVALOS, Aragonensis, Barci-

cinone tamen in lucem editus, in quam urbem N. parens, qui a secretis erat Aragonensis senatus patribus, reipublicæ causa venerat, quem apud Jacobum Bleda, Dominicanum, in historia *De Expulsione Maurisiorum* amplissimo elogio exornatum reperies; toparcha de Claref-valls, Regi a consiliis, & Minoricæ insulæ gubernator fuit. Deditus hic curiosis artibus, præcipue mathematicis, inventiones quasdam bellicorum minorum tormentorum pluribus hucusque approbavit, nec cessat ingenio & scriptis de publica re bene mereri. Edidit hactenus historico-politicum opus optimi commatis..... Edidisse eum quoque novimus mechanicæ militaris aliud:

Contragaleria dictum *o nuevo adherente de la defensa del foso.* Neapoli ut credimus, in 4. Parareque:

Paralelos entre el Rey Carlos II. y el Emperador Carlos V.

F. IOANNES DE BELORADO, Benedictinus, abbas monasterii Sancti Petri de Cardeña, scripsit:

Coronica del famoso Cavallero Cid Ruy Diaz de Bivar. Burgis 1593. in folio.

D. IOANNES BELTRAN DE GUEVARA, natus in oppido Medina de las Torres Pacensis diœcesis, nobili loco ex Petro Velezio Guevara & Majore de Figueroa parentibus, navatæ juri constanter operæ in Salmantino gymnasio primum percepit fructum Abulensis ecclesiæ canonicatum, quem vocant Doctoralem, competitoribus aliis post se relictis. Gerendæ reipublicæ deinde admotus cancellariam Pinciæ oppidi ex anno MDC. Regiumque Patrimonii concilium ex MDCIV. senator decoravit. Ab hinc pontificio in albo nomen suum ut profiteretur, ecclesiæ Pactensis Siciliæ insulæ destinatum ei effecit regimen anno MDCV. una cum visitandi munere Neapolitani regni judices, sequentique in Italiam transiit electus jam archiepiscopus Salerditanus, cum Pactensis nunquam creatus fuisset præsul. Certe ab ipso Paulo Pontifice, nullo alio cardinali referente, IV. Decembris MDCVI. Salernitanis datus fuit antistes, non aliunde translatus, Romæque ritu ecclesiastico consecratus. Inde ad nos Pacensis factus præsul anno MDCXII. remeavit, cujus administrationi accessit injuncta ei, loco seu vice Lemosii comitis, Neapolitani proregis, Italicarum rerum senatus præfectura; annoque MDCXIV. ad metropolitanam Compostellæ urbis sedem transfertur. Viri, præter egregias animi dotes, doctrina juris & omnimoda eruditione clarissimi, opera, partim edita, partim inedita, hæc referuntur:

Propugnaculum Ecclesiasticæ libertatis adversus leges Venetiis latas. Romæ 1607. in 4. quod Pauli Papæ V. jussu elaborasse dicitur.

Pro Jure Philippi Regis II. Catholici ad successionem regni Portugalliæ. Hic liber ut credo nunquam typis commissus fuit.

Discursos del principio, y origen y uso de la Monarquia de Sicilia: adversus contrariam disquisitionem cardinalis Baronii tomo XI. *Annalium*, anno MXCVII. a num. 18. Pinciæ excusi sunt 1605. in folio.

De Adventu Sancti Jacobi in Hispaniam: MS. quod opus laudat F. Franciscus Bivarius.

De Conservando ærario regio: MS.

De Maledicis Regum: MS.

Discursos de los Moriscos: MS.

Discursos matrimoniales: MSS. Qui omnes libri in schedis remanserunt instructissimæ, quam possidebat, bibliothecæ, cujus catalogum Matriti in novo Benedictinorum monachorum Monserrato vidimus.

Amplificandæ sedis suæ amore curiam Regiam dum peteret, morbo letali oppressus, Villalpandi in itinere diem extremum vidit, plusquam octogenarius, x. kalendas Junii anno MDCXXII.

F. IOANNES BENEDICTUS DE GUARDIOLA, Benedictinus monachus monasterii Sancti Facundi, vulgo Sahagun, scripsit:

Tratados de los Titulos que oy tienen los Varones claros, y Grandes de España. Matriti apud viduam Alphonsi Gomez anno 1591. in 4.

Historia del Monasterio Real de S. Benito de Sahagun: adhuc ineditam, sed quam relictam ab auctore nostro plures affirmant, inter alios Hieronymus Romanus de la Higuera Jesuita in *Historia Toletanæ urbis* MS. lib. XV. cap. XXII.

D. IOANNES BENITEZ MONTERO, ex oppido Cabeza de Buey Alcantarensis ordinis tractus in Bethuria, theologus primo apud Salmanticenses collegii theologi Conceptionis Immaculatæ S. Mariæ, atque Conchensis majoris collegii sodalis, philosophiæ idem in gymnasio isto professor, unde ad Magistralem canonicatum Pacensis ecclesiæ, & vicariatum generalem Regii in eo limite exercitus, tandemque ad Granatensis ecclesiæ decanatum una cum canonicatu conjunctum ascendit, electus interim Gaetanus in Neapolitano regno episcopus, edidit, dum versaretur Matriti negotiis ecclesiæ suæ dans operam, utili utpote intacto hucusque in Hispania argumento, vulgari tamen lingua:

Tratados militares que contienen la Jurisdic-

diccion Eclesiastica que tienen los Vicarios generales de los Exercitos de mar y tierra &c. Matriti apud Melchiorem Alvarez 1679. in 4.

Obiit Granatæ anno MDCLXXX.

D. IOANNES BERMUDEZ, Gallæcus, patriarcha Alexandrinus, qua dignitate ornavit eum Paulus III. Papa Roma in Portugalliam transeuntem ab Æthiopia usque ipsa, cujus Imperator David legatum suum destinaverat ad Joannem III. Portugalliæ Regem. Bis in Æthiopiam penetravit, de cujus regionis *moribus & ritibus*, ac *Prete Ianii* ipsius *Abassinorum Principis* ad Sebastianum Regem librum scripsit. Videsis Georgium Cardosum in *Agiologio Lusitano* die xxx. Martii lit. e.

IOANNES BERMUDEZ ET ALFARO, versibus edidit:

El Narciso en octavas. Olisipone anno 1618.

F. IOANNES BERMUDO, Astigi in Bætica natus, ordinis Sancti Francisci, musica arte spectatus, edidit:

Libro de la declaracion de Instrumentos: ad Joannem III. Portugalliæ Regem. Granatæ 1555. & prius primumque Ursaone apud Joannem Leonem, universitatis typographum, 1549. in 4.

IOANNES BERNAL, Jesuitarum sodalis, scribit cum hæc scribimus:

Historia de la Vida del Santo Rey D. Fernando Tercero de Castilla.

F. IOANNES DE S. BERNARDO, Bæticus, ex urbe Xerez de la Frontera, ordinis Minorum Excalceatorum, olim provinciæ S. Josephi, nunc provinciæ S. Petri de Alcantara, concionator Apostolicus, postquam Romæ procurasset ejusdem Sancti Petri, jam solemniter inter Divos a Clemente IX. P. M. relati, causam præfectus novi Nudipedum cœnobii, quod in Neapolitana urbe S. Luciæ de Monte appellatum his fuit superioribus mensibus concessum ad faciendam frugem spiritualis proventus in militibus Hispanis ejus urbis & regni, magno huic negotio sedulam & animosam contribuit operam. Scripsit ex probationum ipsis instrumentis, auctoritate Apostolica confectis:

Chronica de la Vida admirable y milagrosas hazañas del glorioso Padre S. Pedro de Alcantara. Neapoli 1667. apud Hieronymum Fasulum, in 4.

IOANNES BERNARDUS DIAZ DE LUGO, Hispalensis natu, quam sibi patriam ipse asserit in prooemio indicis *Repertorii* operum Didaci a Segura a se confecti, quod prooemium editio princeps & antiqua præfert, ut credere iis, qui Lugo prope Victoriam urbem oppido magis favent, minus nos debeamus qui tam idoneo teste nitimur. Extra matrimonium parenti natum eum fuisse fama est, atque scriptum reliquerunt Joannes Roxas in tract. *De Success. ab intest.* cap. xv. num. 19. & Ignatius Lopez de Salzedo in *Additionibus ad Praxim* ejus *Canonicam* cap. xiv. Beneficium obtinuit ætate adhuc tenera in Huelva, municipio dioecesis Hispalensis, quem etiam locum natales ejus sibi adrogare audio. Salmanticæ operam literis dedit, Græcam eruditionem Latinæ adjungens, cujus Græcæ linguæ professor ibi extitisse nec Hebraicam ignorasse dicitur. Frequentior tamen in juris studio esse volens, ad quod natura vocabatur, tam Pontificii quam Cæsarei libros avidissime aggressus est, brevique Decretorum doctor factus doctrinæ gradum & existimationem in eo gymnasio aliis eminentiorem obtinuit. Vicarium exercuit aliquando munus Ludovici Capitisvaccæ, Salmantini antistitis, quo eodem tempore jus de loco superiore interpretabatur. Joannis post cardinalis Taveræ, archipræsulis Toletani, domum evocatus, idem vice ejus ecclesiasticarum causarum in curia archiepiscopali arbitrium habuit. Indicæ tunc temporis expeditionis progressus majorem quamdam sibi adhiberi curam postulabant; quod commodum accidit, nam inter alios novi senatus patres, cui hoc negotium demandatum voluit, Carolus Imperator Bernardum nostrum, excellenti vitæ probitate, gravissimis & integerrimis moribus virum, & ad quæque tractanda idoneum, allegit. Idemque Cæsar hanc novi orbis curam jam tredecim annis gerentem, sacrisque inter hæc initiatum, annuente Paulo Pontifice, Calagurritanæ ecclesiæ præesse voluit. Sessionibus Tridentinis quintæ sextæ ac septimæ sub Paulo III. deindeque aliis sub Julio III. usque ad annum DLII. celebratis lego eum honore isto spectabilem, nec minus sapientia spectatum pietateque, interfuisse. Illud quidem in confesso apud omnes est, sedi suæ restitutum crebra solicitudinis non vulgaris super commisso grege morumque severitatis, quæ sacrosancto muneri debetur, argumenta edidisse. Quo ipso tempore doctissimi quique Hispanorum atque gravissimi meritis eum integritatis, doctrinæque laudibus, meminisse illius ubi contingeret, extulerunt. In his sunt Martinus doctor Navarrus, Didacus Covarrubias, Petrus Plaza, Stephanus Garibajus, Joannes Vasæus atque alii, a quibus laudari summe honestissimum quod-

dam

dam genus laudis eſt. Nec tamen ſtudioſos Joannis Bernardi lectores fraudabo Aloyſii Lipomani, epiſcopi Veronenſis, ſeu potius hominum ætatis illius æqualium de eo exiſtimantium, teſtimonio. Nuncupavit vir ille graviſſimus volumen operis ſui *De Vitis Sanctorum* primum Bernardo noſtro epiſcopo anno MDL. Italus Hiſpano. Cauſas audi: *Sive enim illam Chriſtianam tuam pietatem & caritatem, qua inter omnes emines, ſive ſanctum zelum, quo continue exæſtuas ut Dei eccleſia in priſtinam effigiem reſtituta ſancta & ſine macula rurſus refulgeat, ſive demum angelicos tuos mores intueor, quibus in terris degens in cœlo jam converſaris, omnia hæc, inquam* &c. Et mox: *Sed illud me impulit imprimis, quod te Sanctorum vitis mirum in modum affectum videam, egregiamque navare operam ut quo plures invenire poſſis plurimas tibi compares* &c. Proſtat nuncupatoria hæc epiſtola in editione Veneta principe anni MDLI. quam abſolvit auctor, eumdem *noſtri ſæculi antiſtitum ſplendidiſſimum lumen* appellans. Hæc ille, honorem hunc habens Bernardo noſtro qui ſecundam operis partem Julio III. P. M. tertiam vero Joanni III. Portugalliæ Regi, apud quem legationis Pontificiæ munus obierat olim, erat nuncupaturus. Opera ejus ad munerum geſtorum rationem exegit Alexius Vanegas, Toletanus, in nuncupatione perdocti operis *De Differentiis librorum* noſtro facta. Pro ſingulis enim occupationibus ſcribendi argumentum, quod iiſdem eſſet convenientiſſimum, ſibique & aliis opportunum & utile deſumere conſueverat: tam rectus œconomiæ uniuſcujuſque muneris, quod gereret, æſtimator ac peritus fuit perſequutor. Ea ſunt vel Latina, vel Hiſpana. Latina hæc:

Practica Criminalis Canonica in qua omnia fere flagitia, quæ a Clericis committi poſſunt, cum eorum pœnis deſcribuntur.......... 154.. Lugduni apud Rovillium anno 1554. & 1569. in 8. Et Compluti apud Joannem Brocar anno 1554. in 8. Ingolſtadii 1577. Venetiiſque 1581. 8. Hanc *Scholiis* doctiſſimis locupletiorem reddidit Ignatius Lopez Salcedo, Decretorum doctor, & profeſſor primarius Complutenſis, ediditque Compluti apud Petrum Robles. Joannes etiam Helvetius, exter homo, eamdem cum *Annotationibus* propriis ſubjecit prelo Antuerpienſi anno 1568.

Regulæ Juris, cum ſuis ampliationibus & reſtrictionibus. Compluti apud Guilielmum de Millis anno 154... & iterum 1569. Lugduni una cum *Practica Canonica* anno 1554. 8. *Additiones* quoque his fecit Ignatius Lopez Salzedo.

Repertoria ad Didaci Seguræ, & Joannis Lupi de Palacios-rubios opera.

Antidotum Deſperationis, ac Chriſtianæ Spei robur ex variis Sacræ Scripturæ & Sanctorum locis excerptum. Salmanticæ apud Andream de Portonariis 1553. 8.

In Iſaiam grandiore volumine commentaſſe, *Vitaſque Sanctorum*, Tridenti agens, conſcripſiſſe dicitur.

Colloquium: elegans & plane pium, exactiſſimam ab epiſcopis poſt obitum exigendam rationem non minus graviter quam lepide repræſentans. Pariſiis 1541. 4.

Doctrinæ ejus *Magiſtralis*, ſive ita appellatus liber prodiit Lugduni 1539. in 8. qui Hiſpali in eccleſiæ cathedralis noſtræ bibliotheca aſſervatur.

Vernacula hæc ſunt:

Aviſo para todos los Curas de Animas, en el qual ſe declaran muchos oficios, que requieren gran cuidado y ſuficiencia, que ſe encierran y acetan en el oficio de curar animas. Compluti apud Michaelem de Eguia anno 1539. 4. Ibidemque 1545. 4. Cæſarauguſtæ 1547. Et Compluti quartum typis Joannis Brocar 1551. Medinæ 1550. Italice vertit Joannes Tarcagnota, ediditque Brixiæ apud Thomam Bozzolam 1562. in 12.

Aviſo muy provechoſo para todos los Religioſos y Predicadores. Prodiit ſimul cum ſuperiore apud Michaelem de Eguia Compluti.

Inſtruccion de Prelados. Librum hunc laudat inter alios Vanegas, quem Compluti ſcimus editum anno 1530. 8. apud Joannem Brocar.

Exortacion a Don Alonſo de Fonſeca Arzobiſpo de Toledo para que celebraſe Concilio provincial. Hujus Vanegas idem meminit.

Contemplaciones de la Virgen Maria Nueſtra Señora. In 12. uti lego apud Petrum de Alba in *Militia Conceptionis.*

Soliloquios, ſuma breve y compendioſa, con la qual ſe puede deſpertar la Alma Chriſtiana a contemplar conſideraciones muy altas. Anno 1541. in 4. Neſcio quidem an diverſi operis inſcriptio hæc ſit quæ ſequitur:

Soliloquios entre Dios y el Alma. Certe id converſum Italice prodiit Venetiis anno 1549. quod ſe legiſſe in Italia Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro Calagurritanæ Eccleſiæ* affirmat. Vidimus & opuſculum aliud ita inſcriptum:

Doctrina y amoneſtacion charitativa, en la qual ſe demueſtra no ſer licito a los Chriſtianos ricos, que dexen de ſocorrer a los pobres que tienen preſentes por guardarlo para remediar los venideros, compueſto en latin por el Doctor Juan Bernardo Diaz de Lugo, traducido por el Arcediano de Alcor Alonſo de Madrid. Stellæ Navarrorum apud Guilielmum de Millis anno 1547. in 8. Latinam editionem nunquam vidimus.

De

De la Piedad. Hujus libelli hanc mentionem reperio apud Gaspparem Baezam jurisconsultum in tractatu *De non meliorandis dotis ratione filiabus*, initio cap. IX. *Cujus* (ait cum nostrum Lugum laudasset) *de Pietate libellum Hispanice scriptum summa cum animi voluntate legi*; nisi idem sit cum præcedenti.

De los Insignes Obispos de España. Laudat Ambrosius Morales lib. XI. *Hist.* cap. LXXIII.

Constituciones del Obispado de Calahorra en el Synodo de Logroño de MDXXXIIII. Legione anno 1534.

Ordinavit, cum Deo se sacerdotem obtulisset, quatuor Missas: primam pro animam in extremo vitæ agentibus, secundam pro conversione infidelium, tertiam pro peccatorum expiatione, quartam pro navigantium indemnitate. Quorum priores duas tam recitantibus quam audientibus semel in mense Paulus Papa III. viginti quinque annorum indulgentiam (ita enim dicere amat Ecclesia) concessit. Omnes vero editæ sunt in *Missalibus Complutensibus* anno MDXLV.

Tandem meritis plenus obiit diem suum in eadem urbe Calagurritana Christiani ævi anno MDLVI. Exuvias ejus memoratum jam oppidum Lugo, quo libentes referimus paternam originem, sepulcro accepit.

IOANNES DE BETANZOS, in oppido, quod Gallæciæ est, cognomine forsan natus, Peruanam expeditionem una cum Francisco Pizarro duce sequutus est unus ex primis vasti illius terræ tractus adinventoribus. Antonii Mendozæ proregis jussu *Historiam* postea edidit, in qua de Indorum moribus, imperio Regum, rebusque eorum gestis usque ad Hispanorum adventum tractavit. Quæ quidem MS. ad manus fuit Gregorio Garsiæ, Dominicano, cum simile argumentum describeret, quod gratus ipse ei, per quem profecisset, in prologo attestatur. Antonium de Leone in *Bibliotheca Indica occidentali*, tit. XVII. consule si vis.

D. IOANNES BITRIAN, domo ex urbe Calataiud Aragoniæ regni, quam priscæ Bilbilis succedaneam, cujus quidem ruinæ non procul conspiciuntur, docti veterum rerum plures existimant, in patria ecclesia priorem agebat, & Turiasonensis antistitis vicarium, cum rogatu Joannis Ferdinandi a Velasco, magni Castellæ comestabilis, eximii literis ac prudentia viri, cum a Mediolanensi rediret administratione, illac prætereuntis, Gallicam Philippi Cominæi historiam in sermonem vernaculum transtulit, atque scholia utilissima & prudentiæ civilis plena margini adjecit. Operis ea inscriptio:

Las Memorias de Felipe de Comines Señor de Argenton, de los hechos y empresas de Luis XI. y Carlos VIII. Reyes de Francia, traducidas de Frances con Scholios proprios de D. Juan Bitrian &c. duobus tomis. Antuerpiæ ex officina Joannis Meursii anno 1643. in folio.

Mirum quidem habeo adjicere, quod ex viro fidei summæ, cui Joannes ipse de se affirmaverat, olim audivi: ne quidem ullo temporis momento adsedisse huic operi elucubrando auctorem, sed peculiari ac perpetuo sibi more dum scriberet nunquam non adstitisse.

F. IOANNES BLANCO, Franciscanus Regularis Observantiæ provinciæ S. Michaelis in cœnobio Ellerenensis urbis, sacræ theologiæ professor, scripsit accurate ait Lucas Waddingus:

Historia de la Provincia de S. Miguel. Apud se MS.

IOANNES BLASIUS (vulgo BLAY) NAVARRUS, in Valentia urbe natus, atque ejusdem metropolitanæ sedis præpositus (Pabordre populari lingua vocant) theologusque eximius, quam scientiam doctorali pileo insignitus in patria docuit, laudatus a Francisco Peña in *Notis ad Directorium Eymerici*, pag. 59. & 302. Morla in præfatione *Emporii*; Escolano in fine lib. V. *Valent. Historiæ*. Scripsit:

De Authoritate Romanæ Ecclesiæ & sacro ejus Principatu. Barcinone anno 1566. in 4.

De Vectigalibus & eorum justa exactione in foro conscientiæ. Valentiæ apud Petrum Patricium 1587. 4.

D. IOANNES BLAZQUEZ MAYORALGO, patria ex nobili oppido Caceres provinciæ Estremaduræ, Regius apud occidentales Indos in Veræ Crucis nova civitate minister a rationibus, & a cura Regii patrimonii, scripsit:

Perfecta razon de estado deducida de los hechos del Señor Rey D. Fernando el Catolico contra los Politicos Atheistas. Mexici anno 1646. in 4.

F. IOANNES DE BOBADILLA, ordinis Minorum sodalis in provinciæ Castellæ Toletana domo, ubi docendæ theologiæ munere fuit egregiæ functus, scripsit:

Instructorium omnium Prælatorum Regularium, præcipue vero fratrum Minorum. Venetiis apud Baresium de Baresiis 1602.

Tridentini Concilii expositionem: quæ servatur MS. in cœnobio Salicitano ejusdem ordinis, cui rei testimonium præbet Petrus Gonzalez de Mendoza, Seguntinus episcopus ex

ex sodali ejusdem familiæ ac domus, in hujus monasterii *Historia.*

IOANNES DE BOIM, Lusitanus, Tertugalensis, scripsit genealogicum commentarium, quod Cardosus laudat:

Da Familha dos Falcoẽs.

F. IOANNES BONET, Catalanus, ex oppido Olot Gerundensis dioecesis, ordinis Carmelitarum, ejusque Terciariorum apud Barcinonenses commissarius, provinciæ Cataloniæ diffinitor, scripsit:

Jardin del Carmelo. Barcinone 1660. in 8. apud Antonium de la Cavalleria.

Espejo de vida y exercicios de virtud para los Hermanos de la Tercera Orden del Carmen. Ibidem apud Mathevad 1664. 8.

IOANNES BONIFACIUS, patria ex oppido S. Martini del Castañar dioecesis Civitatensis, Jesuitarum sacerdos, fere XL. annos impendit puerilibus tradendis disciplinis, auditores non minus literis quam pietate informans. Attamen gravioribus studiis instructus utiliter elucubravit:

Christiani pueri Institutiones, adolescentiæque perfugium. Burgis apud Philippum Juntam anno 1588. in 8. auctas libro uno rerumque plurimarum accessione post priorem editionem. Deinde prodiit Ingolstadii apud Joannem Hertsray 1607.

De Sapiente fructuoso epistolares libros v. Accessit liber alius epistolaris *De Recta Institutione.* Post alias editiones Ingolstadii anno 1606. in 8. apud Andream Angermarium.

Historiam virginalem de B. Mariæ Virginis Vita & Miraculis. Parisiis apud Michaelem Somnium an. 1605. Et Coloniæ apud Gualterum.

Epistolas & Orationes varias.

F. IOANNES DE BONILLA, Franciscanus, scripsit:

Tratado de quan necesaria sea la Paz de l'Alma, y como se puede alcanzar. Compluti apud Joannem Iñiguez anno 1580. in 8. Unaque cum libello *De Oratione & Meditatione* S. Petri de Alcantara Salmanticæ eodem anno in 16. apud Petrum Lasso. Et Cæsaraugustæ apud Petrum Gel 1625. Quod opus ex Hispano in Italiæ sermonem conversum opera Fr. Julii Zanchini di Castiglionchio, simul cum Hieronymi de Lemos, Hieronymiani monachi, *Turri David* Romæ vidimus hoc titulo insignitum: *Trattato della Pace dell' anima.* Florentiæ apud Georgium Marescotti 1597. in 12.

IOANNES BORDALLO, scripsisse dicitur:

Historia de Nuestra Señora del Pilar de Zaragoza.

D. IOANNES DE BORJA, B. Francisci, Gandiæ ducis, ejusdemque Jesuitarum præpositi generalis, viri sanctitate clarissimi, filius secundogenitus, Regius apud Rodulphum Cæsarem legatus, Mariæque Austriacæ Imperatricis, necnon & Margaritæ Hispaniarum Reginæ œconomus, Philippo III. a consiliis status, publicavit:

Empresas morales a la S. C. R. Magestad del Rey D. Felipe. Pragæ anno 1581. in 4. Et Bruxellis apud Franciscum Foppens 1680. 4.

IOANNES BOSCAN, Barcinonensis eques, clarus ineunte superiore sæculo poeta, Garsiæ Laso summo viro coævus, atque (ut Plauto utar) summus atque intimus, cum populari modo carminis jam diu delectaretur, & notam genti viam non sine laude, ut captus erat illius temporis, inculcaret, incidit fortasse, dum Granatæ versatur, in Andream Naugerium, Italiæ suæ ac poeticæ artis, quam elegantissimis versibus partim Latinis, partim Ethruscis feliciter excoluit locupletavitque, lumen clarissimum, qui per id tempus ad Carolum Cæsarem reipublicæ Venetorum legatus venerat. Hunc scilicet auctorem & suasorem Joannes sequutus, Italicum pangendi carminis genus, singulis quatuordecim versibus certa lege ac velut in orbem vinctis ac respondentibus resultans, quod a graviore & numerosiore sono ductuque κατ' ἐξοχὴν, Sonetos vocant, tentavit prius, deinde, feliciter sibi consilio succedente, præcipuum e ceteris habuit vulgaribus, in quo frequentius exerceretur. Quinimo & auctoritate & exemplo apud familiarem Lasum ea tenus valuit ut, eadem liberalis adeo negotiationis opera usus industriaque, externam & ipse mercem atque ditissimam, longe majus quærens poesi nostræ ac linguæ compendium quam auctor noster fecerat, nostris hominibus invexerit. A quo tametsi magno intervallo superatus in re ipsa & operis successu, saltem inventionis palmam sine controversia Joannes Boscanus possidet. Ambrosius equidem noster Morales in aureo illo de *Hispanica lingua* tractatu nihilo inferiorem Italis Boscanum existimat, sive majestatem varietatemque carminis, sive sensuum ingeniosam subtilitatem, expressionisque facultatem viresque perpendere velimus; qua in re Ludovici etiam Dulcis in ea, quam fecit, Ariosti *Apologia* judicio sese uti refert. Collegerat quidem noster sua & Garsiæ jam prius demortui carmina, quæ extarent, ut simul typis committeret; cujus rei testimonio est nuncupatoria, quæ nunc

nunc legitur ad Somæ ducissam, formata epistola. Sed virum occupavit mors priusquam voti compos fieret, ante annum scilicet MDXLIII. Quod utique ab ejus morte factum fuit hoc præfixo titulo:

Obras de Boscan y Garcilaso. Medinæ anno 1544. 4. Venetiisque 1553. in 12. per Gabrielem Giolittum. In his est:

La Fabula de Leandro y Hero : hendecasyllabis, sine syllabarum dimensione, sine pedum obsequio, absque etiam rhythmis, eloquentissime tamen, etiam poetice scripta ut verbis utar Gasparis Barthii ad lib. *Theb.* II. vers. 427.

Prosa autem oratione extat ejusdem auctoris:

El Cortesano : ex Italico Castellionæi comitis felicissime (quod calculo dissertissimorum nostræ gentis hominum qui vires stili callide dijudicant, in hisque Ambrosii Moralis in laudato nuper libello, comprobare possumus) in vernaculam orationem translatus. Prodiit Toleti anno 1559. in 4. Antuerpiæ apud viduam Martini Nutii 1561. 8. Quod opus & Latine extat ab Hieronymo Turlero Germano.

IOANNES BRACAMONTE, dedit:

Elucubrationes ad Libros Hyppotyposeon Martini Martinii. Salmanticæ anno 1583. in 4.

IOANNES BRAVO, patria ex Civitate Regali, puerorum Elisabethæ Imperatricis Regiæ aulæ pædagogus atque institutor, vertit ex Alvari Gomezii opere Latino, prosaicum ex metrico faciens:

El Vellocino dorado, y la Historia del Orden del Tuson. Cui adjunctum voluit:

El Sumario de los Reyes Catolicos D. Fernando y Doña Isabel, con la tomada de Granada y otros pueblos, que valerosamente conquistaron, sacada de la obra grande de las cosas notables de España de Lucio Marineo Siculo. Toleti ex officina Joannis de Ayala anno 1546. in 4.

IOANNES BRAVO, domo ex oppido Castellæ Piedrahita, unde Petrasitanus audit, ingenti doctrinæ fama medicam artem professus est atque exercuit Salmanticæ, datis quotidie in vulgus eximiis libris, quibus eam magis ac magis confirmabat. Extant nempe ab eo:

De Hydrophobiæ natura, causis atque medela. Salmanticæ apud Joannem Baptistam a Terranova anno 1571. in 8. 1576. & 1588. in 4.

De Saporum & Odorum differentiis, causis & affectionibus. Salmanticæ apud heredes Mathiæ Gastii anno 1583. in 8. Venetiisque apud Joannem Ciotum 1592. 8.

De Curandi ratione per medicamenti purgantis exhibitionem lib. III. Salmanticæ apud Cornelium Bonardi 1588. 8.

De Simplicium medicamentorum delectu libri II. qui *Ars Pharmacopea* dici possunt. Ibidem apud Joannem & Andream Renaud 1592. 8.

In CL. *Galeni librum de Differentiis febrium Commentarius.* Salmanticæ apud Gastii heredes 1585. 4. deindeque 1596. 4.

In Libros Prognosticorum Hippocratis Commentaria. Ibidem apud heredes Martini Henrici anno 1578. & anno 1583. in 8.

De Marsis & Psyllis libellum Petro Bravo Petrasitano Zacutus tribuit, quem non dubito Joannem hunc Bravum esse.

De Vini natura opus tribuit quoque ei *Bibliothecæ Hispanæ* auctor.

In Galeni doctrina versatissimum vocat nostrum Zacutus Lusitanus, is cujus nuper meminimus.

IOANNES BRAVO CHAMIZO, Lusitanus, Serpensis, ac doctor medicus Conimbricensis, in hac schola prius anatomicam mox medicam artem subtiliter docuit. Ab eo prodiit:

De medendis corporis malis per manualem operationem .... Nescio an diversum opus sit, quod ei tribui solet, *De vulnerum curatione.*

F. IOANNES BRETON, Babilafontanus, quod oppidum est in diœcesi ecclesiæ Salmanticensis, professione Minimus ex instituto S. Francisci de Paula, censor theologus apud Fidei vindices, scripsit:

Mistica Theulugia y doctrina de la perfeccion Evangelica. Matriti 1614. in 4. Quam Gallice vertit Claudius Bureus, Parisiensis, Antuerpiæ editam 1619. Necnon et:

De la Concepcion de Nuestra Señora. Burgis 1616. si non alius est auctor.

IOANNES BRITO DE LEMOS, Lusitanus, Lusitane edidit:

Abecedario militar. Olisipone anno 1633. in 4.

D. IOANNES BRIZ MARTINEZ, Cæsaraugustanus, in alma hujus magnæ urbis metropolitana Sancti Salvatoris ecclesia portionarius, deinde Benedictina sub regula Canonicus Regularis, præfectusque monasteriorum, cum Deiparæ Virginis de Alao nuncupatæ, tum Sancti Joannis de la Peña in Pyrenæis montibus, scripsit accurate Aragonensis regni origines in eo libro, quem ta-

tali insignem titulo emisit in publicum:

Historia de la fundacion y antiguedades de S. Juan de la Peña y de los Reyes de Sobrarbe, Aragon y Navarra: quinque libris. Cæsaraugustæ 1620. in folio.

Prius ediderat:

Las Exequias funerales del Rey Felipe Primero de Aragon. 1599.

Apologia en defensa de la Explicacion de la Bula de los difuntos de D. Martin Carrillo.

Carta que escribió al Doctor Bartolome Leonardo de Argensola de algunos desengaños para una nueva Historia del reyno de Navarra impresa en Pamplona año de MDCXXVIII. Ea est quam Garsias de Gongora & Torreblanca in lucem emisit.

Fragmenta quoque ex altero hujus opere *pro Cæsaraugustanæ Sancti Salvatoris Ecclesiæ antiquissima & perpetua cathedralitate* (cujus ipse meminit *Historiæ* laudatæ *Pinnatensis* lib. v. cap. xix.) Joannes Arruego, ejusdem portionarius, edidit in libro nuncupato *Cathedra Episcopal de Zaragoza* cap. vi. §. vi. Hunc tamen auctorem in multis arguit, ejus nempe hanc *Historiam*, Vincentius Blasco de Lanuza volum. i. *Historiæ Aragon.* lib. v. cap. viii. & sequentibus, & cap. xi.

F. IOANNES BRU DE LA MADALENA, Dominicanus, Romæ typis edidit:

Excelencias de Santa Maria Madalena. Apud Bartholomæum Bonfadium 1591.

Obras espirituales de diversos en prosa y verso en la fiesta de la Madalena, que se hizo en Roma. Apud Dominicum Bassam 1591. in 8.

Vertit quoque ex Latino Silvestri Prieratis, Dominicani, sacri palatii Apostolici, magistri:

El Coloquio entre Christo y la Madalena. Apud Titum & Paulum de Diana 1588. in 8. Ejusdemne an alterius sit mihi ignotum, Joanni certe a Magdalena tributum:

La Vida de S. Elena madre del Emperador Constantino. 1576. in 8.

IOANNES BUIZA ET LLAMAZARES, in quodam loco dioecesis Astoricensis natus, Canonici juris doctor, ac legum Imperialium professor, archipresbyter de las Matas, & parochialis rector loci del Burgo, scripsit:

Tractatus diversos per quam utiles omnibus præcipue Ecclesiasticis. Pinciæ 1604. apud Joannem de Bustillo in 4. Decem tractatus sunt. Primus *Interpretatio leg. ad instructionem* vii. *Cod. De Sacrosanctis Ecclesiis*, sive de licita contributione ecclesiasticorum ad publica opera. II. *De Privilegiis Clericorum.* III. *De Immunitate Ecclesiarum.* IV. *Monitiones ad Clericos.* V. *Interpretatio Constitut. Pii V. contra Ludum.* VI. *De Peccatis mortalibus.* VII. *De Operibus Misericordiæ.* VIII. *Tractatus ad Deum & Dominum nostrum.* IX. *De merito literarum.* X. *De Synodo annua.*

IOANNES DE BURGOS, auctor refertur opusculi medici seu philosophici, ut videtur inscripti:

De Pupilla oculi. In 8.

IOANNES DE BURGOS, Americanus, ex Angelopolitana urbe (quam vulgus effert La Puebla de los Angeles) Jesuita, rector post alia collegii Mexicani, Sanctæ Inquisitionis ut vocant qualificator, rector cum esset S. Annæ Mexicano collegio misit apud nos edendum opus, ita inscriptum:

Discursos Historiales Panegyricos de las glorias de la Serenisima Reyna de los Angeles en su Sagrada Casa de Loreto, adornos de escritura Sacra, y Santos Padres a la Historia Lauretana, que escrivió el Padre Horacio Turselino. Madriti 1671. in folio apud Josephum Fernandez de Buendia.

IOANNES DE BUSTAMANTE DE LA CAMARA, patriam habuit Complutum, idemque discendi ac docendi gymnasium. Medicinam, cujus studio atque item philosophiæ totius naturalis ardenter incubuit, professus tandem est in hac schola e summo, hoc est primario ut vocant, cathedræ suggestu, quo loco in prima docti cujusque fuit commendatione, insignemque doctrinæ famam collegit. Commentatus est post Levinum Lemnium:

De Animantibus Sacræ Scripturæ: duobus tomis. Compluti 1595. in 4. Et Lugduni apud Antonium Phileote 1620. in 8. Quibus insigne atque eruditissimum bipartitum opus suum *Hierozoikon*, sive *De Animalibus S. Scripturæ*, Samuel Bochartus Rothomagensis superstruxit, memor nostri quibusdam in locis, præcipue lib. vi. posterioris partis, cap. iv. Alius per me sit ejusdem nominis auctor libri cujusdam:

De las ceremonias de la Misa. Conchæ 1622. in 8. Matritique 1655. Item alterius:

Rubricas del Oficio Divino. Matriti anno 1649.

IOANNES DE CABREIRA, Lusitanus, scripsit:

Naufragio da Nao Belem. Olisipone 1636. in 4.

IOANNES CALDEIRA, nescio quis aut unde homo, elucubravit:

In Catonis disticha commentaria: quæ in membranis fuerunt in bibliotheca Olivarienſi.

JOANNES CALDEIRA, Luſitanus, Evorenſis, ſi alius eſt, laudatur a Georgio Cardoſo in ſchedis ſuis ad *Bibliothecam Luſitanam* tanquam auctor medici alicujus operis.

IOANNES CALVO, medicæ artis profeſſor Valentinus, laudabili ad vetuſtatis inſtaurationem exemplo edidit opus, cujus hæc inſcriptio:

Cirurgia de Guido de Cauliaco con la Glosa de Falco, nuevamente corregida y enmendada, muy añadida, y declarados los vocablos obſcuros, que en ella habia, con un Tratado de los ſimples. Valentiæ apud Petrum Patricium anno 1596. folio. Item ex propria penu:

Primera y ſegunda parte de la Cirurgia univerſal y particular del cuerpo humano. Hiſpali anno 1580. in 4. Matriti 1626. folio, apud Didacum Flamenco.

IOANNES CAMACHO, Gaditanus, Jeſuita, Quiti Americæ diu manſit & mortuus eſt, ſcripſitque Latine:

De Vita ſpirituali perfecte inſtituenda compendium ex operibus P. Joannis Alvarez de Paz. Valentiæ 1650. in 4.

Obiit anno MDCLXIIII.

F. IOANNES DE LA CAMARA, Seraphici ordinis, MS. neſcio cujus argumenti, opus reliquit,

Centurias inſcriptum: nihil amplius enim de eo monet Petrus Gonzalez de Mendoza, ex ſodali ejuſdem ordinis præſul Seguntinus, in *Hiſtoria Monaſterii Deiparæ Virginis Salicetanæ*:

IOANNES DE CAMPO Y GALLARDO, abbas S. Mariæ de Burgo oppidi de Alfaro, ſcripſit:

Monarquia perfecta. Lucronii anno 1639. apud Petrum de Mongaſton Fox in 4. ad D. Gundiſalvum Chacon & Velaſco, Calaguritanum epiſcopum, cui a ſecretis fuit.

IOANNES DE CAMPOS, medicus Antiquariæ urbis in Bætica, ſcripſit ut habeo ex relatione quadam:

De Veneno. Superſtes erat MDCLV. fereque quinquagenarius.

F. IOANNES DE CANTAÑAZOR, Matritenſis, ex ordine Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, marchioni Caſtelli Roderici, Regio apud Urbanum VIII. legato, a confeſſionibus, ſcripſit:

De los nombres de los Santos que ſe ponen a los que ſe bautizan. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1629. 4.

De la Inſtabilidad del tiempo, y brevedad de la vida. Romæ 1632. in 4. Credo idem opus eſſe cum *Epicedio in morte Sereniſſimi Caroli Hiſpaniarum Infantis*, cui carus fuit.

IOANNES CANTERO, theologus doctor, profeſſus eſt Compluti philoſophiam in ſchola, Ildephonſini collegii toga cinctus, ediditque:

Commentaria in Porphyrii Iſagogem, & in Categorias Ariſtotelis. Compluti ſumptibus Ioannis de Villanueva 1566. 4.

F. IOANNES CARAMUEL LOBKOWITZ, Laurentio Caramuele, nobili Lutzemburgenſi, & D. Catharina Friſſæa, Lobkowitziæ claræ in Germania domus propagine, Matriti natus eſt XXIII. die Maii anni ſexti ſupra milleſimum & ſexcenteſimum. In pueritiæ annis mathematicarum artium amore ita vehementer exarſit, Joannem Eſronitam, montis Libani archiepiſcopum, præceptorem nactus, ut niſi opportune providiſſet genitor, vix ad altioris gradus diſciplinas animum applicuiſſet. Latine nondum ſciebat cum de planetarum motibus theſes, ex Joannis Sacrobuſti *Sphæra* propugnans, virtutis ſuæ primum fecit ſpecimen. Eas tamen artes, etiam ſublimioribus aliis adhærens, confectatus ſemper magno ſtudio fuit. Grammaticæ, rhetoricæ ac poeticæ ſtudia intra triennii ſpatium confecit, grammaticæ ac poeticæ unum, rhetoricæ duos annos impendens; eamque pangendi carminis facilitatem ſibi paravit ut, Ovidii æmulus, vel una hora centena funderet. Hujus temporis tentamenta ſunt: *Ars Metametrica*, cui ingenioſe admodum prælusit, vocabulorum variis combinationibus ad labyrinthi formam intra menſuram verſus multipliciter excogitatis: *Ars Rhythmica* & *Grammatica* alia, quæ omnia, *Primi Caramuelis Calami* nuncupationem ſortita, provectior ætas non dedignata eſt incudi ſubjicere, ac typis edere. Complutum hinc in academiam veniens ſub Benedicto Sancio, qui Ariſtotelem ibi profitebatur, nunc Puteolanis in Neapolitano regno præeſt epiſcopus, eximiæ probitatis viro, Peripateticis ſubtilitatibus aures & animum ita alacrem præbuit ut, elapſo philoſophiæ curriculo, e centum ſeptuaginta duorum numero, quorum ſingulis ſcholaſtico ut vocant bachalauri titulo jam donandis hoc erat in honeſtiſſimis votis, rite examinatos primo ac præcipuo ad honorem cum

eum loco ante alios accipi & publicari, quod ad capessendas impigre disciplinas acrem stimulum academiæ leges paratum habent, ceteris omnibus præferri meruerit. Hac tamen ei victoria functo sublimior pietatis amor studiumque fortiter injecit manus, adegitque ad monachorum Cistercienfium præ aliis castra, quorum sodalibus, viris in ea schola clarissimis, Dionysio & Athanasio Cuchis, Chrysostomo Cabero & aliis, familiariter utebatur. In monasterio Spinæ sacramento dicto religiosæ professionis, philosophiæque iterum data opera in alio Montisramorum, Salmanticam ad discendam theologiam fuit missus, ubi sub Angelo Manrriquio, primario hujus scientiæ professore, & aliis doctissimis viris merens, giganteis passibus ad ejus studii culmen properare, statimque aliquid promittere cœpit, quod omnium in se ora hominum aliquando esset conversurum. Nihil enim e trivio ei placere, nihil a præjudicio commendari, sed mira ingenii vi ac perspicacia exerta jam & exercita in mathematum subtilitatibus (quod Aristoteli, Platoni & summis quibusque Græcorum philosophis necessarium prorsus fuit visum) ad scientiarum omnium promovendum circulum studia dirigere, artibus conciliare, & quasi maritare artes, naturæ in omnibus respectum habere, nihilque a viro philosopho ac theologo alienum peregrinumve existimare. Hinc iterum Compluto redditus per triennium sodales theologiam docuit, atque studiorum domesticorum præfectus fuit. Hispaniensis autem professionis cursum abrumpere habuit opus ex quo eum Melrosensem abbatem & comitem in Belgio creatum, atque insuper generalem per Angliam, Scotiam & Hiberniam vicarium dictum eo direxerunt primores ordinis, ut Lovaniensis academiæ theatro haud imparem Cisterciensi nomini professorem theologiæ sisterent. Quas quidem is egregie partes gessit sodalium collegio præfectus datus, & in gymnasium ipsum ac doctorum theologorum album admissus, disputationibus ejus solemnibus, quas pro adquirendo sibi hoc loco habuit, effusissimo omnium ordinum plausu ad invidiam usque aliorum exceptis. Non diu post cum Liberto Fromondo, ecclesiæ S. Petri Lovaniensis decano, de tute amplexanda opinionum probabilitate disputavit, Corneliique Jansenii *Augustino*, per eos dies publicato, aut primus aut e primis unus non assurrexit, jureque id præ se nomen ferre hunc librum constanter negavit. Variis item scriptis ibi manens perrexit de religione ac de re publica bene mereri, propugnato circa annum MDXLIX. Philippi II. Catholici Regis jure successionis in Portugalliæ regnum, instante ad id Emmanuele, Antonii filio, Ludovici Infantis nepote, ut quo posset modo e Lusitanis quosdam, rerum novarum cupidos, & jam tunc aliquid adversus quietem publicam animo concipientes, quasi aliud agens, admoneret officii sui, hoc est radices rebellionis succenderet. Dabat interim Evangelicis concionibus Latinis operam Hispanisve, tam in Regia Bruxellensi coram serenissimo Ferdinando Hispaniarum Infante ac Belgii gubernatore, quam Antuerpiæ, Brugis, Gandavi, atque in Lovanio ipso Belgis gratissimus, qui non parum delectantur in istiusmodi actionibus Hispanorum acumine. Sed cum promotus fuisset a Philippo IV. Rege ad S. Disibodi, vulgo Dissemburgensem abbatiam in Palatinatu, eo iter direxit, Coloniæque visitavit Fabium Chisium, sedis Apostolicæ ad cœtum Catholicorum principum, qui pro pace Europæ sancienda ea in urbe convenerant, nuntium, ejusdemque sedis postea moderatorem, cui carus in paucis erat, atque in seriis admodum rebus per literarum vices expertus: Jacobo item Merlo, Hostio pastori in Pasculo, viro sanctissimo, qui S. Bernardi opera recognovit & notis illustravit, vale in ea urbe dixit. Dissemburgum veniens nil quidem antiquius habuit quam ut perpurgaret monasterii ditionem hæresum radicatis ibi seminibus, pristinæque sanitati quoad posset restitueret. Notus indidem & commendatus Anselmo Casimiro, Moguntino præsuli, S. R. I. electori, ab eo honorifice invitatus est ad suffragandum sibi in pontificalis officii munere, quod præstitit assumpto titulo Missiensis episcopi (ut in more est Christianæ ecclesiæ) titulo tenus. Hinc vero mutatis in Palatinatu rebus, exulem hujus provinciæ vocavit ad se Ferdinandus Tertius Augustus, eumque non solum præfecit Monserratensibus duobus Benedictinorum monasteriis, Viennensi & Pragensi, quod sine aliqua professionis mutatione pervicit Caramuel fieri posse, ac sæpe factum esse, sed & annua largaque pensione liberaliter admodum exhibuit. Hic dum agit, pro pace necessario Germaniæ data, prudenterque eligendo altero, quod minus esset, malo ex naturæ ac religionis etiam præscripto, nervose atque erudite disputavit. Assumptus etiam ab Ernesto cardinali de Harrach, Pragensi archiepiscopo, in vicarium fuit generalem, & in præcipua quadam existimatione virtutis atque doctrinæ habitus. Praga interim ab Suecis obsessa ductor ecclesiasticorum Caramuel fortissime adimplevit militis ac ducis partes, adeo ut remuneraturus Cæsar liberatæ urbis auctores, aureis tribus torquibus Rudolphum Coloredum

dum Tridentinum, Innocentium de Comitibus Romanum, armorum præfectos, cumque iis Caramuelem, ex monacho strenuum pro lege ac Rege militem, ornaverit. Eadem olim virtute animi architecturæque militaris peritia Lovanium ab Hollandorum Gallorumque impressione pro virili sua defenderat, Frankendaliumque in Palatinatu a Suecorum armorum procul habuerat metu, dum D. Bernardinus comes de Rebolledo custodiæ urbis, noster autem fabricæ ac munimentis præesset bellicis. Partæ inde a Westphalis congressibus Germanæ pacis otium Bohemorum impendit saluti, data ei a Cæsare & cardinali cura provinciæ ab ignoratione veri potiusquam a professione falsi ritus purgandæ. Laborant quippe hoc plerumque malo Germaniæ populi, vix scientes cui sectæ aut quare nomen dederint. Quod ex consilio doctissimorum aliorum hominum, quos penes se huic rei Cæsareo jussu destinatos habebat, felicissime fuit exequutus, hæreticorum plusquam triginta millibus ad castra ecclesiæ reductis, reliquisque acatholicis vix comparere audentibus, cujus rei literis testimonialibus sibi ab Harrachio cardinali datis, & sub initium *Theologiæ* suæ *præterintentionalis* editis, Catholicum orbem certiorem reddere noster voluit. Reginohradensem item in Bohemia episcopatum accepit. Innocentio interim Papæ demortuo cum Alexander VII. subrogatus esset, veteris amici in magna etiam fortuna adhuc memor, suasit eum per Harrachium, cardinalem tum Romæ hærentem, ut in Urbem se conferret, in maximam quamque spem erectus. Venit ille, atque humanissimi principis deosculatus pedes singularis benevolentiæ in magnam aliquam beneficentiæ significationem, brevi proruptura indicia clarissima, lætus excepit. Contentam vero expectationem omnium paulo post vidit in Campaniensis Neapolitani regni ecclesiæ tenui admodum præfectura sibi oblata, quam cum ampla & lautissima Germana re haud facile commutaturus alius fuisset, cui non esset Caramuelis temperantia modestiaque. In hoc secessu jam duodecim integris annis latet, die noctuque chartis invigilans, per quatuordecim sedecimve horas quotidie adhærens libris, parcus, sorte sua contentus, nisi quod ægerrime dolet abundantissimos vigiliarum suarum fructus præ angustia familiaris rei lente admodum in lucem erumpere. Latet inquam, nec tamen obscurus, calamo enim per ora hominum & Europæ omnes plagas viri nomen pervolat; quem non solum doctrina exquisita, varia, multiplex in omni fere disciplinarum genere, pervicax ferreaque ad studiorum contentionem natura, sublime, acerrimum, versatile ingenium, atque omnium quæ insuderis capax, memoriaque singularis, sed & modestissima humanitas, suavissimi atque incorrupti mores, tenorque vitæ ad instituti normam semper exactus, hac nostra ætate splendidissimis literariæ reipublicæ atque ecclesiasticæ luminibus æqualem, ac sublimioribus quibuscumque hierarchiæ sacræ honoribus parem, constituunt. Quem quidem Erycius Puteanus alicubi appellare *virum* non dubitavit, *sive ingenium, sive doctrinam, sive eloquentiam spectemus, magnum, eximium ac plane divinum.* Abstineo nunc aliorum elogiis ut veniam ad opera, quæ sunt plurima, & immenso labore concepta, quorum ne quidem quarta pars in lucem prodiit. Manent alia in scriniis, quæ aut expensæ copiam, aut postremam auctoris expectant manum. Librorum editorum seriem dabimus ex catalogo, quem ipse confecit, & sub *Rhythmicæ* initium evulgari curavit, ordine aliquantulum immutato.

Latina hæc sunt grammatici argumenti:

Steganographia: sive in ejusdem tituli opus Joannis Trithemii abbatis commentaria. Bruxellis apud Adrianum Merbek.

Primus Calamus. Hujus tria parabat volumina, primum comprehensurum: *Artem Grammaticam linguarum Latinæ, Græcæ, Hispanæ, Hebrææ, Græco-latinæ, Syriacam, Hispano-Arabicam, Megriliensem, Sinensem* &c. nova methodo traditam & ad summam facilitatem redactam; at hujus tomi ea tantum pars, quæ Latinam docet, Romæ prodiit apud Fabium de Falco in folio, reliquæ typographum idoneum expectant.

Calami ejusdem secundus tomus, *Rhythmica* appellatus. Sanctangelii, qui locus est Campaniensis diœcesis, e domo auctoris prodiit 1665. in fol. ac duplo auctior Campaniæ 1668. Considerat is quantitatem discretam, & exhibet numerorum ideas, quæ in omni idiomate locum habere possunt.

Calami tertius tomus, *Metametrica* dictus. Romæ apud Fabium de Falco 1663. in folio. Agit de syllabarum quantitate continua, & pronuntiationis duratione, quæ ipsa ex variis procurrentium, recurrentium, volantium & labentium versuum motibus ingeniosos labyrinthos concinnat.

Cabalæ Grammaticæ specimen. Bruxellis anno 1642. in 12.

Grammatica audax: pro juvandis grammaticis, qui ad scholam transeunt philosophicam, docens exempla hujus artis ex grammaticis mutuare. Francofurti aqud Schonweterum anno 1651. in folio. Ea tamen quadruplo auctior est apud auctorem.

Dialectici autem, & philosophici:

Ap-

Apparatus Philosophicus. Francofurti apud eumdem Schonweterum anno 1652. in folio. Coloniæque 1665. folio. De omnibus scientiis & artibus breviter disputat.

Philosophia rationalis (Theologiam nuncupavit per errorem typographus). Francofurti apud eumdem anno 1665. in folio.

Herculis Logici labores tres. Francofurti iisdem typis 1651. in folio.

Metalogica. Ibidem eodem anno in folio.

Severa argumentandi methodus. Duaci anno 1643. 4. Lovanii 1644. apud Everardum de Wite in folio. Francofurti apud Schonweterum 1651. folio.

Philosophia. Lovanii apud Everardum de Wite anno 1648. in folio. Quadruplo autem auctior penes auctorem.

Pandoxium Physico-ethicum : cujus tomi tres esse debent. Primus, qui *Logicam realiter & moraliter examinat*, prodiit Campaniæ e domo auctoris anno 1668. in folio; alii duo latent, de quibus deinde mentio fiet.

Mathematici:

Cœlestes Metamorphoses : sive circulares planetarum theoricæ in alias formas transfiguratæ. Bruxellis apud Meerbeckium anno 1639. in 8.

De novem Syderibus circa Jovem visis. Lovanii apud Bovetium anno 1643. in 12.

Mathesis audax. Lovanii apud eumdem anno 1642. 4. semel atque iterum eodem anno. Graviores hæc difficultates, quæ in logica, physica & theologia controvertuntur, arithmetice & geometrice per numeros & lineas decidit.

Sublimium ingeniorum Crux : sive de lapsu gravium. Lovanii apud eumdem Bovetium 1642. 4.

Solis & artis adulteria : sive de horologiis. Ibidem iisdem typis 1643. folio.

De Perpendiculorum inconstantia. Ibidem apud eumdem Bovetium anno 1643.

Ut, Re, Mi, Fa, Sol, La, Ri, Nova Musica. Viennæ apud Cosmerovium anno 1645. in 4.

Cursus Mathematicus : quatuor tomis constans. Primus est : *Mathesis vetus novis operationum compendiis & demonstrationibus dilucidata* : quæ arithmeticam, algebram de abstracta proportionalitate, quæstiones enarithmicas, geometriam, geodesiam, geographiam, centroscopiam, orometriam, hydrographiam, hissisiodromicam, hypothalatticam, necticam, nauticam terrestrem, potamographiam, hydraulicam, ærographiam, anemometriam, preticam, nauticam æheream, sciographiam &c. exhibet, & speculationibus variis exornat.

Secundus : *Mathesis nova, veterum inventis confirmata* : logarithmicam, combinatoriam, aleatoriam, trigonometriam, diabeticam, mechanicam, pedarsicam, staticam, hydrostaticam, meteorologiam &c. dilucidat. Accessit : *Interim Astronomicum*, primum per circulares, deinde per oscillatorias, demum per rectas lineas planetas universos deducens.

Tertius : *Mathesis Architectonica* : exponit plurimas artes practicas, sed præcipue architecturam civilem (rectam, obliquam) columnariam, bellicam, artemque militarem, horographiam, quæ fabricat automata, & solaria horologia, necnon & musicam. Prodiit hæc Hispana lingua cum hoc lemmate : *Arquitectura civil recta y obliqua considerada y dibuxada en el Templo de Gerusalem*: duobus tomis. Viglevani in domo auctoris 1678. in folio.

Tomus quartus, seu, *Mathesis Astronomica in Physicæ Tribunali damnata.* Organa hæc plurima, eaque securissima apparat, ut astris præparentur insidiæ; de mundi systemate disputat, terram quiescere ostendit, oculum deinde ad singulos planetas transfert, Tychonis progymnasmata discutit; hodiernæ vigilias expendit; & tandem planetarum theoricas per mathesim promovere desperans ad physicas causas recurrit.

Theologici argumenti sunt sequentia:

Encylopœdia Concionatoria : conceptus scilicet morales, quibus aut Evangelia, aut Sanctorum virtutes celebrantur & dilucidantur. Pragæ anno 1649. 4. Sanctangelii anno 1664. folio.

Maria, liber. De laudibus Virginis Matris. Pragæ apud Scyparzium anno 1647. in 4. Et Sanctangelii typis episcopalibus anno 1664. in folio.

Musæum Mortis, sive de præparatione ad eam. Bruxellis apud Meerbeckium anno 1638. 3.

Bernardus triumphans. De Petri Abailardi & Gilberti Porretanii doctrina differit, & multas quæstiones difficiles & obscuras expendit. Lovanii apud Everardum de Wite anno 1639. 4.

Cabalæ Theologiæ excidium : sive contra cabalistas Rabbinos, qui ne unum quidem de Deo verbum in sacris Bibliis contineri somniarunt, una cum *Commentario Angelici Doctoris contra Gentes*, quem Josephus Ciantes, præsul Marsicanus, Hebraicum ex Latino dedit, apud Varesium anno 1656.

Theologia Moralis. Lovanii apud Sangresium anno 1643. fol. Plurimum autem hæc etiam crevit.

Theologia Regularis SS. Benedicti, Augustini, Francisci Regulas commentariis dilucidans. Brugis apud Breygelium anno 1638. in

in fol. Francofurti apud Schonwetterum 1644. in 4. Venetiis apud Hartzium anno 1651. in 4. Duplo autem auctior tandem Lugduni sumptibus Laurentii Anison 1665. folio.

Theologiæ Regularis alter tomus *varias epistolas* exhibet, in quibus dilucidantur gravissimæ circa eam difficultates. Lugduni iisdem typis Anison anno 1665. folio.

Theologia fundamentalis. Francofurti apud Schonweterum anno 1651. 4. Scilicet hæc multis datis positionibus, quæ assertæ placita juniorum theologorum evertunt, quæ negatæ in primas philosophiæ veritates impingunt, doctiorum mentes explorare voluit, ut vel rejiciantur priores, vel admittantur posteriores. At ejusdem operis aliæ editiones subsequentes, scilicet Romana apud Ignatium de Lazaris anno 1657. Lugdunensisque ejusdem anni apud Anison in folio, difficultates in prima illa editione propositas, quatenus potis est, resolvunt.

Theologia intentionalis. Lugduni sumptibus Borde & Arnaud 1664. folio.

Theologia præterintentionalis. Ibidem iisdem sumptibus in folio.

Apologema pro doctrina de probabilitate. Lugduni sumptibus Laurentii Anison anno 1663. in 4.

Scholion elimatum ad Regulam Sancti Benedicti, libellum S. Bernardi *De Præcepto & dispensatione* dilucidans: in quo demonstratur sanctum hunc Doctorem opiniones benignas semper elegisse. Lovanii apud Everardum de Wite anno 1641. Francofurti apud Schonweterum 1644. Venetiis apud Hartzium 1651. Santangelii in typographia episcopali anno 1665. semper in 4.

Juridica, sive Civilis sive Canonici argumenti, hæc, aut Juridico-historica:

Hierarchia ecclesiastica : De Summi Pontificis, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Sacerdotum, Diaconorum, Hypodiaconorum, Clericorumque inferiorum ordinum electione, promotione, necessitate & honestate. Pragæ apud Urbanum Balthasarem Goliaschium anno 1653. folio.

Philippus Prudens Lusitaniæ, Algarbiæ, Indiæ, Brasiliæ &c. legitimus Rex demonstratus. Antuerpiæ apud Balthasarem Moretum 1638. in folio. In quo opere valde adjutus fuit ab excellentissimi Principis D. Emmanuelis a Portugallia supra laudati schedis omnis generis MSS. quas curiose collegerat, & ab Antonio parente habuerat, cui Emmanueli adeo carus fuit noster ut heres ab eo moriente sit nuncupatus omnis chartariæ hujus suppellectilis manu exaratæ.

Motivum Juris de Eminentissimi Cardinalis Richelii ad Cistercienſem Generalatum promotione & electione irrita. Antuerpiæ apud Volscantium anno 1643. in 4.

Sacri Romani Imperii Pax licita demonstrata. Viennæ apud Cosmerovium anno 1649. in folio.

Libra de Præcedentia : pro Cisterciensibus contra Aoracenses. Lovanii apud Bovetium anno 1643. 4.

Historica, sacra aut profana:

Benedictus Christiformis : sive S. Benedicti vita iconibus in ære incisis, carminibus & conceptibus moralibus exornata. Pragæ in folio regali 1648.

Dominicus, sive, *Historia Ven. P. Dominici a Jesu Maria Carmelitani excalceati* : monitis asceticis & politicis exornata. Viennæ apud Cosmerovium 1654. folio.

Boetius: sive ejus vita moralibus monitis exornata. Pragæ apud Scypartium an. 1647.

Excellentissima Domus de Mello. Lovanii apud Everardum de Wite 1643. in folio regali cum imaginibus æri incisis.

Omnia hæc Latine, quædam & Hispane loquuntur, nempe:

Psalmos Confesionales. Bruxellis apud Hadrianum Meerbeck anno 1638. in 12.

Declaracion mystica de las armas de España. Iisdem typis anno 1639. folio.

Respuesta al manifiesto del Reyno de Portugal. Antuerpiæ apud Balthasarem Moretum anno 1642. 4. Et iterum Sanctangelii in typographia episcopali anno 1664. 4. Hunc librum Latine reddidit Leander Bandtius, Caramuelis discipulus, atque ita inscriptum *Joannes Brigantinus Lusitaniæ, Algarbiæ, Indiæ, & Brasileæ illegitimus Rex demonstratus*, dedit in lucem. Lovanii apud Everardum de Wite 1643. 4.

Inedita perfecta, affecta, quatuor integras arcas implere a Caramuele ipso sæpe audivimus. Quorumdam ex iis ipse recordatur in laudato operum catalogo, scilicet Hispane concepta hæc sunt:

Conceptos Evangelicos : sive conciones plures de tempore ac de Sanctis, variis in locis a se habitæ.

Arte militar. Franckendaliæ in Palatinatu scripta.

La Excelentisima Casa de Ligne.

Lamorarldo : sive de Lamoralli Principis de Ligne legationibus.

Hispano stemma : sive interpretatio libri Hispani, quem laudavimus, *Declaracion mystica de las armas de España*, pluribus adjunctis quæ in Hispano opere desiderantur.

Pandoxii Physico Ethici tomus secundus: qui philosophiam, jurisprudentiam, astronomiam, medicinam &c. realiter & moraliter discutit.

Pan-

Pandoxii ejusdem tomus tertius: qui theologiam analogia servata realiter & moraliter exhibet. Duo hæc volumina cum primo illo jam antea edito, seu *Pandoxium Physico ethicum* integrum, Lugdunensibus typis prodibit brevi.

Officii divini Encyclopædia: in commendationem doctrinæ Breviarii ecclesiastici, quo, attente lecto, physicam, logicam, theologiam addiscere quisque poterit.

Theologiæ Regularis tomus III.

Expostulatio de Probabilitate ad Areopagum Romanum.

De aliis nos ipse, cum Romæ nunc sit, reddidit certiores, nempe philosophica mathematica:

Cursus philosophici duorum hactenus voluminum evulgavit materiam, quatuor quippe editurus. *Philosophiam rationalem* Francofurti editam primo; secundo autem destinat *Metalogicam*, atque *Herculis Logici labores; Philosophiam* hactenus ineditam, eamque singularem, & ab aliorum omnium conclusionibus magna ex parte discedentem comprehensurus tertio est; uti *Physicam* quarto & ultimo volumine, cui præmittet syntagma illud *Plantarum, animantium & hominum vita vegetativa Sol*, jam formis editum.

Uranometria. In hoc opere omnes vias a veteribus initas erroneas, aut saltem suspectas ostendit; & ne parallaxes, etsi infallibiles speculative, ab hac censura eximit, quoniam in luna pluribus periculis subjecta est praxis; demonstrat inde Tichonem somniasse illa omnia, quæ de Solis & Martis parallaxibus commentus fuit. Quamobrem a veterum & juniorum recedens methodo per lucem & umbram se subrigit, ut planetarum intervalla metiatur.

Astronomia instaurata: demostrat esse falsas veterum has conclusiones, *Planetarum orbitæ sunt circulares; æqualibus temporibus in sua singuli orbita æquales arcus conficiunt; causæ & rationes motuum sunt mathematicæ* &c. imo nec circulares, nec elypticas, sed orales figuras in spatio eas describere affirmat, aliquando intensius, aliquando remissius, sed debitis in locis propelli, & in suo motu a physicis causis dependere.

Tribunal Dedali, præmisit ac demonstrat leges Ἀρχιτεκτονικῆς; & postquam præclara aliqua templi, monasterii & palatii Regii Escurialensis laudavit, ex profunda eorum speculatione, atque elucidavit opera, pleraque alia totius Europæ, ac Romæ præsertim, in examen vocat, censorioque lustrat oculo.

Ars militaris: multa comprehendit, quæ a ducibus & architectis prorsus ignorantur. Mathematica hæc omnia typis jam committit.

Theologica autem sunt:

Hæresis Janseniana: adversus novatores hujus temporis.

Alcorani impugnatio: argumentis ab absurdo & impossibili formatis, ostendit auctorem Alcorani, quem Deum vocat Mahometus, ignarissimum fuisse, imperitum historiæ, arithmeticæ, geometriæ atque astronomiæ nescium, totque ac tam evidentes errores admisisse ut impossibile sit Averroem, Albumazarem & alios mathematicos Arabes illi serio adhæsisse. Meminit auctor in quadam epistola ad Antonium Maiers Caramuelem, quæ LI. est inter eas quæ editæ sunt in altera parte *Theologiæ Regularis.*

Caramuelis Deus: quæstiones Sancti Thomæ, quæ in prima parte de Deo agunt, exponit ac dilucidat.

Opinio probabilis: liber ab *Apologemate* & *Expostulatione* distinctus, omnia radicitus examinans, quæ quæstionem concernunt, præcipueque an dentur probabiliores aut minus probabiles opiniones; hac enim distinctione proscripta multæ ac molestissimæ controversiæ cessabunt.

Apostolus: specialis est liber, in quo S. Pauli epistolæ commentariis criticis ac theologicis elucidantur. Sunt & alia similia opuscula, quæ aut seorsim edi poterunt, aut *Apostolo* adjungi.

Denatus fuit..... Septemb. MDCLXXXII. septuagesimo septimo ætatis.

IOANNES DE CARDENAS, medicus ut par est credere, scripsit:

Problemas y secretos de las Indias. Anno 1591. in 8.

Del Chocolate, que provechos haga, y si es bebida saludable, o no. Mexici anno 1609. Utriusque operis auctor eodem nomine appellatur, ideo hæc duo eidem adjudicavimus.

IOANNES DE CARDENAS, Hispalensis, e Societate Jesu, rector collegii Marcienensis, vir acutus, doctus & prudens, modeste ac dilucide examinavit Joannis Caramuelis, Campaniæ & Satriani episcopi, viri clarissimi, opiniones in eo volumine, quod nuper ediderunt Lugdunenses typographi Laurentius Arnaud & Petrus Borde, hoc titulo insignitum:

Crisis Theologica bipartita, sive Disputationes selectæ ex Theologia morali, in quibus pro votis Illustrissimi D. D. Joannis Caramuelis, utque operi ejus interrogatorio respondeatur, quamplurimæ ejus opiniones & argumentationes ad præfatam crisim vocantur; prima pars; 1670. in folio.

Edidisse se ait in hoc opere ante septem an-

annos, quod non vidimus, in laudem Mariæ Virginis ut videtur:

Geminum Sydus Mariani diadematis. Sed editionis ut videtur repetitæ anni 1663. Lugdunensis in 8. mentio fit in catalogis.

IOANNES DE CARDONA, de Christi Jesu amore ad Potentianam Mendoziam scripsit hujus tituli librum:

Notable de Amor. MS. in 4. vidit Tamajus.

F. IOANNES CARDOSO, Lusitanus, Portalegrensis, fratrum Minorum sodalis in provincia Algarbiorum, Olisiponensibus religionis vindicibus a censuræ officio, triumque Militarium Portugalliæ ordinum Regius uti vocant examinator, edidit vulgari gentis lingua:

Jornada da alma Libertada, guiada no arriscado e tempestuoso mar do mundo por Christo Piloto divino: ad pf. CXIII. Ulisipone per Gerardum a Vinea 1626. 4.

Ruth peregrina, seus sucesos, e boaventura moralizada sobre a letra do sagrado texto. Ulisipone anno 1628. 4.

Plures alios libros hunc scripsisse, sacri argumenti omnes, scio a Georgio Cardoso, *Agiologii Lusitani* auctore, qui refert exuisse eum postea Minorum habitum, & in clericorum sæcularium statu remansisse.

IOANNES DE CARMONA, medicus ac philosophus Hispalensis, qui jam in Ellerena urbe munus perpetui decurionis, medicique Apostolicorum hæreticæ pravitatis inquisitorum gesserat, publicavit:

Tractatum, an astrologia sit medicis necessaria: cujus quidem quæstionis inficialem ipse partem sequitur. Item:

Praxim utilissimam, ac ad curandam, cognoscendamque pestilentiam apprime necessariam: sive de Peste & febribus cum puncticulis vulgo Tabardillo, adversus Joannem Fragosum, qui negaverat pestilentes esse hujusmodi febres. Hispali anno 1590. in 8. apud Franciscum Perez, quæ quidem secunda editio est.

IOANNES CARO, Latina forma dictus CARUS, scripsit quædam:

De las Aves del Nuevo Mundo. Ejus mentionem facit Gilbertus Longolius in *Dialogo suo de Avibus*: eumque reprehendit quod mendax sit & barbarus in avium descriptione. Hæc *Bibliothecæ Gesnerianæ Epitome*, unde hausit Antonius Leonius in *Bibliotheca Indica.*

IOANNES CAROLUS, medicus doctor, edidit:

Guitarra Española de cinco ordenes. Ilerdæ anno 1626.

IOANNES CAROLUS AMATUS, (vulgo AMAT) Catalanus, Monistrolensis, doctor medicus Montisserrati, ex academiæ Valentinæ magistris exceptos medicinæ flores dedit in lucem, inscribens:

Fructus medicinæ ex variis Galeni locis decerpti. Lugduni apud Ludovicum Prost 1623. in 12.

F. IOANNES CARRILLO, Cæsaraugustanus, ordinis Minorum, Martini abbatis Mont-Aragonis, qui & ipse scriptis celebratur, germanus frater, provinciæ Aragonensis bis præfectus, monialium ordinis Excalceatarum Matritensium, in hisque serenissimæ Margaritæ Austriacæ, confessionibus aures præbuit, in hujus muneris gestione vivis exemptus. Ad diutinam theologiæ professionem sacræ pangendæ historiæ curam gessit, uti hæc ostendunt ab eo edita:

Primera y segunda parte de la historia de la Tercera orden de nuestro Seraphico Padre S. Francisco; con la historia del milagroso aparecimiento de la Imagen de Nuestra Señora del Monte Santo. Pars prior edita est Cæsaraugustæ anno 1610. in 4. posterior autem 1613. 4.

La Historia de Santa Isabel Infanta de Aragon y Reyna de Portugal. Cæsaraugustæ apud Joannem Lanaja anno 1615. 4.

Relacion Historica de la Real fundacion del monasterio de las descalzas de Santa Clara de Madrid, de las vidas de la Princesa de Portugal Doña Juana de Austria su fundadora y de la Emperatriz Maria su hermana con un breve tratado de CXV. Santos de la Casa de Austria y sus elogios. Matriti 1616. 4.

IOANNES DE CARRION PARDO, scripsit cum militarem forte vitam ageret:

Arte militar. Olisipone 1595.

F. IOANNES DE CARTHAGENA, ex Societatis Jesu presbytero nomen suum inter Franciscanos Regularis observantiæ professus e provincia Conceptionis, unde ei religiosi natales, superiorum nutu se Romam contulit, longe a patria, & in conspectu totius ecclesiæ ac doctissimæ gentis, cui eximia quæque doctrinæ & artis in pretio sunt, in prima eruditionis judiciique commendatione ponendus. Quo nempe diutino theologiæ professore S. Petri Montisaurei cœnobium Transtiberinum, ubi commorabatur, auditoribus solito frequentius usque ad hunc diem gloriatur. Paulo item Papæ

pæ V. carus fuit magnopere, gravibus & ſapientibus ejus reſponſis, doctrinæque ſæpius expertæ ac reſpondentis gratiæ atque laudi obnoxio. Neapolim aliquando accedens ita ſibi Petrum Gironium, Urſaonis ducem, illius temporis proregem, grata compede obvinxit ut (ſi Joannis Baptiſtæ Lauri *Orcheſtræ* velimus credere) uter alteri eſſet carior venerabiliorque non plane diſpiceres. *Fovemus*, infit ipſe Laurus, *nos libros ejus alieniſſimo illic* (Neapoli) *tempore defuncti, quondam in Divi Petri ad Montemaureum voce & calamo Chriſtiane rhetorizantis.* Scripſit namque:

Propugnaculum Catholicum, de Jure Belli Romani Pontificis adverſus Eccleſiæ jura violantes lib. IV. Ad Paulum V. P. M. ſuper tumultibus Venetis. Romæ 1609. 8.

Pro Eccleſiaſtica libertate & poteſtate tuenda adverſus injuſtas Venetorum leges &c. tomum I. in novem libros diviſum, ad eumdem Pontificem. Romæ ex officina Stephani Paulini 1607. 4.

Diſputationes in univerſa Chriſtianæ Religionis arcana. Romæ apud Alphonſum Ciaconem anno 1609.

Praxim orationis mentalis. Venetiis anno 1618. Coloniæ 1618. in 12.

Selectarum Diſputationum in quartum librum Sententiarum tomum primum: in quo *de Sacramentis in genere, ac de inſtrumentali eorum efficacia diſerte* (ut Wadingus ait) *& copioſe pertractatur*: ad eumdem Pontificem. Venetiis eodem anno.

De Religionis Chriſtianæ arcanis Homilias ſacras cum Catholicas, tum morales: tribus tomis. Seorſim alibi, tandem Antuerpiæ ſimul editis apud Kerbergium anno 1622. in folio.

De Antiquitate ordinis Carmelitarum. Hunc nondum vidimus typis commiſſum; at ſcimus iterum atque iterum Hiſpano ſermone donatum, ſemel ab Emmanuele Romano cum elucidationibus atque additionibus, ſecundoque ab Hieronymo Pancorvo, Ciennenſi, ejuſdem inſtituti Carmelitarum ſodalibus. Ineditum manſit, Waddingo atteſtante,

Homiliarum de Statu Pontificio & Cardinalatio volumen unum. Item *Diſputatio* inſignis *contra latentem uſuram*: ad Paulum V. P. M. Incipit: *Ad interrogationem* &c. teſte Haroldo in *additionibus ad Scriptores Minorum Waddingi.*

Abiit auctor Neapoli ad piorum ſedes e domo Sanctæ Mariæ Novæ anno MDCXVII. in ſacello Sancti Jacobi de Marca ſepultura donatus.

IOANNES DE CARVALHO, Luſitanus, ex oppido Regali, in univerſitate Conimbricenſi ad S. Petri collegium ſodalis, edidit, cum eſſet profeſſor juris Canonici Conimbricæ:

Novum & methodicum tractatum de una & altera quarta legitima, Falcidia, & Trebollianica, earumque imputatione, ad Cap. Rainaldus de Teſtamentis. Conimbricæ apud Nicolaum Carvalho 1631. in folio.

IOANNES CARVALHO, Luſitanus, Guimaranenſis, varia moraliter, & Chriſtianam pietatem promoventia in lucem edidit, partim Luſitana, partim Caſtellæ lingua. Oliſipone apud Petrum Craesbeck:

Manual de Oracões.

Oratorio eſpiritual.

Relicario precioſo, ſive, *Devocionario.* Caſtellane.

Exercicio de humildes.

Horas da Cruz de Chriſto e aparelho para morrer.

Perla precioſa de aviſos e conſelhos eſpirituais.

Confeſionario eſpiritual tirado das obras de Fr. Luis de Granada.

Coroã e excelencias de S. Antonio.

Semana de Noſa Senhora e Teſouro de ſuas excelencias.

A Perfeita Religioſa.

Confeſionario geral, e ſocorro da memoria.

O eſtado dos caſados e como ſe han de crear os filhos.

Excelencia e louuores de ..... Oliſipone 1615. Cardoſus.

IOANNES CARVALHO, Luſitanus, Guimaranenſis, edidit:

Varios Hymnos ſpirituais. Cardoſus.

IOANNES CARVALHO MARTINEZ, Luſitanus, ſcripſit:

Relaçaõ da perda da nao Conceiçaõ, ſive, de naufragio navis a Conceptione appellatæ relationem. Oliſipone 1627. in 4.

IOANNES CASCAON, Luſitanus, Regius chronographus, ſcripſit vernacule:

A Jornada a Ebora do Rey D. Manoel. MS.

F. IOANNES DE CASTAÑIZA, Benedictinus monachus ex monaſterio antiquiſſimo S. Salvatoris de Oña Veteris Caſtellæ, inſignis vir ſuos inter ſodales pietate ac literis, quarum commendatione cum ordinis ſui, hoc eſt, Hiſpanæ congregationis, concionator ut vocant generalis, deindeque & Regius Philippi II. eccleſiaſtes, tum etiam cenſor theologus apud Apoſtolicos Fidei judices, qui in ſupremo ſenatu ſedent, creari

ri dignus apparuit. Extare ab eo hæc opera novimus:

De la Perfeccion de la vida Christiana. Quod opus vernacule apud nos editum Latine transtulit Jodocus Lorechius, Parisiisque edidit apud Petrum de Bresche anno 1644. in 8. Recusum postea Francofurti, cum titulo *Pugnæ Spiritualis*, sive, *de perfectione*, anno 1662. Alii ut lego in Italicam & Germanicam linguam verterunt.

La vida de S. Benito, que S. Gregorio Magno dexó escrita en Latin, traducida en vulgar con las vidas de sus dos dicipulos S. Mauro y S. Placido. Salmanticæ 1583. 8.

Aprobacion de la Regla y Orden de S. Benito en algunos Concilios, lugares del Derecho, y Letras Apostolicas; con un Catalogo de Principes y Doctores Ortodoxos y Santos, que han florecido en ella en todo genero de virtudes y ciencia. Salmanticæ apud Lucam Juntam anno 1583. in 8.

Historia de S. Romualdo Padre y Fundador del orden Camaldulense, que es una idea y forma perfecta de la vida solitaria. Matriti anno 1597. in 4. Hanc in Italicum convertit Timotheus a Balneo, atque edidit Venetiis apud Dominicum Imbertum 1605. 4.

Batalla Espiritual. Hoc opus ideo hic sistimus quia Belgice editum, Gerardo Zoes interprete, novimus *Pugnam spiritualem*, sive hujus tituli librum, ex Joannis Castañizæ Benedictini opere; sed idem hoc videtur cum libro de *Perfectione*, ut annotavimus. Tribui quoque huic eidem solet:

Declaracion del Padre nuestro. Anno 1604. Itemque:

Vida de S. Bruno.....

Edidit certe is, e situ ac tenebris cujusdam bibliothecæ in lucem vindicans:

Insinuationum divinæ pietatis libros quinque: jam olim ex Theutonico in Latinum sermonem conversos, in quibus vita & scripta S. Gertrudis, monialis ordinis S. Benedicti, continentur, nova auctoris opera correctos & scholiis illustratos, una cum *Vita* ejusdem Sanctæ Gertrudis ex variis auctoribus collecta. Cui accedunt *Nonnulla ejusdem Sanctæ Virginis exercitia* cum *scholiis*. Matriti anno 1599. in 4.

Vita cessit vir eximius Salmanticæ, in cujus urbis monasterio, Vincentii Martyris nomine appellato, diu vixit, anno exacti sæculi XCVIII. Meminit ejus non sine ingentis cujusdam laudis significatione Antonius de Yepes, Benedictinorum chronographus, tomo VI. *Historiæ* ad annum MDXCVIII. fol. 337. & tomo VII. ad annum MCXLIII. fol. 346. quo loco inscriptionem sepulturæ ejus adducit.

D. IOANNES DE CASTELBRANCO, Lusitanus, Eduardi, comitis primi de Sabugal, filius, scripsit sermone illius gentis vernaculo:

Arte de Gramatica Latina nuevamente ordeada em Portugues: quam protulit in lucem Fructuosus Pereira, monachus Benedictinus, auctori nuncupatam. Olisipone anno 1636. apud Petrum Craesbeck in 4.

IOANNES CASTELLANOS, sacerdos Tunxensis in America, scripsit opus metricum hoc titulo:

Varones ilustres de Indias, tribus partibus: quarum prima tantum vidit hactenus lucem anno 1589. in 4. alteram tertiamque manu exaratam nonnusquam adservari testibus oculatis credo; sed & quartam laudat D. Thomas Tamajus in *Collectione librorum Hispanicorum*. Antonius Leonius in *Bibliotheca Indica*, tit. III. occidentalis partis, refert secundam hujus operis partem esse apud Ludovicum Tribaldum Toletum, chronographum Regium Indiarum, quæ quidem postea fuit penes Laurentium Coccum, oppidi Sancti Laurentii in campo provinciæ Umbriæ civem, qui N. Campegio, nuntio Apostolico, Matriti fuit a secretis, eaque manu ipsius Tribaldi scripta, quod lego in notis ejusdem Cocci margini *Bibliothecæ Indicæ*, quam ex ejus defuncti libris comparavimus, affixis.

IOANNES CASTELLANUS FERRERIUS (Castellanos Ferrer) Murtianus, doctor medicus academiæ Complutensis, scripsit:

De communium morborum causis commentarios. Anno 1572. in 4.

D. IOANNES DE CASTILLA, Palentinus natu, jurisconsultus, Salmantinæ ecclesiæ præsul, scripsisse dicitur:

In cap. Grave, de Pœnis, Commentarium: quem vidisse se in ejusdem ecclesiæ Salmantinæ bibliotheca refert Ægidius Gonzalez Davila in istius urbis *Historia*, lib. III. cap. XX.

Abiit ad plures Palentiæ anno MDX.

D. IOANNES DE CASTILLA ET AGUAYO, Cordubensis eques, atque ejusdem urbis decurio, munus sibi commissum non satis digne visus sibi gerere nisi & aliis viam muniret publicæ rei utiliter administrandæ, scripsit:

El Perfecto Regidor: ad Franciscum Mendozam, Aragoniæ architalassum. Salmanticæ apud Cornelium Bernardum 1586. 8.

IOANNES DEL CASTILLO, Gaditanus,

nus, pharmacopola, publici juris utiliter fecit e Gallico vertens:

Pharmacopea Parisiense parafraseada por el Doctor Brison Bauderon. Gadibus 1621. 4.

D. IOANNES DEL CASTILLO SOTOMAYOR, Matritensis, oriundus ipse e montanis Burgensibus, patrem habuit Josephum Guillen del Castillo, in conventu juridico Hispalensi criminalium causarum IIII. virum, eo memoriæ excellentia, uti fama est, vigentem ut Bibliorum sacrorum codicem, atque omnes Senecæ epistolas recitare posset; patruum vero Gomezium a Leone, Pincianæ curiæ senatorem, cujus alicubi nepos meminit. Qui quidem opera juris studio Salmanticæ navata, post literarium solemneque in quadam Cistercienfium sodalium domo annorum aliquot secessum, ad Complutensem academiam se conferens Pontificios ibi canones prius pomeridianis horis, post antemeridianis, primarius scilicet antecessor de superiore loco interpretatus est. In hoc militiæ ordine is merebat cum *De Usufructu*, hoc est, primum suarum *Juris lucubrationum* volumen typis edidit. Porro ab academicis velitationibus curiæ traditus, seu magis negotiorum æstuanti caveæ immissus, cum apud Gallæcos, tum in Hispalensi prætorio, deindeque & in curia urbis Granatensis locum ad dignitatem senatoris graviter sustinuit; eo magis laude dignus, quod in actuosissimæ hujus vitæ exercitatione perpetua, & curis publicæ rei plena, nil remiserit a commentandi publicandique *Controversiarum Juris* libros antiqua opera & industria. Demum in senatu Matritensi Regiarum Rationum administrandarum jus inter patres dixit. *Controversiarum* laudatum opus multa lectione virum, atque indefesso studio in publicum proficiendi, valdeque contritum exercitatumque in literis & negotiis legalibus, auctorem suum ambigere non sinit. Quod quidem tale est:

Quotidianarum Controversiarum Juris lib. V. sive volumina octo, hoc ordine:

Primum de Usufructu: ad D. Joannem de Acuña, supremi Regii senatus præsidem. Compluti apud Joannem Gratianum anno 1603. in folio. Accesserunt MLX. *Juris Assertiones ab auctore olim publice propositæ ac propugnatæ.* Tomum hunc Francofurtenses in Germania ediderunt anno 1619. in 4. & Veneti apud Turrinum anno 1645. folio.

Secundum Variarum in Jure Quæstionum. Compluti 1605. in folio.

Tertium Diversarum etiam *Quæstionum, præsertim circa repræsentationem in fidei commissis & primogeniorum successione.* Matriti 1611. in folio.

Quartum de Conjecturis atque interpretationibus ultimarum voluntatum. Prima hæc pars Granatæ anno 1619. folio. Deinde:

Quintum de iisdem Conjecturis & Interpretationibus: pars secunda, Gaspari Guzmano, excellentissimo comiti Olivarum, nuncupata. Granatæ anno 1627. folio.

Sextum, *sive de iisdem Conjecturis* &c. pars III. Ibidem eodem anno.

De tertiis Catholicis Hispaniæ Regibus ex fructibus & rebus omnibus, quæ decimantur, debitis, Philippo IV. Hispaniarum Regi oblatus, *Septimus* atque ultimus tomus vivo auctore prodiit Matriti anno 1634. fol.

Octavus de alimentis: postumus nove lucem vidit cum aliis septem Lugduni apud Laurentium de Anisson & Joannem Baptistam Davenet, anno 1658. folio. Huic de *Alimentis* operi Joannes Paulus Melius, consiliarius status ducis Mantuæ, *Additiones & Observationes* fecit, unaque decisionibus S. Rotæ Romanæ ad rem pertinentibus locupletavit, quæ Lugduni prodierunt sumptibus Laurentii Anisson 1667. folio.

D. IOANNES DE CASTRO, Lusitanus, magni nominis prorex Indici Lusitanorum imperii, egregiis artibus tam belli quam pacis ad unguem instructus, magistrum in mathematicis habuit Petrum Nonnium, insigne illud Lusitanorum in his disciplinis decus, e cujus schola evasit ille, quem munera sibi postea imposita virum nullis imparem ostenderunt. Factus Indiæ prorex, magna & utilissima cura adhibita, describendis juxta geographicas regulas non ita cognitis, quas Æthyopes incolunt, Africæ plagis totus incubuit, e quibus vigiliis nata est Lusitana:

Descriptio Geographica terræ & Hydrographica maris Æthyopiæ, cum tabulis: quam Ludovico Portugalliæ Infanti nuncupavit. Hæc MS. adhuc extat penes Joannem Lopez Raposo de Castanheda, cujus loco suo meminimus, magni pretii liber, & propter impensarum difficultates prelo etiam num denegatus, de quo dolebat mecum olim Romæ non perfunctorie curiosus vir, ac rerum Lusitanorum studiosissimus, Fr. Emmanuel a Resurrectione, Joannis Lopezii jam laudati frater germanus, ordinis S. Augustini Excalceatorum congregationis Portugalliæ, totius rei mihi satis idoneus auctor. Meminit alicubi hujus operis Ioannes Barrius. Discursum tamen ab hoc existimo:

Historia da India: quam Antonius Leonius in *Bibliotheca Indica* tantum, non vero Æthyopiæ illam descriptionem laudat in partis orientalis titulo secundo.

IOANNES DE CASTRO, in oppido Cor-

Cordubensis tractus Bujalance ortus, & Cordubæ civis ac pharmacopola, edidit:

Historia de las virtudes y propiedades del Tabaco, y de los modos de tomarle para las partes intrinsecas, y de aplicarle a las extrinsecas. Cordubæ apud Salvatorem de Cea anno 1620. in 8.

Censura general en la celebre composicion del unguento de la Condesa de Guillermo de Varignana. Cordubæ 1625. in 4. apud eumdem, quam D. Franciscæ de Guzman, marchionissæ del Carpio, dicavit. Auctor *Historiæ* hujus oppidi Buxalance hunc vocat D. Joannem de Castro & Medinilla, Cordubæque ait exercuisse munus quod Alcalde de los Hijosdalgo vocant.

IOANNES DE CASTRO SALINAS, in Hispanicum convertit atque edidit:

Ocho vidas de Plutarcho. Coloniæ apud Arnaldum Birckman 1562. folio.

Los ocho libros de Thucydides Atheniense, que trata de las guerras Griegas entre los Athenienses, y los pueblos de la Morea. MSS. fuisse in fol. apud virum nobilem Belgam, Joannem Gislenium Bultelium Nipœum, scripsit Antonius Sanderus in *Bibliotheca Belgica manuscripta* pag. 285.

D. IOANNES CAVALLERO DE CABRERA, Limensis, in Peruano regno patriæ ecclesiæ canonicus, peragendarum concionum laude per eum tractum florebat cum ad Hispaniam, ecclesiasticorum negotiorum causa, veniens immatura morte obiit Hispali anno MDCXL. D. Blasius Cabrera, Divi Jacobi eques, postumum publicavit fratris quoddam opus, nempe:

Sermones a diferentes intentos. Matriti anno 1649. 4.

IOANNES CAVANILIUS (an CAVANILLES, quod Valentini regni cognomen est satis splendidum?) laudatur ex quodam opere, quod non vidimus:

De Sacro Oratore.

F. IOANNES CAXICA, Cantaber, ordinis Eremitarum S. Augustini, vir eximiæ pietatis apud Indos degens, non minus quam XXXII. volumina prelo idonea reliquisse dicitur in bibliotheca cœnobii Limensis, auctore Calancha lib IV. *Historiæ Peruanæ ordinis Augustiniani* cap. XII.

Decessit post annum MDXCI. in oppido Caxabamba.

F. IOANNES DE CAZALLA, Franciscanus provinciæ Angelorum, Veræ Crucis (Waddingus ait) in India episcopus, scripsit:

Lumbre del' Alma, de los beneficios de Dios y de la paga que se les debe. Hispali per Joannem Cromberger 1628. 8.

IOANNES DE CERAM, inter scriptores qui Matrito sunt oriundi, aut saltem Matriti scripserunt, annumeratur a Joanne Petri a Montalbano, elucubrasseque dicitur:

Apologia por los Santos Lugares de Gerusalem. Necnon & super *Martyrologium Romanum* plura volumina.

F. IOANNES DE LA CERDA, patria ex oppido Tendilla Toletanæ diœcesis, sodalis Franciscanus provinciæ Castellæ, scripsit:

Vida politica de todos los estados de las mugeres. Compluti anno 1599. 4. apud Joannem Gracian.

IOANNES CEVERIO DE VERA, Canariensis, ex insula Fortunatarum principe, Petri Veræ abnepos, insulæ hujus sub Regibus Catholicis Ferdinando & Isabella expugnatoris; quadraginta jam natus annos ex milite apud Americanos sacerdos factus, cum in Hispania, tum Romæ Clementis Papæ VIII. acolythus hæsit, usque dum sacra Palestinæ loca lustrandi desiderio incensus, bona Pontificis venia, eo profectus est, scripturus in reditu:

Viage de la Tierra Santa, descripcion de Gerusalem y del santo monte Libano, con relacion de cosas maravillosas &c. Matriti apud Ludovicum Sanchez anno 1597. 8. Hujus quoque est:

Un Dialogo contra las Comedias, que oi se usan por España: ad Joannem Alphonsum Moscosum, præsulem Malacitanum. Malacæ 1605. 8.

Obiit Olisipone anno MDC. cum fama sanctitatis: de quo videre opus est Georgii Cardosi *Agiologium Lusitanum*, volumine II. Aprilis XX. die.

F. IOANNES DAS CHAGAS, Lusitanus, ordinis Minorum Reformatorum provinciæ da Rabida nuncupatæ, scripsit:

Triunfos de la Evangelica pobreza del orden de S. Francisco. Ulisipone 1625. 4.

Supplicem libellum ad Gregorium XV. Papam, seu Discursum in quo probatur non expedire quod Religiosi Franciscani excalceati habeant Vicarios generales. Ulisipone apud Craesbeck anno 1622.

Apologeticum de usu Syndicorum. Ibidem apud Antonium Alvarez anno 1630. Minister fuit suæ provinciæ, quem pietatis & dignitatis nomine laudatum non mediocriter dimittit Waddingus.

D.

D. IOANNES DAS CHAGAS, hoc eſt, de Plagis, Luſitanus, natus in oppido Viana quam de Minho vocant, Melchioris Pinti & Catharinæ Lupæ filius, Canonicus Regularis congregationis S. Crucis Conimbricenſis in monaſterio de Grijo, ſeu Eccleſiolæ, doctor theologus ejus gymnaſii, ſcriptum reliquit: *De Perfectione religioſa ad verba illa Geneſis XII. Egredere de terra tua* &c. commentarium. Auctor eſt D. Nicolaus de S. Maria in *Chronico ordinis Canonic. Regularium*, Luſitana lingua ſcripto, lib. X. c. XXIX. qui obiiſſe eum ſubjungit die XXV. Aprilis MDCL.

F. IOANNES CHIRINOS, Granatenſis, ex fratribus religioſis Sanctiſſimæ Trinitatis, ſacræ theologiæ magiſter, apud Cordubenſes Fidei judices a conſiliis miniſter, necnon & Granatenſes, edidit:

Sumario de las perſecuciones que ha tenido la Igleſia deſde ſu principio. Granatæ apud Rene Rabut anno 1593. 4.

Floruit ad annum MDXCV. De patria mihi auctor eſt D. Franciſcus Pedraza in *Granatenſi hiſtoria.*

IOANNES CHRISTOPHORUS CALVETE DE ESTRELLA, natu Barcinonenſis vulgo audit; in *Hiſtoriis* tamen *Aragonenſibus* Lanuzæ, volum. II. lib. V. cap. VI. reperio Sariñenæ ortum hujus regni oppido ex ſorore Joannis de Quintana, Montis Aragonis abbatis, ac Cæſari Carolo a confeſſionibus, Barcinonem in pueritiæ annis delatum fuiſſe, itemque ab eodem Quintana avunculo, cum jam literis Latinis diſciplinarumque amœniſſimis excoluiſſet animum, in curiam introductum, ubi præſtantia ingenii atque eruditionis, miraque ſive Latini ſive Hiſpani ſermonis, tam ligati quam pede liberi, facultate non vulgarem ſibi apud omnes exiſtimationem peperit. Quapropter (a Carolone, an a Philippo filio mihi incertum) chronographi Regii partes Indicarum in rerum deſcriptione ut fama eſt gerendas ſuſcepit, munereque iſto laudabiliter functus eſt, ſive Latino ad Cæſaris Julii proximam imitationem, ſive vulgari proſaico ſtilo, carminibuſque elegantiſſimis, quibus res eorum geſtas, quos celebrare vellet, complecti ſolebat. Foras emiſit Latii ſermone:

Aphrodiſium expugnatum: cui *Notas* addidit Bartholomæus Barrientos, Granatenſis, humaniorum literarum Salmanticæ profeſſor, ediditque ibidem anno 1566. in 8. Qui quidem Calveti auctoris puritatem in loquendo, ordinem ac prudentiam in diſponendo & narrando, adductis Frederici Furii Cæriolani Corneliique Scepperi teſtimoniis, Nicolaique Grudii poetæ elogio, non vulgariter laudat, adjungens Gallice atque Italice extare converſum, atque idem Hiſpane Didaci Gratiani, Regi a ſecretis, opera; idemque ſimul cum Laonico Græco antiquo, aliiſque præſtantiſſimis auctoribus a Joanne Oporino Baſileæ typis excuſum. Didaci certe Gratiani interpretatio prodiit Salmanticæ anno 1558. in 8. cum hoc titulo: *La Conquiſta de la Ciudad de Africa en Berberia.*

Encomium ad Carolum V. Cæſarem. Antuerpiæ apud Joannem Bellerum an. 1555. 8.

Munuſcula ad Didacum Eſpinoſam S. R. E. cardinalem. Antuerpiæ in 8.

Ad Ferdinandum Alvarum Toletum Albæ ducem Encomium. Ibidem apud Plantinum anno 1573.

Hiſpane autem:

Viage que el Principe D. Felipe hizo deſde Valladolid haſta los eſtados de Flandes con relacion particular de los recebimientos, que ſe le hicieron, y de otras coſas. Ibidem anno 1552. in folio. Hinc Ludovicum Guicciardinum ad deſcribendas Belgii provincias pleraque hauſiſſe obſervavit Scotus.

El Tumulo Imperial adornado de Hiſtorias, Letreros, y Epitafios en proſa y verſo Latino. Pinciæ anno 1559. in 4. ſive, deſcriptionem exequiarum Caroli Cæſaris Pinciæ celebratarum.

Spem fecerat enarrandi ex munere res Indicas, commentariaque, de Peruanis maxime, pangendi, cujus partem, licet metricam, in ſchedis ab eo relictam vidimus hoc titulo:

De Rebus Vaccæ-Caſtri librum primum: verſibus endecaſyllabis, cum *Strena*, ſive nuncupatione ad Petrum Caſtrum Quignonium, qui poſtea fuit Hiſpalenſis antiſtes, ejus filium. Incipit:

Dic, cœli Urania decus coruſci,
Num noſti rutilum Canopum, & ſtellas
Orbis auriferi novi micantes,
Auſtralemque polum, viaſque vaſti
Ignotas maris, Indicaſque terras &c.

Mille quadringentorum verſuum opus eſt, quod Hiſpali ſervabat Martinus Vaſquius Siruela, cathedralis eccleſiæ olim portionarius, eruditione vir præſtanti, amicus noſter.

Non dubito quin de noſtro etiam concepta ſint Antonii Quæſadæ juriſconſulti hæc verba e cap. *Quæſtionum Juris* XXXI. *Vir eruditiſſimus Chriſtophorus Stella libro nuncupato El Exul, quem, juſſu Philippi Catholici Regis, ſcholiis, declarationibus, ſignis ac figuris aſtrorum ſumma cum diligentia illuſtravit, quem nondum typis excuſum hic Salmanticæ adſervat.* Hæc ille, quæ quidem quo pertineant conjectari neſcio. Vidiſſe quoque ſe apud illum *Panegyrica varia* Scotus an-

annotatum reliquit. Salmanticæ forſan profitebatur quo tempore vitæ poſtremum diem incurrit, ſepultus quippe in S. Eulaliæ paræciali eccleſia ejuſdem urbis, ante annum MDXCIII. ab Ægidio Gundiſalvi Davila in *Hiſtoria* ſeu *Theatro Eccleſiaſtico Salmantino* in fine cap. XXVIII. fuiſſe refertur.

IOANNES CHRISTOPHORUS DE SUELVES, Aragonenſis, in Cæſarauguſtana academia ſacrorum canonum profeſſor, & advocatus celeber, edidit:

Deciſiones: duobus tomis. Cæſarauguſtæ anno 1641. & 1642.

Conſiliorum ſemicenturiam. Ibidem 1642. Hiſpaneque:

Iluſtracion y defenſa del Privilegio de Veinte.

D. IOANNES CHRYSOSTOMUS DE VARGAS MACHUCA, natus in Aragoniæ regno, ex advocato curiæ Cæſarauguſtanæ, ac juris Civilis in ejuſdem urbis ſchola ex cathedra, quam Codicis vocant, profeſſore locumtenens (proprium nomen muneris eſt) curiæ Juſtitiæ iſtius regni, quod per tot annos re ipſa fuit expertus circa ſyndicatus ejuſdem Juſtitiæ Aragoniæ atque ejus locumtenentium, ſive curiæ judicum, formam & praxim, quæſtioneſque in hoc difficili ac peculiari hujus gentis negotio quotidie recurrentes, explanare voluit ſcribens lingua vernacula:

Conſideraciones practicas para el Syndicado del Juſticia de Aragon, ſus Lugartenientes, y otros oficiales: duobus tomis. Neapoli apud Ludovicum Cavallum anno 1668. in folio.

Hoc nimirum tempore quo, poſt geſta quoque, extra Aragoniæ regnum, in Sardinia civilis curiæ judicis, & Majoricæ advocati fiſcalis & patrimonialis, munera, dicaſterium Neapolitanum, S. Claræ appellatum, jam pluribus annis ex conſiliariis unus literis & probitate morum exornabat, ubi & publicavit:

Deciſſiones utriuſque Tribunalis Regni Aragoniæ placitis, & ſententiis Supremorum Tribunalium Regni Neapolis illuſtratas. Neapoli apud Ægidium Longum 1676. in folio.

D. IOANNES CHUMACERO ET CARRILLO, patria ex oppido Valencia de Alcantara Caurienſis diœceſis, Franciſci, Regii Caſtellæ & Cameræ ſenatoris, filius, S. Jacobi eques, ineunte hoc ſæculo inter ſodales Bartholomæani Salmantinæ academiæ collegii juris artem profitebatur, obtentis ex ordine cathedris, quas vocant Codicis, Voluminis & Veſperorum. Poſt hæc ſcilicet natum reipublicæ gerendæ virum frequentibus honoribus cumulavit Philippi utriuſque III. & IV. Regum noſtrorum providentia. Nam primo Granatenſis ſenator fuit, mox conſilii Ordinum cum fiſcalis advocatus, tum ſenator, inde etiam fiſcalis in ſupremo Caſtellæ conſilio, atque in eo itidem ſenator, accedente poſt aliquot annos ampliſſimo Cameræ, hoc eſt, munerum omnis generis, quæ a Rege conferuntur, diſtributione. Talis erat cum pro graviſſimis expediendis eccleſiaſticæ rei negotiis Romam anno MDCXXXIII. venire juſſus in comitatu Dominici Pimentellii, Cordubenſis epiſcopi, honorificentiſſima apud Urbanum VIII. P. M. legatione perfunctus eſt. In reditu, decennio tamen exacto, hoc eſt anno DCXLIII. ſupremum Caſtellæ ſenatum regere, hoc eſt, ſummum inter nos togæ munus adminiſtrare, præcipitur, ac poſt aliquot annos eo quoque decedere. Matriti eodem loco, ubi rerum ſummæ præfuerat, privatam egit vitam, non minori cum laude quam olim publicam egerat, doctrinæ, prudentiæ, integritatis in maximis quibuſque rebus exercitæ & approbatæ meritis alia adhuc majora pietatis, mundanarum rerum & faſtigiorum contemptus, animi magnitudinis & conſtantiæ merita in conſpectu aulæ totius, & cum admiratione omnium, adjungens. Ediderat olim dum profiteretur Salmanticæ:

Selectarum Juris Diſputationum Dodecadem. Ibidem in 8. Poſtea occaſione rerum in Portugallia turbatarum:

Pro Legitimo Jure Philippi IV. Hiſpaniarum & Portugalliæ Regis. In 4. Natum deinde fuit ab eo in legatione Romana:

El Memorial de ſu Mageſtad Catolica que dieron a nueſtro muy S. Papa Urbano VIII. D. Fray Domingo Pimentel Obiſpo de Cordoba y D. Juan Chumacero y Carrillo de ſu Conſejo y Camara en la Embaxada a que vinieron el año de DCXXXIII. incluſo en el otro, que preſentaron los Reynos de Caſtilla juntos en Cortes el año antecedente ſobre diferentes agravios que reciben en las expediciones de Roma &c. Reſpueſta que entregó Monſeñor Maraldi Secretario de Breves &c. Replica, que entregaron los miſmos a ſu Santidad reſpondiendo al deſcargo, que ſe propuſo en cada uno de los Capitulos: octoginta foliis in folio.

Obiit Julio menſe anno MDCLX.

F. IOANNES DE CISNEROS, Benedictinus monaſterii Carrionenſis S. Zoili, ſcripſit ita inſcriptum opus:

Noticias Benedictinas: in quo præcipue agitur de ſacerdotio S. Benedicti.

Denatus fuit anno MDCLIII. Idem forte cum eo qui ſequitur.

F.

F. IOANNES DE CISNEROS, Benedictinus, abbas monasterii Deiparæ Virginis del Espino, librum scripsit:

De la Antiguedad de la Sagrada Imagen de Nuestra Señora del Espino: quam contendit sub advocatione Virginis immaculatæ conceptæ olim jam cultam, enumeratis inde Benedictinis monachis CCXXXIV. Immaculatæ Conceptionis assertoribus. Pertulit de eo ad Petrum Albam, qui meminit in *Militia Conceptionis*, D. Antonius Lupian Zapata.

F. IOANNES DE CIUDAD RODRIGO, ordinis Mercenariorum, edidit:

Coplas varias: sacra, ut credere par est, carmina. Cæsaraugustæ anno 1509. vidit D. Thomas Tamajus.

D. IOANNES CIVICO, Cantalapetrensis, ex milite ordinatus Manilæ in Luzonia insula sacerdos, studiisque eodem in loco dedita opera, hujus ecclesiæ thesaurarium, sive cantorem, necnon & vicarium sui pontificis egisse dicitur, mathematicisque disciplinis, variaque eruditione, præstanti adhæc ingenio floruisse. Scripsit:

Discurso sobre los Privilegios de las Religiones de las Indias. 1623. 4.

Discurso sobre una Carta para su Santidad, que en lengua Latina se imprimió en Madrid año de MDCXXVIII. fecha en Omura ciudad del Japon el de MDCXXIV. de la qual an hecho autor al Padre Fr. Luis Sotelo martyr glorioso del Japon.

In Hispaniam rediens pro ecclesiæ suæ negotiis anno MDCXXV. forte scripsit, quæ inedita vidimus, annotata quædam pro defensione Flavii Lucii Dextri adversus Melchiorem Sernam, Hispalensem, quem suo loco laudamus. Has schedas Rodericus Caro Hispali adservabat vivens.

F. IOANNES CLAVERIA, Dominicanus Cæsaraugustæ domus, magister theologus, librum publicavit hujus tituli:

Santo Thomas y su doctrina. Provinciæ Aragoniæ sodalis erat, collegiumque S. Vincentii Ferrerii Cæsaraugustanum rexit.

IOANNES CLEMENS, Aragonus, dum in Granata urbe liberalium artium præcepta traderet discipulis, scripsit librum:

Super Prædicamenta Aristotelis cum eorumdem perutili & familiari Textus explanatione, & præcursoriis ad omnem Logicam & Philosophiam prænecessariis quæstionibus: in quo plurima aperiuntur super doctrina Thomæ, Scoti, & Nominalium. Compluti anno 1544. in folio. Civem hunc regni sui agnoscit Vincentius Blascus volum. II. *Historiar. Aragonensium*, lib. V. cap. XXXVIII.

D. IOANNES COLOMA, toparcha de Elda, castelli de Alicante in Valentiæ ora maritima præfectus, Sardiniæ prorex, edidit:

Decada de la Pasion de Jesu Christo: Cantico de su gloriosa Resurreccion, en tercetos. Calari Sardiniæ apud Vincentium Semberinum anno 1576. in 8.

F. IOANNES A CONCEPTIONE, ex Fresneda oppido Burgensis diœcesis, fratrum Excalceatorum Sanctissimæ Trinitatis congregationis Hispanæ sodalis, theologiæ olim lector, minister deinde Complutensis collegii, procurator generalis cum hæc scribuntur in curia Romana, scripsit:

Compendium operum moralium P. F. Leandri de Sanctiss. Sacramento. Lugduni anno 1660. in 8. ex quinque scilicet voluminibus hactenus in lucem editis.

Ætatem agit LII. annorum.

F. IOANNES A CONCEPTIONE, Lusitanus, ordinis Minorum, scripsit:

Tratado de la Provincia del Algarbe. Cujus ut MS. meminit Cardosus in *Agiologio*. XXIII. Aprilis.

F. IOANNES DE CONCEPTIONE, Hieronymianus monachus in domo S. Engratiæ Cæsaraugustanæ urbis, edidit:

Instruccion para las Ordenes.

Joiel Espiritual.

Vidas de Santos del Nuevo Rezado: primera y segunda Parte.

Tratados de devocion.

Et Latine ut existimo:

Manuale, sive Compendium Revelationum S. Brigittæ. Ex relatione Cæsaraugustana.

F. IOANNES DE CORDOBA, Americanus, ordinis Prædicatorum, scripsit atque edidit:

Vocabulario en lengua Zapoteca. Vulgaris hæc est in valle Guaxaca Novæ Hispaniæ.

Provinciam Novæ Hispaniæ rexit præfectus circa annum MDC.

IOANNES DE CORDOBA, Abulensis, Jesuita, edidit:

Catenam in Libros Regum: duobus tomis. Lugduni 1652. At moriens in collegio Lucroniensi die VIII. Octobris MDCLV. reliquit duobus aliis ejusdem operis continuationem.

IOANNES DE CORDOBA MESSIA, Americanus, Limensis, Societatis Jesu sacer-

cerdos , vir doctus , ſcripſit ut refertur in *Jeſuitarum Bibliotheca*:

Volumen Regularum & monitorum ſpiritualium.

IOANNES CORNEJO , medicus doctor , Matriti agebat , opuſque artis ſuæ faciebat ſcribens circa annum MDXCIV.

Diſcurſo y deſpertador preſervativo de corrimientos , y enfermedades dellos : ad Clementem VIII. Papam. Itemque:

Diſcurſo particular preſervativo de la gota : ad Philippum II. Hiſpaniarum Regem. Item : *Otro Diſcurſo preſervativo de la gota: modo del oro potable , virtudes del Lentiſco.* Matriti ſimul in 4.

D. IOANNES CORTES , ſcripſit:

Apologia por la Medicina. Matriti anno 1638.

IOANNES CORTES DE TOLOSA, Matritenſis , ex familia Regia palatina , ſcripſit:

Lazarillo de Manzanares ; y cinco novelas. Matriti apud Alphonſum Martinum anno 1620. 8.

Diſcurſos morales de Cartas y Novelas. Cæſarauguſtæ apud Joannem de la Lanaja 1617. 8.

F. IOANNES DE COSCOJALES, Cantaber , ordinis Eremitarum ſodalis , reliquit ſcriptam diligenti quamplurium annorum induſtria:

Hiſtoria de Vizcaia , Alaba y Guipuzcoa: quam conſtare non minus mille & quadringentis chartæ foliis affirmavit mihi D. Joſephus Pellizer de Tovar , Regius chronographus , aſſervarique in monaſterio ordinis Eremitarum villæ ut vocant de Bilbao.

IOANNES COSTA , Aragonenſis , vir non ſolum humanioris totius literaturæ , ſed & utriuſque juris eximie peritus , circa annum ſuperioris ſæculi LXXVIII. rhetoricam docebat artem Salmanticæ. Hinc Cæſarauguſtam evocatus in hac ſchola Civile jus profiteri cœpit , renuntiatus jam academico ſtilo legum doctor. Diem vero ſuum interim obeunte Hieronymo Blanca , qui in conſcribendæ patriæ hiſtoriæ munere Hieronymo Zuritæ , V. C. ſucceſſerat , nomen ſuum inter competitores vacantis honorificentiſſimi loci non ſolum Coſta dixit , ſed egregio ſpecimine ſui edito in eo , quem *De conſcribenda Hiſtoria* commodum publicavit , libro , Aragonenſibus ut vocant deputatis , ſive reipublicæ adminiſtratoribus , ante alios ſe probavit , cujus induſtriæ ac fidei hæc res committeretur. Tertium ergo a Zurita egit iſtius regni chronographum , ſcripſitque:

De conſcribenda rerum Hiſtoria libros duos : quibus continentur totius hiſtoriæ inſtitutionis breviſſima & abſoluta præcepta. Cæſarauguſtæ anno 1591. 4. typis Laurentii de Robles.

Orationem in laudem literarum habitam in Academia Cæſarauguſtana. Ibidem anno 1587. in 8.

De utraque Inventione Oratoria & Dialectica libellum. Pampelone apud Thomam Porralium anno 1570. 8.

Vernaculo item idiomate:

El Gobierno del Ciudadano. Salmanticæ prius , deinde Cæſarauguſtæ anno 1584. in 8: Latinum prodiit opus , interprete Adamo Preyelio , Germano , una cum Joannis Marnixii , baronis Potæi , e Gallico *Inſtitutione viri publici* , alteriuſque , neſcio cujus , ex Italico *Inſtitutione viri Aulici* , nuncupatum ipſum *Inſtitutio viri privati.* Francofurti anno 1647. in 8. De quo interpres in præfatione : *Dedit Hiſpania hunc libellum* , ait , *ad modum videlicet Juſti Lipſii in Politicis , niſi quod auctores ſuppreſſit , & omnia aliena arte fecit ſua.* Et mox : *Eo autem plauſu eſt exceptus ab ipſis incunabulis ut Gallos in admirationem , atque adeo amorem ſui , excitarit, domi licet divites iſtius ſupellectilis. Hinc ſua veſte amicierunt , quæ patriæ parum cederet.* Vertit & ipſe in Hiſpanicum , ut nonnuſquam lego:

Los Dialogos de Amor de Leon Hebreo. Hiſtorica alia de ſui temporis rebus latent.

IOANNES DA COSTA , Luſitanus , ex oppido Algarbiæ Portimaõ , juris doctor Pariſienſis , ſcripſit:

Politica quædam. Cardoſus.

IOANNES DA COSTA , ignotus alias mihi , at ex relatione Alfonſi Ciaconii , viri clariſſimi , Dominicanorum ſodalis , *Pontificum Hiſtoriæ* auctoris , ſcripſit Hiſpana lingua:

Narrationem Regionum & Provinciarum, quæ ſunt in Novo Orbe. MS. in Coloniana bibliotheca , quæ nunc eſt in eccleſia Hiſpalenſi. Hæc ille in ſchedis ad *Bibliothecam Univerſalem* , qui & inde eidem attribuit:

Explicationem rerum Indicarum , Hiſpanam : forte idem opus.

F. IOANNES DE COVEÑA , fratrum Minorum ſodalis , dedit ad duumviros & ſenatum oppidi Almonacir de Zurita Calatravenſis ordinis , populares forte ſuos:

Arte de regir la Republica , o buen regimiento de pueblos. Scripſit quoque:

Re-

Remedio de Pecadores. Compluti apud Sebaſtianum Martinez 1572. in 12.

F. IOANNES A CRUCE, Talaverenſis, Dominicanus ex ampli iſtius ac nobilis municipii domo, initio hujus ſæculi floruit ſtudio maxime Moralis theologiæ, diverſus quidem ab alio cognomine ejuſdemque ordinis Prædicatorum ſodali, ſed antiquiore. Commentatus eſt:

De Statu Religionis, & de Privilegiis, quibus a Summis Pontificibus eſt decoratus, Epitomen. Matriti 1613. 8. Coloniæ 1619. Venetiis apud Joannem Guerrilium anno 1620. Poſtea edidit:

Directorium Conſcientiæ: duabus partibus. In prima per ordinem præceptorum Decalogi agitur de omnibus materiis moralibus, in ſecunda de ſacramentis. Matriti anno 1620. in 4. Toletique 1624. in 4. Tandem Matriti in fol. anno 1648. addito Barnabæ Gallæci, ejuſdem ordinis, *Tractatu de Conſcientia.* Opus auctori ſuo triginta annorum ſtudiis conſtitit, vereque nucleum continet totius doctrinæ moralis S. Thomæ.

F. IOANNES A CRUCE, ordinis Prædicatorum, quem in Matritenſi monaſterio fuit amplexatus, in Portugallia diu ſubſtitit domeſticorum quibuſdam præfecturis occupatus, religione autem doctrinaque admodum venerabilis, laudatus eo nomine ab Antonio Senenſi, æquali & noto. Scripſit:

Chronica de la Orden de Predicadores. Oliſipone anno 1567. in folio: priorem ſcilicet operis totius portionem; ſecundum namque hujus volumen Salmanticam ad ſuos remiſiſſe, ut ederetur ibi, affirmat Senenſis.

Dialogo ſobre la neceſidad, obligacion y provecho de la oracion, y de las obras virtuoſas y ſantas ceremonias que uſan los Chriſtianos; con un ſermon de San Chriſoſtomo ſobre el Pſalmo XLI. y un Tratado de Vincencio Lirinenſe, que hazen al propoſito del Dialogo, trasladado por el miſmo autor. Salmanticæ apud Joannem de Canova anno 1555. in 4. Huncque ab auctore ipſo fuiſſe in Latinum ſermonem converſum Antonius Senenſis ab eodem coram accepit.

Vertit etiam e Latino:

La Hiſtoria de la Igleſia, que llaman Ecleſiaſtica y Tripartita (quæ Caſſiodori ſenatoris eſt e tribus Græcis chronographis Socrate, Sozomeno & Theodoreto deſumpta) ad Joannem Luſitaniæ Regem III. Hæc bis commiſſa fuit prelo, cum abſque nomine auctoris Oliſipone anno 1541. in folio; tum Conimbricæ, eo jam oſtenſo, anno 1554.

Suma de los Myſterios de la Fee de Fr. Franciſco Titelman: cum aliis. Salmanticæ apud Andream de Portonariis anno 1555. 8. Inter hæc legitur: *Una carta de Eucherio Obiſpo Lugdunenſe a Valeriano, en que le amoneſta el menoſprecio del mundo.* Quam adtexuit Ludovicus Granatenſis ſuis operibus poſt illud *Guia de Pecadores* nuncupatum, laudato interprete Crucio.

Treinta y dos Sermones, en que ſe declaran los mandamientos de la Ley de Dios y articulos de la Fee y Sacramentos. Compluti anno 1568. in 8. *Summam* & *Sermones* prædictos Luſitane converſos laudat Georgius Cardoſus in ſchedis ad *Bibliothecam Luſitanam.*

F. IOANNES DE CRUCE, vulgo DE LA CRUZ, natus in oppido non ignobili Caſtellæ Veteris Ontiveros diœceſis Abulenſis, Carmelitis aggregatus fuit Medinæ Campi, jam inde quaſi initiatus ſtrictiſſimæ illi monachatus formæ, quam ſequenti tempore & obſervavit ipſe, & quaſi princeps & auctor fuit, ſaltem exemplar aliis, ut obſervarent. Huic enim magna illa reformatrix Tereſia de Jeſu, quæ divinitus animata revocavit in uſum primitivam obſervantiæ ſtrictioris regulam, primo impoſuit ut aliis dux & inſtrumentum eſſet ſpiritualem vitam ſub aſperrima iſta, cui hodie ſubjacent Carmelitæ Nudipedes, vivendi norma ſerio & alacriter perſequendam. Cujus eximiam ſanctitatem comprehendere brevi elogio vix eſt ut debeam, cum pro omnibus ſit Sanctæ fundatricis hoc teſtimonium eidem factum: *Joannem* ſcilicet dicebat *unum eſſe ex purioribus & ſanctioribus animabus, quas Deus in ſua haberet eccleſia, qui & ditiſſimos divini luminis, puritatis ac cœleſtis ſapientia theſauros ei infuderat.* Scripta ejus altiſſimam cœleſtium bonorum cognitionem, ac perfectiſſimam terrenorum omnium ſuique ipſius renuntiationem continent, ac præ ſe ferunt, eaque ſpeciali quodam myſticæ theologiæ charactere notata miris modis pietatem ſui auctoris manifeſtant, aliorum promovent. Hæc ſcilicet:

Subida del Monte Carmelo: tribus libris. Sequiturque ejuſdem argumenti & excellentiæ:

Noche obſcura del Alma, duobus libris: ſive de munienda undique via ad perfectam ſpiritus cum Deo unionem. Conſequitur aliud:

Llama de Amor viva nuncupatum opuſculum. Itemque:

Cantico eſpiritual entre la Alma y Chriſto ſu eſpoſo con ſu declaracion. Matriti hæc ſimul apud heredes viduæ P. de Madrigal anno 1629. in 4. Priuſque Barcinone apud Cormellas 1619. 4. & iterum 1635. in 4. Matri-

triti demum 1672. 4. Italice dedit omnia hæc opera Alexander a Jesu, ejusdem instituti, Leonis XI. Papæ consobrinus. Gallice Cyprianus a Nativitate Virginis, adjuncto Ludovici a S. Teresia, ejusdem ordinis, tractatu *De l' Union de l' Ame avec Dieu.* Parisiis 1665. in 4. apud Ludovicum Bilaine. Latine quoque Andreas a Jesu, Polonus, Coloniæ apud heredes Bernardi Gualteri 1639. 4.

Sanctissime obiit diem suum Ubetæ in Bætica XIV. Decembris MDXCI. ætatis suæ XLIX. religiosæ Reformatorum professionis XXIII. Corpus ejus Segoviam translatum, & honorificentissimo collocatum a sodalibus tumulo, honorem solemnis apotheosis quotidie expectat. Reliqua dabit ejus historicus Hieronymus de S. Josepho, ejusdem familiæ.

F. IOANNES DE CRUCE, vulgo DE LA CRUZ, Hieronymianus monasterii S. Bartholomæi de Lupiana, absolutam reliquit in bibliotheca Sancti Laurentii del Escurial:

Historia de la Orden de S. Geronymo desde su origen en Belem hasta su restauracion en España, y los sucesos della hasta nuestro tiempo. Quæ inedita adhuc est, uti a domesticis accepimus.

IOANNES DE LA CRUZ. Quære MARTINUS DE BONILLA.

IOANNES DE CUELLAR, Jesuita, reliquit Salmanticæ, ubi mortuus fuit anno MDCXXXV:

Commentarium in IV. prima capita Evangelii secundum Joannem.

IOANNES DE LA CUESTA, natus in oppido Valde-munio-fernandez, ludi magister ut credere par est, publicavit:

Tratado para enseñar a leer y escrivir y ortographia. Compluti apud Joannem Gratianum anno 1599. in 4.

IOANNES DE LA CUEVA, Hispalensis, versificatoria arte notus, carmen de quaque re pangebat, ut Ovidium imitaretur, cui erat deditissimus. Prostant ab eo:

Coro Febeo de Romances Historiales. Hispali anno 1588. in 8. Hujusmet operis partem alteram, sive posteriorem, penes me habeo, & quidem manu ipsius auctoris, quod in ora libri adnotatum voluit antiquus aliquis possessor, exaratam:

La Conquista de la Betica: heroicum poema, XXV. libris constans, ad D. Antonium Fernandez de Corduba, Calatravæ equitem, primogenitum domus de Guadalcazar. Hispali apud Franciscum Perez anno 1603. in 8. Diversum est ab his volumen aliud variorum carminum, hac inscriptione:

Obras de Juan de la Cueva. Hispali anno 1582. 8.

Comedias, prima parte. Anno 1588. 4. ibidem apud Joannem Leon.

F. IOANNES DE S. DAMASO, Lusitanus, Olisiponensis, Mercenariorum Reformatorum sodalis, Hispalensis domus aliquando præfectus, inter alia edidit:

Vida del Venerable Varon Fr. Antonio de S. Pedro Portugues de la Orden de la Merced descalza. Gadibus folio.

IOANNES DAMETO, Majoricensis, juris utriusque doctor, regni sui chronographus, scripsit diligenter:

Historia general del Reino Balearico. Majoricæ apud Gasparem Guasp. 1633. in fol. Pertinet hæc usque ad annum MCCCXI. sive mortem Jacobi II. Majoricarum Regis: reliqua desiderantur.

D. IOANNES DAZA ET BERRIO, Segoviensis, in Seguntina urbe & collegio S. Antonii de Portacoeli togatus sodalis, ad S. Martinum Vallisecclesiarum proprius parochus, sanctimonialibus S. Elisabethæ Matritensibus a sacro erat munere conscientiam expiandi cum scripsit:

Tesoro de Confesores y Perla de la conciencia para todos estados. Matriti anno 1648. 4.

IOANNES DESSI, Dertosanus presbyter, ejusdemque urbis almæ ecclesiæ sacerdotio dives, ne una Gallia primæ mundi ac temporum hebdomadis scriptam carmine historiam Guilielmi Sallustii, viri doctissimi, jactaret, pro virili nostro sermone iteravit hoc opus producens:

La Divina Semana, o siete dias de la Creacion del Mundo en otava rima. Barcinone anno 1610. in 8.

IOANNES DIAZ, Lusitanus, ecclesiæ Conimbricensis subcantor, hoc est cantoris officialis, scripsit pia aliqua atque item musica. Cardosus.

IOANNES DIAZ DE ARCE. Hujus appellationis homini inscriptum opus novi, cujus hic titulus:

Expositivi Quæstionarii Liber XLIX. de studio Bibliorum. Mexici editum 1648.

IOANNES DIAZ DE LA CALLE, in secretario Mexicanarum rerum senatus Indici Matritensis ut vocant officialis major, seu primus, curiose elaboravit atque edidit:

Me-

Memorial y noticias sacras y reales del Imperio de las Indias Occidentales : comprehende lo ecleſiaſtico y ſecular , politico y militar, que por la Secretaria de la Nueva Eſpaña ſe provee &c. Matriti 1646. 4.

IOANNES DIAZ FREILE , apud Indos occidentales ſcripſit centum & amplius ab hinc annis:

Sumario compendioſo de las quentas de plata y oro , que en los reynos del Piru ſon neceſarias a los mercaderes. Mexici anno 1556. in 4.

IOANNES DIAZ DE FUEN-MAIOR, Calatravenſis eques , commendatariuſque de Havanilla , Regum noſtrorum a negotiis Caſtellæ & Cameræ ſenator , reliquit in ſchedis:

Annotaciones ſobre todas las Hiſtorias de Eſpaña : quas penes ſe habuit Gundiſalvus Argote de Molina , operis de *Nobilitate Bætica* ſcriptor clarus.

Apuntamientos varios de linages de Eſpaña. MS. extat in bibliotheca D. Hieronymi de Maſcareñas , Segovienſis epiſcopi.

IOANNES DIAZ RENGIFO. Vide DIDACUS GARZIA RENGIFO.

IOANNES DIAZ DE VILLEGAS, ignotum aliunde nobis viri nomen , niſi quod in eccleſiæ cathedralis Patavinæ bibliotheca , referente Joanne Philippo Thomaſino in *Bibliotheca Patavina* , MS. codex eſt , quo hæc continentur : *D. Thomas de Rationibus fidei ad Cantorem Antiochenum* : *De immortalitate animæ Joannis Didaci a Villegia* : & *vita Pompeii ex Plutarcho , interprete Jacobo Angelo.*

IOANNES DE DICASTILLO , Hiſpanis parentibus Neapoli ortus , optimo jure noſter eſt origine ſtudiorumque cultura , quippe philoſophiam atque theologiam apud nos Murciæ ac Toleti docuit , laureamque ſolemnem ex profeſſione iſta reportavit. Nempe antequam Siruelæ comitiſſam miniſter ei a confeſſionibus in Germaniam ſequeretur , quæ quidem Mariæ Auguſtæ Imperatricis poſt futuræ , tunc ſereniſſimæ Ungarorum Reginæ , præfuit cubiculo. Ibi per otium morales & ſcholaſticos tractatus conſcripſit , qui non mediocriter laudantur , ſcilicet:

De Juſtitia & Jure , cæteriſque virtutibus cardinalibus libros duos. Antuerpiæ 1641. in folio.

Tractatus duos de juramento , perjurio & adjuratione , necnon & de cenſuris , & pœnis eccleſiaſticis. Ibidem apud Jacobum Meurſium in folio 1662.

De Sacramentis tria volumina. Ibidem 1652. in folio.

De Incarnatione duo volumina. Ibidem 1642. in folio. Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro Eccleſiaſtico Calagurritanæ Eccleſiæ* Calagurri natum , ac Ferdinando II. Imperatori a confeſſionibus fuiſſe temere affirmavit. Deceſſit Ingolſtadii VI. Martii MDCLIII.

F. IOANNES DE SANCTO DIDACO , Zamorenſis , familiæ Reformatorum provinciæ S. Pauli ordinis Sancti Franciſci, & ejus concionator , edidit ad uſum prædicatorum verbi Dei:

Ideas ſacras. Matriti 1683. in 4.

F. IOANNES DIEZ , ordinis Minorum provinciæ Sancti Jacobi , lector ut vocant jubilatus , edidit:

Teſoro divino para el Pobre , y exercicios de los Terceros hijos de S. Franciſco. Poſt alias editiones prodiit tertium Legione 1672. in 16.

IOANNES DOLZ , Aragonenſis , domo ex oppido El Caſtellar , Gaſparis filius , cujus & Hieronymi fratris mentionem habet inſtatim laudando *De Sillogiſmis* opere. In Gallia & Pariſiis , ubi rector fuit collegii Lexovienſis , literas , quæ ab Hiſpaniæ finibus exulabant , parum tamen proſpero muſarum tempore , præſertim philoſophicas , fuit profeſſus ſcribens:

Syllogiſmos & Diſceptationes de Summulis. Pariſiis in folio 1511. An diverſum eſt opus:

Diſceptationes ſuper primum Tractatum Summularum cum nonnullis ſuorum terminorum intellectionibus. Ad D. Franciſcum Fernandez , equitem Deauratum , regni Aragoniæ moderatorem. Pariſiis apud Joannem de la Roche 1512. folio?

Cunabula omnium fere ſcientiarum , & præcipue Phyſicalium difficultatum , in proportionibus & proportionalibus. Montalbani 1518. Sed non hinc hauriendam philoſophiam , quemadmodum nec ex libris aliorum Hiſpanorum hujus notæ ac temporis , qui ævo illo barbaro in Gallia ſummi audiebant philoſophi , jam ex quo in media luce vivimus bonarum diſciplinarum omnibus exploratum eſt. Gaſparis Lax diſcipulus fuit.

F. IOANNES DE DUEÑAS , ordinis Minorum , quem *Bibliothecæ* iſtius ordinis auctor elogio donat inſignis concionatoris, opus edidit vehementer laudatum a viris doctiſſimis , ſcilicet:

Espejo de consolacion de tristes, sex partibus: quæ quidem mox in duo volumina contributæ sunt. Hispali 1543. in 8. Barcinone apud Jacobum Galban 1580. & 1589. Compluti apud Joannem Gratianum. Medinæ Campi apud Joannem Boier. Toleti etiam 1591. in folio. Gallice hoc opus loqui fecit Franciscus Belleforest, prodiitque Parisiis ex officina Gervasii Mallot 1583. in 8. & Latine Joannes Degue, excusum similiter Parisiis anno antecedenti 1582. Ejusdem est etiam:

Remedio de Pecadores, por otro nombre, Confessionario. Pinciæ 1545. in 4. apud Joannem de Villaquiran. Toleti 1546. Convertit idem ex Latina in popularem linguam *Speculum Peccatoris*, inscribens operi *Espejo del Pecador*, y *Tesoro del Alma*, ad Joannam de Leiva, Asturicæ marchionissam. Pinciæ apud Sebastianum Martinez 1553. in 8.

D. IOANNES DURAN DE TORRES, Hispalensis, Joannis advocati ejusdem urbis, patria Zafrensis, filius, Salmanticæ doctus Civilia & Canonica jura, omnemque humanitatem; una cum eminentissimo S. R. E. cardinali Dominico Pimentellio venit Romam, jurisconsultus theologo ab studiis & consultationibus canonicis, in qua urbe Græcum sermonem serio addiscens edidit, eruditione Latina & Græca satis ornatam:

De Postliminio inter liberos, fœderatosque populos Critico-Juridicam Dissertationem, ad Proculum in L. Non dubito VII. D. De Captivis & postliminio reversis. Romæ apud Vitalem Mascardum 1655. in 8. In patriam redux Arabicæ linguæ studio applicuit animum, vertitque ex ea lingua in Hispanam:

Abwalid Ben Shacenas Chronicon generale: quod nondum vidit lucem. Obiit namque in flore ipso ætatis, semiportioni Hispalensis ecclesiæ ab Alexandro VII. P. M. sibi olim datæ cum renunciasset, reservata sibi congrua pensione; XII. Novembris MDCLXII. delitiæ medullaque humanitatis & Gratiarum, magno sui desiderio iis relicto qui literas & bonam mentem in pretio habent.

D. IOANNES DE ECHALAZ, Navarrus, ex Muruzaval oppido diœcesis Pampilonensis, theologiæ professor Salmantinus, ibique ad S. Bartholomæi sodalis primum, deinde cathedralis ecclesiæ canonicus, MDCXLV. Mindoniensis, anno autem DCXLVII. Calagurritanus creatus episcopus, edidit:

Philosophiam, seu *Cursum Philosophicum.* Lugduni 1655. in folio.

Obiit Calagurri anno 1657.

IOANNES DE LA ENCINA, Salmantinus, musicæ artis cognitione, poeticæque amore suo tempore non ignobilis, Romæ in curia Pontificiorum fuisse dicitur cantorum præfectus sive magister, atque in remunerationem officii laudabiliter præstiti prior creatus Legionensis ecclesiæ. Peregrinatus est aliquando in Palæstina, sive ut vocant Terræ Sanctæ locis, in comitatu & familia D. Federici Afan de Ribera, Tarifæ marchionis; unde reversus carmine comprehendit piam hanc expeditionem versibus dodecasyllabis, eo metri genere quod Estancias & Coplas de arte mayor communiter audit, una cum descriptione ejusdem itineris, per eumdem Tarifæ marchionem vernaculo sermone composita, quam habemus Olisipone editam 1580. 4.

Obiit in patria, jacetque in cathedrali ecclesia sepultus, ut refert Ægidius Gonzalez Davila in *Histor. Salmant.* lib. III. cap. XXII. Carmini nomen fecit in prima editione:

Tribagia, o via sagra de Hierusalem. Romæ 1521. in 8. Extat quoque:

Cancionero; con otras cosas en verso, a los Reyes Catolicos. MS. in folio vidit D. Thomas Tamajus.

IOANNES DE ENCINAS, nescio quis, scripsit:

Dialogo de Amor. Burgis anno 1596. in 16.

D. IOANNES ESCALANTE DE MENDOZA, decurio, qui MS. extat in bibliotheca Villaumbrosana Matritensi, scripsit:

Itinerario de Navegacion de los Mares y Tierras Occidentales, Philippo Regi II. directum MS. in folio.

IOANNES DE ESCOBAR, scripsit:

Romancero Historial del Cid. Compluti anno 1612. in 8.

F. IOANNES DE ESCOBAR, Lusitanus, nescio cujus familiæ religiosæ, Cardosus quippe non prodiit, edidit cum musicæ artis peritissimus esset:

Motetes: sex voluminibus. Olisipone 1620. in 4.

IOANNES DE ESCOBAR DEL CORRO, natus in oppido Fuente de Cantos Hispalensis diœcesis, Hispali in S. Mariæ de Jesu collegio & universitate juris scientiam professus fuit sodalis togatus, Decretorumque rexit cathedram. Hinc evocatus ut rebus & negotiis Sancti Officii ac fidei nostræ tuendis præesset, inquisitor primum Ellerenensis, deinde Murciensis, necnon & Cordubensis, ac

ac tandem ſupremi ſacrarum Religionis cauſarum ſenatus fiſcalis uti vocant promotor fuit aſſumptus, vir juris egregie ſciens, & qui magno argumenti compendio ſcripſit:

Tractatum bipartitum de puritate & nobilitate probanda ſecundum Statuta Sancti Officii Inquiſitionis, regii Ordinum Senatus, S. Eccleſiæ Toletanæ, collegiorum, aliarumque communitatum Hiſpaniæ, ad explicationem regiæ pragmaticæ ſanctionis Philippi IV. Hiſpaniarum Regis, die x. Februarii anno MDCXXIII. latæ. Adjungitur vulgari ſermone: *Inſtruccion breve y ſumaria para los Comiſarios y Notarios de las informaciones de limpieza.* Lugduni ſumptibus Laurentii Durand 1637. folio. Item edidit:

Tractatus tres ſelectiſſimos & abſolutiſſimos. I. De utroque foro, in quo oſtenditur nullam differentiam adeſſe inter forum conſcientiæ & forum exteriorem, ſaltem in fine præcipuo & ſubſtantia utriuſque, niſi per accidens. II. De Confeſſariis ſollicitantibus pœnitentes ad venerea, ad explicationem Conſtitutionis Gregorii XV. circa hanc rem editæ xxx. Auguſti MDCXXII. III. De Horis Canonicis & Diſtributionibus quotidianis. Hi tres tractatus duobus tomis prodierunt Cordubæ 1642. in fol. Acceſſit:

Antilogia adverſus D. Franciſcum de Amaya pro vero intellectu Statuti majoris Collegii Conchenſis.

Obiit Matriti.

IOANNES DE ESPAÑA, Regius haraldus, edidit:

Ordenanzas del Tuſon de oro. MS. in bibliotheca D. Garſiæ de Salcedo Coronel, amici noſtri.

Honras funerales, Nacimientos de Principes, Infantes, y Infantas y ſus Juramentos, Propoſiciones de Cortes, entradas publicas, Batallas particulares, y otras coſas acaecidas en eſtos Reinos. MS. in bibliotheca comitis de Villaumbroſa Matriti.

IOANNES DE ESPINOSA, Belforadenſis, quod in Rioxæ tractu oppidum eſt, in domo Ferdinandi Alarconis illius, qui Caroli Regis Hiſpaniarum auſpiciis rei militaris gloria maxime claruit, educatus, ſecretorumque illius & curæ rei patrimonialis ante alios particeps, Caroli deinde ac Philippi filii Regum tam bello quam pace fidus miniſter extitit. Prodire in lucem Græco nomine Hiſpanicum opus fecit:

Ginæcepœnos, ſive, *Dialogo en laude de las mugeres*: ad Mariam ſereniſſimam Caroli V. filiam. Mediolani 1580. in 4. Meminitque ibi alterius operis, quod appellare itidem Græce voluit, hactenus nobis inviſi, ſcilicet:

Micracanthos: variis exemplis rerum naturalium mores inſtruens. Pluſquam ſex etiam proverbiorum millia, tum obſervata, tum a ſe inventa, in tertium alium librum contribuiſſe Hieronymus quidam Serranus, qui ad *Ginæcepœnon* præfatur, deſcripta Eſpinoſæ vita & muneribus geſtis, auctor eſt. Fortaſſe & hujus ſunt *Commentaria* vernacula in *Sacrobuſti Sferam*, una cum Joannis Martini a Poblacion opere *De Uſu Aſtrolabii*, edita anno 1550 in 8.

IOANNES DE ESPINOSA, archipreſbyter de S. Eulalia (ita ſe vocat) & portionarius ſanctæ eccleſiæ Toletanæ, ſcripſit, profeſſionis forte ſuæ argumentum:

Tratado de Principios de Muſica. Toleti 1520. in folio. Extat in bibliotheca Coloniana Hiſpalenſi.

IOANNES DE ESPINOSA SALAZAR, presbyter, ſcripſit:

Eſpejo del Alma chriſtiana. Matriti anno 1617. in 8.

IOANNES DE ESQUIVEL NAVARRO, Hiſpalenſis, artem hodiernæ ſaltationis muſicæ, quam ab Antonio Almenda, Regio ejuſdem profeſſore, ac Philippi Regis IV. præceptore didicerat, ſcripto comprehendit non inſcite in eo libro quem ſic notavit:

Diſcurſo ſobre el arte del Danzado y ſus excelencias y primer origen, reprobando las acciones deshoneſtas. Hiſpali 1642. in 8.

F. IOANNES DE ESTRADA, Præmoſtratenſis, ſacræ theologiæ magiſter, & e numero magiſtrorum generalium ſui ordinis, unus ex his qui de rebus ſatagunt quæ ad myſterium Immaculatæ Deiparæ Mariæ Conceptionis ſpectant, & concionator Regius, edidit:

Sermones para las Fieſtas de la Puriſima Virgen y Madre de Dios Maria Señora Nueſtra. Matriti apud Melchiorem Sanchez 1672. in 4.

Sermones para las Ferias mayores de Quareſma. Ibidem apud Franciſcam Nieto 1670. duobus tomis in 4.

Arte de predicar la palabra de Dios. Matriti 1667. in 8.

Sermones varios, y Panegyricos: tribus tomis. Matriti 1670. in 4.

Deceſſit circa annum MDCLXXIX.

F. IOANNES DE ESTRADA, alias DE LA MADALENA, natus ut ſuſpicor, in Civitate Regali provinciæ Caſtellæ Novæ, Joannis Alphonſi de Eſtrada, qui nuper ad-

in-

inventæ ac fubjugatæ feptemtrionali Americæ gubernator præfuit, filius, ordinis Prædicatorum provinciæ Mexicanæ, clarus admodum religiofis virtutibus, vertit in vulgarem Caftellæ fermonem, ediditque in ea provincia primum, quod in ea typis commiffum fuit, opus, fcilicet ex Latino in vernaculum tranftulit:

El Libro de S. Juan Climaco, vulgarmente llamado Efcala del Paraifo. Mexici apud Joannem Paulum.

Denatus fuiffe dicitur anno fuperioris fæculi LXXIX. Auguftinus Davila Padilla in *Hiftoria* hujus *Prov. Mexicanæ*, lib. II. cap. LVII. auctor eft.

IOANNES EUSEBIUS NIEREMBERG, Matritenfis, patre Tirolenfi, matre Bavara, natus anno MDXCV. in fodalitate Jefuitarum, cui fe addixit Salmanticæ puer literis jurifprudentiæ dum vacaret, altiori doctrina, veraque fapientia, qua fæculum & fæcularia omnia fpernuntur, utilius imbuendum, clariffima emicuit & ardentiffima pietatis, fructuofiffimæque ad pietatem invitantis, eamque dirigentis, theologiæ fax. Matriti majorem partem vitæ egit, ibique in collegio Imperiali, feu academia Matritenfi, primus fuit Naturalis hiftoriæ lector defignatus, deinde facras quoque literas docuit. Maxime tamen formandis hominum moribus & inftillandæ erga Deum pietati vires ingenii atque eruditionis copiam addixit. Per omnes enim difciplinas & artes pervagatus, philofophiæ totius, cum ethnicæ, tum Chriftianæ, præceptis imbutus, cognitionifque facrorum Bibliorum atque profanæ hiftoriæ affatim dives, eo majoribus & inftructioribus copiis bellum cum vitiis perpetuum geffit, Chriftianarumque omnium virtutum fines longe lateque, libris editis, in fidelium pectoribus propagavit, doctrinæ afceticæ præceptor eximius & paucis comparandus. Quare ejus hodie libri vulgares, qui falutis noftræ negotium promovent, utriufque fexus gentis noftræ hominibus vix e manibus ac finu effluunt, communicarique jam exteris, fua cujufque lingua, æquali, ut credere par eft, compendii & fructus expectatione cœperunt. Omnia hujus viri clariffimi opera partim funt Latina, partim vulgaria. Latina hæc:

De Arte voluntatis lib. VI. in quibus Platonicæ, Stoicæ & Chriftianæ difciplinæ medulla digeritur, fucco omni politioris Philofophiæ expreffo ex Platone, Seneca, Epicteto, Dione Chryfoftomo, Plotino, Jamblicho & aliis. Accedit:

Hiftoria Panegyrica de tribus Martyribus Societatis Jefu in Urugay pro fide occifis. Lugduni 1631. in 8.

Theopoliticus, five brevis elucidatio, & rationale divinorum operum, atque providentia humanorum. Antuerpiæ apud Balthafarem Moretum 1641. in 8. Ex tribus his libris, aliifque ineditis ad illud ufque tempus, coalefcit:

Doctor Evangelicus ex variis felectifque opufculis. Lugduni apud Francifcum Comba 1659. in folio.

Sigalion, five de Sapientia Mythica, libri VIII. Matriti ex typographia Regia anno 1629. in 8. deinde cum *Stromatum* opere 1642. in folio.

Stromata Sacræ Scripturæ; in quibus enarrantur, explicantur & illuftrantur variorum, five virorum five fœminarum Sacræ Scripturæ vitæ & Hiftoriæ cum commentationibus moralibus. Adjunguntur:

Gnomoglyphica, hoc eft, plures Gnomæ morales, item *Sigalion* uti diximus. Lugduni apud heredes Boiffat & Laurent. Aniffon anno 1642. in folio.

Doctrinæ Afceticæ, five fpiritualium Inftitutionum Pandectæ juxta religiofa inftituta, maxime ordinum mendicantium & conftitutiones Societatis Jefu. Ibidem 1643. folio.

Homiliæ catenatæ, five collectanea ex vetuftis Patribus, facris Doctoribus & eruditis Scriptoribus. Simulque:

Erotematum curiofæ lectionis (five Problematum ad Plutarchi exemplum) Decades XXII. Lugduni apud Joannem Baudrand 1646. in folio.

De Origine Sacræ Scripturæ libri V. in fol.

Hiftoria Naturæ, maxime peregrinæ. Antuerpiæ apud Balthafarem Moretum anno 1635. in folio.

De Adoratione in fpiritu & veritate lib. IV. Antuerpiæ 1631. inclufi deinde in *Doctore Evangelico* fuperius memorato.

De perpetuo objecto fefti Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ. Valentiæ apud heredes Chryfoftomi Garriz 1653. 4.

Theoria compendiofa de folita veritate conceptæ Deiparæ abfque labe originali ex canonicis atque orthodoxis fundamentis. Unaque:

Sacrofyllabus de explicata ab Ecclefia & Patribus Scriptura pro Immaculata Conceptione. Valentiæ apud Bernardum Nogues 1656. in 8.

Exceptiones Concilii Tridentini pro omnimoda puritate Deiparæ expenfi. Antuerpiæ apud Moretum 1656. in 8.

Differtationes epiftolicæ de eodem myfterio: fimul cum fuperiore opufculo.

Trophæa Mariana, feu de Victrice mifericordia Deiparæ patrocinantis hominibus exquifitiffimis SS. PP. fententiis, rariffimis hiftoriis, felectiffimis moralis doctrinæ præceptis, & inufitatis per ejus fimulacra perpetratis mira-

raculis mirifice illustrata: libris VI. Antuerpiæ 1655. in folio.

De Consecratione in azimis, *& carne Deiparæ sine fermento Adæ Apologetica Disertatiuncula.* Ibidem.

De Virginitate Sanctissimæ Dei Matris superadmiranda, *superexcelsa & Deum decente*, *ultra leges naturæ & virtutis moralis*, *comprobante immaculatam ejus Conceptionem etiam passivam Apologetica Dissertatio.* Antuerpiæ simul cum *Trophæis.*

Supplex libellus pro immaculata B. Virginis Conceptione, *& pace Christianorum Principum*, *ad Sanctissimum Alexandrum Septimum.* Omnia hæc *Parthenicorum operum* titulo insignia prodierunt 1659. in folio ex officina quadam Lugdunensi. Addit *Bibliothecæ Societatis* auctor, quos non vidimus:

Psalmos Salomonis e Græco Latine versos, *notisque illustratos.* Post obitum auctoris prodiere:

Succus prudentiæ Sacropoliticæ. Lugduni 1659. in 12.

Hieromelisa Bibliotheca de Doctrina Evangelii, *imitatione Christi*, *& perfectione spirituali.* Ibidem in folio 1659.

Silva Cathechistica. Ibidem in 4. 1659.

Silloge Axiomatum & institutionum spiritualium Christianæ Philosophiæ. Ibidem in 4. eodem anno 1659.

Virgo Victoriata, *sive de Patrocinio B. Virginis.*

Hispana autem opera hæc:

Obras y dias; *Manual de Señores y Principes*, *en que se propone con su pureza y rigor la especulacion y exequcion politica*, *economica y particular de todas virtudes.* Ut Hesiodum redderet Christianum, qui ἔργα καὶ ἡμέρας, *Opera & dies*, cuidam libro inscripsit. Matriti 1628. Recognovit, addidit atque iterum edidit auctor ibidem anno 1641. in 4. una cum:

Centuria de Dictamenes prudentes.

Practica del Catecismo Romano y Doctrina Christiana. Matriti apud Didacum Diaz de la Carrera 1640. in 4. Ibidem 1642. in 4. Italice prodiit Romæ 1658. in 8.

Diferencia de lo temporal y Eterno. Matriti non semel. Qui liber auro contra non carus, & cui inter ceteros palmam defero, Latinus prodiit anno 1654. in 24. & Italicus Venetiis 1656. & 1662. in 12. conversus ab Antonio Julio Brignole.

Vida divina y camino real para la perfeccion. Matriti 1633. in 4. & 1635. una cum *Vita Petri Canisii.* Latine vertit Martinus Sibenius, Jesuita, atque edidit Monasterii Westphalorum 1642. in 16. Belgice quoque Andreas de Boeie, similiter Jesuita, anno 1640.

Prodigio del Amor divino y fineza de Dios con los hombres. Matriti apud Joannem Sanchez 1641. in 4.

De la Adoracion en espiritu y verdad: interpretatio Hispana operis Latini jam relati. Simulque:

Tratado de la Constancia en la virtud. Matriti 1647. in 4.

Hermosura de Dios. Ibidem..... in 4.

Avisos espirituales para conformar su voluntad con la de Dios, *y conservar la paz de la alma.* Ibidem..... Gallice prodiit Parisiis 1644. 8. & 1645. in 12.

Dictamenes de Espiritu. Hoc opusculum, post primam editionem Hispanam, Mexici subjecit iterum prelo D. Joannes Palafox & Mendoza, Angelopolitanus episcopus, anno 1642.

Cielo estrellado de Maria. Matriti 1655. in folio.

Epistolas. Emmanuel de Faria & Sousa, eques Jesu Christi, Lusitanus, collegit atque edidit Matriti 1649.

Causa y remedio de los males publicos. Ibidem apud Franciscum de Robles anno 1642. Gallice prodiit Lugduni 1644. in 8.

Corona virtuosa y virtud coronada, sive, *De virtutibus in Principe requisitis*: cunctarum in Austriacis Imperatoribus atque Hispaniæ Regibus exempla proponens. Matriti apud Franciscum Marotum 1643. in 4. Mantissæque loco:

Centuria de dictamenes reales.

De la devocion y patrocinio de S. Miguel antiguo Tutelar de los Godos y Protector de España. Ibidem apud Mariam de Quiñones 1643. in 4.

Del Afecto y Amor a Jesus.

Alimento del Amor Divino.

Codicia santa de gracia y merecimientos.

Devocion con las Animas del Purgatorio. Quatuor hæc simul prodierunt Matriti typis Regiis 1630. in 16. & cum *Vita divina.* Primum de *Amore erga Jesum* transtulit Gallice Claudius Allard, Parisiis editum 1652. in 12. Belgiceque Andreas de Boeie, uterque Jesuita.

Del Afecto y Amor con Nuestra Señora la Virgen Maria. Italicum dedit hunc libellum Ludovicus Flori, Jesuita, Panhormi 1656. apud Bisagnum.

Tratados espirituales, seu liber sic nuncupatus, quædam ex his continet & præterea:

Libro de la Vida.

Flores espirituales.

Rudimentos espirituales del Santisimo Sacramento.

Firmamento Religioso e ideas de virtud.

Curiosa Filosofia. Matriti anno 1643. in 8.

Claros Varones de la Compañia de Jesus: qua-

quatuor voluminibus. Matriti 1643. in folio. Audio tamen de quinti voluminis Matritensi editione jam nunc extante.

Gloria de S. Ignacio y de S. Francisco Xavier. Matriti 1645. in folio.

Vida de S. Ignacio. Matriti anno 1631. in 8. & forte alia.

Vida del Padre Marcelo Mastrillo.

Vida del B. P. Francisco de Borja: quæ una cum sancti viri hujus opusculis prodiit. Hispana hæc omnia opera ascetica & philosophica, non historica virorum illustrium Societatis Jesu SS. Ignatii, & Francisci Xaverii & Francisci Borgiæ, prodierunt simul Matriti tribus tomis in folio anno 1651. ex officina Dominici Garcia & Morras, in qua editione video præter supra jam laudata opera, hæc alia quæ sequuntur:

Tom. I.

Exemplos de la Doctrina Christiana, sus verdades y oraciones.

Partida a la eternidad, y preparacion para la muerte.

Libro de la vida de Jesus Crucificado, impreso en Jerusalen.

Santos exercicios y oraciones a proposito de los enfermos peligrosos.

Tom. II.

De la Perfeccion Religiosa, a una Religiosa Descalza.

Consuelo de almas escrupulosas y su remedio.

Consejos espirituales.

Soliloquios y practica interior del amor de Dios: contiene las llamas de amor por varios afectos, y las saetas del amor divino.

Exercicios de afectuoso amor de Dios por los gozos de sus divinas perfecciones.

Combite de Alabanzas Divinas.

Sacrificio de Amor y alabanza a la hermosura divina.

Tomo III.

Recuerdo para remedio de los tiempos presentes.

Oculta Filosofia, que contiene dos libros. Uno de la sympathia y antipathia de las cosas: Otro del Artificio de la naturaleza.

Prolusion a la Doctrina y Historia natural con que se dio principio a las lecciones de Fysiologia en los estudios Reales de Madrid.

Del nuevo misterio de la piedra Iman, y nueva descripcion del globo terrestre.

Vertitque ex Latino & vulgarem Hispanis post alios fecit, aureum opus:

Imitacion de Christo y menosprecio del mundo de Thomas de Kempis. Antuerpiæ 1650. 8.

Obiit Joannes Eusebius Matriti VII. die Aprilis MDCLVIII. ætatis suæ LXIII.

F. IOANNES FALCONI, anno MDXCVI. parentibus editus Matritensibus in oppido Fiñana Accitanæ dioecesis, dum ibi Joannes pater juri dicundo præesset, ordinis B. Mariæ de Mercede, pietate vir tempore suo celebris, fructuosissimusque in poenitentiæ sacramento animarum medicus, dedit in lucem quædam ascetica opuscula, scilicet:

Cartilla espiritual. Cui successit postumum aliud:

Sacro monumento, Cartilla segunda para leer en Christo sueltamente: editum curante Fr. Petro de Arriola, Cæsaraugustæ 1651. in 8.

Vida de Dios.

El Pan nuestro de cada dia, hoc est, *De Communione quotidiana.* Matriti in 8.

Mementos de la Misa, y modo muy importante de ofrecerla. Matriti. Omnia hæc simul prodierunt Valentiæ 1662. in 8. Prodierunt quoque, ut a fide dignis accepimus, Gallice duobus tomis Parisiis 1667. 8. & Italice conversa. Italicam interpretationem Alphabeti, cum hoc titulo *Alphabeto per saper leggere in Christo*, dedit Romæ anno 1665. in 16. F. Josephus Melandonius, Capuccinus. Vidimus nos quidem alteram editionem Gallicam cum titulo *Trois Traitez spirituels, l' Alphabet, de le Vie divine, & de l' Oraison.* Adjunguntur in hac secunda editione Parisiensi apud Sebastianum Mabre Cramoisy 1667. in 12. Mathiæ de Villaroel, ejusdem ordinis Mercenariorum, *Regles importantes pour faire l' Oraison.*

Obiit Matriti XXXI. Maii MDCXXXVIII. cum insigni sanctitatis fama. Servantur in domo Matritensi acceptæ probationes de rebus ejus sancte gestis miraculosisque operationibus ut suo tempore Apostolicæ sedis subjiciantur examini.

F. IOANNES FELIX, alias nondum Deo sacer, IOANNES FREIRE DE LIMA, Olisiponensis, nobili loco natus, Conimbricæ olim data literis opera disciplinam civilem fuit professus, artis poeticæ facultate potissimum celeber. Cujus in adprobanda legum peritia, ut moris est, academicis patribus fecit aliquando specimen, posteris forsan vix credendum. Obtigerat ei forte explicanda *L. in Testamento C. ad Legem Falcidiam.* Hanc intra unius diei spatium, quod his præstitui experimentis solet, paraphrasi poetica, insertis & comprehensis carmine titulis seu epigraphis & paragraphis & legibus, quod difficillimum est, explanatam & illustratam memoriæ mandavit, perque horam publice recitavit. Mox in supremo Lusitaniæ senatu, quo se ipse vocat munere, jurisconsultum egit, quousque sæculo renuntians Sanctissimæ Triadis so-

fodalibus applicari voluit. Eo tempore typis mandari fecit carmina, priufquam facris initiatus fuiffet confcripta, nempe:

Ifagogem ad laudes Auguftiffimi Hifpaniarum Principis (*Philippi* tunc *Regis IV.*) *in ejus expectatiffimo ortu & baptifmate.* Olifipone apud Petrum Craesbeck 1610. 8. *Centones* funt nempe, *Panegyrici*, *Epigrammata*, *Genetliaca*, *Eclogæ*, fereque omnis generis carmina elegantiæ non vulgaris. Accedit:

Paraphrafis laudata *ad L. in Teftamento C. ad L. Falcid.* fere nongentis verfibus.

F. IOANNES FEO, Lufitanus, ordinis S. Francifci Portugalliæ provinciæ, fcripfit:

Kalendario perpetuo. Ulifipone 1588.

F. IOANNES FERDINANDUS, Vilillenfis in Aragonia (quod oppidum Vililla eft, ut vulgo placet, veterum Julia Celfa, portentofo æris campani fe ipfum a proavorum ætate fæpius percutientis figno admodum memorabile) fodalis Dominicanus, facræ theologiæ magifter. Valentiæ hoc fibi inftitutum delegit, poft in collegio Dertofæ urbis artium, theologiæque fcientiam, atque item explanationem facrorum Bibliorum publice docuit, vir ad facra hæc ftudia Græcas & Hebraicas literas fructuofe applicans. Scripfit:

Commentarium in librum Ecclefiaftes, in quo Vulgata ad verbum cum originali Hebræo confertur, & probatur eam omnes alias verfiones excellere. Romæ apud Joannem Paulum Profilium 1621. in folio.

IOANNES FERDINANDUS, Toletanus, Jefuita, facrorum voluminum Romæ interpres, Hebraica Græcaque literatura, quarum pofteriorem ante initam Societatem Toleti docuerat, fatis excultus; in Belgium inde ivit, munufque fibi injunctum facerdotalis curæ militibus exhibendæ præftanti animo & pietate geffit, cujus rei exempla quædam auctor *Bibliothecæ Societatis* adducit. Reverfus annos XV. facris actionibus edendis, doctifque condendis literarum monumentis procudit, moribus innocentiffimis perpetuaque virginitate confpicuus. Scripfit:

Divinarum Scripturarum juxta SS. Patrum fententias locupletiffimum Thefaurum: tomis tribus alphabetico ordine difpofitum, hoc eft, verborum phrafiumque totius Scripturæ Sanctæ difficiliorum, utpote metaphorice fignificantium, explanationem. Horum primus tomus Metinæ prodiit typis Jacobi a Canto anno 1594. continens priora quatuor alphabeti elementa; fecundus, uti domeftici affirmant teftes, omnino abfolutus prelum expectat; tertio nondum perfecto immortuus eft auctor, Palentiæ fcilicet, anno MDXCV. ætatis fuæ LIX.

IOANNES FERDINANDUS. De hoc dicere habeo id quod Joannes Vafæus quarto capite *Chronici* fui *Hifpanicarum rerum* fcriptum reliquit: *Extat præterea comitis Nonii Alvari Pereiræ Brigantiæ domus auctoris hiftoria impreffa, quem comitem Lufitaniæ Camillum recte dixeris. Eam ut audio Latine vertit Joannes Ferdinandus, quem illuftriffimus Brigantiæ dux Theodofius filio fuo unico Joanni, in fucceffionem ampliffimæ domus nato, præceptorem prudenti confilio delegit, cujus eruditio varia Compluti, Salmanticæ, Conimbricæ celebrior eft quam ut alienæ prædicationis indigeat.* Hæc Vafæus.

IOANNES FERNANDEZ, Bæticus, Cordubenfis, Jefuitarum fodalis, alacer Francifci Xaverii viri Apoftolici comes in Japonica expeditione, qui Firandi fuit denatus anno MDLXVII. Inde fcripfit:

Epiftolas de rebus Japonicis octo ab anno MDLI. ufque ad MDLXVI.

Grammaticam linguæ Japonicæ.

Dictionarium Japonicum duplex.

IOANNES FERNANDEZ DE ABARCA, Philippo Hifpaniarum Regi III. a rationibus tormentariæ rei Portugalliæ regni, fcripfit:

Difcurfo de las partes y calidades con que fe forma un buen Secretario, con una recopilacion del numero que hay de cartas mifivas para fu exercicio. Olifipone 1618. in 4.

IOANNES FERNANDEZ DEL CASTILLO, veredorum Carthaginenfis urbis & provinciæ magifter (Correo mayor vocant) fcripfit:

Tratado de Enfayadores. Matriti anno 1623. in 4.

IOANNES FERNANDEZ DE LA GAMA, qui bachalaurum fe & jurifconfultum feu adfefforem D. Alphonfi de Cardenas, equeftris ordinis D. Jacobi magiftri, profitetur, Catholicorum Regum juffu compilationem Hifpanicam Conftitutionum ejus ordinis confecit. Ea in comitiis anni MDI. & MDII. partim Hifpali, partim Aftigi celebratis, publicata eft, preloque tradita Hifpali apud Joannem Pegnicer de Nuremberg 1503. folio, hac infcriptione:

De las Leyes y Eftablecimientos de la Orden de Santlago.

D. IOANNES FERNANDEZ DE HENESTROSSA, Aftigitanus, eques ordi-

dinis Alcantarensis, S. Jacobi Conchensis apud Salmantinos collegii sodalis, magno hujus academiæ plausu edidit:

Dissertationem Academicam de Impensis in res dotales factis. Madriti apud Lucam Antonium de Bedmar circa annum 1674. in 4.

Parabat in duos posteriores libros, ut appellant Voluminis, sive XI. & XII. codicis Justinianæi, ut absolveret opus, quod inchoavit tantum D. Franciscus de Amaya, ejusdem collegii, vir impense doctus atque eruditus.

D. IOANNES FERNANDEZ DE HEREDIA, Valentinus, scripsit vernaculo carmine:

Obras en verso espirituales y temporales. Valentiæ apud Joannem Mey 1562. in 8. Laudat eum Escolanus lib. V. *Hist. Valent.* capite ultimo, §. 10.

IOANNES FERNANDEZ IDIAQUEZ, interpretatus est vulgari Castellæ lingua prosaica:

Las Eclogas de Virgilio con anotaciones. Barcinone 1574. in 8. apud Didacum Malum.

IOANNES FERNANDEZ DE LEDESMA, vertit in vulgarem sermonem Baptistæ Mantuani Parthenia, hoc titulo:

Historia virginal del insigne Poeta Baptista Mantuano traducida de verso heroyco latino.

IOANNES FERNANDEZ DE MALPARTIDA, scripsit:

Declaracion de los Ritos y Ceremonias del Santo Sacrificio de la Misa. Matriti 1653. 4.

D. IOANNES FERNANDEZ DE MEDRANO, Valdoseræ toparcha, nomine suo edidit id, quod parens olim panxerat, opus scilicet:

Republica mixta. Matriti 1602. 4. Thomas Fernandez de Medrano, verus istius operis auctor, Sabaudiæ ducibus Emmanueli Philiberto Catherinæque Austriacæ uxori a secretis fuit belli statusque, cui signate opus adjudicat Regium diploma editioni prævium.

D. IOANNES FERNANDEZ DE VELASCO, magnus Castellæ comestabilis, ducatus Mediolanensis semel atque iterum gubernator, Philippo III. Regi Catholico ab status bellique consiliis, ejusdemque archicamerarius, præses Italicarum rerum senatus, ad egregias animi corporisque dotes, nobilissimæque & excellentissimæ domus ornamenta, propriæ industriæ merito, adjunxit literarum studia, historiæque sacræ & profanæ cognitionem, quarum amore ductus refertissimam omnis generis librorum bibliothecam Matriti formavit, literatorumque egregius fuit Mecænas. Scripsit insuper:

Dos Discursos, en que se defiende la venida y predicacion del Apostol SanIago en España. Pinciæ 1605. in 4. Iterumque, aut tertium, Mediolani, quibusdam additis aut mutatis. Latinum fecit opus Ericius Puteanus hoc titulo, *Vindiciæ Hispaniarum Tutelares*, Lovaniique edidit 1608.

Relacion a la Magestad del Rey D. Felipe II. sobre las diferencias de jurisdicciones eclesiastica y real del Estado de Milan: adjunctis instrumentis cujusque rei authenticis, 1597. in folio.

Orationem, quam habuit Romæ nomine Philippi II. Regis Hispaniarum ad Sixtum V. Rom. Pont. laudat Ludovicus Jacobus a S. Carolo in *Bibliotheca Pontificia*: quæ eadem fortasse cum ea est quam Josepho Stephano idem auctor attribuit. Præterea Hispane:

Observaciones contra Fernando de Herrera. MSS. vidimus.

Obiit clarissimus omni memoria vir XV. Martii anno MDCXIII. relicto filio Bernardino impubere, domus herede.

IOANNES FERRER, Catalanus, ex oppido Tremp dioecesis Urgelensis, presbyter Societatis Jesu, doctor theologus Gandiensis, scripsit Hispanice:

Memoriale aliquot Tractatuum Spiritualium. Itemque:

Libellos duos pios, sub nomine Fructuosi Vitalis. Præter:

Concionem Calari habitam in Exequiis Philippi Regis III. Hispaniarum.

F. IOANNES DE FIGUERAS CARPI, Valentinus gente, instituto ex ordine Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, sacræ theologiæ magister, ministerque provincialis ac vicarius generalis per Angliam, Scotiam & Hiberniam; diligens rerum domesticarum excussor & enarrator, dum annales sui ordinis maturaret præmisit, quasi epitomen eorum, sic inscriptam:

Chronicon Ordinis Sanctissimæ Trinitatis de redemptione captivorum. Veronæ apud Franciscum de Rubeis 1645. in 4.

IOANNES DE FLORES, quidam, scripsit fabulosam historiam hujus inscriptionis:

La Historia de Grisel y Mirabella con la disputa de Torrellas y Brazaida, la qual compuso Juan de Flores a su amiga. Hispali per Joannem Cromberger in 4. Quæ est in bibliotheca Sapientiæ Romanæ.

IOAN-

IOANNES FOCHER, Minorum sodalis, quem Hispanum credebat Alphonsus Ciaconius, ut ex ejus ad *Bibliothecam Hispanam* schedis penes me MS. apparet, plura tam Latina quam Mexicana lingua scripsit, ad diversas disciplinas spectantia. Laudatus Ciaconius.

IOANNES FOGAZA, Lusitanus, nescio quid historicum confecisse dicitur. Cardosus.

IOANNES DE FOGUEDA, medicæ artis ac philosophiæ doctor, Joanni Tellio Gironio, comiti Ureniæ, dedicavit olim libellum:

De Pustulis, quæ Saaphati nominantur.

F. IOANNES FOIX, Dominicanus in urbe Cæsaraugusta, sacræ theologiæ magister, edidit, teste Lanuza in *Historia Ecclesiastica Aragonensi*:

La Condicion del mayor del Cielo, con las alabanzas de San Diego fraile menor sobre el Evangelio de su Fiesta. Cæsaraugustæ apud Joannem de Lanuza anno 1615. 8.

IOANNES DE FONSECA, theologus doctor amplissimi Granatensis archiepiscopi D. Petri Guerrero, habuit:

Orationem ad Patres Tridenti congregatos Feria VI. *in Parasceve anno MDLXII.* Quæ una cum aliis vidit lucem Lovanii & Parisiis.

D. IOANNES DE FONSECA ET FIGUEROA, N. marchionis de Orellana germanus frater, Hispalensis almæ ecclesiæ canonicus, item & scholasticus, Catholico Regi nostro Philippo IV. a cortinæ ministerio (Sumiller de Cortina nos eum appellamus qui conopei Regii, sub quo in publico sedet, vela moderatur) vir (ut verba Gundisalvi Correæ, primarii linguarum Orientalium professoris Salmantini, in nuncupatione cujusdam operis ei directa usurpem) *inter literatos literatissimus, inter nobiles nobilissimus, inter utrosque præstantissimus.* Delicium fuit suo tempore & amor eorum omnium qui literarum, a quibus humani dicimur, studiis delectarentur. Nec tamen ejus quidquam typorum lucem vidit. Nos colligemus aliqua ex iis, quorum nomine apud varios laudatur, aut quæ ipsi vidimus.

De veteri Pictura librum scripsisse, quem penes se perfectum habebat, retulit ad Petronium suum D. Josephus de Salas pag. 15. fragmentaque exinde nonnulla adduxit. Qui & spem fecit vivo auctore daturum eum aliquando ad Plinii historiam notas perpetuas.

Pro D. Laurentio Ramirez de Prado adversus Mussambertium, seu Theodorum Marsilium. Meminit hujus libri D. Laurentius ipse in *Pentecontarcho*, cap. XLIV.

In P. Terentii Andriam notas MSS. vidimus cum *Epistola ad D. Joannem Solorzanum postridie Kal. Decembris MDCVI.* Item:

Ad Claudiani de Raptu Proserpinæ notulas inceptas.

In Senecæ Epistolam XVIII. *lib.* II. *December est mensis*: ad eumdem Solorzanum.

De Criticis Disputatiunculam inter Neotericum Scriptorem, & *** quæ incipit: *Contra claudum insurgo scriptorem.* Defensionem continet quarumdam Lipsii correctionum, quas claudus ille (D. Franciscus de Quevedo forsan) reprehenderat. Scripsisse etiam nescio quid ad *Pseudo-Dextri*, & *Pseudo-Maximi*, quibus ille forsan præstabat fidem, *Chronica*, Thomæ Tamajo credimus in præfatione *Novitatum antiquarum*, seu *Dextri defensione.* In cujus exemplo quodam, quo noster utebatur, reperi scriptum ad interpretationem harum notarum P. P. O. scilicet *Præf. Præt. Orientis* significantium; *vide Observationes nostras adversus Gutherium.* Qui nescio an sit Gutherius *de Officiis domus Augustæ* scriptor, an Gruterus *Inscriptionum veterum* collector. Ad Fonsecam scripsit epistolam quamdam elegantissimam Joannes Baptista Suarez, Gaditanæ ecclesiæ portionarius, vir eruditissimus, Januario mense anni MDCX. paulo post ejus adventum in Hispalensem ecclesiam, qua consulit eum de emendatione loci Catulliani in *Coma Berenices* eo versu:

Obtulit Arsinoes Chloridos ales equus,

quem sic legit Suarezius *Cypridos ales equus.* Præterea nuncupavit nostro Gundisalvus Correa laudatus illustrationem cujusdam libri Genesis testimonii, quæ excusa fuit. Italiam lustrasse dicitur, Regis sui nomine ad Parmensem ducem extra ordinem legatus, Matritique ante tempus obiisse magno bonorum omnium dolore & luctu.

IOANNES FRAGOSUS, Toletanus, medicæ artis, maxime ejus quæ a manuaria opera humanis corporibus sanandis impensa Græco vocabulo chirurgica audit, peritissimus, Philippo II. Regi Catholico propter excellentem hujus cognitionem, ac felicissimam exequutionem, ab utroque fuit munere, & quod medicamentis, & quod manu plurimum ægris opitulatur, ediditque foras utilissima, & quæ in manibus omnium sunt, hæc sui studii monumenta:

De Chirurgia librum, Hispane: simulque *De las evacuaciones*: necnon & *An-*

tidotario : omnia Hiſpanice. Matriti apud N. Gomeſium anno 1581. in folio.

Chirurgia univerſal enmendada y añadida. Compluti 1601. in folio. Hoc opus Italice converſum a Balthaſare Graſſo, alias Graſſa, prodiit Venetiis 1662. 4. cum additione trium tractatuum Junioris Fragoſi. Primus eſt *Suma de ciertas propoſiciones Chirurgicas contra algunos aviſos de un Doctor de la facultad el año* 1584. II. *Las declaraciones o prognoſticos que deben hacer los Cirujanos ſobre diverſas enfermedades, o muertes que ſuceden.* III. *Aforiſmos de Hippocrates que tocan a la Cirurgia con declaracion breve.*

De ſuccedaneis medicamentis ; cum animadverſionibus in quamplura medicamenta compoſita, quorum eſt uſus in Hiſpanis officinis. Ibidem apud Petrum Coſio anno 1575. in 8. & apud Gomezium anno 1583. in 4. Hiſpali 1632. in 8. Adjungit vander Lindius.

De *Medicamentorum compoſitione.* Ibidem in 4. anno 1575. Niſi idem ſit cum ſuperiore.

Diſcurſos de las coſas aromaticas, arboles, frutas y medicinas ſimples de la India: ad Joannem Principem. Matriti apud Franciſcum Sanchez anno 1572. in 8. Quod opus Latine reddidit Iſrael Spachius, Argentinenſis, atque edidit Argentinæ apud Joannem Martinum anno 1601. 8.

Erotemas Chirurgicos, en que ſe enſeña lo mas principal de la Cirurgia, con ſu gloſa. Matriti apud Petrum Coſſio 1570. Hunc patria fuiſſe Luſitanum Luſitani contendunt.

IOANNES FRAGOSUS, Junior appellatur in editione Veneta Joannis Fragoſi, celebris chirurgici, operis a Balthaſare Graſſo, alias Graſſa, ex Hiſpanica lingua in Italicam converſi, quæ prodiit anno MDCLXII. in 4. Is, cujus in ea de novo publicantur:

Tres Tratados. El Primero Suma de ciertas Propoſiciones Chirurgicas contra algunos aviſos de un doctor de la facultad el año de MDLXXXIIII. *El II. Las Declaraciones o Prognoſticos que deben hacer los Cirujanos ſobre diverſas enfermedades, o varias maneras de muertes que ſuceden. El III. Aforiſmos de Hippocrates que tocan a Cirugia con declaracion breve.*

IOANNES FRANCISCUS ANDREAS DE USTARROZ, Cæſarauguſtanus, Balthaſare Andrea parente editus, qui *Genealogiam regiæ domus Aragonenſis* a ſe ductam in ſchedis reliquit, hiſtoricæ totius rei, atque imprimis patriæ, cognitionem ſic attente ac ſedulo in veteribus & novis quibuſcumque monumentis perquiſivit atque ad manum habuit, eaque antiquitatis & liberalium artium notitia ſtudio iſti viam munivit ut nemo alius in Aragoniæ regno ſic paratus ad hiſtoriam ejus conſcribendam accedere poſſe videretur, quandocumque id munus, Zuritæ, Blancæ, Argenſolarum fratrum nominibus grande olim conſequutum famæ ac dignitatis lumen, idoneo alicui conferendum eſſet. Quod factum tandem fuit anno hujus ſæculi XLVI. ſubrogantibus eum regni ſtatibus in Franciſci de Urrea, viri nobilis atque eruditi, qui fato functus fuerat, vicem. Qua ſuſcepta nullus unquam perſuaderi potuit ut ſacerdotia collegii ſacri Cæſarauguſtanæ eccleſiæ aliarumve ambiret, quo magis aliis vacuus domeſtica ſtudia & opus ſui muneris perſequeretur : is enim totus labor & induſtria erat. At niſi immatura abrupiſſet mors lucubrationum progreſſionem dubio procul multa abſolviſſet ; quæ quidem affecta relicta eo magis deſiderantur quod perfecta, & in vulgus edita, doctis & curioſis non mediocriter placent. Horum hic nomenclaturam damus:

Mauſoleo a la memoria del Doctor Baltaſar Andres ſu Padre. Cæſarauguſtæ anno 1636.

Defenſa de la Patria de S. Lorenzo. Ibidem 1638. in 4. adverſus quoſdam, qui vel Valentiæ Edetanorum, vel Cordubæ, vel tandem Coloniæ Auguſtæ Patriciæ hunc honorem falſo adjudicaverunt.

Deſcripcion de la Juſta en campo abierto, que mantuvo en el coſo de Zaragoza D. Raimundo Gomez de Mendoza. Eodem anno.

Antiguedad de la Villa de Mallen. 1641.

Elogio a la memoria de D. Geronimo Ximenez de Urrea. Anno 1642.

Panegirico ſepulcral a la memoria poſthuma del Doctor D. Thomas Tamayo de Vargas Coroniſta Mayor de las Indias. Eodem anno.

Hiſtoria de S. Domingo de Val Martyr Ceſarauguſtano Infante de la Santa Igleſia de Zaragoza. 1643. in 4.

Chronologia de las Imagines aparecidas de Nueſtra Señora en el Reyno de Aragon. Eodem anno.

Monumento de los Santos Martyres Juſto y Paſtor en la Ciudad de Hueſca, con las antiguedades que ſe hallaron fabricando una Capilla para trasladar ſus ſantos cuerpos. Oſcæ 1644. 8.

Diſeño de la inſigne y copioſa Bibliotheca de Franciſco Filhol presbitero y hebdomadario en la Santa Igleſia Metropolitana de S. Eſtevan de la ciudad de Toloſa. Verſibus confectum opus, atque editum Oſcæ 1644. in 8.

Juramento del Principe D. Baltaſar Carlos

los en la Seo de Zaragoza. Cæſarauguſtæ anno 1645.

Diſcurſo de las medallas antiguas Eſpañolas, que publicó D. Vincencio Juan de Laſtanoſa en ſu Muſeo. Ibidem eodem anno.

Obeliſco Hiſtorico y honorario del Principe D. Baltaſar Carlos, que erigio la ciudad de Zaragoza. 1646. Hoc ipſo tempore collegit & publicavit:

La Contienda Poetica que la Imperial ciudad de Zaragoza propuſo a los ingenios Eſpañoles en el fallecimiento del Sereniſſimo Señor D. Baltaſar Carlos de Auſtria Principe de las Eſpañas.

Certamen Poetico de N. Señora de Cogullada iluſtrado con una breve chronologia de las Imagines aparecidas de la Virgen Sacratiſſima en el Reyno de Aragon. Cæſarauguſtæ 1644. 4.

Vida de S. Orencio Obiſpo de Aux. Anno 1648.

Segunda Parte de la Univerſidad de Amor. Hanc ſcripſit in academia Anhelantium, de non commiſcendo ſacras res profanis cum argumenta profana pertractantur, eaque ſæpius edita eſt.

In lucem edidit ex ſchedis MSS. Hieronymi de Blancas:

Las Coronaciones de los Sereniſimos Reyes de Aragon: ſimulque *Dos Tratados del modo de tener Cortes de Geronimo de Blancas y de Geronymo Martel Coroniſtas del miſmo reino.* Cæſarauguſtæ 1641. in 4.

Multo majoris operæ ſunt quæ editurus erat, partim affecta, partim perfecta. Ex ultimis eſt:

La Vida de Geronimo de Zurita y de los demas Coroniſtas del Reyno de Aragon: duobus tomis. Cujus publicationem quare nobis ultra invideant regni ſtatus, qui curam ſibi hanc aſſumpſiſſe dicuntur, vere neſcio; ſed jam Zuritæ vitam in publicum edidit Didacus Joſephus Dormer, Aragoniæ & ipſe chronographus, majorem ut credimus partem ex Uſtarrozii ſchedis.

El Parnaſo Aragones, ſive, de poetis ejus regni, ad imitationem *Lauri Apollinis* Lupi de Vega Carpio: de quo me per epiſtolam fecit ipſe certiorem.

Annalium Regni Aragoniæ continuationem, veluti potiorem ſui muneris partem, ſic formaverat ut Zuritæ filum ad mortem Ferdinandi Catholici Regis uſque ductum in manus ſumens telam ſuam exordiretur; ſepoſito quadriennio ejuſdem Hiſtoriæ, quod uno volumine, Zuritam & ipſe proſequutus, Bartholomæus Leonardus elegantiſſime deſcripſerat, cuique deſperavit prudens noſter ea ſubjicere, quæ ſuperiorum comparatione laudem aliquam illuſtris atque elaboratæ dictionis referre poſſent, quod ipſe alicubi modeſte fatetur.

Parabat & alia, quorum ipſe ſpem fecit:

Zaragoza antigua: ſive hujus Regiæ urbis antiquitates.

La Fundacion del Hoſpital Real de N. S. de Gracia.

Bibliotheca de los Eſcritores del Reyno de Aragon.

Suceſos del Principado de Cataluña.

D. IOANNES FRANCISCUS DEL CASTILLO, Panhormi editus parente Balthaſare del Caſtillo, Hiſpano, inſtructore (Sargento mayor appellant) legionis militum Hiſpanorum, qui in Sicilia ſtipendia merent; dum Philibertus Emmanuel, ſereniſſimus Sabaudicæ domus Princeps, moderabatur Siculos Regis vice auditorem generalem terræ mariſque exercuit, deinde judex conſiſtorii ſemel, Regiæ magnæ curiæ ter, demumque magiſter rationalis ſeu ſenator fuit concilii, quod Regii patrimonii curam habet; vir multa juris doctrina & integritate, cujus pronepos, ex filio Didaco & nepote Iſidoro, D. Petrus del Caſtillo, eques ordinis Alcantaræ, & Sancti Iſidori marchio, Panhormi nunc commoratur. Scripſit Joannes Franciſcus noſter:

Deciſiones legales regni Siciliæ: tribus voluminibus in folio. Panhormi anno 1613. Obiitque diem ſuum ſexagenarius tertio die Januarii MDCXLIII.

F. IOANNES FRANCISCUS COLLANTES, Aragonus, ex oppido Belchite, ordinis S. Franciſci, ſacræ theologiæ lector emeritus, Cæſarauguſtanæ utriuſque domus aliquando præfectus, ac provinciæ ſuæ miniſter, verbi Dei eximius præco, edidit:

Divina predicacion del Soberano Rey conſtituido ſobre el monte Santo de Sion: hoc eſt, conciones ſive ſermones pro Adventu & Quadrageſima, tribus tomis. Cæſarauguſtæ apud Petrum Cabarte 1617. 1618. & 1620.

Didacus Murillus tribuit ei opus aliud, ſed ineditum:

De los Eſtados de la alma.

D. IOANNES FRANCISCUS FERNANDEZ DE HEREDIA, Aragonenſis, eques militiæ Alcantaræ, juriſque doctor, olim ſodalis Salmantinus collegii..... Pincianæ hinc curiæ, dein Regiarum rationum in curia Matritenſi & ſupremi Aragoniæ concilii ſenator, ſcripſit:

Oracion Panegyrica Hiſtorial a la Vida y hechos de S. Victorian, Eremita y Abad..... 1676. 4.

Seneca y Neron... 1642. Et Matriti 1681.

Tra-

Trabajos y afanes de Hercules, *Floresta de Sentencias y exemplos*. Matriti apud Franciscum Sanz 1682. in 4.

Latine vero:

Salomonem Pacificum. Valentiæ 1642. in 8.

D. IOANNES FRANCISCUS FERNANDEZ DE IXAR, dux quartus de Ixar, comes de Belchite in Aragoniæ regno, manu tantum exaratum reliquit:

Catalogo de los Santos de España. Adservari hunc in bibliotheca D. Francisci de Urrea, Aragoniæ chronographi, testatus olim fuit Joannes Franciscus Andreas de Ustarroz in *Defensione Patriæ S. Laurentii*, fol. 134. Laudat quoque Joannes Tamajus in *Martyrologio Hispano*, tom. IV. ad diem VII. Julii, & tom. V. ad diem V. Septembris.

El Cortesano puesto en practica tribuit quoque nostro duci Basilius Baren in *Appendice ad Petri Mexiæ Hispalensis Cæsarum Historiam*, ubi de temporibus Ferdinandi II. Imperatoris scriptoribusque tunc florentibus agit.

IOANNES FRANCISCUS DE GRACIA, Aragonius, Balbastrensis, curiæ Balearium insularum senator, olim cum, Philippi Regis jussu, vallem Aranensem in Gallico limite Aragoniæ regni lustrasset in reditu edidit:

Relacion al Rey D. Felipe III. de la Valle de Aran, *de los Reyes que la han poseido*, *sus conquistas*, *costumbres*, *leyes*, *y govierno*. Oscæ 1613. 4.

Meminit Vincentius Blascus volumine II. *Hist. Aragon.* lib. V. cap. XLVI.

IOANNES FRANCISCUS DE GUEVARA, ex oppido Lepe Hispalensis dioecesis, scripsit:

Avisos de la diligencia que un Señor debe usar en criar sus hijos. Neapoli apud Joannem Carlinum 1602. 4.

D. IOANNES FRANCISCUS MONTEMAYOR DE CUENCA, Aragonensis, jurisconsultus, militarium copiarum olim juridicus, in Cæsaraugustana urbe commorabatur scribens:

Ad Commandæ sive depositi instrumentum scholium. Cui accedunt: *Additiones D. Josephi Niño*. Item:

Ad ejusdem D. Josephi Niño Analysin ad chirographum Mercatoris additiones auctoris. Cæsaraugustæ 1644.

Pentateuchon quæsita pendactylia continens de sui personalique defensione. Ibidem anno 1645. in 4.

Post hæc edita, Regio jussu, in Americam se contulit præfectus seu gubernator pace belloque insulæ Sancti Dominici, atque ejus juridici conventus sive audientiæ ut vocant præses. Abhinc factus senator Mexicanæ cancellariæ tandem in patriam reddit senex, ac Cæsaraugustæ ut credimus diem suum obiit, editis in lucem operibus aliis, scilicet:

Investigacion del origen, *y privilegios de los ricos hombres*, *o nobles Cavalleros Infanzones*, *o hijosdalgo y Señores de vasallos de Aragon*, *y del absoluto poder que en ellos tienen. Parte primera*, *Discurso Politico-Historico-Juridico del derecho y repartimiento de presas y despojos aprehendidos en justa guerra. Premios y castigos de los Soldados*. Mexici 1658. 4. typis Joannis Ruiz.

Edidit etiam:

Excubationes semicentum ex decissionibus Regiæ Cancellariæ S. Dominici insulæ vulgo dictæ Española. Mexici apud Franciscum Rodriguez Lupercio 1667. in 4. Adjungitur:

Propugnatio pro Regia jurisdictione & autoritate in cujusdam Clerici seditiosi causa.

F. IOANNES FRANCISCUS DE RIVAROLA, Lusitanus, ordinis Eremitarum, auctor esse dicitur libri Castellæ lingua propugnandæ tamen Brigantino-Lusitanæ usurpationi, sub nomine Joannis Baptistæ Morelli ascititio conscripti, hac inscriptione:

Reduccion de Portugal a la casa de Braganza. Taurini ut sonat 1648. re vera Roncilioni prope Romam. Rei auctor est Andreas Rossotus, Cistercienſis, in *Syllabo scriptorum Pedemonti*, de Joanne Baptista Morello agens. An idem sit cum Joanne Baptista Rivarola jam laudato doceri cupimus.

IOANNES FRANCISCUS ROSSEL, Barcinonensis, medicus magnæ inter suos existimationis, publicavit:

In sex libros Galeni de differentia & causis febrium & symptomatum commentariorum volumen primum. Accesserunt *Epistolæ* duæ, altera ad *Andream Laurentium* in Monspeliensi academia, altera ad *Joannem de Caravajal* in lyceo Hispalensi publicos medicinæ professores. Barcinone apud Sebastianum & Jacobum Mathevad 1627. folio.

Pater fuit Josephi Rossell, Carthusiani monachi, qui *Praxim* scripsit *conscientiam deponendi*.

IOANNES FRANCISCUS SUAREZ, scripsit:

Enchiridion casuum conscientiæ. Laudatur a P. Diana in catalogo auctorum, quibus usus fuit in formatione primi voluminis suorum operum. Sub ficto hoc Hispano nomine olim editum, corrupta etiam inscriptione,

En-

Enchiridion casuum conscientiæ ex altera editione restitutum vero titulo fuit, & auctori R. P. Theophylo Alario, Clerico Regulari Barnabitæ, sic nempe inscriptum: *Canones conscientiæ ex utroque jure & probatis DD. cum antiquorum tum recentiorum sententiis collecti*, ad exemplar postumum auctoris, studio Joannis Baptistæ Mancini, Cortonensis. Liburni apud heredes Dominici Minarchi 1651. in 4. De quo monuit nos, uti de aliis hujusmodi, Antonius Magliabechius, amicus noster, literis e Florentia ad nos datis.

IOANNES FRANCISCUS DE VERGARA, edidit:

Avisos y advertimientos para criar un Señor sus hijos. Neapoli 1602. 4.

IOANNES FRANCISCUS DE VILLAVA, Beaciensis, theologus, prior seu parochus de Cabra, quod oppidum in meditullio Bæticæ Suessano duci subest, deinde Iavalquinti Giennensis diœcesis, quod marchionatus honore censetur, pie adinvenit, atque ingeniose admodum:

Empresas espirituales y morales: cum iconibus. Beatiæ 1613. in 4. Tripartiti operis prima & secunda pars centum continet hujusmodi symbola; tertia autem majoris operæ argumentum tractans hac nota insignitur, nempe:

Tercera parte de las empresas espirituales y morales, en que el Autor prosigue la explicacion de la primera contra la secta de los Agapetos o Alumbrados. Beatiæ apud Ferdinandum Diaz 1618. in 8. Laudatum opus eruditionis ac pietatis nomine a Ludovico Muñozio in *Vita venerabilis viri Joannis Avilæ.* Edidit item:

Relacion sumaria de la veneracion y estima en que debe estar la santa Cruz de las Navas de Tolosa. Beatiæ 1613. 8.

Discurso de la Antiguedad y Invencion de la sagrada Imagen de Nuestra Señora de la Peña, que se guarda en el convento de los frailes Minimos de la Ciudad de Baeza: teste mihi Joanne de Morales in epitome Hispanica *Fundationis Bæticæ Minimorum provinciæ.*

F. IOANNES DE S. FRANCISCO, in Veas, quod oppidum Murciæ regni, natus, habitum Minoriticum Salmanticæ induit, unde in Novam Hispaniam se cum grege illo sanctorum sodalium duodecim, annunciaturus incolis Evangelium, transtulit, operatusque id est magno profectu, & quidem infusa sibi a Deo ut fertur per extemporale donum sermonis Mexicani cognitione, quo scripsit:

Concionum librum perfectissimum. *Orationes* varias. *Collationes* multas: testimonio futuras accepti a Deo beneficii, ut ait Franciscus Gonzaga IV. parte *Historiæ* in provincia sancti Evangelii, multa de illo mirabilia referens.

Denatus est anno MDLVI.

IOANNES FRANCO BARRETO, Lusitanus, laudari solet in *Bibliotheca Lusitana*, manuscripta ut credimus, dolemusque ad hunc diem. Daret quippe ea tenebris nostris & ignorantiæ, de Lusitanis maxime rebus, ingens lumen. Hujus meminit Cardosus in *Agiologio* die IV. Maii.

IOANNES FREIRE, Olisiponensis, in collegio Societatis, cujus familiæ fuit, Conimbricensi divinarum Scripturarum interpres, reliquit scriptum, quod a morte illius prodiit, opus, nempe:

In Septem priora capita libri Judicum Commentarios. Tum in Lusitania anno 1640. tum Matriti 1642. 4. typis editos.

IOANNES FREIRE CARROTAS, Lusitanus, edidit:

Epigrammata in laudem B. Kalend. Romani. Olisipone 1586. in 4. Ita habet Cardosus in schedis.

IOANNES DE FRIAS, Francisci Ximenii, cardinalis Toletani, vicarius in Complutensi oppido, & cum comitatus fuisset patronum ad Oranicam expeditionem in reditu factus ab eo Toletanæ ecclesiæ canonicus, divinarum atque humanarum literarum peritus, eloquentiaque & probitate morum eo tempore commendatus, vulgo existimatur scripsisse:

Relationem Latinam *de Oranico hoc bello*: breviorem quidem eam sed certam, quam anonymo tribuere solet Alvarus Gomezius *De Rebus Ximenii* scribens. Ei tamen ex conjectura famæ tribuit Petrus de Quintanilla, Franciscanus, qui *Relationem* hanc edidit in *Orano* suo *Catholico* Romæ apud Franciscum Monetam 1658. in 4. V. ANDREAS, qui idem est.

IOANNES FRIDERICUS GELDRE, Almagrensis, ex patre Germano, Jesuitarum sodalis, quem *insignem theologum & in rebus moralibus doctissimum* Alegambius nuncupavit, prelo commisit:

Consideraciones breves para ganar devotamente las Indulgencias. 1615. in 8.

Latine quoque:

Commentarios in Ecclesiastem: quos morte occupatus typis committere non potuit.

IOAN-

IOANNES FROES, Lusitanus, Portalegrensis, Jesuita, pars Sinicæ missionis, apud Sinas edidit eorum lingua:

De adjuvandis Christianis morti proximis. Item:

De Passione Christi Domini cum Litaniis de eadem, & orationibus de quinque sacratissimis vulneribus, quibus (ait in nupera editione *Bibliothecæ Societatis* Nathanael Sotuellus) maxime delectantur Christiani.

Obiit in urbe Hancheu XI. Julii MDCXXXVIII.

F. IOANNES DE LA FUENTE, Toletanus, ordinis Seraphici provinciæ Castellæ, variis locis, Turrilacunæ, Escalonæ, sodales rexit, notus posteris editione operum doctrina & pietate commendatorum, scripsit namque Latine scientibus:

In Evangelium secundum Marcum libros XV. Compluti apud Joannem Gratianum 1582. in folio.

In Psalmum L. Homilias XXVI. Salmanticæ 1566. folio. Et Parisiis 1576.

Necnon Hispanice:

De la esperanza y temor que debe tener el Christiano. Compluti 1570. Sequens opus tertii voluminis nota inscribitur:

Arbol de la vida. Ibidem 1672. 8. Nescio an alius diversusque ab his liber sit *Norte del alma* inscriptus, quem nostro attribuit, *Arboris* hujus *vitæ* non recordatus, Petrus Salazarius in *Historia* istiusmet *Castellanæ Franciscanorum provinciæ.* Lucas Waddingus certe hujus libri non meminit, qui superiorum meminit.

F. IOANNES DE LA FUENTE, alius a superiore ut fertur, ejusdemque instituti sodalium Minorum & provinciæ, in Gallia apud Monpessulanos theologiam docens edidisse illic *super Sententiarum libros* dicitur, quod opus invisum fuit nobis hactenus. Petrus tamen Salazarius, Castellæ hujus provinciæ chronographus, de illis testis est. Vidimus quidem nos Joannis Fontani, Minoritæ Hispani provinciæ Castellæ, domus de la Esperanza præfecti, nomine:

Orationem paræneticam pro pura & sincera prædicatione Evangelii ad omnes ministros divini verbi. Lugduni apud Guilielmum Rovillium 1584. in 4. Falsus fuit Waddingus professione Monspesulna, qui *Orationem* hanc, & *in Sententiarum libros conclusiones* Joanni de Fonte Gallo attribuit.

IOANNES DE LA FUENTE, doctor Hispanus (ait Petrus de Alba in *Militia Conceptionis*) edidit suo nomine (licet alterius sit opus integrum)

Compendium fusioris tractatus circa declarationem Decreti Romani de titulo Immaculatæ Conceptionis. Conchæ 1647. in 4. Item:

Indicem Sententiarum Petri de Perea Augustiniani Episcopi Arequipensis in libro de Conceptione juxta editionem Limensem anni MDCXXIX. Conchæ 1647. in 4. Item:

Indicem Doctrinarum pro Deipara Petri Galatini Minoritæ, maxime circa Immaculatam Conceptionem in opere de Arcanis &c. Ibidem eodem anno in 4. Hæc Alba.

IOANNES DE FUNES, qui se vexilliferum centuriæ peditum sub Alphonso a Cosgaia merentium appellat, edidit:

Arte militar, en que se declara qual sea el oficio del Sargento mayor.

IOANNES FURTADO DE MENDOZA, Lusitanus, Olisiponensis, Alfonsi Furtadi, vicecomitis de Barbacena, filius, qui fuit Brasiliæ gubernator, composuit:

Vida do grande Andre Furtado de Mendoza, Gobernador da India: quæ prelum hodie expectat cum hæc scribimus, ex relatione Fr. Emmanuelis a Resurrectione, Augustinianorum Excalceatorum Portugalliæ in Urbe procurator generalis; aut jam utique passa est.

F. IOANNES DE GABASTON; Dominicanus, in Valentiæ regno censebatur suo tempore cum in sacrarum dictionum expediendo rite officio, generalis concionatoris adimplens munus, tum etiam historiæ domesticæ monumenta pervolvens, atque in literas vernaculo tradens sermone. Cujus nempe extant:

Vida de S. Vicente Ferrer. Valentiæ 1614. in 4.

La Regla que profesan las Beatas de la tercera orden de Predicadores: vida de Santa Catalina de Sena y otras muchas deste estado, que han muerto con opinion de Santidad. Simulque:

Una Apologia, que Santo Domingo fue el primer Inquisidor. Valentiæ apud Chrysostomum Garriz 1621. 4.

Dedit etiam ex Latino Hispanum:

El Tratado de la Vida espiritual de S. Vicente Ferrer declarado y comentado. Ibidem ex eadem officina 1616. 4.

Parabat, cum hæc scriberet, tum de *Privilegiis a Sede Apostolica* ejusdem tertiæ regulæ asseclis pridem concessis; tum de *Laboribus, & persequutionibus a Dominicanis fratribus pietatis causa perpessis*, alterum & alterum librum; tum deinde *Florem Sanctorum* ejusdem ordinis: omnia Hispanice.

F.

F. IOANNES A SANCTO GABRIELE, natus in oppido S. Lucar de Barrameda ad ostium Bætis fluvii, ordinis Mercenariorum Reformati provinciæ Bæticæ, literarum divinarum atque humanarum bene peritus, ingenioque excellenti, edidit ingeniose & eleganter:

Sermones sobre los Evangelios de Domingos, Miercoles y Viernes de Quaresma: duobus tomis. Hispali apud Andream Grande anno 1648. & 1649. in 4. Tandem ex quinta editione Compluti 1662. in 4. Postumi quoque prodierunt ejusdem *Operis Quadragesimalis* duo alii tomi. Matriti in 4.

Decessit virilem adhuc ætatem agens ante annum MDCLV. Lusitanum Santarenensem Cardosus affirmat in schedis MSS. obiisseque eum in domo Bethleemi ejusdem oppidi de S. Lucar cum fama sanctitatis.

IOANNES GALLEGO, artium & utriusque juris doctor, theologiæque (ita vocant) licenciatus, in Cataloniæ senatu primarius judex, frequenter laudatur ex conscripto atque edito:

Responso in causa Syndicatus, in 4. Joannes Petrus Fontanella variis locis, Gabriel Berart in *Speculo Visitatorum*, *aulæ regentis cancellariam senatorem clarissimum*, *omniumque doctrinarum studiosum* vocant.

IOANNES GALLEGO DE LA SERNA, Malacitanus, doctor medicus, & a cubiculo Regum nostrorum Philippi III. & IV. prodire in publicum fecit:

Opera Physica, *Medica*, *Ethica*, *quinque tractatibus comprehensa*, scilicet: *De Generationis principiis omnium viventium. De Conservatione Infantis in utero, & de bono & malo pariendi modo, ac de summo naturæ artificio, quod servat in partu: necnon de Obstetricis officio. De Puerorum alendi ratione, & sanitate tuenda, ubi & de calculi & epilepsiæ præcautione & curatione. De communi puerorum educandi ratione.* Lugduni apud Jacobum & Petrum Prost 1634. in folio. Post hæc edidit:

De Naturali animarum origine invectivam adversus Danielem Sennertum. Bruxellis 1640. in 4. Displicuerant Sennerto quædam ex priore libro illo *De generationis principiis*, quorum in opere suo de *Hypomnematibus Physicis* meminerat.

Extat nuncupatus Joanni nostro Æmilii Parisini, Romani, *De Principiis generationis* alius tractatus in *Exercitationum* ejusdem *de subtilitate*, parte III. Venetiis 1638.

F. IOANNES GALLO, Burgensis, Dominicanus, Gregorii, Salmantini Bibliorum interpretis sæculo superiore clarissimi, germanus frater, acerrimi ingenii raræque doctrinæ vir, quem ob præclaras animi dotes (ait Leo Castrius in prologo *Commentarii super Esaiam*) *virum unum delegit hæc academia, quem ad Regem Philippum & Pontificem Maximum Romam legatum de rebus magnis mitteret.* Extitisse scio in bibliotheca Olivariensi, cujus catalogum in Barberina Romæ vidimus:

De ratione susceptæ legationis pro Academia Salmantina. MS.

Orationem quoque *Joannis Galli de laudibus S. Thomæ, Tridenti ad PP. habitam.* Brixiæque editam anno 1563. novimus. Interfuit enim concilii Tridentini ultimis sessionibus unus ex theologis a Philippo II. Rege Catholico eo destinatis, obiitque Salmanticæ anno MDLXXVII. In schedis reliquit *Lecturam super Quartum Sententiarum*, aliaque.

F. IOANNES GALLO, diversus a superiore, eoque recentior, idemque Burgensis, & ordinis Prædicatorum, edidit:

Tomo I. de Sermones para las festividades de los Santos. Pinciæ 1648. in 4. De aliis nescio.

F. IOANNES GALVARRO ET ARMENTA, Hispalensis, Gundisalvi de Armenta & Annæ Galvarræ filius, in cœnobio hujus urbis professus Augustinianam regulam anno MDLXXVII. sacræ theologiæ magisterio, atque studiorum præfectura in domo Granatensi spectatus, edidit Latine:

Homilias in Dominicas Adventus & Festa occurentia. Granatæ 1617. in 4. Hispanice vero post aliquot annos:

Glosa moral sobre los Evangelios de Quaresma. Luciferi fano 1622. in folio.

D. Philippo Tassio, antistiti Granatensi, fuit a confessionibus.

IOANNES GAMIS, ut videtur Valentinus, vertit ex Latino Æneæ Sylvii, ut præ se fert:

Vision deleitable de la casa de la Fortuna. Valentiæ apud Petrum Patricium Mey 1611. in 8.

F. IOANNES DE GAONA, Burgensis, Minorita, Lutetiæ in Gallia sub doctissimo illo ejusdem instituti doctore a Cornibus theologiam, sub aliis singularem idiomatis Latini, rhetoricæ artis & Græcæ linguæ cognitionem percepit. In patriam remeans, Pinciæ, quæ tunc aula erat Caroli Cæsaris, easdem sacras lecturus literas adscribitur, insignis verbi divini præco, &

& quod præcipuum est morum integritate conspicuus. Hunc Elisabetha Augusta, viro alibi agente, inter alios delegit qui ad faciendam Christo Servatori frugem in Americanam Novæ Hispaniæ transfretaret provinciam. Ibi decem annis addiscendo illius gentis sermoni per aliarum omnium disciplinarum juge otium vacavit, quem & perfectissime apprehendit. Extant ab eo editi hac lingua, & jam excusi:

Dialogi de rebus spiritualibus: omnia illius idiomatis scripta ut ajunt superantes, cum elegantia & sermonis puritate excellant, res vero ipsæ auctoris eruditionem testentur, ut inquit in libro *De Origine*, *&* *progressu familiæ* suæ Franciscus Gonzaga, Minorum generalis minister. Tribuit quoque ei Ludovicus a Rebolledo in *Catalogo Scriptorum hujus ordinis*:

Sermones Dominicales: eadem Mexicana lingua.

Dialogum de Christi passione, nondum editum, laudat inter hujus opera Lucas Waddingus. Scripsisse etiam Latine ajunt Gonzaga & idem Waddingus:

Apologiam adversus famigeratissimum quendam theologum: aliaque temporis iniquitate deperdita. Vertisse eum quoque in eamdem Indorum linguam aliquot *S. Joannis Chrysostomi Homilias*. Latino autem sermone *in Epistolas Pauli*. Elucubrasse item *Documenta spiritualia* præter *Dialogos*, necnon antidotum (hæc est *Apologia* ut credimus, nuper laudata) in quemdam qui temere affirmabat sub utraque specie communicandum, & ita parvulis atque adultioribus Eucharistiæ sacramentum porrigendum. Scripsisse item in logicam, atque primum fuisse qui Indorum adolescentulos literis erudiret auctor mihi est Alphonsus Ciaconius, Dominicanus, in schedis MSS. ad *Bibliothecam Universalem*, quas apud me habeo Romæ coemptas.

Diem obiit suum anno MDLIX. jacetque in cœnobio Mexicano.

IOANNES DE GARAY, Oscensis civis & professor, edidit:

Vida de S. Urbicio, o Urbez.

Fiestas que hizo la Santa Iglesia de Huesca en el recibimiento de las reliquias de S. Orencio.

Historia de la fundacion y antiguedades de Huesca. MS. fuit penes Martinum Carrillo, Montis Aragonis abbatem, ut refert ipse principio *Catalogi Episcoporum Aragonensium.*

IOANNES DE GARNICA, jurisconsultus, professorque in academia Oscensi, edidit:

Exposicion de la Bula de Cruzada, Difuntos y Composicion. Matriti 1578. in 8.

IOANNES DE GARNICA, inscribitur auctor libri, qui MS. asservatur in bibliotheca quæ fuit comitis de Villaumbrosa cum hoc titulo:

De Hispaniarum Monarchia ab Adam &c. Philippo III. Regi dicati.

IOANNES GARZIA, ex oppido Becerril diœcesis Palentinæ, in Regio Laurentino collegio laicus sodalis, scripsit, cum eloquutione Latinæ linguæ præstaret:

Philippi Hispaniarum Principis exercitationem Grammaticam. Compluti apud Joannem Iñiguez 1589. in 4. Antuerpiæ apud Plantinum 1590. in 8.

Orationem Panegyricam coram Philippo II. Rege habitam. Compluti 1588. 8.

F. IOANNES GARZIA, Franciscanus provinciæ Aragoniæ, in urbe principe natus, divinarum atque humanarum artium bene gnarus, quo tempore Didacus Murillo scribebat *Cæsaraugustanam Historiam*, totus erat in absolvendo opere hujus tituli:

Collectanea Biblica ex Hieronymi myscellaneis, sive expositiones Sacræ Scripturæ ex ejus operibus collectæ, adhibitis interdum propriis notationibus. Quod immensi laboris opus, doctisque viris laudatissimum, intelligendisque pluribus istius Sancti doctoris locis obscuris utilissimum futurum ait Murillus.

F. IOANNES GARZIA, diversus a superiore, at ejusdem ordinis in provincia XII. Apostolorum Peruani regni, edidit:

Explicacion de los misterios de la Misa y de sus ceremonias. Limæ 1641.

Breve Recopilacion de las Indulgencias. Waddingus.

F. IOANNES GARZIA, in oppido Almagro Castellæ Novæ ortus, Dominicanus, sanctimonia vir spectatus, una cum Francisco Diaz, ejusdem familiæ, inter Sinas scripsit atque edidit:

Ki Mung: sive hujus tituli volumen, eadem lingua Sinica, de quo videsis in Francisco Diaz.

IOANNES GARZIA, canonicus ecclesiæ Oriolensis in Valentino regno, edidit:

De la vida exemplar de los Eclesiasticos. Valentiæ apud Patricium Mey anno 1611. Reperio quoque, forsan prioris editionis, hunc alium titulum: *Institucion de los hijos que se inclinan a ser eclesiasticos.* Valentiæ in hac eadem officina 1609. in 8.

IOAN-

IOANNES GARZIA DE BAHAMONDE, sacræ theologiæ doctor, in sanctæ Crucis collegio Pinciæ olim sodalis, a concionibus inde canonicus in ecclesia Pacensi, tandem in Hispalensi prior ut vocant, seu præfectus, sacrorum locorum omnium qui ab eremitis laicis custodiuntur; concripsit, sed non edidit, a Benedictinis ejusdem urbis monachis, quos sibi heredes suarum lucubrationum nuncupaverat, post auctoris mortem publicatum, opus valde pium, scilicet:

Centum Homilias in sacrosanctam Christi passionem. Hispali 1621. folio.

Obiit is anno salutis MDCXV.

IOANNES GARZIA OLIVAN, Urgelensis episcopus, scripsisse dicitur sed non edidisse:

Historia de Aragon: quam Petrus Cenedo laudat in *Collectanea ad Cap. Beatus XXII. Quæstione secunda.*

IOANNES GARZIA POLANCO, scripsit:

Memorial de las Misas de S. Amador.

IOANNES GARZIA DE RENGIFO. Vide DIDACUS GARZIA DE RENGIFO.

IOANNES GARZIA DE SAAVEDRA, gente atque etiam nomine GALLÆCUS, Tudensis, jus civile olim Salmanticæ ab optimis præceptoribus Emmanuele Costa & Aria Pinelo, Lusitanis, atque Antonio Padilla Menesio, famigeratissimis prudentiæ juris professoribus, excepit. In prætorio dein provinciæ suæ, moxque Matriti in Regia curia Castellæque senatu amplissimo relatorem ut vocant, sive recitatorem causarum, exercuit, quo tempore *De Expensis & meliorationibus* commentatus est. Tandem eum fructum ante acti laboris, & digniorum, quam ut in munus non multum liberale impenderentur, studiorum percepit ut fisci patronus ad Pincianos iret, vir multa doctrina forensique exercitatione, majoribus quoque honoribus aptus. Duo ejus libri extant, docti plane atque elegantes:

De Expensis & meliorationibus. Compluti apud Andream Sancium anno 1578. folio. Antuerpiæ 1614. Marpurgique in Germania eodem an. in 4. Amstelodami 1655. 8.

De Hispanorum nobilitate & exemptione tractatus, sive ad legem pragmaticam Cordubensem, quæ est L. VIII. tit. XI. lib. II. Novæ Compilationis. At hunc licet absolverit, regiumque editioni prævium diploma circa annum MDLXXXVII. impetraverit cum fiscalem ageret Pinciæ advocatum, non nisi post decem integros annos a calumniis vindicatum Joannes, auctoris jam defuncti filius, atque idem prætor Guadalaxarensis, a se etiam locupletatum foras emisit Compluti anno 1597. folio. Item tractatus breviores quatuor:

De Donatione remuneratoria.

De Fidei commisso tacito.

De Hypotheca post contractum vivente, aut moriente rescisso contractu.

De Conjugali ac quæstu: qui omnes simul prodierunt. Præter hæc:

Apologiam de Successione regni Portugalliæ se scripsisse annotat ipse in tractatu *De Expensis*, cap. XVI. num. 29.

IOANNES GASCON, artium magister, professorque in schola Oscensis urbis publicus, edidit:

In Logicam Aristotelis Commentaria. Oscæ 1576. in 4. Bilbilitanum vocat Valerius Andreas in *Catalogo Scriptorum Hispanorum.*

IOANNES GASPAR ORTIGAS, Cæsaraugustanus, legum doctor, civile jus in ejus urbis gymnasio interpretabatur cum edidit:

Patrocinium pro inclyto ac potentissimo Cæsaraugustano Gymnasio adversus contradictiones Academiæ Oscensis, propugnaculumque Oscensis Scholæ. Cæsaraugustæ 1586. in 4. Oscensi antiquissimæ scholæ præjudicium ne fieret, erecta Cæsaraugustæ alia, Oscenses sollicitabat cura, in hisque Martinum Monter a Cueva, ejus urbis civem, gymnasiique professorem primarium, hujus partis propugnatorem. Judicem postea curiæ Regiæ civilis Cæsaraugustæ egit.

F. IOANNES GASPAR ROIG ET IALPI, Catalanus, ex oppido Blanes, ordinis Minimorum Sancti Francisci de Paula, Regius regnorum coronæ ut vocant Aragoniæ chronographus, provinciæ suæ quondam præfectus, deindeque & vicarius generalis, vir doctus, edidit:

Tratado de las Excelencias y antiguedades del Priorato de Santa Maria de Meya en el Principado de Cataluña. Gerundæ 1668. in 8.

Resumen Historial de las grandezas y antiguedades de la Ciudad de Gerona, y cosas memorables suyas Eclesiasticas, y Seculares asi de nuestros tiempos, como de los pasados. Vida, martirio y patrocinio de S. Narciso natural de ella y su Obispo, y defensa de la entrada de Carlos el Grande en Cataluña en una carta Apologetica: uno y otro aparato a su Chronica general. Barcinone apud Hyacinthum Andreu 1678. folio. Cujus cum deterere aliqua circa Sancti Nar-

Narcissi res procuratum esset scripta ab.....

Historia Apologetica de la vida y martirio de S. Narciso, reposuit noster:

Verdad triunfante, Discurso Historico-apologetico por el capitulo 22. de la primera parte del Resumen Historial &c. Ibidem 1680. in folio.

Parare hunc, ex facultatibus eidem a superioribus concessis, constat: *Libro de los hechos de armas de Cataluña. Ilustraciones Geograficas de los Condados de Barcelona, Rosellon, y Cerdaña. Apologia por la Catedral de Girona. Enchiridion de las glorias de Cataluña*: quatuor partibus.

F. IOANNES GAZO, Cæsaraugustanus, sodalis Minorita, quem Waddingus, minus recte, Catalanum credidit contra id quod domestici de eo referunt, & inter alios Vincentius Blascus lib. ultimo *Aragon. Histor.* cap. XLVII. Certe Cataloniæ provinciæ fuit præfectus. Scripsit:

Instituciones sacras Evangelicas y morales para las mas principales jornadas del discurso del año, y Sermones duplicados para Quaresma: duobus tomis. Barcinone apud Sebastianum Mathevad & Laurentium Deu 1610 & 1612. in fol. & 1614.

IOANNES GELIDA, Valentinus, ex urbe regni principe, in Parisiensi schola philosophiæ professor clarissimus, quacum literarum omnium & Græcæ linguæ peritiam non vulgarem conjunxit. Lutetiæ primum ludo præfuit, quem a Cardinale fundatore vulgo appellant, deinde Burdigalæ Aquitanico, quem Andreas Goveanus in Lusitaniam & Conimbricensem academiam a Joanne III. Rege vocatus successori vacuum reliquerat. Obiit hoc munus agens sexagenario major XI. kalendas Martias MDLVI. *Alter nostri temporis Aristoteles* a Joanne Ludovico Vive appellari dignus. Hic tantus vir, cujus elogium edidit luculentum Andreas Scotus, nil aliud reliquit posteris quam:

Epistolas aliquot. Rupellis editas 1571. quæ quidem (ait idem Scotus) Latine ita perscriptæ sunt nihil ut supra videatur fieri posse; sed scholasticas omnes, præcipue ad Joannem Tastæum, medicum Parisiensem, & Eliam Vinetum, Santonem, qui ei postea in gymnasiarchiæ munere successit.

IOANNES GENESIUS DE SEPULVEDA, Cordubensis, quomodo audire ipse ab urbe amabat inclyta, & quod ejus ditionis sit Putalbanum (Pozo blanco vernacula lingua) patrium ut credimus ejus oppidum in tractu illo, quem a propinquitate laudatæ urbis & propter lapidum copiam Los Pedroches de Cordova vulgus appellat; cui quidem tractui suis ipse in scriptis, præcipueque in *Epistola XLV.* ad Ferdinandum Nonium Pincianum, non obscure natales suos debere profitetur; circa annum MCCCCXC. honestis parentibus editur, studiorum, quæ excoluit, nomine haud minus civibus suis quam exteris sublimi quodam loco semper habendus. Compluti operam Xanto seu Sancio Mirandæ, philosopho ac theologo eximio, in physicis dedisse, postquam grammaticis fuisset in patria imbutus, dicitur. Nec contentus in Seguntinæ urbis & academiæ collegio aperuisse sibi sodales inter illius ad majora aditum, Bononiense illud, ex quo, magni Albornozii cardinalis munificentia, Hispani adolescentes celebris toto orbe academiæ partem haud contemnendam constituunt, cogitavit delegitque a die XXVII. Junii MDXV. pro mercatu omnium bonarum artium; ad quas cum ingenii nervos, tum actiones omnes, sine ulla prorsus deductione, contulisse toto vitæ suæ tempore videri voluit. In gymnasii istius luce sacrarum literarum & philosophiæ graviora studia Græce atque Latine, quod paucissimis contigit, æque excoluit; nec minus ab eloquentia vigorem illis & cultum, decus vero sibi ac præsidium, celebritatemque comparavit. Adeptus est ibi præceptorem Petrum Pomponatium, inter alios professorem philosophiæ egregium, quod in *Antopologia* refert pro Alberto Pio, Carporum Principe. Cui, summo literarum, quas natalium splendori adjunxerat, fama viro, Genesius post aliquod in ea urbe & sodalitate transactum tempus adhæsit, Romam ab eo ad domum suam, seu potius studiorum ac in studiis præstantissimorum hominum vere gymnasium, honorifice invitatus, benignissimeque apud eum deinceps habitus. Pro quo & adversus Erasmum Roterodamum laudatam paulo ante defensionem scripsit, grati sui erga benefactorem animi perpetuum monumentum futurum. Frequentes erant in ea domo Aldus Manutius, philologus, Petrus Pomponatius, laudatus nuper, Joannesque Montesdoca, Hispalensis, philosophi; Marcus Musurus, Cretensis, Triphonque, Bizantius, Græci, Latine quoque docti, præter alios theologos. Quorum consuetudine totus exarsit ad Philosophi principis doctrinam in ipsis Græcæ linguæ adytis perscrutandam, pluresque ejus libros, atque ejusdem enarratorum fideliter ac philosophice, non Ciceroniane, vertendos; in quo sibi plus æquo Alcyonius ac Perionius indulserunt. Idque Clementis VII. Papæ auspiciis, cui in eo obsequium exhibere se, atque aliis summa dignitate viris, in eisque Matthæo Gui-

Guiberto, præsuli Veronensium amplissimo, non semel datis ad hunc literis profitetur. Quæ ejus cura fructus paulo post referendos in communem utilitatem protulit. Cum Erasmo etiam Roterodamo reciprocavit aliquando literarum commercium, ut constat ex ejus ad Erasmum tertia super quodam Pauli ad Galatas difficili testimonio de Sina monte Arabiæ a se ex Græci textus recta interpretatione restituto, Erasmique ad eum quinta, quæ inter alias Genesii sunt, *Epistolis*. Atque ille quidem in *Ciceroniano* suo vix quidem alium a Genesio Sepulveda in Tullianæ facundiæ imitatorum albo admisit; iis tamen non adhuc solidæ laudis verbis, quæ causam dederunt nostro ne quidem plenas ei habendi gratias, nil retardatus quin optimum & literatissimum Principem sibi ita benevolum ab ejus impugnationibus defendendum susciperet. Contulit quoque operam cum Didaco Neyla, Salmantinæ postea ecclesiæ canonico, in conficiendo *Breviario* illo, quod Franciscus Quiñones, S. R. E. cardinalis, jussu Clementis Pontificis, a se & aliis elaboratum in lucem edidit; de quo ei ad Neylam scribenti centesimam ex suis *Epistolam* fidem habemus. Attamen cum jam ab aliquo tempore reditum cogitaret in patriam, eo quod, quantumvis (ut idem ait directa ad Enecum Mendozam Burgensium antistitem XIV. *Epistola*) *magna* esset *Romæ optimorum & vetustissimorum librorum copia, frequensque doctorum hominum concursus, quibus rebus studia literarum aluntur*, *difficile* tamen sibi videretur *in fortunæ* quasi *officina vel suis vel alienis cupiditatibus non inservire, atque aliis ex aliis nascentibus negotiis inextricabilibus non implicari*. Commodum huic ejus voto accidit, post XXII. annos Italicæ suæ peregrinationis, adventus Romam Caroli Cæsaris, qui eum Regii chronographi titulo cohonestatum sequi aulam jussit. In transitu Bononiense visitavit collegium, ex alumno censor factus Pontificia auctoritate, a Quiñonio jam memorato cardinali collegii protectore sibi procurata, nempe anno MDXXXVI. ut ex *Epistola* ejus octava ad Matthæum Guibertum apparet. Sub finem ejusdem anni Genuæ dedit *Epistolam* XXIII. sequentique tricesimam Pinciæ Vacæorum in Hispania, atque inde alias usque ad annum illius sæculi LVII. vel in eo oppido, vel Cordubæ, vel Matriti, vel in hibernis suis Putalbanis, quo ad vitandum Castellæ aeris rigorem, seu potius gratia studiorum, annua consuetudine sedebat. Medio hoc tempore in Hispaniam redierat Indorum causam propugnaturus Bartholomæus Casas, Dominicanus, Chiapensis episcopus, contra quem disputavit contentissime coram virorum doctissimorum coetu, Pinciam evocato Regiis auspiciis, necnon & pluribus editis scriptis, noster, licere Hispaniæ Regibus in ditionem Indos non herilem, sed civilem & Regiam lege belli redigere. Quæ magnis utrimque animis decertata causa est, in qua sibi adversos habuit Dominicanos cum Casa eorum sodali, imo & Complutensem academiam, uti *De rebus gestis Ximenii Cardinalis* libro VIII. Gomezius refert. Quare & a Melchiore Cano, lib. XI. *De Locis Theologicis*, cap. II. non omnino probatur. Anno LVII. Carolum adiit ex Cæsare jam privatum, & coenobitarum ordinis S. Hieronymi contubernalem, accessitque per occasionem Salmanticam, atque Bletisam, cujus ecclesiæ archipresbyteratu quodam fuerat nuper ornatus. Ab eo tempore, cum annum jam ageret sexagesimum septimum, abstinuisse videtur curiæ tumultu, in proprioque frequens esse tractus Cordubensis prædio, quod ad convallem Mariani montis, qua Cordubæ imminet, situm graphice is atque eleganter in *Epistolis* LXIV. LXVII. & LXXXIV. descripsit. Quo in loco, aut Cordubæ, aut Putalbani ut credere par est (nam & Cordubensis ecclesiæ sacerdotio ditatum eum fuisse apud Bernardum Alderetum libri primi *Antiquitatum Hispanarum & Africanarum* capitis IV. fine legitur) anno MDLXXII. uno major octogenario diem vidit extremum. Hujus clarissimi mortalis famam divulgaverunt olim, ac nunc tuentur, non quidem magnæ molis, sed ad Cleanthis lucernam evigilata, opera, vulgareque amplissimorum hominum de eo judicium. In quorum numero sunt Ambrosius Morales, Paulus Jovius, Lilius Giraldus, Josephus Scaliger, Michael Medina, Martinus doctor Navarrus, Didacus Gratianus, Antonius Possevinus, Gaspar Barrerius, Alphonsus Garsias Matamorus, aliique hujus ordinis. Morales nempe lib. VIII. *Historiæ* suæ *Hispaniæ*, cap. II. excellentis doctrinæ ac singularis utriusque linguæ eruditionis merito Cordubæ urbis, ingeniorum sapientiæque altricis, veterem gloriam instaurasse eum clarioremque reddidisse ait. Jovius in *Elogiis*: *Sed hodie procul dubio*, inquit, *Joannes Sepulveda, Cordubensis, ipsam eximiæ laudis arcem obtinet, qui Græcæ peritus linguæ, & scientiarum prope omnium validis instructus præsidiis, dum assidue, atque ideo feliciter, stilum exercet eloquentissimus evadit*. Ab Scaligero *De Emendatione temporum* lib. V. dum de Era agit Hispanorum, *vir doctissimus* audit; quo super argumento scribens Antonius Possevinus in *Bibliothecæ selectæ* lib. XVI. cap. XIV. *virum præstantem & doctissimum* appellat. Consulesis Barrerium in *Chorographia* sua, quo loco de Pace urbe tractat; Didacum Gratianum in prooemio translationis Hispanæ *Plutar-*

tarchi moralium operum; Martinum Azpilcuetam in *Repet. ad Cap. Inter verba* XI. q. III. Melchiorem Canum loco proxime adducto. Abstineo nunc Michaelis Medinæ testimonio paulo post referendo, & aliis, contentus subjungere pro omnibus unum Alphonsi Matamori elogium, eminentissimo quolibet scriptore dignissimum: *Mox adest* (ille ait in apologetica sua *De doctis Hispaniæ viris* narratione) *Genesius Sepulveda, Cordubensis, in quem intuenti crebro in mentem mihi venit vereri ecquod sit habitura curriculum illa & natura admirabilis & exquisita doctrina, & singularis industria; qui, cum multis in rebus excellat, sic in omnibus tamen eminet ac si totum suum otium in singulis reposuisset. Latine vertit Aristotelem, & quæ a doctis accepit Græcis, si digna existimaret in quibus elaboraret, multo quam in ipsis fuerant explicata auctoribus, meliora reddit. Genus orationis habet fusum, tractum & cum lenitate quadam profluens, quale historia* (*auctore Cicerone*) *postulare videtur. Hinc quibusdam error natus est* (*modo errore illi ac non vera potius certaque sententia trahantur*) *ut in tam admirabili aureoque eloquentiæ flumine, quantum in Genesio Sepulveda attoniti intuemur, spiritum aliquem ampliorem desiderent, calorem intensiorem quærant, & flammas majoris incendii postulent, non intelligentes fusioribus numeris placidam, quietamque orationem reddi. Sit igitur hoc Genesii proprium perpetuumque elogium, laudatum fuisse ab Erasmo, celebratum encomiis a Paulo Jovio, sublatum in cœlum a Lilio Giraldo, Ferrariensi; neminemque virum esse, ex his qui de claris doctrina viris ætate nostra conscripserunt, qui non Hispanorum primum Genesium Sepulvedam meminisset. Satiusque jam esset de aucta ejus dignitate loqui quam de artibus & studiis, de quibus nemo, modo eruditus esset, unquam dubitavit.* Hæc Matamorus. Prætermittimus laudes ei datas a Jacobo Augusto Thuano lib. LIV. *Hist. sui temporis*; Andrea Scoto in *Bibliotheca Hispana*; Vasæo in *Chron. Hisp.* cap. XXII. Andrea Resendio in *epist.* ad eumdem Vasæum *De Era Hispana*; Antonio Augustino in epist. ad nostrum, quæ v. est inter ejus epistolas; Covarrubias lib. I. *Variar.* cap. II. num. 2. Joanne Solorzano de *Jure Indiarum* tom. I. lib. II. cap. I. num. 28. Stephano de Garibai lib. XIIII. *Hist. Hisp.* cap. XII. Hieronymo a Bobadilla lib. II. *Politicæ* cap. V. num. 58. Martino Carrillo in *Annalibus* ad annum 1367. aliisque innumeris. Ad opera jam devenimus. Interpretatus est feliciffime in Latinam linguam e Græco:

Aristotelis Meteororum lib. IV. cum nuncupatione ad Carolum Cæsarem, cui eos Placentiæ obtulit, usus summi Philosophi enarratoribus Alexandro Aphrodisensi, Joanne Philopono & Olympiodoro.

Ejusdem de Ortu & Interitu libros duos, ad Hadrianum VI. Papam.

De Sensu & sensibilibus. De Memoria. De Somno & Vigilia. De Insomniis. De Divinatione per somnium. De Vitæ longitudine ac brevitate. De Jubenta ac Senecta. De Vita & Morte. De Spiratione ac motu animalium, ac de eorumdem incessu: quos omnes Parvorum Naturalium nomine appellant: ad Albertum Pium, Carporum Principem, adjutus Alexandri, Simplicii, Philoponi ac Michaelis Ephesii commentariis.

De Mundo libellum ad Alexandrum (cujuscumque ille sit) Latinum fecit in gratiam Mantuani Principis. Quos omnes libros denuo ab ipso interprete recognitos, quinimo (ut præ se fert editionis inscriptio) alios factos ex fide veterum exemplarium & expositione Græcorum enarratorum subjecit iterum prelo suo Parisino Joannes Parvus anno 1532. in folio. Hæc omnia edita quoque sunt Parisiis 1531. in folio per Joannem Andream Boccardum & Antonium Augerellum.

Ejusdem Aristotelis Politicorum libros VIII. cum interpretatione & scholiis. Parisiis apud Vascosanum in 4. Coloniæ 1601. in 4. *Quam versionem & notas ut quisque erit ingeniosior ita pluris semper æstimabit* Gabriel Naudæus ait in *Bibliographia Politica.* Probavitque adeo interpretationem, vir Græce peritissimus, Daniel Heinsius, ut eam in editione sua hujus operis aliis omnibus, tanquam optimam, prætulerit.

Ejusdem *Ethicorum* libros paraphrastice interpretari debuit, ut Clementi VII. Papæ obsequeretur; sive Joannis Argyropoli Latinam versionem recognoscere: quam quidem paraphrasim se perduxisse ad secundum usque librum scribit in *Epistola* VII. ad Matthæum Guibertum.

Præter hæc philosophorum Principis opera:

Alexandri Aprodisæi Commentaria in ejus libros XII. de Prima Philosophia, seu περὶ τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ interpretatus est, atque edidit Romæ anno 1527. in folio typis Marcelli Silber, Clementi Pontifici nuncupatos. Lutetiæque a Colinæo. *Quibus* (ait ille in *Epist. XX.* ad Rodericum Manricum) *nihil eruditius, nihil ipsorum auctore vel gravius vel subtilius, teste non solum Averroe cive meo, qui ipsum est plerisque in locis sequutus, sed etiam Hieronymo, qui se commentarios ejus vertisse in epistola quadam gloriatur.*

Sequentia vero jam ex penu deprompsit propria:

De Vita & rebus gestis Ægidii Cardinalis Albornotii libros III. ex veteribus schedis Joannis Garzonis, Bononiensis cujusdam, qui eas

eas olim collegerat nullo temporum ordine ſervato. Romæ 1521. fol. per Hieronymum de Benedictis. Bononiæque anno ſequenti, & iterum 1559. apud Antonium Giaccarellum. Simulque:

Deſcriptionem Collegii Hiſpanorum Bononienſis. Hæc hiſtoria Italice verſa eſt a Franciſco Stephano, Murciano, ejuſdem collegii rectore, atque ibidem edita a Joanne Roſſi 1590. Atque item Hiſpanice ab Antonio Vela, apud Joannem de Ayala, Toletanum typographum, 1566. in 8.

De Regno & Regis officio: cujus operis meminit ipſe in *Epiſt.* LXXXIV. ad Leopoldum de Auſtria, Cordubenſem epiſcopum.

De Correctione Anni & Menſium Romanorum. Venetiis apud Giolitum 1546. Pariſiis apud Nicolaum Divitem 1547. Hoc opus laudat Jacobus Auguſtus Thuanus, recordaturque ejus Geneſius ipſe in *Scholiis* cap. XII. lib. V. *Politicorum.*

Dialogum de appetenda gloria, qui dicitur Gonzalus. Romæ 1523. in 4.

De Honeſtate rei militaris, qui inſcribitur Democrates: tribus libris. Romæ 1535. apud Antonium Bladum. Sive *De Convenientia militiæ cum Chriſtiana religione*: quo modo inſcribitur in codice manu exarato bibliothecæ Franciſci cardinalis Barberini, & in editione iſta Romana, epiſtolaque ad Franciſcum Toletum nuncupatoria, quæ in ſequentibus editionibus, pravo typographorum more, ut dedicationes ſuas ſubrogent omiſſa fuit. In hac dicit ſe elucubraſſe hunc librum ad patruelis (ejus Franciſci) filium Ferdinandum Toletum, Albanorum ducem. Hos in linguam noſtram convertit Antonius Barba, Franciſco cardinali Quiñonio a ſecretis, atque edidit Hiſpali apud Cromberger 1541. in 4. cum hoc titulo: *De como el eſtado de la milicia no es ageno de la religion Criſtiana.*

Apologiam pro libro de Juſtis belli cauſis contra Indos ſuſcepti. Romæ 1550. in 8. De quo opere infra nobis agendum eſt.

Orationem ad Carolum V. ut bellum ſuſciperet in Turcas: cujus ipſe meminit ad Albertum Pium ſcribens *Epiſt. XII.* Bononiæ editam a Joanne Baptiſta Faello in 4. anno 1529.

Dialogum de ratione dicendi teſtimonium in cauſis occultorum, qui inſcribitur *Theophylus.* Pariſiis apud Colinæum 1541.

De Ritu nuptiarum & diſpenſatione: ad cardinalem Quiñonium. Romæ 1531. in 4.

De Fato & libero arbitrio lib. III. in quibus dogma nefarium Martini Lutheri de cunctarum actionum eventorumque neceſſitate, cum naturalibus, tum theologicis rationibus doctiſſime confutavit. Romæ 1526. in 4. ad Joannem Toletanum, epiſcopum Cordubenſem. In quo opere, ait alicubi Michael Medina, *Et Ciceronis eloquentiam, & Ariſtotelis philoſophiam, et, quod prius eſt, Chriſtiani pectoris integritatem invenias.*

Antopologiam pro Alberto Pio comite Carpenſi in Eraſmum. Romæ 1532. apud Antonium Bladum.

Epiſtolarum libros VII. ad Ludovicum de Mendoza, marchionem Mondexaris, Indiarum ſenatus præſidem, Didaci a Mendoza ſummi viri fratrem, quæ quidem una cum ſuperioribus omnibus in unum volumen conjectæ prodierunt Coloniæ 1602. 4. Credo & Pariſiis edidiſſe hoc idem operum ſed non omnium ſyſtema Simonem Colinæum 1541. in 8. Certe in his *Epiſtolis* de rebus graviſſimis & utiliſſimis plerumque agit, uti ad Gaſparem, cardinalem Contarenum *de emendatione anni*: ad Joannem Valdezium *de cometis & oſtentis*: ad Antonium de Corduba *de vitæ activæ aut ſpeculativæ majore præſtantia*: ad Gaſparem Cardillum *de Ariſtotelis ſententia ſuper παλιγγενεσία animarum Pythagorica*: ad Alphonſum Stunicam, Gibraleonis marchionem, & ad Franciſcum Argotem de quæſtione illa *an liceat habere columbas quæ ſeſe agreſtibus aliorum ſeminibus paſcant*: ad Gonzalum Perezium *de arborum umbris ubique terrarum inter ſe paralellis*, ſuper Plinii quemdam locum: ad Petrum Serranum, theologum, *de ſalute ethnicorum qui ſecundum rationis regulas vixerint*, & conſequenter *de laudibus Ariſtotelis*: ad Michaelem Medinam *de interpretatione ejuſdem Ariſtotelis dicentis laudabile eſſe inimicos ulciſci potius quam iis reconciliari*: ad eumdemque *an liceat homini Chriſtiano, ut amici conſulat ſaluti, mortem, quam vitare poſſit, oppetere*: ad Ferdinandum tandem Pincianum *de motu Solis, & Oroſpedæ montis ſitu*; ac *de duobus Bætis fluvii oſtiis* ad L. Quiñonium. Abeſt credo ab his brevis quædam ad Philippum, Hiſpaniarum Principem, quæ incipit: *Quoniam tibi rerum vetuſtarum notitiam* &c. ubi agit de lapidibus milliariis, quæ in via illa a Romanis ſtrata, quæ nunc de la Plata apud nos in Eſtremadura dicitur, paſſim viſuntur: quam reperi in Vaticanæ bibliothecæ MS. codice 3904. pag. 310.

Præter hos liber ille jam ſupra memoratus:

De Juſtis belli cauſis contra Indos ſuſcepti, ſive, *Democrates alter*, editus olim fuit Romæ paucis admodum exemplaribus, procurante Antonio Auguſtino, Romanæ tunc Rotæ auditore, ut auctor ipſe ait *Epiſt.* LXIX. & LXX. qui & ante hanc editionem multis deſcriptis exemplaribus, Complutum Salmanticamque miſſis, evulgatus fuerat, referente ipſo *Epiſt.* XCI. qui & ſequenti ad Petrum Serranum, contentam in eo ſententiam *adverſariis ipſis invitiſſimis non ſolum*

lum Romæ & per omnem Hiſpaniam , ſed etiam per omnem Chriſtianum orbem doctis omnibus non pertinacibus ſe probaviſſe. gloriatur , ſcripta ſcilicet ea , quam habemus vulgarem inter alia opera , *Apologia* pro hoc libro. In collegio Granatenſi Jeſuitarum adſervari ſcimus dialogiſticum opus *De Jure belli adverſus Indos* , quo reſpondet Caſæ epiſcopi argumentis. Diverſumne id ſit ab eo opere , quod jam laudavimus , dicere non auſim. Plane diu ſerioque hunc contentionis funem ab noſtro cum antiſtite illo Chiapenſi tractum ſatis apparebit legentibus , quæ nos in hujus mentione prolixe annotavimus.

De Solis per Signiferum motu , & terræ tranſitu libellum ſe ſcripſiſſe ait ad L. Quiñonium , Salmanticæ gymnaſiarcham , *Epiſtola* XLVIII. ſuper quæſtione a ſe cum Ferdinando Pinciano *Epiſtolis* XLVI. & XLVII. diſceptata.

Pro matrimonio Regis Angliæ Henrici VIII. cum Catherina conjuge decertaſſe ſcripto eum apparet ex Nicolai Sanderi lib. I. *Schiſmatis Anglicani*, referentis de hoc argumento ſcriptores : *Apud Hiſpanos vero* , ait, *Franciſcus Roxas* , *Alphonſus Viruejius* , *Alphonſus de Caſtro & Sepulveda.*

De Rebus geſtis Caroli V. Imperatoris, quos debuit ex munere commentarios , ut ſumma fide diligentiaque , ſic & pari elegantia , conſcriptos , a Regibus noſtris aſſervari Andreas Scotus tradit : Latinos ut ſuſpicor, decuitque Latine eloquentiſſimum. Nam partem eorum aliquam , quæ attingeret res Britannas , remiſit olim ad Reginaldum Polum cardinalem corrigendam ſupplendamque , ut conſtat ex data ad eum XC. *Epiſtola* : deque ſua hac hiſtoria ad Zenetti marchioniſſam ſcribit in XXIX. : noſque habemus ejuſdem veluti Ἀποσπασμάτιον.

De Bello Africo a Cæſare geſto , hoc eſt, de Tunetana expeditione commentarium , ex codice collegii S. Pauli Granatenſis Societatis Jeſu manu exarato.

Jacet in primario eccleſiæ præcipuæ Putalbani ſacello , quod ſibi & Bartholomæo fratri, plurium ſtipendiorum militi , ac ſuis conſtruxerat ipſe vivus , ſepulcro ſic volens inſcribi:

D. X. S.
JOANNES GENESIUS SEPULVEDA
Qui ſe ita gerere ſtudebat,
Ut ipſius & mores probis , piiſque viris,
Et doctrina , ſcriptique de Theologia
Et Philoſophia Hiſtoriarumque
Libri
Doctis & æquis probarentur.
S. V. E.

Adjunctum poſtea fuit:

Vixit Ann. LXXXI.
Ob. MDLXXI.

F. IOANNES GERMES , Catalanus, ordinis fratrum Prædicatorum , vernacula conſcripſit lingua S. Mauritii , legionis Thebeæ militis , S. Agnetis , virginis & martyris , S. Fructuoſi , Tarraconenſis epiſcopi, diaconorumque ejus Augurii & Eulogii hiſtoriam , deque eorum ſacris reliquiis in Manreſam urbem translatis. Titulus hic libro Catalanicus:

Hiſtoria dels glorioſos Martirs Sant Maurici , Sancta Agnes y Sant Fructuos ab ſos Diaques Augur y Eulogi , y de la Translacio dels ſeus coſſos ſants a la ciutat de Manreſa. Barcinone 1607. in 8.

F. IOANNES GIL , Franciſcanus , provinciæ ſuæ Aragonenſis chronographus, ſcripſit:

Hiſtoria de la Provincia de Aragon del Orden de los Menores : qua MS. uſus fuit Lucas Waddingus.

F. IOANNES GINTUS , ordinis Minorum , ſcripſit:

Vida prodigioſa y feliciſima muerte de la Madre Soror Maria Salinas de la Orden de Santa Clara de la provincia de Aragon. Cæſarauguſtæ 1660. in 4.

F. IOANNES DE GODOY , Bæticus, Mercenariorum fratrum ſodalis , ſcripſit, cum ſacræ theologiæ magiſter eſſet , Latinum:

Commentarium ſuper Pſalmum L. Hiſpali.

IOANNES DE GODOY , aut Hiſpanus, aut Hiſpanæ originis , Italica lingua ſcripſiſſe dicitur:

Commentario della Guerra d' Alemania fatta per l' Imperator Carlo V. Venetiis editum 1548. in 8. Fuit inter libros Olivarienſis bibliothecæ. Interpretatio ut ſuſpicor Italica Hiſpanorum Ludovici Avilæ *Commentariorum* de hoc bello.

IOANNES GOMEZ BRAVO , Emeritenſis , ſacerdos almæ Hiſpalenſis eccleſiæ , ex corpore eorum , quos a vicenario appellant numero , canendis in choro horis canonicis ex munere adſcriptos , dedit foras , ex locuplete ſatis quam poſſidebat bibliotheca , minus ſibi placens in Barnabæ Moreni civis ſui patria hiſtoria.

Advertencias a la Hiſtoria de Merida de Bernabe Moreno de Vargas. Hiſpali 1638. 4. Item:

Explicacion de la Inſcripcion ſepulcral de Saturnino. Repertus eſt Emeritæ lapis , cui hoc hominis nomen inſcriptum erat. In 4.

Obiit ex peſtilenti lue Majo menſe MDXLIX.

IOAN-

IOANNES GOMETIUS FERREIRA, Lusitanus, scripsit:

Fasciculum trium florum, & de triplici nomine Jesu, Mariæ & Josephi. Olisipone 1625. in 8.

IOANNES GOMEZ DE MORA, Regius fabricarum magister, edidit:

Relacion del juramento, que hicieron los reynos de Castilla al Serenisimo D. Balthasar Carlos Principe de España. Simulque: *Relacion del Auto de la Fe celebrado en Madrid el año de MDCXXXII.* Matriti 1632. in 4. Lusitanum hunc, ac de Moura cognominatum, credebat Cardosus, ut ex schedis ejus apparet.

IOANNES GOMEZ DA SILVA, Lusitanus, fecit:

Orationem ad Gregorium XIII. De qua *Bibliothecæ Pontificiæ* auctor.

IOANNES GONDINUS, Aragonensis, domo ex oppido Munebrega, insignis sua ætate verbi Dei præco animarumque salutis procurator, de quo multa in *Bibliotheca Societatis*, cujus institutum fuit professus, scripsit sub nomine Laurentii Gondini, fratris:

Guia espiritual para vivir y morir en gracia y amistad de Dios y servirle perfectamente...... Quod opus auctori suo restitutum voluit editio seu translatio Italica Romæ anno 1629. in 16. apud Franciscum Cavallum.

Obiit Toleti secunda die Julii MDCXXIX. ætatis suæ LX.

IOANNES DE GONGORA, Cordubensis, vir nobili genere, & ex militia ordinis Alcantaræ. Salmanticæ dum versaretur in collegio S. Jacobi, quod Archiepiscopi, propter fundatorem, appellat vulgus, professor jam publicus legum Romanarum, at superioris eo, quem tenebat, loci candidatus, primo recitavit ex more academiæ, atque inde edidit:

Disceptationem ad Salvium Julianum in L. Quidam XIX. De Manumissis testamento pro obtinenda vesperorum cathedra. Salmanticæ in 4. Ex hac arena in virum evasit summæ in republica nostra dignitatis, & apud D. Ludovicum Mendez de Haro, primum Philippi IV. Regis nostri ministrum, auctoritatis, Regius Castellæ & cameræ senator, Regiarumque rationum concilii præfectus.

Abreptus bono publico mense Januario anni MDCLXVIII.

F. IOANNES GONZALEZ DE ALVELDA, ordinis Prædicatorum, theologus magister, primariusque theologorum scholæ Complutensis, per plures annos copiam sui hoc in munere utilem valde præstitit, cum & studia domestica in collegio Sancti Thomæ simul moderaretur. Foras edidit:

Commentariorum & Disputationum in Primam Partem Summæ Sancti Thomæ Aquinatis volumina duo. Compluti apud Joannem Gratianum 1621. folio. Primum comprehendit XXV. priores quæstiones, alterum sequentes usque ad XLIII. Recusi sunt typis Neapolitanis anno 1637. folio.

F. IOANNES GONZALEZ DE CRITANA, domo ex Villarubia diœcesis Toletanæ oppido, Augustinianus ex Castellæ provincia & Matritensi cœnobio, scripsit Latine:

Silvam comparationum vel similium per Alphabetum locorum communium Prædicatoribus utilissima ex Sanctis Patribus, atque Doctoribus. Pinciæ 1608. in 4. Coloniæque per Joannem Crithium 1611. 8.

Et vernacule ascetica hæc:

El Perfecto Christiano. Pinciæ 1601. 8. Gadibus 1648. 8.

Manual de Jesus Maria, para orar en alabanza destos santisimos nombres, y de la limpia Concepcion de Nuestra Señora; con una carta de Christo nuestro Señor al alma devota. Pinciæ apud Andream Mendez 1604. in 12.

Despertador del alma dormida para orar a Dios, y despertar el hombre del sueño en que está. Matriti apud Michaelem Serrano 1613. in 16.

Historicaque, quibus tamen veritatem potius obscurasse quam illustrasse visus est, uti ait Thomas de Herrera in *Alphabeto Augustiniano* pag. 488. scilicet:

De la Archicofradia de la Cinta de San Agustin y Santa Monica, y sus Indulgencias; con un compendio historial de como San Agustin hizo vida heremitica y fundó su orden de los Ermitaños. Pinciæ apud Ludovicum Sanchez 1604. in 8. *Compendium* Latine vertit Gregorius Dainesus Leodius, ejusdem instituti sodalis, ediditque Antuerpiæ 1612. Video quoque ei tributum:

Un Tratado contra las Comedias.

Obiit ad S. Philippum, Eremitarum cœnobium Matritense.

IOANNES GONZALEZ DE LOSADA, patria ex oppido la Puebla de Zenabria Castellæ Veteris in Gallecıæ confinio, sodalis Iesuitarum, in Salmanticensi collegio multa cum pietatis existimatione floruit, scripsitque:

Tratado de la Devocion que se ha de te-

ner con las almas del Purgatorio. Salmanticæ 1617. in 16.

Doctrina Christiana : pro institutione puerorum.

IOANNES GONZALEZ MARTINEZ , Burgensis patria , Complutensis autem doctor , sodalis togatus & professor theologus artium cursum ut vocant , ter repetito munere , ibidem docuit , & jam emeritus , inque ecclesia SS. Justi & Pastoris canonicus , edidit:

Fabricam Syllogisticam Aristotelis in dilucidas admodum Summulas digestam. Compluti 1628. 8.

F. IOANNES GONZALEZ DE MENDOZA , Toletanus , bellica militia relicta Eremitarum S. Augustini castra sequutus fuit, sacræque theologiæ magisterialem pileum, necnon munus pœnitentiarii Apostolici consequutus. Anno MDLXXX. Philippi II. Hispaniarum Regis jussu , legationem quamdam obiturus ad Sinarum regnum navigavit, unde reversus edidit:

Historia de las cosas mas notables , ritos y costumbres del gran reino de la China. Matriti 1586. in 8. Medinæ apud Santiagum del Canto 1595. 8. Antuerpiæ typis Petri Belleri 1596. Simul excusum fuit : *El Itinerario del Nuevo Mundo* , auctore F. Martino Ignatio , Franciscano , qui ejusdem Regis auspiciis ad Sinas & ipse penetravit, quæ regiones reditum suum per Indiam orientalem alias stilo dein consignaturus. Hoc opus Mendozæ in tres partes dividitur, quæ quidem in Italicum conversæ sunt omnes a Joanne Avantio , Veneto , ac Venetiis publicatæ 1587. in 8. Primæ etiam partis libri III. ex Italico Germanici sunt facti , ac postea Latini. Francofurti ad Mœnum 1585.

Postea Liparensis præsul creatus noster, constituto in hac ecclesia , quæ Lipara juxta Siciliam insula continetur , vicario , ad occidentales Indos transfretavit , apud quos anno MDCVII. Chiapensis , sequenti vero Popajanensis per translationem , fuit renunciatus episcopus. Quo in munere obiit. Rochus Pyrrhus in *Notitia Ecclesiarum Siciliæ* , Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro Indico-ecclesiastico* auctores sunt.

F. IOANNES GONZALEZ DE LA PUENTE , domo ex oppido illo , cui La Torrecilla de los Cameros nomen est , Augustinianum ordinem Mexici apud Indos ingressus vulgavit:

La Historia de S. Agustin de la provincia de Mechoacan. 1624.

IOANNES GONZALEZ DE LA TORRE , post militiam armatam , cui ante annos xx. sub Carolo Hispaniarum Rege nomen dederat , urbanæ adplicitus Regium in curia Philippi II. successoris apparitorem exercebat , quo tempore publicavit Hispano versu breviore:

El Dialogo llamado Nuncio legato mortal: sive , mortis ad auctorem ipsum monita , auctorisque ad universos mortales. Matriti 1580. in 8.

Docientas preguntas y respuestas en verso. Ibidem 1590. 8.

Dialogo llamado Consuelo de afligidos y encarcelados &c. *en verso.* MS. in bibliotheca Regia Escurialensi.

IOANNES GONZALEZ VARELA, typis commisit:

La Pyra religiosa , que consagró la S. Iglesia de Toledo en la muerte del Serenisimo Cardenal D. Fernando su Arzobispo. Matriti 1641. in 4.

IOANNES GRACIAN FALCONI, scripsit librum hujus tituli , qui erat in bibliotheca D. Laurentii Ramirez de Prado:

Quingentæ Regulæ Juris. Matriti 1581.

F. IOANNES DE GRANADA , Dominicanorum fratrum ad Bilbilim (si ea est Calatayud Aragoniæ regni) sodalis , mox gymnasii Cæsaraugustani professor Bibliorum theologus , commisso sibi ex instituti regula concionandi de rebus sacris munere functus maxima cum laude dicitur , cujus quidem meriti voluit extare hoc testimonium , scilicet:

Parabolas Evangelicas , quotquot ab Ecclesia proponuntur , moralibus discursibus explicatas : ad D. Antonium Augustinum , Tarraconensem præsulem. Cæsaraugustæ 1585. in 4. Item:

Parabolarum , quæ ab Ecclesia proponuntur , alteram partem : hoc est , de Sanctis. Ibidem 1587.

Lingua etiam vernacula:

Discursos sobre el Psalmo L. *Miserere mei Deus , &c.* Cæsaraugustæ apud Laurentium Robles 1594. in 8.

Ad plures ivit Cæsaraugustæ. De quo adeundus est Joannes Lopez in *Historia Ordinis Prædic.* IV. part. lib. III. cap. IV. & lib. III. cap. II. & V. part. lib. II. cap. XXI.

IOANNES DE GRAS ET SANS, edidit:

Ramillete Christiano , Urbano , y Politico. Matriti 1661. 8.

D. IOANNES GRAU , scripsit:

Jus-

Justificacion de la conservacion de las Filipinas. Madriti 1640.

F. IOANNES A SANCTO GREGORIO, Franciscanus provinciæ Bæticæ, theologiam profitebatur Hispali inter domesticos cum scripsit:

Tratado sobre las dificultades que se proponen acerca de la mision de los Religiosos a tierras de Infieles : y si los Provinciales pueden impedirles que no vayan a ellas. Hispali 1635.

F. IOANNES GREGORIUS DE SATORRE, Valentinus, ordinis Eremitarum, sacræ scientiæ rudimentis excultus Salmanticæ, professor jam ipsiusmet theologiæ in Valentina erat schola, provinciæque totius præfectus vertente anno MDLXXXIII. Instructissimam hic bibliothecam in domo ejusdem urbis formavit, cujus & est liber ille, pietatis ac doctrinæ plenus:

De las alabanzas y excelencias del Nombre de Jesus. Tarracone apud Philippum Mey 1583. in 8.

IOANNES GRIAL, Calagurritanæ ecclesiæ canonicus, vir humaniorum disciplinarum totiusque ecclesiasticæ ac sæcularis historiæ peritissimus, in Sanctorum Patrum lectione non mediocriter exercitatus, Philippi II. Regis Catholici auspiciis, inter alios viros Hispaniæ doctissimos, incubuit perpurgandis, & pro dignitate, quam accuratissime potuit, edendis ex fide plurium manuscriptorum S. Isidori, antistitis Hispalensis, operibus; quod tandem præstitit ipse collectis in unum omnibus aliorum lucubrationibus, correctionibus, notis, quorum operam opera quoque propria in multis adjuvit, locupletavit. Eminent certe in editione Matritensi, ab eo procurata, anni MDXCIX. duobus voluminibus:

Notæ in S. Isidori Archiepiscopi Hispalensis in Originum, seu Etymologiarum libros. Quas *minime ambitiosas, tamen eruditissimas* appellat Gaspar Barthius in *Comm. ad Guilielmi Britonis Philippidos librum v.* versu 558. Sed hæc magna ex parte sunt Alvari Gomezii a Castro, quod nec ipse Grialis diffitetur in præfatione hujus editionis; aut Petri Ciaconii, quocum, uti in Alvaro diximus, hanc Spartam ille adornavit. At contextum ipsum Isidori, cujus gratia labor omnis notarum fuerat susceptus, inemendatum a se inventum, veteribus libris de novo consultis atque evolutis, noster correxit, bonamque notarum partem adjecit : de quo ipse modeste voluit lectores suos facere certiores in præfatione laudata.

In Librum ejusdem *de Natura rerum ad Sisebutum notæ* ejusdem sunt, uti & in:

De Ecclesiasticis officiis libros duos.

In Virgilii nescio quam partem operum *Commentarius* Grialis fuit manuscriptus in bibliotheca Santii Hurtado de la Puente, judicis curiæ Hispalensis. Poesim felicissime excoluit, cujus industriæ testimonio sunt disticha in Ludovici Legionensis, Augustiniani, summi viri, laudem præfixa hujus primo volumini *Enarrationum ad Sacram Scripturam* : cujus & inter poetica vulgaria opera ad Grialem extat *Epistola* amice suadentis eum studiis ad famam & immortalitatem niti.

F. IOANNES DE GRIJALVA, Augustinianus Mexicanæ Indicæ provinciæ, ejusdemque diffinitor, & monasterii, quod in principe urbe sodales habitant, aliquando præfectus, dedit foras:

Historia de San Guillermo. Mexici 1620.

Coronica de la Orden de San Agustin en Nueva España. 1624. in folio.

F. IOANNES GUASCO, cui superaddit Lucas Waddingus DE MURCIA, patriæ ut exprimeret nomen, edidit Mexicana lingua:

Sermones.

IOANNES GUERRERO DE ESPINAR, Bæticus, Olveræ natus, jurisconsultus, in schola Ursaonensi legum notitia percepta Hispali actitavit causas, unde a Bejaris regulo accersitus, cum ducali huic oppido, tum Belalcazaris comitatui, vice illius, præfuit. Interim ex animi propensione, qua in Conceptionis Deiparæ mysterium ferebatur, scripsit:

Informacion de Concordancias y discursos de derechos con lugares Theologos, y de Escritura en favor de la limpia Concepcion de Nuestra Señora. Matriti 1620. in 4.

F. IOANNES GUERRERO MESSIA, Granatensis, ordinem Prædicatorum in Sanctæ Crucis cœnobio ejusdem urbis professus, scripsit:

Question moral sobre el quinto precepto de la Iglesia.

F. IOANNES GUERRERO DE SARABIA, sodalis Redemptorum Sanctæ Mariæ de Mercede, sacræ theologiæ magister Hispalensis gymnasii, provinciæ Bæticæ ordinis sui chronographus, scripsit:

Vida, virtudes y muerte del Venerable Siervo de Dios Fr. Juan Monte religioso lego y fraile profeso de la misma orden y provincia. Hispali 1642. 4.

F. IOANNES DE GUEVARA, domo Toletanus, Eremitarum instituto se in patria addixit, singulari vir memoria & doctrina deinde clarus, cum apud Salmanticenses theologiæ cathedræ ordinariæ, quæ pomeridiani temporis pensum est, a quo & nomen habet, integris triginta sex annis præfuerit. Scripsit:

In Quatuor Libros Sententiarum doctissimos Commentarios. Unde sibi magna ex parte Petrus Aragon, ejusdem ordinis, suos in *Secundam Secundæ Partis D. Thomæ*, quod ipse non diffitetur, extruxit.

De Sacramentis in genere, Relectionem.

Excessit e vivis quatuor tantum annis minor centenario XI. kalendas Septembris anno MDC. postquam administrasset cum domus Salmantinæ, tum provinciæ totius præfecturam, censoriamque per ejusdem provinciæ monasteria in sodales jurisdictionem. Jacet in sacello Laurentii Martyris templi Augustinianorum Salmanticensis.

IOANNES GUILLEN DE CERVANTES, Hispalensis, in hujus urbis academia canonum doctorali titulo ac vespertino professorio munere cohonestatus, procurator ivit, patriæ urbis nomine, ad comitia regni, quæ sub Philippo Rege II. anno superioris sæculi sexto & octogesimo Matriti habita sunt. Meditabatur in *Leges*, vulgo *Tauri* a loco promulgationis dictas, post plurium interpretum labores, solidum commentarium tribus partibus absolvendum, quarum priorem dumtaxat in sexdecim priores leges, ornate magis quam vulgo solet, in publicum emisit, hoc titulo:

Prima Pars Commentariorum in leges Tauri. Matriti 1594. in folio.

F. IOANNES DE SANCTO GUILIELMO, in oppido diœcesis Conchensis, cui Pliego nomen est, natus, sodalis Nudipes Eremitarum, vitæ innocentia & sanctitate morum hoc ævo eximius, quippe qui superiore anno MDCXLIII. desiit in vivis esse. Reliquisse eum inter alios studiorum fructus *Moralia* plura *Opuscula*, propria manu exarata, refert *Augustiniani Alphabeti* auctor.

IOANNES GUNDISALVUS, Lusitanus, aut Gallæcus, scripsit librum hoc titulo:

De las Cannias de Nuestra Señora, vel, *Tesoro General de Historia.* Qui in duobus voluminibus extat in bibliotheca Regia Escurialensi, pluteo VI. lit.... num. 5. ut refert Fr. Petrus Alba in *Militia Conceptionis*

IOANNES GUTIERREZ, Placentinus, jurisconsultus, in amplissima Salmantina academia civilibus & canonicis studiis data opera, inque urbe patria exercito aliquot annis advocatiæ munere, ad collegium tandem sacrum ecclesiæ Civitatensis, ut ibi theologiam doceret, quæ canonici Doctoralis ut vocant partes sunt, admitti, magno ejusdem collegii ecclesiæque bono atque honore, promeruit. Sede enim vitæ atque studiorum, quæ pertinaci quodam labore sectabatur, eo loco fixa lucubrationibus doctissimis atque utilissimis, quibus tam jus canonicum totius ecclesiæ quam civile regnorum Castellæ lustratur egregie atque illustratur, horas suas ac vitæ reliquum constantissime impendit, & inter insignes Hispaniæ nostræ, seu verius Europæ totius, jurisconsultores nomen suum honorificentissimo loco posterorum memoriæ consecravit, *ingeniosissimi* elogio jure ornatus a Gaspare Antonio Thesauro in principio tractatus *De Augmento monetæ.* Opera ejus sæpe, nec uno loco, prelis subjecta, Antuerpiæ ex officina Bellerorum prodierunt hoc ordine, novem scilicet partibus:

I. *Repetitiones sex*: nimirum I. *Ad Leg. Nemo potest. D. De legatis primo.* II. *ad Paragraph. Sui, Institutionum. De Hæred. qualit. & differ.* III. *ad Leg. Pater filium, De Inofficioso Testamento.* IV. *Ad Leg. un. Cod. Quando non petentium partes &c.* V. *Ad Auth. Sacramenta puberum. C. Si adversus venditionem &c.* VI. *Ad Cap. Quamvis pactum, De Pactis VI. Lib. Decretalium.* Salmanticæ olim excussæ anno 1592. in folio.

II. *Allegationes X.* variis in causis.

III. *De Juramento confirmatorio Tractatus tripartitus, cujus* I. *pars circa contractus.* II. *circa ultimas voluntates.* III. *circa judicia versatur.* Ad Antonium Padillam Menesium, Militarium ordinum senatus præsidem, jurisconsultum atque scriptorem egregium.

IV. *Consilia varia LII.* Salmanticæ primum 1587. in folio, deinde 1595.

V. *Practicarum Quæstionum civilium libri quatuor super Novæ Collectionis Hispanæ leges.* Hi non omnes simul prodierunt, primus namque & secundus Philippi II. Catholici Regis nomen, at quartus Joannis Acuñæ, qui, rerum jam domino Philippo III. Castellæ supremo consilio præfuit, in fronte gerunt. Priores editi sunt Salmanticæ 1589. Matritique 1593. Omnes simul Matriti 1611. folio.

VI. *De Tutelis & curis minorum, deque officio & obligationibus Tutorum ac Curatorum, ipsorumque mercede, Tractatus ad Leges regias Tit. XVI. Partitæ VI.* Salmanticæ olim 1602. in folio. Quod quidem opus ut ederet cœptum illustrandæ Novæ Collectionis leges pensum intermisit. Sequitur namque:

VII. *De Gabellis Tractatus; sive Practica-*

carum Quæstionum liber v. Matriti anno 1612. Francofurti in collegio Paltheniano anno 1615. in folio.

VIII. *Canonicarum Quæstionum utriusque fori, tam interioris, quam exterioris liber primus & secundus.* Matriti 1597.

IX. *Canonicarum Quæstionum* liber III. qui *circa sponsalia de futuro, & Matrimonia versatur.* Salmanticæ 1617. in folio. Omnia hæc, ut diximus, apud Belleros edita sunt Antuerpiæ anno 1618. in folio. Tractatus *De Tutelis* excusus fuit etiam, cum Pauli Montani & Borgnini Cavalcani ejusdem argumenti aliis, Taurini 1611. in folio. Item omnia opera octo tomis, seu partibus, Lugduni apud Laurentium Anisson 1661. in folio. Scripsisse dicitur noster etiam, quam non vidimus, nec ceteris operibus adjungi solet:

Praxim Criminalem Civilem & Canonicam in librum VIII. *Novæ Recopilationis Regiæ, sive Practicarum Quæstionum Criminalium.* Quam edidit post auctoris obitum, ut credimus, Nicolaus Martinus del Castillo, Salmantinus bibliopola, propriis sumptibus, apud Didacum de Cussio 1634. in folio.

F. IOANNES GUTIERREZ DE ESTREMERA, domo ex oppido cognomine dioecesis Toletanæ, Mercenariorum fratrum sodalis, Castellæque provinciæ familiari verbo diffinitor, scripsit:

Libro de las grandezas del nombre de Jesus. Compluti apud Ludovicum Martinez anno 1614. in 4.

IOANNES GUTIERREZ DE GODOE, doctor Complutensis philosophiæ ac medicæ artis, primariusque professor, in collegio Deiparæ Virginis theologorum olim sodalis, plures annos fecit medicinam in urbe Giennensi, deinde Matriti in cubiculo Regio. Varia scripsit opuscula, quorum hæc ad notitiam nostram pervenerunt:

Quæstio medica non vulgaris, an possibile sit in rabientium urinis canes parvos generari. Item:

Quæstio medica practica de ministranda aqua nive refrigerata ægroto die expurgationis.

Disputationes philosophicæ & medicæ super libros Aristotelis de memoria & reminiscentia: duobus libris. Giennii 1629. 4.

Hispanica hæc:

Advertencias y preceptos generales, con los quales pueden facilmente los medicos tasar qualesquier recetas de las boticas. Giennii 1632. in 4.

Tres Discursos para probar que estan obligadas a criar a sus hijos a los pechos todas las madres, quando tienen buena salud, fuerzas, buen temperamento, buena leche y suficiente para alimentarlos. Giennii 1629. in 4.

IOANNES GUTIERREZ DE GUALDA, oppidi Villarejo de Fuentes Toletanæ dioecesis parochus, edidit:

Arte breve de quenta Castellana y guarismo. Hispali apud Alphonsum Barrera anno 1609. in 8. Olim cum hoc titulo: *Arte de quenta Castellana y Arithmetica.* Compluti apud Sebastianum Martinez 1570. in 8. Et prius Toleti 1539. in 4.

F. IOANNES GUTIERREZ DE LA MADALENA, Toletanus, Carmelita, provinciæ suæ Castellanæ aliquando præfectus, quo munere vix defunctus obiit anno MDLXXIX. Scripserat vernaculo sermone:

Vida de Santa Helena. Matriti apud Franciscum Sanchez 1576.

F. IOANNES GUTIERREZ A SANTA MARIA, sacræ theologiæ magister, ordinis sanctissimæ Trinitatis, in historia vulgari hujus sacræ familiæ laudatur uti auctor utilissimi doctique operis sic inscripti:

Quæstionarium difficultatum omnium Sacræ Scripturæ. An Latinum an vulgare sit, editumne an ineditum ambigimus.

IOANNES DE GUZMAN, Latinis literis & rhetorica arte instructus apud Franciscum Sancium Brocensem, Salmanticæ professorem celeberrimum, peregrinatus est non semel aut iterum novo in orbe. Unde reversus, cum Pontevedræ Gallæcorum, tum Compluti rhetoricam docuit, ediditque:

Primera parte de la Retorica, dividida en catorce combites de Oradores, donde se trata el modo que se debe guardar en saber seguir un concepto en qualquiera platica, razonamiento, o sermon en el genero deliberativo, de todo lo qual se pone theorica y practica. Compluti apud Joannem Iñiguez de Lequerica anno 1589. in 8.

Vertit item in sermonem vernaculum:

Los Georgicos de Virgilio y decima Egloga. Salmanticæ apud Joannem Fernandez 1586. in 12.

F. IOANNES HENRRIQUEZ, Augustinianus, moralis theologiæ domesticus professor, dedit in lucem:

Quæstiones practicas de casos morales. Luciferi fano 1643. in 4. Compluti 1650. atque ibidem octavum 1661. apud Marcum Fernandez 4. Matritique ut suspicor anno 1665. Itemque, nisi idem opus est:

Compendio de casos morales ordinarios. Astæ apud Ferdinandum Rey 1619. 8.

D. IOANNES HENRRIQUEZ DE ZUÑIGA, Guadalaxarenſis, nobili ſtirpe, utriuſque juris laurea cohoneſtatus, urbes Conchenſem, Legionenſem, Abulenſem vice præfecti, ſive correctoris uti appellant, adminiſtravit, conſultor ipſe judicibus qui religionem tuentur. Scripſit:

Conſejos politicos y morales. Conchæ 1634. in 4. Prodiit iterum Matriti hoc opus 1663. in 4.

Amor con viſta: con una ſumaria deſcripcion del mundo, aſi de la parte elementar, como terreſtre. Matriti 1625. in 4.

Vida de Julio Ceſar.

F. IOANNES DE HEREDIA, Cæſaraugustanus, Carmelita, eximius verbi Dei præco, reliquit in Cæſarauguſtano ſuo coenobio MS.

Sermones de Santos: volumine uno.

Sermones de Quareſma: duobus voluminibus: aliaque. Caſanate in *Paradiſo Carmelitici decoris* refert eum provinciæ Aragoniæ bis præfectum fuiſſe.

Obiit XXIV. Februarii MDCIX. ætatis LXXIII.

IOANNES DE HERRERA, Regius fabricarum magiſter ſub Philippo Rege Hiſpaniarum II. ejuſdem architectus ut vocant generalis metatorque, invenit præfuitque magnificentiſſimæ Laurentiani coenobii atque palatii ad Eſcuriale oppidum fabricæ, quam & oculis omnium depictam juxta omnes architecturæ proſpectus undecim chartis repræſentare voluit, adjungens pro earumdem declaratione:

El Sumario y breve declaracion de los diſeños y eſtampas de la fabrica de S. Lorenzo el Real del Eſcurial. Matriti 1589. in 8. Jacobus Auguſtus Thuanus Foxio, neſcio cui ſuæ gentis, laudem adjudicat ſtructuræ hujus, quaſi princeps fuerit & architectus ampliſſimi ædificii, qui non niſi unus fuit ex operis: de quo æquales ejus temporis homines ſide digni atteſtantur. Ejuſdem MS. vidimus apud D. Joannem Lucam Corteſium:

Diſcurſo ſobre la figura cubica. In folio.

IOANNES HEVIA BOLAÑOS, Ovetenſis, cum in America occidentali & Lima, Regia primariaque Peruani tractus urbe, domicilium fixiſſet, ibi edidit, quæ plurium manibus teritur, utpote quotidianæ praxis promptuarium, lingua populari:

Curia Philippica, duabus partibus: quarum altera eſt de ordine judiciorum; altera de commerciis & contractibus, quæ quidem proprio nomine audit *Del comercio terreſtre y naval.* Limæ anno 1603. 4. Matriti in folio 1644. necnon & 1657. apud Melchiorem Sanchez.

Hic nullo gradu academico ſuſcepto ſic in jure profecit ut, præter hos tractatus utiliter nec indocte conſcriptos, in arduis pluribus cauſis patronum agens obtinuerit: quod teſtantur qui hominem coram noverunt.

IOANNES HIDALGO, neſcio quis (nec multum intereſt ut ſciam ignoremve) ſcripſit:

Romances de la Germania, y vocabulario deſta lengua. Barcinone apud Sebaſtianum Cormellas 1609. in 12. Thraſonicum intelligas quoddam ſermonis genus, quo loqui amant inter nos fæx illa hominum qui jactantiæ ac temeritatis, non autem veræ fortitudinis, fama cenſentur.

F. IOANNES A SANCTO HIERONYMO, ET IOANNES A JESU MARIA, ordinis patrum Carmeli Excalceatorum, conſcripſerunt:

Vitam & mores, ſpiritum, zelum, & doctrinam ſervæ Dei Thereſiæ de Jeſu in compendium redacta. Bruxellis apud Rugerum Velpium 1610. in 4.

IOANNES HIERONYMUS AUNESIUS (vulgo Aunes, aliis Ahones) Valentinus, poeta circa annum præteriti ſæculi quadrageſimum & ulteriores piorum carminum componendorum cenſebatur apud cives ſuos, laude præcipue eorum quæ ſingulis annis occaſione alicujus feſti in Deiparæ Matris Conceptionis intemeratæ celebritatem indicti pangere conſueverat. Vidimus nos in MS. codice D. Hippolyti Samper, Valentini, amici noſtri, plura hujus argumenti cum approbationibus Petri Antonii Beuteri, & Hieronymi Perez, Mercenariorum ſodalis, theologorum, & Michaelis cujuſdam Viridis, Carmelitæ, elogiis metricis. Poeta eſt Aunefius haud contemnendus, & Marianarum laudum vena dives.

F. IOANNES HIERONYMUS CENEDO, Cæſarauguſtanus, ordinis Sancti Dominici, in juris theologiæque profeſſione doctorali apice cohoneſtatus, decretorum cathedram in ſchola Cæſarauguſtanæ urbis moderatus fuit. Extant ab eo Petri Cenedi fratris:

Quæſtiones Canonicæ & Civiles: quas ille cum in mortem incidit elaborabat, abſolutæ & pluribus aliis locupletatæ ut luce dignum opus eſſet, quod vidit Cæſarauguſtæ 1614. in folio.

Hiſpana quoque lingua ex penu propria:

De la Pobreza Religioſa. Ibidem 1616. apud Joannem de Lanaja in 4.

IOAN-

IOANNES HIERONYMUS DE IRANZO, jurisconsultus, & canonum doctor academiæ Valentinæ, ejusdemque urbis metropolitanæ ecclesiæ præpositus, quod munus idiotismo hujus gentis Pavordre vocant, vespertinus cum esset juris Cæsaræi professor publicavit:

De Protestatione & pro hærede gestione, tractatum juris analyticum, ad L. Et si quis XIV. §. *Plerique D. De Religiosis & sumptibus funerum.* Valentiæ apud heredes Chrysostomi Garriz 1656. 4.

IOANNES DE HOROZCO, Civitatensis patria ut legimus in schedis Alphonsi Ciaconii, Latine vulgo OROSCIUS, jurisconsultus, cum Salmanticæ quatuordecim plus minus annis civile jus mira pronunciandi venustate, præter eximiam eruditionis ingeniique commendationem, docuisset, quod Gaspari Baezæ auditori (cujus in re testimonium extat in tractatu *de Decima Tutoris* cap. 1.) credimus; post fisci apud Pincianos patrocinium, quod Carolus ei Cæsar obtulerat, bona hujus venia repudiatum, in eamdem ipsam curiam senator tandem evocatur. Vir fuit ad exactissimam juris cognitionem, rerum olim gestarum notitia, Latinæque eloquentiæ facultate, quæ duo scilicet studia nisi conjunxisset, civilique doctrinæ attemperasset, juris se sacerdotem appellari debere constanter alicubi pernegavit, haud perfunctorie instructus, quod bene ostendunt ejus:

Ad Responsa prudentum commentarii: quorum duos priores libros ad totidem priores Digestorum uno volumine publicavit Salmanticæ in officina Andreæ de Portonariis 1558. folio. Ea forma scilicet commentaria pangendi ad libros juris Oroscio placuit, quam post Accursium omnes pragmatici, & in his Alciatus Zasiusque, superioris sæculi majora lumina, sequuti sunt, ut singula verba legum explanantes quidquid deinde ad illud annotari operæ pretium sit statim subjicerent. Atqui noster, qua brevitate potis est, eaque summa, veterum interpretum glossas adducit, & vel carbone, vel creta (quod ait Horatius) sed permodeste notat, judicium suum interponens; quæ alibi tractata legi possunt, non repetit, digitum ad fontes (dici ut solet) intendisse contentus; tandem quidquid explanandæ rei e libris veterum scriptorum deduci æquum atque opportunum fuit adstricte docet. Quare de reliquis commentariis adhuc ineditis, si quæ sunt, dolere omnes, qui operam in jure ponimus, jure quidem possumus. Oroscium nostrates laudibus efferunt non vulgaribus: Gasparis enim Baezæ judicio *vir gravis est, elegantia ingenii cum Italorum doctissimis comparandus*; itemque *vir gravissimus, aureæque dictionis felici jucunditate clarissimus*: Feliciano de Solis, de *Censibus* scriptori, *sapientissimus*: Antonio Padillæ Menesio, auditori, *diligentissimus præceptor, judexque integerrimus.*

D. IOANNES DE HOROZCO ET COVARRUBIAS, Toletanus, Sebastiani Horoscii filius, alteriusque Sebastiani germanus frater, quorum utriusque infra meminimus, matrem habuit Mariam Valero de Covarrubias, Didaci summi viri & Antonii Covarrubiarum sororem patruelem; sacræ theologiæ doctor, in Segoviensi alma ecclesia canonicus, & archidiaconus de Cuellar; ob insignem doctrinam dignus fuit existimatus qui ad Siculos iret Agrigentinæ ecclesiæ præsul. Typographiam ibi constituit, aliquotque libros ex ea prodire fecit: unde tamen ei calamitas, domique lites. Nam cum ex ecclesiæ hujus sacerdotibus laicisque aliquos non obscuros scriptis suis perstrinxisset, eo deventum est ut iisdem accusantibus Romam evocaretur. Qua in urbe, post agitatam diu causam, liber ab imputationibus sibi factis declaratus, ne Agrigentum rediret a Clemente VIII. Philippoque Hispaniarum Rege III. impetravit. Qui & operam dedit ut Accitanæ ecclesiæ in Bætica paulo post, anno scilicet MDCV. præficeretur; quem tribus tantum annis honorem gessit, uti ex Rocho Pyrrho in *Notitia Ecclesiarum Siciliæ*, aliisque accepimus. Viros literis atque eruditione spectatos amore et beneficiis prosequutus est maximis, doctus ipse, pluriumque scriptor. Edidit nempe:

De la verdadera y falsa profecia tractatum: Antonio Covarrubiæ inscriptum, Toletanæ ecclesiæ canonico & scholastico. Segoviæ anno 1588. in 4. apud Joannem de la Cuesta.

Emblemas morales, tribus libris: partim soluta, partim ligata oratione. Segoviæ 1591. in 4. apud eumdem Cuesta. Quæ deinde Latine reddita simul cum Hispano authentico edidit Agrigenti 1601. 8.

Paradoxas Christianas contra las falsas opiniones del mundo: duobus libris. Segoviæ apud Marcum de Ortega 1592.

Consuelo de Afligidos. Agrigenti 1605. in 8.

Doctrina de Principes enseñada por el Santo Job. Pinciæ apud Joannem de Herrera 1605. in 4.

Origen y principio de las letras.

Arte de la memoria: MS. vidit Thomas Tamajus.

Latine vero:

Sym-

Symbola Sacra: ad Clementem VIII. P. M. Agrigenti 1601. in 8.

IOANNES HUARTE DE S. JUAN, natus in oppido Navarræ inferioris S. Juan de Pie del Puerto, quæ Gallicæ ditionis nunc est, doctor medicus in Bæticæ urbe Beatia, sive etiam in Linares oppido, degebat cum Alphonsus Ciaconius, Dominicanus, *Bibliothecæ Universalis* adornabat opus, anno scilicet MDLXXXIV. quod legimus in ejus schedis MSS. quas Romæ habuimus. Curiose docteque de ingeniorum differentiis, & quæ quibus artibus ac scientiis conveniant, disputavit in eo opere, quod vulgo & apud omnes gentes magni habetur, ita inscripto:

Examen de Ingenios. Qui liber primum prodiit Beatiæ ex officina Joannis Baptistæ Montoiæ 1575. in 8. qui & recoxit ut credimus anno 1594. in 8. Deinde Pampilone ex Thoma Porrali 1578. 8. Medinæ 1603. Juliobrigæque 1580. in 8. Barcinone 1607. 8. Compluti 1640. 8. apud Antonium Vazquez. Lugduni etiam Batavorum apud Joannem de Maire 1652. in 16. Latine id vertit cum Theodorus Arctogonius, Austriacus, Argentinæ editum anno 1612. tum Æscasius Major, Dobreboranus, Coloniæ Anhaltinorum 1621. Et Jenæ apud Samuelem Krebs 1663. in 8. Edidit & Possevinus Coloniæ apud Gymnicum 1610. in 8. & apud Claudium Capellet in 12. Reprehendit tamen quædam ex hoc libro idem Possevinus in *Bibliotheca*. Italicum dedit Camillus Camilli editum Venetiis 1582. in 8. iterumque Sallustius Gratiis, prodireque fecit Venetiis apud Matthæum Valentinum 1603. in 8. Gallicum quoque Gabriel Chapuis Turonensis, quod Lugduni editum est 1580. Libet appendere Latini interpretis Æscasii Majoris de hoc opere judicium: *De cetero visus mihi est doctorum hominum nostri sæculi si quisquam longe subtilissimus, cui & publice summa omnia debeantur, & qui inter scriptores optimi commatis majorumque gentium, quantum aut extare aut extitisse meminerim, jure suo transcribi mereatur. Retraxit enim in ævum nostrum fugitivam subtilitatem, atque a fatali veluti meta revocavit ad lucem solutam illam opinandi libertatem qua antiqui sapientes (quos hac inscriptione in certamen quasi acuminis vocasse videtur) ad intima naturæ adyta tam felici atque omni posteritati subsequutæ proficuo ausu penetrarunt.* Hæc ille & alia.

F. IOANNES DE HUERTA, edidit: *Instruccion de Religiosos*. Compluti 1656. 8.

F. IOANNES HURTADO, Cisterciensis monachus, Regalis monasterii de Herrera alumnus, Juncariæ ut vocant cœnobium administraverat, Philosophumque in Fiteriana domo sodales docuerat, eo tempore quo juris fecit publici:

Sermones para los Domingos, y fiestas de Adviento. Cæsaraugustæ 1614. in 4.

Meditaciones para los dias de la Quaresma. Burgis 1620 in 4. Matritique anno sequenti in 4. apud Alphonsum Martinum.

D. IOANNES HURTADO DE MENDOZA, Matritensis, Regii hujus municipii decurio, ejusque loci, quem Fresno de Torote populares vocant, toparcha, dictus vulgo inter cives suos ob amorem scientiarum philosophus; amœno quidem ac fertili ingenio & versificatoria arte suo tempore censebatur, a quo & nunc extat:

El buen placer trovado en trece discantes de quarta rima Castellana segun imitacion de trovas Francesas. Simulque *Sobre los Discursos trece argumentos hechos por el P. F. Francisco de Tofino de la orden de S. Geronimo a instancia del autor*. Compluti 1550. in 8. apud Joannem Brocar. Veræ solidæque voluptatis possessionem ab innocentia & probitate morum esse contendit.

Vida de S. Isidoro Labrador: quæ quidem adservari dicitur in archivio Sant-Andreanæ ecclesiæ Matritensis.

IOANNES HURTADO DE MENDOZA, Granatensis (si Francisco Pedrazæ in *Historia* hujus urbis credimus) præfectusque castelli quod Bibataubin vocant in eadem urbe, scripsit:

Del Cavallero Christiano. Antiquariæ id opus edidit Andreas Lobato 1577. in 8.

F. IOANNES HURTADO DE MENDOZA, Dominicanus, edidit:

Historia de la Santisima Imagen de N. S. de Atocha. Matriti 1604. in 8.

D. IOANNES IBAÑEZ DE DEZA FRECHILLA, viginti & octo annorum professor juris Canonici Salmantinus, pomeridianum jam docendi locum, hoc est primario proximum, susceperat scribens:

De Excommunicatione. Salmanticæ 1597. in folio.

IOANNES DE ICIAR, Cantaber, Durangensis, ad exemplum trium se superiorum ex Italia ortographiæ practicæ magistrorum, Ludovici Vincentini, Antonii Taglienti & Joannis Baptistæ Palatini, typis excudi fecit Cæsaraugustæ, ubi commorabatur:

Ar-

Arte ſubtiliſima, por la qual ſe enſeña a eſcrivir y contar perfetamente. Cæſarauguſtæ 1553. in 4. Scripſit item:

Arithmetica practica. Ibidem anno 1549. in 4.

F. IOANNES INCA, ordinis Minorum, provinciæ Valentiæ diffinitor, ſcripſit:

Hiſtoria de la Provincia de Valencia de la orden de S. Franciſco. MS. Apud Waddingum.

F. IOANNES DE INCARNATIONE, Luſitanus, ordinis Minorum provinciæ Portugalliæ miniſter, vir doctus, & inſignis concionator, verbis Lucæ Waddingi:

Librum Primum Sententiarum Scoti dearticulavit. Conimbricæ apud Didacum Lopez 1609. in folio.

IOANNES INFANTE, ſcripſit:

De Forma libellandi, o Practica. Hiſpali apud Dominicum de Morales 1551. in folio.

F. IOANNES DE IRIVARNE ET IRABURU, Franciſcanus Regularis Obſervantiæ, provinciæ Aragonenſis, in qua & Cæſarauguſta urbe ſacro fuit inſtituto addictus, diffinitor aut cuſtos, theologiæ lector emeritus, almoque rerum fidei tribunali judicum Apoſtolicorum a cenſura theologica: poſtquam plures annos huic ſacræ ſcientiæ docendæ impendiſſet, ingentique doctrinæ fama in ore omnium ferretur, in lucem edidit:

In Quartum librum Sententiarum Joannis Duns Scoti commentarios: duobus tomis. Cæſarauguſtæ 1614. folio & 1616. apud Petrum de Labarte. Turiaſone 1623. in folio.

De Actibus humanis. Venetiis apud Marcum Ginamum 1635. in 4. & Cæſarauguſtæ 1643. Opus hoc tribuit ei ſolus Waddingus, non ſcriptores Aragonenſium rerum.

Tertium præparabat in eumdem *librum quartum Sententiarum* volumen; ſed morte præventus non abſolvit. Præterea ſcripſit:

Defenſorio del pio voto y juramento de defender la preſervacion de la Madre de Dios: contra ſcriptum Gaſparis Ram. MS. Vidit Petrus Alba.

IOANNES IZQUIERDO DE PIÑA, natus in oppido Buendia, quod Lupus de Vega in *Lauru Appollinis*, ſilva I. teſtatur, cum Regiæ curiæ, tum judicum qui religionem tuentur, notarius, ſcripſit præter alia:

Novelas Morales. Matriti 1624. 4.

Primera parte de varias fortunas.

Primera y ſegunda parte de caſos prodigioſos.

Epitome de la explicacion de las fabulas primera parte. Matriti 1635. in 4.

IOANNES DE JARAVA, medicus, Ferdinandi, quem a ſacello habebat Eleonora Auſtriaca, Galliarum Regina, ex fratre nepos, Lovanii diu commoratus eſt, totus in vertendis Hiſpanorum proprio idiomate libris veterum ac recentium ſcriptorum. Hujus ea ſunt:

Hiſtoria de las Hierbas y Plantas: ex Dioſcoride & aliis, cum figuris æneis. Antuerpiæ 1557. in 8.

Problemas o Preguntas problematicas, aſi de amor, como naturales, y acerca del vino, bueltas de Latino en Caſtellano, y compiladas de varios autores. Adjungitur:

El Dialogo de Luciano de Icaro-Menippo, y otras coſas. Compluti apud Joannem Brocar 1546. in 8.

Traduccion de los Oficios, Amicicia, Senectud de Marco Tulio Ciceron. Antuerpiæ anno 1549.

Los Paradoxos y el Sueño de Scipion de Ciceron. Ibidem in 8.

Traduccion de los Apotechmas de Eraſmo con la tabla de Cebes. Antuerpiæ 1549. in 8.

Filoſofia natural breve. Antuerpiæ 1546. Hanc Italis communicavit Alphonſus de Ulloa, editaque fuit Venetiis una cum *Dialogis* Petri Meſſiæ, ejuſdemmet interpretis, Venetiis 1565. in 8. Necnon & ex Bibliis, cum eo tempore liceret:

Los Pſalmos Penitenciales, el Cantico Graduum, y las Lamentaciones traducidas en lengua vulgar.

F. IOANNES A JESU MARIA, Carmelitarum Excalceatorum ſodalis Hiſpali in patria, dum Hiſpania nova Indorum occidentalium regeret ordinis ſui domum, quæ in eremo quatuor a Mexico Regia urbe leucis diſſito ædificata eſt, publicavit:

Epiſtolario eſpiritual para perſonas de diferentes eſtados. Continet epiſtolas LXXXII. ſat prolixas, ut potius totidem opuſcula dici valeant. Ucleſii editas vidimus in officina Dominici ab Eccleſia 1624. folio. Alter *Epiſtolarum* tomus adſervatur Matriti in archivio domus Carmelitarum editionem expectans. Provinciam Mexicanam Sancti Alberti gubernavit.

F. IOANNES DE JESU MARIA, neſcio an diverſus a cognominibus aliis, una cum Joanne Baptiſta, præfecto provinciali, & Blaſiode S. Alberto, præpoſito cœnobii de Medina de Rioſeco, Carmelitis, formavit:

Inſtruccion de Novicios deſcalzos del Monte

te Carmelo. Matriti apud Alphonsum Martinez 1591. in 8.

F. IOANNES A JESU MARIA, olim Joannes de Sancto Petro, Calagurritanus, ad reformatam Excalceatorum Carmelitarum familiam anno LXXXIII. sæculi superioris admissus ætate jam perfecta, cum in singularis prudentiæ atque eruditionis, simulque integritatis & innocentiæ, virum evasisset, ire in Italiam jussus fuit propagando strictiori huic Deo serviendi atque hominibus proficiendi instituto, quod Teresiam sanctissimam & Joannem Crucium, insignem & ipsum sanctitate virum, auctores non dudum habuerat. Ibique non solum exemplo vitæ fructuque doctrinæ sodales docuit, rigidæque hujus disciplinæ tenorem Italis commendavit; sed aliquando & integram familiam Italicam ab Hispana, uti expediens visum fuit, segregatam præfectus generalis tertius gubernavit, summe carus, magnoque pretio habitus a Paulo V. P. atque illo summo totius eruditionis & probitatis cardine, Roberto Bellarmino, cunctisque curiæ Romanæ ordinibus, usque ad annum MDCXIV. qui emortualis ei fuit, in cœnobio Tusculani oppidi (Frascati nunc est) commoranti. Plures post se reliquit doctrinæ fructuosissimæ eruditionisque piissimæ, qua sibi & aliis prælucere opitularique constanter voluit, non intermorituræ fidei & famæ testes libros, quos in publicam typorum lucem emisit. Qui quidem post alias editiones Coloniæ simul omnes ex officina Bernardi Gualteri anno 1622. iterumque ex officina Jodoci Kalcovii 1650. primum tribus, deinde quatuor voluminibus prodierunt. Hujus posterioris editionis tenor hic est: Primus tomus continet:

Librum Iob paraphrastice explicatum. Romæ jam olim editum 1611. in 4. apud Franciscum de Rubeis.

Cantici Canticorum interpretationem. Ibidem apud Stephanum Paulinum anno 1601. Salmanticæ 1602. in 8. Moguntiæ 1603.

Lamentationum Hieremiæ interpretationem, in tres paraphrases, Historicam, Allegoricam & Tropologicam discretam. Neapoli 1608. in 8. Coloniæ 1611.

Psalmorum CXXXVI. LXXXIII. XLI. Interpretationem. Coloniæ 1611. 8.

Secundus tomus hæc:

Theologiam Misticam. Coloniæ antea apud Gymnicum in 8.

Disciplinam Monasticam in regulam primitivam fratrum excalceatorum Carmelitarum. Romæ per Jacobum Mascardum 1615. 8.

Instructionem magistri novitiorum. Parisiis 1611. in 24. Coloniæ 1613. in 16.

Instructionem Novitiorum. Romæ typis Caroli Wllietti 1605. in 8. Parisiis 1625. in 24. & 1644. in 24. Gallice quoque ibidem 1630. in 24.

Disciplinam Claustralem, sive practicam actuum vitæ religiosæ. Coloniæ anno 1621. in 12.

Prudentiam Justorum. Coloniæ 1614. in 12.

Stimulos Compunctionis. Romæ 1609. Coloniæque apud Andream Bordzerum 1610. in 12.

Scholam Jesu Christi. Romæ 1609. Coloniæque apud Milium anno 1612. in 12.

Scholam orationis & contemplationis. Quam ut credimus Hispanis communicavit Hieronymus Perez a Sancto Vincentio, ediditque Cæsaraugustæ 1615. 8. Deinde prodiit Matriti 1656. in 8.

Epistolam Christi ad hominem.

Artem amandi Deum. Versa est Hispanice a Joanne Baptista, Cisterciensi monacho, atque edita Cæsaraugustæ 1633. in 16.

De Custodia Legum tractatum.

Epistolas duas ad suos Religiosos.

Versus aliquot & *Hymnos sacros.*

Tertius hæc continet:

Instructionem Principum. Romæ prius editam 1612. apud Jacobum Mascardum in 4.

Artem gubernandi. Seorsim Romæ 1613. in 16.

De Studio Pacis. Ibidem eodem anno.

De bono usu, contemptuque honorum, divitiarum &c. Ibidem eodem anno.

Artem concionandi. Coloniæ, ac Romæ 1610. in 12.

Compendium vitæ B. M. Theresiæ de Jesu: opus ab auctore elaboratum, conferente operam Joanne a Sancto Hieronymo, sodali. Romæ 1609. in 4. Bruxellis 1610. 4.

De Amore, cultuque Reginæ Cœli.

De Pia educatione, sive cultura pueritiæ.

Artem vivendi spiritualiter.

De bono usu Curiæ. Seorsim Romæ 1612. in 16.

Artem bene moriendi.

Quartus & ultimus:

Viam Vitæ.

Praxim ad bene moriendum.

De Amore Dei parando atque tuendo.

Assertionem Missionum. Item *Instructionem Missionum.*

De Regimine Monastico.

Orationes XIII. Romæ habitas in natali die B. M. Theresiæ.

Orationem pro initio Theologiæ.

Orationes duas in natali Sancti Thomæ.

Physiologiam inferioris hominis.

Expositionem Symboli Apostolorum. Item *Fidei Professionem.*

Praxim de Amoris delectu: exercitium præparatorium ad natalem Domini.

Epi-

Epistolas Anagogicas. Item *Paræneticas.* *Institutiones* varias.

De Oratione tractatum.

Exercitium ad obtinendam perfectionem regularem.

Rhetoricam Ecclesiasticam. Coloniæ seorsim 1618. in 8.

Poemata Sacra. Hymnos Sacros.

Historiam Missionum.

Vitam Ven. Fr. Petri a Matre Dei Carm. excalceati. Reperio quoque præter supradicta opera, nisi aliam & aliam inscriptionem diversæ editiones præferant:

Thronum Justitiæ, in quo docetur quomodo anima viri justi seipsam judicet, inquirendo in omnes affectiones, desideria, cogitationes &c. ex aliquot Societatis Jesu patribus collectum. Coloniæ 1624.

Virum hunc magnum pro meritis celebrant Franciscus de Sancta Maria, ejusdem ordinis, in *Historia Carmelitarum reformatorum* lib. II. cap. XXXVII. Joannes Marquez in *Vita Venerab. P. Fr. Alphonsi ab Horozco*, Augustiniani, qui, sanctitate vir spectatissimus, auctor fuisse Joanni nostro dicitur amplectendi statum religiosum in recenti hac Carmeli propagine, cap. XXIV. Fr. Hieronymus de Sancto Josepho in *Genio Historiæ.*

IOANNES A S. JOANNE COZAR, presbyter, patrumque fidei vindicum apud nos minister, edidit:

Modo de rezar el Rosario de Nuestra Señora.

F. IOANNES DE JODAR, Lusitanus, ex Tertio ordine fratrum Minorum, scripsit ad Joannem III. Portugalliæ Regem:

De Septem Verbis. Hispali 1532. 4.

F. IOANNES A SANCTO JOSEPHO, Seraphici ordinis, edidit:

Exercicios quotidianos de perfeccion. Hujus meminit Antonius Daza, atque item Petrus Alba in *Militia Conceptionis.*

F. IOANNES A SANCTO JOSEPHO, gentili cognomine MAROTO, Segoviensis, inter Mercenarios sodales cum vota religiosæ vitæ nuncupasset, consiliumque ad pristinam observantiam reducendi hoc institutum pontificia auctoritas probavisset, inter primos reformationis asseclas nudavit calceis pedes, crassioreque induta veste huic novæ sectæ nomen dedit. Ter fuit ejusdem vicarius generalis, pluriumque cœnobiorum præfectus, quorumdam & auctor. Sanctissimis moribus diu vixit clarus. Ejus sunt:

Constitutiones Fratrum Discalceatorum B. Mariæ de Mercede: quas quidem ab Urbano VIII. P. M. anno MDCXXIX. secunda die Junii mensis confirmatas Ferdinandus de Sancta Maria, vicarius post Joannem nostrum generalis suffectus, edidit.

Denatus est Matriti in æde Barbaræ martyri sacra nonis Februarii anni MDCXXXVIII. ætatis suæ LXVI.

F. IOANNES A SANCTO JOSEPHO, Lusitanus, ordinis Sancti Augustini, circa annum MDLX. scripsisse dicitur:

Augustiniani ordinis Chronicon. Itemque aliud ineditum opus:

De la vida del B. P. Fr. Gonzalo de Lagos. Uti refert Fr. Antonius a Purificatione in *Theatro Triumphali Lusitaniæ.* Attamen idem Antonius in prologo ad *Chronicon Provinciæ Portugalliæ Eremitarum* cap. VIII. Joannis hujus a Sancto Josepho mentione habita, nullius ab eo confecti chronici, cum non alibi opportunius potuisset, meminit: hoc insuper annotato nihil aliud nomine ejus inscriptum prodiisse in vulgus nisi libellum:

Das Grazas & excellencias da correa de Sancto Agostinho. Olisipone 1565. in 8.

Juvisse tamen hunc monet in pangendo *Chronico* hujus ordinis Hieronymum Romanum.

F. IOANNES JUBINUS, vulgo JUBI, Majoricensis, ordinis Sancti Francisci, sacro carmine atque eleganti Latino saphico scripsit:

De Sacramento Eucharistiæ & ejus sacrificio adversus hujus nostri temporis hæreticos. Barcinone 1570. in 12. ad Philippum II. Hispaniarum Regem. Simulque elegiaco:

De B. Virgine. De D. Hieronymo. Item:

De Mundi contemptu ob secessum in vitam privatam Caroli V. Imperatoris. Barcinone apud Claudium Bornat 1568. Hic fuit in concilio Tridentino sub Julio III. anno MDLI. cum illac Philippus, Hispaniarum Princeps, Belgium versus pertransiret, refertque in convivio quodam, quod cardinalis Madruccius, Tridentinus episcopus, Regio hospiti paraverat (cujus quidem epuli Sforza cardinalis Pallavicinus meminit lib. XI. *Hist. Concil. Tridentini* cap. XV.) veluti adventorio carmine Philippum salutasse. Episcopum hunc appellat Andreas Scotus in classe Franciscanorum, nec adjunxit quidquam e re domestica eorumdem nomenclator Lucas Waddingus. Vincentius autem Mut in *Historia Regni Balearici* volum. II. lib. VIII. cap. VI. tribuit etiam ei:

De Sacrificio Missæ. Et:

De Auctoritate Ecclesiæ: & episcopum Constantiniensem, quod de Constantina Africæ interpretor, lib. XI. c. V. vocat.

IOANNES DE LARINAGA SALAZAR, eques Sancti Jacobi, in Panamensi conventu Americano senator, scripsit, Antonio Leone in *Indica Bibliotheca* sua attestante:

Tratado sobre el oficio de Protector General de los Indios. 1626. 4. Scribebat & superioribus annis, ut idem ait Leonius:

Las Primicias del nuevo mundo: hoc est, catalogum in India natorum hominum, qui sanctitate, literis, aut bellica virtute claruerunt, muneraque cujuscumque generis, sive ecclesiastica sive civilia, in patria vel apud nos administraverunt.

IOANNES, cognomento inter nos LATINUS, patria & parentibus Æthiops, educatione Hispanus, jure sibi inter scriptores nostros locum vendicat. Quippe ex Æthiopia usque infans advectus in servitute Gonsali Cordubensis, Suessæ ducis, enutritus, pariterque fuit cum domino in grammaticis atque aliis liberalibus disciplinis excultus. Quæ quidem illius animum, quantumvis servi corporis, veluti restituerunt suis natalibus, rarumque Æthiopis e cathedra Latine atque eleganter dicentis exemplum posteris reliquerunt. Ab hero etenim liber esse jussus, grammaticæ artis scholam in Granatensi ecclesia, dum rerum ibi sacrarum D. Petrus Guerrero, vir clarissimus, Joannis verus Mæcenas, potiretur, moderandam suscepit. Hoc totis viginti annis munere functus est, carus omnibus propter ingenii ac morum dotes; matrimonio insuper honestæ nec ignobilis feminæ supra conditionem ornatus. Poesim coluit maxime, quædamque hujus artis manare ad posteros fecit, nempe:

Austriados, libros duos; sive de Victoria navali Joannis Austriaci ad Echinadas Insulas. Necnon *De obitu Pii V. ejusque in Philippum Regem studio*: heroico carmine ad Petrum Dezam, Granatensis curiæ præsidem.

De Augusta regalium corporum ex variis tumulis in unum regale templum Escurialis translatione, atque illinc in Granatense Reginæ Joannæ, epigrammatum, sive epitaphiorum libros duos. Granatæ apud Hugonem de Mena anno 1576. in 4.

Jacet in Sanctæ Annæ paroeciali ecclesia Granatensi, uti fert præ se lapidis titulus, quem ipse in ea urbe agens excripsit:

DEL
MAESTRO JUAN LATINO
CATEDRATICO DE GRANADA,
Y DOÑA ANA DE CARLEVAL
SU MUGER
Y HEREDEROS. MDLXXIII.

Granatæ doctus, claræ doctorque juventæ,
Oratorque pius doctrina & moribus unus,
Filius Æthiopum, prolesque nigerrima patrum,
Infans illæsus cœpit præcepta salutis,
Augusti Austridæ cecinit qui gesta, Latinus,
Conditur hoc cippo: surget cum conjuge fida.

In libro *Epitaphiorum* laudato sic ipse Joannes de se refert: *Hæc Joannes Æthiops, Christicola, ex Æthiopia usque infans advectus, excellentissimi & invictissimi Gonsali Fernandi a Corduba, ducis Suessæ, Gonsalvi magni Hispaniarum ducis nepotis, servus, ab ipso infantiæ lacte simul nutritus, cum ipso a rudibus annis liberalibus artibus institutus & doctus, & tandem libertate donatus, Granatæ ab illustrissimo pariter & reverendissimo Petro Guerrero, Granatensi archiepiscopo, extra omnem aleam doctissimo, sanctæ ecclesiæ Granatæ cathedram grammaticæ & Latini sermonis accepit moderandam, quam per viginti annos feliciter moderatus est &c. Granatæ ætatis suæ anno* LVIII. Hæc ad rem Latini, ne fallatur quis lecto carmine (Soneto nos vocamus) ejus qui de Latini rebus comœdiam satis argutam & elegantem scripsit, D. Didaci Ximenez de Enciso, Hispalensis equitis, quo ait eum in urbe Baena, quæ ditionis Suessani ducis in Bætica est, natum.

IOANNES LAURENTIUS, scripsit:

Vida de Santos de la ciudad de Huesca. Oscæ 1644. in 8.

F. IOANNES LAURENTIUS CAIROSA, Dominicanus, sacræ theologiæ magister, ex schedis Hieronymi Baptistæ de Lanuza, viri clarissimi, collegit convertitque in sermonem Latinum:

Quinque Homilias de Augustissimo Eucharistiæ Sacramento, & sacrosancto Missæ sacrificio: quæ Antuerpiæ apud Lesteenium editæ sunt 1649. in folio & in 4.

IOANNES LAURENTIUS CARNIZER, interpretatus fuit Hispanice, additis glosiis propriis:

El Collectorio, o Inventario en Cirugia de Guido de Cauliaco, que habia glosado M. I. Falco de Monpeller. Cæsaraugustæ apud Georgium Coci 1533. in folio.

IOANNES LAZARUS GUTIERREZ, medicus, scripsit:

De Fascino opusculum. Lugduni 1643. 4. Doctor medicus hic Pincianus in eadem universitate, postquam docuisset philosophiam, professor publicus medicæ artis, edidit:

Febrilogiæ Lectiones Pincianas. Lugduni apud

apud Laurentium Aniffon 1668. in folio, hoc eft, de febribus tractatum. Cui fubnectit:

Appendicem ad febrilogiam, doloris diagnofim, prognofim & curationem in communi; tum artem fphygmicam continentem.

IOANNES LEDESMA, Mexicanus, Societatis Jefu presbyter, totos xxx. annos tam philofophiam quam theologiam docuit, magnis virtutibus doctrinam commendans; de quibus adifis *Bibliothecæ Jefuiticæ* fcriptorem. Inedita reliquit:

Commentariorum in Sanctum Thomam, aliarumque lucubrationum volumina non minus quatuordecim.

IOANNES LEO, inter Mauros editus Granatæ atque in Africa educatus dicitur, idemque cum a Chriftianis captus effet, ac Leoni X. Papæ oblatus, qui tunc temporis ecclefiæ præerat, fuperftitioni mahometicæ, accepto ad facrum fontem patroni Pontificis utroque proprio (Joannes enim ante exaltationem vocabatur) atque item affumpto in ea nomine, renuntiaffe. Variantia tamen funt ejufdem auctoris teftimonia de patria fua, namque in *Defcriptionis Africæ*, quam mox laudabimus, ea parte, qua Africanorum encomiaftem egit (pag. editionis Lugduno-Batavæ 95.) hæc habet: *Nec me latet quam me ipfum dehoneftem cum talia de Africa fcribam, cui & vitæ initium & educationis meæ bonam partem debeo.* At poftea adjungit: *Quod fi Afros apud quofdam male audire fenfero, ego me ex Granata ortum affirmabo; fin autem Granatenfes aliquo vitio notatos percepero, Afrum me profitebor.* Hæc ille. Adhuc juvenem fe in quodam xenodochio Feffæ urbis notarium egiffe affirmat ipfe lib. III. pag. 288. Tauris apud Perfas fuiffe eidem credimus lib. III. pag. 309. qui & Afiæ plures regiones, nimirum Arabias tres, Ægyptum Afiaticam, Babyloniam, Perfiæ, Armeniæ ac Tartariæ partem fe percurriffe in juvenili adhuc ætate refert in fine lib. VIII. Quarum omnium defcriptionem paratus fuit curiofis hominibus offerre *poft reditum* fuum (verba ejus audis) *ab Europa in patriam*, in fine fcilicet ejufdem libri: quo tempore nondum forfan Chrifto nomen dederat, reditum ad fuos cogitans. Peregrinari eum cœpiffe anno a Chrifto nato MDXIII. conftat ex ejus teftimonio, ubi de Hadachite oppido, pag. III. Italici aliquando hic fermonis factus compos, Africæ totius a fe olim peragratæ laudatam defcriptionem, Arabice prius a fe confcriptam, in eam linguam convertit. De hoc apponam Joannis Bodini elogium ex *Methodo ad facilem hiftoriarum cognitionem*, cap. IV. *Leo Afer, genere Maurus, natione Hifpanus, religione mahometicus, deinde Chriftianus, poft quam totam pene Africam & Afiam minorem, bonamque Europæ partem diuturnis itineribus obiffet, captus eft a piratis, & Leoni P. M. dono datus; apud quem ea quæ incredibili ftudio ac diligentia de Africæ populorum moribus, legibus, inftitutis, totiufque regionis fitu ac defcriptione Arabica lingua compofuerat in Italicum tranftulit. Militarem difciplinam leviter tractat; fed offenfiones & victorias Imperatorum inter ipfos fine ullis concionibus & ornatu, non ut hiftoricus, fed quafi geographus, breviter commemorat, ac perpetua rerum novarum voluptate invitum detinet lectorem.* Et mox paucis interpofitis: *Profecto unus eft ex omnibus qui Africam, poft annos mille infelici barbarie ac noftrorum hominum ignorantia fepultam, aperuit, & omnium oculis patefecit.* Hæc Bodinus: pariaque Bernardus Alderete lib. III. *Antiq. Hifpaniæ & Africæ*, cap. V. Prodiit quidem libris IX.

Defcriptio Africæ: Latina, ex Joannis Floriani eleganti verfione, fæpius edita Antuerpiæ per Joannem Latium 1556. in 8. Itemque Gallice typis Antuerpienfibus 1564. apud Bartholomæum Berton in 8. Lugdunique apud Joannem Temporal 1556. in folio. Hanc defcriptionis partem fecunda alia debuit confequi, cujus ipfe meminit in Africanorum encomiis, editionis Lugduno-Batavæ hujus defcriptionis pag. 89. *De his, Deo favente*, ait, *fecundo libro copiofius dicetur, ubi de Mahumetis fide, atque lege incidet mentio.* Quo dein fecundo libro iftius defcriptionis nihil annotatum reperio, ut neceffe fit de alio eum opere intellexiffe, a *Defcriptione* diverfo. Meminit & hujus commentarii pag. 707. tanquam alterius. Præter hanc fcripfit:

De Africanis rebus libellum: quem prodiiffe in lucem ipfe monuit in *Defcriptionis* lib. I. ubi de Teculeto Heæ oppido pag. 110.

De rebus Mahumeticis compendium. Meminit ibidem lib. II. pag. 122. ubi de Culeiat Elmuridim agit, & forfan pag. 155. in Marochi defcriptione.

De Lege Mahumetica libellum. Laudat ipfe lib. III. pag. 329. nifi illud fit, cujus fupra meminimus, compendium.

Epitaphiorum, quæ in variis Africæ locis vidit, collectionem: Regis Feffani fratri obtulit, ut ipfe ait lib. II. ubi de Feffæ urbis & regni rebus, pag. 359.

Defcriptiones Afiæ a fe perluftratæ & ultimæ fuæ a Feffa Conftantinopolim profectionis, hinc in Ægyptum, atque inde in Italiam, cum ab Europa in patriam (ut ait ipfe) fuiffet reverfus, daturum fe promifit, ut

ut ex fine libri octavi *Africanæ Descriptionis* apparet, quod jam monuimus.

Arabicam item dicitur noster *Grammaticam* reliquisse in schedis, quæ apud Jacobum Mantinum olim erat, ut lego in *Granatensibus* Francisci Pedrazæ *antiquitatibus* lib. III. cap. XXV. & ipse auctor hujus operis meminit lib. III. *Descriptionis*, pag. 340.

De Vitis philosophorum Arabum ipse laudat opus in *Descriptione Africæ*, ubi de Fessana urbe & in ea alchimistis agit pag. 352. Joannes Gerardus Vossius in opere postumo *De Philosophia* lib. I. cap. XIV. hunc librum laudat, *De Doctis* scilicet *Arabibus* inscriptum, atque ex eo de Avicenna, Joanne Mesue, Averroe & Maimonide quædam annotat, eo libentius quod liber, ait, necdum lucem aspexerit. Sed tandem eum habemus publicatum a Joanne Henrico Hottingero in *Bibliothecario* suo lib. II. cap. III. qui in prolegomenon c. I. pag. 9. monet apographum se habuisse ex bibliothecæ Mediceæ MS. codice.

Joannis Leonis vitam Joannes Baptista Ramusius, Italus, prima parte *Itinerum* scripsit. At Gerardus Joannes Vossius, nuper laudatus, in opere de *Historicis Latinis* cum plura de Leone retulisset hæc addidit: *Mirum autem non meminisse ejus Julium Cæsarem Scalligerum in opere* Subtilitatum *adversus Cardanum, ubi tam multa invenias ex hoc scriptore hausta. Factum nollem: grati enim animi est fateri per quem profeceris.*

IOANNES DE LERAS, sive LERES, quidam, scripsit:

Estilo de escrivir cartas. Çæsaraugustæ 1569. in 8.

F. IOANNES DE LEZCANO, Prædicatorum fratrum sodalis, Pampilone in academico Dominicanorum cœnobio theologicas docebat literas, bene gnarus ipse illius theologiæ quæ homines Deo gratos facit solideque sapientes cum commentaretur:

De la Oracion y meditacion, ayuno y limosna, y otros tratados pertenecientes a ellas: opus S. Teresiæ nuncupatum, magnoque apud omnes pretio habitum, duobus tomis. Pampilone apud Joannem de Orteiza anno 1630. in 4.

Vidimus quoque manu exaratum, & nisi fallimur hactenus ineditum, *Confesionario*, sive instructionem confessorum. Natum fuisse ajunt in Alaba provincia, initiatumque in Ovetensi cœnobio Prædicatorum instituto.

IOANNES DE LI, Cæsaraugustanus civis, nuncupatum Elisabethæ Portugalliæ Principi, opus edidit:

Suma de Paciencia inscriptum, Cæsaraugustæque anno 1505. editum. Quem autem vocavimus Andream de Li, adscriptis eidem *Thesauro Passionis Christi*, atque item *Vita SS. Hieronymi & Paulæ*, fidem sequentes Didaci Murillo *De excellentiis Cæsaraugustæ urbis* tract. II. cap. LI. non alium quam Joannem hunc esse jam credimus, a viro erudito & amico nostro Didaco Josepho Dormer, Aragoniæ chronographo, de re admoniti. An autem diversa sint inter se opera *Suma de Paciencia*, & *Thesaurus Dominicæ Passionis* non facile dixerim; quamvis enim Regibus Catholicis, seu Elisabethæ Reginæ, posterius hoc dicatum fuisse Murillus dixerit, sumere hanc potuit pro Elisabetha alia, Regum Catholicorum filia, quæ Alphonso Principi Portugalliæ, Joannis II. Regis filio, deinde hoc mortuo, Emmanueli Regi nupsit.

F. IOANNES DE LODEÑA. Vide F. IOANNES DE LUDEÑA.

F. IOANNES LOPEZ, in Borja regni Aragoniæ urbe natus, ordinis Prædicatorum, quem professus dicitur in Pincianæ urbis cœnobio Sancti Pauli Apostoli, concionator in eo fuit generalis, indeque adsumptus ad Crotoniensem ecclesiam, translatus postea ad Monopolitanam XXV. Novembris anni MDLXXXIX. Qua dimissa ex indulto Apostolico anno hujus sæculi VIII. vixit adhuc in studioso plenoque utilissimi negotii otio ad decrepitam, raroque contingentem, centenario etiam octo annis majorem ætatem, scilicet usque ad MDCXXXII. ut affirmat Ferdinandus Ughelus in *Italiæ Sacræ* prima parte, in Monopolitanorum præsulum catalogo. Vir fuit Sacrarum Scripturarum, Sanctorumque Ecclesiæ Patrum lectione & cognitione instructissimus, adhæc domesticæ historiæ post Ferdinandum Castellum vindex egregius. Opera hæc in publicum dedit:

Tercera parte de la Historia general de Santo Domingo y de su orden de Predicadores. Pinciæ 1613. apud Franciscum Fernandez. Item:

Quarta Parte de la misma historia. Ibidem 1615. His continuavit Ferdinandi a Castello *Dominicanæ Historiæ* duo priora volumina, pertigitque usque ad annum hujus sæculi XV. Adjunxit:

Quinta parte de la misma historia; hoc est, additiones seu paralipomena quatuor priorum partium. Ibidem apud Joannem de Rueda 1621. folio. Harum tertiam & quintam partes Italice versas novimus: primam scilicet, hoc est tertiam, a Hyacintho Cambio, quæ Florentiæ edita est anno 1645. apud

apud Amatorem Maſſi & Laurentium Landi in folio ; quintam vero a Petro Patavino, ejuſdem ordinis Prædicatorum, editam Meſſanæ typis Jacobi Matthæi 1652. folio. De quarta nihil certum dicere habeo.

Cetera ſpiritualia & ſacra ſunt:

Memorial de diverſos exercicios, que frequentados en vida diſponen a morir bien; y lo que para eſo nos ha de ayudar en el articulo de la muerte. Barcinone 1600. in 8. Neapoli cum duobus ſequentibus 1608. in folio.

Tratado del Santiſimo Sacramento del Altar y ſacrificio de la Miſa. Neapoli eodem anno uti jam diximus.

Roſario de Nueſtra Señora. Cæſarauguſtæ 1584. in 8. Salmanticæque 1589. in 8. Medinæ-campi 1595. in 4. Neapoli quoque una cum ſuperioribus duobus operibus 1608. in folio. Venetiiſque.

Manual de Exercicios Chriſtianos. Barcinone 1600.

Manual de Oraciones diverſas. Pinciæ 1614. in 16. apud Joannem de Rueda. Quæ duo non ſatis ſcio an eadem inter ſe, aut cum ſuperius laudato *Memoriali diverſorum exercitiorum* ſint.

Letanias de Nueſtra Señora. Hiſpali apud Joannem de Leon 1601. in 16.

Practica eſpiritual. Compluti 1587. in 16.

Expoſicion de los ſiete Pſalmos Penitenciales. Valentiæ apud Garriz 1602. in 8.

Latine autem juvit concionatores verbi Dei ſcribens:

Epitomen Sanctorum Patrum per locos communes, qui ad virtutum & vitiorum tractationem, & ad fidei noſtræ myſteriorum expoſitionem pertinent, & ad ſacras conciones per annum tam de tempore quam de Sanctis: quatuor aut quinque voluminibus. Romæ 1596. folio apud Guilielmum Faciotum. Venetiiſque anno 1600. in 4. Antuerpiæ inde 1614. Brixiæ item atque Coloniæ Agrippinæ.

De patria in Aragoniæ regno credimus Joanni Marietæ, Dominicano, qui ſodalem bene notum habere debuit, aſſerenti lib. XIV. *Hiſtoria Eccleſiaſtica* ſive *Catalogo Scriptorum ſui ordinis*; & Blaſco Lanuzæ in *Hiſtoria Eccleſiaſtica regni Aragoniæ*, qui in Borgia, hujus regni urbe, natum affirmat, cum Ægidius Gonzalez Davila temere appellaverit Pincianum.

F. IOANNES LOPEZ, Granatenſis, Hieronymianus monachus, ſcripſit, Pedraza in *Hiſtoria Granatenſi* auctore:

Arte y vocabulario en lengua Arabe.

IOANNES LOPEZ DE HOYOS, Matritenſis, grammaticus, artis præcepta juventutem patriam docebat, necnon & theologicas pro concione orationes habebat, eruditionis laude notus, cum edidit:

El Recebimiento que hizo la Villa de Madrid a la Sereniſima Reyna Doña Ana de Auſtria, con una breve relacion del triunfo del Sereniſimo D. Juan de Auſtria; el parto de la Reyna, y ſolemne bautiſmo del Principe D. Fernando. Matriti in 8. 1578.

Relacion de la muerte y honrras funebres del Sereniſimo Principe D. Carlos. Matriti 1568. in 8. Hanc Italice convertit Alphonſus de Ulloa.

Hiſtoria y relacion verdadera de la enfermedad, feliciſimo tranſito y ſumptuoſas exequias de la Sereniſima Reyna de Eſpaña Doña Iſabel de Valois. Ibidem 1569. in 8.

IOANNES LOPEZ DE OLIVEIRA, Luſitanus, auctor quarumdum *Comœdiarum* ab eodem Cardoſo laudatur, proſaicarum ut credimus, hactenus enim nihil vidimus hujuſmodi a Luſitanis metricum.

IOANNES LOPEZ OSORIO, ſcripſit:

Hiſtoria de Medina del Campo: quam MS. penes ſe habere docuit D. Joſephus Pellizer, hiſtoricus Regius, in *Informatione de la caſa de Sarmiento de Villa mayor* folio 87.

IOANNES LOPEZ DE PALACIOS RUBIOS, alias DE BIVERO PALACIOS RUBIOS, natus in oppido quodam Salmantinæ diœceſis nobili ſtemmate, cujus & parentum ipſe meminit ad Gundiſalvum filium præfatus in opuſculo *De Virtute bellica*, paulo inferius laudando. Hic poſtquam ſtudio juris bonarumque aliarum artium ſeſe totum tradidiſſet, in collegio Bartholomæano gymnaſii Salmantini toga indutus anno MCDLXXXIV. honoreque mactus Decretorum doctoris, profeſſus ibidem fuit jus Pontificum, atque item Cæſareum uſque ad annum ejuſdem ſæculi nonageſimum. Quo anno creatus judex Regius ad cancellariam Pincianam veniſſe dicitur, ac in ejuſdem nobiliſſimi tunc temporis municipii ſchola in magiſtratu ipſo ex prima cathedra jus iterum Canonicum docuiſſe. Hinc ad curiam vocatus concilii rerum Indicarum ſenator, & quidem, ut fama eſt, primus renuntiari, necnon & Romam delegari promeruit ad obedientiæ ſignificationem, publico & ſolemni Ferdinandi Regis nomine, Julio Papæ II. exhibendam. Hunc ipſum propter miram doctrinæ præſtantiam & ſingularem rerum humanarum prudentiam delegit inter alios Rex ille magnus, quos Taurinarum, quo modo a loco promulgationis vulgo appellamus, legum, hoc eſt, graviſſimarum in maxi-

ximi momenti rebus ſanctionum, auctores & formatores eſſe voluit. Ut non immerito Lucius Marinæus Siculus, grammaticus ejus temporis haud ignobilis, provocatus ab eo per literas ut filios ejus ſuam artem docere vellet in reſponſione, quæ libro XVI. hujus *Epiſtolarum* legitur, *juriſconſultorum facile principem* appellaſſe eum videatur. Nec in opere agendo tantum, ſed & in ſcripto tradendis iis quæ ab aliis eſſent jure agenda, rei conſulturus publicæ, in altiſſimis quoque rerum forenſium & aulicarum occupationibus, podagræ etiam conflictatus moleſtiis, commentaria panxit, demererique nunquam deſiit poſteritatem. Plane hæc opera condidiſſe eum, partim ex præfatione Alphonſi Perez de Bivero, filii non primogeniti, Ceſaræi juris prolitæ, ad eum commentarium, cujus mox meminimus; partim ex libris Bartholomæani collegii, atque aliunde novimus, ex quibus agmen duo hæc priora ducunt:

Repetitio Rubricæ & cap. Per veſtras, De Donationibus inter virum & uxorem. Quam ſemel atque iterum jam typis, Pinciæ ſcilicet 1503. & alibi, editam & a ſe recognitam, denuo ſubjecit prelo Salmanticæ anno 1523. Alphonſus Perez de Bivero, is quem diximus. Huic operi *Additiones* priores fecit Joannes Bernardus Diaz de Lugo, Calagurritanus epiſcopus, quibuſcum edita eſt Francofurti 1573. poſterioreſque alias Joannes de Baraona, Regiæ curiæ advocatus. Hinc extractus fuit *De bonis conſtante matrimonio quæſitis* tractatus, qui una cum Roderici Xuarez & Didaci de Segura *Repetitionibus*, de eadem materia, editus fuit Coloniæ apud Gymnicum 1590. in 8. continens ea quæ ſcripſit auctor a §. *Sed quamvis* 57. uſque ad §. *Operatur aliud* 68. incluſive. Acceſit huic commentario Francofurti:

Allegatio in materia hæreſis. Romæ ſeorſim edita anno 1581. in 4. apud Gregorium Ferrarium.

Alterum eſt:

De Juſtitia & jure obtentionis & retentionis regni Navarræ. Salmanticæ anno 1514. in folio.

Scripſit alia minoris operæ:

Gloſſemata ad leges Tauri. Salmanticæ apud Joannem Juntam 1542. Itemque:

Ad Fori leges: quæ auctori fuiſſe furto ablata conqueritur Alphonſus filius.

De Beneficiis in curia vacantibus: ſive pro tuendo Regum Caſtellæ jure patronatus, etiam in iis beneficiis quæ in curia Romana vacaverint. Hiſpali 1514. in folio.

Tractatum de Primogenitura. MS. vidimus in bibliotheca Sacri Montis Granatenſis.

Super Leg. Quoniam in prioribus, C. de Inoff. Teſtam. uti legi in collegii Sancti Bartholomæi quodam libro.

Inſularum Maris Oceani tractatum, ſive, de Indis in ſervitutem non redigendis: quem laudat ipſe *De juſta obtentione regni Navarræ* II. parte §. I. in fine: quem tamen D. Joannes de Solorzano, qui eamdem adornavit Spartam, vidiſſe ſe unquam negat.

Recollectiones ejuſdem *ſuper jus Canonicum* laudat idem liber collegii S. Bartholomæi.

De Regis Inſtitutione: opus erat MS. in bibliotheca Olivarienſi, quod elucubrare eum circa annum MDXXIII. ut Carolo Imperatori offerret, Alphonſus filius annotatum reliquit. Itemque aliud:

De Pœnitentiis & remiſſionibus.

Vulgari quoque lingua compoſuit:

Tratado del esfuerzo bellico; pro inſtruendo Gundiſalvo Perez de Bivero, filio primogenito. Salmanticæ 1524. & una cum *Relect. ad Cap. Per veſtras*: *De Juſta obtentione &c. Gloſſis ad Leges Tauri*, *& Beneficiis*.....

Del Gobierno domeſtico: ad ſororem noſtram (ait Alphonſus toties laudatus) hoc eſt, auctoris filiam.

Tratado esforzando a los Indios a la Fee Catolica: quem promulgaſſe apud Indos Chriſtophorum Columbum ſcribit Antonius de Herrera in *Hiſtoria Indica.*

IOANNES LOPEZ RAPOSO DE CASTANHEDA, Luſitanus, patria ex Torres-novas diœceſis Oliſiponenſis municipio nobiliſſimo, judex Regius, & corrector marcharum (comarcas vocant) de Pinhel e Ribacoa, ſcripſit:

A Vida del Servo de Deos Gregorio Lopez: in 4. MS.

Relaçaõ de deſcobrimento dos Santos Martyres Secundiano e Romulo Concordienſes, ſive ejuſdem oppidi Turrium-novarum, quam dicavit excellentiſſimo duci de Aveiro & de Torres-novas, Raimundo Lencaſtrenſi. Vide Cardoſum tomo III. *Agiologii Luſitani* die XX. Junii in commento lit. b. fol. 763.

Da Familia dos de Alencaſtro da caſa dos Duques de Aveiro e Torres-novas MS. in 4.

Novelas de Silvio o mais deſgrazado home dos viventes. MS.

IOANNES LOPEZ DE SEGURA, ſacerdos Burgenſis, ad Mariam ſereniſſimam Angliæ Reginam ſcripſit:

De la Inſtruccion Chriſtiana y exercicios eſpirituales, y preparacion para la Miſa y ſanta Comunion. Burgis ex officina Joannis Juntæ 1554. in 4.

Con-

Confesionario para conocernos y tomar aviso contra vicios. 1555. 4.

IOANNES LOPEZ SERRANO, Malacitanus, theologus, Granatæ urbis incola, vertit ex Latino Martini ab Azpilcueta, doctoris illius Navarri celebratissimi, in Salmantina urbe manens:

Discurso de el silencio que se debe guardar en los divinos oficios, principalmente en el coro sobre el capitulo, in loco benedictionis, 5. *Quæstione.* 4. Salmanticæ apud Petrum Laso anno 1588. in 8.

IOANNES LOPEZ DE TUDELA, medicus doctor, scripsit:

De Medica materia ad Tyrones librum. Pampilone 1585. in folio. Hispali 1589. folio apud Joannem de Santander.

IOANNES LOPEZ DE UBEDA, Toletanus, scripsit, aut collegit:

El Cancionero general de la Doctrina Christiana. 1579. 8. Et Compluti anno 1586. in 8.

Vergel de flores divinas. 1588. in 8. Compluti. Complutensis seminarii, in quo pueri aluntur orphani, auctor & fundator fuit.

IOANNES LOPEZ DE VELASCO, post Joannem Christophorum Calvetem Stellam tertius Indicarum rerum chronographus Regius sub Philippo II. Hispaniarum Rege Catholico, dedit:

Ortographia y pronunciacion Castellana. Burgis 1582. in 4.

IOANNES LOPIS, Valentinus, artium liberalium & medicinæ, theologiæque simul (quod raro solet) doctor, publicavit, ad Franciscum Ximenium mittens, Toletanum antistitem:

Aureum formalitatum speculum Scoti ac Francisci Mayronis doctrinam illustrans. Neapoli anno 1505.

F. IOANNES LOREDANO, si Hispanus est, edidit:

Vida de Adam. Matriti 1657. in 8. Errorem in eo commissum fuisse arbitror, quod Joannis Francisci Loredani, nobilis Veneti, *Adami Vitam*, Italice scriptam, alius nescio quis converterit in Hispanam.

F. IOANNES DE LORENZANA, Legionensis natu, Dominicanorum sodalis in Salmantina Stephano protomartyri sacra domo, deinde in provincia Sancti Joannis Baptistæ Peruani regni, cui sese adscribi cum eo venisset non ægre passus est, in Limensi academia primas docendi partes gessit, provinciæ suæ præfuit, judicibusque fidei consultor fuit theologus. Scripsit:

In Sancti Thomæ Aquinatis universam Summam Theologiæ, quatuor tomis: qui in tabulario monumentorum hujus ordinis cœnobii Romani Sanctæ Mariæ supra Minervam ad editionem custodiuntur.

D. IOANNES LUCAS CORTES, Hispalensis, ex Belgis parentibus, jurisconsultus, & omnimodæ flos eruditionis, qui Matriti, sub excellentissimi D. D. Petri de Guzman, comitis de Villaumbrosa, summi senatus Castellæ præfecti, protectione, carus & magni habitus doctis omnibus & judicio præstantibus curiæ istius viris degit, ornatus locumtenentis gubernatoris seu correctoris curiæ Matritensis munere, dein judicem agere jussus est, cum vacasset locus Regiarum fabricarum & saltuum (de Obras y Bosques appellant) sed antequam huic initiaretur occupationi fiscalem advocatum in curia criminali Matritensi, deinde ejusdem curiæ judicem, quod munus Alcalde de Casa y Corte vocant, exercere, tandem in senatu Indicarum rerum patrem agere, propediem editurus ex antiquorum monumentorum schedis, attente observatis ac fideliter productis:

La Vida y acciones del Santo Rey D. Fernando III. de Castilla y Leon. Ediderat prius:

Memorial de la casa de D. Diego de Ayala Herrera, y Roxas Conde de la Gomera.

IOANNES DE LUCENA, Lusitanus, ex oppido Trancoso Visensis diœcesis, anno redempti orbis MDLXV. ætatis suæ xv. Societatem Jesu ingressus, adeo bonarum omnium disciplinarum scientiam profecit ut in Eborensi academia philosophiam interpretatus sit, clarus imprimis eloquentia facultateque oratoria: ex cujus ore in ecclesiasticis concionibus totos viginti annos fidelium populus in Lusitaniæ regno pependit, quando & nonnunquam in fine ipso quiescentem (quod mirum judices) clamor circumstantium ut progrederetur ulterius sine fraude sollicitaverit. Scriptam reliquit moriens elegantissimo vulgari stilo Portugalliæ:

La Historia da vida do Padre Francisco de Xavier, e do que fiçeraõ na India os mais religiosos da mesma Companhia de Jesu. Ulissipone 1600. in folio. Quam in Castellæ idioma convertit Alphonsus Sandoval, Hispali editam 1619. in Italicum Ludovicus Mansonius Romæ 1613. uterque ejusdem Societatis.

Vitam exuit vir, multis virtutibus doctrinæque merito carus omnibus ac venerabi-

bilis, in Sancti Roqui professa domo Ulissiponensi anno sæculari MDC. ætatis LI.

F. IOANNES DE LUDEÑA, Dominicanus, Matriti natus, in Tridentino magno congressu sub Pio IV. Seguntini episcopi procurator, habuit ad patres orationem:

De tribus Domini nostri Jesu Christi & ejus sponsæ tentationibus; I. *Dominica Quadragesimæ MDLXIII.* Adjungitur:

Disputatio Theologica de Cælibatu Sacerdotum contra Luteranos. Patavii anno 1563. in 4.

IOANNES LUDOVICUS DE LA CERDA, Toletanus, patrem habuit D. Joannem de la Cerda, almæ hujus ecclesiæ canonicum. Adolescentulus sacramentum religionis inter Jesuitas in patria dixit, qui, cum ad eloquentiæ sacræ & profanæ totiusque eruditionis studia animo penderet totus, ea via grassari ad virtutem & famam permissus fuit, atque eo quidem successu ut in assiduum eloquentiæ ac poeticæ in Carpentanis professorem scriptis eruditissimis toto orbe celebratissimum evaserit. Urbanus VIII. P. M. ingeniorum eximius æstimator, effigiem ejus in camera sua repositam habuisse dicitur, Francifcoque cardinali Barberino, legato sedis Apostolicæ in Hispanias, ad Philippum IV. Regem nostrum eunti, dedisse quidem in mandatis ut Cerdæ ad se vocato Urbani nomine salutem diceret. Indefessi sui studii, exquisitæque ac multiplicis eruditionis hæc in vulgus monumenta dedit:

Commentaria in omnia opera Publii Virgilii Maronis: tomis III. *argumentis, explicationibus & notis illustrata.* Lugduni 1617. in folio. Prius tamen ac seorsim super *Bucolica* & *Georgica.* Matriti 1608. folio. Lugduni anno 1619. *In sex priores Æneidos libros.* Lugduni apud Cardonem 1612. folio. *In posteriores* alios *sex*, ibidem 1617.

Quinti Septimii Florentis Tertulliani opera argumentis, explicationibus ac notis illustrata, tomis duobus: quorum prior editus est Parisiis per Michaelem Somnium 1624. alter 1630. Barthius ad lib. *Theb.* I. v. 601. ad hunc commentarium oculos habens: *ejus viri, aut alius, pari sane opera atque diligentia, quamvis addita propriis aliena, illustratos vellem omnes Latinos patres, etsi mixtis ad rem non pertinentibus justo prolixiore.* Idem ad lib. *Theb.* 4. v. 414. *Summo studio suo & collectione laboriosissima effecit ut Tertullianum, qua mendosus non est, etiam qui horrebant, imo timebant antea, jam facilem amare etiam & intelligere possint.*

Adversaria sacra; quibus fax præfertur ad intelligentiam multorum scriptorum sacrorum. Accessit:

Psalterium Salomonis Græco-latinum cum scholiis. Et:

Tertulliani libri de Pallio commentarius auctior. Lugduni apud Ludovicum Prost 1626. in folio. Quod autem ad *Adversaria* attinet idem nuper laudatus Barthius ad lib. *Theb.* III. v. 153. *Quod opus*, ait, *& propriis auctori diligentissimo & aliorum observationibus sollerter constipatis, meretur accenseri utilissimis antiquitati illustrandæ commentariis.* Ipse tamen ad lib. III. *Sylv.* carm. II. v. 24. *plurimum assutum fuisse* credit *doctissimi viri notis.*

De Excellentia sacrorum spirituum; in primis de Angeli Custodis ministerio. Parisiis per Sebastianum Cramoisy 1631. in 8. De quo argumento præter nostrum Jesuitæ alii tractaverunt, Jacobus Hautinus Latine, Franciscus Albertinus Italice, Martinus de Roa Hispano sermone; necnon & Andreas Victorellus, teste Allatio in *Urbanis Apibus.*

Orationem ab eo habitam in funere Mariæ Augustæ Collegii Imperialis Matritensis fundatricis: quæ in libro *De his exequiis* edito in lucem prodiit. Ludovici Cerdæ est opus:

Grammatica Ars Antonii Nebrissensis: quæ Hispanis fere omnibus vulgaris est, nempe ex *Nebrissensis Introductionibus Grammaticis* compendium a Cerda in usum pueritiæ elaboratum. De quo in Nebrissensi jam diximus.

Joannem Ludovicum promeritis ornat laudibus Gaspar Barthius *Animadversionibus ad Guilielmi Brittonis Philippidos* lib. VII. vers. 731. & lib. XI. versu 36. & ad Statii lib. III. *Sylv.* c. II. v. 24. & lib. II. *Theb.* v. 481. ac III. v. 153. & IX. v. 548. quibus locis eum *doctissimum optimumque scriptorem, ingeniosum, eruditum, diligentem & candidum* vocat, *quod* ultimum *decus*, ait, *contra plurimos ingeniosos acutosque cum paucis habet.*

IOANNES LUDOVICUS HERBON, sanctæ Compostellanæ ecclesiæ canonicus Magistralis, inque hujus urbis gymnasio theologiæ professor, MS. reliquit, auctore mihi Ægidio Gundisalvi Davila in *Theatro Ecclesiæ Compostellanæ*:

Animam captivam & liberatam, sive opus ita inscriptum.

IOANNES LUDOVICUS LOPEZ, Cæsaraugustanus, jurisconsultus, & ipse pars gymnasii hujusce patriæ urbis, excultus & literis, quæ tam ad juris quam ad ceteras artes perdiscendas, & in exercitium cum laude ducendas, non minime conducunt. Matriti agens academiæ nomine, ut Regio inter-

terventu Cæsaraugustanarum metropolitanæ ac Deiparæ Virginis de Columna ecclesiarum discordia sedaretur, expolivit subcessivis horis, rediensque Cæsaraugustam edidit:

Commentarium ad L. XII. C. De Religiosis & sumptibus funerum. Cæsaraugustæ apud heredes Petri Lanaja & Lamarca 1675. 4. Simulque:

De Passione ac loco Sepulturæ SS. innumerabilium Martyrum Cæsaraugustanorum Mantissam : hoc est acta eorum germana notis illustrata.

Edere parat:

De Origine juris & justitiæ Regni Aragonum. Cui libro utilissimi argumenti præmisit:

Epistolicam quamdam exercitationem cum annotatis in 16.

Notas, & Commentaria ad curias (cortes vocant) quas habuit Jacobus Rex Aragoniæ Primus anno 12...... majoris operis, quod ad omnes curias apparat ejusdem regni, elegans specimen.

D. IOANNES LUDOVICUS DE MONCADA, Barcinonensis, in familia hac nobilissima ex Ludovico parente, castellano uti vocant de Amposta ordinis Hierosolymitani, in lucem editus, vir in re historica, præcipue patria, versatissimus, decanus & canonicus Vicensis ecclesiæ, scripsit Latine:

Annalium Cataloniæ quatuor volumina. Item:

Episcopologium ecclesiæ Vicensis sive Ausonensis : quæ duo opera domi asservat e prototypo ipso auctoris illustrissimus D. D. Raphael de Vilosa, ducatus Mediolanensis magnus cancellarius, nunc jam locumtenens (uti appellant munus) summariæ cameræ Regiæ Neapolitanæ, vetus noster amicus.

IOANNES LUDOVICUS VIVES, ex Blanca Marc, cujus alicubi cum *lectissimæ atque pientissimæ feminæ* elogio meminit.... parenti Valentiæ natus, domi grammaticis, Lutetiæ vero dialecticis studiis navavit operam; vere infeliciter, cum in ea tempora incidisset quibus bonæ omnes artes ab eo exulabant philosophiæ gymnasio, Gasparem Lax Dullardumque, totos cavillis sophistarum intentos, & quascumque alias disciplinas contemptui habentes, præceptores sortitus. Unde natum fuit ei cum Nebrissensi Antonio contentionis studium propter studia humanitatis, quæ magnus ille vir ut necessaria omnino ad progressionem in aliis faciendam vehementer commendabat, instaurareque apud nos superiore ineunte sæculo fuerat aggressus. Paulisper tamen bonæ menti sese restituens, ac dispellente judicii lumine crassissimas arrogantiæ, seu dicere mavis ignorantiæ, tenebras, Latinas & Græcas literas Lovanii serio addidicit; quoque pronius olim a recto deviaverat disciplinarum calle, eo magis ab eo tempore perpurgandis a barbariei situ & squalore ingenuis artibus, proprioque nomini in eruditissimorum illius ætatis hominum albo ad posteritatis memoriam consecrando industriam omnem atque ingenii contentionem adhibuit. Cujus laudabilis consilii specimen atque indicium fecit scripto in pseudo-dialecticos libello, qui Latini sermonis elegantiæ negabant aditus ad scientiarum mysteria: *Quo quid potest* (exclamat ibi) *insanius dici? Quem errorem ego, si decem annos valetudine non prorsus adversa Dei beneficio vixero, e mentibus illorum non argumentis sed ipsa re delebo* : ad opus suum *De Causis corruptarum artium* forte respiciens. Philosophis hinc & bonarum omnium disciplinarum magistris adjunxit theologos, quantum per ætatem, illarumque artium, quæ mirifice ipsum ceperant, studia licuit : quod ille ait ad *Libros S. Augustini de Civitate Dei* præfatus. His instructus præsidiis, ad evolvendum hunc maximum doctrinæ atque eruditionis maximi ecclesiæ doctoris veluti latentem adhuc atque adjutricis manus egentem thesaurum, Erasmi Roterodami monitu, sese accinxit. Qui quidem Erasmus, Hieronymo atque Cypriano nuper recognitis, ad expendendam in Augustino similem operam aliorum operæ omnino se indigere prudenter viderat. Idque clarissimum imprimis viri sapientissimi monumentum noster, plurium antiquissimorum exemplarium ope restitutum, eruditisque ac luculentis commentariis explanatum, Henrico VIII. Anglorum Regi doctissimo, etiam nunc Catholico, nuncupavit, significationemque ab eo grati animi, & summo uti decebat pretio habiti accepit muneris. Porro is sponte sua inter Belgas commoratus est, quorum Brugensi domicilio censeri cœpit, accepta inde uxore, Bernardi Valdauræ & Claræ Cervantesiæ Hispanorum ut credo parentum filia. Lovanii datus aliquando præceptor fuit Guilielmo Croio, adolescenti nobilissimo, quem Caroli Cæsaris beneficentia, muneri vix maturum, ad Toletanam sedem non diu post evexit. Mariæ quoque, Britanni laudati Regis filiæ natu majoris, institutionem in Latinis suscepit. Sed ab ea aula discedere opus sibi esse novit, accedente Catherinæ Reginæ matris judicio, rei necessitati obtemperaturo, ex quo Henricus, uxori ob novos ignes infensus, honesti colorem meditato quærere repudio, atque huic excusando sceleri do-

doctorum hominum, etiam intentata vi, extorquere velle judicia cœpit. Brugis ut creditur deinde manens, scribendis libris, ac frugi doctrinæ, hoc est veræ & Christianæ philosophiæ, seminibus per corda hominum spargendis magna cum famæ claritate reliquum ætatis insumpsit, spectatissimo cuique in pretio habitus, & in partem eruditarum lucubrationum non semel vocatus. Erasmum quippe Roterodamum in Seneca emendando, atque in Adagiis colligendis, aliosque alias adjuvisse dicitur. Thomæ Moro, Thomæ Linacro, Joanni Vergaræ carus fuit; exquisita eruditione, judiciique sagacitate & pondere nemini æqualium concedens: adeo ut florentissimos ejus temporis non nisi tres viros commendaverit posteritati vulgare proloquium, quod Budeo ingenium, Erasmo dicendi copiam, Vivi nostro judicii laudem ante alios adjudicabat. Cumulatissimis eumdem elogiis amant compellare alii, quorum in literis magnum nomen est. *Acris judicii virum* Gerardus Joannes Vossius *De Historicis Græcis* lib. II. cap. XV. *Primis maximisque ævi præcedentis hominibus comparandum* Antonius Sanderus *De Brugensibus*, inter quos vixit, *eruditione claris* referens: *Virum apprime eruditum* Josephus Scalliger *Animadversionibus ad Eusebii Chronic.* ad numer. CCCCLXXXVI. *Magno judicio præditum* Antonius Matthæus in tract. *De criminibus*, tit. XVI. cap. V. num. I. *Virum doctissimum* Isaacus Casaubonus in *Exercitationibus Baronianis*: *Virum insignis judicii & eruditionis* Gaspar Barthius in *comment. ad lib. II. Philippidos Guilielmi Brittonis*; atque item *longe eruditissimum & præclarissimi judicii* lib. X. *Advers.* cap. VI. idem ad lib. II. *Thebaidos*, vers. 156. *doctum, diligentem & eloquentem, excepto tamen quod de poetis Latinis non bene censuerit*, vocant. *Docte prorsus & accurate multa eum elucubrasse* Sixtus ait Senensis, *in quibus summam eloquentiam cum absolutissima eruditione & Christianissima pietate conjunxit.* Adeo procul vero est quod Lucas Osiander *Epitomes Eccles. Historiæ* cent. XVI lib. II. cap. L. scribere ausus est, a religione Protestantium, quam ipse puriorem vocat, non prorsus Vivem nostrum abhorruisse: quasi in eadem vicinia fuerint antiquam parentum fidem tradere & scholasticorum jejunam siccitatem tædio habere. Vir item fuit, Pauli Jovii verbis, *in omni disciplinarum genere exercitatissimus, & de bonis literis optime meritus*: *quo decedente* (subdit idem) *doctior nemo in Hispania superfuit. Rarum Valentiæ decus* existimavit Matamorus, doctos Hispaniæ viros memorans, *propterea quod & declamator egregius, & philosophus magni nominis, & multis in rebus eminentissimus est habitus. Attamen, quia sine vitio aliquo est mortalium nemo, placuisset multo magis viris eloquentissimis* (subjungit Matamorus) *si ut multa diserte doctissimeque conscripsit, ita sermonis innata insitaque duritie, & vocabulis quibusdam Græco-Latinis, quæ ad ampliandam linquam Latinam excogitavit, orationis gratiam non obscurasset.* Hæc rhetor de facultate rhetorica. Sed a theologis quoque aliquando audiit non optime. Audiri dignus est Melchior Canus ad finem lib. X. *De Locis Theologicis. Neque enim mihi Ludovicus Vives probari potest in eo quod universam legum Romanarum & vim innititur frangere, & elevare auctoritatem. Plus ille nimio interdum sibi indulget dum corruptas disciplinas persequitur. Nec novitios solum errores, qui vel irrepserunt vel invaserunt, coarguere, sed antiquorum recepta placita convellere pertentat, maximo quidem semper verborum ambitu, sed vi quandoque argumentorum minima. Dixit ille quidem in libris* De Corruptis Disciplinis *multa vere, multa præclare; atqui fidenter pronuntiavit aliquando tanquam e Divorum concilio descendisset. Multo autem viris doctis probaretur magis, si qua diligentia & disertitudine causas corruptarum artium expressit, easdem collapsas restituisset. Sed in tradendis disciplinis elanguit, cum in carpendis erroribus viguisset.* Displicuit aliis libertas, qua usus fuit in Augustini nonnullis locis, dum libros *De Civitate Dei* percurreret, minus probatis. Sed hujus opera, post alias singularium partium editiones, Basileensibus typis prodierunt tomis duobus anno 1555. ex officina Episcopii junioris. Primo volumine hæc continentur:

De Ratione studii puerilis epistolæ duæ: *lectu dignæ*, ait Possevinus, *quibus absolutissimam ingenuorum adolescentum & puellarum institutionem doctissima brevitate complexus est*, uti *Gesnerianæ Bibliot. Epitomes* auctor ait. Alias Lugduni 1532. Basileæ 1557. Tiguri 1562. prodierunt.

Exercitatio linguæ Latinæ, seu Dialogi. Hujus operis prima publicatio videtur Coloniæ fuisse anno 1494. in 4. sub *Primæ Latine loquendi exercitationis secundum ordinem rerum quæ in quotidiano usu versantur* appellatione. Editi sunt Venetiis quoque apud heredes Melchioris Sesse 1580. in 8. & sæpe alias. Hos semi-Græcarum vocum inibi usurpatarum nomine reprehendit, ut vidimus, Matamorus; atque item aliquanto acrius in *Annotationibus ad Horatii Artem poeticam* Franciscus Sancius Brocensis, ad illud *Si Græco fonte cadant*, ficta ab eo tot vocabula sic audacter & præter æquum ac decens in hac *Exercitatione*, non sine admiratione, ne di-

dicam indignatione, excipiens. Qui tamen *Dialogi* ſemper in magno uſu apud omnes fuerunt nationes quibus Latina lingua cordi eſt & pretio. Joannes Thomas Freigius *Notis* illuſtratos Norimbergæ edidit 1571. in 8. ubi & recuſi ſunt 1622. in 12. Et Venetiis per Dominicum de Imbertis 1612. 8. In ſingula colloquia *Annotationes* fecit Petrus Mota, Complutenſis; *Indicemque Latino-Hiſpanicum difficiliorum vocabulorum* Joannes Ramirus adjunxit ut editio fieret nova, tum alibi, tum Barcinone 1615. in 8. Cæſarauguſtæque 1627. in 8. Matritique 1644. in 8. Et cum inſcriptione *Dialogiſticarum linguæ Latinæ exercitationum*. Lermæ 1619. Gallice quoque una cum Latino auctoris prodierunt Lugduni apud Gabrielem Cotier 1560. cum *Indice Latino-Gallico* Ægidii Houſteville Cadomi, in gymnaſio Montano profeſſoris, atque iterum, ex nova Gallica verſione Benjamin Jamini, Pariſiis apud Gabrielem Buon 1578. teſte Verderio. Germani etiam atque Poloni ſuos fecerunt, Draudo teſte. Vilielmus item Urſinis, ejuſdem Draudi fide, quædam ex his hauſit.

De Conſcribendis epiſtolis libellus: cum Eraſmi alio ejuſdem argumenti. Coloniæ apud Gymnicum 1536. & apud heredes Arnoldi Birchmani 1573. in 8.

De Ratione dicendi libri tres. Simulque:

De Conſultatione liber I. Baſileæ apud Robertum Winter 1537. Et Coloniæ apud Gymnicum: quem librum *elegantiſſimum* vocat Gabriel Naudæus in *Bibliographia Politica*.

Declamationes ſex. Baſileæ apud Winter 1538. de præſenti ſtatu Europæ & bello Turcico.

Pompejus fugiens.

Fabula de Homine.

Liber in Pſeudo-Dialecticos. Seleſtadii apud Lazarum Scurerium.

Prælectiones IV. in Varia.

Ædes Legum.

Iſocratis Orationes Areopagitica & Nicocles: Latine converſæ, editæque olim cum aliis Baſileæ apud Winter 1538.

De Corruptis Artibus, & tradendis diſciplinis libri XX. Antuerpiæ apud Michaelem Hillenium 1531. Brugiſque eodem anno. Coloniæ apud Gymnicum 1532. Lugdunique 1551. apud Joannem Frellonium. 8.

Interpretatio allegorica in Bucolica Virgilii, ſive *Virgilii Bucolica cum Joannis Vivis Valentini in eadem allegoriis*: quod præ ſe fert editio Mediolanenſis anni 1539. in 8.

Prælectio in Georgica Virgilii.

In Suetonium quædam.

Secundo volumine hæc:

De Initiis, ſectis & laudibus Philoſophiæ lib. I.

Anima Senis: ſive prælectio in lib. *De Senectute* Ciceronis.

De Somno & vigilia: ſive prælectio in *Somnium Scipionis*. Baſileæ apud Frobenium 1521. in 4.

Introductio ad Sapientiam. Item:

Satellitium animi, ſive Symbola, Principum inſtitutioni potiſſimum deſtinata. Lugduni apud Trechſel 1532. Baſileæ 1537. apud Robertum Winter. Lugduni iterum per Joannem Frellonium 1556. in 8. Ambergæ 1593. 8. Lipſiæ 1594. in 8. & 1600. 8. Priorem iſtum tractatum *De Introductione ad Sapientiam* Gallice vertit Guil. Paradinus, Lugduni editum 1550. in 8. item Joannes Colin Pariſiis apud Carolum Angelier 1548. teſte Verderio.

Genetliacon Jeſu Chriſti: ſive de tempore quo natus eſt Chriſtus.

De Virtute fucata.

Clypei Chriſti Deſcriptio.

Jeſu Chriſti Triumphus.

Virginis Deiparæ Ovatio.

In Pſalmos VII. Pœnitentiales Meditationes VII.

De Paſſione Chriſti meditatio in Pſalm. XXXVII.

Excitationes animi in Deum. Baſileæ 1543. in 16. unaque:

Commentarius in Orationem Dominicam: cum *Precationibus ac meditationibus quotidianis ac generalibus*. Baſileæ apud Winter 1540. Gallice vertit has Godefridus de Billy, Pariſiiſque edidit apud Claudium Fremy 1570. in 16. necnon & Petrus de Lancrau, qui poſtea fuit epiſcopus Lombarienſis in Gallia, teſtibus Sammarthanis in *Gallia Chriſtiana*.

De Sudore Jeſu Chriſti ſacrum diurnum.

Concio de noſtro & Chriſti ſudore.

De Veritate Fidei Chriſtianæ lib. V. *qui*, ait Poſſevinus, *fuerunt poſtremus ejus fetus, & in quos plus diligentiæ atque laboris impendit*. Baſileæ apud Joannem Oporinum 1543. & 1544. in 8. Coloniæque apud Petrum Horſt 1564.

De Anima & Vita lib. III. Lugduni, & Baſileæ apud Robertum Winter 1538. & cum aliis Lugduni 1555. 8. Quem librum a Julio Cæſare Scalligero valde laudatum in filii Joſephi *Primis Scaligerianis*, a T. Fabro editis, legimus.

De Officio Mariti lib. I. Brugis apud Robertum Crocum 1528. in 8. Et Baſileæ apud Winter.

De Inſtitutione Fœminæ Chriſtianæ lib. V. juſſu Catherinæ Anglorum Reginæ conſcripti, cum alias, tum Baſileæ apud Winter 1538.

1538. Quæ ipsa curavit a thesaurario suo Anglice verti. Id & Gallicum, opera Jacobi de Changy, advocati Divionensis, tum Lugduni in 16. tum Antuerpiæ apud Plantinum in 8. et Hispanum, interprete Joanne Justiniano, ducis Calabriæ familiari, Germanæ Reginæ nuncupatum, non solum Valentiæ apud Georgium Costilla anno 1528. in fol. sed & Cæsaraugustæ prodiit 1555. & Pinciæ apud Didacum Fernandez 1584. in 8. Qui idem Justinianus Italicum dare cogitaverat uti ipse refert.

De Concordia & discordia in humano genere lib. IV. ad Carolum V. Imperatorem, cum institutum esset in Italia concilium generale. Antuerpiæ 1529. in 8. Lugduni 1532. in 8. Simulque:

De Purificatione lib. I.

De Christianorum vita miserrima sub Turca lib. I. Lugduni 1532.

De Subventione Pauperum, sive de Humanis necessitatibus lib. II. Parisiis apud Colinæum 1530. Lugduni 1532. Gallice prodierunt Jacobi Girardi opera Lugduni 1583. ex officina Joannis Stratii in 8.

De Communione rerum ad Germanos inferiores.

De Europæ dissidiis & Bello Turcico Dialogus. Basileæ 1538.

Epistolæ variæ: quarum aliquæ Antuerpiæ a Guilielmo Simone anno 1556. atque item selectiores Antuerpiæ excusæ sunt, opera Simonis Verepæi, typis Simonis Guilielmi 1571. & 1572. 8. Lego tamen in Simleriana *Bibliothecæ Gesneri Epitome*: *Desideratur etiam farrago Epistolarum ejus, & quædam alia, quæ fortassis, dante Deo, aliquando publicabuntur.* Certe aliquot nostri epistolas edidit Hadrianus Ulacq Londini 1642. in vastissimo volumine, quod Erasmi Roterodami *Epistolarum* libros XXXII. Philippi Melanctonis libros IV. & Thomi Mori alias continet. Seorsim editi sunt:

D. Aurelii Augustini De Civitate Dei lib. XXII. ad priscæ venerandæque vetustatis exemplaria collati, eruditissimisque insuper commentariis illustrati. Primum Basileæ apud Frobenium 1522. Deinde Parisiis apud Carolum Guillard 1555. Et Antuerpiæ apud Plantinum in folio. Lugdunique in 8. apud Honoratum: ad Henricum scilicet directi VIII. Angliæ Regem, ad quem scripsit nuncupatoriam epistolam ex Lovanio anno MDXXII. responsumque Regis accepit ex Regia Grenvici domo XXIV. Januarii MDXXIII. In his commentariis quid Lovaniensibus theologis, quid Martino Navarro, quid Joanni a Lovanio displicuerit, Antonius Possevinus in Aurelii Augustini mentione *Sacro* in *Apparatu* observavit, atque ea quidem, una cum Augustini opere, lingua Gallica dedit Gentianus Hervetus Parisiis apud Nicolaum Chesneau 1570. in folio. Præter hæc librum, cui inscripsit:

De Construenda Schola, misit ad senatum urbis suæ Valentinæ, qui ineditus mansit, uti refert Gaspar Escolanus lib. V. *Hist. Valent.* cap. XXIII.

De Corrupto Jure Civili opus laudatur in *Elencho Scriptorum Juris*, quæ portio sit fortasse alterius operis *De corruptis disciplinis* seu *artibus.*

Descriptionem Temporum & rerum Romanarum, sub Joannis Warsenii nomine Lovanii 1534. editam, tribuit ei Valerius Andreas. Iisque & Possevinus & Simlerus in *Epitome* laudant ejusdem:

Epistolam ad Henricum VIII. Angliæ Regem de Francisco Galliarum Rege a Cæsare capto: & aliam *De Pace inter Cæsarem & Galliæ Regem, deque optimo regni statu.*

In Ciceronem item *de Legibus.* Antonius Possevinus adjungit:

De Charitate Dei & proximi libellum: nondum editum ut Simlerus annotavit.

De Prosperis & adversis.

Argumenta in plerosque libros Aristotelis: quæ cum ejus operibus Basileæ edita sunt ab Oporino.

Usum linguæ Latinæ.

De Sudore: si diversum opus est ab alio superius laudato ejusdem argumenti. Meditabatur *De Hispanis originibus* aliquid procudere, ut colligitur ex his ejus verbis ad eum locum libri VIII. *De Civit. Dei*, ubi Sanctus Augustinus de quibusdam philosophis Hispanis tractat: *Restat ad hæc*, Vives ait, *tenuis priscorum temporum notitia, Græcis literis ac Latinis consignata, unde spero me aliquando origines gentis nostræ illustraturum.*

Quibus & aliis eruditis & fructuosis cogitationibus manum injecit mors Brugis, anno (si credimus Antonio Possevino) MDXXXVII. aut circiter.

F. IOANNES LUENGO, Franciscanus provinciæ Angelorum Regularis Observantiæ, qui post alia domestica munera obiit anno quo hæc scribimus MDCLXXXI. commissarius generalis Indicarum provinciarum, scripsit:

Vida del Reverendisimo y Venerable Padre Fr. Andres de Guadalupe. Matriti apud Joannem Garzia Infanzon 1680. in fol. Hic fuit generalis quoque Indiarum commissarius, ac ejus decessor, vicecommissarius generalis cismontanæ familiæ, & confessarius serenissimarum Mariæ Teresiæ & Margaritæ Austriaca-

carum, Galliarum Reginæ ac Imperatricis, necnon & ſanctimonialium Excalceatarum Matritenſium ejuſdem ordinis: de quo viro, virtutibus inclyto, nos ſuo loco.

IOANNES DE LUGO, Joannis filius, civis & jurati (quomodo ſecundi ſubſellii decuriones vocant) Hiſpalenſis, ex conjuge Tereſia de Quiroga Matriti ei in curia natus xxv. Novembris MDLXXXIII. dum ibi regnorum comitia, quorum pars ipſe pro urbe ſua ſuffragatum venerat, celebrarentur. Salmanticæ juri operam dedit, ubi, & hortatu Franciſci fratris, ſacramento ejus religionis jam obſtricti, Societatis Jeſu inſtitutum amplexus anno hujus ſæculi tertio, ex Petro Arrubal theologiam didicit, quam Valliſoleti, poſt philoſophiam aliquandiu Medinæcampi dictatam ſodalibus, quinquennio fere profeſſus fuit. Hinc Romam venit anno MDCXXI. evocatus eo ut in collegio Romano ejuſdem ſacræ ſcientiæ docendæ munus gereret. Quod per viginti integros annos, plauſu magno ac diſcipulorum frequentia & profectu, obivit, Antonium Perezium inſignem theologum ſucceſſorem ſortitus. Hujus meriti virum, quem alias religioſæ omnes virtutes in paucis ornatum confluxerant, ex humili cella, in quam poliendis & in vulgus edendis lucubrationibus ſuis remotus ab omni ambitionis ſtudio ſe incluſerat, Urbanus VIII. P. M. ad palatium Vaticanum tranſtulit die xiv. Decembris MDCXLIII. turbatione & ſtupore plenum, & tantum non moroſum & reluctantem, quo pileum ibi rubrum acciperet, inter purpuratos patres ſederet, ſub eodemque tecto habitaret. Quem ampliſſimi ordinis ſacrum conſeſſum non ante eum diem conſpexiſſe dicitur, quo ab eis, quos patres ſalutaverat, collega excerptus fuit: tam longe a curia & ſæcularibus negotiis animum intra curiam gerebat. Nec tamen a veteri inſtituto nova eum, vel minimum, quod potuit, deviare fecit dignitas; cujus quidem perſonam, aliam prorſus quam privati hominis ſuis contenti, geſtare ſic & circumferre novit, ut iis tantum demptis, quæ ſchemati debebantur, nec domi nec foris quidquam non religioſum, non ſuperioris temporis conſpiceretur. In pauperes liberalis fuit, in omnes æquanimis, in Societatem ſuam munificus; cujus Profeſſam ut vocant Domum Romanam bonorum omnium heredem reliquit. Porro hæc ſodalem ſuum Auguſti xxi. die anni MDCLX. inter domeſticorum ac totius Urbis vota, quæ orbari ſe hoc doctrinæ & probitatis lumine ægre ferebat, pie Chriſtianeque ad plures translatum, pone S. Ignatii parentis capellam ſub hac inſcriptione tumulavit:

D. O. M.
IOANNI CARDINALI DE LUGO
SOCIETATIS JESU THEOLOGO
EMINENTIS. DOMUS PROFESSORUM
ROM. HERES, UT UBI FUERAT
THESAURUS EJUS, IBI
ESSET COR EJUS, PROPE CORPUS
S. IGNATII EX EJUS SUPREMA
VOLUNTATE MONUMENTUM P.
OBIIT ANNO SAL. MDCLX.
ÆTATIS LXXVII.

Edidit vivus:

Diſputationes Scholaſticas & Morales de Sacramentis in genere. De venerab. Euchariſtiæ Sacramento ac de venerando Miſſæ Sacrificio. Lugduni apud heredes Proſt 1644. fol. & apud Philippum Borde & ſocios 1652.

Diſputationes Scholaſticas & Morales de Virtute, & Sacramento Pœnitentiæ: Item de Suffragiis & Indulgentiis. Lugduni 1638. in fol. & apud heredes Petri Proſt 1644. & apud Borde 1651. in folio.

Diſputationes Scholaſticas & Morales de Virtute Fidei divinæ. Lugduni anno 1646. in fol. iterumque ſumptibus Philippi Borde 1656. in folio.

De Juſtitia & Jure: duobus voluminibus. Lugduni 1642. & 1652. in fol. in eadem Philippi Borde & ſociorum officina.

De Incarnatione Dominica Diſputationes Scholaſticas. Lugduni apud Jacobum Proſt 1633. & apud Borde 1653. folio.

Reſponſorum Moralium lib. VI. Ibidem apud heredes Proſt, fol. dein apud eumdem Borde 1660. folio.

Tranſtulit juvenis in Caſtellæ ſermonem ex Italico:

La Vida del B. Luis Gonzaga: typis ut audio in Hiſpania editam.

F. IOANNES DE LUNA, Toletanus, fratribus Dominicanis adſociatus Segoviæ, generalis cum eſſet ordinis ſui concionator edidit:

Adviento, Natividad, Circumciſion y Epiphania de Nueſtro Redentor, con todas las fieſtas de Nueſtra Señora y ſu Eſpoſo San Joſeph. Matriti 1608. in 4. apud Joannem Cueſta.

Sermones de Quareſma deſde la Septuageſima haſta la Reſurreccion. Ibidem apud Alphonſum Martin 1609. in 4.

Obiit anno MDCX.

IOANNES DE LUNA, presbyter Cordubenſis, edidit.

Documentos eſpirituales, que el M. Juan de Avila dió a un mancebo diſcipulo ſuyo, para que con ſeguridad ſirvieſe a Dios Nueſtro Señor. Simulque:

Nor-

Norte de consideracion , como se han de exercitar las potencias del alma. Matriti apud viduam Alphonsi Martini 1623. 8.

IOANNES DE LUNA , qui Castellanæ linguæ interpretem se apud Gallos vocat, edidit:

Dialogos familiares , en los quales se contienen los discursos , modos de hablar , proverbios y palabras Españolas mas comunes, muy utiles para los que quieren aprender la lengua Castellana : qui simul redditi sermone eunt Gallico. Parisiis apud Michaelem Danielem 1619. in 12.

IOANNES DE LUNA VEGA , Bæticus , Marcienensis , Hispali medicus , atque ejus academiæ professor suæ artis primarius, scripsit:

Exercitationes medicas. Hispali 1612. & 1613.

F. IOANNES LUPUS , vulgari ut credas idiotismo LOBO , Cisterciensis Moreruelæ domus sodalis , scripsit , auctoribus Chrysostomo Henriquez , & *Bibliothecæ Cisterciensis* scriptore:

Privilegiorum Congregationis Hispaniæ tomos III. Salmanticæ in 4. 1617. ubi non pauca reperiri ajunt ad ejus congregationis historiam valde utilia.

IOANNES DE LUQUE , Giennensis advocatus , edidit:

Divina Poesia de conceptos varios a las fiestas principales del Kalendario. Olisipone in officina Joannis de Lyra 1608. in 8.

IOANNES DE LUZON , Ferdinandi Regis Catholici tempore confecit versibus, dicavitque Joannæ , Aragoniæ Regis filiæ nothæ , comitissæ de Frias , cujus se famulum profitetur:

Epilogacion de la moral filosofia sobre las virtudes cardinales contra los vicios y pecados mortales , en coplas de arte mayor. Simulque : *Contemplaciones sobre la Pasion de Nuestro Señor hechas por San Bernardo* : & alia minutiora. Burgis ex officina Georgii Coci , Germani , anno 1508. in 4.

D. IOANNES MACHADO DE CHAVES , patria ex urbe Quito Americæ meridionalis , Truxiliensis ecclesiæ in eodem illo novo orbe archidiaconus , deinde archidiaconus etiam ac thesaurarius ecclesiæ de los Charcas ; tandem thesaurarius ecclesiæ Limensis erat cum Popajanæ provinciæ episcopalis cathedra ei commissa fuit anno MDCLI. qua tamen nondum occupata , anno scilicet MDCLIII. vita functus est. Scripsit:

Perfecto Confesor y Cura de almas : duobus tomis in fol. Quod opus magni habetur apud theologiæ moralis studiosos , quantumvis lingua scriptum vernacula.

F. IOANNES DE MADARIAGA , Valentinus gente , instituto vitæ Carthusianus, edidit:

Vida del Santo Bruno Patriarca de la Cartuxa , con el origen y costumbres desta sagrada religion. Valentiæ 1596. in 4.

Del Senado y de su Principe. Valentiæ 1617. 4.

Latine vero edidit:

Litaniam encomiasticam de sanctissimo nomine Jesu ex Sancta Scriptura. Ibidem apud Philippum Mey 1616. in 8.

F. IOANNES MADEIRA , Lusitanus, ordinis Prædicatorum , uti auctor:

Das vidas dos Reis de Portugal in 4. adducitur a Francisco Macedo in *Lusitania* sua *liberata* , pag. 739. & a Cardoso in schedis MSS.

IOANNES DE MADEIROS CORREIA , Lusitanus , ex oppido Alberca , ejus tractus quem Ribatejo , hoc est ad ripam Tagi fluminis , appellant , copiarum Transtaganarum in postremo adversus Castellanos bello juridicus Regiusque senator , edidit:

Perfeito Soldado : & alia. Fr. Emmanuel a Resurrectione.

F. IOANNES DE LA MAGDALENA , Lusitanus , ex familia Eremitarum S. Augustini , Alphonsi Principis , Joannis Regis filii , sive , ut aliis placet , ipsius Regis præceptor , sex & viginti ferme annos in gymnasio Olisiponensi theologiam docens exegit , Lusitanæ interim ordinis sui provinciæ, repetita plurium comitiorum designatione, quasi perpetuus moderator. Tractatum edidisse refertur utilissimum:

De Sanguine miraculoso , qui non semel fluxit ex hostia Sanctissimæ Eucharistiæ : in quo plura dubia expendit & solvit. Causa scribendi fuit sanguis ille , qui ex consecrata hostia olim manaverat , Cassiæque , quod est Umbriæ in Italia oppidum , ab Augustinianis fratribus adservatur , in quorum bibliotheca MS. hic liber permanet.

Decessisse eum anno MDXIII. plures memorant.

IOANNES MALDONATUS , Conchensis natu , ex Salmantina vero urbe originem ducens , in Burgensi episcopatu vicarius ali-

aliquando generalis, floruit maxime in Latinæ eloquentiæ ſtudio, cujus extare fecit monumenta aliqua bonæ frugis plena. Hæc ſcilicet:

Vitæ Sanctorum brevi, elegantique ſtylo compoſitæ. Anno 1530. Deinde ab auctore ipſo correctiores anno 1548. Tandem Burgis prodierunt 1573. in 8. Unde Laurentius Surius nonnulla deſumpſit. Baronius cardinalis *diſertiſſimum virum* vocat in *Notis ad Martyrologium* XIX. Julii, *præclariſſimorumque monumentorum auctorem*, agiologicum hoc opus laudans.

Parænesim ad bonas literas. Anno 1527.

De Senectute Chriſtiana.

Paradoxam, Vita hominis inſtar diei.

Ludum chartarum, & triumphum: hoc eſt, deſcriptionem ludi chartarum, & ſpecialiter ejus qui *Triumphus* audit, ad docendam hujus exercitii non inhoneſti Latinitatem, ad exemplum forte Joannis Ludovici Vivis *Dialogorum.*

Geniale Judicium, ſive Bacchanalia & oratiunculam dictam in Bacchanalibus. Edita hæc omnia ſimul Burgis apud Joannem Giuntam 1549. in 8.

Hiſpaniolam, quæ Plautina feſtivitate, Terentianaque facundia redundans varios amantium caſus, jucundoſque ſucceſſus non ſine venuſtate elegantiaque complectitur: quo elogio liber inſcriptus prodiit Pinciæ apud Nicolaum Tyerri 1525. in 4. Necnon et:

Hiſtoriam Regum Catholicorum Ferdinandi & Eliſabetæ: Latinam Burgis MS. ſervat D. Didacus de Lerma, illius urbis eques, quam penes eum ſe vidiſſe (luce quidam digniſſimam quis dubitaverit a ſic bono Latinitatis auctore formatam?) affirmavit nobis D. Petrus Fernandez del Pulgar, canonicus Palentinus, alibi laudatus, amicus noſter.

IOANNES MALDONATUS, in oppido Beturiæ (Eſtremaduræ pars nunc eſt) Fuente del Maeſtre nuncupato, ſive, ut ait *Bibliothecæ Societatis* auctor, in oppido Caſas de la Reyna ditionis magiſtratus S. Jacobi juxta Ellerenam urbem, nobilibus parentibus ortus, Societati nomen dedit Salmanticæ, poſtquam ibi ex optimis præceptoribus Dominico Soto & Franciſco Toleto ſacræ doctrinæ initiatus fuiſſet. Romam inde vocatus in collegio urbis theologiam docuit. Præcipuos tamen ejus profeſſionis fructus colligere cœpit inter Gallos, homo quantumvis peregrinus, Pariſiis fixa docendi ſede, quam per decennium tenuit; quo loco frequentiſſimæ auditorum, etiam heterodoxorum, coronæ (cui cum ſcholæ theatrum non ſufficeret, in aperto atque in viis publicis adſtare opus non ſemel fuit magiſtro) univerſam theologiam quaſi compendio annis quatuor, atque iterum eamdem magna ex parte diffuſius atque uberius tradidit. Cogitationes equidem omnes ſuas ad eum ſcopum ingenti animo, imperturbabilique propoſito, parique virtute atque induſtria direxit, ut hæreticorum illa ætate inſanientium conatus retunderet veritatemque religionis orthodoxæ, qua ſacris Scripturis ſolide explanatis, qua diſputationibus adverſus ſectarios coram habitis, ab eorumdem pertinaciſſima vi atque impreſſione tueretur. Nec ipſe propria tantum virtute de eccleſia meruit, quinimo jacto doctrinæ ſemine fœcundavit Gallicum agrum viris undequaque egregiis, qui prælia Dei fortiſſime, ad præceptoris exemplum, conculcatis hydræ hujus tot capitibus, profligaverunt. Scripturarum tandem expoſitioni ſeſe totum dedit in collegio urbis Beturicenſis, quo ſeceſſerat, declinato academico campo & hoſtilibus concertationibus, cum ætate jam ingraveſcere cœpiſſet, deficique corporis non ingenii viribus. Quo in loco majorem partem *Commentariorum ſuper Evangelia* ſcripſit, cetera Romæ, accitus eo a Gregorio XIII. P. M. ut editioni Græcæ Bibliorum LXX. Interpretum operam ſuam commodaret. Sed brevi hanc curam ei abrupit mors, quaſi repentina, quinquaginta dumtaxat annos natum aggreſſa V. die Januarii MDLXXXIII. ut immortalitati animam, quam tot inſignibus præſumpſerat meritis, conſignaret. Deus quippe larga in hunc virum manu ingentes effuderat dotes, ingenii ſubtilitatem, memoriæ præſtantiam, judicium excellens, induſtriamque ac diligentiam vere ſingularem; quæ ipſæ naturæ dotes inſignium vitæ Chriſtianæ ac religioſæ virtutum radiis magis elucebant. Plura de eo multi æquales ejus temporis, & qui eo poſteriores ſunt, quorum Alegambius in *Bibliotheca Societatis* quoſdam laudavit. Baſilius ſane Poncius Legionenſis, vir eruditione ſacra ſuperioribus annis præſtantiſſimus, Ludovico tantum Legionenſi comparari poſſe arbitratus eſt; *gravem* ſcilicet, *acutum*, *doctum*, *eruditum*, *elegantem ſacrarum literarum interpretem* vocans, *in quo nil puerile, nil non acutum. Nullum* (proſequitur) *tulit hæc ætas meo judicio* (*Legionenſem excipio*) *cum iſto comparandum*: in *Diſputatione de Agno typico*, cap. XI. Scripſit:

Commentarios in IV. Evangelia, duobus voluminibus: ea perſpicuitate, elegantia, ſolidaque brevitate munere functus interpretis ut fere alios omnes ab hujus argumenti replicandi propoſito deterruiſſe videatur. Muſſiponti Lotharingiæ primum, ut credo, editi ſunt apud Stephanum Mercatorem anno 1596. Deinde Brixiæ in Italia 1598. in 4. Pariſiis poſtea in folio apud Sebaſtianum Cra-

Cramoysi 1643. & 1651. Et aliis in locis.

In quatuor Prophetas, Hieremiam, Baruch, Ezechielem & Danielem Commentarios. Accessit:

Expositio Psalmi CIX. Item:

Epistola de Collatione Sedanensi cum Calvinianis. Lugduni apud Horatium Cardon 1609. Parisiis ejusdem sumptibus 1610. 4. Moguntiæ apud Joannem Kinchium 1611. in 4.

In Vetus Testamentum. Parisiis 1643. in folio.

Disputationes de Fide. Moguntiæ typis Joannis Albini 1600.

De Dæmonibus quoque liber ejus laudatur, Gallice credo ab eo scriptus, extat enim hujus tituli opus: *Maldonat des Anges & Demons.* Parisiis editus 1617. in 12. In schedis alia remanserunt, nempe:

De Commentariis in Psalmos: testes sunt Sylvester Maurolicus in *Oceano Religionum*, & Antonius Possevinus in *Apparatu*, qui et:

De Commentario in Epistolam Pauli ad Romanos, jam prelo subjecto, nos docuit.

Commentarios item ejus breviores *ad universam Theologiam scholasticam* vidimus Granatæ apud Thomam de Leone, amicum nostrum, ejusdem Societatis presbyterum eruditione præstantem. At quatuor alia opera:

De Constitutione Theologiæ.

De Indulgentiis.

De Cæremoniis Missæ.

De Purgatorio, adservari in Ambrosiana bibliotheca Mediolanensi credere debemus ejus catalogo, qui & Maldonati nomine inscriptum habet commentarium.

In quartum librum sententiarum, sed hic forte idem est cum eo:

Disputationum ac controversiarum decisarum circa VII. Ecclesiæ Sacramenta: qui duobus tomis in 4. sine typographi nomine Lugduni prodiit anno 1614. quem tamen commentarium nec Maldonati nec ullius e Societate esse bibliographus ejus Alegambius affirmat, quemadmodum & existimare nos debere ait. Præterea:

Summam Casuum conscientiæ: quæ tanquam hausta e scriptis & doctrina Maldonati, & collecta per Martinum Codognat, Minimorum sodalem, publicata est apud heredes Guilielmi Rovilii, Lugdunensis typographi, Coloniæque eodemmet anno 1604. Venetiis quoque & alibi, hanc (inquam) *partus* quoque *suppositi*, *erroribus scatentis*, *Maldonatoque prorsus indigni*, *ac merito suo ab Apostolica Sede damnati* censura configit. Jam ab aliquot annis e quadam Parisina seu Lugdunensi typographia (deest enim unde) prodierunt Maldonati aliquot inedita hactenus opera uno volumine, quod continet in folio:

Tractatus Theologicos quinque, scilicet: I. *De Libero arbitrio.* II. *De Gratia.* III. *De Peccato Originali.* IV. *De Providentia, & Prædestinatione.* V. *De Justitia & Justificatione.*

In Quartum Sententiarum librum, qui est de Sacramentis, Disputationes.

Epistolas & Orationes quasdam.

F. IOANNES MALDONADO, tantum mihi notus est ex Georgio Cardoso in *Agiologio Lusitano*, XXVI. Martii, pag. 318. qui ejus opus laudat:

De las Ilustres mugeres.

IOANNES DE MALLARA, Hispalensis, Salmanticæ dum literis incumberet audito Franciscum Scobarium, Valentinum eloquentiæ veterem, cum Parisiis, tum Romæ, professorem, Latinas literas ac rhetoricam artem magno auditorum concursu Barcinone docere, illuc, hoc est in Hispaniam usque extremam, properavit, ac præceptorem dicendi optimum annis aliquot, de quo ipse gloriatur, attentissime audivit. Quo factum est ut Hispalim rediens, ludo in hac urbe aperto, insignem præstiterit hujusmet artis professorem, a quo omnes illi, qui ejus temporis æquales eloquentiæ nomine inter Hispalenses gloriari possunt, stili atque orationis cultum didicerunt. Excoluit hic maxime poeticam, cum Latinam, tum vulgarem, ediditque:

La Filosofia vulgar: primera parte, que contiene mil refranes glosados. Hispali 1568. in folio, apud Ferdinandum Diaz. Simulque cum Ferdinandi Nonii Pinciani *Adagiis*, necnon Garaji *Literis*, ex iisdem *Adagiis* scite contextis. Matriti 1618. Nempe totius philosophiæ præcepta continent, ac veluti e trivio ipso popularique turba docent Hispana proverbia, quæ qui explicat scholam ipsam in forum & quorumcumque hominum circulos profert. Quo forsan consilio inter Italos Aloysius Cinthius *L' origini de volgari proverbii* foras emisit. Venetiis 1526.

Recebimiento que hizo la Ciudad de Sevilla al Rey D. Felipe II. con una breve descripcion de la Ciudad y su tierra. Hispali 1570. in 8.

Hercules: poema heroicum, octoadis, seu singulis quibusque octo versibus certa lege rhythmi concatenatis (nos otavas & otava rima dicimus) ineditum, in quod se quidquid elegantiarum, quidquid boni ac perfecti in Græcorum & Latinorum poetarum libris repererat, conjecisse gloriatur. Manu exarata nos vidimus Hispali duo alia metrica, nimirum:

La

La Psyche, duodecim libris: poema vernaculum rhythmis liberum, Joannæ Hispaniarum Infanti, Lusitaniæ Principi, dicatum. Item:

Descripcion de la Galera Real del Serenisimo Señor D. Joan de Austria Capitan General de la mar. Meminit ipse aliorum, scilicet:

Peregrinacion de la vida, in libello nuper laudato *De la entrada del Rey D. Felipe II.* &c. fol. 137.

El martyrio de las Santas Virgines Justa y Rufina: carmine Latino & vulgari. Ibidem folio 157.

Hujus opera in lucem prodiere *Aphtonii Sophistæ Progymnasmata cum Latina versione & scholiis Francisci Scobarii* præceptoris.

D. IOANNES MALO DE BRIONES, domo ex oppido Valdeolivas Conchensis dioecesis, Bononiæ apud Sanctum Clementem Hispanorum sodalis togatus, publicusque in schola ejus urbis Pontificii juris professor, scripsit ediditque, dum in eo commoraretur:

Descripcion del Colegio de S. Clemente de los Españoles de Bolonia. Bononiæ in 4. anno 1630.

Vida del Beato Nuño Osorio (sodalis hic fuit ejusdem collegii, ex nobilissima Asturicæ marchionum familia, canonicus & cantor Conchensis ecclesiæ) in 4. Ibidem 1630.

Obiit auctor Mediolani cum ibi magistratus gereret, Finarii autem gessisset: alias lego Finarii eum vita fuisse functum anno MDCLVI.

IOANNES DE MALO FEO, Lusitanus poeta, scripsit:

Musa entretenida. Conimbricæ 1656.

IOANNES DE MANDAVILLA, scripsit:

Mar de Historias. 1531. in folio.

De las Maravillas del Mundo y viage de la Tierra Santa; de todas las provincias y hombres monstruosos de las Indias. Valentiæ apud Joannem Navarro 1540. in folio.

IOANNES MARIA DE GUEVARA ET CANTOS, edidit Limæ urbe Regia Americæ meridionalis:

Corona de la Virgen. Anno 1641. alias 1643. in 8.

F. IOANNES DE SANCTA MARIA, Franciscanus, ex reformata secta Excalceatorum provinciæ Sancti Josephi, ejusque aliquando præfectus, Mariæ Austriacæ, Hispaniarum Infantis, deindeque Imperatricis Augustæ, dum esset apud nos, poenitentiæ sacramenti administer, pietate & gratia apud Philippum IV. Regem, Infantis parentem, spectatus, edidit:

Coronica de la Provincia de S. Joseph de los Descalzos de la orden de los Menores de S. Francisco, y de las provincias y custodias, que dellas han salido, duobus tomis: quorum prior editus est Matriti anno 1615. posterior vero 1618. in folio.

Vida y excelentes virtudes y milagros del S. Fr. Pedro de Alcantara. Matriti apud viduam Alphonsi Martini 1629. in 8.

Tratado de Republica y Policia Christiana para Reyes y Principes, y para los que en el gobierno tienen sus veces: ad Philippum III. Regem Catholicum. Barcinone apud Sebastianum de Cormellas 1616. 8. & 1618. Et Ulisipone 1621. 8. post principem editionem Matritensem anni 1615. 4. Italicum hoc opus fecit Julius Cæsar Braccinus, editum Venetiis 1619. 8.

Relacion del martyrio que seis Padres descalzos Franciscanos, tres hermanos de la Compañia y diez y siete Japones Christianos padecieron en Japon. Matriti 1601. 8. & 1628. 8. Quæ quidem ut credimus, Latine concepta, Romæ edita primum fuit cum *additionibus* doctissimis Francisci Peña, Rotæ auditoris, 1599. cujus editionis Waddingus meminit.

Vida de S. Antonio en otava rima.

F. IOANNES DE SANCTA MARIA, Lusitanus, ordinis Sancti Augustini, circa annum MD. (si non fallit *Theatri triumphalis Lusitaniæ* auctor) in academia Perusiana rhetoricam docuit, ediditque forsan (nam laudatus auctor nil de operibus editis)

Exercitia spiritualia: cujus argumenti Gallicum opus sub hoc hominis nomine editum scio Lugduni 1637. 4. Hic est ut credimus, quem Philippus Elsius in *Encomiastico Augustiniano*, pag. 289. his verbis laudat: *Joannes Marianus, sive de Sancta Maria, Lusitanus, tanta dexteritate Regulam S. P. N. Augustini ad heroici versus majestatem edidit ut inter Virgilium & Horatium aureus ille libellus in publicis gymnasiis legeretur. Id constat ex epigrammate præfixo in prima pagina. Editus est hic libellus Parisiis.* Hæc Elsius. Unde suspicor Joannem hunc non in Perusiana ut diximus, sed in Parisina universitate floruisse rhetoricæ artis professorem. Cardosus in schedis MSS. ad *Bibliothecam Lusitanam* nos admonuit sodalem fuisse monasterii Sanctæ Mariæ de Gratia Santarenensis urbis, scripsisseque *Regulam* anno MDXXIV.

F. IOANNES DE SANCTA MARIA,

Matritensis, Mercenariorum Excalceatorum sodalis, postquam docuisset sacram scientiam in cœnobio Salmantinæ urbis domum rexit Pincianam, vicariatu provinciali ornatus, diffinitor inde fuit generalis, tandemque vicarius generalis, hoc est, totius congregationis Hispanæ præfectus: vir pietate ac prudentia eximius, cui scilicet amplissimus Rex noster Philippus IV. in extrema ægritudine salutis animæ suæ negotium & curam utilissimo commisit consilio. Quapropter, agonem Regium in exemplum relicturus posteris, scripsit:

Dichoso fin a la vida humana y feliz transito a la eterna del gran Monarca Felipe IV. Rey de las Españas: ad serenissimam Mariam Annam, Reginam viduam. Matriti in 4.

IOANNES MARIANA, Talaveræ in regno Toletano in lucem editus, adolescensque religioso habitu Societatis Jesu Compluti indutus, brevi tempore maximam in studiorum omni genere progressionem fecit. Quippe ad theologiæ sacra liberalium artium historiæque, tum ecclesiasticæ tum profanæ, necnon linguarum trium, Latinæ, Græcæque, Hebraicæque, non mediocrem peritiam attulit. Romæ primum sacras literas docuit in ætate vix sacerdotio matura, deinde in Sicilia duobus annis, tandem Parisiis quinquennio integro Sanctum Thomam, Doctorem Angelicum, magno cum plausu scholæ illius amplissimæ, doctisque viris ornatissimæ, interpretatus fuit. Perrexissetque bene mereri adhuc magis de scholastica juventute & academiæ patribus, nisi tentata morbis valetudo eum cogeret, acrem licet & fervidum, receptui canere, & a studiis sevioribus contentioneque gymnastica mentis aciem ad leviora & suaviora divertere. Quare in patriam redux, fixo Toleti domicilio, usque ad supremum vitæ spiritum fere in ea urbe fuit commoratus, vixitque in magna apud omnes doctrinæ atque eruditionis celebritate. In corrigendis ad exemplaria manuscripta *Isidori Hispalensis* operibus, in *Manuali Sacramentorum* Gasparis de Quiroga, Toletani præsulis, formando, edendoque *Librorum prohibitorum Catalogo*, necnon in ecclesiasticis aliis negotiis, quæque ad religionis curam pertinent, expediendis, laudabilem posuisse operam dicitur. Nec tamen vir, tot meritis ad famæ immortalitatem nitens, effugere valuit sæva famæ discrimina, interpretantibus quædam ejus scripta principibus in curia viris tanquam iniqua, exerteque injuriosa sibi ipsis ac publicæ administrationi. Cujus rei nomine solemniter accusatus, non nisi post agitatam diu caussam ægreque statui pristino fuit restitutus.

Feruntur omnium animis, omnium ore Marianæ monumenta, præcipue historica, quibus res nostras mirifice illustravit, nempe:

Historiæ de rebus Hispaniæ libri XX. Toleti apud Petrum Rodericum editi 1592 in folio, cui decem alios libros postea adjecit. Integrum quidem XXX. librorum opus, una & *Appendix*, quibus universam nostræ gentis historiam comprehendit, Moguntiæ prodiit ex officina Balthasaris Lippi anno 1605. in 4. necnon & Francofurti in systemate auctorum *Hispaniæ illustratæ*. Quæ adeo placuit illustrissimo *Ecclesiasticorum Annalium* scriptori ut ad annum DCLXXXVIII. volumine VIII. compellaverit Marianam nostrum (quod quidem summe decet historicum) *veritatis amatorem, pietatisque optimum consultorem, quique privato affectu carens accuratissime persequutus fuit, rebusque nostris supremam apposuit manum.* Uti & Andreas Scotus *Thucididis prudentiam & Taciti acumen diserto admodum gravique stilo complexum fuisse unum* dixerit. Hermannus Conringius, Germanus, e recentioribus magnæ vir eruditionis, *valuisse Marianam,* ait, *insigni eloquentia, prudentia, & magna libertate dicendi. De Rebus publicis* tit. I. §..... Hanc deinde historiam vulgarem ipse fecit, divagatus sæpe a Latino exemplari, auctorem fere non interpretem agens, quæ quidem Toleti apud Petrum Rodriguez 1601. folio, & Matriti 1608. 1617. & 1623. & alibi sæpe, duobus voluminibus lucem vidit. Ultimoque Matriti apud Carolum Sanchez 1650. folio.

Scripsit præter historiam politica hæc & varia:

De Rege & Regis Institutione lib. III. Toleti apud Petrum Rodriguez 1599. in 4. Francofurti 1611. in 4.

De Ponderibus & Mensuris. Toleti apud Thomam Guzman 1599. in 4. Francofurti 1611. in 8.

Tractatus septem, tum theologicos, tum historicos, videlicet:

De Adventu Beati Jacobi Apostoli in Hispaniam.

De editione vulgata SS. Bibliorum.

De Spectaculis. Hispanam hujus opusculi interpretationem sic notatam vidimus: *Mariana contra las Representaciones al Rey Nuestro Señor, memorial.*

De Monetæ mutatione.

De die & anno mortis Christi.

De Annis Arabum cum nostris annis comparatis.

De Morte & immortalitate lib. III. Ab hoc & alio de *Mutatione monetæ* provenit auctori suo gravissima illa, cujus mentionem fecimus, calamitas. Coloniæ simul omnes edi-

editi sunt apud Antonium Hierat 1609. in folio.

Scholia item *brevia in Vetus ac Novum Testamentum*: ubi etiam *Proverbia Salomonis*, *Ecclesiasten*, & *Cantica* elegiaco carmine reddidit. Antuerpiæ, Parisiisque 1620. simulque cum *Scholiis* aliis Emmanuelis Sa, & Joannis Stephani Menochii, Jesuitarum.

Publicavit primus, notisque illustravit:

Lucæ Tudensis episcopi de altera vita, fideique controversiis adversus Albigensium errores lib. III. qui extant volum. III. *Biblioth. Vet. PP.* seorsimque editi sunt Monachi & Ingolstadii 1612. in 4.

S. Isidorum contra Judæos disputantem: libris duobus, ex septem codicibus MSS. emendavit, annotationesque addidit.

Ejusdem Procemia in libros Veteris ac Novi Testamenti: ex totidem aliis MSS. adjunxitque notas.

Ejusdem Synonimorum libros duos ex codicibus x. ex quibus varias lectiones & notulas adjecit. Omnia hæc in editione Matritensi anni 1596. publicata sunt:

Præterea redegit in epitomen Photii *Bibliothecam*; Latinasque ex Græcis fecit Cyrilli Alexandrini episcopi ἑορταστικὰς *Homilias*: quæ duo tamen lucem non aspexerunt, uti ait *Societatis Bibliothecæ* auctor.

Extat quoque:

Eustathii Antiocheni episcopi Homilia in Hexaemeron Genesim &c. Latine a Joanne Mariana reddita. Haud dicit locum Philippus Labbeus in *Bibliotheca MS. sive specimine antiquarum lectionum* II. parte, pag. 22. Circumfertur præterea (idem inquit *Bibliothecæ* scriptor) Hispanice, Gallice, Italice, Latine excusus:

Discursus de erroribus, qui in forma gubernationis Societatis Jesu occurrunt: xx. capitibus. Burdigalæ per Joannem de Burdeos anno 1625. in 8. & alibi. Sed is, clam illi subductus a malevolo quopiam, ad conciliandam Societati invidiam extrusus in lucem est, adjectis etiam fortasse non paucis, ut pronum est existimare, ab ipsius observationibus atque animo alienis. Hæc ille. Servantur quoque Matriti inter libros MSS. qui comitis Villumbrosani, Castellæ senatus præsidis, fuere:

Advertencias a las Tablas Genealogicas de Esteban de Garibay.

Nonagenarius Toleti decessit XVII. Februarii MDCXXIII. Magno eruditionis ambitu oppugnavit Marianæ *Historiam* nomenque Petrus Mantuanus, propugnavit D. Thomas Tamajus de Vargas, qui testimonio satis idoneo affirmat rem prodigii similem, nempe noluisse Marianam legere nec Mantuani censuram, nec Tamaji amicissimi capitis apologiam, etiam ante editionem sibi ab auctore ad pervidendum & emendandum oblatam, quod credet vix posteritas. *Politicum* adhæc; *si quosdam excipias nævos, cordatum & pium* appellat Christophorus Besoldus tract. *De Ærario* cap. VII. num. II.

F. IOANNES DE MARIETA, Victoriensis, Dominicanus, in patriæ urbis coenobio huic familiæ adscriptus, plura dedit ad ecclesiasticam nostræ gentis historiam pertinentia, qualia sunt:

Historia Ecclesiastica de los Santos de España. Conchæ apud Petrum del Valle 1596. in folio.

Vida de S. Raimundo Confesor de la orden de Santo Domingo.

Vida del Venerable P. Fr. Luis de Granada: brevi quidem compendio diffinita. Matriti apud Joannem de la Cuesta anno 1604. quæ una cum laudati Granatensis operibus excudi solet.

Historia de los milagros de Nuestra Señora del Rosario, que esta en el Convento de Victoria y su origen. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1611. in 8.

Historia de la santa Imagen de Nuestra Señora de Atocha, con la vida del Padre Fr. Juan Hurtado de Mendoza. Matriti 1604.

Martyrio del santo Inocente de la Guardia y de Santa Casilda virgen natural de Toledo. Matriti apud Joannem Cuesta 1604. 8.

Catalogo de todos los Arzobispos que ha habido en la Santa Iglesia de Toledo desde S. Eugenio hasta los tiempos de agora. Matriti 1600. in 4.

Catalogo de los Obispos de la Orden de Santo Domingo tributum eidem reperio: quem nondum vidi.

Decessit vir pietate spectatus Matriti in Sancti Thomæ collegio Decembris mense, anno MDCXI.

F. IOANNES MARQUEZ, Matritensis, aliis Toletanus, Eremitarum sodalis, in quorum verba juravit is Matriti in domo principe Sancti Philippi Apostoli, doctrinæ sacræ cum Expositivæ, tum ejus quæ a scholasticis concertationibus vocitatur, lumen in paucis fuit clarissimum. Quorum hanc docuit pomeridianis horis Salmanticæ, cathedram sustinens professioni huic theologicæ præscriptis legibus academiæ tributam. Prioris illius nomine, ob munus ecclesiastis apud Philippum Regem III. egregie exercitum, insigni adeo famæ celebritate floruit, cui neque hominum eloquentissimorum gloria illius ævi æqualium detraxisse, neque posterorum oblivio quidquam usquam de-

detractura videatur. Præstanti fuit corporis & oris specie, utebaturque eo in concionibus, quo cuncta ejus scripta emicant, castæ jucundæque dictionis nitore; gratia autem illa & vis, quæ inerat dicenti, ab his, qui hominem coram noverunt, maximopere desideratur. Prudentiam, reique politicæ veram exactamque, hoc est viro Christiano dignam, cognitionem; totiusque antiquitatis notitiam, proprias illius dotes, deprehendimus passim hodie & amplexamur qui opera ejus hæc legimus:

El Gobernador Christiano deducido de las vidas de Moysen y Josue Principes del Pueblo de Dios. Obsequium in hoc argumento elucubrando Feriæ duci exhibuit. Liber editus est primum Salmanticæ anno 1612. in folio, deinde anno 1619. Tertio Compluti 1634. Tandemque Matriti 1640. Sed extra Hispaniam prodiit etiam Bruxellis 1664. qui quidem inter similia nostrorum scripta præcipuum quemdam tuetur locum. Italice id loquens dedit Martinus de S. Bernardo, Cisterciensis, Neapoli 1646. in folio, apud Franciscum de Thomasi. Gallice quoque Dominicus de Virion, consiliarius ducis Lotharingiæ, Nancæi 1621.

Los dos estados de la espiritual Gerusalem, sobre los Psalmos cxxv. y cxxxvi. ad Christophorum Gomezium Sandovalium, Ceæ atque Uzedæ ducem. Medinæ 1603. 4. Salmanticæ 1610. in 4. Gallice extat in 8.

Origen de los Padres Ermitaños de San Agustin, y su verdadera institucion antes del gran Concilio Lateranense: ad D. Franciscum Gomezium Sandovalium, Lermæ ducem. Salmanticæ apud Antoniam Ramirez anno 1618. folio. Qui prodiit Italicus ab Innocentio Rampino, Augustiniano, Taurini 1620. in folio.

Vida del Venerable P. F. Alonso de Horozco. Hunc post omnes alios libros ab auctore circa annum MDCXX. confectum, & in schedis MSS. illius repertum, luci dedit Thomas de Herrera, itidem Augustinianus, Matriti 1648. in 8.

Inedita laudantur:

Modo que se a de guardar en predicar a los Principes: cujus quidem meminit in opere *De rebus Matritensibus* Hieronymus Quintana.

Tratado del juramento acerca de defender la pureza de la Concepcion de Nuestra Señora.

Comediæ sacræ de Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis mysterio, sub schemate historiæ Reginæ Esther olim a nostro editæ, ut in academia Salmantina recitaretur, meminit Joannes Antonius Velazquez *De Maria Immaculata* lib. v. discursu III. ad 7.

Auctor *Anastasis Augustinianæ* annotans scripsisse nostrum in *Josue* fallitur, si quidquam aliud innuere voluit a *Gubernatore Christiano* diversum. Nec existimo commentatum fuisse eum in *Tacitum*, ut idem auctor ait, ex eoque Miræus.

Denatus est Salmanticæ, præfectum in hujus urbis cœnobio agens, nondum sexagenarius, anno MDCXXI. cui mœsti sodales hanc inscriptionem posuerunt:

M. FRAT. JOANNES MARQUEZ
H. S. E.
CORPORIS ET ANIMI SPECIE INSIGNIS, ELOQUENTIÆ FLUMEN
ET FULMEN,
REGIUS ECCLESIASTES,
RERUM FIDEI CENSOR, VESPERTINUS APUD SALMANT. THEOL.
PRIMUS ANTECESSOR,
AD MIRACULUM DOCTUS,
HUIUS COENOBII PRIOR, LITERARUM DAMNO RAPTUS
IANUARII XVII. MDCXXI. ÆTAT. LVI.
HEU QUIS NON ABIBIT,
SI HIC ABIT?

F. IOANNES MARQUEZ, Dominicanus, edidit:

Vida de Fr. Martin de Porras. Matriti 1675. 4.

IOANNES MARQUEZ DE CABRERA, centurio, scripsit:

Espejo en que se debe mirar el buen Soldado. Matriti 1625. 4.

IOANNES MARTINEZ, sacerdos almæ ecclesiæ Hispalensis, musicorum præceptor, scripsit:

Arte de canto llano puesta y reducida nuevamente en su entera perfeccion segun la practica: quam recognovit & correxit Ludovicus de Villafranca, exindeque publicavit Hispali 1560. in 8. apud Joannem Gutierrez.

IOANNES MARTINEZ, Cæsaraugustanæ cathedralis ecclesiæ portionarius sacerdos, cum vice rectoris academiæ hujus urbis præesset, edidit:

Relacion de las exequias, que la Ciudad de Zaragoza celebró por el Rey D. Felipe primero deste nombre. Cæsaraugustæ 1599. in 4. apud Laurentium de Robles.

F. IOANNES MARTINEZ, Bilbilitanus, ordinis Seraphici, prelo dedit ligatum numeris opus, hoc scilicet:

La Historia de Nuestra Señora de Magallon: quæ sacra imago Virginis Deiparæ asservatur in Leziñena oppido diœcesis Cæsar-

ſarauguſtanæ. Prodiit ea anno 1610. 8.

F. IOANNES MARTINEZ, ex familia Redemptorum Sanctiſſimæ Trinitatis ſacra, præfectus quondam Aragoniæ provinciæ, foras dedit:

Manipulum floridum privilegiorum ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis.

IOANNES MARTINEZ, Cordubenſis, Jeſuita, juventutis in re grammatica inſtitutor, edidit:

Grammaticam.

IOANNES MARTINEZ, theologus doctor Complutenſis, atque hujus ſcientiæ profeſſor dum vixit celebris, primas etiam docendi partes fuit adeptus, in collegiata Complutenſi eccleſia canonicus, ſcripſit:

Artium curſum: qui a multis ſcholæ hujus præceptoribus etiam hodie auditoribus explanatur. Præterea:

De Trinitate volumen. Obiitque anno MDCLVI.

IOANNES MARTINEZ DE ALEGRIA, edidit:

Epitomen de Diis Gentium. Valentiæ 1545.

F. IOANNES MARTINEZ, patria ex oppido El Corral de Almaguer nuncupato diœceſis Toletanæ, ſodalis ordinis Prædicatorum provinciæ Hiſpaniæ, quorum inſtitutum Segoviæ profeſſus fuit, poſt collocatam ſtrenue atque utiliter operam in theologica profeſſione miniſter a confeſſionibus Philippo IV. Regi ante alios deſtinari promeruit, locumque inter patres ſupremi ut vocant Sancti Officii Inquiſitionis ſenatus accipere. Eo autem ad immortalem vitam ante paucos annos magna cum jactura Chriſtianæ pacis & regnorum ſuorum tranquillitatis aſſumpto, Compoſtellanæ eccleſiæ infulas ſibi a ſereniſſima Regina Caroli II. Regis noſtri tutrice oblatas magnanime raroque ad poſteritatem exemplo recuſavit. Nuper ab ejus manu prodiit Hiſpanum ſatis doctum ſyſtema tractatuum diverſorum, hac nuncupatione:

Diſcurſos theologicos y politicos. Matriti apud Dominicum Garcia & Morras 1664. in folio. Scilicet, inter alia: *De Translatione epiſcoporum non facile decernenda*: item *Theologumne an juriſperitum magis expediat aſſumere in Epiſcopum*: item *Clericum an Religioſum*; necnon *De Immunitate tritici ab omni gabella*; atque etiam *De Statu Equitum militarium ordinum.*

IOANNES MARTINEZ, Luſitanus, ex oppido Portimaõ Algarbiæ regni, carmine *Philoſophiam* (neſcio qualem) edidit. Cardoſus.

IOANNES MARTINEZ DE BAHAMONDE, Compoſtellanus, rector paroecialis eccleſiæ S. Joannis ejuſdem urbis, edidit:

Elogios de algunos Santos y Santas canonizados y beatificados, y de algunos Varones excelentes en virtud, con algunas decendencias ſuyas. Moguntiæ apud Joannem Theobaldum 1624. in folio.

D. IOANNES MARTINEZ DE CUELLAR, edidit:

Deſengaño del hombre en el tribunal de la Fortuna. Matriti 1663. in 8.

F. IOANNES MARTINEZ DE LLAMO, edidit:

Sermones. Matriti 1676. folio.

IOANNES MARTINEZ DE OLANO, Navarrus gente, domo ex Stella urbe, in ſuprema curia hujus regni advocatus, cum non omnino acquieſceret *Antinomiarum* inter Civile jus & Regium obſervationibus a Joanne Baptiſta de Villalobos Toletano ante aliquot annos editis, conſiderans leges Partitarum, hoc eſt jus Regium, a Romanis legibus fere deſumptas, retractavit hoc opus, & longo habito examine argumenti ejuſdem aliud peperit, cujus hæc inſcriptio:

Concordia & nova reductio antinomiarum juris communis & regii, in qua veræ horum jurium differentiæ, & quamplurium legum Regiarum communiumque intellectus, & recepta praxis cauſarum forenſium explicantur, cui additæ ſunt differentiæ inter jus Regium, & regni Navarræ. Et:

Epilogus legum ſeptem Partitarum, quæ per alias leges poſteriores & per deſuetudinem, aut contrarium uſum in totum vel in partem correctæ ſunt, atque abrogatæ inveniuntur. Omnia ſimul Burgis 1575. in folio. Nempe ex CCCCLX. differentiis a Villalupæo notatis, pluſquam CCC. ait ſe repeeriſſe, quarum nulla eſſet ratio aut momentum, e contraque CCXX. & amplius noviter obſervaſſe, atque illis antiquis, quæ vere eſſent tales, addidiſſe.

IOANNES MARTINEZ POBLACION, medicus & mathematicus doctiſſimus, quem Franciſcus Primus Galliarum Rex ad abſolvendum quidquid in academia Pariſienſi ornatioris & perfectioris adhuc deſiderabatur una cum aliis linguarum orientalium profeſſoribus inſtitutos voluit, expo-

ponendis mathematicis artibus Orontium, Finæum & Joannem noſtrum, ut ex Carrione & Joanne Tilio docet Genebrardus in *Chronographiæ* lib. IV. ad annum 1534. Cujus rei & Lambinus in nuncupatoria *Commentariorum Horatii operum* ad Carolum IX. Regem meminit, falſus tamen in eo, quod his primis Pariſienſis doctrinæ ornatioris reſtauratoribus & Poblationi noſtro adjungit Agathium Guidacerium, Paulumque Paradiſum, tanquam itidem Hiſpanos, quorum utique prior Neapolitanus, poſterior Venetus fuit, recte notante hunc Lambini errorem viro erudito, & ſtupendæ lectionis memoriæque, Antonio Magliabechio in *Additionibus ad Bibliothecam Neapolitanam* Nicolai Topii in Agathio Guidacerio. Habemus de eo honorificum ſatis elogium datum a Ludovico Vive, clariſſimo viro, notis ad lib. XXII. D. Auguſtini *De Civitate Dei* cap. XXII. *Proxime*, inquit, *cum eſſem Brugis* (Flandrorum) *adeſſetque Carolus Cæſar, nobiliſſimus vir quidam maximo dolore afflictabatur morbi novi & inſoliti, de quo ſe nihil apud antiquos legiſſe ajebat Joannes Martinus Poblacio meus, qui ſi non legerat, vir ut in mathematicis artibus ita ut in re medica ſummus & ſingularis, aut nihil de eo priores ſcripſerant, aut quæ ſcripſere ſicut alia pleraque deſiderantur.* Hæc Vives, qui quo nomine Poblacionem *ſuum* amicitiæ an patriæ vocet incerti ſumus. Edidit in urbe Pariſienſi:

De Uſu Aſtrolabii Compendium. Pariſiis 1527. in 8. Ibidemque apud Guilielmum Cabellat 1556. in 8.

F. IOANNES MARTINEZ DE PRADO, Pincianus, ordinis Prædicatorum, ſacræ theologiæ magiſter, profeſſorque Complutenſis primarius, & in collegio ſodalium ejuſdem oppidi, Sancti Thomæ Aquinatis nuncupato, ſtudiorum præfectus, cenſor theologus apud patres Fidei vindices, vir eximie doctus, & magni judicii in moralibus, quæ maxime frequentabat. Edidit *Curſum Artium*, quinque tomis, hoc eſt:

Dialecticas Inſtitutiones, ſive Summulas. Compluti apud Mariam Fernandez 1649. in 8.

Dialecticam. In 4.

De Generatione & corruptione. In 4.

De Anima. In 4.

Quæſtiones Phyſicas. Ibidem 1650. Item:

Controverſias Metaphyſicas. Ibidem 1650. in folio.

Præter hæc philoſophica:

Theologiæ moralis quæſtiones præcipuas. Accedit opuſculum: *De Stigmatibus Sanctæ Catherinæ Virginis Senenſis.* Compluti in eodem. Sancti Thomæ collegio 1654. folio.

Theologiæ moralis quæſtionum præcipuarum volumen ſecundum. Ibidem 1656. in folio.

De Sacramentis, duobus tomis: prior eſt *de Sacramentis in genere, Baptiſmo & Confirmatione*; alter *de Euchariſtia & Sacrificio Miſſæ.* Compluti in folio. Tertium volumen parabat cum ad præfecturam provinciæ Caſtellæ promotus fuit, quod ibidem prodiit; *De Pœnitentia* ſcilicet 1668. folio. Poſt cujus decurſum tempus obiit Segoviæ hoc eodem anno MDCLXVIII.

IOANNES MARTINEZ DE RIPALDA, Navarrus, Pampilonenſis, religioſum vitæ inſtitutum Societatis Jeſu ſodalium vix pubes amplexatus, brevi tempore philoſophicarum literarum Monte-forti, theologicarum vero in ipſo Salmantino gymnaſio, celebris devenit profeſſor. Unde in Matritenſe collegium nutu ſuperiorum ſe conferens Morum theologiam interpretatus fuit, ſacro Inquiſitionis archiſenatui interim factus (uti vocant proprio verbo) qualificator, ſive a cenſura. Poſteritatem cogitans varia elucubravit, nempe:

De Ente ſupernaturali diſputationum tomos duos. Burdigalæ primum apud Guilielmum Millangium 1634. fol. Secundum Lugduni apud Petrum Proſt, Philippum Borde & Laurentium Arnaud 1635. in folio. Acceſſit poſt breve tempus:

Appendix ad Diſputationes de Ente ſupernaturali adverſus articulos olim a Pio V. & Gregorio XIII. & noviſſime ab Urbano VIII. P. M. damnatos: quæ tertium tomum confecit. Coloniæ, ſeu magis Amſterodami apud Cornelium ab Egmont 1648. in folio. Continet refutationem doctrinæ Michaelis Baii, doctoris Lovanienſis, cui ſtatim repoſitus fuit libellus ſic inſcriptus, *Joannis Martinez de Ripalda, e Societate nominis Jeſu, Vulpes capta per theologos ſacræ facultatis Lovanienſis.* In 4. Ceterum integrum opus *De Ente ſupernaturali* denuo prodiit ex officina Lugdunenſi, tribus voluminibus 1663. in folio.

Brevem expoſitionem literæ Magiſtri Sententiarum cum quæſtionibus, quæ circa ipſam moveri poſſunt. Lugduni per Gabrielem Boiſſat 1636. in 8.

Poſtumi prodierunt:

Tractatus Theologici & Scholaſtici de Virtutibus, Fide, Spe, & Charitate. Lugduni apud Philippum Borde & ſocios 1652. in fol.

Ejus item eſt, licet Martini Giron de Palaceda nomen præferat:

Diſcurſo de la eleccion del ſuceſor del Pontificado en vida del Pontifice: quem confeciſſe eum Cæſarauguſtæ anno MDCXLII.

man-

mandato comitis Olivarienſis, cui erat tunc temporis a confeſſionibus, vulgo fuit relatum.

Matriti diem ſuum obiit ante dictum annum MDCLII.

IOANNES MARTINEZ DE ROZAS ET VELASCO, receptor ut vocant primi numeri cancellariæ Granatenſis, reliquit MS. & D.D. Alfonſo Fernandez de Corduba, Prieguenſi marchioni, nuncupatum:

Compendio Hiſtorial de la Caſa de Cordova y Aguilar. Cujus exemplum vidimus in bibliotheca, quæ fuit D. Andreæ de Brizuela Madriti.

IOANNES MARTINEZ SILICEUS, a ſilicis nomine Latino, quo exprimere voluit patrium ac familiare cognomen Guixeño ſeu Pedernales, ſodalis cujuſdam Pariſienſis conſilium ſequutus. Villagarciæ prope Ellerenam Extremaduræ urbem ruſticis parentibus editus, atque Ellerenæ grammaticis præceptionibus imbutus, Hiſpali artem logicam in ſordibus & egeſtate hauſit, Valentiæ poſtea atque Pariſiis, ignoti cujuſdam pietate exhibitus, quo daret philoſophiæ operam, peregrinatus eſt. Unde Salmanticam evocatus ab amicis quibuſdam, una cum Dominico a S. Joanne de Pie del Puerto, Mercenariorum ſodali, profeſſorque in hac ſchola philoſophiæ allectus, Bartholomæani collegii toga per hoc tempus induta, ea cœpit haberi exiſtimatione doctrinæ ut & Caurienſis canonicus, quomodo appellant Magiſtralis, exindeque Philippi Hiſpaniarum Principis præceptor, aliis poſthabitis magnæ famæ viris, ab Eliſabetha matre, Cæſaris Caroli uxore, deligi meruerit: ita ut, velut cumulo quodam honoris, & a confeſſionibus & a ſacris ſimul eſſet Philippo. Nil tamen in hac fortunæ proſperitate de literarum amore remiſit, quippe qui dum ad bibliopolarum tabernas, coemendorum librorum cauſa, ſe conferret paſſus ſit unquam exportari eos a famulis, ipſe enim ſuiſmet manibus ſuſtinebat; urgentibus vero amicis ut hoc onus aliis cederet, neutiquam fecero, ajebat, libri me honorarunt, quidni eos viciſſim geſtando honorem? His meritis & gratia ſublevatus brevi Carthaginenſi eccleſiæ, ac mox, Joanne Tavera e vivis ſublato, almæ ſedi Toletanæ MDXLV. ſalutis anno, poſtulante Regio alumno, præficitur; undecimque annorum in hac dignitate exacto ſpatio, ſacræ Romanæ eccleſiæ cardinalis, ſub Sanctorum Nerei & Achillei titulo, cooptatur, non diu ſupervicturus, videlicet uſque ad MDLVII. quo Pinciæ fuit Maii XXXI. die denatus, ſepulturæ loco ſibi ad Virginum collegium, impenſis ſuis Toleti erectum, deſignato. Vir fuit ob pietatis, doctrinæ, integritatis, munificentiæ (ut & verus audiret pauperum pater) merita ſupra ſortem nativitatis ſuæ clarus ac venerabilis, geſtiſque honoribus omnino par. Verum nempe inſigni documento fecit poetæ ſatyrici illud non ſatyricum: *Nobilitas ſola eſt atque unica virtus.* Sed quod ad album noſtrum veniret referendus his lucubrationibus, in publicum editis, fecit:

In Ariſtotelis Periermenias, Priores, Poſteriores, Topica & Elenchos. Hoc volumen Pariſiis editum in folio, doctorique De Pedernales adſcriptum, ſe habuiſſe in Hiſpania retulit ad me illuſtriſſimus D. Fr. Gabriel Adarzo a Santander, Hydruntinus præſul.

Arithmetica theorica & practica. Pariſiis ſcripta atque edita 1514. in 4. Iterumque ibidem apud Simonem Collinæum 1526. in 4. e recognitione & emendatione Thomæ Rhæti, ſive Æglolphidis Rhæti. Valentiæque 1544. Qui Thomas Siliceum noſtrum *inferiorem nemini mathematicorum* exiſtimabat. *Arithmeticæ* hoc opus Alphonſo Manrique, Pacenſi epiſcopo, dicavit. Refert quoque in eo auctor ſeſe in grammaticis Ludovicum Romanum, in dialectica Robertum Caubraith, in philoſophia Joannem Dullart præceptores habuiſſe.

Suiſſet Angli opus, quod *Calculationem* appellant, a mendis expurgavit, digeſſit & novis titulis illuſtravit. Salmanticæ editum 1520. in folio.

De Divino nomine Jeſus per nomen Tetragrammaton ſignificato liber unus. Cui acceſſere:

In Canticum Magnificat.

In Orationem Dominicam & Salutationem Angelicam explicationes duæ: ad Carolum Cæſarem. Toleti 1550. in 8. Has expoſitiones ex Latino vertit quidam Silicei familiaris, atque Hiſpanice edidit Toleti anno 1551. in 8.

Pro Statuto Toletanæ Eccleſiæ: cujus ipſe auctor fuit. Silicei mentionem non ſine magna laude fecit Martinus, doctor Navarrus, in *Commentario de Finibus humanorum actuum*; et inter exteros Paulus Jovius ad finem *Elogiorum*, Sepulveda laudato: *Huic autem proximum accedere audimus*, ait, *Martinum Siliceum, Carthaginenſem epiſcopum, qui lectiſſimis moribus ac literis, & caſta facundia, dum Philippum, Cæſaris filium, perſancte & ſolerter edocet, optimum Principem & ad paternum decus & ad regni felicitatem inſtituit.* Hæc Jovius.

IOANNES MARTINUS CORDERO, Va-

Valentinus, plura utiliter in sermonem Castellæ vernaculum tam priscorum quam recentium auctorum opera convertit, necnon & alia propria ex penu edidit, nempe:

Los Siete libros de Bello Judayco de Josefo Hebreo: post veterem, quæ ei displicuit, Catholicorum Regum chronographi interpretationem. Antuerpiæ 1557. in 8. Matriti 1616. in 4.

Historia de Eutropio Varon Consular, de lo que pasó desde la fundacion de Roma hasta el Emperador Valente. Antuerpiæ apud Nutium anno 1561. in 8.

Flores de Lucio Anneo Seneca. Fragmenta sunt epistolarum, sive integræ epistolæ in vernaculum conversæ. Antuerpiæ apud eumdem 1555. in 8.

Promptuario de medallas traducido de diversas lenguas: cum iconibus numismatum. Lugduni 1561. in 4.

Alciato de la manera del desafio: ex Latino magni hujus jurisconsulti. Antuerpiæ apud Nutium 1555. in 8.

Las Christiadas de Geronimo Vida. Ibidem 1554. in 8.

Las quexas y llanto de Pompeyo, donde brevemente se quenta la destruicion de la Republica Romana. Unaque:

El hecho horrible y nunca oido de la muerte del hijo del Gran Turco Solimano, dada por su mismo padre: ad Gundisalvum Perezium, Philippo Hispaniarum Regi a secretis. Item:

Declamacion de la muerte por consolacion de un amigo. Atque item:

Exortacion a la virtud: utrumque ex Latino N. Simulque:

Modo de escrivir en Castellano para corregir los errores ordinarios. Omnia hæc Antuerpiæ prodierunt uno volumine apud eumdem Nutium 1556. in 8.

Summa de la Doctrina Christiana: ex formatione seu libello Latino, Philippi II. Hispaniarum Regis jussu edito ad instruendam Angliæ christianitatem. Antuerpiæ apud Guilielmum Simonem 1556. in 8.

Memoria espiritual de devotas oraciones. Barcinone apud Sebastianum de Cormellas 1612. in 8. Valentiæ 1613. in 16.

Instruccion para confesar. Valentiæ anno 1588. in 8.

IOANNES MARTINUS FIGUEROLA, Valentinus, ex urbe regni principe, sacræ theologiæ magister, capellanus ut se vocat Summi Pontificis (forte Alexandri VI.) & simplex beneficiatus in metropolitanæ patriæ urbis ecclesia cum in mahometanam sectam opus conscriberet, de quo mox dicemus. Hunc existimo eumdem cum illo esse quem canonicum Figuerolam a se appellatum laudat inter Valentinos scriptores Gaspar Escolanus lib. *Hist. Valentini regni*, cap..... natus enim anno MCDLVII: ut ex eo colligitur, quod anno MCDXCII. captæ Granatæ urbis tempore quintum se supra tricessimum egisse annum alicubi referat, potuit quidem post annum sequentis sæculi vigessimum primum, quo absolvit opus jam dictum, ad sacerdotium pinguius & præcipuum ejusdem ecclesiæ vir optimus, & majoribus dignus, exaltari. Zelo enim divinæ legis adeo exarsit ut data opera quo Machometanos, in regnis Aragoniæ & Valentiæ sectam suam profiteri permissos, viam veritatis docere posset, Arabicam linguam exacte didicit, in Alcorano eorum & ejus interpretibus eos progressus fecit ut solus diu Cæsaraugustæ, auspiciis Ferdinandi Regis Catholici, alteriusque Ferdinandi ejus nepotis, archiepiscopi Cæsaraugustani, loco Martini Garziæ ex archidiacono Darocensi facto Barcinonensis præsulis, cujus olim hæ partes fuerant, singulis sextis feriis, aut in matrice ecclesia, aut in mezquita ut vocant, ipsorum Maurorum tum concionibus ex ambone, tum disputationibus de plano cum Alfaquinis, seu pseudomagistris eorum, habitis, deliria falsæ hujus & propudiosæ legis palam ostendere, cæcosque mortales in viam salutis reductos ab inferni faucibus eripere, invicto animo sit conatus. Quod cum ei non succederet, obturantibus aures suas perfidis, imo & Christianis ipsis, quibus Maurorum fuga, quam & minari videbantur, dispendio futura erat, obicem huic sacræ ponentibus expeditioni, Valentiam secessit, atque ibi quod exequendi ore ac sermonibus coram non ultra data ei copia fuit commentariis suppleturus, Alcorani fraudibus, ineptiis atque deliriis manifestandis, & ipsis ejus Arabibus verbis refutandis, calamum addixit, quod opus vernaculæ linguæ Castellæ ita inscriptum voluit:

Lumbre de Fee contra el Alcoran: ineditum hactenus ob difficultatem Arabici sermonis, quo passim utitur, typis repræsentandi. Hujus exemplum fidelissime descriptum a N. Naironio, Maronita, ex altero Camilli, S. R. E. cardinalis, *De maximis*, qui ex Hispania, in qua nuntium Apostolicum egit, Romam detulit, penes nos habemus. Justæ magnitudinis liber est in folio, anno MDXIX. ab auctore inchoatus, MDXXI. absolutus. Appendicis vicem gerit *Relatio collationum ac velitationum cum Alfaquino Maurorum*, uti diximus *annis DXVII. & sequenti* habitarum, cum ad justam is pugnam nunquam descendere ausus sit. Patruum auctor vocat alicubi suum Pactensem episcopum, x. Maii

Maii MDXVIII. vivis ereptum. Hic absque dubio Michael de Figuerola est, ejus ecclesiæ præsul, quem non recte, ut suspicari proclive est, Rochus Pyrrhus, abbas Netinus, in *Notitia ecclesiarum Siciliæ* Michaelem de Figueroa, ex familia ducum Feriæ, vocat facili errore, extinctumque x. Maii anno MDXVII. ex tabulis nimirum ejusdem ecclesiæ refert. Audio cuidam Figuerolæ opus quoddam contra Judæos attribui, quod nec vidi, nec huic nostro adjudicari posse suspicio se alicunde ingerit.

F. IOANNES DE MARVILLA, Lusitanus, ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum, scripsit Lusitanice ut credimus:

Documentos spirituaes.

F. IOANNES DE MATA, Dominicanus ex Medina-campensi cœnobio, generalis ordinis sui concionator, edidit:

Sanctoral de los dos santissimos Patriarcas y hermanos nuestros PP. Santo Domingo y S. Francisco, y de los Santos de entrambas Religiones. Barcinone 1637. in 4.

Triunfos del Sol de Justicia, Pasquas y solemnidades.

Rios del Paraiso en honrra de la Virgen Maria. Pampilone 1631. in 4. Compluti 1647. in 4. Latineque Antuerpiæ anno 1652. in 4.

Adviento y Dominicas hasta Quaresma en discursos predicables. Compluti 1638. 4.

Matæ *Concionum* duo volumina, ex Latina nescio cujus interpretatione, Antuerpiæ prodierunt anno 1652. in 4. Imo et Lublini in Polonia anno 1650. in 4. *Mariale* vero Italice, Clementis a Barrera Franciscani opera. Venetiis 1638. in 4.

IOANNES MATHIAS DA COSTA, Lusitanus, juris doctor, & in suprema Olisiponensi curia advocatus, edidit:

Domum supplicationis curiæ Lusitanæ, Olisiponensis magistratus stylum, supremique Senatus Consulta. Olisipone apud Gerardum de Vinea 1622. in folio. Joannem Martinez da Costa vocant alii.

IOANNES MATHIAS STEPHANUS, Aragonus, rerum Hispanicarum bene peritus, varia reliquit in schedis, laudata a Joanne Francisco Andrea Ustarrozio in *Defensione patriæ Sancti Laurentii* fol. 135. ex quibus hæc nominat:

Diario de las cosas de España. Item:

Tratado de los Santos naturales Aragoneses, y de algunos otros estrangeros, cuyas reliquias estan en Aragon. Fuit apud D. Franciscum de Urrea. Laudat quoque hunc tractatum Joannes Tamajus *en las Advertencias al memorial de la ciudad de Jaca sobre la patria de Santa Eurosia.*

Nobiliario de las familias de Aragon.

D. IOANNES DE MATIENZO, Pincia urbe oriundus, cui natales se debere suis ipse in scriptis profitetur, jurisconsultus, postquam in Pinciana curia referendarum coram Regiis judicibus causarum partes obiisset impendi majoribus reipublicæ officiis, & in Americam destinari meruit, Argentinæ urbis ac territorii civibus, quo loco alter e tribus est juridicus conventus Peruani regni, senator datus. Cujus quidem prætorii obtinuit postmodum vicariam, ut credimus præfecturam. Exquisita fuit notitia & prudentia juris, rerumque agendarum dexteritate, cujus quidem posterioris rei argumentum præstat Regius ibi fiscus, quingentorum fere millium ducatorum augmento annuo industria illius locupletior factus. Edidit in testimonium doctrinæ suæ multiplicis exactique judicii sequentia opera:

Dialogum Relatoris & Advocati Pinciani senatus, sive de munere Renuntiatorum (alias Referendariorum) Advocatorum, & Judicum, eorumque dignitate & eminentia. Pinciæ 1559. & 1604. Francofurti in Germania 1618. iterumque ex officina Joannis Berneri 1623. 4. Qui liber ei primum magistratus honorem (uti Joannes Matienzus nepos alicubi voluit testatum) peperit.

In librum V. Collectionis legum Hispaniæ (vulgo Nueva Recopilacion) commentaria. Matriti ex officina Francisci Sancii 1580. in folio; ibidemque apud Ludovicum Sancium 1613. in folio.

Stilum Cancellariæ: cujus meminit D. Joannes Solorzanus lib. II. *De Jure Indiarum*, cap. I. num. 3. Joannes Gutierrez lib. I. *Pract.* quæst. I. num. 16.

Ineditum reliquit utile opus lingua vulgari:

Gobierno del Piru, quatuor libris: quod adservabatur Matriti in D. Laurentii Ramirez de Prado, Regii concilii Castellæ senatoris, bibliotheca, teste mihi Antonio Leone in ea quam scripsit *De Indicarum rerum scriptoribus*, laudatque opus senator alius Regius V. C. D. Joannes de Solorzano in II. libro *De Jure Indiarum*, laudato nuper loco. Cujus exemplum quoddam apud nos est scriptum ex codice bibliothecæ Barberinæ.

Obiisse dicitur in hac ipsa Indica provincia & munere senatorio, prole sibi eo loci prospecta.

D. IOANNES DE MATIENZO DEZA,

ZA, jurisconsultus Matritensis, scripsit:
De Mutatione Legum. Matriti 1639.
Obiit in eadem curia post annum MDCL.

IOANNES MATIENZO DE PERALTA, Matritensis, jurisconsultus, Bernardum, Regiæ hujus curiæ advocatum, parentem habuit, Joannemque avum, Indico magistratu ac juris nostri illustratione clarissimum, paulo ante laudatum. Familiari autem is exemplo animatus, pusilla licet corporis specie, literarum merito exhibere dignum se muniis curialibus, quod ipse non dissimulat, edito in vulgus quodam juris opere olim contendit. Nempe extant eo auctore:
Repetitiones XIII. in varia jurisconsultorum responsa, Imperatorum sanctiones & Pontificum decreta. Antuerpiæ 1627. in folio.

IOANNES DE MATOS, Lusitanus, Olisiponensis, Societatis Jesu sacerdos, doctor philosophus ac theologus, collegiorum Olisiponensis atque Eborensis rector, Romæ autem assistens generalis præpositi, paratos editioni habuisse dicitur tempore quo prodiit in lucem *Bibliotheca Societatis*:
Theologiæ moralis tomos duos: alterum *De Judiciis humanis*, alterum *De Judiciis divinis.*

D. IOANNES DE MATOS FRAGOSO, inter comicos hujus nostri ævi poetas nomen professus edidit ad hoc usque tempus, quod sciam:
Primera parte de Comedias. Matriti 1658. 4. Lusitanum ex oppido Alvito Georgius Cardosus asserit in schedis suis MSS.

F. IOANNES A MATRE DEI, Lusitanus, ex Aldea Galega in conspectu Ulisiponis, ex familia Seraphica Reformata provinciæ Arrabida dictæ, scripsit:
Explicaçaõ dos Psalmos Penitenciaes. Ulisipone 1613. in 8.
Processo da Paixaõ de Christo. Ibidem 1617.

IOANNES MATTHÆUS, primus Regiorum Philippi IV. tunc regnantis venatorum qui ballistis armantur, Gundisalvi Matthæi filius, quem Philippus Rex III. eidem exercitio præpositum habuit, foras emisit:
Origen y dignidad de la Caza. Matriti 1634. in 4. Cum potius artem venatoriam, sive præcepta illius, debuisset inscribere, ut foras proderet libri argumentum.

D. IOANNES MATTHÆUS SANCHEZ, edidit:
Vida de Epaminondas Principe Thebano. Valentiæ. 1562. in 4.

F. IOANNES DE MEDINA, Benedictinus monachus cœnobii Salmantinæ urbis, Vincentio martyri sacri, edidit:
De la Orden que en algunos pueblos de España se a puesto en la limosna para el remedio de los verdaderos pobres. 1545. Salmanticæ apud Joannem Juntam, in 4.

IOANNES DE MEDINA, scripsit:
Suma de notas de Escrivanos. Pinciæ 1538. 4.

IOANNES DE MEDINA, Complutensis (Ildephonsinus in eo gymnasio sodalis receptus eo, ut ex catalogo sodalium constat, anno MDXVI. qui tamen ibidem in Burgensi diœcesi natus audit) in tribus cognominibus, quorum celebris fama est, theologis (Bartholomæum Dominicanorum, Michaëlem Franciscanorum sodales intelligo) ætate superior fuit. De quo nil prius debeo quam Alvari Gomezii *De rebus gestis Francisci Ximenii*, cardinalis Toletani, origineque ac progressu Complutensis academiæ, scriptoris prudentissimi atque elegantissimi, verba his meis subtexere. Joannem Carrascum, theologiæ professorem in schola ista, cum laudasset octavi libri principio, ejusque ab ea excessum docuisset, *huic* (infit) *suffectus fuit Joannes Metina, juvenis adhuc, sed perspicacis ingenii & gravis judicii. Hic plusquam viginti annos theologicæ scholæ præpositus, tantam sibi laudem comparavit ut ejus nomen brevi celeberrimum per universam Hispaniam fuerit. Erat in eo admirabilis in explicando distinctio, adeoque materiam propositam sine ullis ambagibus colligebat ut nihil esset tam perplexum aut obscurum quod vel tardissimus non assequeretur. Et in argumento, nonnunquam arido & jejuno, tanta verborum volubilitate & copia, tanto ordine, tamque apta & connexa serie, tam intenta contentione, tam firmis sensibus ad rem semper facientibus, tam acutis & veris rationibus utebatur ut nihil in illo ad perfectam eloquentiam præter verborum delectum desideraretur. Qua nempe re animos omnium attentos faciebat, qui si semel vagarentur frustra postea intentionem revocarent. Concursus undique ad eum fiebat in rebus dubiis, aut certe parum cognitis, tanquam ab oraculo claritatem petentium. Ex immoderato studio varios morbos contraxit, qui illum indignis modis cruciabant, podagram, calculum & iliorum dolores, atque ita ante tempus e vivis sublatus scholam theologicam, atque adeo universam academiam, sua morte mœstissimam reliquit. Neque enim annum quinquagesimum septimum attigit. Situs est in D. Ildephonsi sacello.*

Obiit

Obiit anno Domini MDXLVI. quod insculptum epigramma testatur. Reliquit suæ doctrinæ monumenta libros de pœnitentia & restitutione, qui & si manibus studiosorum circumferuntur (sunt enim multis in rebus cum primis utiles) verum longe majori cum admiratione is sua verba sonans audiebatur quam postea ejus scripta leguntur. Hæc Gomezius. Brevius aliud, sed æque magnificum, adjungam Alphonsi Garsiæ Matamori elogium. Is, postquam Franciscum Victoriam, Dominicanum Salmanticæ doctorem, pro dignitate celebrasset, *Huic* (insit) *tam excellenti & divino homini parem fuisse arbitramur Joannem Mæthymneum, Complutensem, non ingenio solum, quo plurimum viguit, sed doctrina & subtilitate quadam disserendi, & reliquis etiam animi ornamentis, quæ permulta in hoc singulari & summo viro fuerunt: quem nec a scribendo deterruit amplitudo Victoriæ, nec hujus unius studia, quæ per annos XX. Compluti floruerunt, potuit quispiam sua copia obscurare.* Conspirant quidem in ejus laudes quotusquisque in literis primas tenet. *Doctorem egregium* vocat eum Dominicus Sotus lib. IV. *De Justitia & Jure. Clarissimum doctorem, & magistrum* suum Antonius de Corduba in libris *De detractione & restitutione famæ*, & *de ratione tegendi & detegendi secretum. Virum doctissimum* Alphonsus de Castro lib. II. *De potestate legis pœnalis* cap. VIII. *Magni nominis theologum, & in Complutensi gymnasio de professione theologica præclare meritum* Didacus Covarrubias in *Epitome super Quart. Decretalium*, secunda parte, cap. VIII. *Virumque insignis eruditionis* lib. III. vers. VII. *Doctissimum perspicacisque ingenii virum* Martinus Navarrus *Manualis* cap. I. num. 10. *Complutensis academiæ decus & ornamentum* Antonius Padilla in L.XI.C. *De resciden. vendit.* Latinum quoque epigramma Joannes Petreius, poeta & rhetor Complutensis, in ejus laudem panxit, quod in *Bibliotheca* extat Andreæ Scoti. Opera hæc sunt:

De Restitutione & contractibus tractatus, sive codex, nempe de rerum dominio, atque earum restitutione, & de aliquibus contractibus, de usura, de cambiis, de censibus. Salmanticæ apud Andream de Portonariis 1550. in folio. Ingolstadiique 1581. apud Sartorium. Coloniæ item in 4. 1607. Et Brixiæ 1606. in 4.

In titulum de Pœnitentia, ejusque partibus Commentarius, scilicet de pœnitentia cordis, de confessione, de satisfactione, de jejunio, de eleemosyna, de oratione. Salmanticæ apud eumdem 1550. folio. Deinde Ingolstadii apud Albertum Hungherum.

F. IOANNES DE MEDINA RINCON, Segoviensis, Mexici Indorum, quo Antonius pater Regii fisci advocatus fuerat missus, Eremitis Augustinianis fratribus nomen dedit, cœnobiaque cum rexisset oppidi de Atotonilco atque ejusdem Regiæ urbis, provinciæque integræ aliquando præfuisset, Mechoacanensibus tandem datus fuit pontifex, pietate ac prudentia vir, & in pauperes misericordia spectabilis, quo loco fuit denatus anno MDLXXXVIII. Scripsisse eum *Spirituales* quosdam *tractatus*, necnon & *Res ab illustribus sui ordinis viris gestas*, novimus affirmantium fide, scilicet Joannis de Grixalva in *Chronico hujus ordinis Eremitarum Mexicanæ provinciæ*, & Antonii a Sancto Romano in libello quodam *Solatium pœnitentium* appellato.

F. IOANNES MELENDEZ, Dominicanus, sacræ theologiæ magister, & in collegio S. Thomæ urbis Limensis Peruvianæ plagæ studiorum regens, scripsit:

Festiva pompa, culto religioso, veneracion reverente, fiesta en la Beatificacion de la bienaventurada Virgen Rosa de Santa Maria en el Convento del Rosario de Lima. Limæ 1622. 4.

IOANNES MELENDUS, Aragonus, sacerdos in ecclesia Villa-rojæ territorii Bilbilitani oppidi, carmine octosyllabo parum culto, atque eo rhythmi genere quod Quintillas vocamus, post Alphonsum Arandam, se antiquiorem, edidit:

Historia de la Aparicion y milagros de Nuestra Señora de la Sierra del lugar de Villaroya. Cæsaraugustæ 1627. in 8.

IOANNES DE MELO, Toletanus, MS. reliquit:

Siete Centurias de adagios Castellanos: cui operi prologum composuit Ambrosius Morales. Vidit D. Thomas Tamajus.

IOANNES MELO DE SANDE, Gallæcus, Coruniensis, Ferdinando Henriquez de Ribera, duci de Alcala, a secretis, in vulgus emisit:

Doctrina moral de las Epistolas que Lucio Anneo Seneca escrivió a Lucillo repartida en setenta capitulos por el mismo estilo de ellas. Matriti 1612. in 8. apud Alphonsum Martin.

IOANNES DE MELO DE SOUSA, Lusitanus, *cum nobilitate & avorum sanguine, tum sophia clarus*, uti de eo ait Resendius, curiæ Regiæ senator, quamvis magnis implicatus negotiis nonnullas horas musa-

ſarum operi fructuoſiſſime impendit, ſed ſacrarum. Ex quibus nata ſunt, quæ quidem cura Simonis filii poſt parentis obitum excuſa prodierunt, inſignia hæc exametris verſibus monumenta:

Paraphraſis in librum Job.

De Reparatione humana lib. VIII.

De Miſeria Hominis liber ſingularis: quem, viro magno Ludovico Granatenſi hortatore, ſe confeciſſe teſtatum ipſe in præfatione voluit. Lugduni hæc omnia edita ſunt apud Horatium Cardon 1615.

IOANNES DE MENDAÑA, in vulgus dedit:

Silva de varios Romances. 1588. in 8.

IOANNES MENDEZ, Hiſpalenſis, Jeſuitarum ſodalis, philoſophiam docuit in municipio Frexenal & in urbe Corduba, theologiam Scholaſticam & Moralem Hiſpali, in qua urbe obiit, Hiſpalenſibus Fidei vindicibus a cenſura theologica, reliquit prelo parata:

Quæſtiones ex theologia ſcholaſtica hoc ſæculo celebriores, & delibatas ex doctrina S. Thomæ & Scoti, ut plurimum in concordiam vocata.

Œconomicam ſeu domeſticam adminiſtrationem tripartitam in conjugalem, filialem, & ſervilem.

Explicationem Bullæ Cruciatæ.

Explicationem Bullæ in die Cœnæ Domini legi ſolitæ.

De Eccleſiaſticis cenſuris ac pœnis tractatum.

Hiſpanice item:

Guia de Religioſos.

IOANNES MENDEZ, Luſitanus, patria ex Portel oppido, ſcripſit, ſed non edidit:

Libro de varia hiſtoria. Theodoſio Brigantino duci nuncupatum.

IOANNES MENDEZ DE AVILA, fecit vulgare:

Theatro de varios acaecimientos de fortuna, que eſcrivió en Italiano Geronimo Garimberto Obiſpo de Galeſſe. Salmanticæ apud Joannem Baptiſtam de Terranova 1572.

IOANNES MENDEZ DE VASCONZELOS, ſcripſit:

Liga deſhecha por la expulſion de los Moriſcos. 1612. in 8.

F. IOANNES DE MERINERO, Matritenſis, Compluti ſacram ſcientiam diu profeſſus fuit, domum Matritenſem, necnon & provinciam integram Franciſcanorum Caſtellæ, quorum erat ſodalis, præfectus rexit; demumque totum ordinem generalis miniſter. Epiſcopus adhæc Civitatenſis, deindeque Vallisoletanus meruit *ob manſuetudinis & pietatis ac prudentiæ* (quod Lucas Waddingus ait in *Bibliotheca*) *dotes* adlegi. Scripſit:

Commentaria in univerſam Ariſtotelis dialecticam juxta Joannis Duns Scoti Doctoris ſubtilis mentem, una cum diſputationibus & quæſtionibus hoc tempore agitari ſolitis. Compluti apud Joannem de Villodas & Orduña 1629.

Commentaria in Regulam Sanctæ Claræ: duabus partibus. Matriti 1642.

Tractatum de Conceptione Deiparæ Virginis Mariæ, ſive de hujus articuli diffinibilitate. Pinciæ in 4.

Habere illum in univerſam philoſophiam ſelectaſque materias theologiæ paratos commentarios affirmat ipſe Waddingus. Editum tamen fuiſſe jam hoc tempore poſt annum MDCLX. integrum Curſum quatuor aut quinque tomis audivimus. Vulgari ſermone edidit:

Apuntamientos para reformacion de ſu orden de San Franciſco. Matriti 1641. Poſtumum, niſi fallimur, prodiit ejuſdem opus, circa annum 1669.

Theologia Eccleſiaſtica (an *Scholaſtica?*) nuncupatum.

Obiit anno MDCLXIII.

F. IOANNES MICHAEL, nomine tenus mihi notus, edidit:

Librum exercitiorum ſpiritualium. Lugduni 1568.

F. IOANNES MICHAEL PEREZ DE HEREDIA, Darocenſis, ex ſodalitio Ciſtercienſi monachus, habendis ad populum de verbo Dei ſermonibus clarus dum cœnobium habitaret Salmanticæ urbis, cum olim ſe in Vallis-paradiſi domo religioni addixiſſet, eamque aliquando adminiſtraſſet, edidit:

Libro de varias conſideraciones ſobre los Evangelios, que canta la Igleſia la Quareſma. Salmanticæ 1604. in 4. & iterum 1613. apud viduam de Cuſſio.

Sermones de Santos. Ibidem apud Antoniam Ramirez 1609. in 4.

Deſtierro de la Virgen Nueſtra Señora a Egypto. Matriti 1613. in 4. Cæſarauguſtæ 1615.

F. IOANNES MICON, ordinis Prædicatorum, Valentinus gente, patria vero ex Palomar, vallis d' Albaida nuncupati oppido, in hoc religioſiſſimo ordine ſacræ theologiæ fuit

fuit magifter, concionandi munere præftantiffimus, floruitque dum viveret omnimodæ virtutis & fanctimoniæ fama, miraculis etiam effulfit. Hujus vitam Laurentius Palmirenus fcripfiffe dicitur, quædamque, præter Dominicanos fcriptores, ex ea defumpferunt Lanuza in *Hiftoriis Aragonenfibus* lib. VII. cap. XXXII. & lib. V. cap. XL. Gundifalvus Poncius de Leon in opufculo *De Sodalitate Nominis Jefu*, cum quo edidit Miconis opufculum, paulo poft laudandum. Scripfit, ut Alphonfus Fernandez inquit *De Scriptoribus Prædic. familiæ*:

Officium de pretiofo fanguine Chrifti: maximis laudibus elatum in comitiis Romæ generalibus anni MDXLV.

Rofarium, five Pfalterium nominis Jefu. Primum Valentiæ, deinde Romæ opera laudati Gundifalvi Ponze de Leon, Hifpalenfis, una cum opufculo *De Sodalitate nominis Jefu*, apud Joannem Baptiftam de Cavaleriis in 4. editum.

Epitomen totius S. Scripturæ: partim profa, partim carmine. Item:

Summæ Theologicæ S. Thomæ Aquinatis. Necnon et:

Petri Lombardi Sententiarum, ut facile dogmata ifta memoria retineri poffent, tribus voluminibus in folio: quæ MSS. Valentiæ in domo Prædicatorum affervantur. Hæc nos docuit Alfonfus Ciaconius in fchedis, quas penes me habeo, ad *Bibliothecam Univerfalem.*

Obiit fanctiffimus vir pridie kalendarum Septembris MDLV.

IOANNES MINGUES, Valentinus, Setabitanus, fcripfit:

Compagem artificiofam totius Summæ Theologiæ S. Thomæ Aquinatis. Valentiæ 1592. 8.

F. IOANNES DE MIRANDA, ordinis Minorum, fcripfit, Waddingo auctore:

De Senfibus Sacræ Scripturæ. Salmanticæ 1625.

IOANNES DE MIRANDA, fi appellationis teftimonio credimus noftras eft, qui dum apud Italos verfatur fcripfit Italice:

Offervationi della lingua Caftigliana. Venetiis 1567. 8.

Ex Italico Maximi Trojani Neapolitani dedit vulgaria:

Los Dialogos de las bodas de Guillermo Conde IV. Palatino del Rin y Duque de Babiera y Madama Renata de Lorena. Venetiis 1564. in 4.

De la Venida de los Serenifimos Archiduques de Auftria y de la Reyna Chriftierna de Dinamarca y los Principes de Germania a la ciudad de Monaco. Ibidem eodem anno in 4.

F. IOANNES MIXANGAS, Auguftinianus, apud Indos religionis negotium, quod fermone atque piis congreffibus coram expediebat, de fcripto etiam, editis concionibus propria gentis lingua, Mexicano fcilicet idiomate, procuravit, his nempe:

Primera parte de Sermones para las Dominicas y fieftas de los Santos. Mexici 1624. in 4.

Efpejo Divino: de quibus Antonio Leoni *Bibliothecæ Indicæ* fcriptori credimus, tit. XVIII. *Partis occidentalis.*

IOANNES MOGROVEJO, formavit:

Arbol de los Veras. Mediolani 1636.

IOANNES MOHEDANUS, patria ex oppido Pedroche Cordubenfis diœcefis, in collegium, quod Vetus, five Sancti Bartholomæi, vocant, Salmantinæ academiæ receptus cathedram in fchola obtinuit, ex qua Codex Juftiniani explanatur. Unde ad Joannis Taveræ, Compoftellani antiftitis, vices gerendas, feu vicarii munus exercendum, profectus meruit quoque ad maximum ecclefiafticæ monarchiæ tribunal, Romanam nempe Rotam, judex mitti a Carolo Cæfare, tandemque Ravellenfis epifcopus (Ravello pofita urbs eft in principatu, quem vocant Citra, Neapolitani regni, cujus fedes unita Scalenfi nunc eft) in locum Antonii Lunelli, etiam Hifpani, anno præteriti fæculi uno fupra quadragefimum creari. Propofitus quoque fuiffe dicitur ab eodem Cæfare ante alios, ex quibus uni deberet Paulus Pontifex III. coccinei infignis honorem conferre; nec tamen electus propter privatas quafdam cum Paulo, antequam publicam perfonam gereret, olim habitas fimultates. Quod tamen in libro quodam Bartholomæani collegii fcriptum vereor ne veritate deficiatur; quemadmodum temere, credo, adjunctum eft ibidem Mohedanum noftrum pro expedienda fyndicatus, ejus qui tunc erat proregis, caufa Neapolim miffum rempublicam interim adminiftraffe, ibique diem extremum, nempe anno MDL. obiiffe. Quod utique, rerum habenas tunc temporis ufque ad annum MDLII. Petro Toletano, marchione de Villafranca, conftanti apud Cæfarem gratia, continuoque fere XXII. annorum imperio tenente, argumento ipfo temporis venit exclufum. Floruit Joannes Mohedanus doctrina, divitiis, liberalitate aliifque virtutibus, reliquitque, Antonii Auguftini cura poft aliquot annos edendas:

Decifiones Rotæ Romanæ. Bononiæ 1578. in 8. Romæ 1589. in 4. Demumque cum *Addi-*

ditionibus Pauli Bonfilii. Ibidem 1604. in 4.

Denatus anno MDXLIX. dicitur a Ferdinando Ughelò in *Italia sacra.* Hic forsan Mohedanus est Hispalensis canonicus, cujus recordatur Joannes Genes. Sepulveda *epistola xxx.* ad Petrum Messiam scribens.

IOANNES DE MOLINA, ex Civitate-Regali Castellæ Novæ, Valentiæ incola, bachalauri appellatione perpetua in his, quæ post se reliquit, industriæ suæ monumentis dignosci voluit. Ea sunt Hispanicæ Latinorum scriptorum interpretationes sequentes:

Chronica de los Reyes de Aragon; ex Lucio Marinæo Siculo. Valentiæ apud Joannem Jofre 1524. folio ad D. D. Alphonsum de Aragon, Ampuriensem comitem, Segobricensemque ducem.

Lucio Marineo Siculo de las cosas memorables de España. Compluti 1539. in folio.

Antonio Panormita de los dichos y hechos del Rey Don Alonso de Napoles. Burgis apud Joannem Juntam 1530. in 4. Cæsaraugustæ 1553. apud Augustinum Millan.

Homiliario de Alcuino: sive seriem homiliarum diversorum veterum Patrum toto anni circulo recurrentium, quod opus Alcuinus, Caroli magni præceptor, in gratiam Regii alumni atque Imperatoris piissimi composuit. Valentiæ 1552. in folio, apud Joannem Navarram.

Epistolas de San Geronymo. Valentiæ apud Georgium de Castilla 1526. folio.

Los Triunfos de Appiano: ad Rodericum de Mendoza, Valentini regni proregem, Zeneti marchionem, Valentiæ 1522. folio. Singulares nempe Appiani libros, secundum tamen Publii Candidi, quam quidem noviores ut rusticam aspernantur, versionem. At ejusdem de *Bello civili* opus alterius curæ relictum est.

Confesionario de Juan Gerson. Compluti 1519. 4. Item:

Gamaliel: sive Gamalielis, ut credidit, librum ex Catalana lingua convertit, continentem plura capita de vita Christi, Deiparæque Virginis, Gamalielis utique: de quo *Actorum* v. 34. & xxii. 3. Valentiæ apud Joannem Jofre 1525. in 4.

IOANNES DE MOLINA, Malacitanus, jurisconsultus, collegit, amplissimoque antistiti Conchensis urbis, D. Michaeli Muñoz, nuncupavit:

Tractatum Differentiarum inter Jus Commune & Regium, tam in ultimis voluntatibus quam in contractibus & delictis. Vallisoleti per Franciscum Fernandez a Corduba 1551. 4. An autem hic sit anonymus de Molina, qui cum bachalauri titulo dumtaxat de rebus Gallæciæ metrice scripsit, nondum comperi, quamvis & cognomentum & patria in utroque conveniat.

IOANNES DE MONCADA, Matritensis, Jesuita, sacræ Scripturæ per multos annos professor, Huetensisque collegii aliquando rector, edidit:

Commentarios in B. Judæ Apostoli Epistolam Canonicam. Item, aut alius ejusdem nominis, tractatum composuit:

De Conceptione Mariæ Virginis immaculata.

D. IOANNES DE MONCAYO ET GURREA, marchio de San-Felices in Aragoniæ regno, Divi Jacobi eques, donis musarum dives, edidit:

Rimas Poeticas. Cæsaraugustæ apud Petrum Dormer 1652. 4.

La Atalanta en octavas.

IOANNES DE MONTALEGRE, edidit.

Praxis civil. Matriti 1624. folio.

F. IOANNES DE MONTALVO, domo ex oppido Leza prope Lucronium in Rioxæ tractu, Augustinianus, ipseque D. Petri Guerreri, Granatensis archiepiscopi, ex fratre aut sorore nepos, in America scripsit:

La Vida del Venerable Padre Fray Juan Bautista de Moya: ejusdem ordinis, qui tum apud Indos, tum in Hispania magnarum floruit virtutum meritis inclytus. Auctorem habeo Joannem Gonzalez de la Puente, hujus ipsius familiæ sodalem, in *Chronici provinciæ Mechoacanensis* lib. iii.

IOANNES DE MONTALVO, Jesuita, rector collegii Matritensis, scripsit anno MDCXXXIII.

Una Carta a los Padres Rectores de la provincia de Toledo, en que refiere la muerte del P. Geronymo de Florencia de la misma Compañia de Jesus.

F. IOANNES DE MONTANCHES, Augustinianus ex Salmantina domo, circa annum MDXVII. (ut Hieronymus Romanus centuria xii. *Chronici* hujus ordinis nos docet) *Chronicon* & ipse *Augustinianum* digessit. De quo opere nil ultra notum habemus.

IOANNES MONTEIRO, Lusitanus, ex oppido Meiamfrio dioecesis Portuensis, Jesuita, in Sinensi missione edidit ejus gentis lingua:

Compendium Legis divinæ. Item:

De

De vero & falso cultu Dei: in quo agit de adoratione. Nathanael Sotuellus in *Bibliotheca nova Societatis.*

IOANNES DE MONTEMAYOR, domo ex oppido Cenizeros Calagurritanæ dioecesis, Jesuitarum sodalis, varia apud suos munera gessit, pluribus in locis philosophicas ac theologicas literas docuit, doctrina judicioque spectatissimus. Qui tandem, cum antiquissimus omnium Societatis professorum jam esset, in ultima senectute obiit Salmanticæ XIII. Martii MDCXLI. Varia responsa consultus dedit petentibus, necnon de rebus domesticis, atque item politicis, super quibus theologice fuerat interrogatus. Nempe:

Super Matrimonio Caroli Principis Walliæ cum Serenissima Maria Austriaca.

De Statutis Hispaniæ circa descendentes ex maculata origine.

De Censu constituto cum onere non redimendi nisi in moneta argentea, utrum aliquando ærea possit redimi.

De Ordine Judiciario aliquando in Societate servando.

De Bonis, quæ nostri Societati donarunt, an, si dimittantur, sint restituenda.

Responsionem ad quinque calumnias in Societatem Salmanticæ jactas.

De Jure Societatis Jesu ad legatum a Serenissima Regina ei relictum in codicillo sine solemnitate Tabellionis.

De Jure Regis Catholici ad concedendum licite Religiosis facultatem exportandi aromata ex India orientali non solutis vectigalibus.

D. IOANNES DE MONTESDOCA, Hispalensis, philosophus ac theologus ætatis suæ in paucis clarus, ex quo tempore inter sodales collegii Bononiensis Hispanorum, XXIX. Maii MCCCCXCIII. in id admissus, vigere cœpit singularis ingenii & exquisitæ doctrinæ fama, certatim deinde ab omnibus Italiæ academiis maxime ambitus, & magnis fuit conditionibus ad philosophiam docendam invitatus. Bononiæ primum docuit artem sophisticam anno MCDXCIX. sequenti vero sæculari logicam. Inde Carpos se contulit Alberto Pio, hujus loci Principi, viro literis eximio, ut morem gereret, Minoribusque cœnobitis ejusdem oppidi, ob inopiam domestici præceptoris, Scotum explanaret. Sed Bononiæ iterum se sistens annum ejus sæculi septimum philosophiæ repetita professione signavit. Princeps autem Carporum hominem tractandis magnis negotiis idoneum visum abripuit ab schola, & in Germaniam Belgiumque destinavit, quo tempore, coeuntibus præcipuis Europæ Regibus, ictum fuit Cameraci foedus contra Venetorum rempublicam. Reversus tamen, Bononiæ tertium jam philosophiæ suæ ac ordinario præceptoris muneri adhæsit, biennio quidem Alexandrum Achillinum, triennioque inde proximo Petrum Pomponatium, philosophiæ lumina, collegas sortitus. Anno XIV. evocatus Romam a Leone Pontifice plusquam sex annis idem docendi pensum volvit, ut Patavii ex anno XXI. ad quinque alios, scutorum sexcentorum stipendio conductus. Sed oblato sibi pinguiore alio octingentorum a Clemente VII. Papa ut Pisis doceret, anno XXV. venit iterum Romam, Pisisque mansit per annum, Florentiæque per alium annum, suo muneri incumbens. Bello autem calamitateque direptionis Romæ urbis hoc tempore, quiete Italiæ atque studiorum otio turbatis, interea destitit, usque dum restitutis in pristinum statum Pontificis rebus iterum ab eo benevole susceptus fuit, unaque cum cardinali Medicæo Genuam usque ad occursum Cæsaris Caroli pergere jussus. In quorum comitatu Bononiam venit an. MDXXIX. visitavitque suum collegium S. Clementis, censoriis vicibus cardinalis protectoris instructus. Hinc Urbi redditus, cum anno MDXXXII. iter in Bononiam dirigeret apud Perusiam urbem obiisse diem suum refertur. Hæc annotata habent sodales Bononienses de Joanne nostro in authenticis admissionum libris quorum participes nos fecit vir probus atque eruditus D. Emmanuel Cavallus Marotus, ex eodem collegio literis datis anno præterito MDCLXVIII. Balthasar tamen Porreñus in *Ægidii Cardinalis Albornotii vita* occisum eum fuisse a grassatoribus prope eam urbem; nescio unde affirmare potuit, sodalibus in tam accurata rerum quæ vivus gessit notitia rei nesciis. Certe hoc ipso tempore D. Antonius quidam de Berrio, ejusdem collegii Bononiensis, apud Fabrianum fuit interfectus, jacetque in oppido Roccacontrada nuncupato: quæ forsan Porreño fuit erroris occasio, falso alias & in assignanda nostro Joanni patria ex Aragoniæ regno, quem Hispalensem diserte appellat Joannes Genesius Sepulveda, domesticæ rei atque amici & collegæ hominis melior testis. Hic enim in *Antapologia* pro Alberto Pio Carpensi *Joannes Monsdocus*, ait, *Hispalensis, summus vir in doctrina Peripatetica, qui theologiæ quoque cognitione præstans Pisis atque Patavii maximis præmiis propositis philosophiam docuit.* Idemque in *Descriptione Collegii Bononiensis* simili elogio: *Dignissimus quoque qui inter præcipuos numeretur*, ait, *Joannes Montesdoca, Hispalensis, qui ut taceam quam in theologia ad Scoticam subtilitatem, quam potissimum æmulatur, proxime accedat, cum hujus memoriæ philosophorum* prin-

principibus æquo Marte certat de primo loco, quique nunc in celeberrimo gymnasio Patavino, philosophorum facile princeps, annuo sexcentorum ducatorum salario naturalem doctrinam docet. Nil tamen ab eo ex propriis lucubrationibus typorum luci fuit commissum, aliorum enim commentaria edere quam sua paratior semper fuit. Servantur tamen aliqua in bibliothecis manu adhuc tantum exarata, ut legimus in *Patavina* Philippi Thomasini, nempe:

Expositio ejus (sub nomine *Joannis Hispani*) in *Primum librum de Cœlo Aristotelis.* In ædibus Marci Antonii Gabrielli, nobilis Patavini, D. Marci equitis, inter opera MSS. Petri Pomponatii, volumine quinto. Item eorumdem volumine decimo extat:

Quæstio de Primo cognito Domini Joannis Hispalensis. Cui subjuncta est hæc nota: *Finis MDXXIV. die v. Aprilis*, quo tempore, ut vidimus, Patavii docebat.

Quæstio de Minimis, examinata ab excellentissimo Doctore Joanne Hispano MDXXIV. VI. kal. Augusti. In fine est: *Et ista sufficiant pro hac quæstione, & pro lectura hujus anni MDXXIIII. XIX. kal. Septembris. Finis huic quæstioni sub Excell. Joanne Montedocho Hispalensi in gymnasio Patavino, quod faustum, felixque sit.*

Quæstio an dentur dimensiones interminatæ coæternæ materiæ primæ, examinata sub Joanne Hispano in Quintum Physicorum comm. 63.

Dubitatio ejusdem in textum 76. lib. III. de Anima. Omnia hæc apud laudatum Gabriellum. Thomasino pag. 98. & 100.

Recollecta Mag. Joannis Hispani in VIII. libros Physicorum. Patavii MDXXV. Et:

Lectura in Prologum Averrois ejusdem *Joannis Hispani.* In bibliotheca Nicolai Trivisani. Thomasinus pag. 110. & 112. qui & refert habere se domi:

Expositionem Joannis Montedoca Hispani in librum IX. Physicorum, & lib. II. textus VIII. Patavii MDXXIII. pag. nempe 132.

Vulgavit Joannes noster, æquus aliorum famæ, quod virum probum maxime decuit:

Aristotelis Parva naturalia, cum interpretatione & notis Nicolai Leonici Thomæi. Venetiis 1523. Dein Parisiis apud Ludovicum Craneum 1530. in folio. Qui in epistola quadam præambula ad discipulos scholasticos Patavinos *Valete*, inquit, *juvenes nobilissimi, & proficite, & majorum vestigiis nixi ingenue me docente operam philosophiæ impendite, explosis e gymnasio isto nostro sophistarum cavillamentis & nugis*: kalendis Octobris Patavii data MDXXII.

Lecturam Fratris Pauli Scriptoris ordinis Minorum de Observantia, quam edidit declarando subtilissimas Doctoris Subtilis sententias circa Magistrum in primo libro. Carpi per Benedictum Dulcibellum, Carpensem, anno 1506. Ad cujus editionem sic præfatur noster: *Joannes Montesdoca, Hispanus, artium ac theologiæ professor, fratribus Minoritanis ab Observantia provinciæ Bononiensis, in cœnobio Carpensi discipulis suis S. P. Egistis mecum sæpenumero, optimi patres, ut meas quasdam in Joannem Scotum, auctorem exactissimum, annotationes ederem. Quod ego pertinacissime recusavi: non quin vobis morem gestum nollem, id enim vix sine piaculo facere possim; sed quia nihil plane haberem editione dignum, nec ad eum usum scripseram, sed memoriæ causa (ut fit) paucula quædam in libellum retuleram. Verum cum acrius instaretis, nullusque esset apud vos deprecationi locus, excogitavi quo pacto & vestræ isti cupiditati satisfieret, & mea fama in tuto collocaretur. Incidimus nuper in acutissimum Joannis Scoti interpretem Paulum, cognomento Scriptorem, vestri loci ac ordinis hominem, quem, quoniam in tota Italia rarissimus inventu foret, nostro sumptu ac labore pulcherrimis typis excudendum dedimus Benedicto Dulcibello, Carpensi, singularis exempli artifici, ut ea re nobis simul & sacrarum literarum studiosis omnibus prodessemus. Pro quo illam unam mercedem a vobis peto, ut vestris apud Deum Opt. Max. precibus assidue juvetis Albertum Pium, divino principem ingenio, & totius philosophiæ ac theologiæ consultissimum, vitæ præterea integritate & morum sanctitudine (absit invidia verbo) nemini secundum: cujus jussu vobis Scotum magna frequentia quotidie prælego; illi hoc, quidquid est, munusculi acceptum feratis, illius beneficium, illius vocetur obsequium. Valete. Carpi MDVI. kal. Aprilis.* Ex nota autem in fine libri adjecta constat Paulum hanc lecturam fecisse in conventu fratrum Minorum in alma universitate Tibignensi anno salutis 1498. quod observatum volui, cum apud Waddingum nil de ætate, qua Paulus Scriptor floruit, annotatum legam.

Lecturam item *Excellentissimi sacræ theologiæ magistri Gratiani Brixiensis in Secundo libro Sententiarum ejusdem Scoti.* Ibidem eodem anno in folio. Franciscanus & hic, cujus Waddingus quoque meminit, & Joannes Genesius Sepulveda in *Antapologia pro Alberto Pio adversus Erasmum*, Alberto eidem Pio admodum carus, ut constat ex nuncupatoria epistola, quam, quod raro in manus veniat hæc editio, æque ut priorem illam subjungere placuit. *Alberto Pio, inclyto, Carpensi principi, Joannes Montesdoca Hispanus felicitatem. Multi vivos amant tantummodo; complures ne vivos quidem ex animo, sed eos cal-*

callida amoris ſimulatione ad tempus proſequuntur, utilitati non officio ſervientes; pauciſſimi defunctorum amicos agunt. Tu vero, princeps & inclyte, quos ſemel in tuam fidem & amicitiam recepiſti ita complecteris ut eos & incolumes adhuc aſſiduis beneficiis cumules, & fato abſumptos familiariſſime deſideres, ipſorumque memoriam quoquo pacto prorogare ſtudeas. Indicio eſt Fr. Gratianus noſter, in ſacris literis præceptor, quem tu ſane, dum vixit, humaniſſime & liberaliſſime tractaſti, ubi deceſſit, ab interitu vindicare non deſinis. Quare edixiſti ut ejus lucubrationes, tibi nominatim dicatæ, ad communem omnium utilitatem per me quam emendatiſſimæ in lucem exirent; quod ego tam diligenter quam libenter præſtiti. Debeo enim tibi, debeo illi, hanc curam & intenſionem. Spero futurum ut apud juſtos rerum æſtimatores pietatis tuæ ac beneficentiæ fructum capias ſempiternum. Vale. Carpi MDVI. kal. Maii. Laudant Antonius Riccobonus in *Gymnaſii Patavini* lib. I. cap. XV. Jacobus Philippus Thomaſinus in ejuſdem argumenti lib. III. cap. XV. Alidoſius Bononienſis in *Tractatu DD. exterorum, qui Bononiæ docuerunt Theologiam* &c. lit. I. Angelus Portinarus in *Hiſt. ſeu fœlicitate Paduæ*, lib. VII. cap. IV. pag. 234. tamdemque Joannes Geneſius Sepulveda in *Hiſt. Ægidii Albornotii*, ſeu *Deſcriptione collegii S. Clementis*, omnino videndus.

IOANNES DE MONTESDOCA, medicus, ſcripſit:

De Febris peſtilentis eſſentia. Hiſpali anno 1630.

IOANNES DE MONTOYA, Matritenſis, Dominicanus provinciæ Bæticæ, ejuſdem, ut dicere amant, generalis concionator, ſcripſit:

La Regla de S. Aguſtin y Conſtituciones de las monjas de Santo Domingo, con ſus declaraciones; y un Tratado de los tres votos de la Religion. Cordubæ 1600. in 8. typis Andreæ a Barrera.

Del Roſario de Nueſtra Señora: ex libris Ludovici Granatenſis. Cordubæ anno 1592. in 8.

IOANNES DE MORA, Toletanus, presbyter, ſcripſit, nuncupavitque D. Garſiæ a Loaiſa, Philippi Principis tunc præceptori:

Dos Diſcurſos morales. Matriti 1589. in 4. apud Petrum de Madrigal. In priore regulæ his addiſcendæ, præceptaque traduntur, quibus cordi & curæ eſt in aula vel inter cives ſuos ſine reprehenſione verſari; poſterior alia de moribus continet.

Explicacion de las efigies de los Emperadores de Suetonio impreſas por Felipe Galleo. MS. in folio. Vidit Tamajus.

F. IOANNES DE MORALES, Bæticus, Malacitanus, Joannem Valentiam, eximium ævi ſui liberalium artium profeſſorem ac poetam, in grammaticis habuit præceptorem; deinde ſeſe familiæ ac inſtituto tradens fratrum Minimorum in patriæ civitatis domo, rexit eam aliquando, imo & provinciam integram, ſcripſitque:

Epitome de la fundacion de la provincia de Andalucia de la orden de los Minimos de San Franciſco de Paula. Malacæ 1619. in 4. apud Joannem Rene.

IOANNES MOREIRA, Luſitanus, ex Beira provincia, ſcripſit:

Perfeito Parroco. Oliſipone apud Joannem da Coſta 1675. in folio.

F. IOANNES MORENO, Franciſcanus, ſcripſit, uti Lucas Waddingus ait:

Eſtaciones del camino del cielo.

IOANNES MOSQUERA, Jeſuita, ex Italico vertit:

Relacion de la Conquiſta del Imperio paterno del Principe Demetrio Duque de Moſcovia en el año de MDCV. y ſu coronacion. Pinciæ apud Andream de Merchan 1606. in 8.

F. IOANNES DE MUNIESA, Aragonus, ex oppido Lezera Cæſarauguſtæ diœceſis, Franciſcanus, tum ſuæ provinciæ præfectus, tum virginum Deo ſacrarum Matritenſium Excalceatarum a confeſſionibus miniſter, deinde anno MDCLXI. commiſſarius generalis totius familiæ ultramontanæ creatus, edidit:

Sumario de la Eſclavitud de Jeſus ſacramentado, Maria Inmaculada y Joſeph Juſto, intitulada, Rebaño del Buen Paſtor, aprobado por la Santidad de Inocencio X. con Bula eſpecial y grandes Indulgencias. Cæſarauguſtæ anno 1654. in 16.

Obiit paralyſi correptus Matriti die VII. Septembris MDCLXVI. vir modeſtia & pietate in paucis clarus.

F. IOANNES DE MUÑATONES, Joannis Sancii a Birvieſca & Joannæ a Muñatones, nobilium parentum, proles, Auguſtinianuſque ſodalis in Toletana domo. Carolum Imperatorem in Germania diu comitatus eſt a concionibus ſacris ei miniſter, necnon & Carolum, Cæſaris nepotem, Hiſpaniarum Principem, literas docuit. Segobricenſis

(qui idem tunc erat cum Albarracinenſi) epiſcopatus infulis jam ſeptem annis decoratus ſynodo interfuit Tridentinæ, quæ circa annum MDLXII. celebrabatur, & circa annum MDLXX. obiiſſe diem ſuum dicitur. Scripſit breviter Latine, quam, deinde a ſe in vernaculum converſam, *Hiſtoriæ Domus Salmantinæ Auguſtinianæ* Thomas de Herrera intexuit cap. XXI.

La vida del Bienaventurado Santo Thomas de Villanueva Arzobiſpo de Valencia.

Meminit etiam ejus in *Alphabeto Auguſtiniano* pag. 442.

F. IOANNES MUÑOZ, ordinis Minorum, ſacræ theologiæ lector emeritus, ſcripſit:

Diſſertationes & argumenta Complutenſium circa varias Sacræ Theologiæ doctrinas &c. Cæſarauguſtæ 1649. in 4.

IOANNES MUÑOZ, procurator cauſarum in urbe Oſcenſi Aragoniæ regni, edidit:

Practica de Procuradores. Matriti anno 1603. in 4. & 1659. & prius apud Suarez de Caſtro 1596. in 4.

F. IOANNES MUÑOZ, Cæſarauguſtanus, Carmelita, vicarius provincialis Aragoniæ, reliquit in Cæſarauguſtani cœnobii bibliotheca MSS.

Sermones de Quareſma, de Adviento y de Santos: tribus voluminibus.

Obras de devocion y oraciones: lib. I. Uti refert *Paradiſi Carmelitici* auctor.

IOANNES MUÑOZ DE GALVEZ, collegii Hiſpalenſis Jeſuitarum rector, necnon Bæticæ provinciæ præfectus, edidit:

Carta a los Superiores de la provincia de Andalucia, de la muerte y virtudes del P. Diego Ruiz de Montoya. Hiſpali anno 1632.

IOANNES MUÑOZ DE PAMPLONA, Aragonenſis, advocatus celebratæ facundiæ altero ſæculo, codicem *Fororum, ſive Legum Regni Aragoniæ* juxta ſeriem Juſtinianæi codicis digeſſiſſe dicitur, ſi Gaſparo Eſcolano credimus, qui codex, cum titulo *Fueros y obſervancias del Reyno de Aragon*, poſt priores alias editiones prodiit anno 1667. in folio.

IOANNES MUÑOZ DE PERAL, centuriæ equitum præfectus, & cataphractorum turmæ Alcanicienſis marchionis procenturio, ſcripſit.

Reglas militares para el ſervicio de la Cavalleria. Cæſarauguſtæ 1640. in 8.

IOANNES DE NABASQUES, Sangueſſanus in regno Navarræ, medicus, publicavit:

Joannis Meſue Damaſceni librum I. ſeu methodum medicamenta purgantia ſimplicia deligendi & caſtigandi, theorematis quatuor abſolutum, cum interpretatione & expoſitione. Cæſarauguſtæ 1550. in folio.

D. IOANNES DE NARBONA, Toletanus, canonum doctor, natus an. MDXCI. Curionem prius in urbis hujus æde ſacra maxima, & in gymnaſio Sexti Decretalium profeſſorem ac Decretorum præſtitit, vicarium deinde Toletani præſulis ibidem, atque inde in ampliſſima Matritenſi curia. Unde & ad eccleſiam Sanctorum MM. Juſti & Paſtoris Complutenſem, quæ veluti ſedes emeritorum eſt, dimiſſus, abbas major ut vocant, ſeu præfectus, agebat ante paucos annos. Hic frater germanus eſt, & quidem natu maximus, Alphonſi ac Didaci Narbonarum, Eugenii ex fratre Alphonſo nepos, quorum omnium in monumentis literarum editis extat memoria. Scripſit noſter:

De Appellatione a Vicario ad Epiſcopum tractatum..... 1615. in 4.

F. IOANNES DE NATIVITATE, Luſitanus, ex oppido Ouren diœceſis Leirienſis, Matritenſis tamen domus fratrum, quos vocant Mercenariorum Regulæ Reformatæ, alumnus, Siciliæ provinciæ, quam a S. Raimundo Nonnato vocant, bis præfectus, MS. reliquiſſe dicitur:

Curſum Artium: tribus tomis.

Octogenarius deceſſit.

IOANNES NAVARRO, Valentinus, Alcodianus, presbyter, totos XXX. annos oratoriæ facultatis profeſſor publicus in academia Valentina, qui primus omnium (ait Scotus in *Bibliotheca*) gymnaſium hoc muſarum domicilium reddidit, propter eruditionem pari probitate conjunctam carus omnibus venerabiliſque. Habuit, ſed nunquam edidit:

Orationes doctiſſimas *Paræneticas* plures *Contra Sophiſtas. De ſtudiis.* Atque *De optima Juventutis inſtitutione.*

IOANNES NAVARRO DE ZUÑIGA ET ALVARADO, edidit:

Informacion en derecho divino y humano por Maria Santiſima &c. *en el injuſto pleyto de ſu inmaculada Concepcion.* Matriti anno 1651. in folio. Item libellum cui titulus eſt:

Gloſa de la Salve en decimas. Salmanticæ 1649. in 4.

IOAN-

IOANNES NAVEROS, Complutensis, artium theologiæque professor, Joannem Medinam in sacris literis magistrum habuit, scripsitque:

Expositionem super duos libros Periermenias Aristotelis. Compluti anno 1533. apud Michaelem de Eguia in folio, & apud Joannem Brocar anno 1543. in folio.

Theoremata super universalia Porphyrii.

D. IOANNES DE NAXERA, tribunus militum in Chilensibus bellis, MS. reliquit, Antonio Leonio auctore in *Bibliotheca Indica* tit. IX.

Relacion de la Guerra de Chile.

F. IOANNES NEGRON, sodalis Mercenariorum provinciæ Castellæ, cui & præfuit, & in cujus academia Pinciana creatus doctor Durandum ex propria cathedra, atque inde philosophiam naturalem docuit. MS. reliquit in ejusdem urbis cœnobio:

De Sacramentis in genere & in specie grande volumen. Cujus rei mihi auctor est illustris. D. D. Gabriel de Adarzo & Santander, Hydruntinus episcopus, ex eodem ordine assumptus.

IOANNES NICOLAUS CREUSNADES, Valentinus, Segobricensis, in nosocomio generali urbis Valentinæ a sacris, edidit:

Fiesta que la ciudad de Valencia hizo a la Concepcion purisima de Nuestra Señora y certamen poetico. Valentiæ 1623. in 8.

Sermon predicado en las Honras de la Serenissima Infanta Doña Isabela Clara Eugenia, Condesa de Flandes a 13. *de Marzo de* 1634. *en Valencia en el Convento de San Francisco.* Valentiæ 1634. in 4.

IOANNES NUÑEZ Granatensis, si fidem præstamus Francisco Pedrazæ, Granatensium rerum chronographo, scripsit:

Las Vidas de los Arzobispos de Granada.

F. IOANNES NUÑEZ, Augustinianus, tanquam unus ex Mexicanis scriptoribus ab *Alphabeti Augustiniani* auctore Thoma de Herrera laudatur (nihil ultra addito) pag. 486.

D. IOANNES NUÑEZ DA CUNHA, Lusitanus, scripsit:

D. Pedro o cruel de Castella, sive hujus Regis vitam.

F. IOANNES NUÑEZ FRANCO, Bæticus, ordinis Deiparæ Mariæ de Mercede, sacræ theologiæ magister, scripsit:

Exercicios Espirituales. Hispali 1623. in 4. Et:

Conciones plures Evangelicas. Vixit & mortuus est pie admodum.

IOANNES NUÑEZ FREIRE, Lusitanus, Portum urbem patriam incolebat, scribens ligata numeris tam Lusitanis quam Castellanis, solutaque oratione:

Os Campos Elysios. In Portu Lusitaniæ 1624. in 4.

Grammaticam quoque Cardosus attribuit.

D. IOANNES NUÑEZ DE LA PEÑA, patria ex urbe La Laguna insulæ Tenerife, unius ex Fortunatis, scripsit bonus patriæ civis:

Conquista y antiguedades de las Islas de Canaria, y su descripcion. Matriti in typographia Regia 1676. 4.

F. IOANNES NUÑEZ DE TORRES, Franciscanus provinciæ Sancti Jacobi, ejusque diffinitor, scripsit:

Instruccion de todos los estados de la Iglesia, autoridad y potestad de los Prelados. Salmanticæ apud Antoniam Ramirez 1618. 4.

Nescio an alius ab hoc diversus, Auberto Miræo laudante, ediderit:

Chronicon Ordinis Minorum usque ad annum MDXVII. tomis duobus.

F. IOANNES DE OCARIZ, Hieronymianus monachus, vertit ex Italico Cherubini Eremitæ Augustiniani, non ex Latino sermone, quo primum conceptus fuit labor:

Ceremonial y Rubricas generales del Misal Romano. Pampelone apud Thomam Porralis anno 1578. in 8.

F. IOANNES OCHOA, Dominicanus, sacræ theologiæ magister, in collegio D. Thomæ Hispalensi studiorum præfectus, deinde alterius collegii fundator extitit, cui a Monte Sion in eadem civitate inditum nomen est, vir literis & pietate suo tempore clarus. Fertur vulgo Ægidium & Constantinum Fontanum, ecclesiæ apostatas, virus suum clam & subdole apud Hispalim effundentes, a Joanne nostro primum de via recta decedere olim deprehensos, & apud judices rerum Fidei violatæ religionis postulatos, jureque damnatos, ignem a se in hac urbe sinceræ pietati admotum sua morte restinxisse. Scripsit:

Omnes primarias conclusiones omnium & singulorum articulorum partium D. Thomæ, additionumque in carmen redactas, quo facilius memoriæ mandari possint. Romæ anno 1565. in 8.

IOAN-

IOANNES OCHOA DE LA SALDE, priorem se dicens perpetuum Sancti Joannis Lateranensis, edidit:

La Carolea, enchiridion, que trata de la vida y hechos del Invictissimo Emperador D. Carlos: duabus partibus. Prior edita fuit Olisipone 1585. in domo auctoris; posterior adhuc desideratur.

Coronica del esforzado Principe y Capitan George Castrioto Rey de Epiro o Albania: ex Lusitanico in Castellanum conversum ab auctore. Hispali 1528. in folio. Cur tamen non e Latino Marini Barletii?

D. IOANNES OCHOA DE VELENDIZ, apud Salmantinum S. Mariæ Magdalenæ collegium sodalis togatus, scripsit:

Elucidationem novam ad L. In Summa LXV. §. *Si servum* 8. *De Condict. indebiti.* Compluti in 4. Sive *De Juribus Clientium erga Patronos.*

F. IOANNES OLIVA DE S. JOSEPHO, Franciscanus Nudipes ex provincia S. Gabrielis Estremaduræ, scripsit:

El Amigo Confesor. Mediolani in 4.

IOANNES OLIVER, Alcodianus (Alcoy locum vocant) ex Valentino regno, scripsit:

Prosodiam, Valentiæ editam 1564. 8.

D. IOANNES DE OÑATE ET CONTRERAS, edidit:

Guia manual para el cielo. Anno 1671.

F. IOANNES DE ORCHE, natus in oppido cognomine Alcarriæ (quomodo vocamus septemtrionalem Castellæ Novæ partem) Hieronymianus frater in domo Parralis Segoviensi, scripsit sub nomine Laurentii Calveti, fratris:

Historia de la vida del glorioso S. Frutos Patron de la ciudad de Segovia y de sus hermanos S. Valentin y Santa Engracia &c. Pinciæ 1610. 8. Vide in Laurentio Calvete.

F. IOANNES DE ORDAS, Augustinianus, cum vicarius fuisset coenobii monialium reformatarum ejusdem ordinis oppidi Eybar in provincia Guipuscoæ scripsit:

Vida de la venerable madre Mariana de la Fee: quæ sanctitate floruit in eadem domo. Meminit hujus historiæ ut propediem edendæ Ludovicus Muñozius in *Vita venerabilis Matris Marianæ a Sancto Josepho*, introductione ad lib. II.

IOANNES DE ORTEGA, domo ex oppido Albanchez, in Regia oceani classe vexillifer atque instructoris aciei adjutor erat (quod totum apud nos audit Alferez y Ayudante de Sargento mayor de la armada Real) cum scripsit:

Numerato de quatro esquadrones, y declaracion por donde se sabrá el Aureo numero y la Epacta y Luna y mareas. Gadibus 1624.

F. IOANNES DE ORTEGA, Dominicanus provinciæ Aragoniæ, scripsit vulgari lingua, correctum postea ab aliis ut inscriptio ostendit:

Tratado sutilissimo de Arithmetica de nuevo enmendado por Juan Lagarto y antes por Gonzalo de Busto. Granatæ 1563. 4. Primum prodiit Hispali apud Joannem Cromberger 1537. in 4.

Floruisse circa annum MDLXVII. affirmat Joannes Marieta.

F. IOANNES DE OSNAYA, mihi de cetero ignotus, scripsit:

Relacion de la guerra del Almirante de Francia contra el Emperador Carlos V. en Italia con la batalla de Pavia donde fue preso el Rey de Francia. MS. erat in 4. in bibliotheca Olivariensi.

IOANNES OSORIUS, ex oppido Villasandino Burgensis sacri territorii, Salmanticæ admissus juvenis ad Societatem, postquam graviores disciplinas didicisset, posteaque docuisset, concionatorio muneri totus incubuit, cujus monumenta hæc ad posteros curavit pervenire:

Concionum nempe quinque volumina: quæ in Hispania primum, deinde Antuerpiæ, Parisiis, Coloniæ, Venetiis ab anno 1594. prodierunt. Sextum absolutum reliquit. Necnon et:

In Ecclesiastem Commentarios attribui ei refert Alegambius.

Denatus fuit Medinæ-campi in collegio anno MDXCIV. ætatis suæ LII.

F. IOANNES DE OVANDO, Franciscanus, patria Cazerensis, in provincia S. Jacobi cœnobioque Salmantinæ urbis theologiam docens florenti fama, dum viveret, functus est. Scripsit vero nostrate lingua:

Tratado Pastoral, sive de instructione prælatorum. Salmanticæ 1601. in 4. apud Didacum de Cussio.

Consideraciones y exercicios santos sobre los Evangelios de las Dominicas despues de Pentecostes. Ulisipone apud Ludovicum de Estupiñan 1609.

Discursos predicables sobre los mysterios de la Fee. Compluti apud Joannem Gratianum 1593.

1593. in 4. Latini autem prodierunt Venetiis apud societatem Venetam 1605. Lugdunique 1606. in 8. Item Parisiis. Præter hæc refert in hunc censum Waddingus:

Commentaria in tertium librum Sententiarum.

Expositionem in Symbolum Apostolorum. Compluti 1593. in 4. quod vereor ne idem opus sit cum *Prædicabilibus de mysteriis Fidei discursibus*, supra laudatis.

Cæremoniale Officii divini: quod quidem ipse ab aliis compositum edidit Toleti 1591.

Joannis Ovandi tractatus *de Incarnatione ad Concionatores divini Verbi pertinens*, Salmanticæ editus in 4. alicubi est.

D. IOANNES DE OVANDO, edidit:

Ocios de Castalia en diversos poemas. Malacæ 1662. in 4.

D. IOANNES DE PADILLA, Carthusianus monachus, antiquata jam carminis forma scripsit:

Retablo de la vida de Christo. Hispali apud Joannem de Vela 1518. in folio: adjungendus Theodori Petrei *Bibliothecæ Carthusianæ.*

F. IOANNES PADUANUS, vulgo DE PADUA, Lusitanus, ordinis Minorum, scripsit:

Manuale Chori secundum usum fratrum Minorum & monialium Sanctæ Claræ: quod de novo correctum, & in multis auctum, juxta *Missale & Breviarium Romanum* Pii V. & Clementis VIII. Ulisipone ex officina Petri Craesbeck prodiisse refert Waddingus.

IOANNES PAEZ DE CASTRO, natus in oppido quodam territorii urbis Guadalaxaræ, quod D. Thomas Tamajus, dum de hoc agit in *Notis ad Luitprandi Chronicon* pag. 42. Querium (forte Quero est) vocat, chronographus Regius Philippi II. atque eidem a sacris. Quantumvis ejusdem Tamaii judicio nihil scripserit, aliorum tamen testimonio nonnihil elucubravit, quare in hanc *Bibliothecam* pedem inferre debeat. Legimus enim in *Archivio Complutensi*, quod comprobandis Francisci Ximenii cardinalis rebus, compertæque pietati ejusdem *Vitæ* appendit collegium Complutense, operis auctor, sive auspex, Joannem nostrum quemdam librum a se elucubratum in bibliotheca Scurialensi Regia reliquisse, ubi de clarissimo isto viro & Orani in Africana ora expugnatione agit, quo innuitur *Historiam rerum sui temporis*, aut paulo superioris, eo contineri. Quæresis ejusdem *Archivii* pag. 90.

D. IOANNES PAEZ DE VALENZUELA ET CASTILLEJO, Cordubensis pesbyter, scripsit:

Nuevo estilo y formulario de escrivir cartas misivas y responder a ellas. Cordubæ 1630. 4. Luciferi fano 1645. 8.

Vida del Siervo de Dios Francisco de Santa Ana, primer Hermano mayor de los Ermitaños del desierto del Albayda de la ciudad de Cordoba. Bis hæc edita est, & quidem secundo locupletior Cordubæ 1626. in 4.

IOANNES DE PAIVA, Conimbricensis, atque ejus scholæ doctor theologus, Deiparæ Virginis de Penacova, quæ istiusmet Conimbricensis dioecesis ecclesia est, præfecturam (prioratum vocant) cum obtinuisset, apud Lamecenses deinde canonicum, quod Doctorale audit, sacerdotium gessit. Quo munere ornatus dedit in vulgus:

Doctrinale Sacræ Scripturæ omnes illius sensus, tum literales, tum mysticos, necnon canones, hoc est, regulas interpretandi ac intelligendi sacras literas, phrases præterea, modosque ac versiones libris XXIII. complectens: Conimbricæ apud Didacum Gomez de Louteiro 1631. folio.

IOANNES DE PAIVA, Lusitanus, Ulisiponensis, Jesuita, edidit, sub nomine Joannis de Brito Quartanario, Emmanueli a Noronha, Conimbricensi episcopo, Lusitana lingua:

Compendium Cæremoniarum, quæ observari debent in celebranda Missa. Olisipone apud Dominicum Carneiro 1671. in 4.

D. IOANNES DE PALAFOX ET MENDOZA, Jacobi, Harizæ in Aragoniæ regno marchionis, filius, natus in eodem atque educatus. Cum ad capiendam disciplinam, viro nobili dignam, sese in scholam Salmanticæ urbis contulisset, jam inde cœpit altissimæ indolis documenta in vulgus edere; quam adultior & justa ætas maximis quibuscumque negotiorum momentis, præcipueque exercendis eloquentiæ artibus, parem utique manifestatura videbatur. Sed quominus data ei esset colligendæ hinc, unde maximam poterat, laudis copia & occasio, juris studium fecit; cui, utpote reipublicæ gerendæ necessario, destinatus eo venerat. Deest namque hodie jam primi subsellii jurisconsultis, qui jus ex munere dicunt, opportunitas, quæ olim fuit tam frequens, in conspectu hominum artificiose ac laudabiliter dicendi; vereque tota hæc plausus & gloriæ seges in Evangelici præconii buccinatorum hujus nostræ ætatis gremium recidit.

Ap-

Applicuit virum, rebus jam maturum, Rex noster Philippus IV. tuendis fisci sui rationibus in Bellicæ rei senatu; quo initiatus ad majora quæque munera viam sibi amplam communivit, imbibito interim efficacissimo & manifestissimo pietatis studio, quod ea virtute, eoque gradu hominem summe decebat, promptosque illi ad sacræ politiæ ordinem capessendosque ecclesiæ honores aditus patefecit, subsidiaque fidissima comparavit. Quare districtum jam aliquot annis concilii hujus Bellici, deindeque alterius, quod Indicarum rerum curæ intendit, cognitionibus, serenissimæque Imperatricis Mariæ archieleemosynarium, ecclesia episcopalis Angelopolitana in Nova Hispania Americæ III. die Octobris MDCXXXIX. Regia nuncupatione pastorem sortita est. Ingerenda hujus administratione singularem ejus industriam, caritatem ardentissimam, perfectamque ad muneris præscriptum vivendi formam omnes hominum ordines constantissime celebraverunt; præcipueque paternam atque Evangelicam curam in istius regionis impensam, qui ad fidem olim perducti Christianam spirituali pabulo deficiebantur. Nisi quod ob pervicaciter defensas ordinis sui & officii rationes in magnas difficultates incidit, nonnumquamque ad evitandum vitæ periculum latebris se committere antistes sacrorum opus habuit; quinimo a Rege evocatus remeare in Hispaniam. Quo cum advenisset, gestorumque pro dignitate tum episcopalis curæ, tum proregalis Mexicanæ provinciæ regiminis, quæ remoto hinc Didaco Pacieco, Escalonensi duce, demandata ei fuerat, rationes prudentissimo ac benignissimo monarchæ approbasset, primo in Aragonensium senatorum ordinem adciscitur, ac paulo post ad Oxomensem Hispaniæ nostræ ecclesiam transfertur. Qua in sede ab anno MDCLIII. Novembris XXIV. die usque ad supremum vitæ spiritum, pari modestia, virtutumque omnium ornatu ac morum sanctitate carus Deo & hominibus vixit. Qui, si theologiam professus fuisset, haberet plane hæc ætas quem in promovenda coram populis morum doctrina, concitandis componendisque affectibus, audientiumque animis ad arbitrium fingendis, veterum noviorumque eloquentissimis opponeret. Quem tamen defectum egregie supplevit libris quampluribus pro se relictis; quos insigni quodam elegantiæ atque facundiæ paratu, numquamque cessantibus vivacissimi ac fertilissimi ingenii luminibus, quasi ex tempore, nullo utique lituræ dispendio ut a domesticis accepimus, instruebat simul & ad unguem perficiebat. Ex iis hæc vidimus:

Discursos espirituales, hoc est, *Semanas espirituales. Jaculatorias del alma a Dios. Gemidos espirituales. Suavidad de la virtud. Reverencia que se debe al matrimonio. De las miserias de la vida y calamidades de la Religion Catolica. Peligros del agrado del varon espiritual entre mugeres. Breves documentos de la perfecta casada. Riesgos de la salud, y consuelos de las enfermedades. Manual de Sacerdotes, y otras cartas.* Matriti 1641. in 4.

Varon de deseos, en que se declaran las tres vias de la vida espiritual, purgativa, iluminativa y unitiva. Mexici 1642. in 4. Matritique.

Pastor de noche buena: quo libello, Cebetis Thebani inventum sequutus, Christianum hominem, præcipueque aliorum pastorem, absterret a vitiis, provocat ducitque ad virtutes. Sæpius typis mandatus fuit, tandemque Bruxellis 1655. in 12.

Semana Santa: Injusticias que intervinieron en la muerte de Christo nuestro Redentor. Mexici 1644. in 4.

Carta Pastoral a la Venerable Congregacion de San Pedro de la ciudad de los Angeles y a los Reverendos Sacerdotes de todo el Obispado. Mexici 1640. in 8. apud Bernardum Calderon.

Carta Pastoral a las Madres Abadesas y Religiosas de los Monasterios de la ciudad de los Angeles. Ibidem 1641. in 8.

Carta Pastoral a los Diaconos, Subdiaconos y Clerigos del Obispado de la Puebla de los Angeles que han de recebir el Santo Sacramento del Orden este año MDCXLI.

Carta Pastoral a los Fieles del estado secular de la misma ciudad y Obispado.

Exortacion a la vida espiritual a las almas devotas del mismo Obispado.

Sobre el verso de David, Averte oculos meos, ne videant vanitatem: Psal. XVIII.

Carta Pastoral de la paciencia en los trabajos y amor a los enemigos: simulque alia.

A la santa Escuela de Christo nuestro Señor de la Imperial Villa de Madrid. Matriti apud Didacum Diaz de la Carrera 1655. in 8.

Carta Pastoral del Rosario de N. Señora.

Trompeta de Ezechiel; Carta Pastoral a los Curas y Sacerdotes de su diocesis. Matriti 1658. in 4. Duobus quidem voluminibus in 4. editæ sunt, ut credimus, Pastorales istæ omnes epistolæ, aliaque ascetica.

Historia Real y sagrada; luz de Principes y subditos: sive paraphrasim & considerationes primi libri *Regum*. Angelopoli 1643. in folio. Matritique..... Bruxellis quoque 1655.

Año espiritual. Cæsaraugustæ ex officina Jo-

Josephi de Lanaja 1656. 4. Postea Bruxellis in quatuor voluminibus 1662. Similiter inscriptum Gallicum opus extat a Joanne Suffren, Jesuita, anno 1643.

Vida de San Juan el Limosnero, Patriarca y y Obispo de Alexandria. Simulque:

Una Carta consolatoria a sus subditos de la resignacion en los trabajos. Matriti 1650. in folio. Joannis vitam scripsit olim Leontius, Neapolis in Cypro episcopus, a quo didicit Simeon Metaphrastes.

Tratado de las Reglas, Constituciones y meditaciones, que formó para la Congregacion de Jesus Redentor nuestro en el huerto orando. Matriti apud Paulum de Val 1657. in 12.

Peregrinacion de Philotea al santo templo y monte de la Cruz. Matriti 1659. 3.

Cartas de Santa Teresa de Jesus, con notas: duabus partibus. Cæsaraugustæ apud Didacum Dormer 1658. in 4.

Dictamenes de Curas. In 4.

Afectos del Espiritu. In 8.

Devocion a nuestra Señora. In 8.

Virtudes del Indio. In 4. Hoc est de natura & moribus Indorum Novæ Hispaniæ, ad Regem Catholicum.

Memorial por la dignidad Episcopal de la Puebla; Defensa Canonica: in lite adversus quemdam religiosum ordinem formata. In 4.

La Historia del Sitio y socorro de Fuenterrabia y sucesos del año XXXVIII. suppresso tamen nomine. Matriti in 4.

Credimus etiam ab auctore & edificatore ipso natam:

La Relacion y descripcion del Templo Real de la Puebla de los Angeles en la Nueva España acabado por D. Juan de Palafox el año de DCXLIX. con dos Cartas Pastorales del mismo sobre la materia. Vidimus in bibliotheca D. Gasparis Ibañez de Segovia, marchionis Acropolitani, Matriti.

Obiit pridie kalendas Octobris anno MDCLIX. ætatis LIX. relictis aliis in dies editionem expectantibus, nempe:

Excelencias de San Pedro Principe de los Apostoles; primera parte. Prodiit quoque eodem anno 1659. in folio ex eadem officina.

Segunda parte de las excelencias de San Pedro: in dies expectatur.

Luz a los vivos y escarmiento en los muertos. In folio. Quod opus jam vidit lucem Matriti 1661. apud Mariam de Quiñones, in folio. Accesserunt:

Direcciones Pastorales; Instruccion de la forma con que se ha de gobernar el Prelado en orden a Dios, a si mismo, a su familia y subditos: ex *Pastorali* scilicet S. Gregorii Papæ, S. Caroli Borromæi operibus, Sanctorumque & consiliorum ecclesiæ documentis. Item:

Carta Pastoral de la debida paga de los diezmos y primicias.

Instruccion al verdadero Christiano; in folio.

Tratado breve de escrivir bien, y de la perfecta ortografia. Qui edendus ab auctore dum viveret, nuncupatus nempe probatissimo viro & amicissimo, D. Francisco Izquierdo de Berbegel, Regii Aragoniæ senatus patribus a secretis, ad quem epistola directa mansit in libri exemplari, editus tandem post mortem ejus fuit Matriti apud Mariam de Quiñones 1662. in 8.

Homilias de Tempore. In 4.

Tratado del Recogimiento interior: cujus meminit is qui supra memoratum edidit librum, *Luz a los vivos* nuncupatum, in præmonitione ad lectorem *Epistolæ pastoralis de solutione decimarum*, quæ illi appenditur.

Exercicios devotos en que se pide a Maria Madre de Dios amparo para la hora de la muerte. Prodiit Matriti 1659. apud Paulum de Val, paucis post mortem auctoris diebus, in 16.

Bocados espirituales, politicos, mysticos, y morales: sub ejusdem auctoris nomine prodierunt Matriti in 8.

Reliquisse in schedis quoque dicitur *Relationem vitæ suæ* sub nomine *Confessionum*, exemplo Augustini, Teresiæ & aliorum, ex quibus & plurium testimoniis fidedignis vitam ejus literis tradidit Antonius Rosende, Clericus Regularis ex instituto Minorum, vir doctus, cujus historia, cum hæc scriberemus, si ad manus nobis fuisset, viri amplissimi elogium pro dignitate & aliquanto uberius ab iis prodiisset.

Nihil de historico alio ejus opere audiveramus hucusque progressi, cum in Sinensis a Tartaris factæ expeditionis relationem, quæ Joannis nostri præ se fert titulum & auctoritatem, incidimus. Ea sic inscribitur:

Historia de la Conquista de la China por el Tartaro. Prodiit hæc hoc anno 1670. ex Parisina Antonii Bertier officina in 8. cujus exemplar huic typographo tradiderat ante triennium D. Josephus Palafox, auctoris propinquus, nescio cujus religiosæ familiæ sodalis, ut typis suis ederet, qui non solum Hispanam hanc editionem adornavit, sed & Gallicam ex Hispano translationem fieri procuravit; quam & ipsam typorum luce donatam fuisse typographus idem ad lectorem hujus, quam laudamus, editionis præfatur.

F. IOANNES DE PALENCIA, Dominicanus, Seraphini Cavalli, magistri generalis, jussu elucubravit Salmanticæ *Martyro-*

logium sui *ordinis Prædicatorum*, quod in ea urbe prodiisse anno MDLXXIX. alicubi legimus, cum de eo Dominicani nomenclatores altum sileant.

F. IOANNES DE PALMA, domo ex Palma Comitis in confluente amnium Bætis & Singilis totius Bæticæ clarissimorum, Franciscanus sodalis ex ea provincia quæ a Sanctis Angelis sortita est nomen, religione ac literis, prudentiaque ac morum gravitate dignus quem viri principes, & in universum omnes ordines non parum venerarentur. Serenissimæ Principis Margaritæ Austriacæ confessiones olim excepit, quæ inter virgines Deo sub instituto Claræ heroinæ sacras Regii atque Imperialis sanguinis splendorem illustrissimarum virtutum majore ac puriore lumine perfudit. Hanc ipse, intus & in cute ut ajunt notam, cujus in occulto animi regimine viventis præfuerat moribus, demortuam eleganti vereque pio dicendi charactere palam sub oculis omnium exhibitam celebravit, scribens:

Vida de la Serenisima Infanta Sor Margarita de la Cruz Religiosa Descalza de Santa Clara. Matriti 1636. in folio. Item:

Reglas para la Oracion. Hispali 1611.

Ejusdem sacramenti poenitentiæ ministerium deinde præstitit serenissimæ Hispaniarum Reginæ Elisabethæ Borboniæ, necnon & Mariæ Teresiæ Principi, ejus natæ, Galliarum nunc Reginæ; totiusque familiæ ultramontanæ commissarius, quomodo appellant, generalis fuit, atque in vivis tandem esse desiit Matriti anno MDCXLVIII.

IOANNES PALOMEQUE, Cæsaraugustanus, presbyter, Jaccensis ecclesiæ canonicus doctorque theologus, cum Romæ ageret Paulo Papæ V. nuncupavit doctum opus:

De Clericorum instituto, & de optima educatione, electione & institutione: libris quatuor. Venetiis apud Jacobum Sarzinam 1616. 4. Item si fides danda est Lanuzæ in Aragonensi historia:

De septem Ecclesiæ Sacramentis. 1610.

F. IOANNES PANŒSIUS, vulgo (nisi fallor) DE PAÑES, ordinis Minorum Observantiæ Regularis, scripsit:

Annotationes rudimentarias, hoc est Grammaticam artem. 1561. in 12. una cum tractatibus duobus *De Accentu*, & *de Ortographia.*

IOANNES PARDO, Gallæcus, nescio quid scripsisse dicitur:

De los Linages de España, sive de re genealogica.

D. IOANNES DE PAREJA, sive in Talavera ad Tagum fluvium, sive in Casarubios oppido, ejusdem Toletanæ dioecesis utroque, natus, Pontificia jura in Salmanticensi academia principe diu explicuit; nec nisi jam emeritus, hoc est docendi munere post vicennium dimissus, Pincianos inter senatores fuit allectus. Unde ad Regium patrimonium tuendum in curiam vocari promeruit, quod in negotio juris præstant judices quidam seu senatores, legum periti, quos Oidores del consejo de Hacienda idiotismus noster vocat. Edidit, dum academicum versat onus cum laude non mediocri:

Otium Quadrimestre in duas partes divisum; primam ad Regulæ Catonianæ; secundam ad Legis Juliæ & Papiæ, & caducorum interpretationem spectantem. Salmanticæ apud Joannem & Andream Renaut 1591. 4.

Priores ad nobilem & difficilem Innocentii III. Summi Pontificis Decretalem Epistolam, relatam in cap. In præsentia VIII. De Probationibus, curas. Salmanticæ 1620. in 4.

Obiit Matriti circa annum MDCL.

IOANNES DE PAREJA, nescio cujus religiosæ militiæ commendatarius eques, confecit (quod Gundisalvus Argote de Molina ad manum habuit)

Calendario de cosas acaecidas en su tiempo. MS.

IOANNES DEL PASTOR, Aragonensis, jurisconsultus, publicavit:

Suma de Fueros de las Ciudades de Santa Maria de Albarrazin, y de Teruel, de las Comunidades de las Aldeas de dichas Ciudades, de la Villa de Mosqueruela, y de otras convecinas. Valentiæ 1531. in folio.

IOANNES PAULUS BONET, Aragonius, Regi nostro a munere quodam, quod Burgundiæ domus vocabulo Barlet-servant apud nos audit, & a tormentariæ rei ministerio (Entretenido cerca de la persona del General de la Artilleria idiotismo nostro) magnoque Castellæ comestabili a secretis, edidit:

Reduccion de las letras, y arte para enseñar a hablar a los mudos. Matriti anno 1620. apud Franciscum Abarca in 4.

Nempe mira hæc res, ut natura muti verba efferant, in artem ivit apud nos egregia industria viri perspicacissimi Petri Pontii, Benedictini monachi, de quo, & ejus hac arte quam videtur Bonetus publicasse, adire operæ pretium erit Ambrosium de Morales in *Descriptione Hispaniæ*, quæ secundo volumine ipsius *Historiæ* ad manum est. Danielis Georgii Morhofii *Epistolæ de Scypho Vitreo per certum humanæ vocis sonum rupto,*

pto, quæ anno 1672. Kiloni in 4. prodiit, notitiam debemus Williami Holder, qui Anglica lingua *De surdi & muti informatione* librum edidit, qui additur tractatui ejus *De Elementis loquelæ*; & item Helmontii filii, qui in *Alphabeto suo vero naturali* (ut vocat) *Hebraico* quamdam *de surdo ac muto in linguis informando dissertationem* adjecit. Meminit idem Morhofius nostri auctoris..... Digbæi fide, qui in tractatu *De Natura corporis* illius mentionem fecit cap. XXVIII. num. 8. uti & Gaspar Scotus libro VII. *Technicæ curiosæ* c. I.

IOANNES PAULUS FONS, Catalanus, ex oppido Priera dioecesis Barcinonensis, inter Jesuitarum sodales emicuit Evangelica intimandi verbum Dei mortalibus eloquentia, de quo multa *Bibliothecæ Societatis* auctor, scripsitque:

Compendio de las vidas de S. Ignacio y S. Francisco Xavier: ex Italico desumens.

El Mystico Seraphin de S. Buenaventura para el Prelado y subdito religioso, con reglas de gobierno eclesiastico y secular. Barcinone apud Sebastianum Matevad 1622. 4. Item scripsit:

Vida de Sor Angela Margarita Serafina Fundadora de las Capuchinas.

E vita abiit Barcinone XXIX. Junii anno MDCXXII. ætatis XLIX.

IOANNES PAULUS MARTYR RIZO, Conchensis natu, Petri illius Martyris Angleriensis, tempore Catholicorum Regum apud nos fama literarum Latinarum florentis, nepos, historiæ totius nostratis linguarumque per Europam vulgarium cognitione promeruit ut apud Regios quosdam legatos operam reipublicæ impenderet. E penu sua deprompsit, atque item aliunde ad nos varia opera transvexit, syrmate Hispanico exoticos scriptores adornans. Hæc illa sunt. Ex Gallico Petri Matthæi:

El Dichoso desdichado, vida de Elio Seyano. Madriti 1625. 8.

Prosperidad infeliz de Felipa Catanea. Matriti eodem anno, in 8.

Muerte del Rey de Francia Henrique IV. de Borbon. Ibidem eodem anno, in 8.

Proprii autem ingenii documenta:

Historia de la vida de Lucio Anneo Seneca. Matriti 1625. 4.

Historia de la vida de Mecenas. Ibidem 1626. in 8. Joannes Henricus Meibomius in *vitæ Mæcenatis* præfatione ad lectorem hanc reprobat, quasi non historia sit sed idea aulici sub persona Mæcenatis descripti.

Norte de Principes. Ibidem 1626. in 8.

Historia tragica de la vida y muerte del Duque de Biron. Barcinone 1629. in 8.

Defensa de la verdad que escrivió D. Francisco de Quevedo Villegas en favor del Patronato de SantIago Apostol: adversus D. Franciscum Morobelli de Puebla. Matriti 1628. in 4.

Historia de la muy noble y leal ciudad de Cuenca. Matriti 1629. in folio.

Historia de las Guerras de Flandes contra el Conestaggio. Valentiæ 1627. in 8. quam quidem is edidit, Petro Matthæo imputans exemplar Gallicum, quod nusquam fuit, quare in schedis suis MSS. quas vidimus, pectore suo natam, non aliunde emendicatam, serio affirmat.

Paratam prelo habuisse *Petri Martyris Decadum Oceani* versionem Hispanam alicubi lego. Ipseque de alio opere, videlicet, *De las casas solariegas de España*, quod sub incude sibi esset in *Historia Conchensi* testis est, cap. XVI. tertiæ partis.

IOANNES PAULUS XAMMAR, Barcinonensis, domicellus, I. V. doctor, in patrio gymnasio jus Canonicum ex primaria cathedra sedecim integris annis cum docuisset, assessorque domus ejusdem civitatis esset, consiliarius Regius & assessor bajuliæ generalis Cataloniæ, necnon officii magistri rationalis Regii fuit creatus. Scripsit:

De Officio Judicis & Advocati lib. I. Barcinone apud Jacobum Romeu 1639. in folio.

Rerum judicatarum in Regio senatu Cataloniæ duas partes. Ibidem apud Narcisum Casas 1657.

Civilem doctrinam de antiquitate, religione, regimine, privilegiis & præeminentiis inclytæ civitatis Barcinonensis. Ibidem primum 1644. Purgatamque ab iis, quæ a turbato illius temporis reipublicæ statu contraxerat, vitiis iterum anno 1668. licet post ejus mortem.

IOANNES, cognomento PECCATOR, minister laicus sororum de Poenitentia coenobii Matritensis, edidit versibus:

Invocacion a la Virgen Nuestra Señora y alabanzas suyas. Matriti apud Didacum Flamenco 1620. in 16.

F. IOANNES DE PEDRAZA, ex ordine S. Dominici provinciæ Castellæ (aliis Lusitaniæ, quod utrumque verum est, natura prius, adscriptione, sive ut vocant filiatione alterum) sacræ theologiæ doctor ac professor Conimbricensis, in qua schola pomeridianis horis eam docuit. Ætate jam defecta muneri renuntians posteros adhuc cogitavit, scribens atque typis commendans non diu supervicturus:

Suma de casos de conciencia. Toleti 1567. Salmanticæ eodem anno, & 1570. per Joannem Baptistam de Terranova. Valentiæ 1568. in 8. Compluti eodem anno: ad D. Julianum de Alba, episcopum Mirandensem, cujus nutu hoc opus formatum fuisse auctor ait. Italice, cum inscriptione *Instruttione per Confessori*, Venetiis apud Georgium Angelierum 1584. in 8. lucem vidit. Et apud Camillum Gallinam 1617. in 8.

F. IOANNES PEDROLO, Catalanus, ex oppido Valles Tarraconensis dioecesis, ordinis Carmelitarum, provinciæ suæ præfectus, philosophiam ac theologiam plures annos professus, reliquit MS.

Lecturas Logicales: libris duobus.

De Potestate Clavium librum unum: qui adservantur in collegio Sancti Angeli Barcinonensis urbis. Floruit circa annum MDXC. Marcus Antonius Alegre de Cassanate in *Paradiso Carmelitici decoris* hæc de eo refert. Sed ne stemus tantum hujus testimonio, quem diligentiam oppido, quam debuit, minorem in opere suo adhibuisse domestici ejus conqueruntur: id quod annotatum de libro manet, posteriore loco laudato, *De potestate Clavium*, confirmat relatio ex Barcinone Romam transmissa, non parum accurata ac diligens, ex qua decessisse auctorem novimus xxiii. Maii MDCXII.

F. IOANNES DE PEDROSA, Benedictinus monachus, generalis in curia Romana congregationis Hispanæ procurator, scripsit:

De martirio ducentorum monachorum Sancti Petri de Cardeña responsiones ad objectiones sanctæ Congregationis Sacrorum Rituum: quæ edita est cum Alphonsi Ciaconii, Dominicani, ejusdem argumenti libello.

IOANNES DE PEDROSA, Conimbricensis, Lusitanus, Jesuitarum sodalis, in India scripsit, lingua Concanica sive Canarina:

Soliloquiorum divinorum libellum: & alia.

Obiit anno MDCLXXII.

IOANNES DE LA PEÑA, Hispalensis, bonarum literarum in collegio D. Michaelis professor, emisit in publicum:

Panegyricum centonem ex diversis poetarum versibus in D. Isidori Hispalensis Archiepiscopi laudem. Hispali 1643. in 4.

F. IOANNES DE LA PEÑA, domo ex oppido Hita dioecesis Toletanæ, ordinis Sancti Dominici, cui Toleti fuit adgregatus, Salmanticæ docuit vespertinis horis, qui alter a primo locus est, in academia, scripsitque, inedita usque nunc:

Super IV. partes Sancti Thomæ commentaria.

Obiit diem suum circa annum MDLX. Joannes Marieta hæc de eo annotavit.

IOANNES PEÑA, reliquit, teste mihi Alphonso Ciaconio in schedis MSS. ad *Bibliothecam Universalem*:

Quæstiones in Tegni Galeni (methodum forte) quæ asservari ait MSS. in bibliotheca Hispalensis ecclesiæ, quæ Ferdinandi Colon olim fuit.

IOANNES DE PERALTA, Societatis Jesu sodalis, scriptam reliquit in schedis:

La Vida de Christo Señor nuestro: quæ adservatur in domo probationis Matritensis.

D. IOANNES DE PERALTA, nescio quis, scripsit:

Del andar a caballo en ambas sillas de gineta y brida. Hispali 1580.

IOANNES PERALTA CORTEREAL, Lusitanus, scripsit:

Discurso sobre la navegacion de la India: qui fuit MS. in bibliotheca Olivariensi.

IOANNES PEREIRA, Lusitanus, Elvensis, canonicus ecclesiæ Eborensis, scripsisse dicitur *Juridica* quædam. Cardosus.

IOANNES PEREZ, laudatur eo quod scripserit:

Itinerario de la India. Auctor rei est D. Franciscus de Herrera Maldonado, & ex eo, Antonius a Leone in *Bibliotheca Orientali*, tit. II.

IOANNES PEREZ, doctor uti appellatur, forte theologus, transtulisse in linguam vernaculam videtur Hispaniæ ex Græca *Novum Testamentum*; quandoquidem ita legimus in præfatione editionis Bibliorum Hispanorum Amstelodami factæ anno 1602. Auctor hujus præfationis atque editionis, non translationis, Cyprianus Valera, de quo proprio loco diximus, sic habet: *El doctor Juan Perez, de pia memoria, año de* 1556. *imprimio el Testamento nuevo, y un Julian Hernandez, movido con el zelo de aprovechar a su nacion, llevó muy muchos destos Testamentos, y los distribuyó en Sevilla año de* 1557. *A Juan Perez, Casiodoro* (hic est Cassiodorus de Reina vulgaris Bibliorum istorum interpres) *y Julian yo los conoci y traté familiarmente.* Cyprianus hic, impietatem Calvini sectatus, forteque fugatus ex Hispania cum religionis causam Augustinus de Cazalla, Constantinus Fontanus

nus aliique dixerunt per hæc tempora, non facile mihi laudaturus videtur cum eo titulo *piæ memoriæ* Joannem hunc Perezium, nisi ejusdem cum eo superstitionis reus esset: quod conjector tantum, non affirmo. Inscribitur etiam auctor sequentium operum in *Indice* Hispano *librorum prohibitorum & expurgandorum*:

Catechismo.

Traduccion de los Salmos.

Sumario de Doctrina Christiana.

IOANNES PEREZ DE MONTALVAN, Matritensis, Alphonsi Perezii bibliopolæ filius, septemdecim annos natus scribere comoedias coepit, quæ non sine adstantium plausu in theatris Hispaniæ recitatæ sunt. Lupi a Vega sectator & quasi alumnus, perpetuusque admirator. Humaniores quoque literas amavit, ingenio præditus amoeno, & sive prosam sive versam pangeret orationem parato & facili. Scripsit:

Novelas: seu, fabulas ingeniosas atque elegantes. Matriti 1624. & 1626. 4. Hispalique apud Nicolaum Rodriguez 1641. in 8. Has Gallice convertit dominus de Rampale, Parisiisque edidit apud Petrum Recolet anno 1644. Idem opus, cum hac inscriptione *Sucesos y prodigios de Amor*, excusum fuit Hispali 1633. in 4. Dertusæque 1635. 8.

Vida y purgatorio de S. Patricio. Matriti 1627. in 8. rursusque 1656.

Para todos: sive variæ lectionis librum, exemplis moralibus divinis & humanis ornatum. Matriti 1640. in 4. 1651. & alias; necnon Bruxellis.

Elogios a Lope de Vega Carpio, o Fama posthuma. Matriti 1636.

Comedias: duobus tomis. Matriti & Compluti 1639. in 4. Valentiæque anno 1652. in 4.

Orfeo en lengua Castellana. Matriti anno 1624. Cujus quidem poematii verus auctor est Lupus a Vega Carpio, qui Montalvano, ad famam hac via grassanti, autographum consignavit in manus proprio ut nomine in vulgus ederet, propriæ supellectilis, quam ditissimam sibi fertile mirumque faciebat ingenium, prodigus. Sesquianno ante obitum phrenesi correptus fuit, quæ tandem eum extinxit non plus XXXVI. annis natum. Parabat laudati operis *Para todos* alterum volumen, necnon *Artem bene moriendi*, dignum hoc quidem sacerdote, uti erat, opus: quæ ab amicis post mortem ejus fama percrebuit. Mortuo parentarunt Hispanæ musæ eo libro, qui Matriti editus fuit:

Lagrimas a la muerte del Dotor Juan Perez de Montalvan inscriptus. 1639.

IOANNES PEREZ DE MOYA, Bæticus, ex oppido Sancti Stephani Marianorum montium, dioecesis Giennensis, in metropolitana Granatæ urbis ecclesia canonicus, insignis mathematicus, ut iis prodesset qui vernaculam dumtaxat linguam callerent, sive ut, consilio Ciceronis, hanc ornaret suarum artium & disciplinarum delitiis publico dedit:

Fragmentos mathematicos, en que se tratan cosas de Astronomia, Geometria, y Geografia, Filosofia natural, Esfera y Astrolabio, y Navegacion, y Reloxes. Salmanticæ apud Joannem de Canova 1568. in 8. Ex hoc volumine post aliquot annos triplicatum majus factum est opus, nempe volumina tria sic inscripta:

Tratado de Matematicas, en que se contienen cosas de Arithmetica, Geometria, Cosmografia, y Filosofia natural.

I. *De Arithmetica*: quod seorsim prodiit Salmanticæ 1562. apud Matthiam Gastium. Matritique 1615. in 8.

II. *De Geometria practica y especulativa.*

III. *De cosas de Astronomia, Cosmografia y Filosofia natural.* Compluti 1573. in folio apud Joannem Gratianum.

Manual de Contadores. Compluti apud Joannem Garsiam 1582. in 8.

Filosofia secreta, donde baxo de historias fabulosas se contiene mucha dotrina provechosa a todos estudiosos, con el origen de los Idolos o Dioses de la Gentilidad. Compluti 1585. in 4. iterumque apud Andream Sanchez 1611. in 4.

Varia historia de santas y ilustres mugeres en todo genero de virtudes. Matriti anno 1583. in 8. apud Franciscum Sanchez.

Comparaciones o similes para los vicios y virtudes. Compluti 1583. in 8. Valentiæ 1599. in 8. Latine quoque edidit:

Silvam Eutrapelias, id est comitatis & urbanitatis: ex variis probatæ fidei auctoribus & vitæ experimentis. Hispali anno 1579. in 8. Philosophiæ arcana plura præstigiasque oculorum jucunditate plenas ea continet.

IOANNES PEREZ DE NUEROS, Bilbilitanus, sive ex Calatayud, nobilissima Aragoniæ regni urbe, utriusque juris doctor, Regalisque fisci advocatus, quem celebrat in *Commentariis rerum Aragonensium* Hieronymus Blancas, pag. 752. & 784. editionis Francofurtensis, tantumque apud cives suos honoris nomen adeptum fuisse ait ut *tanquam alter Scævola jurisperitorum eloquentissimus & eloquentium jurisperitissimus* censeretur. Scripsisse dicitur:

Memorabilium libros: ex quo opere eum lau-

laudat Joannes Franciscus Andreas Ustarrozius in *Notis* ad opus, seu systema *Coronationum*, pag. 247. & in *Notitia auctorum*, ibidem adductorum. Summis item laudibus Blancas effert *Accusationem adversus quosdam Joannis Lanuzæ, Justitiæ ut vocant Aragoniæ, violatores*, ab eo, tanquam fisci patrono, judicibus oblatam, ex qua nonnulla is produxit, lingua hominem & consilio suæ urbis principem appellans.

F. IOANNES PEREZ DE ROXAS, Cordubensis, ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Bæticæ provinciæ, Astigitanæ domui cum præesset edidit:

Sermones de las Dominicas de Pentecostes. Astigi apud Simonem Faxardum 1624. in 4.

Parata habebat alia *Concionum* volumina, propediem publicanda: *Marial*; *Quaresma*; *Santoral*; *Dominicas del año*: necnon & *in Tobiam commentaria* elaborare se affirmabat. Habeo etiam testem Petrum de Sancto Cæcilio, Excalceatum hujusmet ordinis sodalem, in tractatu hucusque MS. *De Scriptoribus* ejus sacræ familiæ, de alio ab his diverso Joannis nostri opere *pro Immaculata Deiparæ Conceptione* anno superiore MDCXVIII. typis excudi cœpto. Quod quidem adservari in cœnobio Hispalensi refert Sylvester de Saavedra in libro *De Sacra Deipara*, disp. XVI. sectione XIV. num. 658. Mors quidem eum immature exemit e vivis, cum & in Italia Joannis Cypriani, generalis præfecti, vices & procuratorium in Urbe totius ordinis mandatum prudenter administrasset.

IOANNES PEREZ DE VARGAS, nescio quis, reliquit MS.

De los Linages de España: quem librum habuit Gundisalvus Argote de Molina, eratque in bibliotheca excellentissimi ducis de Olivares.

IOANNES PERLIN, Matritensis, in sodalitio Jesuitico eximie floruit artium & linguarum Græcæ, Hebraicæ Latinæque peritia, historiæ, philosophiæ, juris theologiæque, quam apud Indos, eo delatus, variis in urbibus Peruani regni, atque in Hispania Murciæ, Compluti Matritique in curia docuit. Inde in Germaniam veniens, Coloniæ doctoris accepta laurea, magna illius academiæ commendatione eamdem ibi scientiam professus fuit. Sed cum e Belgio in patriam rediturus navigationi se accingeret, Dunkerkæ obiit XXXI. Octobris MDCXXXVIII. Edidit:

Apologiam Scholasticam, sive controversiam theologicam pro magnæ matris ab originali debito immunitate. Lugduni per Jacobum, Matthæum & Andream Prost anno 1630. in 4.

Sacrum Convivium, seu de frequentia & usu Eucharistiæ. Coloniæ apud Joannem Kinckium 1632. in 4.

IOANNES PETREIUS, vulgo PEREZ, Toletanus, Complutensis rhetoricæ artis professor, de quo dicturus injuriam ei facerem si meis potius verbis quam Alphonsi Garziæ Matamori, Hispalensis, in eadem schola ejusdem doctrinæ professoris, laudarem: *Hic immatura morte nobis ereptus*, ait, *ingenii & eloquentiæ suæ triste desiderium academiæ Complutensi reliquit. Impetratum hoc (quantum ego arbitror) a Ciceronis manibus, ne si diutius ille vixisset inventus esset aliquis qui ex eloquentiæ laude ad ipsum Ciceronem aspirasset. Sed cum esset juvenis delectabat magis quam inflammabat; & quodam quasi cantu detinebat auditores; & suavitate vocis, cujus plurimum illi natura dederat, sic exhilarabat animos ut perorata causa dimissi, qui in ea concione aderant, honorifice & cum admiratione de hujus viri eloquentia loquerentur, & multis post diebus sermonibus requirerent amœnitatem illam. Sed me movebat magis Joannis Petreii poesis, quæ non humanum aliquid aut infimum, sed divinum excelsumque sonabat, ubi non ille languor inerat, quem orationis jucunditas, ubertas lactea, suaviores numeri, imitatio Ciceronis afferebat; sed magnitudo quædam & sublimitas mentis, quæ vi quadam occulta & spiritu magni vatis hominum mentes permovebat; utraque vero arte plurimum valuisse testes sunt Complutenses. Nec illi defuit extemporalis facultas, vel ultro & ex consuetudine declamanti, vel sæpe etiam adventu procerum & virorum nobilium intercluso, ubi non paratum aliquid & præmeditatum recitabat, sed de omni re proposita, quam modo intellexisset, ornate & copiose, & incredibili quadam suavitate differebat.* Hæc Matamorus. Conspirat aliud de eo testimonium Alvari Gomezii *De Rebus gestis Ximenii* libro VIII. dum de professoribus agit academiæ Complutensis. Refertur quoque Andream Navagerium, hominem scriptis suis bene notum, cum Venetorum reipublicæ ad Carolum Cæsarem legatus veniret, audito eo Compluti, palmam Italis aliquando prærepturum ingenue confessum fuisse. Sublatus tamen fuit e vivis quinto vix ac trigesimo ætatis anno, ingenii sui monumenta hæc relinquens, Andrea Scoto & aliis auctoribus:

Magdalenam: heroicum & grandiloquum poema, quod tamen, a nescio quo versum Hispane octoadibus, MS. extabat in bibliotheca comitis de Villaumbrosa.

Epi-

Epigrammata (eleganti terſoque ſtilo ſcripta) *de laudibus clarorum Complutenſium.*

Comedias IV. ſcilicet *Necromanticus*, *Lena*, *Decepti*, *Suppoſititii* : ex Italicis Latinas, numeris tamen non adſtrictas, quas poſt auctoris mortem vulgavit Antonius frater Toleti anno 1574. præter alias plures, teſte eodem Antonio fratre.

Progymnaſmata rhetoricæ artis. Simulque *Annotationes* : *In Senecæ Declamationes*, *controverſias & deliberationes.* Compluti 1539. in 4. De quo opere Andreas Scotus in *Notis* ad *Senecæ* has *Suaſorias* cenſet, varia Petreii teſtimonia inde adducens.

Carmen quoddam *Genetliacum* ejuſdem in bibliotheca Regia Eſcurialenſi adſervari in hujus catalogo legimus.

Abſtineo Ludovici Catenæ, cancellarii Complutenſis, elegantiſſimo epigrammate, quo Petreii obitum luxit, cum apud Scotum in *Bibliotheca* præſto ſit.

IOANNES PETRUS FONTANELLA, Catalanus, juris utriuſque doctor, & in Barcinonenſi curia patronus cauſarum celeberrimus, editus eſt in oppido Olot Vicenſis dioecefis anno MDLXXVI. & inter honoratos ut vocant cives Barcinonenſes olim albo adſcriptus. Legatus urbis ſuæ & principatus in curiam venit anno MDCXXI. ut ipſe de ſe, *De pactis nuptialibus* ſcribens, clauſula x. gloſa unica, num. 35. refert; magnaque nominis celebritate & fama, quam doctiſſimis lucubrationibus in vulgus editis, quæ hodie extant, mirifice augebat, carus omnibus vixit. Et niſi in tempora incidiſſet turbatæ diſciſſæque miſerabiliter reipublicæ, cujus æſtu inter primos fuit abreptus, fecundiore adhuc fama nomen ſuum immortalitati commendaviſſet. Creatus enim tempore eo, quo Veleziorum marchio cum Regio exercitu Barcinonenſis urbis inſtabat moenibus, ſummus ejuſdem urbis prætor (Juratum in capite vocant) magna pars enatarum inde turbarum, præfractæque civium contumaciæ fuiſſe dicitur. Nemo tamen æqualium hujus temporis doctrinæ ejus præſtantiam non ſummis laudibus extollit, quorum laudatorum catalogum Joſephus Fontanella, filius, in Gallis nunc exul, *Deciſionum*, quarum jam meminimus, editioni adfixit. Opera ejus hæc ſunt:

De Pactis nuptialibus, *ſive capitulis matrimonialibus tractatus* : duobus tomis. Prior nuptialia pacta, quibus parentes filio uxorem ducenti, poſterior ea, quibus filiæ nubenti proſpicere ſolent, comprehendit. Barcinone 1612. in folio. Genevæ 1627. & iterum 1638. in folio. Venetiis apud Bertanos 1645. folio. Genevæ tertium 1659. in folio.

Sacri Senatus Cataloniæ Deciſiones : duobus voluminibus. Barcinone apud Petrum de la Cavalleria 1639. & 1645. in folio. Prius eorum Venetiis quoque 1640. Genevæ demum utrumque 1662. in folio.

Parare ſe non uno loco ſcripſerat *Teſtamentum illuſtratum.*

IOANNES PETRUS GUTIERREZ, ſacerdos ordinis Alcantaræ, Philippo II. Regi Hiſpaniarum a ſacris, primuſque ſacriſta, edidit, ab Arnoldo Wione eo nomine laudatus libro I. *Ligni vitæ*, cap. LXXXIV. vernacule ut ſuſpicor:

Del Origen de Alcantara. Matriti apud Alphonſum Gomez 1576. in folio. Idem eſt ac PETRUS GUTIERREZ.

IOANNES PETRUS DE PATOS, Cæſarauguſtanus ut inſcribitur, miles & juriſconſultus, librum edidit:

In obſervantias & fora regni Aragonum: qui cum aliis aliorum antiquiorum ſcholiis MS. adſervabatur in bibliotheca Antonii Auguſtini, Tarraconenſis præſulis, ut videre eſt in ejus *Catalogo*, Latino ſcilicet MS. codice CCCCXLII.

IOANNES DE PINA, Matritenſis, Jeſuitarum ſodalis, rector olim collegiorum de Almonacir & S. Clementis, Ocanienſis necnon & Matritenſis, præfectus item provinciæ Toletanæ. Vir fuit lectionis incredibilis ita ut omnes Sanctos Patres Græcos & Latinos integre legerit, excerptaque ex iis omnibus ſibi fecerit, adeo ut ſupra centum volumina quingentorum foliorum ſingula ſua manu deſcripta ejuſmodi obſervationibus & collectionibus impleverit, uti ait *Bibliothecæ Societatis* auctor, qui anno elapſo MDCLVII. in Matritenſi collegio admodum ſenex commorabatur, ſcripſit docte:

Commentarios in Eccleſiaſticum : tomis v. Lugduni apud Jacobum, Andream, Matthæum Proſt ab anno 1630. uſque ad 1648.

Protologiam de B. Virgine, ut Petrus Alba in *Militia Conceptionis* : ſive, ut auctor ejuſdem *Bibliothecæ*, *Parthenium* ſeu de *Laudibus Beatiſſimæ Virginis.*

Commentarium in Eccleſiaſten : duobus aliis tomis.

Aſceticum in regulas Societatis.

Ægyptum Spoliatam : quo loca difficilia Sacræ Scripturæ ex auctoribus profanis explicantur.

Conciones Latinas in totam Quadrageſſimam.

Hæc ſcilicet parabat, cum mors eum abſtulit Matriti XXIX. Julii MDCLVII.

IOAN-

IOANNES PINCIANUS, seu malis DE VALLADOLID, in *Indice* librorum *Gesnerianæ bibliothecæ*, a Roberto Constantino edito, auctor inscribitur:

Promptuarii Vocabulorum.

F. IOANNES DE PINEDA, Medinæcampi, nobilissimo Castellæ Veteris oppido, natus, in Minorum familia provinciaque prius Sancti Jacobi, postmodum Conceptionis, præterito sæculo sacræ profanæque eruditionis laudem singularem, laboriosissimis editis in publicum Christianæ philosophiæ atque universalis historiæ monumentis, collegit. Desideratur in eo tamen a doctioribus cum stili elegantia, quam adhibere minus curavit rebus omnino intentus, tum historicorum veterum, Berosique & aliorum, ab Annio Viterbiensi in lucem editorum, quos eruditi omnes respuunt, maturius examen. Edidit nempe:

La Monarquia Ecclesiastica, o Historia universal del Mundo: XXX. libris, quatuorque voluminibus divisam. Salmanticæ 1588. in folio. Barcinoneque 1594. folio apud Jacobum Cendrat. Quintum volumen elenchus conficit.

Agricultura Christiana, que contiene XXXV. *Dialogos familiares, donde se trata muy varia, provechosa y apacible doctrina*: duobus tomis. Salmanticæ apud Petrum de Adurza & Didacum Lopez 1589. in quibus (ait Waddingus) *quidquid ad animum Christiane excolendum expectet, artificiose miraque eruditionis & rerum varietate intexit.*

Historia maravillosa, de la vida maravillosa y excelencias de S. Juan Baptista. Salmanticæ apud Gasparem de Portonariis 1574. in 4. Barcinone 1596. in 4. Medinecampi 1604.

Ex antiquo libro MS. lucem vidit Pinedæ cura libellus, qui vulgo circumfertur hac inscriptione:

El Paso honroso defendido por Suero de Quiñones. Salmanticæ 1588. in 8. apud Cornelium Bonardi.

Alia tribuit nostro Lucas Waddingus de *Scriptoribus ordinis Minorum*, quæ lucem desiderant, nempe: *Chiliadas universi*, carmine Hispano, duobus tomis. *Hecatompœon*, sive *magnum opus Latinorum sermonum*, totidem tomis: quæ duo opera ipse appellat auctor in præfatione agriculturæ: *Chriam Philothimicam adversus ambitiosos. Librum contra peccata & errores linguæ. Miscellanea diversa. Commentaria in* X. *primos Davidis Psalmos; in Threnos Ieremiæ. Eptanomicum præludium ad explicationem Decalogi. Pentalogum juniorum Prædicatorum. Convivium nobilium. Visionem delectabilem, carmine Hispanico cum glossis. Alveola* IV. *locorum communium diversarum materiarum. Commentaria in Metaphysicam.* Hæc Waddingus. Adjungit Antonius Daza IV. parte *Historiæ ordinis Minorum*, lib. IV. cap. XIV. *Commentaria in Symbolum S. Athanasii*, observatque omnia ejus commentaria, deducto calculo, sex millia octingenta viginti sex papyraceæ chartæ folia implere.

Decessit octogenarius, jacetque in patrio sui ordinis monasterio.

IOANNES DE PINEDA, Hispalensis, nobili loco natus, in Societate Jesuitarum, cui salutis anno MDLXXII. accenseri voluit, omnigena doctrina sic profecit, virtutumque omne genus coluit, ut patriæ suæ ac sodalitati clarissimæ immortale quoddam decus atque ornamentum pepererit. Virtutes celebrat *Jesuiticæ Bibliothecæ* auctor. De studiis vero ut referamus, quæ imprimis huc pertinent, ephebus adhuc, nedum sacerdos, philosophiam docuit Granatæ, posteaque Hispali, theologiam item D. Thomæ Cordubæ; necnon & sacræ Scripturæ libros, decem & octo integris annis, cum Cordubæ, tum Hispali, tum Matriti sodalibus exposuit. Præfuit Hispalensi domui professæ, collegioque a fratre in eadem urbe fundato. Præterea Romam venit provinciæ suæ Bæticæ procurator, ubique & apud omnes singularis doctrinæ atque exquisitæ eruditionis famam sibi comparans. Nam & Eboræ in academia, cum illac transiret, solemni oratione fuit salutatus, inscriptumque parieti ad posterorum memoriam: *Hic Pineda fuit.* Lucubrationes ejus doctissimæ omnes produnt auctoris sui dotes animi singulares, quibus instructus ad scribendum accessit ingenium capax & acutum, inexhaustam eruditionem, omniumque fere librorum notitiam, trium linguarum Latinæ, Græcæ Hebraicæque non vulgarem cognitionem, subactum pertinaci sacrarum literarum veterumque omnium Patrum ac profanorum scriptorum lectione animum, raramque in enodandis & eruendis Bibliorum sensibus dexteritatem. Opera hæc ab eo habemus:

Commentariorum in librum Job, adjuncta singulis capitibus sua Paraphrasi, quæ & longioris commentarii summam continet tomos duos. Prior Matriti editus fuit anno 1597. posterior 1601. in folio. Hi subinde Coloniæ apud Antonium Hierat 1600. Venetiis, Antuerpiæ anno 1609. recusi sunt.

Salomonem prævium, ad commentarios scilicet suos in Salomonem, sive De rebus Salomonis lib. VIII. Lugduni 1609. in folio.

Commentariorum in Ecclesiasten duos tomos. Antuerpiæ apud Belleros anno 1620. in folio.

Præ-

Prælectionem sacram in Cantica Canticorum, qua nomine theologici gymnasii accepit Hispali Cardinalem de Guevara hujus urbis Præsulem, cum collegium Societatis inviseret, Hanc vulgarem vidimus Hispali apud Clementem Hidalgo 1602. in 4.

Indicem expurgatorium librorum: vastæ molis, & stupendæ lectionis opus, auctoritate S. Inquisitionis Hispanæ editum, semelque, atque iterum auctum; quem illi laborem D. Antonius Zapata, S. R. E. cardinalis, supremus Fidei apud nos censor, suo totiusque ordinis nomine gratulatus est per epistolam. Prodiit 1640. in fol. Matriti.

De C. Plinii loco inter eruditos controverso ex lib. VII. *Cap.* L. *Atque etiam morbus est aliquis per sapientiam mori*: & minutiora aliqua in amicorum gratiam.

Hispana hæc:

Memorial de la Santidad y Virtudes de D. Fernando III. Rey de Castilla y Leon. Pro quo Philippus Rex noster Catholicus propriis literis ei gratias egit, designavitque Pinedam oratorem suum ad Summum Pontificem, ut ejusdem Sancti Regis canonizationem procuraret, nisi ætas & alia privata incommoda obstitissent.

Sermon de la Inmaculada Concepcion de Nuestra Señora. Simulque:

Advertencias del Privilegio XI. *de los del Señor Rey D. Juan el Primero de Aragon en favor de la fiesta de la Concepcion de Nuestra Señora, con una Constitucion de Cataluña, y otro Fuero de Aragon del Señor Rey D. Juan el Segundo en la misma materia.* Hispali 1615. in 4. Postea suppresso nomine:

Memorial de respuestas a las oposiciones que se hacen contra el Privilegio del Señor Rey D. Juan el Primero de Aragon.

Oracion funebre en las exequias de Doña Luisa de Caravajal (quæ Londini Anglorum decessit anno MDCXIV. eximiæ sanctitatis ac zeli heroina) *que se dixo en el Colegio Ingles de la ciudad de Sevilla.*

Postumum reliquit, non tamen omnino expolitum:

Instrumentum Domus Sapientiæ: seu sacram æque ac variam suppellectilem, sacris Scripturis apparandis, adornandis, instruendis, pro dignitate tractandis necessariam, XIV. libris expositam.

Decessit sexto kalendas Februarii anno Christiano MDCXXXVII. ætatis suæ LXXX.

D. IOANNES DE PINEDA HURTADO DE MENDOZA, Hispalensis, anno MDCXXII. in sodalem collegii Sancti Clementis Bononiæ admissus, juris utriusque doctor docuit in hujus gymnasii schola ex vespertina canonum sacrorum cathedra. Hinc Neapolim veniens mansit ibi usque ad mortem, auditor prius generalis ut vocant, deinde curiæ vicariæ criminalis judex, atque hinc S. Claræ senator. Scripsit:

Prolem Ægidianam, hoc est, de viris illustribus sui collegii Bononiensis: uti refert D. Antonius Navarrete in libro *De las grandezas del Cardenal de Albornoz*, lib. 1. cap. 1. lit. a. in notis. Editum fuit opus Neapoli 1632. in 4. apud Ægidium Longum.

Decessit Decemb. mense anni MDCXXXV.

IOANNES PINTO DELGADO, Lusitanus, Tavirensis, Petrarcham Lusitane transtulisse dicitur a Cardoso: quod de triumphis Italica lingua scriptis interpretor, dum alius aliter me docuerit. Item:

Poema de Esther Reynha. Rotomagi in Gallia 1627. 4.

IOANNES PINTO RIBEIRO, Lusitanus, jurisconsultus, non vulgariter laudatus doctrinæ atque eruditionis merito ab Antonio Brandaon, Cisterciensi, in præfatione suæ continuationis *Monarchiæ Lusitanæ*; dum Brigantinus Portugalliæ non bono jure dominaretur scripsit libellum, quem Italica lingua vidimus Romæ:

Anatomia delli regni di Spagna, nella quale si dimostra l' origine del dominio, la dilatatione delli Stati, la successione delle linee de i suoi Re. Simulque:

Discorso dell' usurpatione, retentione, e ristoratione del regno di Portogallo. Olisipone apud Sancium Beltrandi 1648. 4. Lusitane:

Preferencia das Letras as Armas. Hunc tractatum laudat Georgius Cardosus in *Agiologio Lusitano*, die IV. Junii, pag. 542.

Tratado das Antiguidades da Villa de Pinhel: in 4. In quo oppido judex fuit.

Senatorem se concilii Cameræ ipse inscribit, confecisseque eum *Commentarios sobre Luis de Camoës* & alia professionis suæ opera Brandanus idem eo loco refert. Hujus credo est aliud opus, quod laudant domestici sub hac inscriptione & auctoris nomine:

Lustre ao Desembargo do Paço: quod interpretor illustrationem supremi concilii justitiæ regni Portugalliæ.

F. IOANNES PINTO DE VICTORIA, Lusitanus, patria ex Madera, Lusitanæ ditionis in Oceano insula, & ejus urbe Funchal Carmelitarum habitu in Valentia urbe suscepto, præfectus hanc domum, imo & Aragoniæ provinciam, aliquando gubernavit, Bæticamque cum potestate visitatoris lustravit, doctor theologus. Scripsit de rebus domesticis:

Gerarquia Carmelitana y gloria de los Santos

tos del Monte Carmelo, con Sermones para los dias de ſus fieſtas: ſcilicet priorem partem. Valentiæ 1616. in 4. apud Joannem Chryſoſtomum Garriz.

Vida del Venerable P. M. Fr. Juan Sanz del orden de Nueſtra Señora del Carmen. Simulque:

Vida de las hijas eſpirituales del Venerable Padre Fr. Juan Sanz. Item:

Vida del Principe de Macedonia Pedro Angelo Zernobichio, o Fr. Angelo Religioſo del Carmen. Ibidem 1612. in 8. apud Chryſoſtomum Garriz. Atque iterum Cæſarauguſtæ 1679. in 4.

Inter vivos eſſe deſiit Valentiæ anno MDCXXXI. nondum abſolutus Aragoniæ provinciæ præfectura.

D. IOANNES PIZARRO DE ARAGON, Truxilli ortus, Calatravenſis eques, toparcha de las quatro Villas de la Campiña de Alcala, ingenua eruditione moraliſque doctrinæ præceptis eleganter inſtitit in eo libello, cui ita inſcripſit:

Diſcurſos de la Razon. Matriti 1629. 8. Hæ ſunt epiſtolæ quorumdam vitiorum ad virtutes harumque invicem ad vitia mutuo datæ, ſtilo nempe rationis exaratæ. Navabat in alio libro operam, cum hos diſcurſus emiſit foras, ſic indigitato, *Erudicion de Reyes y privados.* Habuit in matrimonio D. D. Mariam de Mendoza, ex qua genuit D. Sylveſtrum filium, Reginæ noſtræ puerum (Menino vocant) hoc anno MDCLXXX.

F. IOANNES DE LA PLATA, Hiſpalenſis, Carmelita, ordinis ſui eccleſiaſtes & chronographus, edidit:

Defenſorio de la Antiguedad, Legisladores y Santos de la ſagrada Religion de Nueſtra Señora del Carmen de la antigua obſervancia. Hiſpali 1639. in 4.

Defenſivo contra el freneſi de Portugal: ſed ſuppreſſo nomine. Compluti 1641.

Paulo poſt transfretavit in Americam cogitans neſcio quid de *Cantabrorum Hiſtoria.*

IOANNES PLAZA, domo ex Medinaceli oppido, Jeſuitarum ſodalis, eximiæ morum ſanctitatis, obiit Mexici Novæ Hiſpaniæ anno MDCII. ætatis LXXV. cum inter alia edidiſſet, concilii provincialis Mexicani juſſu:

Catecijmum, quo rudimenta Chriſtianæ religionis teneræ ætati traderentur.

F. IOANNES POIG, neſcio cujus familiæ religioſæ ſodalis, edidit ſic inſcriptum opus:

Del Mayor del Cielo. Cæſarauguſtæ anno 1615.

IOANNES POLANCO, Burgenſis, Romæ ingreſſus Jeſu Societatem anno MDXLI. cum adhuc pater Ignatius in vivis ageret, Pataviumque deſtinatus pro capienda theologorum doctrina, fructuoſiſſimum ſeſe in omnibus novæ ſodalitatis operarium exhibuit. Tribus namque præpoſitis generalibus, Ignatio nimirum, Jacobo Lainio & Franciſco Borgiæ, a ſecretis, a conſultationibus, et, ut dici ſolet, pedes & manus fuit. De quo plura *Societatis Bibliothecæ* auctor. Scripſit:

Directorium ad Confeſſarii & confitentis munus recte obeundum. Anno 1554. Quod editum ſæpius indidem fuit, Venetiis quidem per Jacobum Leonium 1569. & 1574. in 12. & alibi. Recoctum Paderbornæ vidimus 1617. in 8. Italicum autem, opera Joannis Mariæ Tartia, Venetiis apud Damianum Zenarum 1579. Illirice quoque vertit, charactereque Latino edidit Simon Budinæus Jadrenſis Romæ typis ſacræ congregationis de Propaganda Fide 1636. in 8. Gallice item prodiit Lugduni ex officina Nicolai Choquenot 1598. in 16.

Doctrinam Chriſtianam: Italice. Venetiis apud Franciſcum Pampazzetum 1570. in 16.

De ſeptem Peccatis mortalibus.

De Humilitate item paulo ante mortem aptiſſime ac luculenter ſcripſiſſe eum *Bibliothecæ* ait ſcriptor. Extat quoque inter opuſcula *Pro ſodalitate B. Virginis* ejus:

De modo orandi, & pſallendi cum fructu libellus: quod Antonius Poſſevinus in *Apparatu ſacro* refert.

Conſtitutiones Societatis Jeſu, a S. P. Ignatio Hiſpane conſcriptas, Latine vertit.

Induſtrias quoque quaſdam edidit, ejuſdem B. patris juſſu, ad uſum doctrinamque operariorum qui in miſſionibus verſantur, ut refert Bernardus de Angelis in præfatione ad *Induſtrias P. Claudii Aquavivæ.* Scripſit præterea, ut refertur in eadem *Bibliotheca*, tractatum ſane præclarum hoc titulo:

Induſtriæ ad vitam ſecundum triplicem conatum, ad Deum eundi, ad noſtra exeundi, ad Deum redeundi. Reperio etiam Joannis Polanci nomine inſcriptum:

Methodum ad eos adjuvandos, qui moriuntur. Qui & Maceratæ per Sebaſtianum Martellinum 1575. in 12. & Romæ per Victorium Alianum 1577. in 12. Venetiiſque eodem anno & Leodii 1579. in 8. editus fuit.

Deceſſit e vita ſexagenario major XXI. Decembris MDLXXVII.

F. IOANNES PONZE, ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, cœnobiorum Conchenſis, Burgenſis & Salmantini aliorumque præfectus,

ctus, sacræ theologiæ magister, vitæ sanctimonia spectabilis, scripsit uti domestici docent:

Jardin de Monjas.

Del Santuario insigne de Nuestra Señora de Texeda: & alia pia opuscula.

D. IOANNES PORTER, Aragonius, dedit foras libellum:

De Vera Oboli signati Aragonii æstimatione. Cæsaraugustæ 1616.

D. IOANNES DE LA PORTILLA DUQUE, ingenio & industria non vulgaribus adornare pergit tam sacras quam profanas Hispaniæ nostræ prærogativas, meditaturque *Hispaniam illustriorem* pro *Hispania* olim *illustrata* duobus voluminibus reddere, nisi verba nobis data sunt in libello quodam supplici ad Regem nostrum directo, qui editus typis est. Systema hocce constare debebit ex his operibus:

Ciento y cinquenta proposiciones en defensa y honra de la Monarquia de España.

El Escudo de España armado con treinta titulos y derechos para la justa posesion de la Aquitania que pertenece a los Señores Reyes de Castilla.

Adoracion de la Cruz entre Españoles Gentiles desde el siglo de su Rey Hercules Egypcio, bisnieto de Noe, que desde Egypto la truxo a España mil y setecientos años antes de redimirnos Jesu-Christo en ella.

Monarquia de los Españoles (veinte veces mayor que la de los Romanos) con toda la dilatacion de sus reynos y provincias, restaurados, fundados y adquiridos con la real presencia y visible auxilio de la santa Cruz. Hæc jam pars seorsim prodiit nuper Matriti in 4.

Epilogo de glorias inauditas de los Españoles &c. Omnia hæc ad editionem jam fuisse approbata refert; sequentia vero jam se perfecta habere ait:

Tratado de la Cruz, con cuyo auxilio implorado han cesado grandes pestilencias y contagios.

Cruz exaltada de los lugares donde inadvertidamente suele hollarse.

Nueva Festividad a la Cruz en todas las Iglesias de España, su titulo GLORIFICATIO CRUCIS, y podria celebrarse el segundo dia de Enero.

España honradora de Reyes ante todas las naciones.

España pacifica como no la ofendan ni provoquen, con una exortacion catolica a la concordia deseada entre España y Francia.

Reynado sacro de Filipo IV.

Cadaver del Invicto y glorioso Emperador Carlos V. que se halló incorrupto en el Escurial despues de cien años de su muerte, prevenido y adivinado en los versos de Lucano mil y quatrocientos años antes que sucediera.

Escolios politico-historicos sobre todos los lugares de Silio Italico que hablan de España.

Precedencia de España a todas las demas naciones. Prodiit quidem foras.

España restaurada por la Cruz. Matriti 1661. in 4.

F. IOANNES DE PORTUGAL, Lusitanus, Eborensis, Ludovici de Portugal, secundi comitis de Vimioso, & Aloisiæ de Guzman filius, ordinis S. Dominici, Visensis in eo regno episcopus, scripsit:

De Spiritu sancto: tomis duobus. Conimbricæ apud Didacum Gomez de Lovreiro 1644.

De Gratia creata & increata, quatuor tomis: quorum duo primi, quod materiam continerent de auxiliis divinæ gratiæ, in lucem edi sunt prohibiti, reliqui duo prodiisse dicuntur anno 1617. Laudat Joannem de Portugallia, comitis Vimiosi filium, Alphonsus Fernandez, ejusque erudita *Commentaria ad Primam Partem S. Thomæ.* Scripsisse quoque dicitur, vulgari lingua ut suspicor:

Casamento Christaõ, sive matrimonium Christianum. Item:

Louuores de Nossa Senhora, sive laudes Deiparæ Virginis. Item:

Cathecismo: cujus exemplaria in monasterio Sacramenti ejusdem ordinis Olisiponensi extare nobis affirmavit Emmanuel a Resurrectione, Augustinianus, toties laudatus. Idem tribuit Joanni a Portugallia:

Motivos do divino Amor que trata da Paixaõ de Christo: quod opus MS. extat in monasterio monialium S. Jacobi.

Obiit in Visensi sua ecclesia septuagenario major XXVI. Februarii MDCXXIX.

F. IOANNES DE PRADO, Minimorum sodalis, scripsit:

Vida, y muerte de S. Francisco de Paula. Malacæ 1669. in folio.

F. IOANNES A PRÆSENTATIONE, ex oppido Fuentes de Ebro, Mercenariorum Excalceatorum sodalis, scripsit:

Corona de Madrid, Vida de la Venerable Madre Mariana de Jesus, Religiosa descalza de la Merced. Matriti apud Julianum de Paredes 1673. in 4.

Vida de San Pedro Nolasco. Gadibus 1669. 4.

F. IOANNES PRUDENTIUS, Cæsaraugustanus, Mercenariorum, quos vocant, fra-

fratrum sodalis, in Complutensi academia primarius theologiæ professor, insigni doctrina, singulari memoria & promptissima, etiam ex tempore Latinæ linguæ usu & eloquentia præditus, scripsit:

De Incarnatione Verbi, in Tertiam Partem Sancti Thomæ. Lugduni 1654. in folio: & alia quæ in schedis remanserunt.

Obiit namque post annum MDCLX.

F. IOANNES DE LA PUENTE, domo ex urbe Pincia Veteris Castellæ, Dominicanorum sodalis, historicen & sacras literas egregie calluit, judicio usus limato & solido. Quare Philippus III. Rex Catholicus destinavit eum rerum sub ejus imperio gestarum enarratorem. Hoc munere functus fuit non minus sub Philippo IV. ad Sancti Thomæ collegium Matritense, cui & præfuit, Fidei rerum apud Sancti ut vocant Officii judices interim censor. Publicavit ingentis operis volumen primum, quod sequi debuerunt alia tria, scilicet:

La Conveniencia de las dos Monarquias Catolicas, la de la Iglesia Romana y la del Imperio Español; y defensa de la precedencia de los Reyes Catholicos de España a todos los del Mundo. Matriti 1612. in folio.

Scio intercessisse partis secundæ publicationi nescio quam senatoris Regii, cui hæc cura injuncta fuit, pertinaciam, sive superstitionem haud permittendi in vulgus ire quidquid auctor adversus supposititium scriptorem Dextrum, hujusque farinæ alios, libere docteque in eo volumine consignaverat. Quo ut librum multaret, morigerum se præbens illius consilio censuræque, persuaderi numquam voluit. Videndus de Pontano nostro Joannes Lopez, episcopus Monopolitanus, IV. parte *Historiæ ordinis Prædicatorum*, lib. III. cap. LVIII. & LXII. Nescio an hujus sit libellus sic inscriptus *Arbol de la Vida*, editusque Compluti 1572. in 8.

F. IOANNES DE QUIÑONES, Mexici Novæ Hispaniæ natus, Eremitarumque ordinem professus, vir pius, scripsit lingua Tagallica, ut auctor est Joannes Grixalva in *Chronico Neo-Hispaniensi Augustiniano*:

Arte y Vocabulario de la lengua Tagalica.

D. IOANNES DE QUIÑONES DE BENAVENTE, patria ex oppido Chinchon agri Toletani, post aliqua exercita jus populis dicendi munera, in collegio tandem judicum, qui criminalibus negotiis in curia præsunt, Regemque comitantur (Alcaldes de Casa y Corte vulgo appellamus) diu sedit magna cum laude, usque ad obitum scilicet. Delectabatur varia lectione, libraria supellectile affatim dives, cujus rei opuscula ab eo typis edita non obscuri sunt testes. Scripsit namque:

Tratado de las Langostas. Matriti anno 1620. in 4.

Discurso de la Campana de Vililla. Matriti 1625. in 4.

Discurso contra los Gitanos. Ibidem 1631. in 4.

Tratado del Carbunco, donde se tratan sus virtudes, y de las otras piedras que estavan en el Racional del Sumo Sacerdote. Matriti anno 1634. in 4.

Explicaciones de unas monedas de oro de Emperadores Romanos, que se hallaron en el Puerto de Guadarrama. Ibidem 1620. 4.

Suceso de la batalla memorable de Pavia. Ibidem 1634. in 4.

Apologia contra los Indios.

Falsedades de Miguel de Molina (hic falsarius fuit insignis, qui suspendio vitam finivit) Matriti 1642. in 8.

Del Monte Vesubio. Ibidem anno 1632. in 4.

Discurso sobre la Carta, que la Magestad del Rey D. Felipe IV. escribió a las ciudades, Grandes y Titulos de su reyno a la entrada en el gobierno de sus reynos. Erat MS. in bibliotheca Olivariensi.

Disputa Politica, que consta de seis Oraciones, en que se trata de como se ha de hacer la guerra felizmente: ex Latino Nicolai Vernulæi in Hispanum vertit sermonem, Matritique publicavit 1644. in 8.

Memorial a la Inquisicion sobre un Judio que tenia menstruo. In 4.

Corografia de Lerida..... Et nescio an alia.

Desiit inter vivos esse ante annum MDCL.

Tratado de la contrariedad de España y Francia: ex Gallico Guilielmi Vanderroy, sub nomine anagrammatico doctoris Senonqui. 1635. 4.

IOANNES DE QUINTELA LEDESMA ET BRACAMONTE, Segoviensis, vulgavit:

Letras divinas: vario carminis genere. Matriti apud Thomam Junti anno 1623. 8.

F. IOANNES DE QUIROS, Minorita, theologiæ lector emeritus, pater ut vocant provinciæ Bæticæ, Indiarumque vicecommissarius generalis, edidit:

Rosario Inmaculado de la Virgen Santisima y mayores testigos de su originea gracia. Hispali 1650. in folio.

Marial, o segundo tomo de los mysterios y glorias de Maria. Hispali 1651. folio.

IOANNES DE QUIROS, unus ex paro-

rochis almæ ecclesiæ Hispalensis metropolitanæ, lusit serio:

Christopatia, o Pasion de Christo Nuestro Señor: septem canticis. Toleti apud Joannem Ferrer 1555. in 8.

F. IOANNES DE RADA, Aragonius, Taustensis, ex ordine Seraphico, princeps in Salmantina ordinis sui domo sacræ scientiæ professor, propter excellentiam doctrinæ, ut refertur, Romam fuit accersitus, quo in ancipiti illa de auxiliis divinæ gratiæ controversia, inter Dominicanos & Societatis patres excita, consultor esset. Romæ in comitiis ordinis generalibus ultramontanorum commissarius ut vocant generalis renuntiatus, Clementi VIII. & Paulo V. Clementis successori gratus valde extitit, doctrinæque ac subtilis admodum ingenii, modestiæque & gravitatis nomine maxime habitus. Consequutus inde est Tranensem archiepiscopalem sedem in regno Neapolitano. At cum Philippus Rex III. ad Pactensis in Sicilia episcopatus obeundum officium eidem Paulo Pontifici solito more commendasset, illeque cum retentione archiepiscopalis etiam tituli providisset eum hujus ecclesiæ pastorem, pede nondum insulæ illato, in cœnobio ipso Sancti Francisci de Paula Calabriæ provinciæ, magno omnium dolore, inter vivos versari desiit v. die Januarii anni MDCVIII. Scripserat Salmanticæ, atque ediderat:

Controversias Theologicas inter S. Thomam & Scotum: duabus partibus. Salmanticæ 15.... & 1599. folio. Venetiis 1598. in 4. Parisiis apud Arnaldum Sittat 1589. in 8. Coloniæ 1616. in 4. Item Venetiis eodem anno. Ab his quæ ex Luca Waddingo desumpta sunt variat aliquantulum Vincentius Blascus Lanuza in *Historiarum Aragonensium* volumine altero, lib. v. cap. XLIII.

IOANNES RAMIREZ, Toletanus, Compluti in rhetorum gymnasio Antonio Nebrissensi successit, vir leni quadam facundia & stili elegantia ac puritate excellens, tanta vero probitate & in rebus domesticis tractandis vigilantia ut merito frugi appellari potuerit. Multa scripsit, partim dialogis, in quibus scribendis multum oblectabatur, partim oratione perpetua, ferme ad œconomicen cuncta pertinentia, quæ in lucem nondum venerunt. Alebat domi adolescentes ingenuos, quos & moribus & literis probe instituebat. Hæc de eo totidem verbis Alvarus Gomezius *De rebus gestis Ximenii* lib. III.

IOANNES RAMIREZ, ordinis Sancti Jacobi sacerdos, Salmanticæ in collegio hujusmet sodalitatis splendido ac divite juri operam viginti quatuor annis laudabilem posuit, creatus etiam juris canonici doctor, ejusdemque per octodecim annos, susceptis quatuor per vices cathedris, professor: jam Lucroniensis inquisitor factus edidit:

Expositionem Bullæ Alexandri III. De confirmatione ordinis Militiæ D. Jacobi: ad Philippum III. Regem. Burgis ex officina Joannis Baptistæ Varesii 1599. in folio.

Annumeratus aliquando fuit supremi senatus patribus qui religionem tuentur. Necnon inter Burgensis ecclesiæ canonicos eum numerat *Theatri Ecclesiastici* auctor Ægidius Gonzalez Davila.

F. IOANNES RAMIREZ, patria ex oppido Morillo, quod in Rioxa est, Dominicanus, sacræ theologiæ magister, eximia vitæ integritate probavit adeo se Philippo III. Regi ut anno MDC. Guatemalensis apud occidentales Indos antistes ab eo nominaretur, sed, ut decebat, invitus. Egerat olim subditæ illius gentis causam ad nos ex India ipsa rediens, quo tempore libellum supplicem publicavit:

Advertencias sobre el servicio personal, a que son compelidos los Indios de la Nueva España. Nec frustra, siquidem statim de non imminuenda eorum libertate fuit provisum. Scripsit item:

Campo florido, exemplos de Santos para exortar a la virtud con su imitacion y exemplo. Hic forte liber alias audit *Altar de las virtudes*, Madriti editus anno 1658.

Obiit anno MDCIX. cujus cadaver sexennio jam exacto nil contraxisse corruptionis apparuit. Hæc Ægidius Gundisalvi Davila, Regius Castellæ & Indiarum chronographus, in *Theatro Indicarum Ecclesiarum* præter domesticos testes.

F. IOANNES RAMIREZ, ordinis Minorum provinciæ Sancti Jacobi, scripsisse dicitur insignem:

Regulæ Sancti Francisci expositionem: quem laudat Ludovicus Mirandensis, non Waddingus.

F. IOANNES RAMIREZ, Toletanus, ordinis Sanctissimæ Trinitatis, scripsisse dicitur:

Del Patrocinio de Nuestra Señora.

F. IOANNES RAMIREZ, Matritensis, ordinis Sanctissimæ Trinitatis, sacræ theologiæ magister, concionator Regius, cœnobii Matritensis minister, scripsit:

Del voto, que hizo la Congregacion del Ave Maria de defender la pureza de nuestra Señora.

IOAN-

IOANNES RAMIREZ DE ARELLANO, scripsit:

Suma de la Ortografia Castellana. Antuerpiæ apud Plantinum in 16.

D. IOANNES RAMIREZ DE GUZMAN, Hispalensis, vir clara stirpe natus, reliquit MS. penes filios:

Descendencias del Santo Rey D. Fernando y de los Conquistadores de Sevilla.

D. IOANNES RAMOS DEL MANZANO, Salmantinus, Francisci, Regii senatoris atque Indiarum olim propræsidis, nunc Regis nostri Caroli II. præceptoris, filius, fortis ut cum Poeta dicam creatus forti. Eques ordinis S. Jacobi, juris libros paterno exemplo non jejune, sed amoenioris totius doctrinæ tam sacræ quam profanæ collectis & ubique sparsis floribus in Ticinensi academia, delatus eo cum patre, magistratus extraordinarii Mediolanensis præside, quos Salmanticæ olim didicerat, explicuit exteris, professorem legum primarium agens, ediditque ad specimen sui jurisprudentiæ studiosis dandum:

Academica Analecta ex L. Ἀξίωσις *sive Deprecatio* XI. *D. De Lege Rhodia de jactu.* In 4.

Tribonianum, sive errores Triboniani de Pœna Parricidii in §. *Alia, deinde Lex 7. Instit. de publicis Judiciis.* Mediolani 1659. in 4.

Creatus inde fiscalis advocatus Mediolanensis, posteaque senator, paulo post Matritum evocatur, ubi in concilio Regii Patrimonii senator quoque jus dixit ad obitus diem usque, sibi & aliis, si de re profane loquimur, immaturi, quem contigisse credimus sive Julio sive Augusto mense anno MDCLXVIII.

Delectabatur is non mediocriter poetico studio, formabatque non ineleganter aut inerudite carmina vulgaris linguæ, quorum imprimis laudatur tragicomoedia hujus tituli:

Abides, o el Pastorregio, sub anagrammatico nomine Romani Sfortiæ Cusani Academici Affidati Ticinensis gymnasii: singularis genii atque eruditionis, nec vulgo scriptum, opus, quod Franciscus pater non invidebit forsan publicæ luci.

IOANNES RAPHAEL MOXIUS, vulgo MOX, Gerundensis, doctor medicus, vulgavit:

Methodi medendi per venæ sectionem morbos muliebres acutos libros quatuor: quibus succedit *Spicilegium eorum, quæ a variis sunt scripta de curandi ratione per venæ sectionem febres, quas humor putrescens accendit.* Coloniæ Allobrogum apud Samuelem Crispinum 1612. in 8.

IOANNES REBELLO, Lusitanus, ex oppido Prato Lamecensis dioecesis, Societatis Jesu sacerdos, vir pius, vernacula dedit lingua Hispaniæ Castellanæ:

Historia de los milagros del Rosario de la Virgen Nuestra Señora. Ulisipone 1599. & 1617. in 8. sive *Del Santo Rosario.* Eboræ 1599. 8. & 1600. tribus tomis apud Emmanuelem de Lyra.

Dos Dialogos de la Virgen Nuestra Señora.

Doctrina Christiana.

Vida y Corona de Christo Nuestro Señor. Olisipone apud Franciscum de Lyra 1600. in folio: aliaque nondum edita.

Denatus est Eboræ XIV. Julii MDCII. ætatis suæ LX. Ferdinandi Rebelli frater germanus fuit, de quo alibi egimus.

IOANNES RECIO DE LEON, scripsit, ut Antonius Leo ait in *Bibliotheca Indica*:

Relacion y descripcion de las provincias de Tipuane, Cunchos y Paititi. 1624. folio.

D. IOANNES DE REDIN, Pampilonensis, juris doctor, Pincianæ curiæ tum caussarum criminalium judex tum civilium fuit, deinde Coruniensis urbis Gallæciæque totius juridicum conventum præfectus rexit. Necnon & apud Granatenses eodem gesto munere, meruit tandem inter Fidei rerum summos judices suffragium ferre, indidemque ad amplissimum ordinem Castellæ senatus, hoc est ad supremum regni magistratum, vocari. Quæ inter probitatis miræque integritatis, solertiæque ac doctrinæ ad gerendam rempublicam, forique praxim utilis adepta fama, in excelso eum sublimique loco apud æquales omnes constituit. Sed cum talis vir sacrorum administrationis dignus maxime videretur, a Philippo Rege II. immortalis memoriæ, pontificiam Turiasonensis ecclesiæ infulam obtinuit, dum annus verteret superioris sæculi septuagesimus septimus. Emisit in publicum:

De Majestate Principis Tractatum Relectioni Proœmii Institutionum Imperialium accommodatum: ad Carolum Principem Hispaniarum. Pinciæ 1568. in folio.

De interdictis alium tractatum in schedis reliquit.

Abiit ad plures anno MDLXXXIV. Quem *meritissimum regium consiliarium*, indeque *integerrimum præsulem* vocat Ignatius Lopez de Salzedo in *Addit. ad Bern. Diaz Praxim crimin.* cap. LVIII.

F. IOANNES REDONDO, ordinis Sanctissimæ Trinitatis, scripsit:

Tratado de la limpisima Concepcion de la Vir-

Virgen Santiſima Madre de Dios, ſobre el Pſalmo XLVII. Hiſpali 1616.

F. IOANNES A REGIBUS, in Caſtella Veteri ortus, Pinciæque ad inſtitutum Carmelitarum Excalceatorum admiſſus, provinciæ Mexicanæ, quo ſe tranſtulit obedientia ductus, præfecturam geſſit, ſcripſitque ibi:

Apologiam pro Virginitate Heliæ Prophetæ, quam primus ex voto ſervavit, adverſus quendam concionatorem, qui temere dixerat matrimonium eum contraxiſſe. Mexici 1641. editam.

IOANNES REMON DE TRASMIERA, qui ſe bachalaurum appellat, auctor eſt illius operis, quod ita inſcriptum aſſervatur cum alibi, tum in bibliotheca excellentiſſimi comitis Villæumbroſæ, Caſtellæ ſenatus præſidis, manu exaratum:

Triunfo Raimundino, o coronacion en que ſe celebran las antiguedades, y linages de la Ciudad de Salamanca.

F. IOANNES DE RIBAS, Franciſcanus frater provinciæ S. Gabrielis, e duodecim unus qui ſementem Evangelii apud infideles Indos reperti nuper orbis primi fecerunt, zelo ardens commiſſæ ſibi provinciæ utilius gerendæ conſcripſit Mexicano idiomate:

Chriſtianam Doctrinam, ſeu Catechiſmum.

Dominicales per totum annum Sermones.

Dialogum devotiſſimum de vita hominis Chriſtiani. Necnon & ex Latino in eamdem linguam convertit:

Vitas Patrum Sanctorum: itemque *Vitas Patrum*, & ſuorum ſociorum, *qui primi lucem Evangelii his populis intulerunt.*

Tetzcucano in cœnobio, curvatis prope lectulum genubus, ſanctiſſime expiravit die Junii XXV. anno MDLXII.

F. IOANNES DE RIBAS CARRASQUILLA, Dominicanus cœnobii Cordubenſis, edidiſſe fertur:

Defenſa de la dotrina del Angelico Doctor mejor exequutada &c. Madriti 1663. folio.

IOANNES RIBEIRO GAYO, Luſitanus, Malacenſis in Aſia Portugalliæ tunc ditionis epiſcopus, ſcripſiſſe dicitur verſibus compactum:

De Linhagẽs, hoc eſt, *de Genealogiis* opus.

IOANNES DE RIBERA, Barcinonenſis, auctor eſt:

Duarum Orationum, alterius *de Philoſophiæ laudibus*, alterius *in laudem Sancti Dionyſii Areopagitæ.* Barcinone anno 1578. in 4.

D. IOANNES DE RIBERA, presbyter Hiſpalenſis, & magiſter theologus, edidit:

Declaracion del Credo y otras Oraciones. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1591.

Cateciſmo de los Moros nuevamente convertidos. 1599. 4.

D. IOANNES DE RIBERA, Petri Afan de Ribera, ducis de Alcala, proregis Neapolitani, filius, circa annum MDXXXIII. Hiſpali ut creditur in lucem editus, vir ſanctitate clariſſimus, antiſtitum ſui temporis nulli ſecundus, epiſcopalis officii veluti norma, quem tricenario minorem Philippus Rex II. Pacenſem eccleſiam, dum Neapolitanis parens præeſſet, nec diu poſt, annuente Pio V. P. M. Valentinam gerere juſſit, quam una cum patriarchatus Antiocheni honore ab anno MDLXVIII. quadraginta tribus annis uſque ad mortem vigilantiſſime & ſanctiſſime gubernavit. Pro multis teſtibus pater ſacrorum Pius V. nonne eſſe debet? Atqui is in conferendo ei memorato patriarchatu ad collegium purpuratorum patrum dixit: *Lumen* eſſe Joannem noſtrum *totius Hiſpaniæ, rarum exemplum virtutis & probitatis, ſpecimen morum & ſanctimoniæ, adeo ut ipſi*, ajebat, *confundamur ab ejus humilitate & parſimonia. Non ſolum exercet munus epiſcopi, ſed etiam parochi miniſtrando ſacramenta & deferendo ea uſque ad domos infirmorum, & agit potius vitam monaſticam quam epiſcopalem: & multi epiſcopi in Hiſpania ſequuntur veſtigia illius.* Hæc de epiſcopo princeps epiſcoporum. At ceteris muneris ſui virtutibus doctrinam, quam Salmanticæ olim hauſerat, rerum ſacrarum, doctor ac profeſſor theologus ejuſdem ſcholæ, continuatis diu noctuque laboribus adeo eximiam adjunxit ut niſi modeſte lucubrationes ſuas ſubtraxiſſet publicæ luci, domeſticorum qui viderunt teſtimonio, quorumcumque vel doctiſſimorum commentaria commentariis ſuis provocare poſſet. Inter alia:

Super duas Petri Apoſtoli Epiſtolas doctiſſime eum ſcripſiſſe, oculatus teſtis, auctor vitæ ejus, Franciſcus Eſcriva, Societatis Jeſu, hiſtoriæ ſuæ cap. XVIII. teſtatur. Qui & plures ejus *Literas paſtorales* atque item *alias ad Regem Philippum III.* quibus apud pium principem expulſionem mauriſcorum urget vehementiſſime, ac tandem *Concionem ſacram*, cum expulſio intimata fuiſſet, ab eo habitam, aliaque adducit.

Denatus eſt VI. die Januarii MDCXI. ætatis ſuæ LXXVIII. Quem præſtantiſſimum populorum paſtorem Cœlitum albo inſcribi Valentina eccleſia fervidis apud Apoſtolicam ſedem officiis ab aliquot jam annis procurat.

IOAN-

IOANNES DE RIBERA, Americanus, in Nova Hispania natus, in Jesuitarum sodalitio Philippinis insulis, Manilæ usque ad mortem permanens, illuxit splendore vitæ religiosæ adamussim directæ, reliquitque:

Responsa moralia: quæ lucem hactenus non viderunt. Præter:

Annuas literas Philippinarum a Junio MDCII. ad Junium MDCIII. Italico sermone Romæ editas anno 1605.

IOANNES DE RIBERA SAAVEDRA, Hispalensis curiæ in criminalibus causis notarius, atque item Regiarum Castellæ & Portugalliæ classium, optimo & raro laicis exemplo edidit:

Lecciones para saber morir. Hispali 1642. 8.

F. IOANNES DE RIERA, Majoricensis, ordinis S. Francisci, vir pius ac doctus, doctrinæ Raymundi Lulli civis sui addictissimus, cujus causam Romæ multis annis defendit edito insuper docto:

Tractatu, in quo respondet omnibus, quæ hucusque objecta sunt Raymundi doctrinæ. Palmæ Majoricarum 1627. in folio.

Decessit in Hibernorum seu S. Isidori collegio Romano, uti Lucas Waddingus refert.

F. IOANNES DE RIHUERGA, ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, in schedis reliquit adhuc ineditum:

Compendio de los Reyes antiguos de España: quod anno MDXXV. nuncupasse dicitur Laurentio Galindez de Caravajal, Caroli Cæsaris consiliario & chronographo. MS. adservatur in bibliotheca excellentissimi viri D. Petri Nuñez de Guzman, Villæumbrosæ comitis, supremi senatus Castellæ nunc præsidis. Recordatur hujus *Compendii* Florianus Docampo in prologo suæ *Hispanæ Historiæ*, id tamen non magni pretii opus existimat, reprehensus ob parum æquam hanc censuram ab amico nostro D. Josepho Pellizer, Regio historico, in præfatione ad editionem *Libri primi antiquitatum Hispaniæ* D. Laurentii a Padilla superiore anno 1669. ab eo procuratam.

IOANNES DE LA RIPIA, computator, ut sese appellat interventionis Regiorum redituum de Almagro & Campo de Calatrava, scripsit:

Practica de Testamentos y modos de suceder. Conchæ apud Antonium Nuñez Henriquez in 4.

Practica de la Administracion, y cobranza de las rentas reales, y visita de los Ministros que se ocupan en ellas. Matriti apud Matthæum de Espinosa 1676. in folio.

IOANNES RIPOL, Cæsaraugustanus civis, notarius, scripsit:

Dialogo de consuelo por la expulsion de los Moriscos de España. Pampelone 1613. in 4. Hunc elegantiæ nomine lectu dignissimum Vincentius Blascus Lanuza, *Rerum Aragonicarum* scriptor, affirmat, commendans quoque facultatem auctoris poeticam sublimeque dicendi genus.

IOANNES ROA DE AVILA, prior Caberi ordinis Canonicorum Regularium D. Augustini (uti refert Leo Allatius in *Apibus Urbanis*) sacræ theologiæ doctor, edidit:

De Providentia Dei & Prædestinatione, libros III. ad Philippum Hispaniarum Principem. Matriti apud Petrum Madrigal anno 1591. in folio.

De Juribus Principalibus &c. Ibidem in folio 1591. Ita Allatius. Vidimus post hæc scripta Matritensem hanc editionem in Barberina bibliotheca, continetque has quæstiones valde notabiles: I. *De Justo jure Principum contra vim Ecclesiasticorum, si quando accidat.* II. *De Laicorum usu in hac re moderando & de Ecclesiæ privilegiis etiam erga Principes.* III. *De Commodis Principum, scilicet eo quod habere licet a Republica.* IV. *De Campestrium usu licito & illicito.* V. *De usu spectaculorum, ludorum, & taurorum.* VI. *De stipendiis, juribus, & donis Ministrorum & defensorum Reipublicæ.* VII. *De Theologicis regulis juste debellandi & obtinendi Regna.* In indice Tridentino librorum prohibitorum mentio fit *Joannis de Roa Davila Apologiæ de juribus Principalibus defendendis & moderandis juste.* Plane acerrime invectus fuit Cæsar cardinalis Baronius in hunc Roæ librum tomo VI. *Annal.* anno 447. num. 8. cujus verbis agam ut de homine & libro, alias inventu raro, existimationem curiæ Romanæ significem: *Ex his plane considerent qui præsunt hodie Hispaniarum ecclesiis sacri antistites, catholicæ fidei decus & ornamentum, quanto periculo vulgari sinatur, quod offensam inferat catholicæ disciplinæ, illud inquam opus nuper cusum, quod atra statim Romæ inustum nota flammæ ultrices expectant, elaboratum a Joanne de Roa ejusmodi titulo* Apologia de juribus principalibus defendendis, & moderandis juste, *quod novatoribus parare viam qui acutiorem odoratum habent probe norunt. Videant quo tendat adulatio ista cum nova doctrina, quam haud quidem auctor didicisse potuit a doctissimis viris Societatis Jesu, inter quos aliquando socius versatus est: non apud Sancti Augustini professores, ad quos, ab illis abire jussus, se contulit,*

nec

nec denique apud clerum Hispaniarum, Catholicæ & Apostolicæ antiquæ disciplinæ tenacissimum conservatorem atque custodem, apud quem demum stipendia meruit. Verum speramus de eo, utpote adhuc inter catholicos profitente, palinodiam fore propediem recantaturum. Hæc Baronius. Cujus censuræ in famosa ad Frontonem Duceum epistola, quæ CCCCXXIV. est in earum editione, meminit Casaubonus. Attamen reperio in schedis ejus MSS. Barberinæ bibliothecæ hanc notam: *Liber meus de Juribus principalibus tempore Clementis VIII. inclusus fuit in Indice Expurgatorio; at ipse per sententiam Sancti Officii congregationis absolutus fui ab omni suspicione hæresis in causa libri.*

Tabulas quinque de Annis Mundi, & successionibus, & Genealogia Jesu Christi. Romæ 1610. 4.

Apologiam pro Immaculata B. Virginis Conceptione. Bracciani apud Andream Phœum 1614. in 4.

Alia ejusdem MSS. opera in bibliothecis servari Allatius adjungit, nempe:

De Potestate Ecclesiæ & concursu potestatis Principum tomos IV.

Apologias varias de materiis theologicis.

De Immaculatæ Deiparæ Virginis Conceptione pleniorem tractatum.

De explicatione divinorum mysteriorum tractatum Logicum, Physicum & Methaphysicum.

De misericordiæ actibus, eleemosyna, & correctione fraterna & judiciali.

De Cambiis & contractibus nummulariis.

De Astrologicis Theoricis & judiciis utendis & repellendis sapienter. MS. in bibliotheca Barberina.

Resolutio moralium materiarum pro confessione & ministeriis ecclesiasticis, & pro participantibus ministeria: quæ scripta ibi adnotatur ab anno MDXCV. ad MDCVI. MS. in eadem bibliotheca est.

Resolutionis controversiæ auxiliorum compendium. In eadem bibliotheca Barberina.

Resolutionem veram & catholicam de causalitate divina omnino perfecta, actuum humanorum servata incolumi libertate. Ibidem vidimus, ubi & alia asservantur pluribus codicibus MSS. contenta.

Decesisse eum Romæ credimus.

F. IOANNES DE ROBLES, Benedictinus monachus, abbas monasterii Vincentio martyri apud Salmanticenses sacri, vulgari lingua convertit atque edidit:

La Regla del Glorioso Padre S. Benito. Salmanticæ ex officina Alexandri de Canova 1571. 8. & ex Lucæ Juntæ 1583. in 8.

F. IOANNES DE ROBLES, ordinis Prædicatorum provinciæ Castellæ, primusque cœnobii S. Genesio sacri Talaverensis Carpentaniæ municipii alumnus, circa annum MDXXX. scripsit, Joanne Marieta in *Catalogo scriptorum hujus ordinis* auctore:

La Vida de F. Juan Hurtado. Item:

Las fundaciones de algunas casas de la provincia de Castilla.

IOANNES DE ROBLES, Francisci de Robles Minoritæ, fratris aut cognati, librum *De ratione accentuum omnium, seu dictionum linguæ Latinæ, Hebraicæque, & quarumdam Græcarum, præcipue earum, quæ per Sacras literas sparguntur* accurate castigavit & auxit. Cui succedere voluit:

Copiam accentuum in Breviarium Romanum novissimum, & in regulam D. Augustini, & in Officium additum Breviario Romano juxta ritum ejusdem Patris Augustini. Toleti 1552. in 8. Berlangæque 1564. in 8.

IOANNES DE ROBLES, prior ut se vocat, & vicarius Sancti Juliani Complutensis, interpretatus est, forte ex Italico, siquidem editionem apud nos procuravit:

Vida y excelencia y milagros de Santa Ana: nescio cujus canonici regularis Brixiensis. Salmanticæ 1522. in 4. Secundoque Hispali 1604. in 4.

IOANNES DE ROBLES, canonicus collegiatæ ecclesiæ Sancti Isidori urbis Legionensis, scripsisse dicitur:

De la Translacion y milagros del glorioso S. Isidoro Arzobispo de Sevilla. Salmanticæ ut suspicor. Hoc enim opus insinuare videtur Ambrosius Morales lib. II. *Historiæ Hispanæ*, cap. XXI. Salmantinæ editionis memor. Auctorem & librum laudat Ægidius Gonzalez Davila in *Theatro Hispalensis Ecclesiæ*, pag. 25. Qui transtulisse aut scripsisse mihi videtur anonymi opus *De Vita Sancti Isidori*, & Lucæ Tudensis (si non & hujus est laudata *Vita*) libellum *De Translatione & miraculis ejusdem Sancti Doctoris*: quæ duo penes me MSS. ex codice Toletanæ ecclesiæ, nec hactenus edita, remissurus propediem sum ad clarissimum virum Godefridum Henschenium, ejusque eruditissimum collegam Danielem Papebrochium, Jesuitarum sodales, quo ad diem quartam Aprilis mensis, quem nunc adornant, ceteris Sanctorum pretiosissimis undique perquisitis monumentis ea inserere possint.

IOANNES DE ROBLES CORVALAN, presbyter, ex oppido Caravaca oriun-

dus, facræ theologiæ (ut appellare amat schola) licentiatus, scripsit:

Historia del misteriofo aparecimiento de la Santissima Cruz de Caravaca, e innumerables milagros, que Nuestra Señora a obrado y obra por su devocion. Matriti 1615. 4. Hanc in compendium Latinum redegit Melchior Treviño, facerdos Jesuita, apud Germanos, ediditque Augustæ Vindelicorum 1619. 4. Necnon & Gallica, sive interpretatio, sive summarium, prodiit Lugduni apud Guilielmum Barbier 1653. in 8. ut lego in Gallicis librorum his annis editorum catalogis.

IOANNES DE ROCHA, Lusitanus, Bracharensis, Jesuita, strenuus Evangelii apud Sinas operarius, transtulit ejus gentis sermone:

Doctrinam Christianam: quam Marcus Georgius, ejusdem Societatis, Lusitanice formaverat.

Obiit Nanquini Sinarum an. MDCXXIII.

D. IOANNES ROCHO DE CAMPOFRIO, domo ex Alcantara Extremaduræ oppido, atque ordinis, qui ab eo nomen habet, unaque ex militaribus est Hispaniæ, sacerdos regularis, jurisconsultus doctorque Valentinus, inquisitor Apostolicus, necnon & rationum Regiarum concilii præfectus, Zamorensis, Pacensis Caurienfisque ex ordine episcopus, reliquit in schedis:

Tratado sobre que no debia efetuarse el matrimonio de la Infanta Doña Maria de Austria con el Principe de Galles.

Discurso de lo mucho que conviene limitar en España los estatutos de limpieza.

Obiit anno MDCXXXVII.

IOANNES RODRIGUEZ, presbyter, scripsit:

Luz de los mysterios soberanos del culto divino. Matriti 1632 in 8.

IOANNES RODRIGUEZ, qui bachalauri appellatione voluit dignosci, auctor est ejus comœdiæ, prosa oratione conscriptæ, quam hoc titulo prænotatam legimus:

Comedia llamada Florinea, que trata de los amores del buen Duque Floriano con la linda, muy casta y muy generosa Belisea. Medinæ 1554. in 4. Joannis Roderici nomine laudatum opus *El Triunfo de las Damas*, ex Draudi catalogo officinali, tomo secundo *Bibliothecæ exoticæ*, pag. 165. notum habemus, quod Gallice versum fuisse monet a nescio quo, & Parisiis editum apud Petrum Sergent in 4.

IOANNES RODRIGUEZ, Lusitanus, Tavilæ Algarbiorum natus, doctor medicus, scripsit:

De secanda vena in pleuresi. Pace Julia 1550.

IOANNES RODRIGUEZ DE LEON, cognomento apud nos Indicus, in regno enim Peruano est ortus, quippe Antonii Leonis germanus frater, quem a relationibus causarum diu habuit Regius senatus Indico-Matritensis, virum satis loco suo laudatum. Sacerdotium is Tlascalensis ecclesiæ canonicum obtinuit, quod oppidum in Nova Hispania Populi Angelorum Christiana donatum est appellatione, doctor theologus & ecclesiastes probatus, hæc opera edidit:

La Perla, vida de Santa Margarita virgen y martyr. Matriti 1629. in 4.

El Predicador de las gentes S. Pablo, ciencia, preceptos, avisos y obligaciones de los Predicadores Evangelicos con dotrina del Apostol. Matriti 1638. in 4.

Panegyrico Augusto Castellano-Latino al Rey D. Felipe IV. Mexici 1639.

Parecer sobre la ingenuidad del Arte de la Pintura. Prodiit simul cum Vincentii Carducci *Dialogis de Pictura.* Matriti 1633.

Edidisse eum quoque *El Martyrologio de los que an padecido en las Indias por la Fee*, in *Theatro Ecclesiæ Angelorum Novæ Hispaniæ* refert Ægidius Gundisalvi Davila, Regius chronographus. Item: *Relacion del viaje de los galeones de la real armada de las Indias el año de MDCVII. con descripcion de los puertos, en que entraron.* Antonio Leonio fratre testimonium præbente in *Bibliotheca Indica Occidentali*, tit. XVI. Adscriptam huic quoque video:

Quaresma meditada en epigramas: quæ fuit in D. Laurentii Ramirez de Prado bibliotheca. Lego & sub Joannis Rodriguez nuncupatione opus:

Prudente Confesor appellatum, Valentiæque editum 1645. quod forte alterius est.

IOANNES RODRIGUEZ DE PISA, Granatæ ortus ut existimo, in qua urbe se decurionatum pluribus annis gesisse auctor ipse est, ubi & in prætorio seu curia senatorem egit, nomine suo inscriptum voluit opusculum, quo praxim Hispani fori explicuit, sub hoc nempe titulo:

Curia Pisana. Cum alibi sæpe, tum Medinæ-campi anno 1548. apud Petrum de Castro, typis mandatam.

D. IOANNES RODRIGUEZ DE SALAMANCA, eques D. Jacobi, Bononiæ ad Sanctum Clementem ab anno MDXCI. sodalis, jurisconsultus & in hujus urbis gy-

gymnasio legum interpres, in Mediolanensi statu pluribus muneribus integre gestis, nempe fiscalis advocati urbis Cremonæ, auditoris generalis, quæstoris atque inde præsidis extraordinarii magistratus, senatoris & magni cancellarii, inter patres demum supremi rerum Italicarum concilii annumerari dignus est habitus. Scripsit:

De Præcedentiis tractatum in 4. Ex relatione Clementini hujus collegii Bononiæ urbis.

IOANNES RODRIGUEZ DE SOBARZO, Esquiviensis e regno Toletano, Tertium Sancti Francisci ordinem professus, edidit:

Instruccion de los Terceros hijos de San Francisco. Matriti 1655. in 8.

Promisit quoque is *Ordinis* sui *Chronicon.*

IOANNES RODRIGUEZ DE VILLAFUERTE, Salmantinus, nobili loco natus, laudatur eo nomine quod scripserit:

Adiciones sobre el Arzobispo D. Alfonso de Cartagena: quo titulo appellat opus Ambrosius Morales lib. XIII. cap. I. Alibi tamen sic inscriptum legi: *Translacion de la Genealogia* (forte *Anacephaleosim* intelligit) *de D. Alfonso de Cartagena, con notas.*

F. IOANNES DE LAS ROELAS, Hispali ex familia antiqua & nobili prognatus, Carmelitarum ordinem in patria professus, sacræ theologiæ magister, tam collegium Sancti Alberti, quam cœnobium ejus urbis, & forte alias alibi domos rexit. Extat ab eo liber:

De la Hermosura exterior de la Virgen Nuestra Señora. Hispali 1621.

Obiisse creditur circa annum MDCXXXII.

IOANNES ROIZ (alias RODRIGUEZ quod idem est) GIRAON, Lusitanus, Jesuitarum sodalis, laudatur in *Bibliotheca* hujus religiosæ familiæ ut scriptor:

Literarum Japonicarum plurium annorum scilicet MDCIV. V. VI. IX. X. XI. XII. *&* XXVI. Vidimus nos eas, quæ datæ sunt anno MDCVI. ad præpositum generalem Claudium Aquavivam, Romæ editas Italice anno 1610. apud Zannettum in 8.

F. IOANNES RONQUILLO, ex Minimorum ordine lector jubilatus, præfectusque aliquando provinciæ Bæticæ, supremi senatus sanctæ Inquisitionis patribus a censuris theologicis, & examinator synodalis archiepiscopatus Hispalensis, scripsit:

Duelo espiritual, combate entre la carne, y el espiritu, victorias que este alcanza mediante la oracion: duabus partibus. Hispali apud Thomam Lopez de Haro 1678. in 4.

D. IOANNES DE ROXAS, domo ex oppido Rota Sancti Clementis, juris utriusque, ut schola dicere amat, licentiatus, Valentiæ prius deinde in Siciliæ regno inquisitor Apostolicus ac religionis fuit vindex. Quem ob doctrinæ præstantiam morumque gravitatem, integreque gestum munus hoc pietatis, ornavit post Summus Pontifex Gregorius XIII. commendante Philippo Rege Catholico, Agrigentinæ ejusdem insulæ ac regni ecclesiæ pastoralibus infulis. Hac tamen dignitate mactus intra annum obiit, anno scilicet MDLXXVII. aut sequenti, ut in Rochi Pyrrhi *Notitia Sicularum Ecclesiarum* legimus. Docte scripsit:

Singularia juris in favorem Fidei, hæresisque detestationem. Venetiis per Franciscum Zilletum 1583. in folio.

Tractatum de Hæreticis, cum L. Analyticis assertionibus & privilegiis Inquisitorum..... Venetiisque simul cum superiore opere 1585. in 4.

Epitomen omnium successionum ex testamento & ab intestato, jure communi, & regio. Valentiæ apud Petrum de Huete anno 1568.

Præter hos alium *De Differentiis inter causas civiles & criminales*, a Joanne Valero Segobricensi adjutus, qui tandem Carthusianus fuit monachus Scalæ Dei, librum a multis annis conscribebat: cujus editionem eadem ipsa, quæ auctorem extinxit, mors inhibuit. Salmanticæ olim noster ad Divi Jacobi Conchense collegium fuit sodalis, posteaque Alvari Moscosi cum in Zamorensi, tum in Pampilonensi episcopatibus vicarius generalis, ut ipse de se scribit *singulari* CIIII. num. 8. & 50.

F. IOANNES DE ROXAS, Toletanus, ordinis Sancti Francisci provinciæ Castellæ, vernaculæ linguæ opus hoc, inscriptum quamvis Latine, dedit:

Commentariorum in concordiam Evangelistarum juxta translationes literales, anagogicos, morales, & allegoricos sensus tomos tres. Matriti apud Joannem Cuestam anno 1627. in folio.

IOANNES DE ROXAS, Toletanus, Societatis presbyter, edidit ex Horatii Tursellini Latino idiomate:

Historia Lauretana de las translaciones, milagros, sucesos de la santa casa de N. S. de Loreto. Matriti apud Petrum Madrigal 1609. in 4.

Parabat *de vita & morte Jesu Christi* opus ingens: cui mors filum abrupit.

F. IOANNES DE ROXAS, Toletanus, ordinis Sanctissimæ Trinitatis, sanctæ Inquisitionis judicibus a censura theologica, scripsit:

Historia y milagros de Nuestra Señora de las Virtudes, cuya Imagen está en el convento de la Santissima Trinidad en Toledo. Refert Franciscus a Jesu Maria in *Catalogo ejus ordinis.*

D. IOANNES DE ROXAS SARMIENTO, Joannis de Roxas, primi marchionis de Poza, Marinæque Sarmiento, comitis de Salinas & Ribadeo natæ, filius, studiis liberalibus ita incubuit ut episcopalibus infulis jam destinaretur, cum Carolum Imperatorem, aut Philippum Hispaniarum Principem in Belgium sequutus, Lovanii in mathematicis Gemmæ Frisio operam dedit, avocatusque ab studiis aliis armatæ militiæ sese accinxit, Valentiæque in reditu uxorem duxit. Quidam in Thraciam profectum periisse commemorant. Instructissimam libris bibliothecam reliquit, præsertim manuscriptis. Hæc fere Andreas Scotus in *Bibliotheca.* In mathematica professione sic bene horas collocavit ut & in publicum emiserit:

Commentarium in Astrolabium, quod Planisferium vocant. Lutetiæ Parisiorum anno 1551. in 4.

Vidimus quoque Hispanum docti viri opusculum, cujus hæc nota:

Oracion consolatoria, que D. Juan de Roxas Sarmiento escrivió a la muy ilustre Señora Doña Elvira de Roxas su hermana, Marquesa de Alcañizes. Lovanii editam in officina Rutgerii Retzii 1544. in 8. Commendatur hæc Latinis elegantibus epigrammatis Joannis Verzosæ, Francisci Gratiani Toletani, atque Alphonsi a Mendoza Augustiniani, scriptis suis sat noti.

IOANNES RUDOLPHUS A CORDUBA, Arevalensis, Societatis Jesu theologus, scripsit:

Catenam Proonymam versionum, glossematum SS. Patrum, veterum, & neotericorum interpretum Hebræorum, Græcorum, Latinorum in IV. libros Regum: sive hujus operis tomum primum *cum Institutionibus moralibus.* Lugduni sumptibus Philippi Borde & sociorum 1652. folio.

IOANNES RUFO GUTIERREZ, Cordubensis, hujusque nobilissimæ urbis, ut vocant, juratus, ingenio alacer ac disertus vir, cujus epigrammata breviori carmine octosyllabo, sententiarum aculeis innocenter armata, fere omnium illorum ore non cadunt, qui his non inutilibus nugis delectantur, quoties de similibus jocis & facetiis recurrit sermo. Scripsit pure ac perspicue de victoria navali ad Naupactum a Turcis reportata XXIV. librorum seu canticorum historiam, cui a Joanne Austriaco, Christianæ classis summo præfecto, inscripsit:

La Austriada. Compluti apud Joannem Gratianum 1586. in 8. Necnon & scripsit:

Las Seiscientas Apotechmas, y otras cosas en verso. Toleti 1596. in 8. 1614. in 4.

D. IOANNES RUIZ DE ALARCON, Mexici ut credo apud occidentales Indos natus, ex Hispania oriundus, comœdiarum auctor, parentum memoria, inter eos qui classem hujus artis ducunt meo judicio annumerandus, & vix uni aut alteri puritate dictionis, urbanitateque, & copia atque inventione comparandus. Quæ ad hoc tempus editæ sunt duabus partibus prodierunt, e quarum numero sunt: *Los favores del mundo. La industria y la suerte. Las paredes oyen. El semejante a si mismo. La cueva de Salamanca. Mudarse por mejorarse. Todo es ventura. El desdichado en fingir.*

IOANNES RUIZ DE ALARCON, qui se in albo militari colonellum, hoc est, legionis tribunum, appellat, manu exaratum reliquit opus, uti docet in *Bibliotheca Indica* Antonius Leonius, tit. IX. scilicet:

Historia de la guerra del Chile.

IOANNES RUIZ DE ANGULO, ex oppido Martin Muñoz, edidit:

Espectaculo de virtudes y alabanza del hombre virtuoso. Matriti apud Antonium Gomez 1568. in 4.

IOANNES RUIZ DE BUSTAMANTE, scripsit:

Formulas Adagiales Latinas y Españolas, Cæsaraugustæ apud Stephanum de Naxera anno 1551. in 8.

Grammatica en Castellano: cujus meminit Palmirenus.

IOANNES RUIZ DE HERRERA, Toletanus, religionis Sancti Mauritii & Lazari miles, scripsit nescio quid in totam *Bibliam*: *Expositionem* appellat Petrus Alba in *Militia Conceptionis*, manuque exaratam adservari ait quinque voluminibus in bibliotheca Sancti Didaci Complutensis; sed exemplum hoc est aliunde descriptum. Audisis Petrum Gonzalez de Mendoza, Franciscanum, plurium ecclesiarum olim ex ordine episcopum, in *Historia Monasterii Montis Celiæ*, sive *de la Salceda*, pag. 633. qui re-

refert inter MSS. codices hujus monasterii bibliothecæ sacrorum Bibliorum opus extare, duodecim non minus satque corpulentis voluminibus digestum, opera Joannis Ruiz de Herrera, quod ipse opus, a Complutensi academia adprobatum, auctor obtulit Philippo Regi II. at cum Garsias Loaisa, vir clarissimus, Philippi tunc Principis, deinde Regis III. magister, contenderet id ut in bibliotheca Scurialis oppidi & monasterii manuscriptum remaneret, auctor vero e contra ut typis ederetur, nihil tunc actum est donec Philippo Rege defuncto, cum spe sua decidisset omnino Herrera, autographum obtulit monasterio huic Salzedano, ejusque exemplum quoddam esse in monasterio Sancti Antonii de la Cabrera. Hucusque Petrus Gonzalez de Mendoza, non satis declarans quidnam rei hoc ita mole vastum opus fiet.

D. IOANNES RUIZ DE LAGUNA, Chinchonensis, Regius Mediolanensis senator, collegiique amplissimi decanus, Ticini prætor cum esset, edidit:

Amplissimæ quæstionis salariæ Finariensis inter Regium Fiscum & Serenissimam Rempublicam Genuensem in supremo rerum Italicarum Concilio exagitatæ discussionem. Ticini 1633. in folio.

Deinde, creatus jam in supremo Matritensi rerum Italicarum laudato senatu fiscalis advocatus, scripsit:

De origine, auctoritate, dignitate, honoribus & privilegiis Regii Fisci Patroni; tum de Præcedentia illius adversus Secretarios declarata. Mediolani apud Philippum Guisulphum 1636. in 4.

Hispanice quoque ab eo extant:

Compendio Historial de la Ciudad de Placencia en Lombardia. Matriti anno 1635. in 4.

Discurso del derecho, que tiene su Magestad para fabricar puerto en el Final, y de la necesidad de su fabrica, y conveniencias, que se seguiran. Mediolani 1633. in 4.

Discursos sobre el origen del Economado del Estado de Milan.

IOANNES RUIZ DE SANCTA MARIA, Toletanus, reliquit MSS. in 4.

Rimas varias. Vidit D. Thomas Tamajus.

IOANNES RUIZ (alias RODRIGUEZ) DE SAA, Lusitanus, vir nobilis, scripsit:

Annotaciones al Conde D. Pedro de Portugal. Hic liber est genealogicus, omnium aliorum princeps. MSS. fuerunt apud Gundisalvum de Argote & Molina. Carmen quoque hujusmet argumenti scripsisse dicitur.

F. IOANNES DE SAGASTIZAVAL, in Bilbilitana domo Prædicatorum sodalis, circa annum MDC. publicavit librum vulgari lingua, ut scribit Alphonsus Fernandez:

Del santo Rosario de Nuestra Señora, sus milagros, Breves y Indulgencias concedidas por los Pontifices. Italicum hoc idem opus, inscriptum *Essortatione alla santa divotione del Rosario della Madre di Dio* &c. editum est Florentiæ 1637. in 4.

IOANNES DE SAHAGUN, doctor juris & professor Salmantinæ academiæ, florentissimo ingeniorum tempore in paucis laudabatur, vespertinis horis Pontificium jus docens, in quo scripsit editurus, præter *Academicas solemnes prælectiones*, singularem:

Relectionem ad caput ultimum de Sequestratione possessionis.

IOANNES DE SALAYA, Valentinus patria, Gallorum princeps gymnasium Parisios urbem petiit imbuendus philosophicis literis atque theologicis. Quo loco usum fuisse eum Joannis Martini Silicæi, egeni tunc atque alieno ære victitantis, postea apud nos summa honorum ecclesiasticorum fastigia ob eximiam vitæ integritatem atque eruditionem promeriti, famulatu, Silicæus ipse superbiæ securus ex schedis propria manu exaratis non ignorare posteros voluit. Suscepto jam doctoris pileo, in patriam reversus demandatas sibi partes ejus theologiæ, cui schola ipsa nomen a se indidit, cives docendæ, summa quidem doctrinæ atque ingenii existimatione, lyceum ipse administrans diu tenuit, quem Petrus Antonius Beuterus, ejusdem urbis non inceleber theologus, inter hujus academiæ principes viros alicubi commendat. Pietate vero spectatus non minus quam studio sacrarum literarum Salaya, perpetravit tamen quare subrustici animi atque illiberalis, bonaque studia aversantis nomine male a posteris audiret. Siquidem renascentis apud nos antiqui ævi contemplationis ætatem nactus, indigne ferens a Christianis hominibus horridæ vetustatis rubigine obsitos lapides venerabunde tractari antiquasque inscriptiones consuli, velut piaculo exoneraturus urbem, suasit ac persuasit credulis magistratibus ut quidquid hujusmodi monumentorum prisci sæculi tota urbe reperirietur pontis cujusdam, quæ de novo extruebatur, fundamentis substernerent. Quod præposteræ pietatis consilium viri illius gentis docti atque eruditione præstantes, imprimisque Petrus Joannes Nunnesius, musarum corculum referentes (ut Escolanus in *Historia Valentina* lib. IV. cap. XII. te-

testis est) dolentius conquerebantur. Extat Salayæ nostri:

Expositio in VIII. libros Physicorum Aristotelis cum quæstionibus ejusdem secundum triplicem viam B. Thomæ, Realium & Nominalium. Parisiis apud Emundum de Febura 1502. folio.

Expositio aurea in X. libros Ethicorum Aristotelis: ad D. D. Stephanum Gabrielem Merinum, archiepiscopum Barensem, & episcopum Legionensem. Parisiis 1522. folio apud Emondum la Febure & Petrum Viart. Item commentarius:

In Secundum librum Sententiarum secundum eorumdem triplicem viam: ad Carolum Imperatorem. Valentiæ 1531. in 4.

In tertium volumen Sententiarum: ex Valentinis prælectionibus anni MDXXVI. & MDXXVII. Valentiæ apud Joannem Jofredum 1530. in 4.

In Quartum volumen Sententiarum quæstiones, quas in Valentino gymnasio anno MDXXV. & MDXXVI. dictavit. Valentiæ apud Joannem Jofreu 1528. in 4. In quo posteriore commentario affirmat confectas habere se in *Summulas Petri Hispani*, atque *Dialecticam*, necnon & utramque *Aristotelis Philosophiam*, *naturæ & morum*, lucubrationes, nempe illa de quibus supra mentio a nobis facta est. Unde sunt:

Magnæ suppositiones cum *parvis ejusdem* ad Hieronymum Cavanielles: quem librum vidimus in bibliotheca Sapientiæ Romanæ. Item:

Introductiones Dialecticæ cum nonnullis ejus additionibus: ad Mathiam Martinum, equitem, canonicum Valentinum. Parisiis 1516. folio.

In Prædicabilia Porphyrii cum quæstionibus secundum triplicem viam. Parisiis in folio 1517. Extat Hispali in ecclesiæ metropolitanæ bibliotheca.

In Summulas etiam *Petri Hispani*, de quo opere supra. Ibidem eodem anno in folio. Lucas Waddingus de *Scriptoribus ordinis Minorum* agens, Joannem Zelaiam, qui *Quæstiones* edidit *in Tertium Sententiarum*, laudat, minus recte ut videtur Franciscanis annumerans: quem a nostro diversum cur existimabimus, cum & conveniat laudatum a Waddingo *in Tertium Sententiarum* opus? Alius antiquiorque nostro est Joannes Celaia, aut Salaia, Castellanus, Divi Bartholomæi sodalis apud Salmanticenses, sacræque theologiæ magister, atque astrologiæ ibidem professor, qui floruit ante annum MD.

IOANNES DE SALAS, natus in oppido Gumiel de Yzan Oxomensis diœcesis, Societatis Jesu sacerdos, theologiæ sacræ inter domesticos plurium annorum professionem exercuit, pluribus locis docens, Compostellæ, Barcinone, Salmanticæ, Pinciæ ac Romæ tandem, unde revocatus animum ad scribendum appulit, deditque foras:

Disputationes in Primam Secundæ D. Thomæ: tribus tomis. Primus complectitur *Quæstiones* XLVIII. priores, Barcinone editus apud Gabrielem Graells & Gerardum Dotil 1607. folio. Secundus *LXI. quæstiones* sequentes *usque ad LXXXIX.* inclusive. Ibidem apud Sebastianum Mathevad & Laurentium Deu 1609. folio. Tertius (quo sibi præcipue nomen peperit) *a quæstione XC. usque ad CVIII.* complectitur *Tractatum de Legibus.* Lugduni apud Joannem de Gabiano 1611. in folio.

Postumi vero typis editi sunt:

Tractatus quinque in Secundam Secundæ Sancti Thomæ: nempe *de Emptione & venditione*: *de Usuris*: *de Censibus*: *de Cambiis*: *de Ludo.* Lugduni apud Horatium Cardon anno 1617. in folio.

De Gratia & Auxiliis volumen aliud MS. servatur in tabulario Societatis Romano, ut in *Bibliotheca* hujus refertur.

Salmanticæ denatus fuit Septembri mense anno MDCXII.

F. IOANNES DE SALAZAR, Naxarensis, Benedictinus, procuratorem Hispanæ congregationis in curia apud Pontificem egerat olim, scribens:

Arte de ayudar a disponer a bien morir a todo genero de personas. Romæ 1608. in 4. Deinde, cum regeret Obetenensem in Rioxæ finibus Regiam domum, edidit:

Politica Española, que contiene un discurso cerca de su Monarquia, materias de estado, aumento y perpetuidad. Lucronii anno 1619. in 4. apud Didacum Mares.

D. IOANNES DE SALAZAR, Ubetensis ecclesiæ, quæ dignitas est in Giennensi sacro collegio, archidiaconus, indeque, ut fertur, Compostellanæ canonicus, et, quod privilegium speciale est hujus Apostolicæ ecclesiæ, cardinalis, edidit:

Tratado Apologetico de la venida y predicacion de SantIago Zebedeo Apostol en España. 1610. in 4.

IOANNES DE SALAZAR MUÑATONES, eques ordinis Sancti Jacobi, toparcha loci de Alcolea de Torote, duci Ucedæ cum in Philippi III. Regis gratia floreret a secretis, vir magnæ pietatis, judicii, atque rerum politicarum & militarium experientiæ, reliquit MSS.

Discursos Politicos o Fundamento de las Monarquias: diversis tractatibus, qui sunt:

De

De la verdad. De la Justicia. Del credito y opinion del Principe. Del zelo de la Religion. Hosque penes se habere scripsit ad me illustrissimus archiepiscopus Hydruntinus D. Gabriel Adarzo de Santander cùm hac auctoris commendatione.

IOANNES SALGADO DE ARAUXO, Lusitanus, ex oppido Monzon dioecesis Braccarensis, olim Divi Laurentii de Souropirez, dein Peræ abbas, protonotarius Apostolicus, præter alia, quæ nondum credo emisit in lucem, communis usus fecit:

Ley Regia de Portugal primera parte. 1627. in 4. Matriti: sive ideam justi Principis exemplis Regum Lusitaniæ formatam.

Sumario de la familia de Vasconcelos. Matriti 1638. 4. apud Joannem Sanchez.

Marte Lusitano.

Descripcion de la antigua Galicia. Fatetur ipse in prologo summarii prius laudati habere se ad minus tria volumina *De la Historia y nobleza del Reyno de Galicia, provincia de entre Duero y Miño y Tralosmontes*, quas antiqua Gallæcia continebat.

F. IOANNES SALON, Valentinus, ordinis Minorum provinciæ hujusmet regni, Hebreæ linguæ, atque item astrologicæ rei in paucis peritus, Gregorii XIII. Papæ jussu, cujus auspiciis jam diu Romæ commorabatur, scripsit:

De emendatione Romani Kalendarii, & Paschalis solemnitatis reductione tractatum. Florentiæ anno 1572.

Espejo Astrologico para sangrias, medicinas &c. ad medicinæ usum. Barcinone 1578. in 8.

F. IOANNES SALVATOR, forte Franciscanus, laudatur apud Georgium Cardosum in *Agiologii Lusitani* III. volumine, die XXVI. Maii, lit. c. ob ita inscriptum opus:

Dichos y hechos de los varones ilustres de la orden: Sancti Francisci ut credimus.

F. IOANNES SALVATOR BAPTISTA DE ARELLANO, Franciscanorum Tertii Ordinis provinciæ Bæticæ sodalis, scripsit, forte urbem patriam adornans:

Antiguedades y excelencias de la Villa de Carmona, y Compendio de Historias. Hispali 1628.

Idemne an alius? certe si idem, ad Redemptores Captivorum Sanctissimæ Trinitatis pertinebat cum scripsit in domo Hispalensi:

Antiguedad del Convento de la Santissima Trinidad de Sevilla, origen y principio de la Santa Imagen de Nuestra Señora de los Desconsolados. Simulque:

El Libro en que se declara como fueron halladas y traidas a Sevilla las reliquias de Santa Justa y Rufina, y de las maravillas que N. S. ha obrado por ellas. Hispali 1633. in 8.

F. IOANNES DE SALCEDO, Seraphici ordinis, scripsisse dicitur, Petro Alba teste in *Militia Conceptionis*, tractatum ita inscriptum:

An Seraphicæ militiæ labor in propugnanda Immaculata Conceptione Mariæ nova Christianæ militiæ erectione certa victoriæ spe coronetur, Mariæque originalis gratia utriusque militiæ conatibus proxime diffinibilis constituatur. Pinciæ 1625. in folio.

IOANNES SANCHEZ, Abulæ natus, doctor theologus, apud Matritensem Regiam ædem Incarnationis Jesu Christi sacris Deo virginibus a capellæ & sacramentorum ministerio, eorumque in curia ista examinator qui confessiones ritu Christiano excepturi essent poenitentium, in earum rerum quæ ad mores pertinent doctrina versatissimus, opus theologicum morale edidit hoc tempore valde commendatum, scilicet:

Selectas & practicas disputationes de rebus in administratione Sacramentorum præsertim Eucharistiæ, & Pœnitentiæ passim occurrentibus. Accessit:

Tractatus de Jejunio. Et:

Disputatio de dubia impotentia circa matrimonium. Lugduni 1636. in folio, ex principe nimirum Matritensi editione anni 1624. folio, in qua tamen deest ultima hæc disputatio.

Antonini Dianæ, scriptoris hoc sæculo clarissimi, & inter primos hujus moralis doctrinæ præceptores, qui ante paucos annos Romæ obiit, verba subjiciam pro integro Joannis nostri & hujus libri elogio: *Opus immortalitate*, ait, *dignissimum, in quo auctor acumen & doctrinam luculenter demonstrat. Utinam alios ingenii sui fetus in lucem emittat.* Hæc ille in selectorum auctorum componendæ bibliothecæ moralis theologiæ indice, primo volumini operum præfixo. At sacra Indicis congregatio Romana decreto suo XVIII. Decembris, anno MDCXLVI. *Selectarum* hoc opus prohibuit, donec a quibusdam non secundum veræ theologiæ regulam dictis expurgetur, quod quidem publicatum in Hispania fuisse anno sequenti Joannes Martinez, Dominicanus, in *Quæstione Moralium*, cap. XV. §. IV. num. 24. testatur.

IOANNES SANCHEZ, Cordubensis, vulgavit:

Pincipios de la Gramatica Latina y Espa-

ñola. Hispali apud Franciscum Perez 1584. in 8.

IOANNES SANCHEZ CARRERA, decurio ut se vocat, & aciei instructor (Sargento mayor vulgo) edidisse dicitur:

Espejo del buen Soldado. Matriti ut suspicor circa annum 1664.

IOANNES SANCHEZ PANTERO, scripsit:

Relacion breve de los secretos que hay en el Bolcan de Masaica, que los Indios llaman Infierno en la provincia de Nicaragua del mar del Sur. MS. in 4. vidit D. Thomas Tamajus.

F. IOANNES SANCHEZ SEDEÑO, Dominicanus monasterii Salmanticensis, ibidemque theologicis ac methaphysicis apprime instructus literis, primariam Compostellæ cathedram theologiæ nactus edidit:

Quæstiones in universam Aristotelis Logicam. Salmanticæ typis Joannis Fernandez anno 1600. folio. Deinde Venetiis apud societatem Venetam 1610. in 4. Scripsit & *super metaphysicam*, sed non edidit.

Anno MDCXV. ad plures abiit.

IOANNES SANCHEZ VALDES DE LA PLATA, scripsit in Civitate-Regia, unde erat forte oriundus:

Coronica y historia general del hombre. Matriti 1598. in folio.

D. IOANNES DE SANTANS ET TAPIA, Sancti Georgii ordinis eques, militum centurio, & militaris architectus (quod in bello munus Ingeniero militar nos dicimus) Belgici exercitus, scripsit:

Tratado de Fortificacion militar destos tiempos breve e inteligible puesto en uso en los estados de Flandes: ad D. Franciscum de Melo, Belgii & Burgundiæ gubernatorem. Bruxellis apud Guilielmum Scheibels 1644. 4.

F. IOANNES DE SANCTIS, vulgo DOS SANCTOS, Lusitanus, Eborensis, Dominicanis fratribus se in religiosam vitam dedit, non ut sibi tantum consuleret sed ut remotas orbe alio & sensu pietatis gentes Evangelii verbo ad rectum quærendæ salutis tramitem revocaret. In Africam quippe orientalem, quæ a præternavigantibus in Indiam Lusitanis tota fere lustratur, veniens undecim annis in ea ora hæsit, scripturus in reditu patria lingua:

Ethiopia oriental e varia historia de cousas notaveis de Oriente. In domo Eborensi Dominicanorum 1609. in folio. Hærebat adhuc huic operæ in India cum Alphonsus Fernandez de *Scriptoribus ordinis* sui commentabatur.

F. IOANNES DE SANCTISSIMO SACRAMENTO, patria ex Civitate Regali Castellæ Novæ, Carmelita Excalceatus, ordinis sui diffinitor generalis, olim in sæculo sacerdos ordinis Calatravensis, edidit:

Disquisitiones regulares de officio & potestate Prioris claustralis, & de Vicario religioso. Matriti apud Didacum Diaz de la Carrera 1655. 4. Iterumque Coloniæ apud Joannem Busæum 1665. in 4. una cum Fr. Petri ab Angelis *Judice Regulari.*

Diem vidit extremum Matriti anno MDCLX.

IOANNES DE SANTIAGO, domo Toletanus, sodalis Jesuitarum, Græcis Latinisque literis bene instructus, docuit Hispali artem oratoriam, cum laicus, tum in Societatem jam receptus, pluribus annis, argumentaque hujus doctrinæ edidit, hæc scilicet:

De Arte Rhetorica libros IV. Hispali apud Joannem Leonium 1595.

De Methodo concionandi. Ibidem.

De conscribendis epistolis.

Obiit Marcienæ in Bætica septuagenarius die XIII. Januarii anno MDCIV.

F. IOANNES DE SANTIAGO, Cappuccinus provinciæ Castellæ, reliquit moriens scriptum librum:

Recuerdo de dormidos, y socorro de Agonizantes: quem Madriti postumum edidit Melchior Sanchez 1672.

Relacion de la Mision del Reyno de Congo: quo inerat missionarius Apostolicus.

F. IOANNES DE SANTISTEVAN ET FALCES, Aragonensis, Hieronymianorum sodalis, monasterii Sancti Michaelis Regum Valentini quondam prior, ac Brundusinus deinde creatus episcopus circa annum MDCXXXII. notus erat in Italia Leoni Allatio, qui hominem laudat in *Apibus Urbanis* uti horum scriptorem:

Methodus ad cognoscendas hæreses: ad Urbanum VIII. Romæ apud Alphonsum Ciaconum 1630. folio.

Fragmenta Consolationum pro omni tribulatione: ad Alexandrum Cæsarinum, S. R. E. cardinalem. Romæ apud Iacobum Mascardum eodem anno in 8.

Pharmacum tribulationum seu considerationes ad perferendos dolores: ad excellentissimum comitem de Monterey. Romæ eodem anno 1630. in 8.

As-

Assumptum ad episcopale munus anno MDCV. die IV. Julii, totos XXXI. annos sedisse antistitem scribit Ferdinandus Ughellus volum. IX. *Italiæ Sacræ.*

F. IOANNES SANZ, gente Valentinus, patria ex oppido Ontiñente, an. MDLVII. ortus, Carmelita, sacræ theologiæ Valentinus doctor, quam & philosophiam Bilbili in Aragonia Valentiæque docuit, ejusque provinciæ semel præfectus, vir sanctitate morum zeloque Dei eximius, miraculis etiam, ut dicitur, a morte clarus, pia scripsit hæc opuscula, quæ typis sunt mandata:

Abecedario del Santisimo Sacramento para ganar las Indulgencias concedidas por el Papa Paulo V.

Seis Abecedarios a las cinco llagas de Nuestro Señor Jesu Christo.

Ocho Abecedarios espirituales para diversas cosas: cum contrapositionibus in Christo Jesu patiente.

Regla espiritual y modo de vivir, a la Virgen Theodora &c.

Siete avisos para la oracion afectiva y intelectiva.

Cartu a la Abadesa del Convento de la Santisima Trinidad, sobre la oracion afectiva.

Otra de la mortificacion; a las Religiosas del Convento de Zaidia. Omnia hæc credimus edidisse uno volumine Joannem Chrysostomum Garriz (non semel Valentiæ prius usque ad annum 1610 edita) anno 1612. in 8. Et Cæsaraugustæ apud Augustinum Verges 1679. in 4.

MS. vidit *Carmelitici Paradisi* auctor Joannis librum alium; hoc titulo: *Fasciculus Sponsæ, & Epistolas plures spirituales.*

Denatus est vir sanctus Valentiæ XXV. Julii anno MDCVIII. ætatis LVII. jacetque sub honorifica inscriptione, virtutes ac vitæ illius sanctitatem eleganter significante, quam posuit ei Michael Joannes Vimbodinus, loco suo a nobis laudatus.

D. IOANNES SANZ DE VIAMONTE, ex oppido Lagunilla Calagurritanæ dioecesis, juris utriusque doctor, & ab anni MDCXI die XXX. Decembris collegii Bononiensis Hispanorum Sancti Clementis sodalis, in Mediolanensi ducatu potestatem, ut vocant, sive præfectum egit civilem Viglevani, Alexandriæ, Laudi & Novaræ, annoque MDCXXXVII. quæstorem ordinarii magistratus. Scripsit:

Tractatum de jurisdictione militari Auditoris generalis in dicto statu: qui MS. in 4. Romæ asservatur in bibliotheca PP. Excalceatorum Hispanorum Sanctæ Annæ ordinis Carmelitarum, quæ fuit Ægidii cardinalis Albornotii junioris, cui forsan oblatus liber est cum Mediolanensibus rebus præesset. Ex relationibus Bononiensis collegii.

IOANNES SARDINHA MIMOSO, Lusitanus sacerdos, Setobricæ natus, publici juris fecit:

La Relacion de la Real Tragicomedia, con que los PP. de la Compañia de Jesus, en su Colegio de S. Anton de Lisboa recibieron a la Magestad de Felipe segundo Rey de Portugal y de su entrada en este Reyno. Olisipone 1620. 4. apud Georgium Rodriguez. *Tragicomediæ* auctor fuit Antonius de Sousa, ejusdem Societatis, de quo auctores *Bibliothecæ.*

D. IOANNES SARMIENTO, eques & præceptor ordinis Sancti Jacobi, circa annum MDXXX. scripsit versibus, eoque metri genere quod vulgo appellamus Coplas de arte mayor, magnæ eruditionis ut referunt ii qui viderunt:

Poema de las guerras de los Olcades: hoc est illius tractus regni Toletani ubi nunc Ocaña ædificata est, quo in oppido auctoris genus domicilium fixerat. Hominem & librum laudat D. Josephus Pellizer, Regius historicus, in memoriali *De la casa de los Sarmientos de Villamayor*, fol. 31.

IOANNES SEBASTIANUS DE LA PARRA, Darocensis ex Aragoniæ regno, presbyter Societatis, morum sanctitate præclarus, ad Indos occidentales delatus Limæ provinciam bis rexit, tandemque in collegio ejusdem urbis, cui præerat, magno sui relicto desiderio, insigniumque virtutum admiratione, ad plures abiit XXI. alias XXX. die Maii MDCXXII. natus ipse LXXVI. annis. Scripsit:

Del bien, excelencias y obligaciones del estado clerical y sacerdotal, duabus partibus: prima Hispali apud Mathiam Clavio 1615. in 4. altera 1620. in 4. Late de eo agunt Alegambius in *Bibliotheca Societatis*, & Joannes Eusebius in operis Hispani *De Viris* ejusdem *Illustribus* volumine primo; necnon Joannes Nadassi in *Anno Dier. memorab. Societatis Jesu*, XXI. Maii.

IOANNES SEDEÑO, Arevalensis, miles manu promptus, merito suo Alexandrinæ urbis ducatus Mediolanensis arci tuendæ impositus, horas bellicæ suæ professionis cum Apolline & musis historiarumque scriptoribus dividens adhuc magis notum se dedit posteris calamo quam gladio, scribens:

Suma de Varones ilustres, en que se contie-

tienen muchas sentencias y grandes hazañas y cosas memorables de CCXXIV. famosos Emperadores, Reyes y Capitanes de todas naciones por el orden del A. B. C. Arevali 1551. Toletique 1590. folio.

Tragicomedia de Calixto y Melibea: versibus. Salmanticæ apud Petrum a Castro 1540. 4.

Vertit ex Italicis in Castellanas octoades:

La Gerusalen de Torquato Taso. Matriti 1587. 8. apud Petrum Madrigal.

Las Lagrimas de S. Pedro de Luis Tansillo. Quæ duo opera sic probavit Hieronymus Ghilinus, speciali elogio Sedeñum consecrans in *Theatro* suo *literatorum hominum* vulgari Italica conscripto, ut judicio literatorum pene æquasse illum affirmet utriusque viri magni laudem. Alexandriæ denatum idem scribit Ghilinus; imo non Arevali sed in Xadraque, regni Toletani oppido, natum: quod unde scit ignoramus, editionem *Summæ virorum illustrium* in designanda huic Arevalo patria sequuti.

F. IOANNES DE SEGOVIA, cognomento a natali urbe adsumpto, Prædicatorum familiæ sese in Sanctæ Crucis monasterio ejusdem urbis adgregans Pinciæ ad D. Gregorii fuit sodalis, propterque eximiam divinarum Scripturarum totiusque theologiæ, quam expositivam vocant, cognitionem, eloquentiæque dotem, ecclesiastes ordinis sui generalis renuntiari promeruit. Hoc equidem munus ipse non egregie tantum administravit, sed & ceteros Dei præcones, secundum normam perfectissimæ artis Christianæ atque ecclesiasticæ, obire docuit gerereque, conscripto opere multum laudato:

De Prædicatione Evangelii: libris IV. sive *De forma studendi ac docendi Scripturam sacram, & de Concionatoris officio*: quod quidem ex breviore Hispano ingens postea edidit Latinum. Compluti 1573. in folio, typis Joannis Graciani. Prodiit deinde extra Hispaniam Brixiæ anno 1586. in 4. ex officina Petri Mariæ Marchetti.

Scripsisse hunc etiam docent ejus domestici:

Concionum sacrarum volumina tria: quæ non vidimus.

Gesta quidem is Lucronii Carrioneque apud sodales præfectura demum in patria mortem obiit, climactericum agens, anno MDXCIV. pridie idus Novembris, alias MDXCII.

D. IOANNES SEGUI, Balearis, Majoricensis, hujus nempe ecclesiæ canonicus ut vocant Poenitentiarius, scripsit:

De la Vida y hechos del admirable Doctor y Martyr Ramon Lull. Majoricæ anno 1606. editum, sæculo tamen superiore conscriptum opus, Philippoque Regi II. inscriptum. Adjungitur ejusdem Raimundi tractatulus, *El Desconsuelo* inscriptus.

IOANNES DE SEGURA, doctor Complutensis liberalium artium, ad Sancti Ildephonsi majus collegium sodalis, mathematicas disciplinas ea in schola publico stipendio & cathedra ornatus docuit, interimque sacerdotium obtinuit in collegiata SS. MM. Justi & Pastoris ejusdem nobilissimi municipii Complutensis ecclesia. Extant ab eo:

Mathematicæ quædam selectæ propositiones ex Euclidis, Boetii, & antiquorum libris decerptæ, quibus liberales disciplinæ in quoddam compendium reductæ non magno negotio perviæ addiscentibus erunt. Accessit:

Arithmeticæ, Geographicæque partis compendium utilissimum. Compluti 1566. 4.

IOANNES SEGURA DE AVALOS, Ubetensis, jurisconsultus & doctor, in sacello D. Jacobi ejusdem urbis archimystes, dum pro D. Gaspare S. R. E. cardinali Quiroga, Toletano pontifice, visitatoris partibus Matriti fungeretur edidit, ad eumdem præsulem:

Directorium Judicum Ecclesiasticorum. Matriti 1585. in 4. apud heredes Alphonsi Regii. Quod recoctum fuit postea Venetiis 1596. in 4.

F. IOANNES SENDIN CALDERON, Seraphici Sancti Francisci ordinis de Observantia sodalis in Complutensi coenobio, ibidemque professor theologus, edidit:

Epitome sacro &c. in explicationem brevis Alexandri P. VII. pro declaratione cultus dati ab ecclesia universali Deiparæ Mariæ Immaculatæ Conceptioni. Matriti 1663. in folio.

IOANNES SERRA, scripsit (unde homo ignotum mihi)

De Rhetorica libellum, qui asservatur MSS. in bibliotheca Ferdinandi Colon, quam reliquit Hispalensi ecclesiæ. Teste Alphonso Ciaconio in schedis apud me MSS. qui eum diserte Hispanum vocat.

F. IOANNES SERRANO, Franciscanus domus apud Paredes oppidum præfectus, ad Agnetem Manrique, comitissam de Paredes, scripsit:

Informacion para las Viudas Christianas. Medinæ anno 1554. 8. apud Franciscum del Canto. Hujus Waddingus non meminit, sed sequentis tantum.

F.

F. IOANNES SERRANO, ejusdem cum superiore nominis & instituti, ordinis quippe Minorum, ætate autem fere sæculo inferior, Alcazarensis natu, ut ipse indigitat se in tractatu de Conceptione, quod nescio an de Alcazaren, non longe a Pincia urbe, aut aliquo alio Alcazar dicto, quod non unum est, oppido, accipiam; magis autem verosimile est ex Alcazar de Consuegra oriundum fuisse, cum Franciscanorum provinciam Carthaginensem huic propinquam Novæ Castellæ municipio sibi matrem habuerit, quam & literis nobilitavit, quemadmodum & seipsum atque ordinem suum infulis Acernensis ecclesiæ. Scripsit:

De Sacrosancto Missæ Sacrificio, ejusque mysteriis.

De Immaculata prorsusque pura Sanctissimæ semperque Virginis Genitricis Dei Mariæ Conceptione libros quinque. Neapoli apud Ægidium Longum 1635. in folio.

Creatus episcopus xx. Novemb. MDCXIII. reliquit locum successori vacuum anno MDCXXXVII.

IOANNES SERRANO, Aragonius, ex oppido El Villar de los Navarros nuncupato, in Cæsaraugustana academia philosophiæ lector, edidit:

Dialecticas institutiones. Anno 1562.

IOANNES DE SIGONEY, quidam domesticus, ut colligimus, aulæ Regiæ Caroli V. Cæsaris & Hispaniarum Regis, scripsit:

Relacion de la forma de servir que se tenia en la casa del Emperador D. Carlos el año de MDXL. Servatur MS. in folio inter libros, qui excellentissimi comitis de Villaumbrosa olim fuere, & nunc sunt lectissimæ ejus conjugis, nec ab his studiis alienæ.

F. IOANNES DE SILVA, Franciscanus, scripsit ediditque:

Advertencias para el gobierno de los Indios. 1621. in folio. Antonio de Leone auctore in *Bibliotheca Indica.* Supplendus in Waddingi *Scriptoribus.*

D. IOANNES DE SILVA, Manrici filius, Joannis, marchionis de Montemayor, nepos, ducta in Portugalliæ regno uxore Portalegrensi comitissa, ejusdem Silviæ domus, Sebastianum Regem, inauspicatæ expeditionis ducem, in Africam sequutus fuit, legationem apud eum Philippi II. Regis Catholici avunculi exercens. Liber inde rediens Matriti sedit, Lusitani regni, paulo post in Philippi gremium jure successionis casuri, itemque ejusdem bello jam quæsiti rebus administrandis intentus; magni ingenii, perfectissimæ eloquentiæ, solertis judicii, miræque in exponendis coram aut per literas animi sensibus prudentiæ & urbanitatis fama clarus, cujus rei testimonium exhibent:

Epistolæ, vulgari lingua ad diversos temporis sui proceres Regiosque ministros datæ: quarum ingens volumen MS. servat D. Hieronymus Mascareñas, Calatravensis eques, in Portugalliæ Regio concilio olim senator, nunc Segoviensis episcopus. Supplevit etiam *Historiam Rebellionis Granatensis*, ab clarissimo viro D. Didaco de Mendoza conscriptam, aliquot successuum relatione, quæ in illius aurei libelli MSS. exemplaribus deerant, purpuram hercle purpuræ attexens, quo cum supplemento editus fuit, Ludovici Tribaldi Regii Indiarum chronographi cura, Matriti 1610. Deindeque Ulissipone 1627. in 4.

D. IOANNES DE SILVA, Lusitanus, Elvensis, miles strenuus, pietatem etiam coluit scribens:

Officium Conceptionis B. Virginis Mariæ. Quod editum fuit Olisipone 1675. Fr. Emmanuel a Resurrectione.

D. IOANNES DE SILVA ET TOLEDO, Toletanus, toparcha de Cañada hermosa, numerum augere volens heroum fabulosorum, ut nihil ageret, scripsit:

Historia del Principe D. Policisne de Boecia hijo de Minandro y Guemedela Reyes de Boecia. Pinciæ apud Joannem Iñiguez de Lequerica 1602. in folio.

F. IOANNES DE SILVEIRA, Lusitanus, Olisiponensis, Carmelitarum sodalis, sacræ theologiæ magister & professor emeritus, ac studiorum moderator, scripsit sacri verbi promulgatoribus utile opus, quod multum commendari solet:

Commentariorum in textum Evangelicum tomos V.

I. Complectitur Christi Domini ingressum in mundum ab exordio Evangelii ad Joannis testimonium. Olisipone apud Antonium Alvarez anno 1640. Lugduni apud Laurentium Anisson anno 1645. 1662. & 1667. Matriti anno 1648. in folio.

II. Explanat primum prædicationis ejusdem Domini Jesu Christi annum. Lugduni 1645. apud eumdem Anisson, qui & iterum tertio & quarto edidit 1651. 1662. 1667. in folio. Matriti 1648. folio.

III. Continet secundum annum prædicationis. Lugduni 1649. apud Anisson ex cujus officina prodierunt tres aliæ editiones 1652. 1662. & 1667. Matriti 1651. in folio.

IV. Explanat tertium prædicationis annum us-

usque ad gesta in cænaculo exclusive. Lugduni 1655. folio, & 1657. 1662. & 1668. apud Laurentium Anisson.

V. Continet reliquum vitæ Jesu Christi. Lugduni anno 1659. & simul omnes v. apud eumdem Anisson 1662. in folio. Hic autem v. tomus iterum prodiit ex eadem officina anno 1668. Antuerpiæ quoque integra commentaria excussa sunt apud viduam Henrici Ærtsens anno 1665. sicut & Matriti sumptus præstante Gabriele de Leon. Deinde publicavit:

Commentariorum literalium & moralium in Apocalypsim B. Joannis duo volumina. Lugduni apud Laurentium Anisson 1663. & 1669. in folio. Vidua quoque Henrici Ærtsens Antuerpiæ edidit prius volumen 1667. posterius vero 1669. aut 1670.

Tractatum quoque *de Tertiariis ordinis Carmelitarum* tribuunt Silveiræ Joannes Baptista de Lezana parte secunda tomi I. *Quæst. Regul.* cap. XIV. num. 7. & Augustinus Barbosa *Apostolic. deciss.* collectaneo DCC. Hic vero non est adhuc typis commissus, sed manuscriptus tantum per exempla communicatus, cujus etiam meminit Fr. Josephus a Sancta Maria tract. *De Tertiariis*, num. 28. 32. Propediem prelo subjiciet tomum VI. *Additionum in Evangelia.* Præparat autem volumen unum *variorum consultorum moralium*, quo comprehendet jam dictum *De Tertiariis* tractatum, atque item alterum *De Immunitate ac libertate ecclesiarum Portugalliæ*, qui ab annis pluribus manet in bibliotheca cœnobii Olisiponensis. Quæ omnia novimus ex relatione Olisiponensi ab ipso missa ad reverendum P. Fr. Ludovicum Perez de Castro, studiorum in domo Sanctæ Mariæ Transpontinæ Romanæ hujus urbis præfectum, doctrina, ingenio & religione eximium.

Opuscula varia, scilicet quatuor: I. est *de S. Scriptura.* II. *De variis rebus ad moralem theologiam, & ad jus canonicum pertinentibus.* III. *De Elia Propheta.* IV. *De Immaculata Deiparæ Virginis Conceptione.* Lugduni in officina Anissoniana 1675. folio.

Didacus de Celada, Jesuita, *Commentariorum in Ruth* cap. I. vers. XVII. §. III. num. 52. & cap. III. vers. IX. §. CLXXXIV. num. 18. jure eum *doctorem* appellat *ad literam & ad mores subtilem & locupletem.*

IOANNES SILVESTER, laudatur eo quod scripserit nescio quid operis:

Jardin de Monterrey nuncupati, atque Matriti editi 1640.

IOANNES SOAREZ DE BRITO, Lusitanus, manuscriptum quidquam:

De Genealogica re posteris reliquit.

IOANNES SOERIUS, Lusitanus, ex oppido Montemayor diœcesis Conimbricensis, Jesuita, per decem annos in sacra Sinici regni expeditione navata egregie ac sancte opera Sinice edidit:

Tractatum de Præceptis Decalogi.

Instructionem quoque *ejus, qui ad Christianam legem aspirat.*

Compendium forte idem est Christianæ legis in eadem lingua Sinensi; quod ex quadam relatione Georgius Cardosus laudat in schedis MSS.

Obiit apud Sinas anno MDCVII. ætatis XLI.

D. IOANNES SOLANO DE FIGUEROA ALTAMIRANO, Truxiliensis, doctor theologus, atque ecclesiastes frugi, ecclesiæ Metellinensis archipresbyter, Ellerenensiumque violatæ fidei judicum a commissionibus minister, edidit:

Historia y Santos de Medellin; culto y veneracion a S. Eusebio, a S. Palatino, y nueve compañeros Martyres, a S. Theodoro Anacoreta, y S. Raymundo confesor, hijos desta noble Colonia. Matriti apud Franciscum Garziam 1650. in 4.

Editurum se alia promittit.

D. IOANNES DE SOLORZANO PEREIRA, Matritensis, S. Jacobi eques, Salmanticæ adhuc ephebus theatrum sibi jam fecerat cum amœnæ atque humanioris literaturæ, tum exactæ juris æquique prudentiæ studiorum. Quidquid inde in jure civili ab hujus scholæ canditatis ambiri solet, si tamen primarium, hoc est antemeridianis horis docendi, munus exemeris, prono omnium favore demeruit. Hunc etenim vespere profitentem, doctrinæ singulari fama editoque jam de *Crimine parricidii* aureo libello spectatum satis superque, Petri Castrii, Lemorum comitis, provida rerum Indicarum, quibus apud Philippum Regem III. præerat, cura ante alios cooptavit, quem notandis rerum novi illius & sepositi orbis Americani momentis, disponendoque *Legum Indicarum Codici* (quod potissimum exposcebat reipublicæ illius ratio) simulque ei gerendæ, consilio optimo, & quasi divinatorio quodam animi motu destinaret. Anno hujus sæculi nono Limensis in Peruano regno senator renuntiatus octodecim non minus annis hunc magistratum gessit. Quousque non amplius sustinens abesse a patria tam longe diuque, apud Pincianos, aut Granatenses patres, qui primus vacaret, loci spe invitatus in Hispaniam rediit. Appulso

ſo ad nos Regiarum facultatum Indici patrimonii procuratio fiſcalis injuncta eſt; ſequentique anno ad ſenatorum ordinem in hac ipſa curia ſuprema Indica recipitur. Poſt plures ſupremi etiam Caſtellæ ſenatus patribus (dicis tantum cauſa, quod utique honoris magis quam rei nomen indulgeri ac ſuſcipi non ingrate ſolet) annumeratur. Qua tandem ſenatoria dimiſſus cura propter aurium quamdam tarditatem, viridem nihilominus quamvis provectam agens ſenectutem, perſiciendis ac efficiendis utiliſſimis aliis præter jam vulgata optimæ frugis operibus in altiſſima vixit tranquillitate animi atque ſtudiorum; nec ſine debita noſtrorum hominum ob inſignem ejus virtutem atque doctrinam veneratione, qua omnes virum doctiſſimum atque humaniſſimum, vereque Indici juris, vaſtique illius ad occidentem ſolem poſiti terrarum orbis, novum & alterum, poſt inventores illius ac domatores, nova literarum via graſſatum aſſertorem proſequebantur. Scripſit inter academicum olim pulverem:

De Crimine Parricidii Diſputationem. Salmanticæ apud Artum Tabernier 1605. in 4. Laudat librum D. Laurentius Ramirez de Prado in *Schediaſm. de liberalibus ſtudiis* fol. 50. Sequutum eſt poſt peregrinationem Indicam ingentis pretii opus:

De Indiarum jure diſputationes; ſive de juſta Indiarum Occidentalium inquiſitione, acquiſitione & retentione: tribus libris. Matriti apud Franciſcum Martinez in folio, duobus voluminibus, altero 1629. altero 1639. Deinde Lugduni apud Laurentium Aniſſon 1672. duobus quoque voluminibus, quorum priori adjunctus fuit *De Parricidio* tractatus. Deſiderantibus tamen iis, qui Latine haud ſciebant, laicis videlicet hominibus reipublicæ curam gerentibus, a tam idoneo præceptore doceri, factum fuit alterum illud, pluribus nempe in compendium redactis, pluribus adjunctis, opus vernaculum, quaſi ſuperioris interpres, hoc titulo:

Politica Indiana ſacada en lengua Caſtellana de los dos tomos del derecho y gobierno municipal de las Indias Occidentales. Matriti apud Petrum Diaz de la Carrera 1648. in folio. Edidit item:

Memorial ſobre que el Real Conſejo de las Indias debe preceder en los actos publicos al de Flandes. Matriti 1629. in folio.

Memorial, o diſcurſo informativo Juridico, Hiſtorico, Politico de los derechos, honores, preeminencias y otras coſas que ſe deben dar y guardar a los Conſejeros honorarios y jubilados, y en particular ſi ſe les debe la pitanza que llaman de la Candelaria. Ibidem 1642. in 4.

Inter juris allegationes, quas advocati fiſcalis Indici prætorii Regii munus gerens edidit, libens, quod de jure publico ſcripta eſt, nec triviale continet argumentum, enumero:

El Diſcurſo y alegacion en derecho ſobre la culpa que reſulta contra el General D. Juan de Benavides Bazan, y Almirante D. Juan de Leoz en razon de aver deſamparado la flota de ſu cargo, que el año de MDCXXVIII. venia a eſtos Reynos de la provincia de Nueva Eſpaña. Matriti 1631. in folio.

Tandem emeritus, & jam ſuus & muſarum, foras dedit, eruditione multiplici variegatum, opus politico-hiſtoricum, ſcilicet:

Emblemata Politica. Matriti anno 1655. in folio.

IOANNES SOPRARIUS, Aragonius, Alcanicienſis, in Italia medicæ arti navata opera reverſus ad nos Cæſarauguſtæ medicinam fecit, eruditione ac poetica facultate præſtans. De quo L. Marinæus Siculus lib. I. *Carminum*:

Hic puer, Aonidum ſacro nutritus in antro,
Excoluit claris artibus ingenium.
Nuper ab Italia patrias converſus in oras
Civibus adduxit munera magna ſuis.
Scripſit enim patriæ laudes, populũque ſenatũ,
Et quidquid tellus fertilitatis habet.
Patria cui tantum debet, me judice, quantum
Corduba Lucano, Mantua Virgilio.

Scripſit:

Commentaria in Sedulium Poetam: in quorum laudem Marinæus idem alterum confecit epigramma, quod legitur ejus lib. II. *Carminum.*

Panegyricum D. verſuum de geſtis rebus Ferdinandi Regis Catholici. Meminit ipſe ſcribens ad Ugonem de Urries inter Marinæi *Epiſtolas* libro XII. Meminit poetæ & panegyrici cum laude Auguſtinus Nettuccius, Florentinus, in libro adhuc inedito de *Situ, forma & diviſſione totius Hiſpaniæ*, quem ex codice Vaticanæ bibliothecæ deſcriptum habemus, dum adhuc Soprarius viveret ſcribens.

In patriæ laudem nonnihil dediſſe innuit idem, ut vidimus, Marinæus, in cujus *De Joannis Regis Aragoniæ vita* libri commendationem carmen Soprarii habemus. Bis meminit hujus Vincentius Blaſcus Lanuza in *Hiſtoria Aragonenſi*, parte I. lib. V. c. XXVII. & parte II. lib. V. cap. XLIX. Oratorem & poetam ſummum eum vocans, ſupervixiſſeque uſque ad MDXXX. affirmans. Adducit quoque ſepulcro ejus inſcriptum hoc tetraſtichon, in æde ſacra principe Alcanizienſis oppidi:

Car-

Carmina quod lugēt, quod musæ flebile cantăt,
Quodque caret cultu lingua Latina suo,
Non mirum, cessit superis Soprarius oris:
Hoc saxum corpus, spiritus astra tenet.

IOANNES SORAPAN DE RIEROS, domo ex oppido Logrosan diœcesis Placentinæ, medicus doctor inquisitorum Ellerenensis & Granatensis urbium, Hispali medicinam quoque fecit, ediditque utiliter Granatæ duabus partibus:

Medicina Española contenida en proverbios vulgares de nuestra lengua. 1616. 4. & 1617. Joannis Mallaræ, Hispalensis, qui philosophiam ex proverbiis vulgaribus eduxit, æmulus.

F. IOANNES DE SORIA BUITRON, Franciscanorum sodalis, theologiæ in cœnobio Conchæ urbis professor, edidit:

Epilogum Summarum; sive Compendium theologiæ moralis ex variorum, præcipueque Henrici de Villalobos, scriptis. Conchæ 1650. in 4. Deinde Parisiis apud Simeonem Piget 1656. in 8.

Epilogo de la vida de S. Francisco. Conchæ 1646. in 4.

F. IOANNES DE SORRIBAS, Valentina in urbe natus die XXIII. Junii MDCXXXI. ordinis Carmelitarum, sacræ theologiæ magister, ejusdemque doctor Valentinæ academiæ, cum concionatoris Regii munus plausu magno Matritum veniens exercuisset, episcopus Ampuriensis regni Sardiniæ die XXV. Septembris MDCLXXIII. Romæ, ad nutum Caroli Regis, creatus fuit. Edidit hucusque:

Perfecto Cura de almas representado en la vida, virtudes y milagros del Venerable Sacerdote Juan Baptista Beltran Cura de la Villa de Alcora en el Reyno de Valencia. Cæsaraugustæ apud Joannem de Ybar 1665. in 4.

Sermones varios. Ibidem in eadem officina 1668. in 4.

Parata habet, uti fama fert, ac prelo matura:

Commentaria literalia & moralia in Acta Apostolorum; cum appendice in Canticum Magnificat: atque alia concionatoria.

IOANNES DE SOSA, doctor medicus, scripsit:

De Argenti vivi temperamento. Hispali 1605.

IOANNES DE SOTO, medicæ artis professor vespertinus in Granatensi schola, edidit:

Libro del conocimiento, curacion y preservacion de la enfermedad del Garrotillo. Granatæ 1616. 4. apud Joannem Muñoz.

F. IOANNES DE SOTO, Matritensis, ordinis Eremitarum Sancti Augustini, sacræ theologiæ magister, poetaque non inceleber, exemplum sibi a quatuor ejusdem familiæ, præter alios aliarum, sodalibus, nempe Ludovico Legionensi, Petro Malon, Alphonso Mendoza, Hieronymo Canton, in eodem opere paraphrastico per partes monstratum solide imitatus, psalterium integrum vario genere carminis Hispane redditum, Margaritæ Austriacæ, alias de Cruce, sacræ Deo inter Excalceatas Seraphicæ familiæ virgini, dicavit, hac inscriptione:

Exposicion parafrastica del Psalterio de David en diferente genero de verso Español, con exposiciones varias de varios y gravisimos autores. Compluti 1602. 4. Necnon & Hispanis versibus reverenter explicuit ecclesiæ cantica eo in opere, cui inscripsit:

Alabanzas de Dios y de sus Santos, con alusion a los Canticos de la Iglesia. Compluti 1615. 8.

Prosaice quoque:

Margaritas preciosas de la Iglesia; la Virgen y Martyr; la llamada Pelagio Monge; la Serenisima Reyna de Escocia en tres libros: y las virtudes y excelencias, que dellas sacó la Señora Reyna Doña Margarita de Austria. Compluti apud Andream Sanchez 1617. in 4.

Obligaciones de todos los estados y oficios, con los remedios y consejos mas eficaces para la salud espiritual, y general reformacion de costumbres. Compluti 1619. in 4.

Compendio de la Suma del Cardenal de Toledo. Ibidem in officina Ludovici Martinez 1614. in 8.

F. IOANNES DE SPIRITU SANCTO, oriundus ex oppido Enciso, Carmelitarum Nudipedum semel atque iterum generalis præfectus, duplicem ex munere dedit epistolam, commendans sodalibus religiosæ disciplinæ observantiam. Prima Toleti data est atque edita, *A los Religiosos del Carmen descalzo* nuncupata, anno 1627. in 8. altera deinde anno 1640. in 8.

Decessit XI. die Decemb. MDCLXXVIII. in oppido Nulbi.

IOANNES STEPHANUS, vulgo ESTEVAN, Emeritensis, parochus oppidi de la Nava, scripsit pio & fructuoso consilio in conjugatorum instructionem:

Avisos de casados. In oppido Bilbao apud Petrum de Ivarra 1595. in 4.

F.

F. IOANNES SUAREZ, Lusitanus, domo ex abbatia Ceptensi Portuensis dioecesis, professione Augustinianus, quam Salmanticæ anno MDXXIII. emisit, sacræ theologiæ magister, Lusitaniæ Regi Joanni, hujus nominis III. a sacra exomologesi, atque a concionibus fuit, Joannisque Principis præceptor. Conimbricensem inde ecclesiam præsul obtinuit, in Tridentina synodo legatus Regius insigni habita oratione clarus. Tres nimirum Lusitani antistites interfuerunt ei eodem tempore, spectatæ in literis famæ omnes, Bartholomæus a Martyribus, Gaspar Casalius & Suarezius noster, quos omnes laudatura illa ætas in hoc dicterium, quidquid in eorum quoque placeret, conjecit: ex his primum multa paucis (hoc erat copiosam Bracharensis antistitis brevitatem laudare) tertium, scilicet nostrum Conimbricensem, pauca multis (eratque id eloquentiæ facultatem, quæ in eo summa fuit, quæque nimio suo splendore non multum eminere ipsas res sinebat, commendare) Casalium denique Leiriensem, in utriusque illorum laudis summam evectum, multa multis dicere solitum, in vulgus, quasi proverbialiter, illius temporis homines efferebant. Fertur is, quod laterem unum e Lauretana Divæ Virginis sacra æde pio furto, connivente scilicet æditLo, subripuisset, tot statim doloribus conflictari coepisse ut, nisi sacrum pignus in locum suum reponeret, e vita sibi mox esse abeundum putaret, quod factum est, uti rem Joannes Bonifacius Jesuita in *Virginali* refert *Historia.* Peregrinatus est deinde in sacris Hierosolymorum & Palestinæ locis, dimisso jam concilio, cum a Pio IV. sacrorum principe, commeatum indulgenter obtinuisset, quod ipse ad *Caput secundum D. Marci* tractatu primo reliquit scriptum. Certe his & aliis argumentis quæsita pietatis fama, nec vulgaris doctrinæ laus dignitatem hominis ad populum declamantis egregie tuebantur. Monumenta hæc posteris reliquit:

In Evangelium D. N. Jesu Christi secundum Matthæum commentaria. Conimbricæ apud Joannem Barrerium 1562. folio.

In Evangelium Sancti Lucæ. Parisiis 1578. Conimbricæ 1579. folio, atque iterum Parisiis locupletior 1604. Adjunguntur in duabus posterioribus editionibus:

In Evangelium Marci Homiliæ.

Obiisse circa annum MDLXXX. conjectatur Thomas Herrera, Augustinianus, in *Historia Domus Salmantinæ.* Adscribi quoque nostro solet (nescio an typorum lucem viderit) *El Viage de Hierusalem.*

IOANNES SUAREZ, quidam, laudatur auctor ejus operis, quod inscribitur:

De la verdad de la Fee. Olisipone 1543. Cujus cum prohibitionis nota meminit *Index expurgatorius* noster postremus. Lusitanus est Georgio Cardoso in schedis.

D. IOANNES SUAREZ DE ALARCON, Lusitanus, e Castellana hujus cognomenti familia oriundus, Martino parente genitus, Villæ-Regis toparcha, domusque Regiæ Portugalliæ archidapifero, Christique ordinis commendatario, cujusmet ordinis censum equestrem ipse adeptus est, præfecturamque Turrium Veterum oppidi, quam familiæ jure in filium transmisit sibi cognominem, qui hodie superest, comitis jam olim Turrium Veterum, Septensisque in Africæ ora gubernationis, nunc marchionis Trocifalensis dignitate spectatus. Scripsit Joannes versibus Castellanis:

La Infanta coronada por el Rey D. Pedro, Doña Ines de Castro ; en octavas. Olisipone 1606.

D. IOANNES SUAREZ DE ALARCON ET MELO, comes de Torresvedras, marchio de Trozifal in Portugalliæ regno, serenissimarum Hispaniæ Reginarum Elisabethæ Borboniæ & Mariæ Annæ Austriacæ oeconomus, Philippo IV. Regi nostro a consiliis bellicis, eques militiæ sacræ Lusitanæ Jesu Christi, Septensis in Mauritania Tingitana urbis & arcis aliquando præfectus, Joannis parentis æmulus, qui metricum, quod nuper laudatum est, opus in literas retulit, in eumdem famæ conspectum, via licet alia, venire desiderans dedit foras genealogicum opus, illustrandis paternæ suæ atque aliis, quas contingebat, Castellæ & Portugalliæ regnorum familiis, præfixo tamen nomine Antonii filii primogeniti, Calatravæ ordinis equitis, cui inscripsit:

Relaciones genealogicas de la Casa de los Marqueses de Trocifal, Condes de Torresvedras, su Baronia Zeballos de Alarcon, y por la casa y primer apellido Suarez: ad Regem Catholicum Philippum IV. Matriti ex officina Didaci Diaz de la Carrera 1656. in folio.

Obiit VI. die Octob. MDCLXIX. Matriti.

IOANNES SUAREZ DE GAMBOA, prosaicam dedit fabulam sic inscriptam:

Humilde Labradora. 1625. in 8.

F. IOANNES SUAREZ DE GODOY, sacræ theologiæ magister sacri ordinis Mercenariorum qui Captivos redimunt, in Dertusana ecclesia professor theologus, scripsit:

Teſoro de varias conſideraciones ſobre el Salmo, Miſericordias Domini in æternum cantabo. Barcinone 1598. in 4. apud Joannem Cormellas.

Muerte y honrras del Rey D. Felipe II. Barcinone 1598.

D. IOANNES SUAREZ DE MENDOZA, natus in oppido Monpox Carthaginenſis diœceſis in meridionali America, cum in Hiſpaniam veniſſet colendi inter Europæos ingenii cauſa, in gymnaſium Salmantinum ſe contulit, ibique juri Civili & Canonico ſub optimis præceptoribus data opera, coluit ante alios frequentavitque Franciſcum Ramum, virum clariſſimum, Regium jam hoc tempore ſenatorem, ac morum Regis noſtri Caroli inſtitutorem, quem, velut normam ſuorum ſtudiorum ſortitus, nil mirum quod pervicaci literarum ſtudio beatius nihil ſibi in rebus humanis contingere poſſe exiſtimaverit. Ad hæc idoneum ſeſe profeſſorio muneri oſtendere volens elucubravit ac perfecit ad unguem, continuatis die noctuque vigiliis:

Ad Titulum Digeſtorum ad legem Aquiliam commentarium: quod Salmanticæ prodiit in 4. anno 1640.

Sed loco profeſſionis magiſtratum gerere juſſus fuit, ad urbem Hiſpalim deſtinatus judex Regiæ curiæ, quæ negotiationis Indicæ lites dirimit, atque adminiſtrationi præeſt. In hac etiam num principem locum togæ tenet, ſacerdos ante aliquot annos ordinatus, multa vir doctrina, eruditione, præſertim hiſtoriæ noſtratis, quam velis it (vulgari proloquio) atque remis ornatum, prudentia inſuper & humanitate, prætereaque inſtructiſſimæ omnis generis librorum bibliothecæ poſſeſſione atque uſu locuples. Premit idem aliquando edendum, quod jam dudum fabrefacit opus, mole quidem ſua vaſtum, utilitate & pretio ceſſurum paucis, *De Hiſpanorum Monarchia, rebus geſtis, moribus, politia*, et, uno verbo, *notitia* omni & *hiſtoria*: qualem forte Galliæ Limnæus dedit, ſed copioſiorem & accuratiorem. Obiit tandem Hiſpali XVIII. Martii MDCLXXXI. dierum plenus.

IOANNES SUAREZ DE PERALTA, Americanus, Mexici Novæ Hiſpaniæ natus, ſcripſit:

Tratado de la Cavalleria de la gineta y brida &c. Hiſpali 1580. in 4. apud Franciſcum Diaz.

D. IOANNES TAMAYO DE SALAZAR, natus in oppido Extremaduræ, Zalamea de la Serena nuncupato, ditionis equitum militiæ de Alcantara, in Didaci de Arce, ex-epiſcopi Placentini, Hiſpaniarum inquiſitoris generalis, viri clariſſimi, familia, nomen ſuum variis ſcriptis operibus, piis quidem omnibus, & multiplici lectione ornatis, poſteritati commendavit; de Hiſpanica vero hiſtoria non optime meritus, utpote pſeudo-Dextri & ſpuriorum ſimilium hiſtoricorum aſſecla & propugnator. Ex quorum fere ſcriniis parum feliciter compilavit:

Martyrologium Hiſpanum, ſive Anamneſim, hoc eſt, commemorationem omnium Sanctorum Hiſpanorum per dies anni digeſtam & concinnatam ac notis apodicticis illuſtratam ad methodum Martyrologii Romani: tomis ſex. Lugduni ſumptibus Philippi Borde & Laurentii Arnaud ab anno 1651. ad 1659. in folio.

San Epitacio Apoſtol y Paſtor de Tuy, ciudadano, Obiſpo y Martyr de Ambracia, oy Plaſencia, ſu vida y martyrio. Matriti apud Didacum Diaz de la Carrera 1646. in 4.

Vida de S. Paſtor de Tuy. Ibidem 1646. in 4.

Defenſorio Juridico-hiſtorico-eccleſiaſtico, en que ſe ſatisface a la duda y reparo, que ſe a pueſto en Roma acerca de dar oficios de rezado, y Miſa a los Santos de la Ciudad de Plaſencia.

Advertencias al Memorial de la ciudad de Jaca ſobre la patria y lugar del ſepulcro de Santa Euroſia. Matriti 1651. in 4.

Iluſtracion a una inſcripcion ſepulcral Catolica, que ſe halló en la ciudad de Merida en diez de Maio de MDCL. Matriti in 4.

Triunfos de las armas Catolicas por interceſion de Maria Nueſtra Señora, centones Hiſtorico-politicos &c. Matriti apud Didacum Diaz de la Carrera 1648. in 4.

Diſertacion, que prueba que la Reyna Doña Berenguela madre del Santo Rey D. Fernando fue la hija primogenita, o mayor del Rey D. Alonſo el Bueno de Caſtilla, y no Blanca Reyna de Francia. Hujus diſſertationis ſeſe auctorem ipſe prodit I. tomo *Martyrol. Hiſp.* ad diem XXIII. Februarii, pag. 238. qua uſum fuiſſe ait in *Additionibus ad Vindicias Hiſpanicas* Joannem Jacobum Chifletium, illaudato, quod non debuit, auctore.

Protulit in lucem ex MS. codice, ut jactat, antiquo Gothico:

Auli Hali civis Burdigalenſis Poetæ Toletani carmen heroicum de Adventu D. Jacobi in Hiſpanias, notis illuſtratum. Matriti anno 1648. in 4. Hoc autem magna ex parte, neſcio cujus damnanda opera, ex Alvari Gomezii, poetæ ſæculo ſuperiore celebris, *Talichriſtia*, male conſutum eſſe nos docebimus alicubi ex propoſito, incautoſque

que lectores hujus absurditatis & fallendi impotentiæ monebimus.

Auctor a secretis fuit illustrissimo patrono suo ac Mæcenati, necnon ejus in Abulensi episcopatu, ex quo ad Placentinum transiit, vicarius generalis. Obiitque circa annum MDCLXII.

D. IOANNES DE TASSIS ET PERALTA, Joannis filius, primi comitis de Villamediana, ex D. Maria de Peralta, comes ipse secundus de Villamediana, & magnus cursorum per omnem Regis nostri Hispaniarum ditionem ex privilegio parenti concesso magister, ingenio, animi magnitudine, omnibusque aliis dotibus, quæ aulicum ac nobilem virum decent, clarissimus, poeta non vulgaris venæ, varia scripsit carmina, quæ in lucem prodierunt hoc titulo:

Obras del Conde de Villamediana. Cæsaraugustæ anno 1629. in 4. & 1634. Matritique 1635. in 4.

Infelicissime obiit Matriti, ab ignoto quodam nocte, dum curru veheretur, trucidatus. Cum multa ejus laude, dum Tassiorum familiam describit, viventis adhuc meminit Alphonsus Lopez de Haro in *Nobiliario Hispaniæ*, lib. VI.

D. IOANNES TERES, Catalanus ex oppido Verdu (incertum mihi cujus dioecesis) theologus, ex canonico Poenitentiario ut vocant Tarraconensis ecclesiæ, titulo tenus Marochii prius, deinde re ipsa Elnæ, hinc Dertusæ, tandemque Tarraconis ab anno MDLXXXVII. antistes, edidit:

Constitutionum provincialium Tarraconensium libros V. una & Archiepiscoporum hujus Sedis, ante Arabum & post Arabum adventum, seriem.

F. IOANNES THEODORUS MONLLUNA, ordinis Deiparæ Virginis de Mercede, sacræ theologiæ (ut vocant) præsentatus, Valentiæ ac Majoricarum provincialis præfectus, libellum vulgari sermone edidit, inscriptum:

Cartilla espiritual.

Claruit anno MDCVII. Sic Fr. Petrus a Sancto Cæcilio in *Elogiis* MSS. *Scriptorum* hujus ordinis.

F. IOANNES A SANCTO THOMA, Olisiponensis, ex patre Germano Petro Poinsot, Alberto Austriaco Archiduci a secretis, & matre Lusitana Domina Maria Garcez prognatus, primas literas & philosophiam Conimbricæ, theologiam vero apud Lovanienses in Belgio didicit. In reditu Deo se consecrare, Dominicanorumque institutum sequi rationibus suis opportunum existimans, ad D. Virginis de Atocha, quæ hujus religiosissimæ familiæ domus est Matritensis, sibi sæculoque renunciavit. Hinc inter Complutenses in luce istius splendidissimæ academiæ, tam pietate quam profundissimæ cujusdam doctrinæ radiis, coruscare coepit. Nec destitit scholæ operam suam adprobare, donec post vespertinum academicum docendi munus, etiam primarium & antemeridianum, qui summus est merendi apex, obtinuerit. Studiorum merita probatissimis moribus, prudentiæque eximia laude cumulatiora, sic hominem undique venerabilem & aulicis commendatum reddiderunt ut Antonio Sotomaiore, quem Philippus IV. Hispaniæ Rex diu habuerat a confessionibus, diem suum obeunte potissimus inter Dominicanos habitus sit quem Rex in hoc tam spectatæ fidei ministerium demortuo sufficeret. Ad cujus rei nuntium non lætari, non gratulationes, ut solet, læto ore benignus excipere, sed pavere totus & consternari animo visus fuit a sodalibus, qui veluti rebus ad incitas delatis exclamantem audierunt: *Actum est, patres, de vita mea: mortuus sum, rogate pro me.* Nempe vir ad studia natus erat, tamque severus sui ipsius judex ut quotidianos animi defectus, carne setaceis textis ac verberationibus edomita, crebro expiaret: quod vel ipsimet libri cruore imbuti, & in arcanis quibusdam cellæ loculis ejusce rei instrumenta deprehensa testatissimum a morte ipsius fecerunt. Quare abripi a munere scholastico, sibi gratissimo, ut publicis rebus, tam magna pars ipse earum, interesset, obnoxiusque adeo Dei judicio fieret, ægerrime tulit. Molem tamen negotiorum immensam, fracta jam studiis ætate, non diu sustinere potuit. Fragæ enim Aragoniæ regni, quo cum Philippo venerat, contraxit letalem morbum, protestatusque coram venerabili Eucharistico pane se nihil per triginta totos annos aut scripsisse, aut docuisse, quod non judicaret & veritati consonum, & doctrinæ Sancti Thomæ conforme, nihil Regi suo consilii dedisse, vel suggessisse, (mensibus tantum tredecim hanc curam volverat) quod non in Dei obsequium, reipublicæ utilitatem, & Principis ipsius beneficium cessurum credidisset, vitam commutavit cum morte XVII. Junii die anni MDCXLIV. cum nondum quinquagesimum quintum ætatis annum attigisset, quo minus debuit tempore (si ita loqui fas est) præreptus Hispaniæ, Philippo & literarum studiis, quas nullo tempore non in pretio magno ac delitiis habuit. Doctrinæ ingeniique ejus clarissima extant monumenta,

ta, quæ paſſim omnes amplectuntur:

Artis Logicæ I. Pars de Dialecticis Inſtitutionibus, quas Summulas vocant. Compluti anno 1631. & 1634. in 8. Romæ tertium apud Manelphum 1636. in 12.

Artis Logicæ II. Pars in Iſagogen Porphyrii, Ariſtotelis Categorias & Libros Poſteriorum. Compluti anno 1632. 4. Romæ apud Manelphum 1637. in 8. Matriti 1640. in 4. atque alibi.

Naturalis Philoſophiæ prima pars, quæ de natura in communi, ejuſque affectionibus diſſerit. Matriti 1633. 4. Deinde alibi, Romæ inquam apud Manelphum anno 1637. ac tandem Cæſarauguſtæ 1644. 4.

Ejuſdem Secunda Pars in VIII. libros Phyſicorum. Iiſdem locis.

Ejuſdem III. Pars, quæ de Ente mobili corruptibili agit; ad libros Ariſtotelis de Ortu & Interitu; una cum decem tractatibus de Meteoris. Compluti 1634. in 4.

Ejuſdem IV. Pars, quæ de Ente mobili animato; ad libros Ariſtotelis de Anima. Compluti 1635. in 4. Omnia hæc ſimul duobus voluminibus Coloniæ 1638. in 4. Romæque ſeptem voluminibus 1636. & 1637. 12. apud Manelphum edita ſunt. Sequuta ſunt theologica, nempe:

Curſus Theologici in primam partem Sancti Thomæ, tomus I. *ſcilicet uſque ad quæſt. XIV.* cui præmittuntur *Tractatus tres*, ad theologiæ tirones, ſcilicet:

I. *Univerſum Textum Magiſtri Sententiarum in ordinem redigit.*

II. *Omnium quæſtionum D. Thomæ & materiarum in ſua Summa connexionem explicat.*

III. *Vindicias D. Thomæ pro doctrinæ ejus puritate, probitate & ſingulari approbatione offert.* Compluti 1637. in folio.

Curſus ejuſdem in primam partem a quæſt. XV. uſque ad XXVII. Tom. II. Lugduni apud Petrum Proſt 1643. folio.

Ejuſdem tertius Tomus a quæſtione XXVII. uſque ad finem primæ partis. Ibidem apud eumdem 1643. in folio.

Curſus Theologici in primam Secundæ D. Thomæ a queſtione prima uſque ad XXI. incluſive, tomus primus. Matriti apud Mariam de Quiñones 1645. in folio.

Ejuſdem Tomus II. uſque ad quæſtionem CXIV. Ibidem eodem anno in folio.

Ejuſdem Curſus in Secundam Secundæ Divi Thomæ tomus unicus; hoc eſt de Fide, Spe & Charitate; De Homicidio, Religione, Oratione, Voto, cum quibuſdam expoſitivis quæſtionibus.

Ejuſdem Curſus integri tomus VII. ſive De Incarnatione Verbi Dei tractatus.

Prodierunt omnes ſimul Lugduni ſeptem voluminibus 1663. folio apud Philippum Borde & ſocios, adjuncto in fine I. tomi *in primam partem*:

Tractatu de Opere ſex dierum.

In ſecundo *ad Primam Secundæ*:

Materiis quibuſdam Theologicis, quas ipſe auctor in cathedra dictavit a quæſtione hujus partis CIX. uſque ad CXIV. hoc eſt, *De Gratia & merito.* Hanc vero Lugdunenſem editionem acerrime habet P. Franciſcus Combeſis in ſua ſequentis operis editione, promittitque Pariſienſem aliam ſe procuraturum.

Nuper prodiit poſtumus tomus *Theologicorum in Summam Sancti Thomæ commentariorum* octavus, hac inſcriptione:

De Sacramentis in genere, deque venerabili Euchariſtiæ Sacramento, & de Pœnitentia diſputationes: opera & ſtudio R. P. Fr. Franciſci Combeſis, ejuſdem ordinis, Pariſiis, ſumptibus Antonii Bertier 1667. in folio. Atque iterum 1674. adjuncta ſynopſi vitæ auctoris R. P. Jacobi Quetif, Pariſini.

Hiſpanice vero libellum aureum ab eo habemus hoc titulo:

Explicacion de la Doctrina Chriſtiana. Valentiæ 1644. Antuerpiæ 1651. in 24. & alibi ſæpe. Demum poſt ſeptem Hiſpanicas editiones Latina exiit hoc titulo: *Compendium totius Doctrinæ Chriſtianæ*, opera Henrici Hactermans ejuſdem Dominicani inſtituti, Bruxellis 1658. in 12.

IOANNES THOMAS PORCEL, medicus ut videtur, dedit foras:

Curacion de la Peſte. Cæſaraug. anno 1565.

F. IOANNES THOMAS DE ROCABERTI, D. Franciſci Jofre de Rocaberti, vicecomitis de Rocaberti, comitis de Peralada, & D. Magdalenæ Laforteza, comitis Sanctæ Mariæ de Formiguera natæ, filius, nobiliſſimæ & antiquiſſimæ familiæ propago, Peraladæ in laribus paternis principatus Cataloniæ ortus, Dominicanorum ſodalis, ſacræ theologiæ magiſter, Gerundæ ad ordinem admiſſus, Valentino autem cœnobio poſtea adſcriptus, in ejus urbis academia obtinuit ſacræ ſcientiæ cathedram, ut vocant, perpetuam, Aragoniæ provinciæ præfuit, præeſtque nunc integro Prædicatorum ordini ampliſſimo, in comitiis anni MDCLXX. XXIV. die Maii magiſter generalis renuntiatus, doctrinæ, prudentiæ, ac religioſæ vitæ meritis, quibus mire ornat utroſque ſæculi ac religionis natales, majoribus adhuc dignus. Scripſit:

Alimento eſpiritual, cotidiano exercicio de meditaciones: ex operibus Ludovici Granatenſis, B. Henrici Suſonis & Sanctæ Catherinæ Senenſis. Barcinone apud Mathevad 1668. in 4.

Theo-

Theologia myſtica, *primer tomo*, *inſtruccion del alma en la oracion y meditacion.* Ibidem apud Raphaelem Figuero 1669. 4.

IOANNES DE TIMONEDA, gente Valentinus, auctor eſt primus fabularum, quas dicimus Italico verbo Novelas; neſcio enim an aliud hujuſmodi opus inter nos eo antiquius ſit, quod ita inſcriptum dedit:

El Patrañuelo, *o Primera Parte de las Patrañas.* Compluti 1576. 8. Et in Bilbao Cantabrorum 1580. in 8. Antiquum hoc verbum idem cum eo ſonat quod Valentini dicunt Rondalles, nos Novelas.

El Cavañero Cancionero. Valentiæ apud Petrum Huete 1570. in 8.

Coloquio Paſtoril. Ibidem apud Petrum Mey 1567. in 8.

Alivio de Caminantes y memoria Hiſpanica. Compluti apud Sebaſtianum Martinez 1576. in 12.

El Sobremeſa, *y alivio de la muerte.* Simulque:

Buen aviſo, *y porta quentos.* Item:

Memoria Hiſpanica y Valentina. Valentiæ apud Petrum Huete 1570. in 8.

Sylva de varias canciones, *o villaneſcas y guirnalda de galanes.* Hiſpali apud Alphonſum de la Barrera 1511. in 8.

Tres Comedias en proſa. Valentiæ 1559. in 8.

Quaderno eſpiritual al Santiſſimo Sacramento, *y a la Aſſumcion.* *Auto de la oveja perdida*, *y otras coſas.* Valentiæ 1597. 8.

Edi curavit primas Hiſpanas comœdias, quas rudi illo hujus artis ſæculo Lupus de Rueda, Hiſpalenſis, non ſcripſit tantum, ſed recitavit, ut in eo dicimus. Noſtri quoque nomen præſefert:

El Deleitoſo recopilado por Juan de Timoneda. 1567. in 8. niſi ejuſdem ſit Lupi a Rueda comicum aliquid. Uti & MS. liber, quem laudare ſolet D. Joſephus Pellizerius, chronographus Regius, ſic inſcriptus: *Libro y memorial de algunas coſas, que de algunos años a eſta parte an ſucedido en la villa de Madrid*, duabus partibus: quarum ſeries ab anno MCCCC. ad annum MDXX. extenditur.

F. IOANNES TIRADO, Aragonenſis, ordinis Seraphici, vir pius, quamvis doctrina carens utile tamen compoſuit opus, ſcilicet:

Tratado para ayudar a bien morir. Semel atque iterum typis editum.

F. IOANNES DE TOLEDO, ea ex urbe ut credimus, ſacræ theologiæ magiſter, Hieronymianorum ſodalis, cum inter domeſticos tam in Sancti Laurentii Eſcurialenſis collegio, quam in Salmantino Sanctæ Mariæ de Guadalupe hanc ſacram ſcientiam ex primaria cathedra docuiſſet, vir ad majora natus, die IX. Junii MDCLIX. ad Canariarum inſularum eccleſiam fuit promotus ab Alexandro VII. Papa, indeque XII. Januarii MDCLXIII. ad Legionenſem ab eodem translatus. Obiit anno MDCLXII. Scripſit:

Curſum Theologicum pro Theologis Canarienſibus Thomiſticæ Theoſophiæ perſtudioſis in tres tomos diſtributum: *quorum primus prodiit Legione ex officina Auguſtini de Valdiviefo circa annum* 1672. *reliquorum duorum editioni mors auctoris interceſſit.*

F. IOANNES DE TOLOSA, Salmanticenſis, Auguſtinianus, ſacræ theologiæ magiſter, in Aragoniæ regno ut plurimum floruit, Biblicam enim ſapientiam Oſcenſis academiæ juventutem docuit, cujus ſtudii alterum de ſacris rebus pro concione loquendi munus ingenioſe dicitur geſſiſſe, atque eloquenter. Domum ordinis ſui Cæſarauguſtanam rexit, quo tempore in publicum exire paſſus eſt:

Aranjuez del alma. Ibidem 1584. 4. ad Eliſabetham Hiſpaniarum Infantem: celebratum valde opus a Lupercio Leonardo de Argenſola, magni nominis poeta, & chronographo Regio, in elegantiſſimo illo carmine, cujus initium tale eſt:

Ay un lugar en la mitad de Eſpaña &c.
Atque item:

Indulgencias de la Correa de San Aguſtin. 1581.

Diſcurſos predicables: Adventus præcipue uſque ad Epiphaniam. Medinæ an. 1584. in 4.

IOANNES DE TORIJA, architectus Regius, edidit:

Tratado breve ſobre las Ordenanzas de la Villa de Madrid y Policia della. Madriti apud Paulum de Val 1661. in 4.

Tratado de Bovedas. Ibidem eodem anno, folio.

IOANNES TORNAMIRA DE SOTO, Aragonenſis natalibus, ex nobili tamen, (quod eidem de ſe credimus) in Montpeſſulana urbe Galliæ Narbonenſis Tornamirarum familia oriundus, ſcripſit:

Sumario de la vida y hazañoſos hechos del Rey Jaime de Aragon I. deſte nombre llamado el Conquiſtador. Pampelone 1622. in 8. ex officina Caroli de Labayen.

F. IOANNES DE TORQUEMADA, Franciſcanus provinciæ Sancti Evangelii Novæ

væ Hifpaniæ apud Indos occidentales, cui provinciæ aliquando præfuit, foras emifit:

Monarquia Indiana, con el origen y guerra de los Indios occidentales, de fus poblaciones, defcubrimiento, conquiftas, conversion y otras cofas maravillofas de la mifma tierra: XXII. libris, tribufque tomis. Hifpali 1615. in folio. Item:

Vida del Santo Fr. Sebaftian de Aparicio de la Orden de S. Francifco. 1605. in 8.

F. IOANNES DE TORRALVA, Saguntinus ex regno Valentiæ (Morviedro nunc eft antiqua Saguntus) Carthufianus monachus, ad ordinem receptus in domo Scalæ Dei Tarraconenfi, translatus inde ad monafterium Aulæ Dei juxta Cæfarauguftam, vir valde pius, fcripfit:

Enchiridion Paffionis Chrifti. Cæfarauguftæ typis Stephani de Naxera an. 1556. in 4.

Sermones y platicas efpirituales.

D. IOANNES DE LA TORRE, medicus doctor ut credimus, fcripfit:

Efpejo de Filofofia y compendio de toda la medicina theorica y practica. Antuerpiæ 1688. folio.

Teatro de la falud, Baños de Sacedon hallados por el Doctor D. Fernando Infante, fabricados y pueftos en la orden que oy eftan por el Excelentifimo Señor D. Luis Francifco Nuñez de Guzman, Marques de Montalegre. Matriti 1676. in 4.

F. IOANNES DE TORREBLANCA, Lucronienfis, Dominicanus, facræ theologiæ præfentatus, ordinifque fui concionator generalis, edidit:

Exercicios del fanto Rofario de Nueftra Señora, y modo de rezarle con meditacion de fus myfterios. Pinciæ apud Joannem Baptiftam Varefium 1630. in 4.

Sermones quoque *de Quarefma*, ut mihi à domefticis fuit relatum, duobus tomis.

D. IOANNES DE TORRECILLA, ET MANSO, inquifitor Apoftolicus regni Siciliæ, abbas Sanctæ Mariæ Lavinæ, decanus Agrigentinæ ecclefiæ, & in eodem regno a conciliis Catholicæ majeftatis, fcripfit:

Apologeticum adverfus objectionem contra jurifdictionem Sancti Officii a Domino Mario Cutellio jurifconfulto Siculo excitatam. Neapoli apud Octavium Beltranum 1637. in 4.

IOANNES TORRELLA, profeffor publicus grammaticæ artis in academia Valentiæ, publicavit:

Brevem ac compendiofam in Syntaxim partium orationis Inftitutionem. Lugduni 1585. in 8. Cæfarauguftæ 1609. in 8.

IOANNES DE TORRES, Medinenfis, in Societate Jefu, cui militabat, pluribus adminiftratis muneribus, imo & in Africa redemptionis captivorum nonnumquam minifter, ab recentis adolefcentiæ annis ufque ad defectam fenectutem vixit plerumque in patria, longo confumptus tandem morbo cum annus verteret nati Redemptoris MDXCIX. Populari fermone dedit vulgo probatum opus, nuncupatum:

Filofofia moral de Principes para fu buena crianza, y govierno y para perfonas de todos eftados. Burgis 1596. in folio & 1602. apud Joannem Baptiftam Varefium. Barcinone apud Sebaftianum de Cormellas anno 1596. in folio.

F. IOANNES DE TORRES, Francifcanorum Tertii Ordinis fodalis, fcripfit de facræ Euchariftiæ digna fumptione & meditatione libellum, hoc titulo:

Suftento del Alma. Matriti ex officina Terefiæ Junti 1625. in 16.

F. IOANNES DE TORRES, ordinis Minorum Obfervantium, Caftellæ provinciæ aliquando præfectus, & commiffarius ut vocant curiæ in Urbe, dedit foras:

Confuelo de los devotos de la Concepcion de la Virgen Señora nueftra. Cæfaraug. 1620. in 4.

Comentarios fobre la Tercera regla de S. Francifco: nefcio an Hifpanice, an Latine. Matriti 1628. & 1631.

Regla y Conftituciones de la orden Tercera: nifi idem eft opus. Matriti 1623.

Tribuitur & Joanni de Torres (alii-ne?)

Vida de la Reyna Santa Ifabel.

IOANNES DE TORRES, alius nifi fallor, fcripfit:

Del Reyno del gran Mogor.

F. IOANNES DE TORRES, ordinis Mercenariorum, compofuit patria lingua divinam quamdam & variam poefim, præfertim in receptione quarumdam reliquiarum D. Laurentii martyris in patriam olim fuam Ofcam, ad Joannem Olivitum, doctorem utriufque juris, decanum & canonicum ejufdem urbis ecclefiæ. Ofcæ apud Joannem Perez Valdiviefo 1579. 8. Hæc totidem verbis Alfonfus Ciaconus, Dominicanus, in fchedis, quas penes me habeo, ad *Bibliothecam*, quam præparabat *univerfalem*.

IOANNES DE TORRESILLO ET MANSO, edidit:

Re-

Responsionem quamdam ad Marii Cutellii Patrocinium pro regia Jurisdictione Inquisitoribus concessa. Neapoli 1637.

IOANNES TREMIÑO, Alonensis, sive Alicantinus, sacræ theologiæ doctor, canonicus & scholasticus Oriolanæ almæ sedis, doctus vir, & linguarum non imperitus, nec a poetarum mysteriis alienus, septuaginta jam natus annos, post quinquagenarium fere tempus tam in schola quam in ecclesia docendo & concionando impensum, scripsit:

In Jonam Commentarios, una cum Paraphrasi Poetica. Oriolæ apud Ludovicum Berosium 1623. in 4. Item:

In quatuor priores Davidis Regis Psalmos, una cum Paraphrasi Poetica in fine cujusque Psalmi. Ibidem eodem anno.

D. IOANNES TRILLO ET FIGUEROA, Gallæcus, Coruniensis, Francisci frater germanus, cujus olim loco suo meminimus, Granatæ domicilium fixit, ibique, modestiæ ac studiorum nomine omnibus carus, unus ex decurionibus ejusdem urbis (veinti quatro veluti XXIV. virum vocant) edidit:

Noticia de la sucesion de Doña Maria Nuñez Cabeza de Vaca. Granatæ 1664.

Origen de la Casa de Tovar, y Arbol genealogico de D. Francisco Cañaveral y Horozco Cavallero del orden de Alcantara, Señor del Mayorazgo y Lugar de Benalva. 1662. ibidem. Laudat opus D. Josephus Pellizer in *Bibliotheca* propriorum operum, fol. 151.

F. IOANNES DE TRINITATE, ordinis Minorum fratrum Excalceatorum provinciæ Sancti Gabrielis, quam semel atque iterum rexit, emeritus theologiæ lector, edidit Latine:

Expositionem Constitutionis Gregorii XV. contra Confessarios sollicitantes in confessionibus. Hispali 1643. in 8.

Tratado de los casos reservados en la orden de los Menores para los Ministros provinciales o generales. Hunc Joannes de la Haye, auctoris discipulus, Latinum fecit, ac prelo subjecit. Parisiis anno 1617.

Trasformacion de la alma en Dios y medios para llegar a ella. Discursos predicables. Ulisipone 1633. in 4.

Chronica de los frayles descalzos Menores de la provincia de S. Gabriel. Hispali anno 1652. in folio.

F. IOANNES DE TRIVIÑO (ignotus mihi alias) scripsit:

Memorias de cosas notables desde la fundacion de España hasta el Rey D. Felipe II. duabus partibus: quas adservari manuscriptas in cœnobio B. Virginis de la Salzeda legitur in ejus bibliothecæ catalogo.

IOANNES TRIVIÑO DE VIBANCO, Abulensis, theologus doctor, canonicus Placentinus, ac Segoviensis deinde magistralis, dedit in publicum:

Praxim necessario observandam ab examinatoribus synodalibus in qualificandis oppositoribus ad beneficia Ecclesiastica contendentibus. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1622. 4.

IOANNES TRULLUS, vulgo TRULL, Aragonensis, ex Luna oppido diœcesis Cæsaraugustanæ, Salmanticæ ad Sancti Bartholomæi sodalis, & ex cathedra liberalium artium professor, anno præteriti sæculi LVII. academiam reliquit sacerdotio Cæsaraugustanæ inclytæ ædis Deiparæ Virginis del Pilar ornatus, unde ad Salvatoris, hoc est, ejus templi quod communius hucusque cathedrale audiit, sed hodie jam communem cum laudata Virginis Matris Dei ecclesia prærogativam hanc sortitur, collegium sacrum transferri, prioratumque in eo S. Christinæ accipere administrandum promeruit. Cum vero Gregorii XIII. Papæ jussu Segobricensis, quæ ad hoc tempus eadem fuerat cum Albarracinensi, episcopalis sedes in duas divideretur, primus fuit Trullus præsul Albarracinensis designatus, ac merito quidem is, quem Martinus Navarrus initio *Commentarii ad Cap. Non dicatis* 12. *quæst.* 1. *De voto paupertatis, eruditissimum*, Petrus Cenedus alicubi *eruditione, literis ac religione insignem*, alii non dissimiliter appellant. Cunctis bene notus est Trullus propter:

Ordinem Canonicorum Regularium libris IV. elucidatum, in quibus & de claris ejusdem ordinis viris: ad Philippum Hispaniarum Regem II. Cæsaraugustæ apud Bartholomæum a Naxera 1571. in 4.

Obiit, priusquam Pontifex stabiliret literis solemnibus episcopalem ejus dignitatem, circa annum MDLXXVII.

D. IOANNES TURIEL DE ROXAS ANGELOFLAVIO (sic indigitatur, cui propter Hispanum cognomen sermonemque locum dedimus in hac *Bibliotheca*) eques magnæ Crucis &c. scripsit:

Origen de la orden de la Cavalleria Constantiniana debaxo de la regla de S. Basilio y titulo de S. George. Romæ ex officina Vaticana 1597. 4.

IOANNES DE VALCAZAR, excellen-

lentiſſimo D. D. Petro Fernandez de Caſtro, comiti de Lemos, Neapolitanorum proregi, a ſacris, ſcripſit:

Relacion de las exequias que ſe celebraron en Napoles en la muerte de la Sereniſima Reyna Doña Margarita. Neapoli apud Tarquinum Longum 1612. in 4.

IOANNES DE VALDES, juriſconſultus, hereticus Lutheranus, qui Neapoli plures pervertiſſe dicitur, & in iis Petrum Martyrem & Bernardinum Ochinum corruptiores feciſſe, de quo Thuanus lib. III. *Hiſtor. ſui temporis* in mentione Martyris, & Spondanus in *Annal.* ad ann. 1547. num 21. & 22. Scripſit:

Comentario breve, o declaracion compendioſa y familiar ſobre la primera Epiſtola de S. Pablo a los Corintios. Cujus cum prohibitionis nota meminit poſtremus *Index* noſter *Librorum prohib. & expurgandorum.*

Ex Joannis Valdeſii Hiſpana fuiſſe in Gallicam linguam translatum a Claudio de Kequiſinen, Pariſienſi, opus ſic inſcriptum:

Ciento y diez conſideraciones divinas, refert in *Bibliotheca* ſua Verderius.

IOANNES DE VALENCIA, Bæticus, domo ex urbe Loxa, & in Malacitana eccleſia portionarius, Latinas literas omnemque humanitatem apprime doctus, quam & alios, & Bernardum Alderetum, in cujus pereruditis monumentis Valentiæ durat memoria, in eadem Malaca urbe docuit. Hujus poema elegantiſſimum:

Pyrenen dictum, exametris verſibus, celebrat Alderetus lib. I. *Antiquitatum* cap. IX. Quod & nos Hiſpali apud Martinum Vaſquium Siruelam, amicum noſtrum, vidimus.

D. IOANNES DE VALENCIA, in America forſan natus, ſed ex Hiſpana ſtirpe nobili, eques ordinis..... nec mediocris pretii aulicus ſub Philippo IV. Scripſit quidquam:

Del Arte de andar a cavallo. Anno 1639.

F. IOANNES VALERO, Segobricenſis in Valentino regno, juris Pontificii ſacræque theologiæ doctor Valentinus, canonicus Segobricenſis, doctique illius viri, ejuſdem urbis epiſcopi, Joannis Baptiſtæ Perezii, poſt Algerienſem captivitatem, in quam incidit Roma in Hiſpaniam rediens, vicarius generalis. Sæculo renuntiavit in eremum ſecedens; deinde ad Carthuſianorum tranſiit militiam inter Scalæ Dei Tarraconenſis campi ſodales anno MDXCVI. quo habitu & profeſſione nobilitatus Barcinone procuratorem egit laudatæ domus, deindeque ejuſdem præfectum, quam conſequutæ ſunt præfecturæ aliæ cœnobiorum Vallis-Chriſti Valentiæ urbis, Vallis-miſericordiæ Oliſiponenſis, ac Jeſu-Nazareni Majoricenſis. Quo loco manens edidit:

Differentias inter utrumque forum, Judiciale videlicet & Conſcientiæ. In Carthuſia Majoricenſi laudata, typis Emmanuelis Rodriguez 1616. in folio. Inedita autem apud domeſticos aſſervantur:

Annotationes & Gloſſæ in Biblia ſacra, in Jus canonicum, in Concilium Tridentinum, & in ſui ordinis Statuta.

Hiſpana quoque lingua:

De Virtudes y Vicios: duobus voluminibus.

Inſtruccion de Prelados.

Vida de San Hugon.

Notas para las ceremonias de la Miſſa.

Vitam ab eo piiſſime ac religioſiſſime geſtam deſcripſit in *Catalogo Virorum illuſtrium Scalæ Dei Carthuſianæ* ſuæ *Hiſtoriæ* Joſephus Valles, Tarraconenſis canonicus.

IOANNES VALLE, Luſitanus, Guimaranenſis, juridica quædam edidiſſe dicitur. Cardoſus.

IOANNES DE VALLEJO, magni viri D. Franciſci Ximenez de Ciſneros cardinalis, archiepiſcopi Toletani, a puero familiaris, canonicus tandem Seguntinæ eccleſiæ, reliquit ſcriptum:

Memorial de la vida, y virtudes y milagros del dicho Iluſtriſimo Cardenal Arzobiſpo: quod præcipuum fundamentum Alvaro Gomezio conſcribendæ ſuæ Latinæ *Hiſtoriæ* præſtitit. MS. extat in archivio Complutenſis collegii, ut legitur in *Archivio* Complutenſi pag. 70. quod ſimul cum *Vita* ejuſdem Ximenii editum eſt Panhormi 1653.

IOANNES DE VALVERDE DE AMUSCO appellatus, natali forſan loco, diœceſis Palentinæ, medicus. Romæ tuebatur valetudinem Joannis Toletani, ordinis Prædicatorum, S. R. E. cardinalis, atque ejuſdem Compoſtellani præſulis, cum explanaturus in Andreæ Veſalii *Anatomico opere* non pauca rudioribus & tironibus obſcura, proprio Hiſpaniæ ſermone promulgavit:

Hiſtoria de la compoſicion del Cuerpo humano. Romæ ex officina Antonii de Salamanca & Antonii Lofredi 1556. in fol. opera uſus Gaſparis Bezerra in deſignandis figuris, quem habuit illa ætas pictorem & ſculptorem celeberrimum. Italice mox dedit auctor ipſe in eadem urbe 1560. Demum Michael Columbus, Juntis, Venetiarum typographis, necnon & Hieronymo Mercuriali ad id invitanti-

tibus, vertit eam Latine, atque edidit Venetiis 1589. in folio. Prodiit quoque ibidem 1607. folio. Item ſcripſit:

De Animi & Corporis ſanitate tuenda. Lutetiæ apud Robertum Stephanum an. 1552. Et Venetiis apud Dominicum Lilium 1553. in 8.

IOANNES DE VALVERDE ARRIETA, unus ex geoponicis Hiſpaniæ ſcriptoribus, edidit:

Dialogos de la fertilidad y abundancia de España, y la razon porque ſe ha ido encareciendo, con el remedio para que buelva todo a los precios paſados. Matriti 1578. in 8. rurſuſque cum Gabrielis Alphonſi de Herrera *Agricultura*, & aliis ejuſdem argumenti auctoribus. Ibidem apud viduam Alphonſi Martini 1620. in folio.

Deſpertador ſobre la fertilidad antigua de España. Matriti 1581.

F. IOANNES DE VARDON, ordinis fratrum Mercenariorum, qui captivos redimunt, ſacer Indorum eccleſiaſtes, quique plures ex eis ab orci faucibus ad viam ſalutis revocavit.

Vocabularia edidit *quatuor linguarum*: quæ in eis regionibus paſſim apud omnes notæ ſunt. Hæc in *Hiſtoria ordinis* ſui I. parte, lib. II. cap. XXVI. ad annum MDXXIV. Bernardus Vargas refert, utens Caroli de Tapia in *De Religioſis rebus* circa id teſtimonio.

F. IOANNES VARGAS MACHUCA, Dominicanus, ſacræ theologiæ magiſter ac doctor, viſitator ac vicarius provincialis in territoriis epiſcopatuum Truxilienſis & Panamenſis, & provinciarum del Darien, edidit:

La Roſa del Piru Soror Iſabel de Santa Maria del Abito de Santo Domingo. Hiſpali 1659. 4. apud Joannem Gomez de Blas.

IOANNES DE VASCONZELOS, Luſitanus, Leirenſis, Jeſuita, patre Regio ſenatore atque equeſtris familiæ natus, & poſtquam varia rexiſſet collegia, in Conimbricenſi XXI. Septembris MDCLXI. denatus, ſcripſit vernacule ſuppreſſo nomine:

Luſitaniæ prodigioſam reſtaurationem. Oliſipone per Antonium Alvarez 1643. in 4.

IOANNES VAZ, Luſitanus, Eborenſis, auctor *Comœdiarum* a Cardoſo laudatur.

IOANNES VAZ MOTA, Luſitanus, Oliſiponenſis, juris utriuſque doctor, cumque partes ſequutus D. Antonii Portugalliæ competitoris fuiſſet, patriaque relicta Romam veniſſet, profeſſor admiſſus in Sapientiæ Romanæ gymnaſio, ſive artis rhetoricæ, ſive philoſophiæ, literarum humaniorum vir doctiſſimus, habuit atque edidit quaſdam orationes in eadem Urbe, in quibus hæ annumerantur:

Oratio habita die VII. Martii ad Illuſtriſſimum Cardin. Sirletum Patronum unicum & incomparabilem. Romæ 1585. apud Joannem Martinellum in 4.

Oratio funebris in Illuſtriſſimi ejuſdem *Cardinalis Guilielmi Sirleti obitu in æde D. Laurentii in Paue & Perna ad Illuſtriſſimum Vincentium Laureum Cardin. Montis regalis.* Romæ apud Joannem Oſmarinum Giliotum 1585. in 4.

Encomium in S. Joannem Apoſtolum coram Gregorio XIII. P. M. Ad Illuſtriſſ. Cardin. Vaſtavillanum S. R. E. camerarium. Romæ apud Joannem Martinellum 1585. Diverſus quidem hic eſt ab Antonio Mota, cujus mentionem in *Bibliothecæ* hujus volum. I. pag. 146. reperies.

IOANNES VAZ PINTO DE SOUSA, Luſitanus, ex oppido Garaial, Virgilium poetam ſermone interpretatus eſt vernaculo, hunc titulum operi accommodans:

Theſaurus Muſæ Virgilianæ: in quo germanus verborum ordo Luſitano prius idiomate, uberiores deinde rerum notæ inveniuntur. Bracharæ 1628. in 4.

IOANNES VAZQUEZ JURADO, ſcripſit:

De Reſidentia Parochorum. Matriti 1629.

IOANNES VAZQUEZ DEL MARMOL, apud Granatenſes portionarius, itemque ad monumentum ſeu capellam Catholicorum Principum Ferdinandi atque Eliſabethæ, expugnatores illius urbis, ſacerdos Regius, idem librorum omnium, publico munere, ne quid ab exemplari editio deviet, generalis corrector, varia doctrina, bonarumque artium ſtudio non vulgari cum viveret, idque ſub Philippo II. Rege, inter æquales audit eximius. Impendit maxime operam vertendis in ſermonem noſtrum Latinis aliorum operibus, præſertim ſacris. Vidimus nos:

Arte y regla para aprender a rezar el Oficio ſegun el Breviario reformado, y para entender el Computo y Kalendario Romano. Pinciæ typis Ludovici Sanchez 1605. 8. Item:

San Anſelmo, ſus Meditaciones. Anno 1567. in 16.

Expoſicion del Padre nueſtro de Pico Mirandulano.

El Novicio eſpiritual: ex Latino Ludovici Bloſii. Matriti 1587. in 12.

Con-

Confeſsionario de Santo Thomas de Aquino: Inſtruccion breve para recibir el Sacramento de la Penitencia.

Orden para oir y ayudar a Miſſa. Hos quidem tribuit ei Franciſcus Pedraza in *Granatenſi Hiſtoria*, inter Granatenſes ipſum ſcriptores enumerans.

Hiſtoria de Napoles de Pandulfo Collenutio. Hiſpali apud Ferdinandum Diaz 1584. in folio, ubi & *Supplementum Mambrini Roſei* incluſum eſt.

Natum hunc parente Petro del Marmol, Regi a ſecretis, fratremque matruelem Franciſci Suarii, Granatenſis, Jeſuitarum ſodalis, atque ſcriptoris clariſſimi, fuiſſe relatum mihi fuit Granatæ a propinquis.

IOANNES VAZQUEZ DE OLIVERA, liberalium artium & ſacræ theologiæ profeſſor, edidit:

Quæſtionem Theologicam, an hæc propoſitio vera ſit & Catholica, Deus operatur omnia opera noſtra bona, ita ut in eis totum efficiat, ut nos fere nihil agamus. Granatæ apud Martinum Fernandez 1613.

IOANNES VAZQUEZ DE LA SERNA, Gadium incola, publicavit:

Reducciones de oro y ſeñorage de plata, con las reglas y tablas generales de lo uno y de lo otro. Gadibus 1620.

F. IOANNES DE VEGA, ordinis Mercenariorum, ſacræ theologiæ magiſter, propter excellentem dicendi de loco ſuperiore atque Evangelium docendi artem *Argenteum os* nuncupari promeruit, æque ac Ferdinandus de Santiago *Aureum os* per idem tempus audiebat. Reliquit MSS. in Matritenſi domo, in qua obiit anno MDCX.

Sermones de Quareſma: duobus voluminibus.

Sermones de Santos.

F. IOANNES DE LA VEGA, Americanus, patre Hiſpano natus, Luſitanum Cardoſus credidit in ſchedis MSS. Franciſcanus in cœnobio Limenſis urbis ac provinciæ Duodecim Apoſtolorum, edidit in eadem urbe:

Artem ſeu rudimenta Grammaticæ. Waddingo auctore in *Scriptoribus ordinis Minorum*.

D. IOANNES DE VEGA, magiſter theologus, eminentiſſimi cardinalis Balthaſaris de Moſcoſo & Sandoval, archiepiſcopi Toletani, domeſticus, olim in collegiata eccleſia de Villafranca del Bierzo ſcholaſticus, docte & pie ſcripſit:

Reſpueſta Apologetica, moral y eſcolaſtica acerca del frequente uſo de la Confeſion Sacramental: ubi agitur de frequenti uſu utriuſque ſacramenti, Pœnitentiæ ſcilicet & Euchariſtiæ. Matriti apud Didacum Diaz de la Carrera 1659. 4.

D. IOANNES VELA ET ACUÑA. Vide IOANNES DE ACUÑA VELA.

D. IOANNES VELAZQUEZ DE AZEVEDO, ſcripſit:

Fenix de Minerva, y Arte de memoria, que enſeña ſin maeſtro a aprender y retener. Matriti apud Joannem Gonzalez 1626. 4.

D. IOANNES VELEZ, Matritenſis, filius Ludovici, quo facetiarum flore olim exultavit noſtra Hiſpaniarum curia, nec diſcedens ipſe a parentis genio & laude comicis aliquot actionibus, ſive partialem cum aliis, ſive ſolidam navavit operam, in ſeriis & ludicris diſertus & feſtivus; idem, niſi fallimur, ante paucos annos prodire in publicum permiſſit:

Un libro de Entremeſes (Intermedia ſunt ſive chori, in quibus majorem partem ridiculus agit, recitationeque, cantu & ſaltatione mixta lenocinium oculis ſimul & auribus ſpectantium fit) Matriti 1664.

IOANNES VENEGAS QUIXADA, peditum centurio, Spartæ ſuæ incumbens vertit in vulgarem linguam circa annum MDCI.

Los Quatro libros de Flavio Vegecio de Re militari. MS. vidit D. Thomas Tamajus in folio.

IOANNES DE VERA, compoſuit:

Orationem funebrem in morte Dominæ Margaritæ Auſtriacæ Hiſpaniarum Reginæ. Neapoli 1612. in 4. Fuit in bibliotheca D. Joannis Bertrandi a Guevara, Compoſtellani præſulis.

IOANNES DE VERGARA, neſcio quis, publicavit:

Dos Coloquios Paſtorales. Valentiæ apud Joannem Mey 1567. in 8.

IOANNES DE VERGARA, Georgii filius, Toletanus, feliciſſime abſolutis Latinæ Græcæque linguarum ac philoſophiæ ſtudiis, omnibuſque æqualibus in eo ſtudio longe poſt ſe relictis, ad theologiæ præceptores ſacris literis inſtruendum ſe contulit, ac poſt decurſa ſolemnia tempora honorem laureæ doctoralis accepit. Sodales inter Sancti Ildephonſi Complutenſis, deinde inter ejuſdem

dem oppidi collegiatæ ecclesiæ, ac tandem Toletanæ primatialis canonicos, amplissimo viro Francisco Cardinali Ximenio, Ildefonsoque Fonseca, archiepiscopis Toletanis, necnon & Adriano Papa VI. conferentibus ei, velut æmulatione quadam, hos honores ob eximiarum, quibus præditus fuit, cum doctrinæ, tum pietatis, prudentiæ atque modestiæ, aliarumque virtutum dotes, in summa omnium existimatione positus vixit. Circa annum MDII. professor erat jam Complutensis philosophus, ut ex literis hoc anno ad Alphonsum Securam datis, quæ inter Lucii Marinæi *Epistolas* leguntur, apparet. Laudato Cardinali Ximenio integro ante obitum anno a secretis fuit, cui ante id tempus inter alios Hebraice Greceque doctos viros in vertendis Latina lingua Bibliorum sacrorum quibusdam, nonnullisque Aristotelis libris valde se probaverat. Summo hoc viro extincto, atque Joanne Croio successore, ab eo qui Croio succenturiatus est, Alphonso Fonseca, in idem secretorum munus denuo fuit vocatus, & quod summe decuit patronum, Toletano opimo sacerdotio ornatus, multoque magis ejusdem archiepiscopi judicio, qui quidem palam gloriabatur domi habere se quem Sadoleto ac Bembo, Leonis X. ab epistolis, ex æquo opponeret. Ea quippe eloquentia floruit, *ut eruditi ac diserti oratoris palmam* (verba sunt Alphonsi Matamori claros Hispaniæ viros celebrantis) *sæpe non repugnante Italia meruerit, dum pro ecclesia Toletana ad Romanos Pontifices scriberet. Senex atroci vexatus fuit podagræ morbo; calculi tamen doloribus adhuc minus resistere potuit. Excessit ergo e vita summo omnium mœrore & luctu, quibus cara esset virtus atque doctrina. Simbolo utebatur illo Epicteti* Sustine, & abstine: *quod ille explanaverat hoc eleganti disticho*:

Sustine in adversis, & te compesce secundis,
Et temnes cæcæ numina vana deæ.

Hæc Matamorus.

Virum omnibus modis maximum vocat Alvarus Gomezius; *Græcæ & Latinæ linguæ doctissimum* Melchior Canus lib. II. *De locis Theologicis* cap. VI. *In omni subtilitate chronologiæ & historiæ solertissimum atque doctissimum* Benedictus Pererius in præfatione lib. X. *Commentariorum Danielis*; *Virum eruditione tam rara quam vulgo incognita & judicio sanissimo, & supra quam dici possit exacto* Joannes Ludovicus Vives ad libri III. caput ultimum *De Civit. Dei* S. Augustini; *In omni scriptorum genere bene ac præclare versatum* Matamorus, *qui* (subjungit idem) *si tantus est quantum æqualis meus & familiaris Alvarus Gomezius, vir literis Græcis & Latinis, ingenio simul & doctrina ornatissimus, mihi prædicavit, quem illi parem hoc tempore faciam unum aut alterum invenio, superiorem habeo neminem.* Ejus modestiæ imputandum est quod aliorum testimoniis, non operibus propriis commendetur. Adeo nihil, quantumvis ingenio ac diligentia perfectum, edi suo nomine patiebatur. Quæ ad notitiam nostram opera ejus pervenerunt hæc sunt:

Las ocho Questiones del Templo: totidem scilicet responsiones ad interrogata Eneci a Mendoza, Infantatus ducis, cui musarum amor valde erat cordi. Toleti apud Joannem Ferrer 1552. in 8. Benedictus sane Pererius, laudatis Volaterrano, Vive & aliis Berosi & similium confutatoribus, Vergaram præfert illis omnibus: *Hic scripsit Hispano sermone,* ait, *libellum* De octo quæstionibus, *de quibus permulta in Latinum sermonem conversa Melchior Canus in XI. librum de locis Theologicis, qui est de historia, ad verbum transtulit, & ex illis viri fontibus hortum illum suum multifariam & abundanter irrigavit.*

Epigrammata quædam Latina elegantissima edidit cum *Edylliis* suis Alvarus Gomezius: *Ludicras* quidem (ille ait) *viri gravissimi remissiones; sed quæ vere divini illius ingenii specimen, rerum acumen & vigorem præseferant.*

Salomonis libros, & *Jesu Sirach* ex Hebræo in Latinum, quam provinciam ei adsignaverat Franciscus Ximenius, Toletanus præsul, convertit: qui hodie extant in *Bibliis Complutensibus*, quæ magno literarum bono antistes ille maximus edi curavit.

Aristotelis Physicorum, *de Anima* & *Metaphysicorum* translatio similiter Latina ex Græco fonte facta fuit a Vergara, ejusdem Ximenii jussu, qui, ut Gomezius in vita illius scribit, *Aristotelem manuscriptis undique conquisitis, & philosophis linguarum bene gnaris, qui summa fide Latineque redderent, adhibitis, quod barbaricis adhuc sordibus inquinatus multos a sui lectione deterreret, emendatiorem dare decreverat, nisi mors optimi præsulis conatus præcidisset.* Autographa vidit Scotus tria hæc nostri monumenta in Complutensi bibliotheca; sunt & in Toletana, uti ex ejus catalogo apparet.

De Academia Complutensi commentatum se ipse refert in *Epistola* quadam ad Alphonsum Securam (ultima est libri decimiquarti *Epistolarum* Marinæi) *Quod ut fusius patentiusque videres* (Vergaræ jam verba audis) *mitterem ad te epistolam meam ad amicum conscriptam, imo & justum volumen, ubi instituta academiæ hujus, & tradendarum disciplinarum morem, præposita prius universi ædificii descriptione, latissime sum prosequutus.* Non dubito quin Alvarus Gomezius in conscribenda Ximenii vita, ejusque academiæ rebus, hunc ad manum habuerit; quemad-

modum usus est idem Francisci ejusdem cardinalis Ximenii *Historia*, a Vergara inchoata, sive commentariis rerum ab eo, maxime privato, gestarum, *quibus exordia tanti principis & incunabula adeo luculenter scripserit* (ait laudatus toties Gomezius in præfatione vitæ) *ut etiam si id brevi chartarum numero explicuerit, multum tamen illi debeamus, qui res a paucis cognitas, & in ea fortunæ conditione, quam Ximenius privatus tenuit, positas tam diligenter e tenebris eruerit.* Hæc ille.

Epistolas Vergaræ quasdam ad *Alphonsum Seguram* & ad *L. Marinæum Siculum* continent libri *Epistolarum* ejusdem Marinæi XIV. & XV.

Obiit, bonis omnibus collegio Toletano, ubi amentes custodiuntur & aluntur, testamento relictis, atque in suæ cathedralis ecclesiæ sacello, Apostolorum principi sacro, humatus jacet sub hoc epitaphio:

D. O. M.
IOANNI VERGARÆ DOCT. THEOL.
HUIUSCE TEMPLI SACERDOTI
CANONICO.
VIRO IN OMNI DISCIPLINARUM GENERE EXIMIO.
QUO VIVENTE NATURA DECLARAVIT
SE ADHUC MINIME EFFOETAM ESSE
AD PRÆSTANTISSIMOS VIROS
PRODUCENDOS.
DEC. CAPITUL. QUE, HONORIS, VIRTUTISQUE
CAUSA TOLET. SODALI B. M. L. D. D.
VIXIT ANN. LXIV. MENS. V. DIES XVII.
OBIIT XX. FEBR. MDLVII.
IOAN. CERDA CAN. TOLETANUS
SOBRINO
DECESSORIQ. SUO INDULGENTISS.
P. C.

Sed dignissimum est, ob acumen & elegantiam, quod subjiciamus huic Ludovici Catenæ, Complutensis abbatis & academiæ cancellarii, epigramma:

Vergara in uno natura fecit palam
Præstare quantum illa homini posset boni.
Vergara in uno æmula mors fecit palam
Auferre quantum rursus hæc illi queat.
Mors ergo natura est major ac potentior,
Quæ quidquid illa struit rapit ac diripit?
Minime. Nam ille naturæ dotibus
Adjutus effecit ne unquam posset mori.

Franciscum Vergaram, Græce doctissimum, hic habuit fratrem, quem suo loco laudamus.

IOANNES VERZOSA, Cæsaraugustanus, Bernardi a Verzosa & Annæ Ponce de Leon filius, anno vigesimo tertio supra sesquimillesimum natus, Parisiis, quo ivit jussu patris ad faciendam elegantiorum artium ac disciplinarum mercaturam, jam doctus ipse, Græcas literas magno auditorum concursu triennium integrum, atque adhuc majore in Lovaniensi academia, docuit. Hujus suæ peregrinationis ipse meminit in epistola quadam ad Hieronymum Suritam. Clarissimum virum D. Didacum Mendozium inde sectatus fuit, tum ad concilii generalis coetum, necnon & ad Paulum III. Papam, Caroli Cæsaris legatum, denique, aut eodem tempore, Senarum urbis gubernatorem, in cujus civium summa gratia noster fuit. In Angliam profectus, quo anno Rex noster Philippus Mariam, Britannorum Reginam, sibi matrimonio copulavit, valde fuit aulæ gratus, atque inter alios Gundisalvo Perezio, Regi a secretis, viro Græce doctissimo, sese approbavit maxime negotiis industrie gerendis opportunum. Quare jussus fuit Romam in comitatu Francisci de Vargas, Regii ad Paulum IV. oratoris, ire, atque manere ibi, bona mercede constituta, ut scripta quævis instrumenta ad jura Philippi regnorum spectantia conquireret & asservaret, custodis Regii archii titulo ornatus. Qua in urbe insignem pietatis atque prudentiæ, nec vulgarem eruditionis famam collegit. Ad optimarum enim artium disciplinam quamplurium linguarum non cognitionem tantum sed usum, Latinæ scilicet, Græcæ, Italicæ, Gallicæ, Anglicæ ac Belgicæ, adjunxerat. Poetica facultate imprimis excelluit, præcipue conscribendarum Horatiano stilo epistolarum laude nulli secundus. Edidit sexdecim annos natus:

Martyrii Encomium, sive de Laudibus Petri Arbuesii de Epila Martyris: heroico carmine. Publicavit primus hoc poematium Vincentius Blascus de Lanuza, cum *Peristephanon* libris, Cæsaraugustæ 1623. apud Joannem Lanaja.

De Prosodia Græcorum libellum. Parisiis.

Epicinium Carmen in Navalem victoriam Joannis Austriaci devicta ad Echinadas Insulas Turcarum classe. Salmanticæ & Compluti.

Postumi prodierunt:

Epistolarum libri IV. Panhormi anno 1575. in 8. typis Joannis de Mayda, opera autem Ludovici de Torres, tunc privati, sequentibus annis archiepiscopi Montis-Regalis in Siciliæ regno, cardinali Granvellano, Neapolis tunc proregi, nuncupati: quorum & Complutensis extat anni 1577. etiam in 8. editio. Quod vero in his epistolis quædam obscura multis fortasse videbantur, præsertim iis qui Romæ non fuissent versati, inchoaverat auctor amicorum consilio explanationes, quibus adhibitis omnis difficultas lectoribus re-

removeretur, quas accepit in se laudatus Torres quamprimum perfici curare, atque in vulgus edi. Carminis pangendi excellentiam extollit non inerudite Pauli Cespitis, ut se vocat (qui Paulus de Cespedes vulgo nuncupabatur, Cordubensis, ac ecclesiæ patriæ urbis portionarius, pictor elegans, de quo nos alibi) hoc epigramma:

Postquam res Italas evertit barbarus armis,
Et pulsa est patriis lingua Latina focis,
Nulla meos unquā moverunt carmina sensus,
Jam depravatis edita temporibus.
Fucatam linguæ speciem nam respuit auris,
Et quod non sano personet eloquio.
At, Verzosa, tuo delector carmine, tantum
Me tua dumtaxat carmina docta tenent.
Quæ si venturi est animus jam providus ævi,
Venturi haud dubiis providus auspiciis,
Antiquos mira numeros dulcedine vincent,
Flacce, tua venia; pace, Catulle, tua.

Historiam noster Philippi Regis II. Catholici formabat cum mors eum in flore ipso ætatis, magno omnium ordinum mœrore, e vivis eripuit. Visitur Romæ ad Sancti Jacobi domum hospitalem Hispanorum sepulturæ ejus locus, hac inscriptione insignitus:

D. O. M.
JOANNI VERZOSÆ BERNARDI F.
CÆSARAUGUSTANO.
PHILIPPI HISPANIARUM REGIS
CATHOLICI
ARCHIVII IN URBE NOVA CUSTODI.
PIETATE PRUDENTIA ET
MULTARUM LING. COGNITIONE
PRÆSTANTI.
IN OPTIMAR. ARTIUM DISCIPLINIS
AC POETICÆ STUDIO MAGNA
CUM LAUDE VERSATO.
ET OMNIUM ORDINUM HOMINIBUS
CHARISSIMO.
VIXIT ANNIS. LI. M.....
OBIIT VI. KAL. MARTII. MDLXXIV.
LUDOVICUS DE TORRES MALACITANUS
ARCHIEPISCOPUS MONTIS-REGALIS
CAMERÆ APOSTOLICÆ CLERICUS
DECANUS
EXEQUUTOR TESTAMENTI
AMICO POSUIT.

Non vulgari ornavit elogio Verzosam Andreas Scotus in *Bibliotheca*. Præsagus ipse hujus extra patriam obitus olim ad Hieronymum Suritam in epistola superius laudata patriam dolebat a se relictam & paternam domum his versibus:

Si forte ante diem Libitinæ sternor iniquæ
Flatibus, externæ condendus viscere terræ,
Nā cadimus maturi homines, ruimus vel acerbi.

Et post aliqua ad Suritam de se & sua peregrinatione subjungit in fine, argute ac philosophice:

Quod si vitales spirant mihi leniter auræ,
Et si sedatis resident hæc tempora turbis,
Deposita spe majorum, mea cara revisam,
Indignus reperire isthic quæ inventa reliqui,
Dum peto per terras non invenienda remotas.

Meminit idem patriæ urbis in epistola alia, huic nuncupata, cujus hoc initium, *Jam te cara diu careo mea patria*: ubi se in æde Virginis Mariæ de Columna sacro olim lavacro expiatum fuisse infantem prodit, ac sepulcri copiam, fato cum cessurus sit, ibi desiderat.

IOANNES DE VIANA, Giennensis, doctor medicus, Malacæ intentus artis suæ operis publicavit:

Tratado de Peste, sus causas y curacion, y el modo que se ha tenido en curar las secas y carbuncos pestilentes que han oprimido la ciudad de Malaga el año de MDCXXXVII. Ibidem apud Joannem Serranum de Vargas 1637. in 4.

Antidotum fasciculi aromatum in subsidium puerperarum, ubi agitur de odore, de uteri suffocatione &c. Ibidem 1636. in 4.

D. IOANNES DE VICO, Acerrarum episcopus, quæ Campaniæ felicis urbs est, creatus (ut apud Ughellum VI. volumine *Italiæ Sacræ* habetur) die XXIII. Julii MDXII. hoc eodem anno interfuit sacrosanctæ Lateranensi synodo, sub Leone X. Papa celebratæ, scripsitque ad Hieronymum Vich, Catholicorum Regum oratorem, qui & ipse concilio interfuit:

Apologiam de authoritate & potestate Romani Pontificis. Circa annum MDXVII. Julio II. clavum Petri tenente, quæ quidem MS. fuit in bibliotheca V. C. Antonii Augustini, ut ex ejus apparet catalogo.

F. IOANNES VIGUERIUS, vulgari appellatione Viguera, Granatensis, philosophus ac theologus eximius, Tolosæ Tectosagum, longe a patria, inter Gallos ad sacram S. Dominici familiam susceptus (alius est Joannes Viguerius, Ligur, ordinis Seraphici, qui in Scotum commentatus est) ea mentis alacritate successuque literas coluit ut, adepta in ejusdem urbis gymnasio theologiæ laurea, publice ipsam de superiore loco docendi partes nancisceretur. Qua quidem professione ibidem laudabiliter exercita, librisque in publicum editis, eo devenit claritudinis ut jam à Guilielmo Eisengreinio, Scriptorum Sacrorum celebratore, *vir tam profana quam sacra literatura doctissimus, philosophus & orator*

tor omnibus iis artibus, *quæ ſunt libero homine dignæ*, *perpolitus*, aliaque non inferioris laudis ab aliis audierit. Monumentorum præclariſſimorum hæc ſeries eſt:

Inſtitutiones ad naturalem & Chriſtianam Philoſophiam, *maxime vero ad ſcholaſticam, quam vocant*, *Theologiam*, *univerſalium Conciliorum auctoritate*, *necnon Doctorum Eccleſiaſticorum*, *præſertim D. Thomæ Aquinatis, eruditione confirmatæ* : opus in paucis doctum atque utile. Adnectuntur ibidem:

Commentaria in D. Pauli Epiſtolam ad Romanos : in quibus omnes fere noſtri temporis hæreſes breviſſime confutat atque clariſſime. Pariſiis 1558. in fol. Quam editionem principem ſequutæ ſunt plures aliæ, Antuerpienſes 1565. & 1572. in folio, Venetæ 1563. & 1581. Colonienſiſque 1607. in 4.

Opuſculum de conſolatione Agonizantium, cum elucidatione Miſſæ. Pariſiis 1553. Lugduni 1569.

Tribuit eidem Eiſengreinius præter ſuperiora:

In omnes D. Pauli Epiſtolas commentarios, itemque *Theologiæ Summam.* Æquius tamen eſt domeſticis Sixto Senenſi & Alphonſo Fernandez, Marietæque in hoc credere, qui nil præter jam commemorata Viguerio adjudicant.

Floruit maxime circa annum MDL.

IOANNES VILCHIUS, vulgo VILCHES, Antiquariæ natus in Bætica, atque in eadem urbe humaniorum literarum profeſſor, edidit:

Opera Poetica, hoc eſt : *Bernardinæ* ut vocant libros tres : ſive de victoria quam D. Bernardinus Mendozius, ſummus Hiſpaniarum triremium præfectus, ad Arbolanum inſulam a Turcis reportavit, heroico carmine. *De Mendozinæ Domus origine. Eclogam ad D. Bernardinum Manrique Epiſcopum Malacitanum. Panegyricum ad Joannem Gironium Ureniæ Comitem. Silvam*, *& varia Epigrammata*, *& alia carmina.* Hiſpali 1544. in 8.

Laudatur a Jacobo Solanio, Murgitano, in elegia quæ incipit, *Gratulor Hiſpanis felicia ſæcula* &c.

IOANNES DE VILLALOBOS, ſodalis Salmantinus collegii Trilinguis, edidit:

Grammaticæ Græcæ introductionem. Salmanticæ 1576. in 8.

IOANNES DE VILLALONGA, juriſconſultus, ſcripſit:

Repetitiones in quaſdam Leges Infortiati: quæ editæ ſunt. Alphonſus Ciaconius in ſchedis MSS.

IOANNES DE VILLAR, ſcripſit:

Arte Gramatica Eſpañola. Valentiæ 1651.

IOANNES DE VILLAREAL, Ubetenſis, Compluti doctor medicus ac profeſſor primarius, dedit foras:

De Signis, *cauſis*, *eſſentia*, *prognoſtico & curatione morbi ſuffocantis* libros duos. Compluti apud Joannem Gratianum anno 1611. in 4.

F. IOANNES DE VILLASEÑOR, in oppido El Corral de Almaguer natus, Dominicanus ſodalis domus Matritenſis de Atocha nuncupatæ ſacræ Virgini Mariæ, theologiam Oveti docuit poſtquam in Gregoriaño Pinciæ urbis collegio meruiſſet. Scripſit:

Suma moral : duobus tomis.

Excelencias del Roſario. Legione anno.....

Tratado de las Excelencias de la Religion de Santo Domingo en Eſpaña, *y de las Grandezas que mediante la Sacratiſſima Cruz*, *y Maria Santiſſima ha conſeguido el Imperio Eſpañol.* Matriti apud Rochum Rico de Miranda 1677. in folio.

Eſpejo univerſal de Catolicos. Ibidem 1663. 8.

IOANNES DE VILLEGAS, presbyter Matritenſis, ex Italico Alphonſi Ciaconii edidit:

Modo de rezar el Roſario de Nueſtra Señora como ſe hace en la Minerva de Roma. Matriti apud Martinum Serrano 1614. 16.

IOANNES VILLEN DE BIEDMA, Granatenſis, doctor theologus, Malacitanus fuit canonicus, indeque archipresbyter Granatenſis, uti Franciſcus Pedraza in hujus *urbis Antiquitatibus* affirmat. Is, quo idioma Hiſpanicum, tot gentibus ſæculo ſuperiore aut commercio aut imperio communicatum, cultiſſimi Romanorum poetæ acceſſione locupletaret, proſa dedit oratione, quæ quidem expedite magis quam verſa lectores ad ipſius adyta introduceret:

Quinto Horacio Flaco Poeta lyrico : *ſus obras con declaracion magiſtral en lengua Caſtellana.* Granatæ 1599. apud Sebaſtianum de Mena in folio.

IOANNES VILLETA, Catalanus, Barcinonenſis eccleſiæ canonicus, qui concilio Tridentino interfuit, ibique concionem habuit, ſcripſit, uti audio ab ejus civibus:

Logicam & Philoſophiam.

F. IOANNES VINCENTIUS, Aſturicenſis, ordinem Sancti Dominici aſſumpſit in Salmantina urbe, atque in ejus gymnaſio ſa-

ſacram ſcientiam ex ea, quam Durandi vocant, mox & e veſpertina cathedra ingenti cum famæ claritudine docuit, ingenio judicioque in docendo, acumine in diſputando plurimum præſtans. Edidit Romæ, cum eo veniſſet procurator ordinis generalis, e lectionibus in collegio D. Mariæ ſupra Minervam habitis, confectum opus:

De Habituali Chriſti Salvatoris noſtri ſanctificante gratia Relectionem. Romæ apud Paulum Dianium 1591. in 4.

Promiſerat per idem tempus Salmanticæ edendum grandiorem librum, *De Origine & poteſtate Gratiæ*, qui nec a morte auctoris prodiit, quæ non multo poſt immortalitati eum conſignavit, Alberto Auſtriaco, sereniſſimo archiduci, a confeſſionibus jam deſignatum, anno ſalutis MDXCIV. ætatis LI. *Hiſtoria ordinis Dominicanorum* præſulis Monopolitani obiiſſe ait ſequenti anno. *Catalogum* nos Alphonſi Ferdinandi ſequuti ſumus, cui etiam reſiſtit Joannes Marieta ſuperſtitem affirmans noſtrum Romæ Vincentium anno MDCXCV.

IOANNES VINCENTIUS PELIGER, Valentinus, conſcripſit:

Primera y ſegunda Parte del eſtilo y metodo de eſcribir cartas miſivas, y reſponder a ellas &c. Valentiæ duobus tomis 1600. 8. Cæſaraugustæque 1604. & 1607. in 8. Matriti apud Joannem de la Cueſta 1609. iterumque 1625. 8. item 1599. in 8.

D. IOANNES DE XAUREGUI, domo Hiſpalenſis, e Cantabris nobili loco oriundus, ad ingenii excellentiam, naturæ beneficio conceſſam, proprio labore multiplex earum literarum, quæ ab humanitate dicuntur, ornamentum adjunxit. Quibus dotibus inſtructus poeſim feliciſſime exercuit, heroicam ſcilicet lyricamque, non theatralem & comicam. Nervoſo quippe atque erudito dicendi genere uſus popularium auribus placere non multum ſtudebat. Contendit de hac arte cum viris ſummis Gongora & Quevedo, quem ultimum non uno ſatyrico inſectatus eſt libello. Pictorias quoque operas ſibi amiciſque liberaliter exhibuit, nam & hanc artem eximie callebat, adeo ut cum in Matritenſi theatro comœdia ejus quædam ederetur diſpliceretque, & jam ſolemni ſpectatorum murmure damnaretur, quidam eorum exclamaverit: ſi plauſum comœdiis ſuis deſiderat eas depingat. Poetica hæc edidit, quod ſciam:

El Orfeo (ſive Orphei fabulam) *en octavas.* Matriti apud Joannem Gonzalez 1624. 4. Quod poematium nulli eorum cedere, quæ magis inter nos celebrari ſolent, non indocti aut inerudití homines arbitrantur.

Rimas, hoc eſt varia carminum genera, in quibus eſt:

El Aminta, Comedia Paſtoril de Torquato Taſſo: elegantiſſime in vulgarem linguam translata. Hiſpali apud Franciſcum de Lyra 1618. in 4.

Lucano Eſpañol, en verſo de octavas, ſive Lucani *Pharſaliæ* Hiſpana interpretatio metrica: MS. apud exequutores teſtamenti (inter quos fuit D. Gabriel Bocangelinus) remanſit.

Proſaica autem hæc:

Diſcurſo Poetico contra el hablar culto y obſcuro.

La Comedia del Retraido: quæ traducendo *Cunarum ac Sepulturæ* libello Hiſpanico auctoris bene noti, quem nuper nominavimus, conſcripta eſt.

Memorial al Rey Nueſtro Señor. Iluſtra la ſingular honra de Eſpaña, aprueba la modeſtia en los eſcritos contra Francia, nota una carta embiada a aquel Rey, &c. Quo ſcripto idem, qui ſuperiore, vir magnæ famæ petitur.

Apologia por la verdad, o reſpueſta a una Cenſura que ſe hizo del Sermon que F. Hortenſio Palavicino predicó en las honras del Rey D. Felipe III. Matriti 1625. 4.

Por el Arte de la Pintura: libellum apologeticum, qui ſimul prodiit cum *Dialogis Carducci.* Matriti 1633. 4.

Deceſſit Matriti ante annum MDCL.

F. IOANNES DE XEREZ, Hieronymianus ſodalis, ex aliqua earum urbium quæ nomine iſto in Bætica & in Extremadura inſignes ſunt (cum fere conſueverit in hac familia cognominari a patria) oriundus. Joſepho Seguntino teſte in *Hiſtoriæ hujus ordinis* lib. II. cap. II. ſanctitate clarus fuit, & literis tam ſcholaſticis quam Biblicis, habebatque dum viveret apud ſe elaboratum:

In Oſeam Prophetam commentariolum. Item:

In Duodecim priora Evangelii S. Lucæ capita. Quæ cum nuſquam inventa poſt mortem ejus opera fuerint, Hieronymum Guadalupenſem, in eadem, qua noſter, Lupianenſi domo ſodalem, inde profeciſſe, areaſque ſuas rigaſſe credit idem Joſephus, cum utriuſque hujus argumenti volumina, in publicum aliquando ab hoc emiſſa, conjecturæ anſam dederint.

F. IOANNES XIMENEZ, Bæticus, Xerecienſis, ordinis Minorum, qui ſtrictiorem vitæ regulam ſectantur, provinciæ S. Joannis Baptiſtæ in regno Valentiæ ter præfectus, vir in domeſticorum regimine, & in juvandis prudenti conſilio & ſolidæ doctrinæ reſponſis quarumcumque difficultatum momentis commen-

mendatissimus, spiritualis animarum profectus præceptor insignis, scripsit:

Chronica del B. Fr. Pasqual Bailon. Valentiæ 1601. in 8. & sæpe alibi.

Exposicion de la Regla de los frayles Menores. Ibidem 1611. in 16. apud Joannem Christophorum Garriz. Deinde auctior prodiit a morte auctoris in eadem urbe ex officina Patritii Mey 1622. Barcinone 1629. 16.

Exercicios espirituales. Valentiæ 1612. in 16.

De la oracion mental. Ibidem 1620. in 8.

Exercicios divinos revelados al Venerable Nicolas Eschio y referidos por el P. Surio: opus ex Latino redditum. Valentiæ 1609. Matriti 1613. & 1665. in 16. Hispalique apud Gabrielem Ramos 1621. in 16. & Mathiam Clavijo 1614.

Obiit diem suum Ayoræ ejusdem regni Valentiæ: de quo agit Antonius Panes in *Historiæ* hujus *Provinciæ* parte II. libro V. cap. IX.

IOANNES XIMENEZ SAVARIEGO, Rondensis, medicus doctor, in Hispanis triremibus artem hanc exercuit, proto-medicum agens, illarumque præfecti D. Martini Padilla, adelantati (ut idiotismus noster sonat) Castellæ cubicularium. Edidit:

Tratado de Peste, sus causas, preservacion y cura. Antiquariæ apud Claudium Bolan 1602. in 4. Audio & *De curatione puerorum*, & *De variolis* edidisse. Hic unus est e dialogistis tractatus Hieronymi de Carranza, *Filosofia de las Armas* inscripti.

F. IOANNES XIMENO (quem Lucas Waddingus eumdem cum Joanne Ximenez perperam existimavit) natus in oppido Las Peñas de San Pedro, diœcesis nescio cujus, Franciscanus Excalceatus provinciæ S. Joannis Baptistæ, consultor Apostolicorum inquisitorum Murciæ urbis, professor theologiæ, ac magister morum vitæque spiritualis probatus, scripsit:

Memorial Theologico y Juridico contra la permision de las casas publicas de mugeres. Anno 1629.

Examen de los casos de conciencia que suceden en el articulo de la muerte. Valentiæ 1636. in 8.

F. IOANNES YAGUE DE SALAS, Teruelensis in Aragonia, huic civitati a secretis, edidit exametro, sed absque rhythmi lege, carmine epopeiam tragicam, cui titulus & argumentum:

Los Amantes de Teruel; con la restauracion de España por la parte de Sobrarve y conquista del reino de Valencia. Valentiæ apud Petrum Patricium anno 1617. in 8.

IOANNES YAÑEZ PARLADORIO, jurisconsultus, Pincianæ curiæ advocatus, elegantis ingenii doctrinæque, in lucem edidit:

Rerum quotidianarum libros II. Quorum prior de variis rebus in usu fori quotidiano frequentibus, hoc est inter alia, de præscriptionibus, vectigalibus, decimaque venditionis, seorsim fuerat editus ad Didacum Covarrubiam, Castellæ præsidem, Pinciæ typis Didaci Fernandez de Corduba anno 1579. in 4. deinde una cum posteriore, cujus magna pars circa exequutionem instrumenti publici versatur, Salmanticæ prodiit ex officina Michaelis Serrani anno 1595. Adjuncta est:

De Ratione juris discendi ad Joannem & Hieronymum filios *Epistola.* Pinciæ iterum edita sunt anno 1604. in folio, eodemque Marpurgi apud Germanos in 4.

F. IOANNES DE YANGUAS, Salmanticæ admissus ad religiosæ vitæ professionem inter Dominicanos, cum in cœnobio Piedrahitæ oppidi sodales theologiam doceret, edidit:

De Æterno Christi Sacerdotio librum: uti refert Alphonsus Fernandez in *Bibliotheca Dominicana.*

F. IOANNES DE ZAIAS. Vide IOANNES DE ZAYAS.

F. IOANNES DE ZAMORA, Franciscanus Carthaginensis provinciæ, Hispanicum dedit:

El Ceremonial Romano: quod Clemens Papa VIII. per universam ecclesiam vigere jussit. Burgis 1603. in 4.

Kalendario perpetuo. Ibidem eodem anno.

Kalendarium quoque *perpetuum*, Latinum ut credo, *ad usum fratrum Minorum.* Burgis 1603. nisi idem opus sit.

IOANNES ZAMORANO DE VILLAFUERTE, domo ex oppido Cazalla de la Sierra Hispalensis diœcesis, Jesuitarum sodalis, docte scripsit tractatum theologicum:

De Compensationibus ad utrumque forum pertinentibus. Lugduni sumptibus Laurentii Arnaud & sociorum 1676. in 4. Theologicum diximus; non enim e civili jure de compensatione ad fori externi regulas debitorum, sed ex theologiæ & fori pœnitentialis præscripto, de facultate nobis privata auctoritate quod ab alio debetur retinendi, aut quod nostrum est ab eo qui injuste detinet eadem auctoritate recuperandi tractat.

IOANNES ZAPATA, ex oppido Guada-

dahortuna regni Granatensis, publici juris fecit metricum opus hujus tituli:

Tratado de nuestra Fee y ley verdadera. Ilerdæ 1576. 8.

F. IOANNES ZAPATA ET SANDOVAL, Mexici Americanorum ex præcipua urbis nobilitate prognatus, ordinis D. Augustini, sacræ theologiæ magister, & in Pinciano S. Gabrielis collegio primarius professor ac studiorum moderator, scripsit:

De Justitia distributiva, & acceptione personarum ei opposita disceptationem, pro Novi Indiarum orbis rerum moderatoribus, summisque & regalibus Consiliariis elaboratum. Pinciæ 1609. 4. Cardo operis in eo scilicet vertitur, ecclesiastica omnia & sæcularia in regnis Indiarum munera indigenis conferri debere.

Chiapensem anno MDCXIII. atque Guatimalensem octo hinc præteritis obtinuit ecclesias; denatusque est cum magna laude dispensatæ, ut decuit, misericordiæ & justitiæ in sede hac ultima, sexagenario adhuc junior, anno MDCXXX.

D. IOANNES ZAPATA DE VILLAFUERTE, vertit e Latino:

El Anacephaleosis del Obispo de Burgos. Extat in bibliotheca Villaumbrosana Matriti, volumine 24. Miscellaneorum.

F. IOANNES DE ZARAGOZA DE HEREDIA, Dominicanus, Orcelitani (Orihuela regni Valentiæ episcopalis urbs Orcelis est) monasterii alumnus, rectorque collegii ejusdem urbis, sacræ theologiæ magister, edidit vernacule:

La vida de Sor Maria Raggi de la Tercera Orden de Santo Domingo. Orceli, seu Oriolæ, apud Augustinum Martinez anno 1612. in 8. Quem librum, ut audio, Gallice aliquis, deinde Latine vertit Arnoldus Raissius, Duacensis, Duacique edidit 1621. 8.

In vivis erat eo tempore quo Alphonsus Fernandez Dominicanos laudabat scriptores.

D. IOANNES DE ZAVALETA, Matriti degens, & in theatrorum actiones comica plura contribuens, disertus & acutus humanarum actionum censor, dedit quoque in lucem:

Errores celebrados: nempe dicta aut facta veterum quædam, vulgo, sed immerito ut credit, laudata. Matriti apud Gregorium Rodriguez 1653. 8.

Teatro del hombre el hombre; o vida del Conde Matisio. Matriti 1652.

Problemas de la Filosofia natural acompañados de consideraciones morales. Item:

Que el Amigo no puede ser mas que uno, y que la murmuracion hace a los hombres famosos: excursum duplicem.

El Dia de Fiesta por la mañana. Ibidem apud Mariam de Quiñones anno 1654. in 8. Item:

El Dia de fiesta por la tarde: utrumque opus satyrica severitate perstringens varia hominum genera festi diei omnes horas male collocantium.

El Emperador Commodo.

Milagros de los Trabajos.

Omnia hæc simul edidit Matriti Andreas Garzia de la Iglesia 1667. in 4.

F. IOANNES DE ZAYAS, ordinis Minorum provinciæ Castellæ, sacræ theologiæ lector, misit ad Lucam Waddingum, ejusdem ordinis historicum, ut hic ipse refert:

Supplementum Chronicorum Francisci Gonzagæ in his, quæ ad suam Castellæ provinciam pertinerent.

F. IOANNES ZAZO, Vallisparadisi monachus Cisterciensis, vir ad unguem pietatis factus, ut vitam ipsius continui adinstar miraculi celebrent laudatores domestici, edidit Hispanice ut credimus:

Historia y vidas de los Santos que se celebran por todo el discurso del año en la Congregacion Cisterciense de España. In ipso Vallisparadisi cœnobio 1603.

Scripsisse fertur & alia plura, atque edidisse Pinciæ & Salmanticæ, ad institutum ejusdem ordinis pertinentia, quorum titulos etiam Chrysostomus Henriquez in *Phœnice*, & Carolus Vischius in *Cisterciensi Bibliotheca* ignorare se ajunt.

Obiit anno, ut fama fert, MDCXXIII.

F. IOANNES DE ZEITA, Lusitanus, Olisiponensis, familiæ Seraphicæ in provincia Algarbiorum, theologiæ lector emeritus, insignisque ecclesiastes, ingenii doctrinæque fama clarus, totoque oris & corporis gestu veluti ad eloquentiæ faciem conformatus, singulari quadam dexteritate & vehementia in arguendis hominum moribus utebatur, tam scholasticæ quam expositivæ theologiæ apprime gnarus. Edidit Lusitanice concionum aliquot volumina, nempe:

Quadragena: *en que se contem os dos santos tempos do anno Advento e Quaresma com oitto sermoẽs do Santissimo Sacramento.* Eboræ anno 1625. in folio. Hanc *Quadragenam* primo in vulgarem Castellæ sermonem a se versam (nisi fallor) Joannes de Narvaez, Cisterciensis, Pinciæ edidit 1626. postinde Ferdinandus Camargus, Augustinianus, Matriti 1629. in 4.

Ser-

Sermoēs das festas da Virgem Santissima e de Christo Senhor nosso, com oitto do Sacramento, e de alguns Santos, e oitto de Difuntos. Olisipone apud Petrum Craesbeck 1634. in 4. Hos in Castellæ sermonem vertit idem Joannes de Narvaez, ac Pinciæ edidit 1626. folio; atque etiam Camargus Cæsaraugustæ 1635. in folio.

Sermoēs para alguās festas de Santos da nossa ordem, Apostolos, Martyres, Santas, e dois do Sacramento. Olisipone apud Craesbeck anno 1635. in 4.

IOANNETINUS.

F. IOANNETINUS NIÑO, Franciscanorum sodalis, provinciæ Sancti Jacobi pater, & aliquando præfectus, ministroque generali a secretis, apud supremi senatus, qui religionem tuentur, patres censor theologus, confessiones in sacramento pœnitentiæ audivit serenissimæ Margaritæ Austriacæ, alias de Cruce, Franciscanæ monialis Excalceatæ Matritensis Regii monasterii. Scripsit autem:

Aphorismos Prælatorum & Subditorum. Barcinone 1625.

Tractatus varios, de rebus sui instituti: præsertim *ad Gregorium XV. pro defensione ejusdem*: item *ad Philippum III. Regem Catholicum de eodem argumento.*

El Interrogatorio en la causa de la venerable Virgen Sor Anna Maria de S. Joseph, Abadesa del convento de Salamanca. Præcedit præambula ad serenissimam Infantem Margaritam epistola *De veris & falsis visionibus & revelationibus.* Subsequitur vero: *Carta que la misma Sor Anna de S. Joseph le escrivió, en que obligada de la obediencia le hace relacion de su vida.* Salmanticæ apud Tabernier anno 1623. Gallice hanc *Relationem* seu *Epistolam* reddidit Bonaventura Checrolier, Recollectus, uti testatur Arturus a Monasterio in *Martyrologio Franciscano* pridie idus Maii, & in *Ginæceo sacro.*

La vida de Christo, que escrivió en Latin mas dilatadamente Fr. Landulfo de Saxonia Cartuxo; contiene las Dominicas y las Ferias como se suelen leer en las religiones. Salmanticæ apud Antoniam Ramirez. 1623.

Editionem idem curavit Salmanticensem Marci Ulisiponensis *Historiæ ordinis Minorum*, quæ eidem serenissimæ Margaritæ dicata prodiit ex eadem officina Antoniæ Ramirez anno 1626. duobus tomis in folio.

IOANNOTUS.

IOANNOTUS DURAN, scripsisse refertur:

Geografia de toda la Nueva España. Cum XVIII. tabulis geographicis, MSS. ad hoc tempus.

IORDANUS.

IORDANUS SCALABITANUS, sive DE SANTAREN, Lusitanus, ordinis Minorum, qui florebat circa annum MD. scriptum reliquit in cœnobio suo Santerensi librum:

Proverbios ou Flores de Seneca inscriptum. Cardosus.

IOSEPHUS.

IOSEPHUS DE ACOSTA, Medinensis, postquam in sodalitio Societatis, cui se puerum Salmanticæ tradidit, omni disciplinarum genere, indefessi vir laboris, ingenium prestans atque acre judicium instruxisset, in occidentalem Indiam delatus, provinciam ibi Peruanam sodalium rexit præpositus, septemdecimque totos annos commoratus est, ea curiose observans & in commentaria digerens, quæ hodie magno cum fructu atque operæ pretio de rebus Indicis ab eo extant. Inde reversus visitatorem egit in provinciis Aragoniæ ac Bætica, necnon & aliquando procuravit Romæ promovitque salutis Indorum spiritualem causam: quod postremum ab eo impensum officium *Bibliothecæ Societatis* scriptorem fugit. Sexagenarius tandem e vita migravit munus gerens rectoris in Salmantino collegio, pluribus scriptis clarus, superstesque anno MDXCIX. Hæc scilicet edidit Latine:

De Christo revelato libros IX. Romæ anno 1590. in 4. Lugdunique 1592. in 8. Salmanticæ item. Venetiisque.

De Temporibus novissimis libros VI. Simul editos cum præcedentibus Romæ anno 1590. in 4. ac Lugduni 1592. in 8. & aliis locis.

Concionum tomos III. gravi ac eleganti stilo. Salmanticæ anno 1596. Venetiis 1599. Coloniæque 1600. in 8.

Consilium Limense III. digessit, & Latine conscripsit.

De Procuranda Indorum salute libros VI. Salmanticæ apud Guilielmum Foquel 1588. in 8. Coloniæ 1596. in 8. Lugduni tandem apud Anisson 1670. in 8.

De Natura Novi Orbis libros duos. Salmanticæ anno 1589. in 8. & 1595. in 8. Coloniæ 1596. in 8. Hos quidem duos libros, quorum de cœli & soli natura fuit argumentum, in popularem postea sermonem convertens, adjunctisque de metallis, plantis, animalibus, necnon & de moribus rebusque incolarum, olim gestis, quinque aliis septempartitum dedit opus, patrio idiomate, atque hoc titulo:

His-

Hiſtoria natural y moral de las Indias: quam ſereniſſimæ Infanti Eliſabethæ Auſtriacæ, tunc in paternis ſacris conſtitutæ, dicavit ex Hiſpali urbe, ibidemque edidit anno 1590. in 4. apud Joannem de Leon; recoctam deinde in eadem urbe & Barcinone anno ſequenti in 8. Matriti 1608. in 4. & 1610. in 4. Hanc Italice tranſtulit Joannes Paulus Gallucius, editam anno 1596. in 4. Latine vero Theodorus de Bry in tertia *Hiſtoriæ* ſuæ *Occidentalis* parte repreſentavit. Gallice alius Pariſiis 1606. in 8. Germanice quoque verſam extare ab anno 1599. iterumque ab anno 1617. in folio, auctor eſt Antonius de Leone in *Appendice Bibliothecæ* ſuæ *Indicæ*. Qui idem obſervavit multum profeciſſe Joſephum noſtrum ex duobus libris ſeu operibus Didaci Duran, Dominicani, *Hiſtoria de los Indios de Nueva Eſpaña*, & *Antiguallas de los Indios de Nueva Eſpaña* inſcriptis. Acoſtæ laudes legeſis in opere *De Rebus publicis* Conringii, tit. 1. §. 34. Plura hic elogia a viris graviſſimis meruit, imo & ab eccleſiæ adverſariis expreſſit, qualis inter alios fuit Ricardus Montacutius. *Et tamen*, is in *Originibus Eccleſiaſticis*, tom. 1. pag. 494. *vix patietur*, inquit, *hoc credi Joſephus Acoſta, Jeſuita & ipſe, ſed cum paucis bonus vir & eruditus*. Et pag. 487. *An mentitus ſit Acoſta haud ſcio. Non crediderim mentitum hominem, ſi quem alium e Societate, bonæ frugis* &c.

IOSEPHUS DE AGUILAR, neſcio quis, ſcripſit carmine:

Reglas y advertencias para el ſanto acto del Sacramento de la Penitencia en octavas. in 8.

F. IOSEPHUS DE ALMONACID, Ciſtercienſis monachus monaſterii de Valbuena, ſacræ theologiæ magiſter, lector jubilatus, Philippo IV. & Carolo II. a concionibus, abbas olim Sancti Claudii, ſcripſit:

Las minas del oro de Eſpaña en el Abulenſe iluſtrado en Panegyricos politicos y morales en la vida de Chriſto Señor nueſtro ideados. Matriti 1662. folio.

El Toſtado ſobre Euſebio: *Mineral de letras divinas y humanas en la hiſtoria general de todos los tiempos y Reynos del mundo, ſegun los Comentarios del Iluſtriſſimo Señor D. Alonſo Toſtado Obiſpo de Avila* &c. *recopilados, reducidos y compueſtos al modo y eſtilo de eſtos tiempos con las adiciones y gloſas a la margen para el uſo de los Predicadores*. Hic eſt primus tomus, Matriti editus a Melchiore Sanchez 1677. in folio, alterum nondum vidimus; ſed huic adjunctum audivimus librum *Quæſtionum* ejuſdem Toſtati.

Quareſma para los Domingos, y Ferias principales della. In folio.

Gobierno Politico y Santo ſobre el libro primero de S. Bernardo de Conſideratione ad Eugenium III. Papam, traducido y gloſado.

La vida de S. Bernardo. Ibidem 1682.

IOSEPHUS ANCHIETA, Societatis Jeſu, Indiarum, hoc eſt Braſiliæ regni, appellatus Apoſtolus, & noſtri ſæculi Thaumaturgus, Canariarum inſularum unam, cui Tenerife nomen eſt, habuit natalem locum, ortus ibi ex patre Cantabro, matreque indigena. Annos agens ætatis XVII. ſæculi exacti quinquageſimo inſtitutum hoc ſequutus, tranſivit poſt triennium in Braſiliæ regiones, quæ pars non parva ſunt Americæ meridionalis Luſitanæ ditionis, ubi integros quatuor & quadraginta annis vixit; clariſſimus virtutibus ſigniſque virtutum miraculis: de quo nos contenti erimus, hic omittentes quæ plenis aliorum commentariis, præſertim a Sebaſtiano Baretario, Florentino, Jeſuita, quinque libris comprehenſa ſunt, opuſculorum ab eo conſcriptorum meminiſſe. Hæc nempe illa ſunt:

Ars Grammatica linguæ Braſilicæ: quæ Luſitane excuſa eſt Conimbricæ 1595. 8.

Dictionarium ejuſdem linguæ Braſilicæ.

Doctrina Chriſtiana, pleniorque cathecismus eadem lingua explicatus.

Dialogi de Religionis rebus ſcitu dignis.

Inſtructio ad interrogandos inter confeſſionem pœnitentes.

Syntagma monitorum ad juvandos moribundos.

Conciones ſacræ, linguis Latina, Luſitanica, Hiſpanica, & Braſilica.

Drama ad extirpanda Braſiliæ vitia.

Poema de Beatæ Virginis vita: verſu elegiaco, quod ab bis mille & octingenta diſticha excurrit.

Braſilica Societatis hiſtoria, & vitæ clariorum Patrum, qui in Braſilia vixerunt. Sed hæc poſtrema in lucem prodiiſſe non puto ait Alegambius, ex quo hæc omnia ſcripſimus.

Obiit in vico quodam Reritiba dicto nona die Junii anno MDXCVII. ætatis ſuæ LXIV.

IOSEPHUS ANDREAS, Aragonenſis, presbyter Societatis Jeſu, theologiæ ſcientiæ profeſſor primarius in Cæſarauguſtano ſodalium collegio, ſcripſit:

Decorem Carmeli, ſive incliti ordinis Carmelitani prærogativas in ſynopſim redactas &c. Cæſarauguſtæ apud Joannem de Ibar 1669. in 12.

F. IOSEPHUS ANGLES, Valentinus, ordinis Minorum provinciæ Sancti Jacobi, eximiæ doctrinæ theologicæ vitæque, ad religionis amuſſim formatæ, merito a ſuperioribus obtinuit ut excipiendis confeſſionibus virginum Deo ſacrarum in Matritenſi Excalceatæ reformationis præficeretur monaſterio. Sardiniæ quoque provinciæ ejuſdem ordinis commiſſarium generalem egit, Romæque præceptorem Alexandri cardinalis Montalti, Sixti V. P. M. ex ſorore pronepotis. Boſſanus demum in eadem inſula Sardinia epiſcopus creari promeruit. Utriuſque hic philoſophiæ ſacræque theologiæ eximius profeſſor, omnium ſcientiarum & virtutum genere ornatiſſimus, quomodo audit a non nemine qui eum familiarem habuit, lucubrationibus ſuis ſtudioſos moralis theologiæ non parum juvit, præcipue eo opere cui inſcripſit:

Flores Theologicarum quæſtionum in librum I. Sententiarum : duabus partibus. Lugduni 1584. apud Stephanum Michaelem, & 1585. apud Belletum. Deinde:

In Secundum librum Sententiarum : duabus aliis partibus, quas Sixto V. nuncupavit. Lugduni apud Adrianum Perier 1587. Venetiis apud Joannem Baptiſtam Vgolinum 1588. Matriti 1596. Lego & ſecundo editas Lugduni 1596. & 1597.

Credo & ſcripſiſſe eum *in Tertium* : quamvis Waddingus id neſcierit.

D. IOSEPHUS ANTONIUS GONZALEZ DE SALAS, Matritenſis, purpuratus eques militiæ Calatravæ, bonis omnibus literis, a quibus humani dicimur, maſculaque nec vulgari eruditione præſtabat dum viveret in eadem curia, totus legendo & obſervando ex antiquæ hiſtoriæ, tum Græcæ tum Romanæ, necnon elegantiarum Latinæ linguæ auctoribus quæque ad argumenta ſibi olim deſtinata conferre poſſe viderentur, frequentandiſque egregiis doctrina & ingenio viris, quos plures adeptus eſt ſibi æquales. Stilo tamen, ſive Latino ſive Hiſpano, eo uſus fuit in exprimendis animi ſui ſenſibus, cui affectationis notam non injuria infixeris, ut in memoriam revocet Senecæ illud ex epiſtola CXIV. *Cum aſſuevit animus faſtidire quæ ex more ſunt & illi pro ſordidis ſolita ſunt, etiam in oratione quod novum eſt quærit, & modo antiqua verba atque obſoleta revocat & profert, modo fingit, & ignota deflectit.* De cetero inſigniter eruditum, operique intentum auctorem redolent omnia ejus opera. Nempe ſcripſit Latina lingua:

In Petronium Arbitrum notas. Francofurti anno 1629. in 4.

De Duplici viventium terra diſputationem paradoxicam magni operis : epitoma geographico-hiſtorica, ἀποσπασμάτιον. Lugduni Batavorum anno 1550. in 4.

Vernacula autem hæc:

Nueva idea de la Tragedia o iluſtracion ultima al libro ſingular de Poetica de Ariſtoteles. Quem præcedit:

Una Exercitacion Eſcolaſtica; cuyo titulo es, El Teatro, *ſcena a todos los hombres.* Succedit vero:

Las Troyanas, Tragedia Latina de L. Anneo Seneca, Eſpañola, de D. Joſeph Gonzalez de Salas. Simul hæc Matriti ex officina Franciſci Martinez 1633. in 4.

Compendio Geografico y Hiſtorico del orbe antiguo : hoc eſt, Pomponium Melam Hiſpanitate donatum, poſt Ludovici Tribaldi Toleti antiquam translationem. Adjunxit : *Nuevas iluſtraciones a algunos de los lugares obſcuros de Pomponio Mela.* Eminent in his *Diſquiſitiones* duæ, prior illa, quam poſtea publicavit Latinam uti diximus, *De la tierra deſcubierta, y cubierta de las aguas*; poſterior autem: *De las Transfiguraciones humanas.* Matriti 1644. in 4. Hujus poſtremi argumenti eſt inter Antonii Codri Urcæi opera oratio I. *De Metamorphoſi humana in belluas*, ut lego in *Epitome Geſnerianæ Bibliothecæ*; item Andreæ Morelli *De Tranſitu humanarum animarum in belluas explicatio.* Patavii edita anno 1589. in 4.

Obiit repentina morte correptus pridie idus Martias anni MDCLI. ætatis ſuæ anno LXIII.

D. IOSEPHUS ARNOLFINI DE ILLESCAS, Hiſpali natus (alias inter Gallos) ex patre ut credimus Lucenſi in Italia, & matre Hiſpalenſi, Ciſtercienſis monachus, vivacitate ingenii habilem ſeſe oſtendit publica tractandi negotia, quorum in pluribus extra Hiſpaniam ſibi commendatis induſtrie agens meruit ut abbatiæ Caritatis (La Charité) in Burgundiæ comitatu dignitati a Rege Philippo IV. præficeretur, in quo munere obiit ante aliquot annos. Varia ſcripſit minuta pro rebus quæ occurrerent, inter alias hoc ſaltem ſatyrice:

Conferencia y congreſo entre el Cardenal Richellieu, Oliverio Cromuel, Protector de Ingalaterra, y el Cardenal Mazzarini, deſpues de muertos, en los eſpacios imaginarios ſobre las coſas de Europa que manejaron en vida. MS. in 4. inter libros comitis de Villaumbroſa. Vidimus quoque ac penes nos habemus MS.

Sumario Diſcurſo ſobre la inveſtidura del Reyno de Napoles: ad excellentiſſimum D. D. Ludovicum Mendez de Haro.

IO-

IOSEPHUS DE ARTIAGA, Jesuita, vertit in Hispanicum ex Italico Lucæ Pineli: *El Gerson, o de la Perfeccion Religiosa.*

F. IOSEPHUS DE BARDAXI, Cæsaraugustanus, nobili ortus familia, Carmelitarum sodalis, theologiam Biblicam in Gerundensi schola & in ejusdem urbis cathedrali ecclesia doctor ipse theologus docuit, cum studiis jam fuisset ad Sancti Angeli collegium apud Barcinonenses præpositus, efficax promptusque, vel ex tempore, declamator evangelicus, typis commisit:

Sermones de Adviento. Barcinone apud Sebastianum Matevad 1613. in 4.

Sermones de Quaresma duplicados. Cæsaraugustæ apud Joannem de Lanaja anno 1620. in 4. Qui tamen non nisi ad feriam III. post Dominicam III. pertingunt.

Denatus est anno MDCXXVI. quarta die Augusti Cæsaraugustæ: laudaturque a Vincentio Blasco de Lanuza tomo II. *Hist. Eccl. Aragon.* lib. V. cap. XLIV.

D. IOSEPHUS DE BARZIA ET ZAMBRANA, Malacitanus, sacræ theologiæ doctor, canonicus Sacri Montis Granatensis urbis, & in domus gymnasio sacrorum librorum interpres, edidit:

Despertador Christiano de Sermones doctrinales sobre particulares asuntos: tomis tribus. Granatæ apud Franciscum de Ochoa 1678. in 4.

F. IOSEPHUS BLANCH, domo Valentinus, Carmelita, doctor theologus, philosophiæque publicus & primarius in patria academia professor, in vulgus dedit, quæ in pretio habentur:

Sumularum Institutiones, quas Dialecticam vocant. Valentiæ 1611. in 8. Deinde alias *Cursus*, uti appellant, *Philosophici* partes, tribus aliis voluminibus, nempe:

In universam Aristotelis Logicam, una cum quæstionibus ex contextu haustis lib. I. Ibidem 1612. in 4. typis Joannis Chrysostomi Garriz.

In VIII. Libros Physicorum. Ibidem 1614. in 4.

In Libros de Anima & de Generatione & Corruptione. Ibidem 1615. in 4.

Obiit anno MDCXVI. die Julii XXIX.

F. IOSEPHUS BONAVENTURA PONS, Dominicanus provinciæ Aragoniæ, scripsisse dicitur ac typis mandasse (qua lingua mihi haud notum)

Modum concionandi.

F. IOSEPHUS DE CARAVANTES, Cappuccinus provinciæ Aragoniæ, edidit:

Medios, y remedios para ir al Cielo. Legione apud Augustinum Ruiz de Valdivieso 1672.

IOSEPHUS DE CASANOVA, Magallonensis in Aragoniæ regno, Matriti grammatisticam, hoc est literas noscendi manuque formandi artem, pueros docebat cum pulcherrimum industriæ suæ specimen, characteribus formæ multiplicis ære insculptis, atque preli ope multiplicatis, in eo libro edidit, quem priorem operis integri partem vocat, nempe:

Arte de escrivir en todas formas y letras: ad Philippum IV. Regem. Matriti 16.... in folio. Ejus quoque sunt:

Ocho ideas de Pintura fabulosa. An. 1649.

IOSEPHUS DE CAZERES, diversus a Laurentio, & ut credimus ex Lusitana patria sive origine, apud Batavos apostata Christianæ pietatis, reddidit versibus (an Lusitanis?)

Guilielmi Sallustii, Barthasii toparchæ, *Hexaemeron*, sive septem dies creationis mundi, Gallice ab eo scriptos elegantissime simul & doctissime.

F. IOSEPHUS DE LA CERDA, patria ut credimus Matritensis, certe ibi ad Sanctum Martinum professus fuit regulare Benedictinorum institutum, ut in eximium istius ordinis decus & incrementum postea evaderet. Salmantinam in scholam delatus brevi ad interpretandum ex propria cathedra Doctorem Angelicum sibi viam aperuit, deinde & ad primariam theologici hujus ordinis. Quo, docendi munere ingenti cum sui nominis laude defunctus, ad ecclesiæ Almeriensis infulas vocari promeruit XVI. die Novembris MDCXXXVII. & post triennium, scilicet XVII. Decembris MDCXL. ad Pacensem transferri. Sacræ theologiæ fuit magister Salmantinus, doctrina multa & varia, ingenio perspicacissimo, quod in scholæ academicis & in ecclesiæ sacris exercitationibus palam sese ostendebat, parataque adeo & facili eloquentia in commentariis pangendis ut vix quidquam quod e calamo in chartam fluxisset deletum pluribus paginis deprehenderes: de quo testibus oculatis, atque his non lubricæ fidei, credendum est. Extant ab eo, in magno pretio ab omnibus habita, sed quæ ab ingeniosis tantum pro dignitate, & cum eo fructu, quem non in cute sed in recessu latentem industria exerit attenti lectoris, inter promptuaria formandarum concionum optima plenissimaque frequentantur:

De Maria, & Verbo Incarnato: *ubi & de Sancto Josepho, ac de utroque Joanne.* Almeriæ 1640. in folio.

In Sacram Judith Historiam Commentarius literalis & moralis: duobus tomis. Ibidem 1641. in folio. Moxque Lugduni apud Laurentium Anisson 1653. in folio.

Mariæ effigies, revelatioque Trinitatis & attributorum Dei: nisi idem sit cum jam laudato *de Maria* commentario. Certe Lugduni hic editus fuit apud eumdem Anisson anno 1651. in folio.

Obiit ante diem XII. Junii MDCXLV. quo nempe successorem habuit magnum virum, Salmanticæ olim collegam, Angelum Manricum, Cisterciensem.

D. IOSEPHUS CONCHILLOS, canonicus ecclesiæ collegiatæ urbis Tudelensis in regno Navarræ, sub nomine Georgii Alceo de Torres scripsit:

Desagravios del Propugnaculo de Tudela. Teste mihi D. Josepho Pellizer in *Bibliotheca* suorum operum, folio 160.

F. IOSEPHUS DE CORDOVA, domo Abulensis, religione Augustinianus, sacræ theologiæ magister, auctore mihi eo, qui scripsit *Alphabethum* hujus ordinis, Thoma de Herrera scripsit, imo & edidit:

In Partes Divi Thomæ volum. IV.

Sermones de Adviento.

Sermones de Quaresma. Anno 1642.

IOSEPHUS CRESVELO, scripsit:

Vida y martyrio del Padre Henrrique Valpolo. Cæsaraugustæ 1596. in 8.

IOSEPHUS DALMAU, Catalanus, scripsit:

Relacion de la solemnidad con que han celebrado en la Ciudad de Barcelona la Beatificacion de la Madre Santa Teresa de Jesus. Barcinone 1615. 4.

D. IOSEPHUS DIDACUS DE BERNUI ET MENDOZA, Hispalensis, mareschallus del Alcala del Valle, toparcha, necnon post priorem hujus operis editionem marchio, de Benamexi Bæticæ provinciæ, noster ex Beatrice sorore nepos, eruditionis omnis amans, & lectione veterum auctorum forte supra ætatem ornatus, geographicæ rei ante alia curiosus, plura meditatur; interim vero, quasi specimen sui facturus, e manibus exire permisit:

Nueva y varia leccion de la Romana Historia, con apuntaciones al Breviario de Sexto Rufo: ad sereniſſimum Joannem Austriacum. Granatæ 1668. in 4. apud Balthasarem de Bolivar.

Totus nunc est in adornando opere historico-geographico *Bæticæ illustratæ sacroprofanæ.*

F. IOSEPHUS ELIAS ESTRUGOS, Perpinianensis, Carmelitarum ordinis, scripsit:

Fenix Catalá, libre dels singulars privilegis, favors, gracias, y miracles de Nostra Senyora del Mont del Carme. Perpiniani apud Stephanum Bartau 1644. in 8.

Obiit in patria anno MDCXLV.

D. IOSEPHUS DE EXEA ET ESCARTIN, Cæsaraugustanus, D. Ludovici ab Exea, supremi Aragonicarum rerum senatus ut vocant regentis, filius, specimen daturus studii Cæsareo juri impensi publicavit:

Ad Legem unicam Codicis De Palatiis & Domibus Dominicis lib. XI. Recitationem. Cæsaraugustæ in 4. 1655.

IOSEPHUS FALCONI, nescio quis aut cujus instituti (Carmelita forsan) laudatur a Georgio Cardoso in *Agiologio Lusitano* XXXI. Maii, litera f. ex opere:

Chronica Carmelitana appellato.

IOSEPHUS DE FARIA, Lusitanus, e numero eorum unus qui

De Familiis nobilibus in Portugallia scripsere.

IOSEPHUS DE FARIA, Lusitanus, scripsit:

Terpsichore Musa Academica: vernacula gentis lingua. Olisipone 1666. 8.

D. IOSEPHUS FELIU ET CEREZO, Catalanus ut credimus, jurisconsultus, Regius auditor ut vocant Salernitanæ curiæ, hinc in magna Neapolitanæ urbis vicaria civilium negotiorum judex, edidit:

Margaritam variarum conclusionum tam ad commune quam ad nonnullorum locorum municipale jus concernentium. Neapoli 1641. fol.

D. IOSEPHUS FELIX DE AMADA ET TORREGROSSA, natus in Cariñena oppido Aragoniæ regni, jurisconsultus, olim in curia Matritensi advocationi causarum, præcipue in Aragoniæ senatu agitandarum, ex munere addictus, locum inde obtinuit inter canonicos sacri collegii Sanctæ Mariæ de Pilari Cæsaraugustæ urbis, ubi nunc degit. Scripsit:

Palestra numerosa Austriaca en la victoriosa Ciudad de Huesca al Augustissimo Consor-

ſorcio de los Catolicos Reyes de Eſpaña D. Felipe IV. y Doña Mariana de Auſtria, propueſta por D. Luis Abarca de Bolea y Caſtro, Fernandez de Ixar, Marques de Torres, Conde de las Almunias, publicada y iluſtrada con diſcurſos parafraſticos y politicos por el Licenciado Joſeph Felix de Amada, y Torregroſa, Secretario del Certamen. Oſcæ apud Joannem Franci cum Larrumbe 1650. in 4.

Parangon Hiſtorico y Juridico por la Sagrada Real y Militar Religion de la Merced, cotejando ſu fundacion, inſtituto, progreſos y privilegios con la de la Santiſſima Trinidad Calzada, y Deſcalza ſobre el derecho privativo de pedir y percibir limoſnas, mandas, y legados pertenecientes a la Redencion de Cautivos en los Reynos de la Corona de Aragon. Matriti 1663. in folio.

Compendio de los milagros de Nueſtra Señora del Pilar de Zaragoza. Cæſarauguſtæ 1680. in 4. apud heredes Auguſtini de Verges.

Diſcurſo Hiſtorico Juridico por la Igleſia del Pilar. Matriti 1674. fol.

IOSEPHUS FERNANDEZ, Aragonius, Turiaſonenſis, Societatis Jeſu ſacerdos, laudatus a concionum Apoſtolico more ac zelo habendarum merito, ſcripſiſſe dicitur inter alia, elegantiæ Chriſtianæ plenum librum:

De la vida del P. Pedro Claver de la Compañia de Jeſus. Cæſaraug. 1666. in 4.

Hiſpane vertit:

Hortulum Marianum P. Franciſci de la Croix. Cæſarauguſtæ editum 1660. Atque item:

Medullam theologiæ moralis Hermanni Buſembaum. Ibidem 1664.

IOSEPHUS FERNANDEZ DE RETES, Ontiverienſis (oppidum Ontiveros Abulenſi epiſcopo in ſacris paret) juris doctor creatus Salmanticæ, alacritate ingenii, Latinæ orationis ac totius humanitatis peritia, legalis atque canonicæ doctrinæ varia multiplicique exercitatione & uſu in hac celeberrima totius orbis academia nuper maxime floruit, publico interpretandarum legum atque ordinario muneri veſpertinis ac deinde matutinis horis præfectus, fiſcalis hinc ad curiam Pincianæ urbis advocatus venit, paulo poſt in ſenatum ejuſdem admiſſus. Unde poſt quatuor & amplius annos ad Matritenſia gerenda munera vocatus anno MDCLXXII. Regii patrimonii concilio adeſſe, ac fiſcalis patroni munus gerere fuit juſſus, nec diu poſt ad ampliſſimum omnium Caſtellæ ſenatus ordinem, ut eamdem ipſam fiſci defenſionem exerceret, allegi promeruit. Emiſſit hactenus in lucem:

Ad Titulum Digeſtorum De Interdictis & relegatis Commentarium: duobus libris. Pinciæ 1643. in 4. Iterumque cum *notis* ejuſdem & *additionibus*, necnon & *tertio libro excurſuum analectorum.* Lugduni 1660. in 4.

Variorum opuſculorum juris, octo libris: in duo volumina digeſtis. Salmanticæ in folio. *Variorum opuſculorum* tomus III. prodiet Lugduni propediem ut audio.

Ad Titulos De Bonorum poſſeſſione contra tabulas: De Legatis præſtandis: De Inoſſicioſo Teſtamento, ſcholaſticis adverſariis: quibuſcum ſimul prodiit commentarius.

Ad Leges, Edicta, Principumque Conſtitutiones, ex quibus prohibita uſucapio eſt. Salmanticæ 1663. in 4.

Ad Leges Attiniam, Juliam & Plautiam, de prohibita alienatione rerum furtivarum & vi poſſeſſarum.

De Donationibus Academicam Relectionem: quam ex veſpertino ſuggeſtu auditoribus anno 1663. dictavit. Salmanticæ edita fuit ab Antonio de Cuſſio in 4.

Epitaphia illuſtrata: ſive ſolemnem publicam relectionem ad L. Monumentorum VI. codice de Religioſis & ſumptibus funerum in Salmantino gymnaſio pro petenda doctoratus licentia. Salmanticæ apud Franciſcum de Roales 1644. in 4.

Prælectionem poſtremam ſeſquihoralem ad L. Claudius Seleucus XIII. De his quæ ut indignis &c. Ibidem in 4.

F. IOSEPHUS FERRER, domo Valentinus, ordinis Seraphici Excalceatorum provinciæ Sancti Joannis Baptiſtæ, ejuſdemque vicarius, deinde & præfectus provincialis, edidit:

Pharum Evangelicam: hoc eſt commentaria in quatuor Evangelia: primum nempe operis tomum. Lugduni 1661. in folio. Idem (ut facile credimus) cum eo qui olim ediderat:

Logicæ & Phyſicæ Summuliſticum Præludium. Valentiæ 1636. in 4.

F. IOSEPHUS GALLO, Burgenſis ut fertur, certe Alphonſi Lopez Gallo & Barbaræ Gallo, Fontis Pelagii diœceſis Segovienſis toparcharum, atque ipſiuſmet loci incolarum, filius, Auguſtinianorum ſodalis, nonnullis apud ſuos præfecturis functus eſt, theologuſque Sanctæ Inquiſitionis patribus fuit miniſter. Scripſit:

Hiſtoria y Dialogos de Job: con explicacion literal y moral ſegun las verſiones de Vatablo, Pagnino, Parafraſte y los ſetenta: hoc eſt, paraphraſim & illuſtrationem obſcuriſſimi Prophetæ Jobi. Burgis 1629. in fol.

Superſtes adhuc erat anno MDCLII.

F.

F. IOSEPHUS GARZIA, Cifterciensis monachus monafterii de Herrera, facræ theologiæ magifter, in Salmantino Sancti Bernardi collegio facram prius doctrinam docuit, ecclefiaftes hinc fuo tempore celebris in Matritenfi curia munus hoc pluribus annis cum laude exercuit. Foras emifit:

Sermones de Tiempo y de Santos: duobus voluminibus. Pampilone 1622.

Hujus quoque liber, quem morte occupatus pæne non abfolvit, opera Prudentii a Plaza fodalis poftea editus fuit, nempe:

Annotaciones predicables fobre el Pfalmo De profundis. Pampelone 1623. in 4. apud Carolum de Labayen.

Scripta reliquiffe *in Pfalmos Davidis* quædam & in *Evangelium Matthæi* refert Chryfoftomus Henriquez in *Phœnice*, & Carolus Vifchius in *Bibliotheca*.

F. IOSEPHUS GOMEZ DE PORRES, Matritenfis, Carmelita, concionatus fuit Calari in Sardinia & Neapoli, qua in urbe ftudiorum præfecturam domi fuæ, nunc in cœnobio Præneftinæ urbis gerit, & facram fcientiam docet. Editæ ab eo funt:

Oraciones panegyricas de algunos Santos. Neapoli apud heredes Cavalli 1604. in 4.

Sermon en las honrras del Rey D. Felipe IV. Ibidem apud Thomaffum 1666.

Adornata in prelum habet *Sanctorale ordinis Carmelitarum*, & *variarum concionum* tria alia volumina. Laudavit Joannem Caramuel in epiftola xv. ad eum data, pag. 667. *Rhythmicæ* iftius.

IOSEPHUS GONZALEZ FLOREZ, Bononienfis collegii Sancti Clementis Hifpanorum fodalis, & rector cum effet edidit:

Variarum Juris quæftionum librum fingularem. Bononiæ apud Joannem Roffium 1571. in 4. Præfuiffe quoque dicitur academiæ ifti, atque inde ad Tranenfem Neapolitani regni curiam veniffe judicem. Balthafar Porreño in hiftoria Ægidiana vocat eum (an a patria?) Jofephum Gonzalez de Flores Davila.

IOSEPHUS GONZALEZ VARELA, typis commifit:

La Pyra religiofa, que confagró la Santa Iglefia de Toledo en la muerte del Sereniſimo Cardenal D. Fernando fu Arzobifpo. Madriti 1641. in 4.

IOSEPHUS GUARNIZO, Matritenfis, Societatis Jefu, profeffor theologus primarius in Eugeniano Toleti urbis collegio, formavit:

Memorial del ultimo eftado que tiene para fer difinida por dogma de Fee la pia opinion que afirma haber fido concebida fin culpa original la Virgen Nueftra Señora. Madriti anno 1652. in folio.

Obiit Toleti xv. Maii MDCLVI.

F. IOSEPHUS HERNANDEZ DE SANCTO JOANNE, Minimorum Sancti Francifci de Paula fodalis, ediditffe dicitur:

Theulugia moral de los Preceptos del Decalogo.

IOSEPHUS HERNANDIDA, nefcio quis, laudatus a Petro de Alba in *Militia Conceptionis*, fcripfiffe dicitur:

Librum de vita Deiparæ ex operibus Francifci Suarez. Lugduni editum 1643. in 24.

F. IOSEPHUS A JESU MARIA, natus in oppido Caftro de Caldelas diœcefis Afturicenfis, Carmelitarum Reformatorum fodalis, cujus ordinis facramentum dixit in cœnobio Matritenfi, aliis Paftranenfi. Olim, dum laicus effet, D. Francifcus de Quiroga nuncupabatur, Gafparis cardinalis de Quiroga, Toletani antiftitis, ex aliquo latere nepos, dignitafque, ut vulgo audit, in alma ifta metropolitana ecclefia. At religiofum ftatum profeffus vere facrum Deo induit hominem nudatus veteri, doctrinæque multiplici, præfertim falutari ac myfticæ, virtutum omnium, atque imprimis earum quæ cœnobitam ac reformatum decent, fundamentum & ornamentum adjunxit. Cui morum ac vitæ præftantiæ communis omnium hominum exiftimatio & veneratio ex æquo refpondebat. Compendium rerum ab eo geftarum typis editum novimus, quod cum in manibus non fit, libenter eo lectores hujus tam jejunæ commemorationis remittimus. Opera reliquit moriens, deditque vivus foras, tam hiftorica (chronographus enim fuit familiæ fuæ generalis) quam afcetica & fpiritualia, ex quibus hæc funt:

Excelencias de S. Jofeph Efpofo de Nueftra Señora.

Vida de Santa Catalina Virgen y Martyr. Toleti apud Petrum Rodriguez 1608. in 8.

Vida del Venerable Padre Fr. Juan de la Cruz.

Relacion de un milagro que Nueftro Señor obra en una parte de carne del Padre Fray Juan de la Cruz. Madriti apud viduam Alphonfi Martini 1615. in 4.

Hiftoria de la Vida y virtudes del Venerable Hermano Fr. Francifco del Niño Jefus, de los defcalzos de Nueftra Señora del Carmen. Velefii 1624. in 4. Quam Latine editam fcimus Coloniæ apud Bernardum

Gualterum 1628. in 8. Nuper etiam Matriti prodiit Hiſpana editio anno 1670. in 4. Et Italice a Hieronymo de Sancta Tereſia, ejuſdem ordinis, Breſciæ, per Paulum Bizardo 1629. in 4.

Hiſtoria de la Virgen Nueſtra Señora, con declaracion de algunas de ſus excelencias. Antuerpiæ primum apud Franciſcum Caniſium 1652. in folio, indeque Matriti 1656. Italis hanc hiſtoriam communicavit Hieronymus a Sancta Tereſia, ejuſdem inſtituti, atque Patavii edidit 1658. in 4.

Alabanzas de la Caſtidad.

Subida del Alma a Dios. Matriti apud Didacum Diaz de la Carrera 1656. in 8. atque iterum apud Rochum Rico de Miranda 1675. in 4.

Eſcuela de Oracion: & plura alia, quæ MSS. remanſerunt.

Obiit Conchæ anno MDCXXIX.

F. IOSEPHUS A JESU MARIA, Pincianus, Carmelitarum Reformatorum Romæ prius generalis procurator, deinde quintus ſuæ Hiſpanæ congregationis ſummus præfectus, ſcripſit:

Carta Paſtoral a los Religioſos de ſu Congregacion. Conſtitutiones item monialium emendatas & auctas prelo denuo mandavit; obiitque in cœnobio oppidi de Manzanares anno MDCXXI.

IOSEPHUS JUSTITIA, Aragonenſis, Bilbili natus, Societatis Jeſu, ſcripſit Hiſpane:

Hiſtoria de Nueſtra Señora de la Cueva Santa. Valentiæ editam, poſtquam auctor ad Indos occidentales profectus fuiſſet, ab Joanne Mariano Arnau, presbytero, & loci præpoſito, Valentiæ 1655. in 4. apud Bernardum Nogues.

Aparato funebre de la Imperial Ciudad de Zaragoza en las exequias de la Reyna Doña Iſabel de Borbon. Cæſarauguſtæ 1644. in 4.

R. IOSEPHUS KARO, Ephraimi filius, pro Hiſpano laudatur ab his qui Hebræorum codices tractaverunt & in catalogum collegerunt. Inter hos Buxtorfius in *Bibliotheca Rabbinica* in כסף משנה *Cheſeph Miſcneh*, qui Kari liber eſt ut videbimus, obiiſſe hunc ait anno MDLXXV. Qui annus cum diſtet ab anno expulſionis ab Hiſpania, ſub Regibus Catholicis, totius nationis Hebræorum, qui baptizari noluerunt, integris LXXXIII. annis, neceſſario dicendum eſt vel puerum hunc Karum exportatum fuiſſe a parentibus eo tempore, vel Hiſpanum inde audiviſſe quod parentibus eſſet Hiſpanis natus; niſi apoſtaſiæ crimine ſe is maculaverit, ex Chriſtiano & inter nos edito ex infectis parentibus (quod fieri ſolet) Hebraicæ addictus ſectæ. Certe cognomen hoc Kari non obſcurum aut inhoneſtæ familiæ inter nos eſt. Diverſus quidem is fuit ab Iſaac Karo, vel Karro, qui circa annum MDX. ſcripſit תולדות יצחק *Toledoth Itſchak*; *Generationes Iſaac*, nepos forte illius qui pater fuerit Ephraimi, quo genitum diximus Joſephum fuiſſe Karum hunc, de quo nunc agimus, cui tribuuntur hæc opera:

שלחן ערוך *Sciulchan haruch*; *Menſa diſpoſita*, ſive *inſtructa*: qui liber excerptus eſt ex alio R. Jacobi, filii R. Aſcer, cujus inſcriptio eſt ארבעה טורים *Arbaha turim*; *Quatuor ordines*: rituali eo ac iuridico magnæ auctoritatis inter ejus ſectæ homines, cujus concordantiæ per totum Talmud margini appoſitæ ſunt. R. autem hic Karo in formam theſium & concluſionum excerpta ſua diſpoſuit, quatuor partibus librum dividens, quæ ipſa fuit diſtributio R. Jacobi, ſcilicet: prima inſcribitur אורח חיים *Orach chaim*; *via vitæ*: ſecunda יורה דעה *Joreh dehah*; *Docens ſcientiam*, in qua agitur de ritibus, juribus & differentiis circa cibos & potum, circa idolatriam, uſuras & alia: tertia חושן המשפט *Choſcen ammiſcpat*; *pectorale Judicii*, in qua tractatur jus Civile: quarta אבן העזר *Even ahezer*; *Lapis auxilii*, quæ agit de matrimonialibus. Huic operi, ex ארבעה טורים *Arbaha turim*, a Karo noſtro excerpto, adjectæ ſunt novellæ gloſſæ & obſervationes de jure, ritibus & conſuetudine horum temporum, per Moſen Iſerles; unaque cum his excuſſus extat Cracoviæ anno 1594. in folio. An autem præter hujus operis primam illam partem diverſum quoddam opus noſtri auctoris extet ejuſdem inſcriptionis אורח חיים *Orach chaim*; *Semita vitæ*, obſcurum reliquit Joannes Buxtorfius in libello de *Abbreviaturis Hebræorum*, in hoc verbo, pag. 24. Hoc autem editum fuit Venetiis cum hoc titulo *Semita vitæ*, quæ prima pars eſt libri R. Jacob fil. Aſcher dicti *Arbaha turim*, hoc eſt, *quatuor ordines* cum Joſephi Karo filii Ephraimi comm. prolixo vocato *Beth Joseph*, *Domus Joſeph.*

Pla-

Plane diverſus ab hoc eodem opere videtur.

בדק הבית *Bedek habbait* ; *ruptura* ſeu *fiſſura domus* : gloſſarium ſcilicet ſeu additamentum ejuſdem libri *Arbaha turim* R. Jacobi ben Aſcer ; liber pertinens ad complementum R. Joſeph Karo , & ab eo conſcriptus ait Hottingerus in *Bibliotheca Orientali* , cap. I. claſſe IX. Hunc librum prodiiſſe ex officina Veneta Zanetti anno ſupputationis minoris 366. affirmat Plantavitius in *Bibliotheca Rabbinica* , cod. LXXIII.

בית יוסף *Beth Joſeph* ; *Domus Joſeph* : liber magnus eſt, complectens ritus, conſuetudines , jura & judicia politiæ Judaicæ , excuſſus anno 1575. ſupputationis min. 335. Venetiis , ut aliis ait Hottingerus cap. I. claſſe IX.

כסף משנה *Cheſeph Miſcneh* ; *Argentum duplum* : titulus eſt ex *Gen.* cap. XLIII. 2. commentarius videlicet in Maimonidem.

משנה תורה *Miſcneh torah* ; *Repetitio legis* : liber magni pretii & auctoritatis , qui continet traditiones Talmudicas & legem oralem ait Hottingerus cap. I. claſſe II. lit. E.

In indice librorum bibliothecæ cardinalis Carpenſis lego codicem fuiſſe ſic inſcriptum:

R. *Joſeph Karro* , *&* R. *Salomon ſuper IV. Prophetas* : quem ſuper Prophetas commentarium tribuo tantum Salomoni tandem laudato , ſcilicet Jarchi , qui ſcripſit ſuper integra Biblia ; adjunctumque Jarchiadis huic commentario aliquod ex his Kari operibus, quorum proxime facta mentio eſt , exiſtimo.

Hæc de Karo Joſepho legimus , cui congenerem cur non exiſtimabimus Iſaacum ejuſdem cognominis jam laudatum? Certe is ſcripſit circa annum MDX. memoratum ſupra librum:

הולדות יצחק *Toledoth Izchak* ; *Generationes Iſaac* dictum : quo auctor multa loca per univerſum *Pentatheuchum* explicat , multaque dubia ſolvit , ut ſcribit Andreas Maſius. Ita eſt (ait Hottingerus d. cap. I. claſſe I.) *dubia ſua , quæ proponit , breviter ſolvit, & quæſtionum varietate ſe haud mediocriter doctum probat.*

F. IOSEPHUS LAINEZ , aliquando A MATRE DEI , Matritenſis , inter Auguſtinianos Reformatos dicto olim hujus ordinis ſacramento tranſtulit deinde ſe , ſponte ſuperiorum , ad ſodales veteris inſtituti , & cum ſacræ theologiæ magiſter crearetur hanc profeſſus fuit , cum Compluti , tum Salmanticæ, atque æquali aut majori cum laude concionatoriam exercuit. Quare & Philippo IV. Regi a ſacris orationibus eſſe , & aliquando ad Celſonenſem epiſcopatum in Cataloniæ principatu vocari promeruit ; ſed eo quidem tempore quo turbatæ res in eo tractu accedere antiſtitem ad eccleſiam ſuam non permiſerunt. At quo minus eo , liberata jam perviaque provincia , ſe conferret ejuſdem Regis beneficentia fuit conſequutus , collata ſibi Accitana Bæticæ Hiſpaniæ eccleſia XVII. Martii MDCLIII. Scripſit eleganti ſermone vernaculo:

Los dos eſtados de Ninive cautiva y libertada deducidos del libro de Jonas Profeta. Matriti apud Joannem de la Cueſta anno 1619. in 4. Hunc edidit ſub nomine fratris Joſephi a Matre Dei , quo vocabatur inter Reformatos.

El Privado Chriſtiano deducido de las Vidas de Joſeph y Daniel , duabus partibus: quarum prior , res Joſephi expendens , Matriti prodiit 1641. in fol. altera hoc titulo inſignis:

El Daniel Corteſano. Ibidem 1644. in fol.

Sermones de Quareſma. Toleti 1625. in 4.

Sermones varios. Matriti anno 1645. in 4.

El Joſue eſclarecido caudillo vencedor de Reyes y Gentes. Ibidem apud Gregorium Rodriguez 1653. folio.

Abiit ad plures exeunte an. MDCLXVII. in decrepita ætate.

IOSEPHUS LLOVERT , Catalanus, notarius oppidi Caſtillon ejuſdem principatus Cataloniæ , ſcripſiſſe fertur:

Hiſtoria de la Caſa de Cardona : quam adhuc ſervari MS. refert marchio Acropolitanus in *Diſſertationibus Eccleſiaſticis* , diſſert. 3. cap. 2. num. 7.

IOSEPHUS LOP , Valentinus , juris doctor & advocatus ordinarius , aliis antiquior, civitatis ac diputationis regni Valentiæ , fiſcalis quoque advocatus tribunalis Sanctæ Cruciatæ , & Regiæ viſitationis prædictæ urbis , ejuſdemque fabricarum & operum. Scripſit vernaculo idiomate:

De la Inſtitucio Govern Politich y Juridich , Obſervancies , Coſtums , Rentes y Obligacions dels Officials de les Illuſtres Fabriques vella dita de Murs e Valls y nova dita del Riu de la inſigne leal y coronada Ciudat de Valencia. Ibidem 1675. apud Hieronymum de Villagraſſa in folio.

F. IOSEPHUS DE S. LUDOVICO, Hiſpalenſis , Capuccinus , edidit:

Sermones : vulgari lingua. Anno 1680.

F. IOSEPHUS LUQUIAN , Dominicanus

nus in monasterio Sancti Onuphrii prope Valentiam, sacræ theologiæ magister, pietate ac rerum sacrarum doctrina conspicuus, devotionis erga Deiparam Virginem rosariis precibus invocandam egregius apud Tarraconensis urbis cives perpetuusque auctor & promotor. Nam in hujus urbis templo maximo per vigintiquinque annos Scripturæ sacræ lectioni ex Tridentini concilii ordinatione fuit præpositus. Ceterum & utilitati publicæ scriptis etiam in vulgus editis servire voluit, ejus namque extant:

Erudicion Christiana y Discursos predicables y muy provechosos, en los quales se dan santos y saludables avisos a todos estados de hombres, declaranse muchos Evangelios del año. Adjungitur:

Tratado del Hombre: en el qual se descubren algunas cosas buenas del y algunas imperfecciones. Item:

Explicacion de la conversion de San Pablo. Tarracone 1594. in 4.

F. IOSEPHUS MALDONADO, Americanus, avis tamen Hispalensibus editus, Josephum enim de Villamor Maldonado, hujus urbis civem, inter majores habuit, Quixorum & Macarum ejus orbis populorum inventorem, in quorum regione Hispalim cognomento Auream (Sevilla del oro vulgo sonat) condidit. Seraphico in patria induto habitu venit ad nos cum provinciæ suæ Quitensis suffragio, pars ut esset generalis capituli, quod anno DCXVIII. supra millesimum fuit celebratum. Mansitque ab hoc tempore in provincia Castellæ, nullo, aut vix aliquo, quem status religiosus admittit, honore fraudatus. Sanctorum Palestinæ locorum, deinde Indicarum provinciarum, tandemque partis ejus, quam ultramontanam familiam ipsi Francifscani appellant, commissarius fuit generalis sub Joanne Neapolitano, ministro totius ordinis. Margaritæ quoque Austriacæ, Deo sacræ virgini, aures confitenti accommodavit. Elaboravit Josephus una cum Petro de Balbas & Petro de Alba:

Armamentarium Seraphicum pro tuendo titulo Immaculatæ Conceptionis. Matriti 1548. in fol. Vernacula autem lingua elucubravit solus:

El mas escondido retiro del Alma en que se descubre la preciosa vida de los muertos y su glorioso sepulchro. Cæsaraugustæ 1649. in fol. Item:

De la Autoridad que tiene el Comisario general de embiar Comisarios a las Indias Occidentales. Matriti.

D. IOSEPHUS MALDONADO ET PARDO, Matriti Regiis conciliis advocatus, super his egregiis diversorum ad Ludovicum Molinam in opere suo insigni, & quasi prora & puppi juris dispensatoribus nostris ad primogenia explananda & dijudicanda: de horum natura & jure additionibus superstruxit ipse:

Novissimas Additiones alias, sive observationes ad Molinam de Jure Primogeniorum. Matriti apud Julianum de Paredes 1671. fol.

F. IOSEPHUS DE SANCTA MARIA, ordinis Minorum provinciæ Sancti Gabrielis Reformatorum, atque ejus aliquando præfectus, edidit:

Tribunal de Religiosos: nempe practicam criminalem religiosam. Hispali apud Ferdinandum Rey 1617. in 4.

Apologia de la sagrada comunion, y de sus admirables efectos. Matriti apud viduam Alphonsi Martini 1616. in 8.

F. IOSEPHUS DE SANCTA MARIA, Lusitanus, ordinis Prædicatorum, sacræ theologiæ magister, primarius quondam professor studiorumque moderator in S. Thomæ collegio Conimbricensi, dedit foras:

Tractatum Thomisticum de libero arbitrio in communi circa ea, quæ sunt ordinis naturalis. Olisipone typis Gerardi a Vinea anno 1625. in folio: quem priorem operis, primumque suorum operum, tomum appellat.

F. IOSEPHUS DE SANCTA MARIA, Americanus, & ut suspicor Limensis, Hispali amplexatus Carthusianorum institutum, postquam Segoviense Paularis cœnobium gubernasset, atque alia domestica munera, in hisque censoriam totius Castellanæ provinciæ lustrationem integre ac laudabiliter gessisset, domum quoque suam Hispalensem (Las Cuevas vulgus vocat) administrasset sacræ eruditionis atque ecclesiasticæ argumenta quædam extare fecit in his libris:

Ritos y ceremonias Baptismales. Hispali apud Simonem Faxardo 1637. in 4.

Triunfo del Agua bendita. Iisdem typis anno 1642. in 4.

Informacion sobre la posesion y propriedad de la milagrosa pila Baptismal en el Osset Betico territorio Hispalense transamniano San Juan de Alfarache. Hispali 1630. in 8.

Exorcismos de la Iglesia. Ediderit ne hunc typis plane ignoro.

F. IOSEPHUS MARTI, Valentinus, ex oppido Villareal Dertusanæ diœcesis, theologus doctor, Regius concionator, edidit:

Flor del Discurso en la Aurora, y Aurora del Discurso en flor, sive concionum aut sermonum volumen, Valentiæ 1673.

Vivit anno , quo hæc ſcribimus, MDCLXXXI.

D. IOSEPHUS MARTINEZ DE GRIMALDO, Matritenſis, Regi a ſecretis, plura opuſcula dedit foras, devotioni ſerviens qua in ſacroſanctam colendam Euchariſtiam nobiliſſima fertur congregatio Servorum (ita vocant) hujus venerabilis Sacramenti in eccleſia monaſterii ſanctimonialium S. Mariæ Magdalenæ Matritenſi fundata, veluti annaliſtam agens feſtorum ibidem quotannis celebratorum. Præter hæc edidit:

Paraiſo celeſtial plantado por la divina omnipotencia. Matriti 1652.

Jardin de fragrantes flores, y taller de las mayores maravillas. Ibidem 1653.

Abraſado corazon en llamas amoroſas. 1655.

Viña eſcogida. 1656.

Fundacion y fieſtas de los indignos Eſclavos del Santiſimo Sacramento del Convento de la Magdalena de Madrid. 1657. atque iterum 1665. cum titulo: *Sumario de la fundacion, y conſtituciones de la Congregacion* &c.

Vida de San Felipe Neri. 1665.

D. IOSEPHUS MARTINEZ DE LA PUENTE, ſcripſit:

Epitome de la Hiſtoria del Emperador Carlos V. que eſcrivió Fr. Prudencio de Sandoval. Madriti apud Joſephum de Buendia 1675. folio.

Compendio de la Hiſtoria de los deſcubrimientos, conquiſtas y guerras de la India Oriental, y de ſus Islas. Matriti 1681.

Epitome de la Hiſtoria del Rey D. Juan el II. de Caſtilla. Promittit:

Hiſtoria del Rey D. Sebaſtian de Portugal... In vita Caroli ad annum 1506. §. 6.

F. IOSEPHUS A MATRE DEI, Granatenſis, Carmelita, auctoribus mihi domeſticis enarratoribus, ſcripſit:

De Immaculata Conceptione Virginis Mariæ Tractatum.

Florebat anno MDCXVII.

F. IOSEPHUS MENDEZ DE S. JOANNE, Matritenſis, ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, lector ut vocant jubilatus ſui ordinis, Supremæ Inquiſitionis qualificator ſive cenſor theologus, bibliothecarum generalis viſitator, ſuæ provinciæ aliquando præfectus, edidit:

Theologiam moralem de Sacramentis. Circa annum 1668. duobus tomis.

De Cenſuris.

Theologiam moralem de Triplici Bulla Cruciatæ, Compoſitionis & Defunctorum. Matriti apud Andream de la Igleſia 1666.

De Juſtitia & Jure.

Theologiam moralem de Præceptis Decalogi, & Eccleſiæ, ſimul cum materiis moralibus de conſcientia, de Legibus, & de Peccatis. Madriti apud Julianum de Paredes 1669.

De la frequencia de la Comunion. Atque item:

Teulugia Myſtica: vernacule ut credimus.

IOSEPHUS DE S. MICHAELE, edidit:

Biblia Mariana ex pluribus collecta auctoribus. Burgis 1674. folio.

IOSEPHUS MICON, theologus ac profeſſor Barcinonenſis, edidit:

Diario y juicio del Cometa, que apareció a los ocho de Noviembre de MDLXXVII. Barcinone 1578. in 8.

IOSEPHUS MORET, Navarrus, Pampilonenſis, Societatis Jeſu, eruditione vir præſtanti, defœcato judicio ac ſingulari induſtria, eleganti quidem ſtilo Latino proſequutus olim hiſtoriam obſidionis oppidi de Fuenterrabia, in Galliæ & Cantabriæ finibus, anno MDCXXXVIII. fruſtra a Gallis tentatæ, totus nunc eſt in deſcribendis Navarræ ſui regni rebus, vernacula tamen lingua. Prodiit ergo olim ab eo:

De Obſidione Fontirabiæ: libris tribus, in 24. Sed jam prodromum hiſtoriæ habemus in eo libro, quem ante paucos annos dedit foras, nuncupato:

Inveſtigaciones Hiſtoricas de las Antiguedades del Reyno de Navarra. Pampelone apud Gaſparem Martinez 1665. in folio.

IOSEPHUS NAVARRO, Cæſarauguſtanus, Nicolao Principi Ludoviſio a ſecretis, atque item Joanni Baptiſtæ filio, edidit acute ac diſerte:

Poeſias varias. Cæſarauguſtæ in 4. apud Michaelem de Luna 1654.

F. IOSEPHUS DE NAXERA, inde oriundus, Cappuccinus, miſſionarius Apoſtolicus in regnum Arda in Africa, & Guineæ provincia, ſcripſit:

Eſpejo myſtico del Hombre interior. Madriti apud Antonium de Bedmar 1672. 4.

IOSEPHUS NIÑO ET MUR, juriſconſultus, ex Aragonia ut ſuſpicor, ſcripſit:

Albarani, ſive Chirographi Mercatoris Analyſim, cum additionibus Joannis Franciſci de Cuenca. Cæſarauguſtæ 1644.

F. IOSEPHUS OLIVA, Barcinonenſis, ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula veſpertinus theologiæ profeſſor, edidit:

Gem-

Gemmea Analoga ab Angelici Doctoris Thomæ ſchola gemmata. Barcinone apud Petrum Joannem Dexen 1646. in 4.

IOSEPHUS DEL OLMO, alias IOSEPHUS VINCENTIUS, Valentinus, inquiſitoribus Apoſtolicis hujus regni a ſecretis, varia doctrina perpolitus, laudatur ex opere quodam, cui inſcripſit:

Lithologia o explicacion de las piedras, ſortijas, antiguedades halladas en las cavas que ſe abrieron para los fundamentos de la Capilla de Nueſtra Señora de los Deſamparados de Valencia. Valentiæ 1653. 4.

IOSEPHUS DE OLZINA, gente Catalanus, patria Barcinonenſis, ſacerdos Societatis Jeſu, vertit ex Italico in vernaculum ſermonem:

La Vida del Venerable Padre Juan Berckmans de la Compañia de Jeſus. Valentiæ editam 1633. in 4. Laudatur quoque ejus:

De Immaculata Conceptione B. Virginis pro ejus ultima diffinitione tractatus. Barcinone 1653. in 4. Et:

In octo Libros Phyſicorum alius. Item:

Inſtitutionum Oratoriarum libri IV. iterum Barcinone 1652. in 4.

IOSEPHUS DE ORMAZA, Salmantinus, Jeſuita, Regius eccleſiaſtes, opus concionatorium atque diſertum edidit ita inſcriptum:

Grano del Evangelio en la tierra virgen Chriſto, ſeminario de toda enſeñanza: duobus tomis. Matriti apud Pauli del Val heredes 1667. in folio.

Teſauro Manual en el Conde Manuel Theſauro. Primera Parte. Genealogia de Chriſto Salvador derivada por las edades del mundo. Latino-Caſtellano, con Scholios &c. *Segunda Parte en que por todos los capitulos del Nuevo y Viejo Teſtamento ſe excitan las queſtiones principales, con citas a los autores que mejor las tratan.* Matriti apud viduam Franciſci Nieto 1674. in 4.

Sermones diferentes. Matriti typis Regiis 1671. 4.

Cenſuram Eloquentiæ: tacito nomine. Cæſarauguſtæ 1648.

D. IOSEPHUS PALAFOX, Aragonenſis, nobili familia progenitus, Philippo III. Regi Catholico, a ſacris, Cæſarauguſtanæ eccleſiæ, poſt ſæcularizationem ut vocant a Clemente Papa VIII. obtentam, primus canonicus Magiſtralis. Si Lanuzæ fides adhibenda eſt referenti in *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Regni Aragoniæ* libro ultimo, cap. XLVII. cum viveret elaborata habebat *Catenam Bibliæ*, hoc eſt, interpretationem librorum omnium ſacrorum ex Sanctis Patribus utriuſque linguæ; *Collationum* quoque *& ſimilitudinum Sacræ Scripturæ* quinque tomos; *Locos communes per Alphabetum*, quinque tomis; *Sacrorum Bibliorum Paralella*; item *Conceptus Evangelicos*: quorum nil hactenus vidiſſe lucem credimus.

D. IOSEPHUS PELLIZER DE SALAS (alias OSSAU) de TOVAR, Divi Jacobi eques, die XXII. Aprilis anni MDCII. Cæſarauguſtæ Antonio patre fuit ſuſceptus, Matriti vero in curia a teneris annis uſque ad hunc diem fere manſit; excepto quod in gymnaſio Complutenſi philoſophiæ, in Salmantino inde juris profeſſoribus ſolemni temporis intervallo erudiendum ſe dedit, humanioribus diſciplinis Matriti jam abunde inſtructus. Præ harum ſtudio, ad quod natura ipſa eum rapiebat, cetera omnia voluit poſthabita cum ad eligendam ſibi profeſſionis conditionem juſta ætas & ſui juris ingenium perpulit. Imprimis univerſalem, multoque magis particularem, noſtræ gentis hiſtoriam accuratiſſime legit, res obſervavit, notavit homines, atque omnibus iſtis aliunde lucem, hoc eſt, a peregrinis quandoque hiſtoriis, ſæpiuſque ab antiquis veterum factorum monumentis, quæ in chartulariis publicis & privatis non cuique obvia ſunt, lucem immiſit. Genealogicam rem curioſiſſime a ſe indagatam, ingenioſiſſimeque diſcuſſam, pluribus editis lucubrationibus, promovit plurimum. Qua tamen cognitione familiis non paucis vetuſtatem ſplendoremque vindicavit, nemini autem ſciens detraxit. Poeſim amat, cui & non paucas olim impendit horas, maxime in juventute; ſic tamen ut in pangendo carmine pluſquam natura valere ingenio apud quoſdam cenſeatur. Sed ab hac re laudem nec affectaſſe is, neque ſpreviſſe, mihi videtur, contentus in fonte hujus etiam eloquentiæ metricæ, non in exſolutæ numeris ac pede liberæ tantum, labia proluiſſe. Hæc viri fama, tot jam retro annis eruditarum vigiliarum editione poſteros cogitantis, Philippo IV. Regi magno perſuaſit ad archichronographi Regii munus ei conferendum, quo ſeſe dignum tot librorum numero, quos typis jam ſubjecit, & ſi neceſſarii ſumptus ſuppeditabuntur propediem ſubjiciet, non ægre oſtendit. Sane ego, adulationis ſuſpicionem evitare cupiens, temperavi laudes amici & viventis; famæque viri & operum ejus mentioni, jam ſubjungendæ, laudationis partes committere idoneum magis atque æquum exiſtimavi. Ex his Latinum edidiſſe dicitur olim opuſculum, dum Salmanticæ juris ſtudio ſe exerceret, nempe:

Apophasim de Protectoribus & Præpositis. Anno 1622.

Interpretationem latinam cum notis propriis *Tacticæ Constantini Porphyrogennetæ* : e Græco auctoris eum fecisse Joannes Ludovicus la Cerda , vir eruditione sua bene clarus, dum approbaret ex munere librum *Historiæ Phœnicis* , de quo mox dicemus , notum omnibus voluit.

Hispane cetera fere loquuntur , quorum ipse catalogum typis dedit usque ad annum MDCLVI. hoc ordine:

Historia de Argenis y Poliarcho , I. Parte: ex Joannis Barclaii Latina. Matriti 1626. in 4. quam continuavit scribens:

Argenis continuada. Hispali.

Poema del Fenix : ad imitationem Claudiani , cui deinde illustrando adjunxit:

La Historia natural del Fenix. Matriti 1630. in 8. Quæ Gallice vertit N. de Hautin.

Defensa de la venida del glorioso Apostol Santiago a España. Matriti 1628. & 1630. Alterum opus ejusdem argumenti est:

Predicacion y venida del Apostol Santiago en España. 1637.

Hymno a la Resurreccion de Christo Señor nuestro. Matriti 1630.

Lecciones solemnes a las Obras de D. Luis de Gongora. Matriti 1630. in 4.

Glosa al Epigrama del Señor Infante Don Carlos que comienza : O rompa ya el silencio el dolor mio. La Glosa consta de 1500. versos. Ibidem 1631.

Amphiteatro de Felipe el Grande : sive collectionem carminum de venatione Philippi in amphiteatro palatino. Ibidem 1631.

Panegyrico de la Casa de Velasco. Ibidem 1631.

Pyra Augusta ; Oracion funebre en la muerte del Infante Don Carlos. Ibidem 1632.

Obras de Anastasio Pantaleon. Prodire hæc ibidem curavit anno 1634.

Fama posthuma del Maestro Fr. Hortensio Felix Paravicino Predicador de su Magestad. Ibidem 1634.

Panegyrico y descripcion del Palacio real del Buen retiro. Ibidem 1635.

Epitafio y urna sacra o Panegyrico funeral a la muerte de Frei Lope Felix de Vega Carpio. Ibidem 1635. Edita sunt cum *Fama posthuma* ejusdem *Lupi.*

Defensa de España contra las calumnias de Francia , y respuesta al Manifiesto con que el Rey Christianisimo rompió la guerra : ad Urbanum VIII. P. M. Ibidem , seu Venetiis ut apparet , 1635. in 8.

Diptychon Toletanum , sive Archiepiscoporum Toletanorum memoria. Anno 1637. Quod opus laudat D. Franciscus de Roxas , comes de Mora , in *Historia* sua *Toletana.*

El Marmol triunfal a la gran victoria de Fuenterabia. 1638.

Constancia Christiana en el valido : ad comitem ducem Olivarum. 1638.

Pyramide Baptismal en el Bautismo de la Serenissima Infanta D. Maria Teresa. 1638.

Exortacion a la Paz : ad cardinalem Richelium. 1638.

El Embaxador Chimerico , y contracifra de sus designios : sive de confœderationibus Regis Galliarum. 1639.

Idea de la Comedia de Castilla. 1639. Sive oratio funebris in morte Joannis Perez de Montalvan , quæ extat in hujus *Fama posthuma.*

Obras de Q. Septimio Florente Tertulliano. I. Parte , con version parafrastica y argumentos Castellanos , quinque nempe librorum: *De Testimonio Animæ ; Ad Scapulam ; Ad Martyres ; De Patientia* ; & *De ornatu mulierum.* Barcinone 1639. Alteram & tertiam partes in eadem urbe fuisse ad editionem paratas affirmat ipse auctor.

El Anti-Catolico de estado , y lagrimas de Europa por las confederaciones de Catolicos con hereges : sive responsio ad Jeremiæ Ferreri Galli *Catholicum Status.* Barcinone anno 1639.

El Comercio impedido por los enemigos ocultos de la Monarquia. Matriti 1639. & Hispali.

El Seiano Germanico ; Historia de la conjuracion y muerte del Duque de Fritland. 1639.

La Astrea Saphica ; en que se recopilan los mas principales sucesos de este Reynado: scilicet Philippi IV. Anno 1640. Item Cæsaraugustæ.

Virtudes y vida espiritual del Emperador Ferdinando Segundo. Cæsaraugustæ 1640. in 8.

Sucession de los Reynos de Portugal : sive pro justo Regis Portugalliæ titulo in familia Austriaco-Hispana. Lucronii 1640.

Fama Austriaca : adversus Scipionem Dupleix , Gallum chronographum , qui negavit originem hujus augustissimæ familiæ a Pharamundo , Francorum Rege. 1641.

Idea del Principado de Cataluña ; Recopilacion de sus movimientos antiguos y modernos , y examen de sus privilegios. Antuerpiæ 1642. in 8. sive responsio ad *Proclamationem Catholicam Principatus Cataloniæ.* Adversus hunc librum e Catalonia exierunt *El Manifiesto de la fidelidad Catalana , y la integridad Francesa* , auctore Francisco Marti & Viladamor , anno 1646. editum ; & alter incerti inscriptus liber *La Ingenuidad Catalana.* Barcinone 1649.

De Prætensa Lege Regia in Cataloniæ Principatu brevis Dissertatio. 1641.

Ma-

Manifiesto y Justificacion de los Coligados Principes de la Paz. 1641. Tractatus hic Latinus includitur in *Idea Cataloniæ*, vernaculus factus.

El Mapa Geografico de Cataluña con enmiendas y reparos al de Gerardo Mercator. 1643.

Relacion de las exequias reales, que su Magestad mandó hacer a los Soldados que murieron en la batalla de Lerida. 1643.

Justificacion del tratamiento igual con los Virreyes de Napoles y Sicilia pretendida por el Principe Duque de Montalto. 1644.

Memorial por el Vizconde de Rocaberti Conde de Peralada D. Ramon Dalmau. 1645.

Informe por el Conde D. Miguel de Noroña sobre la pretension del Condado de Gijon. 1645.

Modo antiguo de armar Cavalleros, y sus diferencias. 1645.

Casa y linage de los Condes de Torresvedras del apellido de Suarez de Alarcon. Anno 1646.

Chronologia de las obras y escritos de S. Agustin. 1647.

Memorial de la calidad y servicios de Don Joseph de Saavedra, Marques de Ribas. 1647.

Memorial de la calidad y servicios de los Señores de la Isla de Fuerteventura en las Canarias, del apellido de Saavedra. 1647.

Motivos en que las ciudades obedientes del Principado de Cataluña fundan la pretension de la Plaza de capa y espada que ocupe sugeto de la provincia en el supremo Consejo de Aragon. 1648.

Memorial de la calidad y servicios de D. Francisco Velazquez Minaia. 1648.

Justificacion de la Grandeza y cobertura de primera clase en la casa y persona del Marques de Priego. 1649. Obtinuit in causa, ut ex declaratione seu Regio diplomate XXIII. Aprilis 1656. constat.

Memorial de la Casa y servicios de Don Andres Velazquez de Velasco Señor de Villavaquerin, Conde de Escalante. 1649.

Memorial de la Casa de Fonseca, y Marqueses de la Lapilla. 1649.

Memorial de la calidad y servicios de Don Blasco de Alagon y Arborea, Marques de Villasor y Conde de Monte Santo en el Reyno de Cerdeña. Anno 1649.

Historia genealogica de la gran casa de Alagon. 1649. Est prima pars.

Mision Evangelica del reyno del Congo. 1649.

Memorial de la calidad y servicios de Don Andres Felix de Fonseca Velez de Medrano, y Doña Maria Felipa de Fonseca su muger, Marquesés de la Lapilla. 1649.

Memorial de la calidad y servicios de Don Alonso Martel y Vargas Cavallero del Orden de Santiago, Señor de Almonaster, y Cavallerizo de la Reyna. 1649.

Memorial de la calidad y servicios de Garci Lopez de Chaves, Señor de la Casa de Chaves y despues Marques de Cardeñosa. 1650.

Alma de la gloria de España, epithalamio en las reales bodas del Rey D. Felipe IV. y la Serenisima Reyna D. Maria Ana de Austria. Matriti 1650. in 4.

Memorias genealogicas de la Casa y linage de Segovia. 1651.

Memorial de la calidad y servicios de Don Juan de Saavedra Alvarado Señor de Poveda y Moscoso. 1651.

Memorial por el Conde y Casa de Oñate en el pleito de la Villa de Oñate. 1651.

Arbol genealogico de la Casa de Alagon y sus ramas. 1651.

Memorial de la noble y antigua Casa Cabeza-de-Vaca. 1652.

Memorial de la calidad y servicios del General D. Facundo Andres Cabeza-de-Vaca Señor de Vallezillo. 1654.

Memorial por D. Jaime Fernandez Duque y Señor de Hijar, Duque de Lezara, Duque de Aliaga, Conde de Belchite y de Castellot, Gentilhombre de la Camara del Rey por la merced de la Dignidad de Camarlengo de la Corona de Aragon. 1654. Hanc obtinuit ex decreto Regio publicatam x. Januarii MDCLV.

Distincion de las dos Monarquias de Babilonia y de Asyria, y tiempo en que que se unieron. 1655.

Ilustracion a una medalla o moneda del glorioso Martyr S. Lorenzo. 1655.

Antiguedad de la Villa de Sallent cabeza de Val-de-Tena en las montañas de Jaca antes del Imperio de Antonino Pio. 1656.

Memorial de la calidad y servicios de D. Claudio Francisco de Gran-mont, Consejero de Capa y Espada en el Supremo Parlamento de Borgoña. 1656.

Version parafrastica Castellana al libro del Palio de Tertulliano. 1657.

Dipthyca, o Catalogo de los Obispos de la Santa Iglesia de Urgel: quem ab eo habuit ut quinto *Hispani Martyrologii* volumini ad Octobris diem tertium insereret D. Joannes Tamajus Salazarius, ejus auctor. 1658.

Epithalamio a las Bodas de D. Gaspar Juan Alfonso Perez de Guzman, y Doña Antonia de Haro Condes de Niebla, y despues Duques de Medina Sidonia. 1658. prorsa oratione.

Memorial de los servicios de la Casa Osorio del Mayorazgo de Villasandino en el Adelantamiento de Burgos. 1659.

Me-

Memorial de la calidad y servicios de Don Francisco Manuel Portocarrero, Señor de la Villa de Cheles. 1660.

Memorial de los Duques de Medina Celi y de Montalto, pidiendo naturaleza en Castilla para sus sobrinos, a los Reynos juntos en Cortes. 1660.

Memorial por la Grandeza y cobertura de D. Diego de Benavides y de la Cueva, Conde de Santistevan, Marques de Solera, Cabdillo mayor del Reyno de Jaen. 1660.

Memorial de la calidad y servicios de Don Mario Platti, hijo y hermano de los Condes de Carpignano en el Estado de Milan. 1661.

Memorial de los servicios de la Casa de D. Christoval Portocarrero de Luna y Henriquez de Almansa, Conde del Montijo, Conde de Fuentidueña, Marques de Valderabano, Capitan de la Guardia Real de los cien continuos Hijosdalgo de Castilla. 1661.

Memorial de la calidad y servicios de Don Fernando Carrillo Manuel, Vizconde de Alva de Tajo, Gentilhombre de la Camara del Serenisimo Señor D. Juan de Austria. 1661.

Linea de la Baronia que se conserva de Doña Maria de Cardenas, Condesa que fue de Miranda, hermana entera de D. Diego de Cardenas primer Duque de Maqueda. 1661.

Certificacion de la decendencia de D. Pedro Ruiz Sarmiento de Villamayor, Adelantado mayor de Galicia, hasta nuestros tiempos. 1662.

Informe del origen, antiguedad, calidad, y succesion de la Excelentisima Casa de Sarmiento de Villamayor. 1663.

Memorial por D. Diego de Zuñiga, Octavo Conde de Miranda, quarto Duque de Peñaranda, por la Declaracion de la Grandeza de primera clase. 1663.

Dulcidii Presbyteri Toletani atque Episcopi Salmanticensis Chronicon. 1663. in 4. Matriti. Quod idem existimat cum eo, cujus sæpe meminere Ambrosius Morales sub titulo *Chronici Albeldensis*, atque alias *Annalium Complutensium*; alii vero sub nomine *Chronici Emilianensis*.

Memorial de D. Fernando de los Rios y Argote Señor de la Villa de Miranda veinte y quatro de Cordova. 1665.

Genealogia de la Casa de Avellaneda procedida de los Señores de Vizcaya. 1667. 4.

Justificacion de la Grandeza y cobertura de primera clase en la Casa y persona de D. Fernando de Zuñiga, noveno Conde de Miranda, quinto Duque de Peñaranda. Huic justi voluminis commentario inter alia ejusdem argumenti adjunguntur:

Las Actas originales Latinas de la Translacion de los Sagrados Cuerpos de las Santas Virgines y Martyres Nunilo y Alodia al Monasterio de S. Salvador de Leyre. Ex codice Santorali antiquissimo, qui adservatur in bibliotheca D. Joannis Luci Cortesii, Hispalensis, quibus actis auctor animadversiones seu scholia utilissima subjecit. Hujus memorialis anno 1670. compendium, seu recopilationem ut vocant quamdam fecit.

El Libro Primero de las Antiguedades de España, que escribió D. Lorenzo de Padilla, Arcediano de Ronda en la Iglesia de Malaga y Coronista del Emperador y Rey D. Carlos: cum præfatione erudita. Valentiæ 1669. in 12. dum reliqua historiæ prodeunt. Extat penes eumdem D. Joannem Lucam Cortesium.

El libro primero del Poema de la Purisima Concepcion de Nuestra Señora. 1669.

Memorial de la calidad y servicios de Don Christoval Alfonso de Solis Henriquez septimo Adelantado de Iucatan Señor de la Casa y Estado de Solis en la Ciudad de Salamanca. 1670.

Memorial por la Grandeza pretendida por D. Felipe Balthasar de Gante, Principe y Conde de Isinghien, Cavallero del Orden del Toyson de Oro, Gobernador y Capitan General del Ducado de Gheldres. 1670.

Memorial de la calidad y servicios de Don Fernando de Guillamas. 1670.

Memorial de la calidad y servicios de Don Alonso Verdugo de Albornoz y Sotomayor Cavallero del Orden de Alcantara, sobrino, y heredero de la Casa y servicios del Cardenal D. Gil de Albornoz. 1671.

Memorial de la calidad y servicios de Don Pedro Francisco de Ovando, Castrejon, Rol de la Cerda y Mendoza, Marques de Camarena. 1671.

Historia de los Condes de Castilla. MS. apud se habere docet nos in libro cui titulus *Maximo distinguido de Marco* &c. secundæ partis, fol. 30.

Aparato a la Monarquia antigua de España. Quem præponere *Historiæ* seu *Annalibus Hispaniæ*, controversiarum & quæstionum, quæ in tam antiquis rebus gestis necessario agitanda sunt, examinatorem ac decissorem satius duxit quam ut locis quæque suis inserta historiæ filum cum lectorum tædio interrumperent. Hæc prima pars est hujus Apparatus, quæ octo libros continet; sequentur aliæ duæ, secunda octo aliis libris, tertiaque novem comprehensa.

Maximo Obispo de Zaragoza distinguido de Marco Monge del Casino: tribus libris..... 1671. in 4.

Maximo distinguido de Marco, Segunda Parte. Valentiæ apud Benedictum Mace 1675. in 4.

Maximo distinguido de Marco, Tercera

Par-

Parte. Barcinone 1667. in 8. adversus *Diatribem Chronologicam de vero anno transitus S. Benedicti*, auctore Fr..... Quintanilla ordinis Benedictini.

Memorial de la calidad y servicios de la Casa de D. Alvaro Francisco de Ulloa, Golfin y Chaves, Cavallero de Alcantara, Señor del Castillejo. In quo bene magna pars nobilium Estremaduræ familiarum continetur. Matriti 1675.

Memorial de la calidad y servicios de Don Sancho Abarca de Herrera, Guzman y Luna, Señor de las Baronias de Garci-pollera en Aragon. 1671.

Memorial de la calidad y servicios de Don Juan Velazquez de la Cueva y Hinestrosa, Cavallero del Orden de Santiago, y Cavallerizo de la Reyna nuestra Señora.

Bibliotheca formada de los Libros, y obras publicadas de D. Joseph Pellizer de Ossau y Tobar, Cavallero del Orden de Santiago, Señor de las Casas de Pellizer y de Ossau, del Consejo de su Magestad, y su Coronista de España. Adjungitur: *El Apendice de muchas que no estan impresas, y el Catalogo de los Escritores que hablan de ellas o contra ellas dentro, y fuera de España.* Valentiæ apud Hieronymum de Villagrassa 1671. in 8. Cui *Supplementum* accessisse, cum res ipsa clamat, tum fatetur ipse in libro, cui titulus *Trofeo de la verdad de la Historia*, anno 1676. ibidem publicato.

Vida de S. Oriencio Obispo de Aux, con la averiguacion de su verdadera patria.

Vida de D. Fernando de Alarcon: lib. I. At hæc ab Antonio Suarez de Alarcon, marchionis de Trocifal filio, edita in lucem prodiit.

Demonstracion de los Tiempos, y Annales de la Iglesia, y del Mundo desde su creacion hasta el Nacimiento de Christo. Laudat hoc suum opus in 3. parte operis de *Maximo & Marco*, fol. 8.

Monarquia de los Godos desde su origen hasta su entrada en España.

Estoque Real de Castilla en la Casa de los Condes de Oropesa. Adservatur MS. penes excellentissimum comitem, exemplumque hujus penes auctorem.

Chronica de la Grande y antigua Casa de Tovar y sus Ramas.

Cadena Historial, o Historia de las Historias del Mundo: hoc est, seriem historiarum, quo quæque loco sit legenda.

Chronica de las Casas unidas en la de los Condes de Santistevan, hoc est, *de Fines, Biedma, Benavides, Cueva, Davila, & Corella.*

Tablas Genealogicas de la succesion que ha quedado de varon en varon del Señor Rey D. Henrique Segundo de Castilla.

Succesion de la Casa Real de los Señores Reyes de Napoles, descendientes del Señor Rey D. Alonso el V. de Aragon: instante ad opus Hieronymo, cardinali Columna, dum pro deducenda ad sponsum Leopoldum Cæsarem Margarita Austriaca, Philippi IV. filia, Matritum venisset.

Memorial de la calidad y servicios de la Casa de los Marqueses de Cerralvo.

Origen y succesion de la Gran Casa de Manrique de Lara, y distincion de sus Ramas.

Succesion de la Casa de Craon de la qual se deriva la de Centellas en España.

Genealogia de la Casa de los Marqueses de Montaos del apellido de Bermudez de Castro.

Chronica de la Gran Casa de Sarmiento de Villamayor con las unidas a ella con diversos Estados, y las Ramas que proceden de la Troncal de los Condes de Salinas.

Chronica de la Gran Casa de Zuñiga derivada dos veces de la Real de Navarra, con las lineas de Grandes y Titulos, que se derivan de la Casa Troncal de los Duques de Bejar.

Varonia legitima de D. Gutierre de Sotomayor Maestre de Alcantara, Progenitor de los Condes de Belalcazar.

Memorial por la Casa de los Salazares. Quod sub nomine Roderici de Salazar y Moscoso editum fuit, cujus rei auctor mihi est Didacus Josephus Dormer in libro suo ita inscripto: *S. Laurencio defendido en Huesca.*

Genealogia de la Casa de los Marqueses de Baden, procedida de la Serenisima de los Condes de Habsburg de Varon en Varon.

Historia de la Apostolica Iglesia del Señor Sant-Iago: instante D. Ferdinando de Andrade & Sotomayor, ejus ecclesiæ archipræsule.

Alabanza perenne del Santisimo Sacramento en la Santa Iglesia Cathedral de Lugo.

Tratado de los Diezmos concedidos por los Reyes Catholicos de España a las Santas Iglesias Catedrales de sus Reynos.

Defensa de la Patria de la Gloriosa Santa Orosia, y descripcion de las dos Aquitanias primera y segunda. Responsio est *a la Disertacion de la Patria de Santa Eurosia* D. Joannis Tamaio a Salazar.

Triunfo del Glorioso Santo Thomas de Villanueva Arzobispo de Valencia en Madrid. Descriptio est festi ejus solemnis canonizationis, Matriti celebrati.

Catalogo de las Sagradas Reliquias que se conservan en el Real Monasterio de las Descalzas Reales de Madrid.

De la legitimidad del Rey D. Ramiro I. de Aragon. Meminit in *Bibliotheca*, fol. 121.

Historia de los Señores de Vizcaya: MS. cu-

cujus ipse auctor meminit in *Informatione Familiæ de Sarmiento*, fol. 74. Eadem an diversa sit:

Historia genealogica de la Casa de Haro, quam ipse ait in libro *de la Casa y familia de Alagon*, fol. 54. editioni se paratam habere, nullus scio. Stemmata nobilissimarum aliarum familiarum descripsit variis in libris, principes viros, quibus eos nuncupavit, appellans, ut pote Guzmanorum in dedicatoria epistola *Constantiæ Christianæ*; Toletanorum domus de Oropesa in dedicatoria *Del Embaxador Chimerico*; Moncadarum marchionum de Aytona in *Anti-Catholico status*; Borgiarum Gandiæ ducum in *Seiani Germanici*; de Ataide comitum de Castanheira in *Famæ Austriacæ*. Quorum omnium librorum in schedis asservatorum seriem ipse auctor in dicta *Bibliotheca* meminit. Subrepta sibi fuisse ibidem ait:

Comentarios de los Titulos y Ditados Reales del Rey Nuestro Señor.

Historia o Epica Griega de Leucippe y Clitophonte de Achiles Tatio: ex Latina versione Annibalis Croccii, Mediolanensis. Carmina omnia a se scripta, quæ ex parte edita sunt, habere se novem voluminibus, quibus totidem musarum nomina indidit, distributa idem testatur in eadem *Bibliotheca*, fol. 150. Edita sunt:

El Poema de Lucrecia, en trescientas y cincuenta coplas. 1622.

El Rapto de Ganimedes, en ciento y veinte coplas. 1624.

Los quatro libros primeros de la Eneida de Virgilio, en quatro Romances de a cien coplas cada uno. 1624.

Panegyrico al Rey D. Felipe IV. en cien coplas. 1627.

Ultima linea de la vida, y avisos para la muerte en tres Romances. 1630.

Melpomene o Lamentacion Tragica en el Incendio de la Real Plaza de Madrid, en trescientos tercetos. 1631.

Aspidio Rey o Principe de los Aragones vencido y preso por Leovigildo en un Romance de cien coplas. 1664. Et iterum in *Bibliotheca*, fol. 78.

Theron Rey antiguo de España. 1669. Cui poematio, in *Bibliotheca* iterum edito, quasdam animadversiones historicas appendit.

Historia de Orisson el Grande, Monarca de las Españas, Romance: ex Diodoro Siculo & Joanne Tzetze 1660. Iterumque in *Bibliotheca*, fol. 92.

Los Annales de la Monarquia de las Españas despues de su perdida: cujus operis non ultra novem libros edidit morte occupatus; nec ii ultra Alfonsi, cognomento Casti, extenduntur initium. Publicatum fuit opus Matriti 1680. fol. una cum:

El Lirio, Hymen nupcial en las Bodas de los Reyes Nuestros Señores D. Carlos II. con Doña Maria Luisa de Borbon. Apud Franciscum Sanz. Promisserat se editurum:

Manethon de Diospolis distinto del falso Manethon de Viterbo.

Amphiteatro del Honor, adversus calumniatores sui nominis & scriptorum: cujus meminit in *Maximi* duplicis altera parte in fine, & tertia parte fol. 73. Sed virum infatigabilem, libris etiam & edendis in lucem aliis suorum studiorum monumentis impense addictum, cum sextum supra septuagessimum aut circiter ætatis annum ageret, mors opressit die XVI. Decembris anni MDCLXXIX. Cujus cadaver e proxima domo in cœnobium Carmelitarum Excalceatorum exportatum fuit Matriti.

Non difficile est causam invenire ob quam Josephus noster tot vigilias impenderit privatorum negotiis promovendis. Viro neutiquam locupleti faciebant ipsi animos ad studia, præstabant editionis impensas, quorum defectu publica alia, & majoris molis opera, latere adhuc apud auctorem, quorum ipse fidem facit, & nos aliquam partem vidimus, credere par est. Nempe in catalogo operum jam laudato, & in *Bibliotheca* suorum librorum, ait se inedita servare sequentia:

Annales ecclesiasticos y seglares de España: duodecim non minus voluminibus. Cujus magni operis pars illa, quæ antiquitates & origines gentis nostræ inquirit, veraque aut verisimilia discernit a Berosianis & similibus fabulis, jam sudat sub Matritensi quodam prelo.

Historia de la Augustisima Casa de Austria: quatuor voluminibus.

Teatro genealogico de los Reyes, Grandes, Titulos, y Señores de Vasallos de Castilla, Aragon, Valencia, Navarra, Portugal y Cataluña: quatuor aliis voluminibus.

La Proenza Aragonesa, derechos del Rey Nuestro Señor, como Rey de Aragon, a la Proenza.

La Fee Francesa con todos los Principes y Potentados de Europa.

El Poema de la Inmaculada Concepcion de Nuestra Señora, en veinte libros, y dos mil octavas: cujus specimen operis dedit duodecimum ejus librum, typis subjiciens anno 1653. Matriti.

Eudon el Grande, Duque de Aquitania: sive de rebus ab eo gestis.

IOSEPHUS PEREIRA DE MACEDO, Lusitanus eques, Conimbricensis, scripsit Castellæ sermone:

Vi-

Vida de D. Luis de Atayde III. Conde de Atouguia Virrey de la India. Matriti in 4. 1633.

F. IOSEPHUS PEREZ. . . . . Benedictinus, sacræ scientiæ magister in gymnasio inclyto urbis Salmanticæ, linguarum orientalium ut fama fert bene gnarus, ibidemque mathematicarum disciplinarum primarius professor, editioni parat:

De Scriptoribus ordinis Sancti Benedicti volumen justum. Necnon et:

Historiam ejusdem *ordinis* Latinam: tribus voluminibus in folio.

F. IOSEPHUS PIENTRE seu PINTRE, Burgensis, ordinis B. M. de Mercede, habebat superioribus annis parata luci publicæ, de quo auctorem laudare possum Petrum de Alba, testem oculatum, in *Militia Conceptionis*:

De Conceptione Virginis Mariæ dignissimæ Matris Dei opusculum, in quo nonnullæ clausulæ Thomisticæ ad examen reductæ aperiuntur. Edidisse tamen eum audio:

De Imperio B. Virginis Mariæ. 1665. in 4. Matriti. Opus Hispanum quod an aliud ab illo sit ignoro.

Meditationes item *quotidianas*. Necnon et:

Viridarium Marianum.

De Confessariis sollicitantibus tractatus. Prodiit Matriti anno 1676. in 4.

D. IOSEPHUS PIZARRO, scripsit:

Prendas del Soldado. Toleti anno 1649.

IOSEPHUS POZUELO, Aragonius, scripsit:

De Institutione Tabellionum secundum Foros Aragoniæ. Cæsaraugustæ anno 1589. in 4.

IOSEPHUS RAMON, Catalanus, jurisconsultus, in Barcinonensi schola utrumque jus, & canonicum & imperiale, interpretatus est, ediditque, advocatus cum esset in eadem urbe:

Consiliorum, una cum sententiis & Decisionibus audientiæ Regiæ Barcinonensis, sive Principatus Cataloniæ, I. volumen. Barcinone apud Stephanum Liberos 1628. in folio.

IOSEPHUS ROCAFULL, Valentinus (gente an domo?) metropolitanæ hujus urbis regni principis ecclesiæ primus ut vocant præpositus, atque in ejusdem academia professor sacræ theologiæ & procancellarius, scripsit, ediditque hactenus:

Totius theologiæ moralis praxim: tribus tomis. Primus prodiit Valentiæ 1648. in folio, secundus ibidem anno sequenti, tertium nondum vidimus.

F. IOSEPHUS RODRIGUEZ, ordinis Sanctissimæ Trinitatis, sacræ theologiæ præsentatus, scripsit:

Sacro y solemne Novenario, publicas y lucidas fiestas que hizo el Real Convento de Nuestra Señora del Remedio de la ciudad de Valencia a sus dos Patriarcas gloriosos San Juan de Mata y San Felix de Valois por la felice declaracion que de su antigua santidad hizo Alexandro VII. Valentiæ 1669. apud Benedictum Mace, in 4.

F. IOSEPHUS ROSELL, Barcinonensis, Joannis Francisci filius, doctoris medici ejusdem urbis, qui commentatus est in *Galeni de Differentiis & caussis morborum libros*, Carthusianus monachus cœnobii Montealegre nuncupati prope Barcinonem, scripsit:

Tractatum, sive praxim deponendi conscientiam in dubiis, & scrupulis circa casus morales occurrentibus. Lugduni sumptibus Philippi Borde & sociorum 1660. in 8.

IOSEPHUS RUIZ DE ALTABLE, presbyter, edidit:

Historia de la milagrosa Imagen de Nuestra Señora del Buen Suceso de Madrid. Matriti 1641. in 8.

F. IOSEPHUS SAENZ DE AGUIRRE, Lucroniensis, ordinis Sancti Benedicti, sacræ theologiæ magister Salmantinus philosophiæque, nunc quando hæc scribimus a cathedra Sancti Thomæ sacræ scientiæ professor, in collegio autem Sancti Vincentii ejusdem ordinis primarius olim studiorum præfectus, lectorque primarius, supremi rerum Fidei senatus patribus a consultationibus sive censuris theologicis, vir doctrina, eruditione facundiaque non mediocriter excultus, edidit:

Lauream theologiæ, sive ludos Salmantinos: quibus continentur certamina, partim scholastica, partim florulenta, quibus gradum sibi fecit more solito ad magisterium theologiæ in eadem academia. Salmanticæ 1668. folio.

Philosophiam Nou-antiquam, tribus voluminibus: in quo opere quidquid est rationalis, naturalis & transnaturalis, seu metaphisicæ philosophiæ olim traditum ab Aristotele & D. Thoma, noviter illustratur, & ab impugnationibus recentiorum vindicatur. Ibidem apud Lucam Perez 1672. 1673. & 1674. in folio. Primus tomus sic inscribitur:

Philosophia Novantiqua, seu disputationes in uni-

universam Physiologiam Aristotelis &c. 1672.

II. Philosophia Novantiqua &c. *continens ea, quæ expectant ad libros de Generatione, Cœlo, Anima, & Meteoris.* 1673.

III. Philosophia Rationalis Novantiqua, sive disputationes selectæ in Logicam & Metaphisicam Aristotelis. 1675.

Philosophiam morum, duobus voluminibus in folio: quorum prius continet *Literalem & scholasticum commentarium decem librorum Ethicorum Aristotelis ad Nicomachum*, ita inscriptum: *Philosophiam moralem ab Aristotele traditam decem libris Ethicorum ad Nicomachum perpetuo commentario literali & scholastico plenissime illustratam.* Salmanticæ apud Lucam Perez 1675. in folio; posterius vero *Dissertationes Ethicas in eosdem libros.*

Theologiam Sancti Anselmi dogmaticam & scholasticam commentariis, & disputationibus illustratam: cujus duo prodiere priores tomi Salmanticæ 1679. folio, & 1681. ex officina Lucæ Perez.

Auctoritatem infallibilem & summam Cathedræ Sancti Petri extra & supra Concilia quælibet, atque in totam Ecclesiam denuo stabilitam ex monumentis antiquitatis Christianæ, & perenni doctrina ac praxi sedis Apostolicæ per singula sæcula adversus declarationem nomine illustrissimi Cleri Gallicani editam Parisiis XIX. *Martii anni* MDCLXXXII. &c. Salmanticæ apud Lucam Perez 1683. in folio.

Parat integrum *Cursum theologiæ Novantiquæ tum dogmaticæ tum scholasticæ in libros Magistri Sententiarum.*

IOSEPHUS DE SALCEDO, Benedictinus monachus, atque abbas monasterii de Arlanza in Castella Vetere, nuncupavit Margaritæ Austriacæ, Hispaniarum Reginæ:

Historia del Conde Fernan Gonzalez y succesion suya hasta la Reyna Catolica Doña Margarita de Austria: quam libris 4. comprehensam vidit D. Thomas Tamajus. MS.

IOSEPHUS SALINAS, nescio quis, laudatur ex opere quodam:

De conscribendis epistolis. Cæsaraugustæ 1603. in 8.

IOSEPHUS SANCHEZ, scripsit:

Introduccion a las reglas del Breviario. Salmanticæ 1630.

F. IOSEPHUS DE SANCTA CRUZ, Franciscanus provinciæ Sancti Michaelis de Observantia, ejusque diffinitor, scripsit:

Historia de la Provincia de S. Miguel del orden Serafico de N. P. S. Francisco de la observancia. Quam laudat D. Josephus Pellicer, subjungens sub prelo esse anno 1671.

IOSEPHUS SANTOLARIA, Aragonensis, in patria Oscensi ecclesia canonicus & scholasticus, atque item in academia primarius tam sacrorum canonum quam juris Cæsarum interpres, in ecclesiis tum Ilerdensi tum Oscensi vicarius generalis vitam omnem suam docendo, magno cum fructu, & judicando laudabiliter contrivit. Obiitque tandem Jaccensis electus, seu a Rege nostro designatus, antistes, edidit quarumdam legum explanationem, hoc titulo:

Jurisconsultorum delecti judicii librum I. Oscæ apud Joannem Franciscum Larumbe 1644. in 4. Promisit jam ab eo tempore *secundum tertiumque*; necnon & *quartum* & *quintum subtilium juris*; *sextum* denique *pugnantium sententiarum, seu diversarum quæstionum juris.* Vidimus quoque nos in schedis suis factam spem editionis, absoluti jam a se commentariorum in titulum digestorum *De adquirenda hereditate*, in quibus, ait, continentur varii tractatus selectissimi utriusque jurisprudentiæ.

F. IOSEPHUS SERRANO, Catalanus, Ilerdensis, Carmelitarum sodalis, inter alia opera reliquit in cœnobio urbis Barcinonensis MSS.

In laudem B. M. Virginis sermones varios.

Obiisse anno MDCXVI. aut XVII. sciunt domestici.

IOSEPHUS SESSE, Aragonius origine, ex Laurentio Sesse & Hieronyma Pinnol Dertusæ Cataloniæ provinciæ ortus, Cæsaraugustam habuit in studiis rhetorum & philosophorum altricem, Ilerdam in jurisprudentiæ, qua etiam in schola ex auditore factus est aliorum ex cathedra institutor. Translatus inde ad simile docendi munus in Cæsaraugustam urbem, academia nuper auctam, dignum sese in paucis palam ostendit quem Rex Catholicus Philippus II. ad Justitiæ Aragonum, quæ regni curia est, judicum ordinem (lugartenientes vocant) eveheret, quo munere duodecim integris annis gesto, ad dicasterium, sive (uti vulgus loqui amat) audientiam Regiam, ejusdem Cæsaraugustanæ urbis, prius rerum criminalium, & aliquanto deinde civilium, a Philippo III. vocatus, tandem (qui summi honoris gradus hac via grassantibus non nisi electissimis trium regnorum, coronæ ut appellant Aragoniæ, viris patet) supremi Aragonicarum rerum senatus, qui Matriti in curia Regia jus dicunt, patrum numerum auxit. Ab hoc emanavit in magnam civium illius regni utilitatem, quotidianam fere materiem, quæ velu-

luti palladium est & fatalis focus Aragonensis politiæ, absque ullo adhuc doctore tractari ægre admodum ferentium:

Tractatus de inhibitionibus & exequutione privilegiata & guarentigia facienda, ac eadem in vim exceptionum, seu juris firmæ retardanda, hoc est, de moratorio judicio, ut locus detur iis, qui justitiæ Aragoniæ vice Regia judicantis opem implorant. Adjungitur in fine: *Consilium de Syndicatu*: in quo syndicatus materia exacte excutitur. Barcinone 1608. in folio. Francofurti 1615. apud Palthenium in folio.

Scripsit quoque & promulgavit:

Decisiones Sacri Senatus Regii & curiæ Domini justitiæ Aragonum: duobus tomis. Cæsaraugustæ 1611. & 1615. in folio. Francofurtique apud Joannem Bernerum 1619. in folio.

Ejus quoque est nostratis linguæ geographicum & historicum opus, scilicet:

Cosmografia general del mundo, y particular de la Tierra Santa. Cæsaraugustæ 1619. in 4.

F. IOSEPHUS DE SIGUENZA, sic appellatus a patria (hic enim Hieronymianorum mos est, inter quos religiosæ vitæ sacramentum dixit, eidem insigne quodam futuro tempore ornamentum allaturus) in Regia domo Sancti Laurentii Escurialensis, ut ajunt domestici, ad hunc ordinem admissus, cujus præfecturam bis ipse gessit, doctrina, eloquentia, urbanitate & prudentia, ceterisque animi dotibus, quæ virum religiosum & concionatorem Regium, quo honore censeri dignus fuit existimatus, maxime decent; æquales inter illius ætatis sic præcelluit ut, tam harum virtutum quam lucubrationum disertissimarum nomine, ad posterorum memoriam cum intermorituræ nunquam laudis commendatione sit perventurus. Ornatus enim officio celebrandi atque stilo digerendi res domesticas Hieronymum ipsum, quo patrono ac tutelari sacra Deo hæc lætatur familia, omnesque ejus res gestas, doctrinam, studiorum laudem, atque in ecclesiam merita eleganti sermone Hispano, atque eruditissimo commentario illustravit, adjutus ad polyglotti ac polyhistoris viri laudem stilo æquandam multiplici Hebraicæ atque orientalium linguarum peritia, qua onustum gerebat animum. Necnon historiam sui ordinis persequutus duxit ad suam ætatem, in qua miris modis Laurentio martyri sacræ domus Regia & magnificentissima constructio, cui Hieronymiani sodales inserviunt, vivis quasi coloribus rhetoricæ artis descripta emicat, ac lectores detinet. Vulgaris hæc utriusque operis nomenclatura:

Vida de S. Geronimo. Matriti apud Thomam Junti 1595. in 4.

Historia de la orden de S. Geronimo: duobus voluminibus. Matriti ex typographia Regia 1600. & 1605. in folio.

Ad alia ejus opera referre debemus quod in literis quibusdam Gabrielis de S. Hieronymo, ejusdem monasterii sodalis, Regiæque bibliothecæ custodis, annotatum vidimus, scilicet Nicolaum Matritensem, ejusdem præfectum (Legionensis est hoc tempore episcopus) anno MDCL. editioni præparasse (Gabrielis verba sunt) *Fr. Ioannis* (potius *Iosephi*) *de Siguenza, historicorum principis, ac nunquam satis laudati, monumenta præstantissima, ab omnibusque expetita.* Ex his est:

La Historia del Rey de los Reyes y Señor de los Señores Christo Señor nuestro: cujus aliquam partem vidimus MS. penes D. Didacum Josephum Dormer, Aragoniæ chronographum, amicum nostrum. Incipit cap. 1. *Declarase el titulo de la historia* &c. *No será mucho decir* &c.

Obiit diem suum in Escurialensi eadem domo, cum ei præesset.

IOSEPHUS DE SILVA, Hispalensis, theologus, supra ætatis captum liberalibus studiis expolitus, decimum octavum annum agens emisit foras ita inscriptum libellum:

Brillante escudo de la Deidad de Apolo sobre el capitulo XXXVIII. del Eclesiastico hasta el verso XV. en tres Dialogos: hoc est, de præstantia medicæ artis. Gadibus apud Ferdinandum Rey 1646. in 8.

F. IOSEPHUS SIMON DE PALLARES, Franciscanus, scripsit:

Guia espiritual. Valentiæ 1630. Lucas Waddingus.

F. IOSEPHUS DE SANCTO STEPHANO, sodalis Reformatus ordinis Sancti Augustini, dum regit cœnobium oppidi de Maqueda in Carpentanis emisit foras:

Vida y virtudes del Venerable Hermano Fr. Juan de la Madalena religioso lego de la misma orden. Hispali apud Joannem Mendez de Osuna 1662. in 4. Scripsit quoque:

Vida del Venerable Padre Fr. Justo del Spiritu Santo.

IOSEPHUS STEPHANUS, vulgo ESTEVE, Valentinus, cum ex patria, omnibus ibi disciplinis jam imbutus, adhæc forma insigni commendatus, Romam migrasset, in ore omnium & admiratione fuit, dum & legatorum Regiorum nomine nonnun-

nunquam ad purpuratorum patrum senatum, atque adeo senatus apicem Sixtum V. Papam, verba pro dignitate faceret; ab hoc scilicet Vestani episcopatus infulis decoratus XVII. Martii MDLXXXVI. cum alterum atque alterum eo jam tempore circa pontificiam majestatem ac potestatem opus foras magno plausu dedisset. Ante hoc tempus (quod ille ait in *Commentario De bello sacro*) philosophiam publice fuerat in Senarum urbe professus, & canonicum in Segobricensi ecclesia, una & operarum illius magistrum egerat, a quibus muneribus se in *De Potestate coactiva Summi Pontificis* libris appellat. Valentinæ quoque ecclesiæ decanus, indeque XII. Januarii MDXCII. Oriolanus antistes (civitas Origuela vulgo in Valentiæ regno est haud ignobilis) renuntiatur. Hoc munere auctus antiquis illustrandis ecclesiæ Patribus serio intendit animum, quædamque monumenta in vulgus edidit, quæ nulli non probantur, alia, si mors non intercessisset, æque docta & utilia deprompturus. Elenchus operum hic est:

De Adoratione Pontificum, pedum osculatione, gestatione & coronatione. Romæ 1579. in 8. Venetiisque eodem anno. Et Coloniæ 1580. in 8. apud Maternum Cholinum, una cum Joannis Delphini seu Delphii *De Potestate Pontificis & notis Ecclesiæ* libro.

De Potestate coactiva, quam Romanus Pontifex exercet in negotia sæcularia, liber primus: ex tribus scilicet quos argumento destinaverat, ad Sixtum V. P. M. Romæ 1586. in 4. apud Jacobum Tornerium & Bernardinum Donangeli.

De Episcopi in tempestate officio epistola ad Thomam Cardinalem Cajetanum.

Sacri Rosarii B. Mariæ Virginis ab Hæreticorum calumniis defensio, una cum misteriis & Bullis Romanorum Pontificum. Romæ apud Dominicum Bassam 1584. in 4.

Oratio habita Romæ nomine Joannis Fernandez de Velasco magni Castellæ comestabilis &c. *Philippi II. Regis Catholici Oratoris ad Sixtum V. Romanum Pontificem anno MDCXXXVI.* Romæ editam apud Joannem Martinellum 1587. in 4.

Orationem item *quam VI. Martii anni MDLXXXV. die Cinerum habuit coram Gregorio XIII. Papa & cardinalium Senatu.* Romæ editam a Bartholomæo Bonfadino. in 4.

De Luctu minuendo Collectanea ad Ludovicum de Torres utriusque signaturæ Referendarium. Romæ apud Nicolaum Piccolettum 1587. in 4.

Italice præ se fert Stephani nostri nuncupationem liber ita inscriptus:

Indulgentie della Vergine. Venetiis apud Bernardum Giunti 1587. in 4. Quam credo versionem esse Latini libri *De Rosario Deiparæ.* Hæc Romæ; quæ sequuntur in Hispania publicavit:

De Bello sacro religionis causa suscepto; ad libros Machabæorum commentarii: Clementi VIII. P. M. nuncupati. Prodiit nempe primus tomus dumtaxat, hoc est ad priora quatuor primi libri capita, Oriolæ in palatio episcopali 1603. in 4.

De dignitate & præeminentia Presbyterorum. Valentiæ in 4.

De unica religione disputatio, ad vetus dictum salus populi suprema lex esto: ad Philipum III. Hispaniarum Regem Catholicum.

In causa Henrici Borbonii ad episcopos & presbyteros, cæterosque catholicos regni Francorum Parænesis. Valentiæ typis Mey 1590. in 4. Antuerpiæ 1591. in 8. Interrupit mors opus, quo nihil in eo genere accuratius lectum iri fecerat, doctis hominibus, doctus ipse atque eruditissimus, solidam spem, scilicet:

Lexicon Ecclesiasticum vocum, phrasium, ac rituum veteris Ecclesiæ Catholicæ, e Græcis, Latinisque Patribus. Cujus fragmenta aliqua codex continet variorum MSS. ejusdem operum apud D. Petrum Valerium Diazium, Aragoniæ concilii senatorem.

Summarium quoque *de antiquis Valentini regni episcopis* laudare solet Gaspar Escolanus in ejusdem regni *Historia*, lib. VIII. cap. XV.

Denatum scimus ante diem X. Novembris anno MDCIV. quo die habuit in ecclesia Oriolensi, sponso viduata, successorem Andream Balaguerium, Albarrazinensem episcopum.

IOSEPHUS SUAREZ, Lusitanus, Cetobricensis, Jesuitarum ut credimus sodalis, edidit librum, cui titulus:

Cartapacio de...... Olisipone in 4. Et alia teste Fr. Emmanuele de Resurrectione in additionibus ad *Bibliothecam Lusitanam* Georgii Cardosi MS.

D. IOSEPHUS SUAREZ DE FIGUEROA, jurisconsultus, edidit:

De jure adhærendi librum, nisi fallimur editum anno 1666. aut circiter.

IOSEPHUS TAMAYO, Hispalensis natu, Societatis Jesu sacerdos, moralem theologiam docuit, atque in quibusdam Castellæ provinciæ collegiis rexit domesticos. Captus a Mauris, dum Italiam navigio peteret, duram, sed aliis Christianis captivis fructuosam, servitutem toleravit Algerii ac Tetua-

tuani. Diu ſequutus fuit D. Martinum Carrillo Alderete, tum Uxamæ, tum Granatæ harum eccleſiarum antiſtitem examinator ſynodalis. Compoſuit dum in captivitate eſſet vernacula lingua:

Paciencia de Job en entrambas fortunas. Granatæ editum opus 1647.

Tratado contra los errores de Immanuel Aboab Rabi de la Synagoga de Amſterdam en ſu libro intitulado legis mentalis quam Deus una cum ſcriptura tradidit Moiſi.

Latine vero:

Expoſitiones morales in Exaemeron: libris IV. comprehenſas. Lugduni 1663. in folio apud Boiſſard.

F. IOSEPHUS A SANCTA TERESIA, ex oppido Almanſa diœceſis Carthaginenſis, Granatæ dedit nomen Carmelitis, qui ſtrictiorem ſequuntur regulam. Poſt ſacræ Scripturæ profeſſionem cœnobiique Malacitani præfecturam chronographus ordinis ſui factus, totus nunc eſt in adornanda Sparta ſibi commiſſa, ediditque olim:

Tractatum de diſſinibilitate Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ Virginis. Giennii 1650. Cui deinde adjecit:

La Vida del Venerable P. Fr. Diego de Jeſus. Madriti 1669.

Paratum editioni nunc habet:

El tercero tomo de la hiſtoria de la reformacion: quo proſequitur Franciſci de Santa Maria primo & ſecundo volumine contentum opus, quartumque parat una cum *Floribus Carmeli*, ſive hiſtoria Sanctorum hujus ordinis. Debemus hanc, & aliorum Carmelitarum qui literis aliquid mandaverunt, notitiam huic auctori, ni fallimur; ejus namque opera deſcriptum fuiſſe eorum ſcriptorum catalogum, qui Romam nuper fuit miſſus, inſtante rever. P. F. Ludovico Perez de Caſtro, ſtudiorum in collegio Sanctæ Mariæ Tranſpontinæ præfecto, viro religioſiſſimo, doctiſſimo, ingenioſiſſimo, ac literariæ totius rei diligentiſſimo, nulla ratione ſubnixi dubitaremus.

F. IOSEPHUS DE TEXEIRA, Luſitanus, ordinis Prædicatorum, theologiæ profeſſor, ac Regis Luſitaniæ concionator. Partes ſequutus, diem ſuum obeunte Henrico, ejus Antonii, quem Philippus Rex II. Hiſpaniarum ab uſurpato fere jam regni illius ſolio dejecit, in Galliam una cum aliis, & Antonio ipſo, venit, quo in exilio ſcripſit:

De Portugalliæ ortu, regni initiis, denique de rebus a Regibus, univerſoque regno præclare geſtis compendium. Pariſiis apud Joannem Mettayer 1582. in 4. ſive de legitima Antonii pſeudo-Regis in Luſitaniam ſucceſione. Adverſus quem librum Eduardus Nonius a Leone publicavit *Cenſuras ſuas in libellum de Regum Portugalliæ origine* &c. quamtumvis ipſe Joſephus negaverit ſe ejus libelli auctorem Eduardo ipſi Nonio, captus a noſtris in navali ad Tertias ut vocant inſulas prælio, quo extincta fuit Antonii factio, Stephanoque Luſignano Cyprio, ejuſdem Dominicani ordinis, aliiſque, qui opem contuliſſent, adjudicaverit. Ejus quoque nomen præfert:

Exegeſis Genealogica, ſive explicatio arboris gentilitiæ Gallorum Regis Henrici IV. Navarræ III. hujus nominis, Regum XXXIX. ex hiſtoricis Latinis, Gallicis, Italicis, Caſtellanis, & Portugallenſibus delineata. Lugduni Batavorum 1592. apud Franciſcum Raphelengium in 4. Item:

Rerum ab Henrici Condæi Franciæ Protoprincipis majoribus geſtarum epitome: ejuſdem Henrici genealogiæ explicatio a Divo Ludovico per Borbonios atque ab Imbaldo Trimollio ad utrumque Henrici parentem repetitæ. Pariſiis 1598. in 8.

D. IOSEPHUS TORNER, Catalanus, juriſconſultus & cauſarum patronus, edidit:

Compendio de las grandezas y prerogativas de la caſa de los Vizcondes de Rocaberti. Anno 1651.

D. IOSEPHUS DE LA TORRE, ſcripſit:

Aciertos celebrados de la antiguedad. Cæſarauguſtæ 1654 in 8.

D. IOSEPHUS DE LA TORRE ET ORUMBELLA, Valentinus, atque ejuſdem regni principis eccleſiæ canonicus ut vocant Doctoralis, canonumque doctor, cum eſſet in corpore deputatorum uti appellant regni primus deputatus, occaſione uſus controverſiæ ſubortæ inter ſenatum urbis & capitulum eccleſiaſticum ſuper indictione rogationum, ſive ſupplicationum, quas vulgari verbo proceſſiones nuncupamus, doctiſſime hoc jus eccleſiæ aſſeruit ſenatu excluſo, ſcribens:

Diſertacion hiſtorico-juridica ſobre el derecho de indicir proceſiones, y otros actos eccleſiaſticos. Madriti apud Julianum de Paredes 1680. in folio.

IOSEPHUS DE VALDIVIESO, Toletanus, presbyter, Ferdinando Auſtriaco Hiſpaniæ Infanti, præſulique Toletano, a ſacris, ingenii elegantiam cum pietate ac morum probitate adeo feliciter conjunxit ut non alias niſi res ſacras comprehendere verſi-

ſibus potuiſſe aut voluiſſe videatur. Mira quippe ubertate & facilitate in argumentis piis uſus palam oſtendit abſtinere ſe profanis, non quod deficeretur facultate, ſed quod dedecere ſacerdotem extra ſacra argumenta ingenioſum eſſe, muſisve bonas horas collocare arbitraretur. Talia ſunt:

La vida, excelencias y muerte de S. Joſeph: eo carminis modulo, quem a ſingulis octo verſibus invicem reſpondentibus octavas, ſive octava rima tam noſtri, quam Itali vocare amant. Toleti 1607. in 8. Barcinone atque alibi. Tandem Hiſpali 1647. 8. apud Petrum Gomez de Paſtrana. Pium valde atque eruditum inter alia opus, religionemque ac pietatem auctoris ſimul cum utili doctrina totum ſpirans, ſuavitateque atque elegantia jucundum omnium fere manibus teritur.

Elogios al Santiſimo Sacramento, a la Cruz Santiſima y a la Puriſima Virgen Maria Nueſtra Señora. Matriti 1630. in 8.

Romancero eſpiritual del Santiſimo Sacramento 1. Parte. 1612. in 8. niſi idem ſit opus cum ſuperiore.

Expoſicion parafraſtica del Pſalterio y de los Canticos del Breviario. Matriti apud viduam Alphonſi Martini 1623. in 4.

Sagrario de Toledo, Poema Heroico: ſive de inventione & hiſtoria ſacræ imaginis Mariæ Deiparæ, vulgo del Sagrario appellatæ, Toletique in metropolitana eccleſia præcipuo cultu habitæ. Matriti apud Ludovicum Sanchez 1616. in 8. Barcinoneque 1618. in 8.

Doce Autos Sacramentales y dos Comedias divinas: ex aliis, quod minus vulgaria eſſent, ſelecta. Toleti apud Joannem Ruiz 1622. in 4. Bracharæ anno 1624. in 4.

En gracia del arte noble de la Pintura libellus, una cum Vincentii Carducii *Dialogis de Pictura* publicatus. Matriti anno 1633. in 4.

IOSEPHUS DE VALLES, Catalanus, eccleſiæ Tarraconenſis, canonicus & Sancti Laurentii archidiaconus, Regiæ majeſtati Philippi IV. a myſterio ſacrorum, ſcripſit, pia devotione in Carthuſianam familiam ductus:

Primer inſtituto de la Sagrada Religion de la Cartuja, fundaciones de los Conventos de toda Eſpaña, Martyres de Ingalaterra y Generales de toda la orden. Matriti apud Paulum del Val 1663. in 4. Promittit:

Hiſtoria de Santa Tecla.

F. IOSEPHUS VAZQUEZ, ordinis Minorum, provinciæ Sancti Jacobi lector emeritus ac miniſter, guardianuſque Salmanticenſis, ſcripſit:

Tractatum pro defenſione doctorum ſui ordinis Sancti Franciſci. Matriti apud Ludovicum Sanchez anno 1628. Quo perviciſſe eum affirmat Waddingus, olim diſcipulus, ut ad ſequendam Sanctorum Auguſtini ac Thomæ doctrinam tantum Salmantina academia omnes ſuos theologiæ profeſſores non adigeret, quod plures ſuadebant.

IOSEPHUS VAZ PINTO DE SOUSA, Luſitanus, ex oppido Garaial, Virgilium poetam Luſitane interpretatus eſt, hoc titulo operi præfixo:

Theſaurus muſæ Virgilianæ, in quo germanus verborum ordo Luſitano primum idiomate, uberiores deinde rerum notæ inveniuntur. Bracharæ 1628. in 4. duobus tomis. Hic tamen Joannis nomine præmiſſus fuit, de quo certi non ſumus.

D. IOSEPHUS DE VEITIA LINAJE, Burgenſis, eques ordinis Sancti Jacobi, theſaurarius domus Indico-Hiſpalenſis (La Contratacion de las Indias vulgo audit) deinde Indico-Matritenſis ſenatus patribus a ſecretis Mexicanarum partium, vir ſingularis dexteritate & ingenio, quibus dotibus dignum ſe præſtitit ut, diem ſuum obeunte Martio menſe MDCLXXXII. D. Hieronymo de Eguia, Regi noſtro Carolo a ſecretis univerſæ ut vocant expeditionis, in locum ejus ſubrogaretur, ſcripſit:

Norte de la Contratacion de las Indias: ad excellentiſſimum D. D. Gaſparem de Bracamonte, comitem de Peñaranda, Indici conſilii tunc præſidem. Hiſpali typis Joannis Franciſci Blaſii 1672. folio.

D. IOSEPHUS VELA, in Becerril, quod ſacri territorii Palentini eſt, oppido natus, in Salmantina academia ad Sanctum Salvatorem Ovetenſem, quod collegium inſigne ibi eſt, ſodalis, & canonum ſacrorum profeſſor, Decretales docuit; jamjamque aſcenſurus erat ad veſpertinam ejuſdem ſtudii cathedram cum ad forum & magiſtratus gerendos evocatus Hiſpalim ſenatorio auctus honore ſeſe contulit, unde & ad Granatenſem curiam fuit translatus. Hoc loco manens permiſit aliena cura in publicum venire:

De Poteſtate Epiſcoporum circa inquirenda & punienda crimina in ſuis diœceſibus commiſſa, ac de invocatione brachii ſæcularis; ad cap. 1. De Officio Judicis ordinarii, ſcholaſticam & forenſem diſputationem ſive prælectionem. Granatæ apud Vincentium Alvarez 1635. in 4. Itemque:

Diſſertationes juris controverſi in Hiſpalenſi Senatu. Granatæ iiſdem typis 1638. in fo-

folio. Prodiit poſt auctoris obitum earumdem Diſſertationum altera pars ſic inſcripta:

Diſſertationes juris controverſi tam in Hiſpalenſi quam in Granatenſi Senatu. Granatæ ex officina Balthaſaris de Bolibar 1653. in folio. Prodiit iterum totum Diſſertationum corpus anno 1674. Lugduni ut credimus. Ediderat olim Salmanticæ:

Methodicam enarrationem L. Contractus XXIII. De Reg. Iuris : cujus ipſe meminit Diſſert. XLIX. num. 93.

Granatæ obiit anno MDCXLIII. menſe Novembri, jacetque in eccleſia Sanctæ Mariæ de Gratia Trinitariorum ſectæ reformatæ.

F. IOSEPHUS DE VELASCO, Carmelita cœnobii Medinenſis (Medina del Campo ſemper intelligo quoties nil alterius cognomenti adjungo) publicavit:

La Vida del Venerable Varon Franciſco de Yepes de la Tercera orden de Nueſtra Señora del Carmen. Cum Medinæ, tum Barcinone 1624. Juſſus tamen eſt ab Apoſtolicis Fidei judicibus liber uſque ad recognitionem, ab auctore ejus faciendam, latere.

D. IOSEPHUS DE VERGE, Valentinus ut videtur, ſcripſit:

De Poſſibilitate præſervativa Deiparæ redemptionis a peccato originali. Oriolæ 1673. 4.

F. IOSEPHUS DE VILLALVA, edidit:

Antorcha eſpiritual, y Farol divino. Matriti 1673. 4.

F. IOSEPHUS DE VILLALVA, Franciſcanus, edidit librum ut audio:

De Perfectione. Circa annum 1665.

F. IOSEPHUS DE VILLANUEVA, Auguſtinianorum ſodalis, edidiſſe refertur:

Promptuarium divinæ providentiæ, ſeu de Præſcientia Dei. Anno 1670. in folio.

D. IOSEPHUS DE VILLAVICIOSA, ſanctæ eccleſiæ Conchenſis canonicus, ſimulque archidiaconus de Moya, atque in ejuſdem urbis curia, quæ religionem ſartam tectam habet, Apoſtolicus judex, auctor eſt ingenioſi illius poematis, quo argumentum futile & ridiculum grandiloqua dictione miraque ſubtilitate atque ubertate feliciter comprehendit, Philoſophi præceptum ut videtur ſequutus, dictionem ſcilicet elaboratam valde eſſe oportere ſi res langueant exileſque ſint, quod ita inſcriptum labi e manibus paſſus eſt:

La Moſquea: in 8. Cujus nomine neque cedere nos debemus Homeri, ſive alterius, *Batrachomiomachiæ*, quod eſt ranarum & murium, aut *Galeomiomachiæ* Ariſtobuli Apoſtolii, quod eſt felium & murium pugnæ; neque ejus dignitatis virum dedecere uſquam poterit opus ingenioſiſſimum in adoleſcentia elaboratum.

Obiit anno MDCLVIII. Octobri aut Novembri menſibus.

F. IOSEPHUS XIMENEZ ſeu XIMEN, Franciſcanus, ſcripſit:

Vida de Fr. Nicolas Factor. Barcinone 1618. in 4.

F. IOSEPHUS XIMENEZ SAMANIEGO, Naxarenſis, vir in ſæculo nobilis, ordinis Seraphici lector ut vocant jubilatus, præfectus olim provinciæ ſuæ Burgenſis, atque inde commiſſarius generalis totius familiæ ultramontanæ, tandem in comitiis Romanis totius ordinis anno MDCLXXVI. miniſter generalis creatus, doctrina, religione atque integritate morum clarus, edidit:

Vida del Venerable Padre Juan Dunſio Scoto, Doctor Mariano y ſutil, Principe y univerſal Maeſtro de la Eſcuela Franciſcana &c. Matriti apud Bernardinum de Villadiego 1668. 4.

Notas a la Hiſtoria divina, y vida de la Virgen Madre de Dios de Soror Maria de Jeſus, Abadeſa del Convento de la Villa de Agreda. Matriti in folio.

Relacion de la vida de la Venerable Maria de Jeſus. In folio.

IOSEPHUS DE ZARAGOZA, ex oppido Alcala regni Valentini, Jeſuita, anno hujus ſæculi XXVII. natus, cum docendæ ſcholaſticam theologiam in Balearico, Barcinonenſi & Valentino ſodalium collegiis, & inſtruendis ex loco ſuperiori mortalibus curam laudabilem impendiſſet patrum inquiſitorum miniſter a cenſura, in regiam & Collegium Imperiale ad profeſſionem artium mathematicarum vocatus plura hujus doctrinæ opera, ex eo tempore rediturus muneris rationem, edidit:

Arithmeticam univerſalem & Algebram vulgarem, & ſpecioſam. Valentiæ apud Hieronymum de Villagraſſa 1669. in 4.

Geometriam ſpeculativam & practicam plani, ac ſolidi. Ibidem 1671. in 4. Hiſpane.

Trigonometriam Hiſpanam. Majoricæ apud Franciſcum Oliver 1672. in 4.

De Sphæra communi, cœleſti, terraquæa lib. III. Matriti apud Franciſcum Nieto 1674. in 4. Hiſpane.

Architecturam militarem. Ibidem 1674. in 4.

*Euclidem Novo antiquum ſingulari metho*do

do illustratum. Valentiæ apud Villagrassam 1673. in 4.

Trigonometriam Hispanam, resolutionem omnium triangulorum plani, & sphærici, constructionem & usum sinuum tangentium, & secantium, & logarithmorum. Ibidem 1673. 4.

Geometriæ magnæ in minimis partem primam, in qua de minimis in communi problema catholicum resolvitur. Toleti apud Franciscum Calas 1674. in 4.

Geometriæ magnæ in minimis partem secundam de Planis. Ibidem 1674. 4.

Geometriæ magnæ in minimis partem tertiam. Ibidem eodem anno in 4.

Obiit, cum aliis publicandis incumberet, Matriti anno MDCLXXVIII. alterum supra quinquagesimum ætatis annum agens.

ISAAC.

ISAAC ABARBINEL seu ABRABANEL, Judæ filius, ex familia dictus Abarbinel, quare extensius audit ab aliquibus Isaac ben Iehuda Aben Abarbinel, ut constat ex Elia levita in lexico verbo אבן *Aben*. Judam Abrabanielem idcirco, nempe a paterno nomine, vocat Salomon, filius Virgæ, in *Historia Iudaica*, a G. Gentio versa in Latinum, atque edita Amstelodami 1651. qui ipse paulo post Isaacum appellat, nempe sectione 49. Idem Salomon mentionem facit familiæ hujus sectione 4. pag. 28. ait ille: *Hæc vero mihi o Rex* (loquentem introducit Thomam quemdam ex Hebræo Christianum cum Alphonso, Rege ultimo ut videtur Castellæ uti ex antecedenti colligere est) *cum primario quodam viro ex filiis Abrabanielis, qui Hispali ex patria sua recens advenerat, controversia fuit* &c. Quo loco de Abrabaniele hoc Isaaco non agi certum est, præcesserunt enim eum fere duobus sæculis Alfonsi Regis tempora, ut postea monebimus. Deinde ait Salomon: *Porro dixit mihi idem Abrabaniel* &c. Unde magis liquet non tam nomen quam familiæ appellationem esse, ut ex Elia jam notatum fuit levita. Is unus ex illis est, qui ex Hispania, unde domo erat, cum aliis perfidæ suæ gentis, Catholicorum nempe Regum Ferdinandi & Elisabetthæ edicto, pulsus fuit anno MCCCCXCII. Narrat ipse quidquid tunc factum temporis fuit in ipso statim limine *Commentariorum* in *Libros Regum*, cujus verba, Latine edita, legi possunt in Salomonis, filii Virgæ, laudatæ *Historiæ Iudaicæ* sectione 51. in principio, ubi se fatigasse Regem Ferdinandum flebili voce ac precibus Regiosque ministros, cum in curia dum edictum promulgaretur forte ageret, sed frustra, verbis refert doloris & iracundiæ plenis; excitaque sedibus suis uno die trecenta hominum millia, in quorum numero seipsum fuisse affirmat. Libet inserere hic ipsa ejus verba, uti adducuntur ab eodem Salomone, Latina ex interpretatione Gentii, ut cognoscatur quot malorum genera infelicissimæ gentis hanc exilii calamitatem sequuta sint: *Excita itaque sedibus suis uno die trecenta peditum millia sine armis, ex omnibus regni locis confluxere juvenes, senes, infantes atque mulieres, ituri omnes quocumque viam fata monstrarent: in horum numero ipse ego quoque fui, duce atque auspice Deo. Inde migravimus, alii in Lusitaniam, alii in Navarram, vicina regna, concedentes. Sed illic quoque multis malis conflictati, alii prædæ atque ludibrio fuere; alii fame aut peste perierunt; alii mari se credunt, ut hunc malorum nimbum certius evaderent, & tutiores sibi sedes quærerent; sed nec in medio mari fatales calamitates defuere. Multi, ut vilia mancipiorum capita, per Christianorum terras pretio venditi; multi maris profundo hausti plumbi instar submersi sunt; multi, navibus fatali quodam incendio conflagrantibus, igni extincti sunt. Denique sævissima Dei vindicis supplicia omnes tulerunt, neque cuiquam tantorum malorum immuni esse licuit: nimirum convenit miseris quæ oraculi fide edita sors est:* Qui in ferrum incidit ferro periit, *& quæ sequuntur. Immissa quoque ab irato infestoque numine pestis invisos eos odiososque omnibus mortalibus reddidit, adeo ut universi, tot tantisque malis confecti, tandem misere perierint, præter oppido paucos qui in tutum salutis portum vix enavigarunt, ut majores nostri oraculum hoc de nobis pronunciasse videantur:* Ecce defessi sumus, universi periimus. *Magnus ille Deus laudatus sit.* Hæc ille. Profugus ergo is in Germaniam venit, quod ipse ait in *Commentariis ad librum Talmudicum* פרקי אבות *Pirke avoth*, seu *Capitula Patrum* dictum, Buxtorfio teste in tractatu *De Abreviaturis Hebræorum*, pag. 100. Professorem linguæ Hebrææ agebat idem Patavii in Italia circa annum præteriti sæculii x. *Infensissimus fuit Christiani nominis hostis, insignis tamen & accuratus Scripturæ interpres; qui præ ceteris Rabbinis prophetas diligenter explicuit*, uti Joannes Plantavitius, Lodovensis episcopus, *in Bibliotheca* ait *Rabbinica*, codice 439. *Doctrina & librorum varietate apud suos celeberrimus* eodem teste Plantavitio, cod. 169. *Perspicuo ingenio vir, & qui Scripturam diligenter exposuit* apud eumdem, codice 248. Hic auctor in iis quæ super sacros libros commentatus fuit (judicio Joannis

nis Henrici Hottingeri *Bibliothecæ Orientalis* cap. I. & lib. I. cap. VI. *Bibliothecarii*) *Christianorum usibus cum ob methodi perspicuitatem, tum etiam materiæ selectum accommodatissimus est.* De Judæis loquens ac de Abrabanelo Antonius Hulsius in *Theologiæ Judaicæ de Messia* præfatione : *Non quod artis disputandi plane ignari sint*, ait, *nam aliquos in philosophicis disputationibus satis accuratos esse videmus, inter quos eminet Abarbanel, magni nominis apud suos theologus, qui si eadem ἀκριβείᾳ qua Aristotelem, Platonem, Anaxagoram, Empedoclem, necnon socios suos in* Miphhalot Elohim *adoritur, in campo theologico contra Christianos ausus fuisset, fixam controversiarum sedem haberemus.* Magnis laudibus extollere eum amant recentiores Rabbini, e quorum numero Salomon, jam laudatus, filius Virgæ *clarissimum, summum & incomparabilem* vocat *virum* in ea, quam diximus, *Historia Iudaica* §. LI. Scripsisse dicitur commentaria in totam Scripturam, de quibus olim Buxtorfius in *Bibliotheca*: *Intellexi nuper*, ait, *integrum Abarbinelem, in Turcia duobus magnis voluminibus excusum, nactum esse amicum meum Hualterum Keuchonium, rectorem scholæ Hanovianæ: quod, si verum, est quod sibi gratuletur, nam liber est summe commendatus.* Atque item Constantinus L' Empereur in annotationibus ad Ὁδοιπορίαν Mosis Kimchi *Confirmor*, inquit, *expositione Abarbinel, quem auctorem nuper mihi transmisit cognatus meus David de Willem, quem in oriente a Syris & Arabibus sibi comparavit.* Nec obscure eum inter alios collocat Joannes Henricus Hottingerus, cap. I. *Bibliothecæ Orientalis*, qui in universa Biblia scripserunt. Ex Biblicis his commentariis notos habemus:

מרכבת המשנה *Marcheveth Hammiscneh*: *Equitatus Proregis*, sive *Currus secundarius*; desumpto titulo ex *Genesis* cap. XLI. 43. Commentarius est in *Deuteronomium*, excusus Sabionetæ. Plantavitius cod. 413.

נביאים אחרונים *Nevihim acharonim*: *Posteriores Prophetæ* : cum commentario Abarbinelis excusi Venetiis in folio (Hebraice tantum ut credo) Plantavitio teste cod. 440. Lego tamen in quodam catalogo nundinarum Francofurtensium anni elapsi 1668· Abarbinelis alicubi factam editionem *Commentariorum in Isaiam &*. . . . . in folio. Ex his vero:

מעיני הישועה *Maiane Haiiesciuhà*; *Fontes salutis*: titulo mutuato ex *Isaia* XII. 3. Commentarius scilicet in *Danielem*, pulcherrimus, editus seorsim fuit Venetiis anno 1550. uti ait Plantavitius cod. 386. in quo cum plura sint de Messia testimonia male explanata, jure ea expungi censuit Index expurgatorius Romanus. Laudat & hunc commentarium Constantinus L' Empereur in discursu ad lectorem *Paraphraseos Iosephi Iachiadæ in Danielem*, Amsterodami editæ 1633. 4. Item huc pertinent:

Commentaria in Isaiæ prophetiam trigesimam (hoc est, a commate 13. capitis LII. ad initium usque cap. LIIII. quæ de Christo secundum ecclesiæ certissimum sensum est) quæ quidem, una cum additamentis eorum quæ Rabbi Simeon e veterum dictis collegit, adjuncto antidoto sive refutatione contra dictam Hebræi interpretis expositionem, edidit Constantinus idem L' Empereur, professor academiæ Leidensis, Lugduni Batavor. 1631. in 8.

נביאים ראשונים *Nevihim Riscionim*; *Priores Prophetæ*, *cum Abarbinelis Commentario*. Venetiis in folio. Plantavitius cod. 440. Alias dicitur:

פירוש על יהושע שופטים שמואל ומלכים *Perusc hal Iehosua, Sciophtim, Semuel, umelachim*: *Commentaria super Josue, Judices, Samuelem & Reges*: ut legitur in indice auctorum Hebræorum Barberinæ bibliothecæ.

פירוש על התורה *Perusc hal attora*; *Commentarius in Legem.* Excusus fuit Venetiis in fol. minutissimo charactere anno creationis 5364. hoc est Christi 1604. Plantavitius cod. 552.

עטרת זקנים *Atereth zekenim*; *Corona senum.* Commentarius est super eum *Exodi* locum cap. XXIII. 20. *Ecce ego mitto Angelum meum coram te* &c. sive ut Plantavitius exponit cod. 508. *Expositio Visionis septuaginta Senum descripta Exodi XXIV.* Meminit & Hottingerus cap. I. *Bibliothecæ*, pag. 12. Sabionetæ prodiit editus in 4.

Laudantur & alia hæc Abarbinelis præter commentaria ista Biblica:

Commentarius in quemdam librum Talmudicum qui inscribitur פרקי אבות *Pirke Avoth*; *Capitula Patrum*: cujus auctor est Rabbi Natan, Babilonius, scriptus circa annum Christi CXXX. in quo sententiæ illustriores, dicta & apophthegmata piorum, ut vocat, Rabbinorum collecta sunt, separatim a corpore Talmudico. Editus hic liber est Hebraice cum brevibus R. Abarbinelis commentariis, Latine explicatus atque scholiis illustratus a Paulo Fagio, & recenter a Joanne Drusio, ait

ait Buxtorfius in libello de *Abbreviaturis Hebræorum*, litera פ Adjungitur:

זבח פסח *Zebach Pesach*; *Sacrificium Paschatis*: hoc est super historiam Agni Paschalis, sive de ritibus in Paschate celebrando servandis, in editione Lublinensi anni 1604. ut refert idem Buxtorfius in *Bibliotheca Rabbinica*, litera ק & Plantavitius codice 169. & codice 625. *Hic liber*, *Sacrificium Paschatis*, (ait Hottingerus cap. 1. *Bibliothecæ*, classe 3.) *commentarius est illustris Abarbinel super Haggadam sive lectionem historicam festi Paschalis*.

ראש אמנה. *Rosc Amanah*; *Caput fidei*, sive *de capite fidei*. Venetiis excusus Hebraice, deinde Latine ex interpretatione & cum notis Guilielmi Vorstii Amstelodami 1638. 4. una cum Mosis Maiemonis libro de *Fundamentis Legis*. Plantavitius meminit cod. 632. quamvis nesciam quare is dixerit in eo tractari de *sacrificio Paschali & hereditate Patriarcharum*, quod quidem videtur mihi pertinere ad laudatum proxime opus *de Sacrificio Paschali*. In hoc enim *Capite fidei* non nisi radices & capita vel principia religionis tractantur.

ישועות משיחו *Iesciuoth Mescicho*; *Salutes Messiæ*: titulo desumpto ex *Psalm.* XXVIII. 8. Liber est explicans dicta in Ghemara de Messia. Buxtorfius & Plantavitius cod. 248.

להקת נביאים *Lahakath nevihim*; *Congregatio Prophetarum*: de prophetiis & maxime de prophetia Moysis. Disputat hic sæpius contra librum Moysis Maimonidis

מורה נבוכים *Moreh Nevuchim*; *Doctorem perplexorum*: ut ait Buxtorfius, Plantavitiusque cod. 275. & Hottingerus cap. 1. *Bibliothecæ*, classe 3.

צדק עולמים *Tsedek Holamim*; *Justitia æterna* sive *sæculorum*. Liber complectens tres sermones, primum de mundo hoc corruptibili; secundum de mundo animarum paradiso & inferno; tertium de suscitatione mortuorum & judicio extremo: qui ultimus imperfectus mansit propter auctoris mortem. Buxtorfius, Plantavitius codice 593. Hottingerus cap. 1. *Bibliothecæ*, classe 3.

מפעלות אלהים *Miphhaloth Elohim*; *opera Dei*. tit. ex *Psalm.* LXVI. 5. Liber est metaphysicus, de mundi renovatione, cum refutatione argumentorum contrariorum, Venetiis editus in 4. Buxtorfius & Plantavitius cod. 399. sive contra Aristotelem & alios, qui æternitatem ei attribuunt. Hottingerus cap. 1. *Bibliothecæ*, classe 4.

משמיע ישועה *Maschmiah Iesciuhah*; *Prædicator salutis*. Titulus est ex Isaiæ cap. LII. v. 7. Explicantur hic omnes prophetiæ, quæ non possunt accipi de templo secundo, vel spiritualiter, sed tantum de redemptione futura. Plantavitius ex Buxtorfio, nam ipse librum non vidit, & Hottingerus cap. 1. classe 1. in fine.

נחלת אבות *Nachalath Avoth*; *Hereditas Patrum*: ex lib. 1. *Regum*, cap. XXI. 3. Qui liber brevem continet explicationem capitulorum Patrum. Catalogus Venetus hunc tribuit Rab. Mosi Ægyptio, sive Maimonidi. *Nos* (ait Plantavitius codice 346.) *nihil certum statuimus*, *cum librum non viderimus. Guido vero Fabritius*, *Boderianus*, *in dictionario suo Syro-Chaldaico censet esse dilucidationem capitis Ben Zuma.*

בן-זומא *Ben Zumà*; *Salvator sperantium*: tribuitur Abarbineli in quodam indice librorum Hebræorum bibliothecæ Barberinæ. Item aliud opus hoc titulo:

שמים החדשים *Sciamaim Hachadascim*; *Cæli novi*. Et alia forsam erunt, quæ aliis nota sunt. Fragmenta sane quædam ex commentariis ejus reperies in Buxtorfiana editione Basileensi anni 1660. libri *Cosri* ex pag. 389. nempe *De nomine Edon ex Esaia*, hoc ex commentario ad hunc prophetam. *De lepra vestimentorum & ædium*, ex comm. in Legem. *De Poesi Hebraica*, ex comm. ad *Exodum* (hic idem est commentarius in Legem) & ex eodem. *De principio anni & consecratione seu determinatione novilunii*, quam postremam dissertationem Hebraico-Latinam dedit Buxtorfius. *In commentarium* super *Haggæum Prophetam*. Abarbinelis notas philologicas, seu librum *Trifolii Orientalis* titulo inscriptum, Schertzerus quidam dedit Lipsiæ anno 1663. Aliorum operum notitiam debemus Theophylo Spizelio in *Sacris* suis *Bibliothecarum illustrium arcanis retectis*, ibique facto *Specimine Bibliothecæ universalis*, ante paucos annos Aug. Windelicorum editis; quo loco de Abarbinele agens hæc habet huc transferri digna: *Idem Buxtorfius* (filius scilicet, libri *Cosri* editor, cujus meminerat) *Basileæ mihi ostendit alia Abarbinelis a se Latine reddita & nondum edita opuscula*, *scilicet*: *præfationem in Deuteronomium*; *præfationem in librum Josue*, *in librum Judicum*, *in libros Samuelis*; *præfationem in libros Regum*; *præfat. in Prophetas Esaiam & Jeremiam*; *dissertationem de Libro Legis*, *quem* Chis-

Chiskiias Sacerdos invenit 2. Reg. 228. Item de Nube operiente tentorium conventus & Gloria Domini implente Tabernaculum ad Exodi 40. 34. De Nomine Mosis ad Exodi 11. 10. Dissertationem de Sacrificiis. De Morte & sepultura Mosis ad Deuteron. 34. Utrum Elias mortuus sit necne, & in quo loco sit, ad 2. Regum 2. De Enocho ad Genes. 5. 22. 23. 24. De μετεμψυχώσει Pythagorica. De Peccato Davidis numerantis populum & infausto successu, ad 2. Samuelis 24. De Statione Solis miraculosa facta per Josuam, ad Josue 10. De Unctione Regum & Sacerdotum. De Statu & jure Regio. De Peccato Mosis & Aaronis, propter quod non ingressi sunt in terram Canaam. De Voto Jephte ad Jud. 11. pro sententia negativa, & ex R. Aarone ben Chasim pro affirmativa. De Idololatriæ variis speciebus. De Samuele a Pythonissa ex mortuis revocato. De Longævitate primorum Patrum. Denique totum Abarbinelis Commentarium in Danielem Latine vertit D. Buxtorfius & MS. mihi benigne suppeditavit. Hæc Spizelius. Hujus quidem Abarbinelis filius dicitur fuisse Leo ille Hebræus, qui de *Amore* opus conscripsit, bene cunctis notus.

DE ISAACO ABRABANELIO MANTISSA.

De hoc celeberrimo inter suæ gentis homines Rabbino quidquid tunc temporis Hebraicarum bibliothecarum auctores nobis suppeditarunt, in *Bibliotheca & Appendicibus* in unum congessimus. Cum vero his diebus reverendus pater D. Julius Bartoloccius, Cisterciensis, bibliothecæ Vaticanæ scriptor, linguæ sanctæ, ejusque & omnis Hebraicæ historiæ valde peritus, de opere suo, quo, post egregios tot hujus argumenti illustratores, scripta omnia Rabbinica eorumque auctores novo catalogo comprehendit atque describit, nobiscum opportune colloqueretur, plura & hactenus inaudita de Abrabanele in medium attulit. Qorum hic compendium offerre curioso lectori non inofficiosum aut importunum existimavimus. Ulisiponensem natu Isaacum fuisse ex Abrabanelia familia, quæ in illa gente magno habebatur in pretio, utpote ex Davidis semine procreata, quæque per multa sæcula in urbe Hispalensi domicilium habuisse dicitur, ex his, quæ laudatus reverendus pater consuluit, Hebræorum monumentis constat. Juvenis adhuc, sed bene doctus, in Castellæ regnum transiit, cum Joanni II. Portugalliæ Regi parum esset gratus. Hic inter suæ professionis homines plures vixit annos, ducta forsan per id tempus uxore; si quidem, incurrens is in tempus illud quo Hebræis omnibus, sub ditione Regum Catholicorum Ferdinandi & Elisabethæ commorantibus, indictum fuit perpetuum abinde exilium, refertur una cum conjuge filiisque in Neapolitanum regnum se contulisse. Transiit hinc post aliquot annos in Siciliam cum aliis, Ferdinandum Regem solio a Gallis exturbatum sequutis, mortuoque eo Corcyram venit, inde Monopolim Apuliæ urbem, ubi diu substitit magnamque commentariorum suorum partem elucubravit. Venetiis inde profectus memoratur, ex qua urbe in Germaniam, aut in professionem Patavinam Hebraicæ linguæ, quod Buxtorfium & alios sequuti nos literis in *Bibliotheca* nostra mandavimus, potuit conferre se. Constat autem Venetiis eum septuaginta annos natum, superioris sæculi anno octavo diem suum obiisse: quocum non bene convenit quod circa annum decimum professorem, ut ibidem diximus, Patavinum egerit. Hæc interim, dum *Rabbinica* Bartolocci caruerimus *Bibliotheca*, non prætermitere, sed discedentibus ab hac nova collectione auctorum Hispanorum significare, hoc loco pretium operæ duximus.

ISAAC ATHIAS, Hebræus professione, Hispanus tamen patria, seu saltem origine, siquidem scripsit Hispana lingua:

Tesoro de preceptos. Venetiis 1627. 4. Extat in bibliotheca Barberina, quo optime omnium præceptorum legis Mosaicæ causas & rationes explicat: quæ verba sunt Menassis Ben-Israel, laudantis Hebræos qui Hispane scripserunt, ante initium operis *De Resurrectione mortuorum.*

ISAAC CARDOSO, si nomen spectamus Judaici erroris assecla, si cognomen Lusitanus, aut e Lusitania oriundus, apud Italos in Veronensi urbe non solum medicam artem professus est, sed & eruditum valde opus foras edidit hoc titulo:

Philosophiam liberam, in VII. libros divisam, in quibus omnia quæ ad Philosophum naturalem spectant, methodice colliguntur, & accurate disputantur. Venetiis, Bertanorum sumptibus, 1673. folio.

ISIDORUS.

ISIDORUS DE ALMEIDA, Lusitanus, miles infelicissimi illius Africani belli quo Lusitaniæ flos una cum Sebastiano Rege desideratus est, scripsit:

Instituçoẽs militares. Eboræ 1573. aut sequenti. Cardosus.

D. ISIDORUS DE ANGULO, eques S. Jacobi, olim serenissimæ Margaritæ Austriacæ Imperatrici, nunc Catholicis majestatibus Mariæ Annæ, Hispaniarum jam Reginæ,

næ, & Carolo II. ejus filio, Regi noſtro, in concilio Italiæ rerum Sicularum a ſecretis, ſcripſit:

Triunfos feſtivos de la Congregacion del Santo Chriſto de S. Gines. Matriti 1656. 4.

F. ISIDORUS BARREIRA, Luſitanus, ſacræ militiæ Jeſu Chriſti ejuſdem regni ſacerdos, edidit vulgari lingua:

Tratado das ſignificaçoẽs das plantas, flores, e frutos que ſe referem na ſagrada Eſcritura. Oliſipone 1622. in 4.

Hiſtoria de Santa Iria. Iſidoro (cuinam autem alii?) ordinis Jeſu Chriſti Georgius Cardoſus in ſchedis tribuit opus quoddam *De Coloribus.*

ISIDORUS GARZIA DE MOYA, Legionenſis, parochus loci de Salce ejuſdem dioeceſis, edidit:

Devocion del Santo Eſcapulario de Nueſtra Señora del Carmen, e Indulgencias que ganan ſus Cofrades. Madriti apud Franciſcum Sanz 1677. in 8.

F. ISIDORUS DE S. JOANNE, edidit:

Triunfo Evangelico de Chriſto, y ſus Santos. Matriti 1672. in 4.

Triunfo Quadrageſimal de Chriſto, y ſus Santos. Ibidem 1677. in 4.

F. ISIDORUS DA LUZ, Luſitanus, Scalabitanus, ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, in eoque commiſſarius & viſitator generalis, doctor theologus Conimbricenſis, ſcripſit:

Examen veritatis pro Immaculata Virginis Conceptione, in duas partes diviſum, quarum una pugnax eſt, altera pacifica. Viſitur MS. in bibliotheca cœnobii S. Maturini Pariſienſis in folio, incipitque: *Liber primus proœmialis, ſive Apparatus ad celebrem controverſiam de Immaculata Virginis Conceptione* &c. continet VIII. libros. Edidiſſe etiam dicitur:

De Conceptione Beatæ Virginis orationes duas. Auctores mihi ſunt Hippolytus Maraccius in *Bibliotheca Mariana*, fol. 831. & in *Catalogo* ad ann. 1648. & ex eo Petrus Alba in *Militia Conceptionis.* Creatus jam primarius Conimbricenſis controverſiarum fidei profeſſor, ac dum præfecturam provinciæ vicariatumque ſui ordinis in Luſitania generalem exercet typis vulgavit:

Opuſculum de Eccleſia Dei, in tres partes diviſum; quarum I. de Eccleſia abſolute; II. de Eccleſia Romana; III. de loco ubi invenienda eſt Eccleſia. Uliſipone apud Joannem da Coſta 1667. in 4.

Diſputationes de Actibus humanis. Pariſiis apud Ludovicum Billaine anno ſuperiore 1669. in folio excuſæ ſunt.

F. ISIDORUS DE MELO, Luſitanus, nobili ſtirpe natus, Carmelita, ſuæ provinciæ præfectus, & Conimbricenſis doctor, concionatorque ſuo tempore egregius, reliquiſſe dicitur plura ſuæ eruditionis monumenta MSS. uti refert ex relatione quadam Joannis Pinti a Victoria Emmanuel Romanus in libello *De Antiquitate & Scriptoribus Carmelitarum.*

ISIDORUS DE ROBLES, ſcripſiſſe dicitur, atque ediddiſſe anno 1666. aut circiter.

Novelas.

ISIDORUS SARIÑANA, ſcripſit:

Exequias al Rey D. Felipe IV. en la Ciudad de Mexico. Mexici 1666. 4.

F. ISIDORUS DE VALCAZAR, Compoſtellanus, vir magni ingenii, ex religioſo ordine S. Mariæ de Mercede, philoſophiæ & theologiæ doctrina clarus, Salmanticæ docuit, pluribus ſodalium domibus præfuit. Romæ quidem procuratorem gerebat ordinis ſui generalem anno ſæculari MDC. Deceſſit Matriti anno MDXXX. cum fama ſanctitatis. Præter libellum:

Relacion de la Redencion que el autor hizo en Tetuan, editum in 4. manuſcriptum reliquit in collegio Sanctæ Crucis Salmanticenſi librum, cui titulum fecit:

De la Monarquia de Chriſto Redentor. Marcus Salmeron in opere ſuo, *Recuerdos Hiſtoricos* nuncupato, pag. 424. auctor rei eſt. Aliunde accepimus librum hunc Latino titulo hoc conſpicuum eſſe: *De Dignitatibus Chriſti, Sacerdotali, Regia & Redemptoria,* ſervarique in Matritenſi bibliotheca.

ISIDORUS VELAZQUEZ, Salmanticenſis, ſcripſit:

La entrada de Felipe II. en Portugal. Oliſipone 1583. in 4.

La Orden que ſe tuvo en la ſolemne proceſion que hicieron los devotos del Santiſimo Sacramento de la Igleſia de S. Julian año de MDLXXXII. Ibidem anno 1582. in 8.

IULIANUS.

D. IULIANUS, Carthuſianus monachus monaſterii de Montealegre, ſcripſit:

Deſengaño de la vida humana y inſtruccion eſpiritual para ella. Barcinone apud Joannem Cormellas 1620. 8.

IULIANUS DE ALMENDARIZ, Salmantinus, ſcripſit populari carmine:

La

La vida de S. Juan de Sahagun. Romæ 1611. Barcinone 1622. 8. apud Stephanum de Liberos. An aliud eſt opus:

Elogios de S. Juan de Sahagun. Pinciæ 1603?

IULIANUS DE AVILA, Abulenſis, magnarum virtutum ſacerdos, Tereſiæ a Jeſu, ſanctarum virginum heroinæ, individuus fere omnium peregrinationum comes, eidemque per viginti duorum annorum ſpatium a confeſſionibus, quatuor libros ſcripſiſſe dicitur de rebus ſpiritualibus, quos tamen, propter dictionis ruditatem (priſcum enim & antiquatum ſermonem dediſcere non potuerat) parum gratos futuros, non publicari ſatius viſum fuit Carmelitanis ſodalibus. Ex his erat:

Deſpoſorio eſpiritual del alma con Dios: quem mirabile opus appellat Michael Sanchez Vaquero in libro *De la Muger fuerte*, ſeu de vita D. Mariæ Vela, unde cuncta hæc deſumpta ſunt, II. parte, cap. XXXV. Alii laudant librum alium, ex memoratis forſan quatuor, hujus tituli:

Para ſaber tener oracion. Hic tamen editus fuiſſe refertur anno 1607. in 16.

Scripſit etiam:

La Vida y fundaciones de la Santa Madre Tereſa de Jeſus: cujus exemplum authenticum, Romam miſſum cum de canonizatione hujus ſanctæ virginis ageretur, idem Vaquerus eo loco monet.

Vita ceſſit die XXV. Februarii MDCV. cum eximia ſanctitatis fama, uti Vaquerus ſcribit tertiæ partis cap. VII.

F. IULIANUS DE CASTELVI ET LADRON, gente & patria Valentinus, ex nobiliſſima familia comitum de Carlet, ſodalis Carmelitarum, ſacræ theologiæ magiſter, & publicus Valentiæ in academia cum philoſophiæ tum ſacræ ſcientiæ profeſſor, luci dedit integrum *Curſum* ut appellant *Philoſophicum* quatuor contentum voluminibus, ſcilicet:

I. *In Ariſtotelis Dialecticam Commentaria.* Valentiæ 1624. in 8.

II. *In Ariſtotelis Logicam.* Ibidem apud Joannem Baptiſtam Marzal 1625. in 4.

III. *In Libros Phyſicorum.* In eadem officina 1627. in 4.

IV. *In reliquos Libros Philoſophiæ.* Ibidem apud eumdem 1630. in 4.

Manuſcripta reliquiſſe alia, veluti *de Sanctis* ac *de Tempore ſermones* ſacros, necnon & quoſdam in theologica re tractatus, produnt domeſtici qui ſcriptores celebrant. Seorſim vero:

Sermones de la Inmaculada Concepcion de Nueſtra Señora, anno 1632. editos, attribuunt eidem auctori Hippolytus Marraccius in *Bibliotheca Mariana*, & Petrus de Alba in *Militia Conceptionis*; niſi forte concio aliqua ſit ſeorſim edita de hoc myſterio, nam domeſticis de opere iſto haud conſtat, qui ante alios notum habere debebant.

Præfectus autem is Valentinæ domus factus anno MDCXXXIV. tandem obiit VI. die Septembris MDCXXXVII.

IULIANUS DEL CASTILLO, domo ex oppido quodam Burgenſis diœceſis, Muño y Arroyo dicto, ſcripſit typiſque edidit:

La Hiſtoria de los Reyes Godos de Eſpaña: pertingens uſque ad Ferdinandi & Eliſabethæ Catholicorum Regum principatum ab ingreſſu ipſo gentis in Hiſpaniam. Prodiit anno 1582. Burgis ex typographia Philippi de Junta, in folio. Deinde cum *Auctario* quodam Fr. Hieronymi de Caſtro & Caſtillo, ſacræ theologiæ magiſtri, ex ordine religioſo Sanctiſſimæ Trinitatis, Juliani auctoris filii, Matriti 1624. in folio.

F. IULIANUS GARCES, Dominicanus, primus antiſtes Tlaſcalenſis in Nova Hiſpania, tractatum nuncupavit Paulo III. P. M. Latina lingua:

De Capacitate Indorum. 1537. De quo adiri poteſt Auguſtinus Davila Padilla lib. I. *Hiſt. Provinciæ Mexicanæ Dominicanorum.*

IULIANUS GARCIA DE BAYONA, Matritenſis, auctor eſt libri ſic inſcripti:

De la veneracion del Santiſimo Sacramento de la Extremauncion. Matriti 1633. in 4.

F. IULIANUS GINART, Balearicus, ordinis Minorum, qualificator (proprio muneris utimur nomine) Sancti Officii, edidit:

Opus morale. Palmæ Balearium 1652. apud heredes Gabrielis Guaſp.

IULIANUS GUTIERREZ DE TOLEDO, Catholicorum Regum Ferdinandi & Eliſabethæ medicus, ſcripſit:

De la cura de la piedra, dolor de hijada, y colica renal. Toleti 1498. Hunc quia ſic proximum ſæculari anno MD. huic parti non temere adjudicavimus.

IULIANUS DE MEDRANO, Navarrus, edidit:

Silva curioſa para Damas y Cavalleros: a Cæſare Oudin recognitam & in meliorem formam redactam. Pariſiis ex officina Marci Orin 1608. in 8.

IULIUS.

IULIUS CÆSAR FIRRUFINO, ex Ita-

Italo parente Juliano Firrufino apud nos nisi fallor natus, mathematicæ disciplinæ professionem, quæ Regiis expensis Matriti in palatio exercetur, quaque Julianus parens functus fuit dum viveret, continuaturus, habuit & ipse sibi impositum a Bellico concilio ut geometriam & tormentariæ fabricæ artem publice doceret, elucubravitque, propriam industriam paternæ industriæ adjungens, *El Perfecto Artillero*: cujus tamen jam editi formis typographicis publicatio decreto Regio prohibita fuit, jussusque auctor compendio hujus operis formato in publicum consulere, cujus titulus:

Practica manual y breve compendio de artilleria. Matriti 1626. Demum prodiit in lucem integer commentarius ita inscriptus:

Perfecto Artillero, Theorica y Practica. Adjunguntur:

Fragmentos Mathematicos. Matriti apud Joannem Martinez de Barrios. Anno 1648. in folio.

IUSTINUS.

D. IUSTINUS ANTOLINEZ, Pincianus, Augustini sodalis Eremitarum, Compostellani præsulis, viri clarissimi, germanus frater, jurisconsultus, Hispali vices gessit Granatæque magni antistitis, D. Petri a Castro & Quiñones, archidiaconusque ac postea etiam decanus ecclesiæ Granatensis fuit, demumque collegiatæ ecclesiæ Sacri Montis ejusdem urbis, quam una cum communi canonicorum domo, & alumnorum studentium seminario, Petrus idem Castrius magnifice extruxerat, designatus ab eodem abbas primus, reliquit in bibliotheca ejusdem Sacri Montis MS.

Historia Ecclesiastica de Granada. Creatus autem is Dertusensis in Catalonia episcopus die v. Julii MDCXXVII. e vivis excessit ante annum MDCXL. quo in ejus defuncti locum legimus jam alium subrogatum.

IUSTUS.

F. IUSTUS DE CASTRO, Complutensis, Cisterciensium sodalis, doctrinæ merito clarus, sacræ quippe theologiæ magister, edidit:

Instruccion espiritual para saberse confesar. Compluti apud Andream Sanchez 1617. in 8.

De altero opere *Institutionum moralium* referunt Chrysostomus Henriquez & Carolus Vischius, religiosæ hujus familiæ illustratores, sed nil de editione aut lingua qua scriptum sit adjungunt.

MATRITI.

APUD IOACHIMUM DE IBARRA.

ANNO MDCCLXXXIII.

